SC.9.Pl.2.

37
7 D
8

1292

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALES
ECCLESIASTICI
AUCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
Ordinis Minorum Convent. S. Franciſci.

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem Pagii; *& Epiſtola conſularis Henrici* Card. Norisii.

In hac vero editione Faſti Conſulares ab A.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.

Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.

Tomus Octavus.



LUCÆ
Typis Leonardi Venturini MDCCXLI.
De Superiorum Licentia.

ANNALES
ECCLESIASTICI

JESU CRISTI ANNUS 449. | LEONIS PAP. ANNUS 10. | THEODOSII 42. VALENTINIANI 25. IMPP.

1. QUI ordine temporum ſequitur annus Domini quadringenteſimus undequinquageſimus, Aſterio atque Protogene Conſulibus aperitur: quorum alterum, nempe Protogenem, Orientale dedit Imperium; Aſterium vero vetus Roma promovit. Eſt mentio Aſterii Conſulatus apud Sidonium Apollinarem clariſſimum virum, cum hæc ad Nammatium ſcribit (a): *Audivi enim adoleſcens, atque adhuc puer ex puero, cum Pater meus Præfectus Prætorio Gallicanis tribunalibus præſideret, ſub cujus videlicet magiſtratu Conſul Aſterius anni ſui fores votivum trabeatus aperuerat. Adhærebam ſellæ curuli, & ſi non latens generoſitatis per ordinem, certe non ſedens per ætatem; mix-* De Conſulatu Aſterii memoria. (a) *Sidon. l. 8. ep. 6.*

Ann. Eccl. Tom. VIII. A *tuſ-*

PAGIUS ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 5942.

SÆC. V. ☉ 10. B. ☽ 13. P. 27. Mart. Indict. 2.

Olymp. 307. JESU CHRISTI 449.

Anno Eræ Hiſp. CCCC-LXXXVII. LEONIS PAPÆ 10.

A.C. 449. THEODOSII IMP. 48. & 42.

VALENTINIANI III. 25.

I. *Conſules.* [1] COSS. *Fl. Aſturius*, & *Fl. Protogenes*. Prior in Occidente creatus Kalendis Januarii in Gallia iniit Conſulatum, ut liquet ex Epiſtola VI. Sidonii Apollinaris a Baronio num. I. recitata. In Diptycho Leodienſi legitur FL. ASTYRIVS. V. C. ET IIVL. COM. ET MAG. VTRIVSQ. MIL. CONS. ORD. Ubi obſervandum, Y pro V Veteres ſæpe uſurpaſſe. Hinc in Chronico Idacii, in quo non ſemel hujus Conſulis mentio, vocatur *Aſturius*, & in Faſtis Græcis Heraclii, *Aſtyrius*. Adhæc E & V aliquando alternant; indeque in inſcriptione Reineſiana pag. 363. loco *Aruſpicis*, ponitur *Areſpex*, & in variis ſubſcriptionibus loco Aſturii, ſcribitur *Aſterius*. Em. Card. Noriſius in Cenotaphiis Piſanis Diſſert. IV. cap. 1. parag. 1. oſtendit, Wilthemium in Appendice ad Diptycon Leodienſe male confudiſſe *Fl. Aſturium* hoc anno Conſulem cum *Turcio Ruſo Aſterio* anno CDXCIV. Conſule ordinario. *Fl. Protogenes*, ut vocatur in Act. I. Concil. Chalced. pag. 236. in Oriente creatus, quia ibidem dicitur *Fl. Protogene V. C. & qui fuerit nunciatus*, *Coſſ. ſub die VI. Id. April.* quia ſc. *Aſturium* in Occidente Conſulem proceſſiſſe, nondum Conſtantinopoli innoteſcebat. Inter Viros illuſtres, qui comitati ſunt *Marcianum Aug.* quando ingreſſus eſt Synodum Chalcedonenſem, memoratur *glorioſiſſimus Expræfectus*, *& Exconſul*, *ac Patricius Protogenes*, ut videre eſt pag. 575. ejuſdem Synodi.

II. A num. I. ad IV. Epiſtola XCIV. Theodoreti

NOTÆ [1] C*Oſſ. Fl. Aſturius & Fl. Protogenes*. Relandus: *Protogene & Aſterius*. Faſti Idatii & Victus: *Aſturio & Protogene*. Marcellinus: *Protogene*, & *Aſterio*. Epiſtola S. Leonis Papæ ad Flavianum in vetuſtis Codicibus Eccleſiæ Veronenſis, ut vidit Blanchinus: *Aſturio & Protogene* VV. CC. *Coſſ.* Acta Concilii CPolitani II. menſe Aprilis A. D. 449. Concil. tom. III. pag. 1470. *Flavio Protogene viro clariſſimo*, *& qui fuerit declaratus*, *conſulibus*. Nempe nondum CPoli vulgatum fuerat nomen conſulis occidentalis, qui erat *Flavius Aſturius*. Proſper vulgatus: *Aſturio & Protogene*. Proſper Vaticanus MS. *Aſyrio*, *& Protegene*. Nonnulli inter recentiores Faſtorum concinnatores habent: *Fl. Protogenes*, *Fl. Aſturius*, alii *Turcius Secundus Aſterius*.

ſaſque turma cenſualium penulaterum, Conſuli proxime proximus eram, &c. Ex quibus etiam & ipſius Sidonii ætatem valeas intelligere: Addit ipſo de Nicetio rhetore, qui tunc panegyricam habuit orationem. Ad alterum vero Conſulem Protogenem, hoc ipſo ejus magiſtratus exordio Theodoretus hanc dedit epiſtolam, (a) cum Syriæ Epiſcopi legati proficiſcerentur Conſtantinopolim:

(a) Theod. epiſt. 94.

II. Theodoreti ad Protogenem litteræ.

Largitus eſt jam clementiſſimus Dominus tibi potentiam, ut ea recta mente miniſtrare poſſet: nunc vero illam majorem reddidit, quo facilius veritatem agitatam protegeret tua celſitudo, & mendacium deleret, & optatam Eccleſiis quietem procuraret. Quanta enim tempeſtate Orientis Eccleſiæ repletæ ſint, a multis quidem atque diverſis tua magnificentia noverit, apertius autem & exactius a Deo dilectiſſimis Epiſcopis didicerit, qui tempore hiemali hac de cauſa longum iter hoc ſuſceperunt, poſt divinam opem, tua potentia & prudentia confidentes. Tempeſtatem igitur hanc, o Chriſto dilecti, diſſipate, & tenebras has in puram ſerenitatem convertite; & linguas, quæ contra nos invehuntur, reprimite. Nos enim divina ope & gratia, pro Apoſtolicis dogmatibus pugnamus; & eam, quæ in Nicæa edita fides eſt, inviolatam cuſtodimus; & eos qui hæc adulterare audent dogmata, impios appellamus. Et horum teſtimonium perhibent, qui a nobis catechizantur, quive baptizantur, & qui noſtras in eccleſiis conciones audiunt. Si vero legitime nos accuſare voluerint, equus eſt, ut nos præſentes arguant, & non ut abſentes calumnientur. Ita enim etiam aliis in rebus tua magnificentia jura dans, edis ſententias, & decreta promulgas, ex iis quæ accuſatores & rei dicunt, quid juſtum ſit colligendo. Hæc ad Protogenem Conſulem Theodoretus hæreſis accuſatus, & in pœnam (ut diximus) ſuæ civitatis terminis circumſcriptus.

III. Porro legatio hæc Epiſcoporum, cujus meminit, a Domno Epiſcopo Antiocheno miſſa eſt Conſtantinopolim: nam eoſdem legatos commendans Senatori Patricio, hæc ait (b): *Tuam magnificentiam per dilectiſſimos Deo ac beatiſſimos Epiſcopos ſalvere jubemus, cujus memoriam perpetuam circumferimus: ipſos autem, ut ad regiam accederent urbem, effecit beatiſſimus Epiſcopus dominus Domnus, ut confictum contra me mendacium arguerent atque diſſolverent &c.* Commendavit aliis item litteris eoſdem legatos Anatolio (c), necnon Antiocho (d), qui Conſulatum geſſit cum Baſſo. Extant & aliæ eadem occaſione, eodemque tempore datæ ab eodem Theodoreto litteræ (e) per eoſdem Epiſcopos Conſtantinopolim ad viros clariſſimos, Conſulares atque Patricios, nempe ad Anatolium Vincomalum, Sporatium, Florentium, Nomum, Conſtantium, ſive Conſtantinum. Quid autem factum ſit, non apparet, niſi quod eodem ipſe remanſit Theodoſii Imperatoris edicto ſicuti antea obligatus. Etenim turbæ illæ atque clamores Conſtantinopoli Eutychetis cauſa excitati poſthaberi fecerunt Theodoreti querelas, & legationem Domni Epiſcopi Antiocheni. Quæ igitur in ejuſdem Eutychetis cauſa hoc anno Conſtantinopoli tranſacta ſint, jam narrare aggrediamur.

De legatione Epiſcoporum. (b) Theod. epiſt. 93.

(c) Theod. epiſt. 92. (d) Theod. epiſt. 95.

(e) Theod. ep. 89. 90. 91. 93. 94.

IV. Cum litteræ Eutychetis, atque ab Imperatore pro eodem Eutychete datæ ad S. Leonem Romanum Pontificem, majori tabellariorum induſtria citius Romam perlatæ fuiſſent, prævenifſentque eas quas S. Flavianus ad eumdem Pontificem conſcripſiſſet; ipſe Romanus Pontifex, illis acceptis, ita primum ad ipſum Imperatorem Theodoſium reſcripſit (f):

(f) Leo ep. 7. Leonis Papæ ad Theodoſium litteræ.

Quantum præſidii Dominus Eccleſiæ ſuæ in fide veſtræ clementiæ præpararit, his etiam litteris quas ad me miſiſtis, oſtenditur; ut vobis non ſolum regium, ſed etiam ſacerdotalem animum eſſe gaudeamus. Siquidem præter Imperiales & publicas curas, piiſſimam ſollicitudinem Chriſtianæ religionis habetis, ne ſcilicet in populo Dei aut ſchiſmata, aut hæreſes, aut ulla ſcandala convaleſcant: quia tunc eſt optimus regni veſtri ſtatus, quando ſempiter-

PAGIUS

Varia Epiſtola Theodoreti ſuis annis reddita.

reti *ad Protogenem Præfectum*, ut in inſcriptione vocatur, data anno ſuperiori, quo Theodoretus hæreſis accuſatus eſt, ſicuti & Epiſtola XCIII. deprecatoria *ad Senatorem Patricium*, Epiſtola XCII. deprecatoria *ad Anatolium Patricium*, Epiſtola XCV. deprecatoria *ad Antiochum Præfectum*, ut ex dictis eo anno liquet. Epiſtola Theodoreti CXL. *ad Vincomalum Magiſtrum*, qua eum rogat, ut ſuo nomine gratias Auguſtis agat, & ſuadeat haberi Synodum, anno ſequenti ſcripta. Epiſtola XCVII. data *Sphoratio Comiti* ad hunc vel ſequentem annum referenda, ſicuti Epiſtola XCIX. *ad Florentium Patricium*. Sed Epiſtola XLII. ad *Conſtantium Præfectum*, quæ eſt de relevandis Cyreſticæ Provinciæ tributis, ſcripta eſt anno CDXLV. poſt promulgatam, & executioni mandatam Novellam XXXIII. *de relevatis adæratis vel donatis poſſeſſionibus*, datam *III. Idus Decemb. Theodoſio Aug. XVIII. & Albino Coſſ.* id eſt, anno Chriſti CDXLIV.

III. Litera S. Leonis in cauſa Eutychetis.

A. num. IV. ad XI. Sanctus *Leo* nondum edoctus ea, quæ anno ſuperiori in Eutychetis cauſa geſta erant, ſcripſit ad Theodoſium Auguſtum Epiſtolam XXI. quæ alias erat VII. recitatam a Baronio, in qua ait, Presbyterum nota hæreſeos non inurendum, niſi ſenſu, in quo peccaverit, clare expoſito: *Sed cum Presbytero hæreſeos crimen intenderet, quem tamen ſenſum in eo arguerit, non evidenter expreſſit*, &c. Euſe-

piternæ & incommutabili Trinitati unius Deitatis confeſſione ſervitur. Quid autem in Conſtantinopolitana Eccleſia perturbationis acciderit, quod ita fratrem & Coepiſcopum noſtrum Flavianum potuerit commovere, ut Eutychetem presbyterum communione privaret, nondum potuimus evidenter cognoſcere. Quamvis enim prædictus presbyter ad ſedem Apoſtolicam per libellum doloris ſui querimoniam miſerit; breviter tamen aliqua prælibavit, aſſerens ſe Nicænæ fidei conſtituta ſervantem, fruſtra in fide diverſitate culpatum.

V. Eutyches ſtudet videri Catholicus. *Euſebii autem Epiſcopi accuſatoris ejus libellus, cujus exemplaria ad nos prædictus presbyter miſit, de objectionis evidentia nihil habebat; ſed cum presbytero hæreſeos crimen intenderet, quem tamen in eo ſenſum arguerit, non evidenter expreſſit, quamvis & ipſe Epiſcopus Nicænæ Synodi profiteatur hac in re hærere decretis: propter quod non habuimus unde aliquid diſceremus. Et quia cauſæ meritum, fidei ratio, & laudabilis ſolicitudo veſtræ pietatis exigit, neceſſe eſt jam locum ſubreptionibus non patere: ſed prius, de quibus cum æſtimat urguendum, euſtrui nos oportet, ut poſſit de bene cognitis congrue judicari. Ad prædictum autem Epiſcopum dedi litteras, quibus mihi diſplicere cognoſceret, quod ea quæ in tantu cauſa geſta fuerant, etiam nimio ſilentio reticeret, cum ſtudere debuerit primitus nobis cuncta reſerare, quem credimus vel poſt admonitionem omnia ad noſtram notitiam relaturum; ut in lucem deductis his, quæ adhuc videntur occulta, id quod Evangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ convenit judicetur, Dat. ad Kalendas Martias, Aſterio & Protogene viris clariſſimis Conſſ.* Hactenus ad Theodoſium Auguſtum S. Leo: quibus vides doloſi hæreſiarchæ fraudulentiam, qua ſibi Catholicum nomen apud Romanum Pontificem aucupare quæſivit. Sed antequam rem ulterius proſequamur, attende lector, ex veteri inſtituto abſque controverſia profiteri eoſdem inter ſe altercantes Flavianum & Eutychetem, legitimum & præcipuum Judicem Eccleſiaſticarum controverſiarum eſſe Romanum Pontificem, ad quem tam actor, quam reus ſponte currunt, ſua jura proſecuturi.

Quod igitur per Magiſtrianum (ſic enim vocabant Tabellariorum præfectum) nullæ cum aliis redditæ fuerint litteræ Flaviani ad Leonem Romanum Pontificem, quas certus peculiariſque nuncius deferebat, ſed nondum Romam pervenerat; idem Romanus Pontifex id neſciens, ad Flavianum, ejus redarguens in re tanta ſilentium, has litteras dedit (a): VI.

Cum Chriſtianiſſimus & clementiſſimus Imperator ſanctæ & laudabilis fidei, pro Eccleſiæ Catholicæ pace ſolicitus, ad nos ſcripta tranſmiſerit de his, qui apud vos perturbationis ſtrepitum moverant: miramur fraternitatem tuam, quicquid illud ſcandali fuerit, nobis ſilere potuiſſe, non potius procuraſſe, ut primitus nos inſinuatio magis tuæ relationis inſtrueret, ne de rerum geſtarum poſſemus fide ambigere. Accepimus enim libellum Eutychetis presbyteri, qui ſe queritur, accuſante Euſebio Epiſcopo, immerito communione privatum; maxime cum evocatum ſe adfuiſſe teſtetur, nec ſui præſentiam denegaſſe: adeo ut in ipſo judicio libellum appellationis ſuæ ſe aſſerat obtuliſſe, nec tamen fuiſſe ſuſceptum, qua ratione compulſus ſit, ut conteſtatorios libellos in Conſtantinopolitana urbe proponeret. Quibus rebus intercedentibus, necdum agnoſcimus, qua juſtitia a communione Eccleſiæ fuerit ſeparatus: ſed reſpicientes ad cauſam, facti tui noſſe volumus rationem, & uſque ad noſtram notitiam cuncta deferri. Quoniam nos, qui ſacerdotum Domini matura volumus eſſe judicia, nihil poſſumus, incognitis rebus, in

(a) Leo ep. 8. Leo Flavianum admonet, ut res geſtas ſignificet.

A 2

PAGIUS ſebius Dorylænſis Epiſc. cujus libellum Eutychee ad Sanctum Leonem miſerat. Præterea idem Leo, cum nullas accepiſſet a Flaviano litteras, ad eum ſcripſit Epiſt. XX. quæ alias erat VIII. quæ extat etiam apud Baronium. In ea ait Leo, lente exercenda judicia, cum maxime de reſcidenda communione agitur, nec tam in errore confodiendo quam in emendando errantem laborandum, nec adeo animo indulgendum ſpecie defendendæ veritatis, ut locus charitatis non ſit.

IV. *Flavianus duas de Eutychete ad Leonem ſcripſit Epiſtolas.* Baronius anno DCXLVIII. num. LI. & ſeqq. ſcribit, *Flavianum* de damnato a ſe *Eutychete* certiorem reddidiſſe S. Leonem, & in hujus rei confirmationem recitat Epiſtolam II. Flaviani inter Leoninas XX. alias VII. cujus initium: *Nulla res diaboli veneno tempeſtet*, quam primam eſſe exiſtimabat, quæ cum ſecunda Flaviani fuerit, ad præſentem annum revocanda; ſuperiori enim anno nihil a Flaviano ſcriptum, ut ibidem oſtendimus. *Flavianus* autem hoc etiam anno reſcripſit ad Sanctum Leonem Epiſtolam ſuam ſecundam, quæ a Baronio hoc anno num. VIII. & ſeqq. recitatur. Miſit *Flavianus* cum ſua ad Leonem Epiſtola prima Acta Conſtantinopolitanæ Synodi in cauſa *Eutychetis*. Sed cum tardius *Leoni* reddita fuiſſet, & nihil *Flavianus* de prima ſua Epiſtola audiſſet, ſecundam ſcripſit, in qua prioris meminit, & Actorum, quæ ſimul direxerat. Baronius deceptus codicum præpoſtero ordine eam, quæ ſecundo ſcripta, primo ſcriptam credidit. Sed contrarium ex ipſius Epiſtolæ ſerie deducit Queſnellus in Diſſert. I. de vita S. Leonis Magni, quia videlicet hæc prioris meminit cum Actis Concilii Conſtantinopolitani miſſæ, & inſuper ex Epiſtola XXXIV. ad Flavianum data *Julii die XXIII.* ubi teſtatur Leo, ſe alteram illam Epiſtolam non accepiſſe, niſi Legatis ſuis jam in Orientem profectis. Hi vero nondum Urbem reliquerant *Junii die XVII.* quemadmodum docent Epiſtolæ XXXII. & XXXIV. Leonis ad Flavianum; ex quibus inter ſe collatis apparet, in-

in cujuſpiam partis præjudicium definire, priuſquam univerſa quæ geſta ſunt, veraciter audiamus.

VII. *Et ideo fraternitas tua per idoneam maxime aptamque perſonam pleniſſima nobis relatione ſignificet, quid contra antiquam fidem novitatis emerſerit, quod ſeveriori ſententia dignum fuerit vindicari. Nam & Eccleſiaſtica moderatio, & religioſa piiſſimi Principis fides multam nobis ſollicitudinem Chriſtianæ pacis indicunt: ut amputatis diſſenſionibus, fides Catholica inviolata ſervetur: & hi qui prava defendunt, ab errore revocatis, noſtra auctoritate, quorum fides probata fuerit, muniatur. Nec aliqua poterit ex hac parte difficultas afferri, cum memoratus preſbyter libello proprio ſit profeſſus, paratum ſe eſſe ad corrigendum, ſi quid in ſe inventum fuerit, quod reprehenſione ſit dignum. Decet enim in talibus cauſis hoc maxime provideri, ut ſine ſtrepitu concertationum, & charitas cuſtodiatur, & veritas defendatur, frater cariſſime. Et ideo quia dilectio tua de tanta cauſa nos videt eſſe ſollicitos, quam pleniſſime & dilucide univerſa nobis annunciet: quod acto facere feſtinet; ne inter aſſertiones partium aliqua ambiguitate fallamur; & diſſenſio, quæ in ſuis initiis abolenda eſt, nutriatur: cum in corde noſtro ea obſervantia, Deo inſpirante, permaneat, ut conſtitutione venerabilium Patrum divinitus roborata, & ad ſoliditatem fidei pertinentes, prava cujuſquam interpretatione violentur. Deus autem te cuſtodiat incolumem, frater cariſſime. Dat. XII. Kalendas Maji, Aſterio & Protogene viris clariſſimis Coſſ.* Hæc quidem Leo, cum nunquam pro tribunali eminentior ſedens, & poteſtatem ſuper omnes habens legitimus univerſalis Eccleſiæ Judex, legitimum parandum eſſe judicium monet. Miſſæ ſunt hæ litteræ per Panſophium Comitem.

VIII. Cum has accepiſſet Flavianus, ad ipſum S. Leonem reſcripſit aliam mox epiſtolam, qua cuncta temere tentata per Eutychetem poſt ipſius condemnationem palam facit, & ſcripta ab eo mendacia redarguit. Eſt Flaviani hujus epiſtolæ exordium (a): *Pietate & recta prædicatione Verbi, &c.* Ubi poſt dilucidius demonſtratam Eutychetis hæreſim, hæc de eodem habet: *Juſtum autem eſt, & hoc vobis (ſicut arbitror) intimare; quia idem Eutyches paſſus juſtam & canonicam damnationem, cum debuiſſet ſecundas ſalvare priora, & per pœnitentiam perfectam multaſque lacrymas placare Deum, noſtrumque cor vehementer contriſtatum in ejus ruina, per veram ſanare pœnitentiam, non ſolum non fecit, ſed etiam per omnia conturbare ſanctam quæ apud nos eſt Eccleſiam feſtinavit, propoſitiones injuriarum publice ponens, & maledictionibus plenas. Super hæc & preces offerens piiſſimo & Chriſti amantiſſimo noſtro Imperatori, & eaſdem arrogantia & petulantia plenas; per omnia divinas regulas conculcare conatus eſt.*

(a) Apud S. Leon. ante ep. 9.

IX. Deteguntur Eutychetis doli atque mendacia. *Sed his ita geſtis, litteræ nobis datæ ſunt veſtræ ſanctitatis per admirabilem Comitem Panſophium, per quos ſumus edocti, quia idem Eutyches libellum dirsxit vobis plenum omni fallacia atque calliditate, dicens, judicii tempore libellos ſe dediſſe appellationis & nobis, & hic convenienti ſancto Concilio, & appellaſſe veſtram ſanctitatem: quod nequaquam ab eo factum eſt. Sed etiam in hac parte mentitus eſt, tanquam per fallaciam mendacii ſubrepere ſe ſanctis veſtris auribus putans. Commotus itaque, ſanctiſſime Pater, in his omnibus quæ ab eo præſumpta ſunt, & ob ea quæ in nos & ſanctiſſimam Eccleſiam facta ſunt atque fiunt, pro conſueta fiducia fiducialiter age, ſecundum quod ſacerdotio competit: propriamque faciens communem cauſam, & ſanctarum Eccleſiarum diſciplinam, ſimul decernere damnationem adverſus eum regulariter factam, & per propria ſcripta dignare: confortare autem piiſſimi & Chriſto dediſſimi noſtri Imperatoris fidem.*

X. *Cauſa enim eget ſolummodo veſtro ſolatio atque defenſione, qua debeatis conſenſu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere: ſic enim hæreſis quæ ſurrexit, & turbæ quæ propter eam factæ ſunt, facile deſtruentur, Deo cooperante per veſtras ſanctiſſimas litteras: removebitur autem & Concilium quod fieri divulgatur, quatenus nequaquam ubique ſanctiſſimæ turbentur Eccleſiæ.* Hæc Flavianus: quibus intelligis, tantam vim ineſſe litteris Apoſtolicis, ut Concilio dicat non indigere œcumenico id quod ejuſdem Romani

Quæ ad Flavianum S. Leo reſcripſerit.

PAGIUS inter hujus & illius ſcriptionem, Legatos ad Synodum miſſos ſe ſe viæ dediſſe. In his literis ſcribit *Flavianus*, ſe ſecundum canonem in Eutychen animadvertiſſe, non indicta cauſa damnatum, ac ejus errores commemorat.

V. Leo ad Flavianum de Eutyche ſcribit. Acceptis literis *Flaviani*, *Leo*, opem operamque ſuam adverſus *Eutychetem* pollicetur; & per illuſtrem virum *Rhodanum* Epiſtolam mittit ordine XXII. quam primum Queſnellus publicavit, quam & ſecuta eſt alia ad Theodoſium, quæ ordine eſt XXIII. in qua Nicenæ fidei ſe inhærere profitetur, *Neſtorii* & *Eutychis* dogmata condemnat, poſtulatque Synodum intra Italiam congregari. In ea ampliores literas promittit per *Flaviani* nuncium, fuitque illa celebrata adeo ad Flavianum Epiſtola, alias ordine X. nunc XXIV. laudata Chalcedone, Patribus approbata, & retenta ad fidem Eccleſiæ *de Incarnatione Chriſti* explicandam, ut hac quaſi Lydio lapide ſincera adulterinaque fides probetur.

Digitized by Google

mani Pontificis fuiſſet litteris definitum. His acceptis & aliis ab eodem antea datis litteris S. Leo, ſimulque lectis miſſis una cum illis Synodalibus Actis, cognitiſque cunctis contra Eutychetem a Flaviano & Synodo rebus legitime geſtis, ſero licet, tamen probe novit impoſturam nefandi hæreſiarchæ: primumque omnium adverſus ipſam hæreſim inſurrexit, utque de fide catholica & Verbi incarnatione ſolida veritate conſtantem omnibus omni ex parte numeris abſolutam ad ipſum Flavianum, publicam tamen cunctis, ſcripſit epiſtolam: de qua antequam agere aggediamur, ſingula quæ Conſtantinopoli ab Eutychete hoc tempore ſunt temere atque doloſe peracta, hic deſcribamus.

XI. Vocantur Epiſc. Conſtantinopolim ad Synodum.

Damnato (ut vidimus) anno ſuperiori Eutychete, nullum non movit lapidem Chryſapius eunuchus Imperatorii cubiculi Præfectus, ut legitime a Flaviano confecta in Synodo Acta irrita prorſus reddat, & in ipſum Flavianum damnationis pœnam convertat. Hujus rei cauſa inprimis (ut dictum eſt), permovit Theodorum Imp. ut ad Leonem Pontificem pro Eutychete ſcriberet: Cum vero ejus ſciret infracti animi robur, & nonniſi ſolidam, firmam, conſtantemque ab eo expectandam fore ſententiam; judicium ut everteret, & quod parabatur examen, eſt conatus eludere, dum perſuadet Imperatori, ut confeſtim Conſtantinopolim Epiſcopos convocet, qui cauſam Eutychetis ſint cognituri: eidemque triginta Epiſcoporum Concilio, quem vellet Eutiches, ut præſideret Theodoſius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, ſua dexteritate confecit. Quanta vero id perfecerit celeritate, ex eo accipe, quod hoc anno ſub nominatis Conſulibus ad quintum Idus Aprilis iidem convocati ab Imperatore Conſtantinopolim convenerunt ſimul ad Synodum celebrandam in Baptiſterio majoris Eccleſiæ. Quæ autem ab his geſta ſunt, ipſa Acta declarant, quæ integra leguntur primæ Actioni Magni Concilii Chalcedonenſis, ex quibus ea tantum, quæ ad hiſtoriam, exactamque rerum geſtarum cognitionem ſpectant, hic deſcribemus (a):

(a) *Apud Conc. Chalced. Act. 1.*

XII. Concilium Secundum in cauſa Eutych.

Cœpta eſt Synodus quinto Idus menſis Aprilis, cui triginta interfuerunt Epiſcopi, & ab Imperatore miſſus eſt Florentius Patricius ut intereſſet; Theodoſius autem Cæſareæ Cappadociæ præſidere Synodo juſſus eſt. In ea igitur primum omnium contra jus faſque ab Imperatore conceſſum eſt Eutycheti per procuratorem ſuam cauſam in Synodo agere, accuſatori nequaquam: nec valuit ulla de his exceptio Epiſcoporum de non ſervato ordine judiciario, neque Euſebii Epiſcopi Dorilæi accuſatoris querela: ſicque cum eſſent cauſam acturi pro Eutychete intromiſſi ſunt in Synodum Conſtantinus, Eleuſius, & Conſtantius monachi cum libello ipſius Eutychetis. His admiſſis, Macedonius Tribunus & Notarius Imperatorum nomine hæc ſuggeſſit, præferens ſacram codicem Evangelii: Oportet, inquit, omnia quæ mandata ſunt ab eorum pietate, me dicere: Juſſit igitur eos, qui dudum præſentes fuerunt, ſacratiſſimos Epiſcopos ſub ſacramento dicere, ſi vera ſunt legendorum monumentorum profeſſiones ab utraque parte illatæ. Baſilius reverendiſſimus Epiſcopus Seleuciæ dixit: Hactenus juramentum Epiſcopis neſcimus oblatum: ſed ut præceptum eſt nobis a Domino Chriſto (b), non jurandum, &c. Actum eſt igitur interceſſione Baſilii ne jurare Epiſcopi cogerentur. Poſt hæc autem ordine rerum oblatus eſt legendus libellus, quem Eutyches jam damnatus obtulerat Imperatoribus, qui ſic ſe habet:

(b) *Matt. 5.*

Piiſſimis & fideliſſimis amicis Chriſti Imperatoribus noſtris Theodoſio & Valentiniano Patribus Patriæ Auguſtis, Eutyches Archimandrita.

XIII. Libellus Eutych. oblatus Theodoſio.

In omnibus mihi poſt Deum & ſalutis & veritatis manifeſtatio facta eſt veſtra pietas, in nulla re prætermittens inquiſitionem facere eorum, quæ vel de fide, vel adverſum me calumnioſe mota ſunt. Geſta enim quæ ſunt compoſita a reverendiſſimo Archiepiſcopo Flaviano adverſum me, legi heſterno die, & reperi contraria his quæ acta ſunt contineri in chartis. Nec enim quæ ad me ipſe locutus eſt jacebant in eis: neque quæ ego locutus ſum, inſeruerunt eidem monumento. Supplico

PAGIUS

VI. *Conventus Conſtantinopolitanus in cauſa Eutychis.*

A num. XI. ad XXII. Dum *Leo & Flavianus* bono Eccleſiæ conſulunt, *Eutyches* libellos ſupplices dat Imperatori, Actaque Synodi Conſtantinopolitanæ anno ſuperiori habitæ diminuta falſataque arguit. Imperator *Chryſaphii* Eunuchi ſermonibus deceptus, retractari Acta jubet, & videre an quid omiſſum mutilum, adulteratumque reperiatur. Quamobrem eoſdem Epiſcopos, qui anno ſuperiori Synodum fecerant, jubet iterum cogi, ſed illis Thalaſſium Epiſcopum Cæſareæ in Cappadocia præficit, amoto Flaviano Conſtantinopolitano, cui jus ſedendi aufertur. *Concilium II. Conſtantinopolitanum* vocatur a Baronio, a Queſnello vero laudato *Appendix Synodi* ſuperiori anno Conſtantinopoli habitæ, vel *Concilii Oecumenici Præludium*, quod ad Kalendas Aug. indictum videbimus. Quinto itaque Idus Aprilis cœpta eſt Synodus: ad examen Acta revocantur: nihil depravatum aut immutatum reperitur, omniaque uti geſta erant, ita ſcripta eſſe omnes approbant. Conſtantinus Reverendus Diaconus dixit: *Eutyches, dum legeretur damnatio, appellavit Sanctum Concilium Sanctiſſimi Epiſcopi Romani, Alexandrini, & Hieroſolymitani, & Theſſalonicenſis*, ut legitur in Act. I. Concil. Chal-

pliso igitur veſtræ ſerenitati, conſuete Orthodoxæ fidei patrocinari, & meæ parvitatis opinioni: Ut dignetur præcipere beatiſſimos Epiſcopos, qui in hac cauſa tunc reſidebant, & Notarios reverendiſſimi Epiſcopi Flaviani, & reverendos Clericos, qui ad me directi ſunt vocantes ut occurrerem, & reverendiſſimum Diaconum Athanaſium reverendiſſimi Epiſcopi Baſilii convenire in præſentia ſanctiſſimi Epiſcopi Theodoſii, quatenus interrogati dicant omni cum veritate, ſcriptis mandatum quid noverint: Ut hoc conſecutus, more ſolito laudans, gratias agam Domino omnium Chriſto, & veſtræ pietati. Hactenus libellus Eutychetis oblatus Theodoſio Imperatori, lectuſque in Synodo.

XIV. Recitato itaque libello, & audita Eutychetis petitione, cum ei Theodoſius Imperator, annuiſſet; juſſi ſunt præſentes eſſe Notarii Flaviani, qui Acta Synodalia exceperant, iidemque Diaconi, Notariorum fungentes munere, omnes numero quinque, Aſterius, Aetius, Nonnus, Aſclepiades, atque Procopius: qui juſſu Flaviani & aliorum Epiſcoporum, qui priori Synodo præſentes fuerunt, conſcripta ab ſe Acta ediderunt. Protulerunt alia Eutychetis procuratores, ſed quæ cognita ſunt non eſſe originalia, verum deſcripta poſtea exemplaria. Dum ergo Acta legerentur, ventumque eſſet ad tertiam Synodi Actionem de verbo quodam relato in Acta, quod referri minime debuiſſet; rurſumque de verbis ab Eutychete dictis, & in Acta minime relatis, & aliis admodum levibus controverſia mota eſt. Cum, qui eſſet mos Notariorum exceptorum, Aetius & ipſe ex Notariis unus his verbis ſignificavit: *In talibus (inquit) ſanctiſſimis Conciliis contingit frequenter unum ex reverendiſſimis Epiſcopis aliquid dicere: & quod ab uno dictum ſit, tanquam ab omnibus ſimul dicatur, & ſubſcribatur, & intelligatur,* omnibus ſcilicet conſentientibus & approbantibus. *Hoc ab exordio factum eſt; in tantum, ut uno dicente, ſcribamus: Sancta Synodus dixit. Si vero inventus fuerit, unus aut ſecundus dicens idem, &c. tunc diximus quia & profeſſi ſunt Deo amantiſſimi Epiſcopi, & exclamaverunt, &c.* Et poſt nonnulla idem Aetius: *Multa ſæpius tamquam in collocutione communi in parte Concilii in conventu a præſentibus ſanctiſſimis Epiſcopis dicuntur, quæ ſcribi non præcipiuntur.* Hic igitur per Aetium patefactis de Eutychetis appellatione, quod recepta non fuiſſet in Acta, facta eſt objectio a procuratoribus Eutychetis. Acta autem ſic ſe habent (a):

Mos Notariorum exceptorum in Synodis.

(a) Apud Conc. Chalced. Act. 1.

XV. De appellatione Eutychetis acta.

Quoniam vero ante paucos dies litteræ ſanctiſſimi Archiepiſcopi Leonis inſinuatæ ſunt nobis continentes quia accuſavit reverendiſſimus Archimandrita Eutyches, & appellavit in tempore examinationis veſtram audientiam per dationem libelli. Et poſt aliqua, hæc ex ſuggeſtione unius ex procuratoribus Eutychetis: *Conſtantinus reverendus diaconus dixit: Eutyches, dum legeretur damnatio, appellavit ſanctum Concilium Epiſcopi Romani, & Alexandrini, & Hieroſolymitani, & Theſſalonicenſis; & hæc in Geſta non ſunt inſerta. Magnificentiſſimus Patricius Florentius dixit: Turba facta, & diſſoluto Conventu, dixit ad me ſilenter, appellans Romanum & Ægyptium & Hieroſolymitanum Concilium. Et ego arbitratus indecens eſſe, latere hoc ſanctiſſimum & reverendiſſimum Epiſcopum Flavianum, aſcendens dixi ei,* ea videlicet quæ Eutyches ſibi dixiſſet. Addidit his Baſilius Seleuciæ hæc: *Jam in veritate dico: Adhuc ipſo Conventu ſedente, & proponente ſancta Synodo, ut diceret iſtas duas naturas inſeparabiles & inconfuſas in uno Domino etiam poſt adunationem: ſcio quia dixit religioſus Archimandrita Eutyches: Si præceperint Patres Romanus & Alexandrinus, dico hoc ipſum. Hoc autem non quaſi appellans dixit.* Poſt hæc rogata eſt ſententia Archimandritarum, qui Synodo interfuerunt, ſi quis eorum audiſſet appellantem Eutychetem in Synodo: & omnes una ſententia negaverunt.

XVI. Vides igitur Eutychetem per mendaciorum anfractus diverticula quæritantem com-

PAGIUS Chalced. De Antiocheno Epiſcopo ſilentium; quia Epiſcopi hujus Diœceſeos Neſtorianiſmi ſuſpecti erant.

VII. *Eutyches*, dum hac via omnes aditus interclusos intelligit, *Dioſcori* Epiſcopi Alexandrini *Flaviano* inimici patrocinium implorat *Dioſcorus* ad Imperatorem ſcribit, aliamque Synodum poſtulat, cui per literas Imperatoris jubetur præſidere, rejecto ex illo cœtu *Theodoreto*, qui Dioſcoro infenſus erat, & Eutychianæ doctrinæ aperte contrarius. Synodum prius meditatam, etiam ante Conventum Conſtantinopolitanum, arbitratur Queſnellus citatus. Nam dum conſuleretur de procuratoribus *Eutychis* admittendis, qui ſc. criminis accuſabatur, & eam ob rem ipſum Epiſcopi adeſſe vellent, *Meliphtongus* Epiſcopus eum quidem præſentem volebat, poſſe tamen per procuratores audiri, ſi ita Auguſto viſum; rem ſc. iterum examini ſubiiciendam, quoniam Imperator juſſerat univerſalem Synodum fieri: *Præcipue quia univerſalem præcepit fieri Synodum, & neceſſe eſt majores cauſas in illud reſervare Concilium*, ut legitur Act. I. Concil. Chalced. Hæc de Synodo jam indicta diſſerebat Meliphtongus *V. Idus Aprilis*; ex eoque liquet, errorem, quod tamen Baronius num. XXV. putavit, non irrepſiſſe in diem, quo datæ ſunt literæ Theodoſii ad Dioſcorum, *III. Kal. April.* Imo litteras ejuſdem Theodoſii de convocatione Synodi receperat Leo *III. Idus Maii*

Dioſcorus aliam Synodum in cauſa Eutychis poſtulat.

comprehenſum, ubique delitum, vaniloquum, atque doloſum eſſe repertum: quæ quidem plus ſatis eſſe poterant ad proſcriptionem impii hæreſiarchæ & ab eo proditæ impietatis: ſed dum Chryſaphius privata contra Flavianum ſtudia fovet, atque in eadem pertrahit Imperatorem, maximum parat Eccleſiæ luctum, ſummamque infert cladem Imperio, ut exitus patefaciet. Abſoluta eſt itaque, his actis ejuſdem Synodi prima ſeſſio, habita quinto Idus Aprilis. In qua quidem (ut vidimus) cum facta ſit mentio litterarum S. Leonis hoc anno ſub iiſdem conſulibus Kalendis Martiis Romæ datarum, quas ante paucos dies fuiſſe acceptas, Eleuſii teſtificatione eſt dictum: vides quanta celeritate, nempe unius dumtaxat menſis ſpatio, litteræ ab urbe ſolerent deferri Conſtantinopolim. Quod etiam ex eo certo certius colligere potes, dum quas Theodoſius ſcripſit ad S. Leonem Romanum Pontificem poſt abſolutam præſentem Synodum Conſtantinopoli quinto Idus Aprilis de Synodo habenda Epheſi litteras, eas accepit S. Leo (ut ipſe teſtatur in epiſtola ad Pulcheriam (a) tertio Idus Majas.

(a) Leo epiſt. 13.

XVII. Secunda ſeſſio.

Ruſum vero ejuſdem menſis Aprilis vigeſimaſeptima die iterum a patribus conventum eſt, ubi a procuratoribus Eutychetis oblatus eſt libellus ab ipſo antea porrectus Theodoſio Imperatori, qui acceptus juſſus eſt legi: eſt autem hujuſmodi (b):

(b) Apud Conc. Chalced. Act. 1.

Piiſſimis & fideliſſimis ac Chriſti amatoribus Principibus noſtris Flavio Theodoſio & Valentiniano perpetuis Auguſtis, ab Eutychete Archimandrita.

XVIII. Cognitio de falſitate actorum.

Veſtra pietas ſuperius & a principio non ignorans circa rectam fidem religionem mundam & irreprehenſibilem fidem meam, pro calumnia mihi compoſita & meditatis inſidiis ab Euſebio Epiſcopo Dorilæi, quaſi recte non ſapiam ſancire dignata eſt, ingrediente me in Concilium, adeſſe mihi virum laudabilem magnum Silentiarium cuſtodiæ cauſa: Qui vadens ad Epiſcopum, & præſentiam meam nuncians quædam audivit a religioſiſſimo Epiſcopo Flaviano, de damnatione mea, & vidit. Precor igitur veſtram tranquillitatem, dignetur ſancire apud quem placuerit veſtræ pietati eumdem virum mirificum, laudabilem, magnum Silentiarium cum veritate ſcriptis profiteri ea quæ audivit (ut ſuperius dixi) & vidit: quo his impetratis, ſolitas orationes Deo ſemper pro veſtra ſalute referam, piiſſimi & fideliſſimi Imperatores. Hactenus Eutychetis libellus. Juſſus tunc eſt Silentiarius, quæ audivit, coram Synodo profiteri: qui teſtatus eſt, ſe accepiſſe a Flaviano, antequam de damnatione Eutychetis Synodi Actio cogeretur, jam Eutychetem eſſe damnatum ſcriptum nimirum damnationis libellum, quem Synodo ſubſcribendum porrecturus eſſet. Sed & teſtificatione Aſterii presbyteri dictum eſt, & in Acta relatum, ipſa Synodi prioris Acta fuiſſe a Notariis immutata. His itaque cavillis illuſum eſt legitimæ factæ a priori Synodo Eutychetis damnationi, faventibus eidem magiſtratibus in gratiam Chryſaphii etiam Imperatorem moventis pro ipſo hæreſiarcha. Fuerunt hæc præludia horrendæ tragœdiæ, de qua paulo poſt dicturi ſumus. Modo autem quæ Liberatus Diaconus (c) iſtis addat, ſuperioribus conjungamus:

(c) Liberat. Diac. c. 11.

XIX.

Diſcuſſis (inquit) *Geſtis inſtantibus Notariis cum Epiſcopis Deum timentibus, cum Eutycheti aliqui faverent pro tempore nihil falſitatis inveniri potuit; ſed tantum actum eſt, ut apud Magiſtros Officiorum Geſta conficerentur de falſitate Notariorum, aſtantibus quibuſdam laicis de Officio Principis, qui interfuerunt Geſtis ipſis tempore Concilii. Poſtea expetivit Imperator a Flaviano fidei ejus confeſſionem manu ejus ſcriptam & ſubſcriptam. Scripſit ergo Flavianus fidem manu propria, & Imperatori in hoc themate direxit:*

Flavianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus amatori Chriſti Imperatori noſtro Theodoſio ſalutem.

XX.

Nihil ita convenit ſacerdoti Dei, & dogmatibus erudito divinis, quam paratum eſſe ad ſatisfactionem (d) omni petenti rationem de ſpe quæ in nobis eſt, & gratia: Non enim erubeſco (e) Evangelium Dei: Virtus enim Dei eſt ad ſalutem omni credenti. Quia ergo & nos, miſericordia Regis omnium Chriſti Dei, ſacerdotium tale ſortiti ſumus: ſapimus recte & inculpabiliter ſemper Scripturas divinas, ſequentes expoſitiones ſanctorum Patrum qui in Nicæa convenerunt, & centum quinquaginta qui hic congregati ſunt, & qui in Epheſo ſub ſanctæ memoria Cyrillo, qui fuit Alexandrinorum Epiſcopus: Et prædicamus Dominum noſtrum

(d) 1. Petr. 3.
(e) Rom. 1.
Profeſſio fidei Flaviani Epiſcopi.

PAGIUS

Maii, quas miſſas ante menſem ſolidum oportuit, quod Leo teſtatur in Epiſtola XXVII. alias XIII. cap. 4. ad Pulcheriam ſcribens. Sed ea, quæ prius ab Auguſto ordinata fuerant, poſtea immutata haud dubium eſt, inquit Queſnellus loco citato. Porro quod Baronius num. XXI. ex Nicephoro lib. 14. cap. 47. refert, *Eudociam* ſc. Auguſtam excitatam fuiſſe a *Chryſaphio* Eunucho adverſus Flavianum, quod & Theophanes aſſerit, verum non eſſe exiſtimo, quia prioribus ſaltem hujus anni menſibus jam illa ab aula aberat, & *Pulcheria*, rerum ſummam adminiſtrabat. Quamobrem S. Leo ad Pulcheriam ſcripſit Epiſtolam citatam XXVII. datam *Idibus Junii* præſentis anni, qua ejus zelum adverſus *Eutychen* laudat, ideoque non *Eudocia*, ſed *Pulcheria* in aula verſabatur.

A num.

*ſtrum Jeſum Chriſtum ante ſecula quidem ex Deo Patre ſine principio natum ſecundum divinitatem, in Noviſſimis autem diebus eundem propter nos & propter noſtram ſalutem ex Maria Virgine ſecundum humanitatem. Ex duabus itaque naturis confitentes Chriſtum poſt incarnationem ex ſancta Virgine & humanatum in una ſubſiſtentia *, & in una perſona unum Chriſtum, unum Filium, unum Deum confitemur; & unam quidem Dei Verbi naturam incarnatam tamen & humanatam dicere non negamus; eo quod ex ambabus unus atque idem ſit Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Eos vero, qui aut duos Filios, aut duas ſubſiſtentias, aut duas perſonas annunciant, & unum eundemque Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei vivi prædicant, anathematizamus, & alienos eſſe ab Eccleſia judicamus. Et ante omnia Neſtorium impium anathematizamus, & ſapientes ea quæ ejus ſunt, & loquentes ea: Abſcindantur hujuſmodi a filiorum adoptione promiſſa recte credentibus.* Et ſubſcriptio: *Domine Jeſu Chriſte adjuva nos.* Et iterum: *Hæc ſcripſi manu mea ad ſatisfactionem veſtræ poteſtatis, ut confundantur calumniam facientes noſtræ ſimplici converſationi.* Hactenas profeſſio Flaviani ab Imperatore ea de cauſa exacta, quod Eutiches & ſentientes cum eo ipſum calumniati eſſent eadem ſapere cum Neſtorio, & ſub duarum naturarum in Filii Dei confeſſione duas pariter ſubintroducere velle perſonas: ob id enim in hac ſua profeſſione Flavianus multus fuit in damnando Neſtorio. Quæ autem poſt hæc acta ſint, ita ſubdit Liberatus Diaconus (a).

* ſubſtantia.

(a) Liberat. Diac. lib. 2.

XXI. *Poſtquam ergo nihil probatum eſt Notariis de falſitate Geſtorum, Eutyches petit Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum, ut quæreret quæ de illo acta ſunt. Urgebat * apud Principem, univerſale fieri Concilium, ut improbaretur Concilium Flaviani. Scripſit ergo Dioſcorus Theodoſio Imperatori, quia aliam fieri Synodum oportet, & quod ut fieret, perſuaſit Eutyches. Annuit Imperator.* Hæc autem omnia molitione eſſe facta Chryſaphii, Nicephorus tradit his verbis (b): *Porro ubi illa Acta & decreta legitima eſſe, auctoritate ſua comprobaverunt: Chryſaphius eunuchus, qui idem cum Eutychete ſentiebat, cum contumeliam ferre nequiret, iram ſuam adverſus Flavianum maxime auxit; & Dioſcoro Alexandrino, impio illi indicavit, ſe illi in rebus quæ placitæ eſſent gratificaturum omnibus, ſi Eutychetem periclitantem defenderet, Flavianum autem & Euſebium Dorilæum oppugnaret. Eodem modo Eudociam Auguſtam excitavit, cum multa alia, tum ea potiſſimum dicendo quæ ei a Pulcheria acerba accidiſſent.*

* Agebat.

(b) Niceph. li.14.c.47.

XXII. His igitur ita diſpoſitis, ad Kalendas Auguſti indicitur Synodus Epheſi: *Dirigenſque* (inquit Liberatus c) *Imperator Sacram Dioſcoro in Alexandriam, præcipit ut decem Metropolitanos Epiſcopos, quos voluiſſet, ipſe eligeret, & veniret Epheſum, & congregato Concilio, Eutychetis cauſam diſcuteret; jubens Barſumam Archimandritam intereſſe, & vices agere omnium monachorum Orientales Epiſcopos accuſantium: Theodoretum vero Cyri Epiſcopum adeſſe Concilio interdixit, & in ſua Civitate permanere eum juſſit. Jam enim Ibam Edeſſenum Epiſcopum, ne Synodo adeſſet, per illum filium ſuum, quem dixi, Chryſaphium, in multas manſiones Eutyches relegarat exilio.* Hæc de indicta Synodo Liberatus. Cum autem iſta de Oecumenico celebrando Concilio ore multorum jactari cœpiſſent, hæcque litteris Domni Epiſcopi Antiocheni Theodoretus Cyri Epiſcopus accepiſſet: exiſtimans iſta curari per Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum quem patiebatur adverſarium, quo futuræ Synodi Oecumenicæ decreto duode-

(c) Liberat. c. 12. Indicitur Synodus Epheſi in cauſa Eutychetis.

PAGIUS VIII. *Theodoretus anxius de ſucceſſu futuræ Synodi.*

A. num. XXII. ad LXXVII. Evocatoria Pſeudo-Synodi Epheſinæ data eſt *III. Kalend. Aprilis*, ut ad Kalendas Auguſti inciperetur: Ejus indictione audita *Theodoretus*, qui credebat Imperatorem conſilium de ea celebranda depoſuiſſe, ex quo reconciliatus fuerat cum Flaviano, ſcripſit Epiſtolam CXII. ad *Domnum* Antiochiæ Epiſcopum, a Baronio num. XXII. recitatam, in qua ſuam de capitibus S. Cyrilli ſibi non probatis pertinaciam oſtendit. Ex ea Epiſtola liquet, quanta tunc temporis Orientalium Epiſcoporum diſſenſio fuerit, aliis pro *Cyrillo* ſtantibus, aliis contra eum.

IX. *Præſides Pſeudo-Synodi Epheſinæ.*

Cum Sanctus Leo Theodoſium a cogendo Concilio avocare non potuiſſet, miſit qui ſuas vices gererent: *Ad omnem vero cauſam pie ac fideliter exequendam fratres noſtros Julium Epiſcopum & Renatum Presbyterum tituli Sancti Clementis, ſed & filium meum Hilarum Diaconem vice noſtra direximus, quibus Dulcitium Notarium noſtrum, cujus fides nobis eſt probata, ſociavimus*, inquit Leo in Epiſtola XXIV. ad Flavianum, quæ alias erat X. data *Idibus Junii*, & recitata a Baronio num XLV. & ſeqq. Celeberrima hæc Epiſtola olim integra in Eccleſia Romana tempore *Adventus* legebatur, quod etiam in Eccleſiis Galliarum factitatum eſſe eruit Queſnellus citatus ex MS. Codice Bibliothecæ Regiæ. Legati illi fuere *Julius* Epiſcopus Puteolanus & *Hilarus* Archidiaconus. *Renatus* vero Presbyter, qui cum illis miſſus fuerat, in Delo inſula morte præventus eſt, ut teſtatur Auctor Breviculi Eutychianiſtarum: *Interfuerunt etiam Vicarii ab Apoſtolica Sede directi, Julius Puteolanus Epiſcopus, Hilarus Archidiaconus, quia Presbyter Renatus in Delo inſula morte præventus eſt.* Baronius num. XXXVII. *Julium* vocat *Julianum* Epiſcopum Puteolanum, eamque in rem laudat Marianum Scotum in Chronico. Verum in hodiernis Codicibus hujus Chronographi, non *Julianus*, ſed *Julius* legitur, eamque lectionem confirmant MSS. Codices

decim illa vulgata Cyrilli capitula, quorum cauſa diu multumque fuerat altercatum, comprobarentur: hanc tunc ad eumdem Domnum epiſtolam reddidit, quæ inter ejus epiſtolas Græce ſcriptas in codice Vaticano numeratur centeſima duodecima, atque ſic ſe habet.

Theodoretus Epiſcopus Cyri, Domno Epiſcopo Antiochiæ.

Theodoreti Epiſc. Litteræ ad Epiſc. Antioch. *Speravimus jam noſtra mala quieviſſe, ubi nobis nonnulli ſignificarent, jam pacatam Imperatoris Victoris, & Triumphatoris indignationem, & quod jam induciæ factæ ſunt inter eum, & religioſiſſimum Epiſcopum Flavianum, & quod jam ſedata eſt Synodi convocatio, & pax Eccleſiarum reverſa eſt. Quæ vero nunc a tua pietate ſcripta ſunt, magna nos affecerunt moleſtia. Nihil enim boni licet expectare ab ea, quæ muſſitatur Synodo, niſi clementiſſimus Deus conſuetam noſtri curam gerat, & ſedaverit technas & machinas turbulentiarum a Dæmonibus concitatarum. In magna enim Synodo, quæ Nicææ fuit congregata, una cum Orthodoxis idem decreverunt etiam illi qui Arii partes ſectabantur, & Apoſtolicæ fidei expoſitioni per manus ſubſcriptionem conſenſerunt. Fuerunt tamen revera hoſtes, nec unquam quievere illam oppugnare, quouſque corpus Eccleſiæ conſciderunt, & triginta annis inter ſe communicarunt, atque Apoſtolica dogmata proſequebantur etiam qui Arii morbo laborabant. Cum vero Antiochiæ poſtrema habita eſſet Synodus, quando Dei hominem, magnum illum Meletium in Apoſtolico illo throno conſtituerunt & confirmarunt, at deinde poſt paucos quidem dies Imperatoris auctoritate illum ejecerunt, propoſitus quidem fuit Euzojus Arii morbo aperte laborans, & quamprimum ſe abalienarunt illi qui Evangelica dogmata protegebant. Et ex eo tempore diviſio & ſchiſma remanſit.*

Illa igitur intuens anima mea triſtis, ac ſimilia prævidens, gemit ac lamentatur, nihil boni expectans. Neque enim ſciunt qui ex aliis diœceſibus ſunt venenum, quod ineſt duodecim illis capitibus, ſed auctoritatem ejus qui illa ſcripſit intuentes, nihil mali ſuſpicantur. Et arbitror eum qui illius in ſedem ſucceſſit Dioſcorus, hæc omnia agere, ut altera Synodo eadem confirmentur. Qui enim mandato & juſſu hæc ante ſcripſit, & anathemati denuntiavit eos, qui illis aſſentiri & ſtare minime voluerint: quid non faciet in Oecumenica præſidens Synodo? Et ſcito Domine quod nullus eorum, qui eam hæreſim, quæ in ipſis latebat, cognoverunt, accipiet, quamvis bis totidem id decernant. Cum enim etiam plures hæc confirmaverint Epheſi illis adverſati ſumus, nec ante communicavimus Cyrillo qui illa ſcripſerat, quouſque doctrinam, & profeſſionem fidei ediderit conſonam iis quæ a nobis edita ſunt, nulla de illis capitibus facta mentione. Idque cognitu facile eſt tuæ beatitudini, ſi præceperit, ut perquirantur quæ geſta ſunt. Sunt enim juxta morem conſuetum Synodi, plura quam quinquaginta ſynodica geſta & ſcripta, quæ duodecim capitum damnationem oſtendunt. Ante enim quam ad Epheſum accederemus, beatus Joannes Antiochenus ſcilicet Epiſcopus ſcripſit ad religioſum Epiſcopum Eutherium Thyanorum, & ad Firmum Cæſareæ Epiſcopum, & Theodotum Ancyræ Apollinaris doctrinam hæc capita nuncupando. Et ea quæ a nobis Epheſi damnatio facta fuit contra Alexandrinum, & Epheſinum Epiſcopum hinc ortum habuit, quoniam capita illa ediderunt & confirmarunt.

Et litteræ multæ Synodales Epheſi ad Victorem, & Triumphatorem Imperatorem, & ad magnos Principes de his ſcriptæ ſunt, ſimiliter etiam ad populum Conſtantinopolitanum, & religioſiſſimum Clerum. Et Conſtantinopolim nos vocati quinque controverſias de nobis ipſis coram Imperatore habuimus, & egimus, & tres alias deinde cum teſtibus ad ipſum miſimus, Deoque dilectiſſimis Occidentis Epiſcopis, Mediolanenſium inquam, & Aquilejæ, & Ravennæ de his ſcripſimus, ſignificantes quod Apollinaris novitate, & vanitate & repleta ſunt ea capita. Et ipſemet Cyrillo qui illa ſcripſit, beatus Joannes ſcribendo, B. Pauli auctoritatibus aperte

PAGIUS dices Epiſtolæ ad Flavianum. Evagrius lib. 1. cap. 10. Nicephorus lib. 14. c. 47. Proſper in Chronico, Anaſtaſius aliique. Nonniſi itaque per errorem Librariorum in aliquibus Codicibus MSS. *Julianus*, loco *Julii* habetur. Valeſius in Notis ad Evagrium citatum, & Queſnellus in Notis ad Epiſtolam XXIV. Leonis ad Flavianum contendunt, non *Julianum Puteolanum* Epiſcop. ſed *Julianum Coenſem* Epiſcopum Synodo Epheſinæ vice Leonis interfuiſſe, indeque Valeſius in Evagrio, non *Julii*, ſed *Juliani* nomen legendum eſſe arbitratur. Verum, ut animadvertit Baluzius in præfatione ad Acta Concil. Chalced. num. XXX. in geſtis Concilii Chalced. ubi geſta prædatoriæ Synodi Epheſinæ referuntur, Vicarius Papæ Leonis conſtanter vocatur *Julius* in omnibus antiquis MSS. niſi aliquando loca corrupta ſint. Quod ſi *Julianus Coenſis* huic Synodo interfuiſſet, Acta quæ Hilari Diaconi & Dulcitii Notarii meminere, illius quoque mentionem facerent. Denique ſuperſunt plures *Juliani Coenſis* ad Leonem Epiſtolæ, & plures hujus ad Coenſem, in illiſque nullum de præſidentia Coenſis verbum habetur.

Queſnellus quidem fatetur, *Julium* Epiſcopum *Puteolanum* Roma miſſum eſſe ad Synodum; cum in Epiſtolis Leonis ſæpius cum aliis Legatis commemoretur, ſed contendit, non eum ſed *Julianum Coenſem* Synodo interfuiſſe; vel X.

illa arguit & confutavit: ſimiliter etiam beatæ memoriæ Acacius, & (ut plenè tua ſanctitas omnia cognoſcat) ego miſi exemplar illius epiſtolæ, quam beatus Acacius & Joannes ad Cyrillum beatæ memoriæ ſcripſerant, ut cognoſcas, quod dum de pace, & conventione inter ſe ſcriberent, illamet capita accuſabant, & damnabant. At ipſemet Cyrillus dum ſcriberet ad beatum Acacium, ſuam de his capitibus mentem, & animum declaravit, cum dixerit, ſe illa ſcripſiſſe, ut ſcobiceret & opponeret ad illius novitatem & vanitatem, & quod compoſita pace, erant omnia clara & manifeſta. Hæc igitur excuſatio accuſationem confirmat. Miſi etiam exemplar eorum, quæ tempore conventionis & pacis ſcripta ſunt, ut noris, Domine, quod nullam de his mentionem fecit, & quod oportet eos qui ad Synodum irent, afferre ea quæ conventionis tempore ſcripta ſunt; & (ut apertè dicam) quænam fuerunt diſſenſiones tunſe, & qua ratione qui inter ſe diſſidebant, convenerunt & conciliata ſunt. Oportet enim eos, qui ad pietatem tuendam & propagandam vocantur, omnem ſuſcipere laborem, & divinum invocare auxilium, ut eam quam noſtri majores nobis reliquerunt fortem, inviolatam conſervemus. Decet autem animadvertere tuam ſanctitatem, & eos religioſiſſimos Epiſcopos qui nobiſcum ſentiant & conveniunt, illos de profectione docere, ne eos etiam religioſiſſimos Clericos, qui proprietatis zelum habent, ac a noſtriſmet ſociis proditi, vel cogantur aliquid facere eorum quæ Deo omnium diſplicent, vel ſoli relicti facile opprimantur ab hoſtibus. Fides enim (obſecro te) in qua ſpem habemus ſalutis; & oportet omnem lapidem movere, ut nihil adulterinum, vel depravatum introducatur, neque Apoſtolica doctrina corrumpatur. Hæc ego, licet procul abſim, lugens & gemens ſcribo, & communem noſtrum Dominum oro, ut aſtum hanc tempeſtatem diſſipet & diſſolvat; & claram & perſpicuam ſerenitatem nobis largiatur. Hactenus ad Domnum Antiochenum Theodoreti epiſtola à Metio Thermularum Epiſcopo Latinitate reddita: ex qua vides quo animo ipſe perſeveraverit adverſus duodecim capita illa Cyrilli, quæ adeo timeret Oecumenicæ Synodi auctoritate firmari. Innotuerunt puto iſta Imperatori, qui cum ſuo edicto vocaſſet ad Synodum Epiſcopos, vetuit ne Theodoretus adeſſet, ut audiſti a Liberato, & ex ipſo Imperatoris apparebit edicto [...]. Sed deſcribamus hic ipſius Theodoſii Imperatoris] pro Synodo Epheſi cogenda reſcriptum: eſt enim hujuſmodi ad Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum datum (a):

XXIII. *Imperatores Cæſares Theodoſius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, ſemper venerabiles Auguſti, Dioſcoro.*

Epiſtola Theodoſii ad Dioſcorum de Synodo Epheſina.

Cunctis conſtitit manifeſtum, quia noſtræ Reipublicæ ſtatus & omnia humana, divina pietate moderantur atque firmantur: Deo enim propitio conſiſtente, proſpere & ſecundum vota noſtra gubernari res & proficere ſolent. Imperium ergo divino nutu ſortiti, ſubditis pro pietate & manſuetudine ſimiliter plurimam ſollicitudinem impartimus, quatenus & vera religio & noſtra Reſpublica cultu Dei puriſſimo & pietate firmata perfulgeat. Quod igitur in præſenti ſubita emergente dubitatione, ad Catholicæ & Apoſtolicæ doctrinæ ac noſtræ fidei cuſtodiam, quæ ut ſit, diverſis ſententiis impugnata, conturbat & confundit hominum ſenſus & animas, intolerabile duximus, hujuſmodi delictum contemnere, ne per talem negligentiam ipſi Deo inferre contumeliam videremur. Ideoque ſancimus, in unum ſanctiſſimos & Deo placitos convenire viros, quibus pro pietate Catholica atque vera fide plurimus ſermo eſt; ut univerſa quidem talis vana dubitatio, ſubtili propoſita inquiſitione, ſolvatur; vera autem & Deo amica Catholica fides firmetur.

Igi-

(a) *Apud Conc. Chal. Act.* 1.

PAGIUS

Renatus unus e Legatis ante coactam Synodum mortuus.

quod *Julius* vita functus ſit, antequam ea inchoaretur, vel aliud quid impedimento fuerit, ne Epheſum accederet. At ſi *Julianus* in locum ejus ſubrogatus fuiſſet; hujus ſubſtitutionis aliqua in Actis mentio eſſet; præſertim cum præ maximarum Sedium Antiſtitibus Vicariatum illum obtinuiſſet. Præterea Queſnellus ibidem vult, *Renatum* Synodo interfuiſſe, & Auctorem Breviculi Eutychianiſtarum, qui eum ante Synodum mortuum aſſerit, incertis rumoribus ſcriptiſque deceptum; quod Theodoretus ſcribat Epiſtolam CXVI. ad Renatum Presbyterum, quaſi interfuiſſet Latrocinali Synodo, & inde Romam reverſiſſet. Verum cum Acta à *Renati* nomine ſemper abſtineant, manifeſtum eſt, eum huc non perveniſſe, falſamque eſſe illius Epiſtolæ inſcriptionem, qui errores a veteribus Librariis frequenter commiſſi. Cum vero ex ejus Epiſtolæ lectione pateat, eandem ad unum ex Legatis, cujus *omnes juſtitiam*, *ne-dum*, *libertatem*, *& adverſus iniquitatem injectas minas* decantarent, ut ait Theodoretus, ſcriptam, exiſtimo eam ad *Hilarum Diaconum*. Legatum datam eſſe, de quo Proſper in Chronico, recitata Flaviani damnatione, ait: *Reclamante Hilaro Diacono Eccleſiæ Romanæ, qui vices Leonis Papæ cum Julio Epiſcopo Puteolano a Sede Apoſtolica fuerat deſtinatus*; ubi etiam vides Proſperum, qui tunc Romæ erat, nullam Renati mentionem facere. Vel dici poteſt eum Baluzio citato, hujus erroris hanc originem eſſe. *Theodoretus* literis Imperatoris ad hanc Synodum accedere prohibitus eſt, & ab orbe Epheſina Theodoretus diſtabat *triginta* quinque dierum ſpatio, ut ipſemet ſcribit ad S. Leonem in Epiſt. CXXIII. Quare mirum videri non debet, impoſitum illi fuiſſe per incuriam aut ignorantiam eorum, qui eum de rebus in Synodo geſtis certiorem fecerunt, qui cætera quidem veri, in nomine *Renati* fuerint falſi.

Digitized by Google

XXIV. Dioſcorus cum decem Metropolitanis convenire jubetur.

Igitur & tua ſanctitas, ſumptis ſecum decem reverendiſſimis Metropolitanis Epiſcopis, qui ſub tua degunt diœceſi, & aliis ſimiliter decem ſanctis Epiſcopis ſermone, & vita ornatis, qui in doctrina & ſcientia recta & immaculatæ fidei præ cunctis apud cunctos eminent, proximis Kalendis Auguſtis Epheſum Metropolim Aſiæ convenire abſque ulla dilatione feſtinet, nullo ſcilicet, alio præter prædictos viros ſanctam Synodum moleſtante: quatenus univerſis ſanctiſſimis & beatiſſimis Epiſcopis quos convenire per ſacras noſtras epiſtolas ſancimus, ad prædictam concurrentibus Civitatem, & ſubtiliſſime inveſtigantibus & quærentibus, omnis de medio error contrarius auferatur, Catholica autem doctrina & Orthodoxæ fidei Salvatoris noſtri Chriſti amiciſſima ſolidetur, & conſuete effulgeat, quod univerſi in poſterum inconcuſſum, Deo propitio, & intemeratum cuſtodiant.

XXV. Theodoretus prohibetur accedere.

Si quis vero, tam neceſſariam & Deo amicam Synodum prætermiſerit, & non omni virtute ſecundum prædictum tempus ad præfinitum locum pervenerit; nullam excuſationem, neque apud Deum, neque apud noſtram inveniet pietatem. Sacerdotalem enim conventum nonniſi quis mala propria conſcientia ſauciatus evitat. Theodoretum ſane Epiſcopum Cyri Civitatis, quem pridem juſſimus ſuæ ſoli vacare Eccleſiæ, ſancimus non prius ad ſanctam Synodum convenire, niſi univerſo ſancto placuerit convenienti Concilio & ipſum concurrere, & pariter intereſſe. Si vero aliqua diſcordia de eo emerſerit, abſque illo ſanctum Synodum convenire, & quæ juſta ſunt ordinare præcipimus. Dat. tertio Kal. Aprilis, Conſtantinopoli, Zenone & Poſthumiano viris clariſſimis Conſulibus. Sed depravatam eſſe in die & Conſulibus ejuſmodi epiſtolam Theodoſii ad Dioſcorum ſcriptam, dum data habetur dicta die Martii, nemo non videt; cum conſtet ex iis quæ dicta ſunt ultimam Synodi Actionem habitam vigeſimaſeptima menſis Aprilis, & poſt eam has ab Imperatore datas fuiſſe litteras. Quod vero ad Conſules ſpectat cum eoſdem ſuperiori anno Conſulatum geſſiſſe certum ſit, quid commune illis cum rebus anni præſentis? Reſtituendum eſt ergo: *Tertio Kalendas Majas, Aſterio & Protogene Conſulibus.*

XXVI. Rurſum vero ad eumdem Dioſcorum Theodoſius has litteras dedit, quibus voluit ipſum eidem indictæ præeſſe Synodo (a):

Dioſcoro reverendo Epiſcopo Alexandriæ.

Epiſtola Theodoſii qua præficit Synodo Dioſcorum.

Ante hoc quidem, Theodoretum Epiſcopum Cyri Civitatis præcepimus in S. Synodum minime pervenire, donec de eo, quod placuerit, S. Synodus conſtituat: averſati eum, quia præſumpſit proferre contraria iis quæ ſcripſit de fide ſanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinæ quondam Civitatis Epiſcopus. Quoniam vero ſuſpicamur aliquos ſectatores Neſtorii aſſumere ſtudium & conferre, ut omnimodo interſit ſancto Concilio: hac de cauſa neceſſarium duximus, his ſacris litteris ad tuam reverentiam datis, manifeſtum facere tuæ beatitudini & univerſæ S. Synodo, quod nos regulas ſanctorum Patrum ſequentes, non ſolum propter Theodoretum, ſed alios omnes, qui ad congregatum S. Synodum pertinent, auctoritatem & primatum tuæ præbemus beatitudini, ſcientes diligentius, quod & reverendiſſimus Archiepiſcopus Hieroſolymorum Juvenalis, & beatiſſimus Archiepiſcopus Thalaſſius, & omnis talis fervens amator & æmulator Orthodoxæ fidei conſentanei erunt tuæ ſanctitati, radianti per Dei gratiam honeſta vita & Catholica fide. Eos namque qui aliquid per additamentum aliquod aut imminutionem conati ſunt dicere præter quæ ſunt expoſita de fide Catholica a ſanctis Patribus qui in Nicæa, & qui poſtmodum in Epheſo congregati ſunt, nullam omnino fiduciam in S. Synodo habere patimur; ſed & ſub veſtro judicio eſſe volumus, quia hac de re & nunc ſanctam Synodum diſpoſuimus convenire. Hactenus ad Dioſcorum Theodoſius.

Porro intentatum hactenus ſibi idem Theodoſius Imperator jus arrogat & uſurpat, dum celebrandæ Synodo Oecumenicæ, qui illi in omnibus præſit, Epiſcopum deligit; quod quidem Romani eſſe Pontificis, docent quæ acta ſunt in habitis antea Synodis Oecumenicis: ſiquidem Nicænæ Synodo Oſius a S. Silveſtro miſſus præfuit, Epheſino vero haud pridem celebrato Concilio Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus a Cæleſtino delectus, ut eorumdem Conciliorum Acta ſignificant. Sed Deo vindice, ubi talem ſibi Theodoſius Pontificiam auctoritatem arripuit, Imperio privatur, anno ſequenti ex hac vita ſublatus, ut ſuo loco dicemus. Quod igitur talibus ſacrilegiis eſt cœptum Concilium, quibus fuerit ſceleribus auctum & conſummatum, ejuſdem Acta declarant. XXVII.

At obſerva dolum, quam caute agatur, ne quis ex iis qui conſtantiſſime eſſent adverſus Eutychetem propugnaturi fidem Catholicam de duabus in Chriſto naturis, in Epheſinum indictum Concilium admittatur, ea rectitudinis ſpecie, quod iidem eſſent hæreſis Neſtorianæ fautores: ſicque Theodoretus exploditur, & Ibas ſuaſione Eutychetis fuit antea relegatus: contra vero illi, qui Eutychetis ſtudioſiſſimi eſſent, Synodo intereſſe & præeſſe jubentur, eo quidem colore, quod eſſent hi hoſtes Neſtorianæ perfidiæ; quaſi non contra emergentem novam hæreſim, ſed contra Neſtorium bellum ſuſcipiendum eſſet, ſed & inter alios nominatus Barſu- XXVIII. Dolus Eutychianorum.

(a) Apud Conc. Chal. Act. 1.

mas in Syria Archimandrita omnium ſceleſtiſſimus curatur ab amicis Eutychetis, puto Chryſaphio, ut ab Imperatore Synodo intereſſe jubeatur: cujus rei cauſa has rurſum ad Dioſcorum idem Theodoſius litteras dedit (a):

(a) Apud Conc. Chal. Act. 1.

XXIX. Theodoſ. Imper. ad Dioſcorum de Barſuma.

*Pervenit ad noſtræ ſerenitatis auditum quia multi reverendi Orientalium Archimandritæ ſimul cum Catholicis populis adverſus quoſdam Epiſcopos, qui Neſtoriana impietate ægrotare dicuntur, in quibuſdam Orientalium Civitatibus conſtituti laborarent, & pro Catholica fide contenderent. Hac de cauſa noſtræ ſerenitati * complacuit religioſiſſimum presbyterum, & Archimandritam Barſumam puritate vitæ, & Catholica fide probatiſſimum adeſſe Epheſinæ Civitati, & tenentem locum cunctorum Orientalium Archimandritarum conſidere tam tua ſanctitate, quam univerſis ſanctiſſimis Patribus ibidem convenientibus; quatenus Deo placita de omnibus ſententia proferatur. Dignetur proinde tua religio pervidens (quia omnis nobis eſt pro Catholica fide ſollicitudo) affectuoſe & prædictum reverendum Archimandritam ſuſcipere, & operam dare, veſtræ eum ſanctæ Synodi participem fieri. Dat. Idibus Maii, Protogene viro clariſſimo Conſule, & qui fuerit nunciatus.* Ad ipſum vero Barſumam his verbis (b):

* divinitati.

(b) apud Conc. Chal. Act. 1.

XXX. Theodoſii epiſtola ad Barſumam.

Noſtram pietatem latere non potuit, in quale ſint certamine conſtituti per Orientem religioſiſſimi & ſanctiſſimi Archimandritæ pro fide laborantes Catholica, & quoſdam Epiſcopos in civitatibus Orientis conſtitutos Neſtorianæ hæreſeos participes averſantes, collaborantes etiam Orthodoxo populo iidem religioſiſſimi Archimandritæ. Quoniam igitur & tua ſanctitas pro Catholica fide tantum laborare ſuſtinuit, ut ad noſtram perveniret pietatem: juſtum eſſe duximus, tuam ſanctitatem puritate vitæ & Catholica fide probabilem ad Epheſinam pergere Civitatem, & locum tenentem omnium religioſiſſimorum Archimandritarum Orientalium conſidere ſanctæ Synodo, quæ ibi diſpoſita eſt convenire, & cum aliis ſanctis Patribus, & Epiſcopis quæ ſunt Domino placita ordinare. Datum pridie Idus Maii. Hæc ibi. Conſcripſiſſe eundem Theodoſium ad alios Orientalis Eccleſiæ Epiſcopos Metropolitanos, Synodalia Acta fidem faciunt.

XXXI. Conſilium Theodoſii de vocando ad Synod. S. Leonem.

Quoniam vero idem Imperator ſciebat, nullum fore Concilium Oecumenicum abſque Romani Pontificis auctoritate; ſed quod & ſatis intelligi poterat, Leonem papam Eutycheti adverſaturum: illud conſilium iniit, ut ita eum vocaret, ut tamen, ne adeſſet caveret. Et quomodo id factum? Primum anguſtiſſimo termino tempus clauſit, ut adeſſe nonniſi magno incommodo poſſet: adjecit etiam, ut ipſe ſcribens Theodoſius ad ipſum S. Leonem Romanum Pontificem litteras, ejus perſonam Epheſinæ Synodo præſentem eſſe peteret, ratus nimirum, id minime ab eo fore præſtandum: de mittendis vero legatis, ſi venire non poſſet, nullam penitus habuit mentionem: hoc plane argumento ſcriptam eſſe a Theodoſio Imperatore ad ipſum Romanum Pontificem epiſtolam ipſius Leonis Papæ litteræ ad Pulcheriam Auguſtam manifeſte declarant, in quibus hæc leguntur (c):

(c) Leo ep. 13.

XXXII.

Auguſtiſſimus, & Chriſtianiſſimus Imperator cupiens, quam celerrime turbata componi, Epiſcopali Concilio, quod Epheſi vult haberi, nimium breve, & anguſtum tempus indixit, diem Kalendarum Auguſtarum præſtituendo Conventui; cum a tertio Iduum Majarum, quo ſerenitatis ſuæ ſcripta ſuſcepimus, major pars reliqui ſit temporis aſſumenda, ut profectio ſacerdotum, qui negotio ſufficiant, valeant ordinari. Nam illud, quod pietas ejus etiam me credidit debere intereſſe Concilio: etiamſi ſecundum aliquod præcedens exigeretur exemplum, nunc tamen nequaquam poſſit impleri; quia rerum præſentium nimis incerta conditio a tantæ Urbis populis me abeſſe non ſineret, & in deſperationem quadam animi tumultuantium mitterentur, ſi per occaſionem cauſæ Eccleſiaſticæ viderent patriam & Apoſtolicam ſedem velle deſerere. Hæc S. Leo, cum bellum Hunnicum immineret hoc anno, de quo in fine ejuſdem acturi ſumus.

Leo Pap. vocatus ad Synodum Epheſinam.

XXXIII.

Cum autem de cogenda Epheſi Synodo Sanctus Leo litteras Theodoſii accepiſſet; ut anteverteret mala quæ præſagiebat inde eſſe ventura, perſuadere Theodoſio conatus eſt, ut ejuſmodi Concilium haberi ſineret in Italia, hacque de cauſa ad ipſum iſta reſcripſit (d):

(d) Leo ep. 9.

Quæ S. Leo ad Theodoſium reſcripſerit.

Pro integritate fidei Catholicæ Chriſtianiſſimum Principem convenit eſſe ſollicitum: & hoc indefeſſis precibus divinam miſericordiam poſco, ut cordi veſtro id quod eſt veritatis inſpiret, neque ſalli vos in aliquo humanarum calliditatum æmulatione patiatur. Hæc ideirco ipſo epiſtolæ exordio Leo ingerit, quod ſuboloratus eſſet, calliditate Chryſaphii in odium S. Flaviani Epiſcopi Conſtantinopolitani omnia iſta doloſe peragi; ſed pergit: *A me autem, atque ab omnibus Catholicis ſacerdotibus, qua Evangelicæ fidei pietas defendit, ſatis plene ac lucide litteris meis, quas clementiam veſtram jamdudum per famulum veſtrum Epiphanium Tribunum, qui pro hac cauſa miſſus eſt, arbitror vos accepiſſe: ratum eſt, nec amovgi poteſt, hoc nos puriſſime credere, hoc conſtanter aſſerere, quod etiam venerandi Patres quondam apud Nicæam congregati, ſecundum fidem Symboli*

boli

Digitized by Google

boli credendum & confitendum, ſacratiſſima auctoritate ſanxerunt. Nos enim, venerabilis Imperator, ſicut Neſtorii dogma perverſum merito anathematizavimus, ita juſte etiam horum impietatem, qui veritatem carnis noſtræ negant a Domino Jeſu Chriſto ſuſceptam eſſe, damnamus. Unde ſi pietas veſtra ſuggeſtioni ac ſupplicationi noſtræ dignetur annuere, ut intra Italiam haberi jubeatis Epiſcopale Concilium: cito, auxiliante Deo, poterunt omnia ſcandala, quæ in perturbationem totius Eccleſiæ ſunt commota, reſecari: ut per univerſum regnum veſtrum Catholicæ fidei integritate ſervata, & pacem Chriſtianam manere, & veſtram apud Deum creſcere gloriam gaudeamus. Data octavo Kal. Junias, Aſterio & Protogene viris clariſſimis Conſſ.

XXXIV. Quod autem his litteris declaret S. Leo ſe rectæ fidei normam ſcripſiſſe per Epiphanium Tribunum, haud exiſtimes ipſum intelligere de celebri illa ad Flavianum epiſtola data, qua Incarnationis Filii Dei ſacramentum reddidit omni ex parte perſpicue definitum: Siquidem literas illas ad Flavianum non ante hanc epiſtolam eſſe datas apparet, utpote quæ ſcriptæ habeantur hoc anno Idibus Junii.

XXXV. Rurſum vero cum aliis litteris Theodoſius ad Leonem Pontificem datis inſtaret de cogendo Epheſino Concilio, immo & rogaret ipſum Leonem, ut eidem ſuam præſentiam exhiberet: idem rurſus ad eum reſcripſit, & coitionem hanc Epiſcoporum diſſuadere conatus eſt, eo quod in re adeo perſpicua haud tanta eſſet conſultatio adhibenda; ſeque haud eidem fore præſentem excuſavit, his ad eum breviter ſcriptis (*a*).

(*a*) Leo ep. 27.

XXXVI. Leonis epiſtola ad Theodoſ.

Acceptis clementiæ tuæ litteris, & multum univerſali Eccleſia gaudendum eſſe proſpexi, quod Chriſtianam fidem, qua Divinitas honoratur & colitur, in nullo diſſimilem, in nullo vult eſſe diſcordem. Quid enim rebus humanis ad exorandam miſericordiam Dei efficacius ſuffragetur, quam ſi una gratiarum actio, & unius confeſſionis ſacrificium majeſtati ejus ab omnibus offeratur? in quo & Sacerdotum & cunctorum Fidelium tota demum erit plena devotio, ſi in his quæ per unicum Dei Filium Deum Verbum pro noſtra redemptione ſunt geſta, nihil aliud ſentiatur, quam quod ipſe prædicari de ſe juſſit & credi. Unde quamvis ad diem Concilii Epiſcopalis, quem pietas veſtra conſtituit occurrere me ratio nulla permittat, cum nec aliqua de hoc exempla præceſſerint, & temporalis neceſſitas me non patiatur deſerere Civitatem; præſertim cum tam evidens fidei cauſa ſit, ut rationabilibus cauſis ab indicenda Synodo fuiſſet abſtinendum: Tamen in quantam Dominus juvare dignatur, meum ſtudium commodavi, ut clementiæ veſtræ ſtatutis aliquatenus pareatur, ordinatis hinc fratribus meis, qui amputandis ſcandalis pro cauſæ æquitate ſufficiant, quique præſentiæ meæ impleant vicem: Quia non talis quæſtio orta eſt, unde aut poſſit, aut debeat dubitari. Data XII. Kal. Julii, Aſterio & Protogene viris clariſſimis Conſſ.

Conſideraſti ne, lector, quam blande, XXXVII.
lenique manu reprehendat Leo Pontifex Theodoſium, dum haud dignam ait eſſe cauſam, pro qua deberet Synodus Oecumenica celebrari? Eo plane, perditiſſimo tempore iſto, infelicitatis provenerunt res Orientalis Eccleſiæ, ut arbitrio unius eunuchi cuncta ſurſum deorſumque agitarentur: qui contra ſancita Conſtantinopolitanæ Synodi, pro reſtituendo uno homine, ſene deliro juſtiſſime condemnato, non aliam tantum Synodum Conſtantinopoli (ut vidimus) per Imperatorem iterum voluerit convocari; ſed ex totius Orbis Epiſcopis Conventum Epheſi indici fecerit litteris ejuſdem Imperatoris. Sed ad cædem oves potius, quam ad Synodum dixeris eſſe convocatos Epiſcopos.

Cum igitur S. Leo nec reprimere Theodoſium valuiſſet ab hujuſmodi cogendo XXXVIII.
Conventu Epiſcoporum; neque ut in Italia ageretur, perſuadere potuiſſet: tandem ne fidei cauſa diſpendium aliquod pateretur, quam ſciret appeti ſtudiis ſummæ potentiæ fautorum Eutychetis eumdem Imperatorem præcipitem abducentium: ſalubre illud in primis conſilium iniit, ut e Latere Legatos mitteret Epheſum ad Concilium, eiſdemque daret ad Flavianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum epiſtolam, qua non ipſe ſolum, ſed univerſa Synodus, quid de Verbi incarnatione ſentiendum eſſet, ex ſententia Evangelicæ veritatis acciperet; ut ſic tamquam fixa anchora, fides Catholica haud abriperetur a furentibus factioſorum fluctibus, diſcordiæ ſpiritibus agitatis; ſed inconcuſſa ſolida firmitate ſubſiſteret. Qui autem in re tanta obeunda ſunt directi Legati, eorum hæc ſunt nomina, Julianus Epiſcopus Puteolanus (*b*), Renatus presbyter Cardinalis tituli S. Clementis, atque Hilarius S. R. E. diaconus Cardinalis.

S. Leo decernit Legatos ad Synodum Epheſinam.

(*b*) *Ita apud Mariã, Sco. in Chron.*

Data eſt his epiſtola ad Flavianum, non XXXIX.
quidem privatim ad eum, qui probe Catholicus illa minime indigeret; ſed ut publica, & communis omnibus in plena Synodo legeretur: immo & illud conſtat, non Orientales ſolum S. Leonem ea voluiſſe reddi communitos epiſtola, ſed & Occidentales omnes, tamquam ad novæ emergentis hæreſis venenum cavendum parato antidoto: quamobrem eamdem quam ſcripſit ad Flavianum epiſtolam, legendam in Synodo voluit eſſe Occidentalibus omni-

mnibus Circularem, quam Græci dicunt Encyclicam, eo quod per univerſam Eccleſiam reddita omnibus manifeſta, per manus data, atque deſcripta ab omnibus, æque omnibus innoteſceret. Id plane genus fuiſſe epiſtolam S. Leonis ad Flavianum, docent litteræ (*a*) Galliarum Epiſcopum ad ipſum S. Leonem conſcriptæ, de quibus inferius dicturi ſumus.

Epiſtola S. Leonis ad Flavianum Encyclica.

(*a*) *Apud S. Leonem poſt ep. 51.*

XL. Sed quid prodigioſum accidiſſe tradatur, cum ejuſmodi epiſtolam Chriſtianæ fidei regulam Sanctus Leo ſcripſiſſet; teſtificatione (ut aſſeritur) S. Gregorii Papæ, relatione Sancti Eulogii Epiſcopi Alexandrini, ſcriptione vero Sophronii, hic primum reddendum putavimus: ſic enim ſe habet (*b*):

(*b*) *Sophr. Prat. ſpirit. c. 147. 148.*

Miraculum de epiſtola S. Leonis ad Flavianum.

*Narravit nobis & hoc Abbas Menas ejuſdem cœnobii Pater, audiſſe ſe eumdem Abbatem, Eulogium Alexandrinum Patriarcham dicentem: Cum profectus eſſem Conſtantinopolim, fruitus ſum contubernio domini Gregorii Romani Archidiaconi, & ſingularis viri: qui narravit mihi de ſanctiſſimo ac beatiſſimo Leone Romano Pontifice, dicens haberi ſcriptum in Eccleſia Romana, quod cum ſcripſiſſet epiſtolam ad S. Flavianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum contra impios Eutychetem, & Neſtorium, poſuerit eam ſuper tumulum Principis Apoſtolorum Petri, & orationibus ac vigiliis, & jejuniis vacans oraverit ipſum ſummum Apoſtolum, dicens: Si quid, ut homo, vel minus caute poſui: tu, cui a Domino Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, & hæc ſedes & Eccleſia commiſſa eſt, emenda. Poſt quatuor * vero dies apparuit ei Apoſtolus, ac dixit: Legi & emendavi. Sumenſque epiſtolam de ſepulcro B. Petri, aperuit eam, & invenit Apoſtolica manu emendatam.* Hæc ibi: Sed præſtat audire potius ſententiam Petri, quam viſionem Petri dicentis (*c*): *Firmiorem quavis viſione habemus ſermonem Propheticum, &c.* Etenim majorem ſibi ea epiſtola fidem vendicat ex divinis Scripturis, traditionibuſque ſanctæ Eccleſiæ, & communi ſanctorum Patrum conſenſu, quam ex recenſita modo viſione. Sed quid per viſam oſtenſum fuerit de ipſo Eulogio pro eadem epiſtola adverſus hæreticos laborante, iſta idem auctor ſubnectit:

* quadraginta.

(*c*) *2. Petr. 1.*

XLI. *Theodorus ſanctiſſimus Epiſcopus Dornæ *, quæ eſt in Libya, narravit nobis, dicens: Cum eſſem cubicularius ſancti Papæ Eulogii, vidi in ſomnis virum reverendi habitus, ſtatura procerum, dicentem mihi. Nuntia meum Eulogio Papæ adventum. Ad quem ego: Quis es tu, qui jubes ut nuntiem? Reſpondens ille, dixit mihi: Ego ſum Leo Romanus Pontifex. Ingreſſus igitur ego nuntiavi dicens: Sanctiſſimus & beatiſſimus Papa Leo Romanæ ſedis Antiſtes convenire vos vult. Cum hoc audiſſet Papa Eulogius, exurgens concitus occurrit in occurſum ejus. Salutanteſque ſe invicem, oratione facta, conſederunt. Tunc vero dominus & eximius Leo dixit S. Eulogio: Scis quare huc venerim ad vos? Reſpondit ille: Non. Ait ipſi: Veni, ut vobis gratias agerem, quia rite & magnifice pro mea epiſtola reſpondiſtis, quam ſcriptam miſi ad fratrem meum Flavianum Conſtantinopolitanum Patriarcham, ſenſum quidem & ſententiam meam aperientem, hæreticorum autem ora obſtruentem. Scito autem, frater, quia non mihi tantum veſtrum divinum laborem ſtudiumque contuliſtis, ſed etiam ſupremo culmini Apoſtolorum Petro, & ipſi præ omnibus quæ a nobis prædicatur Veritati, qui eſt Chriſtus Deus noſter. Iſta non ſemel tantum, ſed bis terque conſpiciens, trina apparitione firmatus, enarravi ſancto Papæ Eulogio: qui cum audiſſet, lacrymatus eſt, extendenſque in cœlum manus ſuas, Deo gratias retulit, dicens: Gratias tibi ago, Dominator Orbis, Chriſte Deus noſter, qui cum indignus ſim, veritatis tuæ præconem me facere, & per orationes ſervorum tuorum Petri & Leonis parvam & modicam alacritatem noſtram, tamquam duo viduæ minuta, ſumma & ineffabili benignitate tua ſuſcipere dignatus es.* Hactenus ibi.

* Dernæ.

Viſio de S. Eulogio defenſore epiſtolæ S. Leonis.

XLII. At certioris fidei, ſolidioriſque teſtimonii apud me eſt de epiſtola S. Leonis publica Concilii Oecumenici Chalcedonenſis aſſertio & prædicatio, quam quælibet privatæ hujuſmodi viſiones. Quod autem tantæ fuerit æſtimationis ejuſmodi Leonis epiſtola ad Flavianum, non inde accidit quidem, quod quid novum attulerit, vel inauditum annuntiaverit: immo quod, quid a majoribus acceptum in Eccleſia eſſet, eo ordine, & certitudine demonſtrarit, ut viam plane regiam ſtraverit, per quam quiſque Fidelis incedens non declinaret neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram; vitaretque lacunas, & ſcrobes Eutychetis altera ex parte, ex altera vero abrupta Neſtorii præcipitia. Sed audiamus de epiſtola hac elogium ſexcentorum ſanctorum Patrum ad Marcianum Imperatorem (*d*): *Non innovans* (inquiunt) *aliquid adverſus Nicænam fidem nunc ſanctiſſimus Archiepiſcopus Leo ſcripſit epiſtolam ad ſanctæ memoriæ Flavianum Conſtantinopolitanæ regiæ urbis Egiſcopum; ſed ſanctos Patres ſecutus ſit, qui & poſt Magnam Synodum Nicænam hæreſes, quæ per unumquodque tempus exortæ ſunt, ſimiliter refutaverunt:* Et paulo poſt: *Unde nobis inexpugnabilem in omni errore propugnatorem Deus providit, & Romanæ Eccleſiæ Papam ad victoriam præparavit, & doctrinis eum per omnia veritatis aſtringens; ut quemadmodum Petrus, & hic affectu ferventiore decertans, omnem ad * Deum ſenſum intel-*

De epiſtola S. Leonis elogia.

(*d*) *Conc. Chalc. Act. 6.*

* ad verum, vel, ad eum.

intelligentiamque perducat. Hæc ibi.

XLIII. Sed audi de hac eadem epiſtola Gelaſii
(a) Gelaſ. in Conc. Rom. de libr. authent. * diſpunxerit. Papæ decretum (a): *Probamus* (inquit) *epiſtolam B. Leonis Papæ ad Flavianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum deſtinatam. Cujus textum quiſpiam ſi uſque ad unum jota diſputaverit *, & non eum in omnibus venerabiliter receperit; anathema ſit*. Hæc ipſe. His addimus, morem fuiſſe tum Romanæ tum omnium Occidentalium Eccleſiarum, eamdem epiſtolam legere publice in Eccleſia, menſe Decembris, ante Domini Nativitatem, quo tempore a majoribus celebrari conſuevit Domini adventus in carnem: id quidem nos accepimus ex ſcripto codice ſanctæ Mariæ ad Martyres: quod ſcilicet ea epiſtola Dominicæ incarnationis doctrinam abſolutiſſimam contineret. Summis inſuper eam extollit præconiis Theodoretus in epiſtola ad ipſum S. Leonem poſtea data, & alii innumeri Orientales eamdem divinis plane laudibus ſunt proſecuti, eidem ut ſacræ anchoræ in immenſo fluctuum motu inhæreſcentes.

XLIV. Sed accipe de eadem illud admiratione digniſſimum. Cum eam deſcribendam accepiſſent Occidentales, & inter alios Epiſcopi Galliarum; ex illis tres inſignioris nominis Antiſtites, Ceretius, Salonius atque Veranus, cum eam exſcripſiſſent, ipſum ab eis exaratum exemplar Romam ad eumdem S. Leonem mittendum putarunt, ne quid minus a prototypo in eo haberetur exſcriptum: poſt enim multa de eadem epiſtola ab
(b) Apud S. Leon. poſt ep. 51. Quanti fecerint Galli epiſtolam S. Leonis. ipſis effuſa præconia, hæc habent (b): *Deprecamur, ut opus & præſentibus & futuris temporibus profuturum, quod nos aſſervandi ſtudio ſoliis mandare curavimus, ſanctitas veſtra percurrere, & ſi quid librarii errore defuerit, emendare dignetur: vel ſi ſalutarem lectaris omnibus paginam aliquo ſtudii veſtri accumulaſtis augmento, id ipſum addi libello, huic ſolicita pietate jubeatis: ut non ſolum plures ſancti Epiſcopi fratres noſtri per Gallias, verum etiam multi ex laicis filii veſtri, qui epiſtolam iſtam magnopere pro veritatis manifeſtatione deſiderant, remiſſum ad nos, & ſanctu manu veſtra emendatam tranſcribere, legere, & tenere mereantur*. Hæc tres nominati Epiſcopi.

XLV. Conſideraſti ne in his, lector, candorem fidei Eccleſiæ Gallicanæ, cum licet doctiſſimi eſſent Epiſcopi, eamdem Encyclicam epiſtolam exſcribentes, maxime timerent, ne vel in apice uno a fide ſcripta a Romano Pontifice diſcreparent? tantus enim apud eos vigebat erga ſupremum Antiſtitem cultus & obſervantia, ut ab ipſius decretis vel tenui linea declinare, docerent eſſe ſacrilegum atque impium, & a veritate omnino deficere. Quam quidem dum tenuit obſervantiam ab omni prorſus hæreticorum labo illibata permanſit omnium ore laudata Eccleſia Gallicana; cujus Antiſtites antiquæ gloriæ memores, tenaceſque priſtini comparati ſibi ex Catholica fide ſplendoris non ut inſenſati Galatæ, ſed ſapientiſſimi Galli anteceſſores Epiſcopi ad numeros omnes, lineas, atque apices concordes, & obedientes veritati, inhærenteſque Eccleſiæ Romanæ, retinentes quam a majoribus accepere Catholicam fidem; ne ab ea vel latum unguem aberrarent, more majorum, prototypum conſulunt in archivo Romæ ſervatum. Sed jam Sancti Leonis tot tantiſque laudibus celebrata reddenda eſt hic nobis epiſtola, cujus cum tot tantaque audiveris præclara præconia, te eam expetere, certo ſcimus: eſt hujuſmodi (c): (c) Leo ep. 10.

XLVI. Epiſtola S. Leonis ad Flavianum Encyclica.

Leo Epiſcopus dilectiſſimo fratri Flaviano Conſtantinopolitano Epiſcopo.

Lectis dilectionis tuæ litteris, quas miramur fuiſſe tam ſeras, & Geſtorum Epiſcopalium ordine recenſito: tandem quid apud vos ſcandali contigerit, atque contra integritatem fidei exortum fuerit, agnovimus, & quæ prius videbantur occulta, nunc nobis reſerata patuerunt: Quibus Eutyches, qui presbyterii nomine honorabilis videbatur, multum imprudens & nimis imperitus oſtenditur; ut etiam de ipſo dictum ſit a Propheta (d): Noluit (d) Pſ. 35.
*intelligere ut bene ageret: iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo. Quid autem iniquius, quam impia ſapere, & ſapientioribus doctoribuſque non credere? Sed in hanc inſipientiam cadunt, qui cum ad cognoſcendam veritatem aliquo impediuntur obſcuro, non ad Propheticas voces, non ad Apoſtolicas litteras, nec ad Evangelicas auctoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt. Sed * ideo magiſtri erroris* * Et.
exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuere. Quam enim eruditionem de ſacris novi & veteris Teſtamenti paginis acquiſivit, qui nec ipſius quidem Symboli initia comprehendit? Et quod per totum mundum omnium regeneratorum voce depromitur, iſtius adhuc ſenis corde non capitur. Neſciens igitur quid deberet de Verbi Dei incarnatione ſentire, nec volens ad promerendum intelligentiæ lumen in ſanctarum Scripturarum latitudine laborare, illam ſaltem communem & indiſcretam confeſſionem ſolicito apprehendiſſet auditu, qua Fidelium univerſitas profitetur, credere ſe in Deum Patrem omnipotentem, & Jeſum Chriſtum Filium ejus, unicum Dominum noſtrum, qui natus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine: Quibus tribus ſententiis omnium fere hæreticorum machinæ deſtruuntur.

Digitized by Google

XLVII. *Cum enim Deus & omnipotens & æternus Pater creditur, conſempiternus eidem Filius demonſtratur, in nullo a Patre differens: quia de Deo Deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus eſt coæternus, non poſterior tempore, non inferior poteſtate, non diſſimilis gloria, non diviſus eſſentia. Idem vero ſempiterni Genitoris Unigenitus ſempiternus natus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine. Quæ nativitas temporalis illi nativitati divinæ & ſempiternæ nihil minuit, nihil contulit; ſed totam ſe reparando homini, qui erat deceptus, impendit; ut & mortem vinceret, & diabolum, qui mortis habebat imperium, ſua virtute deſtrueret. Non enim ſuperare nos poſſemus peccati & mortis auctorem* (a) Hebr. 2. *(a), niſi naturam noſtram ille ſuſciperet, & ſuam faceret, quem nec peccatum contaminare, nec mors potuit detinere: Conceptus quippe eſt de Spiritu ſancto intra uterum matris Virginis; quæ ita illum, ſalva virginitate, edidit, quemadmodum ſalva virginitate concepit.*

XLVIII. *Sed ſi hunc de Chriſtianæ fidei fonte puriſſimo ſincerum intellectum haurire non poterat, quia ſplendorem perſpicuæ veritatis obcæcatione propria tenebrarat: doctrinæ ſe Evangelicæ ſubdidiſſet, dicente Matthæo* (b) Matt. 1. *(b). Liber generationis Jeſu Chriſti filii David filii Abraham: Apoſtolicæ quoque prædicationis expetiiſſet inſtrumentum, & legens in epiſtola ad Romanos* (c) Rom. 1. *(c): Paulus ſervus Jeſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Evangelium Dei, quod antea promiſerat per Prophetas ſuos in Scripturis ſanctis de Filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine David ſecundum carnem: ad Propheticas paginas piam ſolicitudinem contuliſſet, & inveniſſet promiſſionem Dei ad Abraham dicentis* (d) Geneſ. 22. *(d): In ſemine tuo benedicentur omnes Gentes. Et ne de hujus ſeminis proprietate dubitaret, ſecutus fuiſſet Apoſtolum dicentem* (e) Galat. 3. *(e): Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini ejus: non dicit, & ſeminibus, quaſi in multis; ſed quaſi in uno & ſemini tuo, quod eſt Chriſtus: Iſaiæ* (f) Iſai. 7. *(f) quoque prædicationem interiori apprehendiſſet auditu, dicentis: Ecce Virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus, Emmanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus: Ejuſdemque Prophetæ verba legiſſet* (g) Iſai. 9. *(g): Puer natus eſt nobis: filius datus eſt nobis, cujus poteſtas ſuper humerum ejus, & vocabitur nomen ejus, Magni conſilii Angelus, Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Princeps pacis, Pater futuri ſæculi.*

XLIX. *Nec fruſtratorie loquens ita Verbum diceret, carnem factum, ut editus utero Virginis Chriſtus haberet formam hominis, & non haberet materni corporis veritatem. An forte ideo putavit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum non noſtræ eſſe naturæ, quia miſſus ad beatam Mariam Angelus ait* (h) Luc. 1. *(h): Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei: ut quia conceptus Virginis, divini fuit operis, non de natura concipientis fuerit caro concepti? Sed non ita intelligenda eſt illa generatio ſingulariter mirabilis, & mirabiliter ſingularis, ut per novitatem creationis proprietas remota ſit generis. Fecunditatem enim Virgini Spiritus ſanctus dedit: veritas autem corporis ſumpta de corpore eſt, & ædificante ſibi Sapientia* (i) Prov. 9. *(i) domum, Verbum* (k) Jo. 1. *(k) caro factum eſt, & habitavit in nobis: hoc eſt, in ea carne, quam ſumpſit ex homine, & quam ſpiritus vitæ rationalis animavit. Salva igitur proprietate utriuſque naturæ, & in unam coeuntes perſonam, ſuſcepta eſt a majeſtate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas: & ad reſolvendum conditionis noſtræ debitum, natura inviolabilis, naturæ eſt unita paſſibili: ut quod noſtris remediis congruebat, unus atque idem mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus, & mori poſſet ex uno, & mori non poſſet ex altero.*

L. *In integra ergo veri hominis perfectaque natura verus natus eſt Deus, totus in ſuis, totus in noſtris: noſtra autem dicimus, quæ in nobis ab initio Creator condidit, & quæ reparanda ſuſcepit. Nam illa quæ deceptor intulit, & homo deceptus admiſit, nullum habuere in Salvatore veſtigium: nec quia communionem humanarum ſubiit infirmitatum, ideo noſtrorum fuit particeps delictorum. Aſſumpſit formam ſervi ſine ſorde peccati: humana augens, divina non minuens: quia exinanitio illa, qua ſe inviſibilis viſibilem præbuit, & Creator ac Dominus omnium rerum unus voluit eſſe mortalium, inclinatio fuit miſerationis, non defectio poteſtatis. Proinde qui manens in forma Dei fecit hominem, idem in forma ſervi factus eſt homo: tenet enim ſine defectu proprietatem ſuam utraque natura, & ſicut formam ſervi Dei forma non adimit, ita formam Dei ſervi forma non minuit. Nam quia gloriabatur diabolus, hominem ſua fraude deceptum divinis caruiſſe muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis ſubiiſſe ſententiam, ſeque in malis ſuis quodam de prævaricatoris conſortio inveniſſe ſolatium; Deum quoque (juſtitia exigente ratione) erga hominem, quem in tanto honore condiderat, propriam mutaſſe ſententiam: opus fuit ſecreti diſpenſatione conſilii, ut incommutabilis Deus, cujus voluntas non poteſt ſua benignitate privari, primam erga nos pietatis ſuæ diſpoſitionem ſacramento occultiore compleret; & homo diabolicæ iniquitatis verſutia actus in culpam*

Digitized by Google

pam, contra Dei propoſitum non periret.
LI. Ingreditur ergo hæc mundi infima Fi-
lius Dei, de cæleſti ſede deſcendens, &
a paterna gloria non recedens, novo or-
dine, nova nativitate generatus: Novo
ordine, quia inviſibilis in ſuis, viſibilis
factus eſt in noſtris: incomprehenſibilis
voluit comprehendi: ante tempora manens
* in: eſſe cœpit ex * tempore: univerſitatis Do-
minus ſervilem formam, obumbrata maje-
ſtatis ſuæ immenſitate, ſuſcepit: impaſſi-
bilis Deus non dedignatus eſt eſſe homo
paſſibilis, & immortalis mortis legibus
ſubjacere. Nova autem nativitate gene-
ratus; quia inviolata virginitas concu-
piſcentiam neſciens carnis materiam mini-
ſtravit. Aſſumpta eſt igitur de matre
Domini natura, non culpa: nec in Domi-
no Jeſu Chriſto ex utero Virginis genito,
quia nativitas eſt mirabilis, ideo natura eſt
diſſimilis. Qui enim verus eſt Deus, idem
verus eſt homo: nullum eſt in hac uni-
tate mendacium, dum invicem ſunt & hu-
militas hominis & altitudo Deitatis. Sic-
ut enim Deus non mutatur miſeratione,
ita homo non conſumitur dignitate. Agit
enim utraque forma cum alterius commu-
nione quod proprium eſt, Verbo ſcilicet
operante quod Verbi eſt, & carne exe-
quente quod carnis eſt. Unum horum co-
ruſcat miraculis, alterum ſuccumbit inju-
riis: & ſicut Verbum ab æqualitate pa-
ternæ gloriæ non receſſit, ita caro natu-
ram noſtri generis non reliquit. Unus e-
nim idemque eſt (quod ſæpe dicendum eſt)
vere Dei Filius, & vere hominis Filius:
(a) Joan. 1. Deus per id quod in principio (a) erat
Verbum, & Verbum erat apud Deum, &
Deus erat Verbum: homo per id quod Ver-
bum caro factum eſt, & habitavit in no-
bis: Deus per id quod omnia per ipſum
facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil:
(b) Galat. 4. homo per id quod factus eſt ex (b) mu-
liere, factus ſub lege.
LII. Nativitas carnis, manifeſtatio eſt hu-
manæ uutura, partus Virginis, divinæ
eſt virtutis indicium: infantia parvuli
oſtenditur humilitate cunarum, magnitu-
do Altiſſimi declaratur vocibus Angelo-
rum. Similis eſt rudimentis hominum,
quem Herodes impius molitur occidere;
(c) Matt. 2. ſed Dominus eſt omnium, quem Magi (c)
gaudentes veniunt ſuppliciter adorare.
Jam cum ad præcurſoris ſui Joannis ba-
ptiſmum venit, ne lateret quod carnis ve-
lamine divinitas tegeretur; vox Patris
(d) Matt. 3. de cælo intonans dixit (d): Hic eſt Fi-
lius meus dilectus, in quo mihi bene com-
placui. Quem itaque ſicut hominem dia-
(e) Matt. 4. bolica (e) tentat aſtutia: eidem ſicut
Deo Angelica famulantur officia. Eſuri-
re, ſitire, laſſeſcere, atque dormire, evi-
(f) Joan. 6. denter humanum eſt: ſed quinque (f) pa-
nibus quinque millia hominum ſatiare,
(g) Joan. 4. & largiri Samaritanæ (g) aquam vivam,

cujus hauſtus bibenti præſtet ne ultra jam
ſitiat; ſupra dorſum maris plantis (h) (h) Matt. 14.
non ſubſidentibus * ambulare, & elationes * ſubnotantibus.
fluctuum increpata tempeſtate conſternere,
ſine ambiguitate, divinum eſt. Sicut er-
go (ut multa præteream) non ejuſdem
naturæ eſt flere miſerationis affectu ami-
cum mortuum (i), & eumdem, remoto (i) Joan. 11.
quatriduanæ aggere ſepulturæ, ad vocis
imperium excitare redivivum; aut in
ligno pendere (k), & luce in noctem con- (k) Matt. 27. Luc. 23.
verſa, omnia elementa tremefacere; aut
clavis transfixum eſſe, & paradiſi por-
tam fidei latronis aperire: Ita non ejuſ-
dem naturæ eſt dicere, Ego (l) & Pa- (l) Joan. 10. 14.
ter unum ſumus: & dicere, Pater major
me eſt.
Quamvis in Domino Jeſu Chriſto Dei & LIII.
hominis una perſona ſit; aliud tamen eſt,
unde in utroque communis eſt contumelia;
aliud, unde communis eſt gloria. De no-
ſtro illi eſt minor Patre humanitas, de
Patre illi eſt æqualis cum Patre divini-
tas. Propter hanc unitatem perſonæ in utra-
que natura intelligendam, & Filius ho-
minis legitur deſcendiſſe de cælo, cum Fi-
lius Dei carnem de ea Virgine, de qua
eſt natus, aſſumpſerit: Et rurſus Filius
Dei crucifixus dicitur ac ſepultus, cum
hæc non in divinitate ipſa, qua Unige-
nitus conſempiternus & conſubſtantialis
eſt Patri, ſed in natura humanæ ſit in-
firmitate perpeſſus. Unde unigenitum Fi-
lium Dei crucifixum & ſepultum omnes
etiam in Symbolo confitemur, ſecundum
illud Apoſtoli dictum (m): Si enim co- (m) 1. Cor. 2.
gnoviſſent, numquam Dominum majeſtatis
crucifixiſſent. Cum autem ipſe Dominus
noſter atque Salvator fidem diſcipulorum
ſuis interrogationibus erudiret: Quem,
inquit (n), dicunt eſſe Filium hominis? (n) Matt. 16.
Cumque illi diverſas aliorum opiniones
retexuiſſent: Vos autem, ait, quem me
eſſe dicitis? Me utique, qui ſum Filius
hominis, & quem in forma ſervi, atque
in veritate carnis aſpicitis; quem me
eſſe dicitis? Ubi beatus Petrus divini-
tus inſpiratus, & confeſſione ſua omnibus
Gentibus profuturus: Tu es, inquit, Chri-
ſtus Filius Dei vivi. Nec immerito bea-
tus eſt pronunciatus a Domino & a prin-
cipali petra ſoliditatem & virtutis tra-
xit & nominis; qui per revelationem Pa-
tris eumdem & Filium Dei eſt confeſſus
& Chriſtum: quia unum horum ſine alio
receptum non proderat ad ſalutem: ſed
æqualis erat periculi, Dominum Jeſum
Chriſtum aut Deum tantummodo ſine homi-
ne, aut ſine Deo ſolum hominem credidiſſe.
Poſt reſurrectionem vero Domini, quæ LIV.
utique veri corporis fuit, quia non al-
ter eſt reſuſcitatus, quam qui fuerat cru-
cifixus & mortuus: quid aliud quadra-
ginta dierum mora geſtum eſt, quam ut
fidei noſtræ integritas ab omni caligine

* enudaretur. (a) Act. 1. (b) Joan. 20. * permittens.

mundaretur *? Alloquens (a) enim cum diſcipulis ſuis & cohabitans, atque conveſcens, & pertrectari (b) ſe diligenti curioſoque contactu ab iis, quos dubietas perſtringebat, admittens* *: ideo & clauſis ad diſcipulos januis introibat, & flatu ſuo dabat Spiritum ſanctam, & donato intelligentiæ lumine ſanctarum Scripturarum occulta pandebat: & rurſus vulnus lateris, fixuras clavorum, & omnia recentiſſimæ paſſionis ſigna monſtrabat, dicens (c): Videte manus & pedes, quia ego ſum: Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere: ut agnoſceretur in eo proprietas divinæ, humanæque naturæ individua permanere, & ita ſciremus, Verbum non hoc eſſe quod carnem, & ut unum Dei Filium & Verbum confiteremur & carnem.*

(c) Luc. 24.

LV. *Quo fidei ſacramento Eutyches iſte nimium æſtimandus eſt vacuus, qui naturam noſtram in Unigenito Dei nec per humilitatem mortalitatis, nec per gloriam reſurrectionis agnovit: nec ſententiam beatè Apoſtoli & Evangeliſtæ Joannis expavit dicentis (d): Omnis ſpiritus qui confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt: & omnis ſpiritus qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus. Quid autem eſt ſolvere Jeſum, niſi humanam ab eo ſeparare naturam, & ſacramentum fidei, per quod unum ſalvati ſumus, impudentiſſimis evacuare figmentis? Caligans vero circa naturam corporis Chriſti, neceſſe eſt, ut etiam in paſſione ejus eadem obcæcatione deſipiat. Nam ſi Crucem Domini non putat falſam, & ſuſceptum pro mundi ſalute ſupplicium verum fuiſſe non dubitat; cujus credit mortem, agnoſcat & carnem: nec diffiteatur noſtræ corporis hominem, quem cognoſcit fuiſſe paſſibilem: quoniam negatio veræ carnis, negatio eſt etiam corporeæ paſſionis.*

(d) Joan. 4.

LVI. *Si ergo Chriſtianam ſuſcipit fidem, & a prædicatione Evangelii ſuum non avertit auditum, videat quæ natura transfixa clavis pependerit in Crucis ligno, & aperto per militis lanceam latere crucifixi, intelligat unde ſanguis & aqua effluxerint, (e) ut Eccleſia Dei & lavacro rigaretur & poculo. Audiat & B. Petrum Apoſtolum (f) prædicantem, quod ſanctificatio ſpiritus per aſperſionem fiat ſanguinis Chriſti. Nec tranſitorie legat ejuſdem Apoſtoli verba dicentis: Scientes, quod non ex corruptibili auro & argento redempti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & immaculati Jeſu Chriſti. Beati quoque Joannis teſtimonio non reſiſtat dicentis (g): & ſanguis Jeſu Filii Dei emundat vos ab omni peccato. Et iterum: Hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fidei noſtra. Et quis eſt qui vincit mundum, niſi qui credit quia Jeſus Chriſtus eſt Filius Dei? Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem Jeſus Chriſtus, non in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine. Et Spiritus eſt qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt Veritas: quia tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Spiritus, Aqua, & Sanguis; & hi tres unum ſunt: Spiritus utique ſanctificationis, & ſanguis redemptionis, & aqua baptiſmatis; quæ tria unum ſunt & individua manent, nihil eorum a ſui connexione ſejungitur, quia Catholica Eccleſia hac fide vivit, & proficit, ut in Chriſto Jeſu non ſine vera divinitate humanitas, nec ſine vera credatur humanitate divinitas.*

(e) Joan. 19. (f) 1. Petr. 1. (g) 1. Jo. 1.

Cum autem ad interlocutionem examinis veſtri Eutyches reſponderit, dicens: Confiteor ex duabus naturis fuiſſe Dominum noſtrum ante adunationem, poſt adunationem vero unam naturam confiteor: miror tam abſurdam, tamque perverſam ejus profeſſionem nulla judicantium increpatione reprehenſam: & ſermonem nimis inſipientem, nimiſque blaſphemum ita omiſſum, quaſi nihil quod offenderet, eſſet auditum: cum tam impie duarum naturarum ante incarnationem unigenitus Filius Dei fuiſſe dicatur, quam nefarie, poſtquam Verbum caro factum eſt, natura in eo ſingularis aſſeritur. Quod ne Eutyches vel recte, vel tolerabiliter æſtimet dictum, quia nulla veſtra eſt ſententia confutatum: dilectionis tuæ diligentiam commonemus, frater cariſſime, ut ſi per inſpirationem miſericordiæ Dei ad ſatisfactionem cauſa perducitur, impudentia hominis imperiti etiam ab hac ſenſus ſui macula per te purgetur: qui quidem (ſicut Geſtorum ordo patefecit) bene cœperat a ſua perſuaſione diſcedere, cum veſtra ſententia coarctatus profiteretur ſe dicere, quod ante non dixerat, & ei fidei acquieſcere, cui prius fuiſſet alienus. Sed cum anathematizando impio dogmati noluiſſet præbere aſſenſum, intellexit eum fraternitas veſtra in ſua permanere perfidia, dignumque eſſe, qui judicium condemnationis exciperet. LVII,

De quo ſi fideliter atque utiliter dolet, & quam recte mota ſit Epiſcopalis auctoritas, vel ſero cognoſcit; vel ſi ad ſatisfactionis plenitudinem, omnia quæ ab eo male ſunt ſenſa, viva voce & præſenti ſubſcriptione damnaverit: non erit reprehenſibilis erga correptum quantacumque miſeratio: quia Dominus noſter (h) verus & bonus paſtor, qui animam ſuam poſuit pro ovibus ſuis, & qui venit (i) animas hominum ſalvare, non perdere, imitatores nos eſſe vult ſuæ pietatis, ut peccantes quidem juſtitia coerceat, converſos autem miſericordia non repellat. Tunc enim demum fructuoſiſſime fides vera defenditur, LVIII.

(h) Joan. 10. (i) Luc. 9.

quan-

quando etiam a ſectatoribus ſuis opinio falſa damnatur. Ad omnem vero cauſam pie ac fideliter exquaendam fratres noſtros Julianum Epiſcopum, & Renatum presbyterum tituli S. Clementis, ſed & filium meum (* Hilarium.) *Hilarum * diaconum vice noſtra direximus: quibus Dulcitium Notarium noſtrum, cujus fides eſt nobis ſæpe probata, ſociavimus: confidentes affuturum Divinitatis auxilium, ut qui erraverat, damnata ſenſus ſui pravitate, ſalvetur. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data Idibus Junii, Aſterio & Protogene VV.CC. Conſſ.*

LIX. Hactenus illa S. Leonis epiſtola de Verbi incarnatione ad Flavianum data, quam ſingillatim Patres & Concilia œcumenica ſummis ſunt præconiis & acclamationibus proſecuti; quæ in primis duas in Chriſto naturas unitas indiviſe & inconfuſe in unius perſonæ ſubſiſtentia inſeparabiles docet. Claudit de duabus naturis in una eademque perſona conjunctis incarnationis myſterium Fortunatus de Partu Virginis duobus his verſibus (a):

In Deitate, Patri æqualis, ſed corpore, matri,
Et ſine peccato de genitrice caro.

Quam quidem doctrinam ab ipſis Apoſtolorum temporibus Catholica ſemper cuſtodivit Eccleſia.

LX. Quod rurſum ad hanc epiſtolam ſpectat Marcellinus Comes in Chronico ſub Conſulatu Olybrii & Ruſtici, ubi agit de S. Proſpero Aquitano, hæc inter alia habet: *Epiſtolæ quoque Leonis adverſus Eutychen de vera Chriſti incarnatione datæ, ab iſto dictatæ creduntur*. Id ipſum putavit Gennadius (b). Ceterum nonniſi S. Leonis eam eſſe dixerim: etenim eamdem dictionem, quæ eſt in epiſtola, utique recognoſco in ejuſdem S. Leonis Papæ ſermonibus.

LXI. Galliarum Epiſc. gratiarum actio & profeſſio. Data autem eadem epiſtola in Orientem ad Flavianum, ejus quoque exemplaria miſſa ſunt ab eodem Pontifice (ut dictum eſt) ad Epiſcopos Occidentales: inter quos, præter tres illos ſuperius nominatos Antiſtites, quadragintaquatuor Epiſcopi Galliarum ſimul, ubi eam acceperunt, convenientes in Gallia Narbonenſi, gratias agentes reddiderunt Synodalem epiſtolam ad eumdem Romanum Pontificem, cujus eſt exordium: *Perlata ad nos epiſtola beatitudinis veſtræ, quam ad Orientem pro Catholicæ fidei aſſertione miſiſtis, &c.* Ubi poſt alia: *Multi itaque in ea gaudentes pariter & exultantes recognoverunt fidei ſuæ ſenſum; & ita ſe ſemper ex paterna traditione tenuiſſe, ut veſter Apoſtolatus expoſuit, jure lætantur: Nonnulli vero ſolicitiores facti, beatitudinis veſtræ admonitione percepta, modis omnibus ſe gratulantur inſtructos, datamque ſibi occaſionem gaudent, qua libere ac fiducialiter, ſuffragante etiam Apoſtolicæ ſedis auctoritate, loquantur, & aſſerat unuſquiſque quod credit.* Ad finem vero hæc de ipſo S. Leone: *Quod nos ante oculos ſemper habentes, non deſinemus Deo ac Domino noſtro gratias agere, & pariter ſupplicare, gratulantes, quod tantæ ſanctitatis, tantæ fidei, tantæque doctrinæ Apoſtolicæ ſedi, unde religionis noſtræ propitio Chriſto, fons & origo manavit, Antiſtitem dederit: petentes etiam, ut datum conceſſumque munus Pontificii veſtri longiſſima ad ædificationem ſuarum Eccleſiarum ætate cuſtodiat:* Hæc & alia illi, non ut Novatores ingrati, qui ab Aſianis, non ab Apoſtolica ſede fidem ſe accepiſſe, dixerunt: nam ſi qui vel ex Aſia, ut Irenæus, vel ex Græcia, ut Dionyſius, Epiſcopale munus in Galliis obiere; haud negari poteſt, quin jubente vel aſſentiente Clemente Romano Pontifice, & ante eum Apoſtolis Petro & Paulo, eo profecti fuerint: ſed de his ſuperius ſuo loco jam diximus. Qui autem in ea epiſtola primus ordine inter Gallicanos Epiſcopos ponitur Ravennius, conſtat ex his quæ dicta ſunt, fuiſſe hunc Epiſcopum Arelatenſem Hilarii ſucceſſorem; Ruſticum vero, qui ſequitur, Epiſcopum Narbonenſem. Vides igitur tamquam coloribus expreſſum in tabula, ipſum Romanum Pontificem univerſo Chriſtiano orbi præſidere magiſtrum, ac velut ex eminenti cathedra docere omnes Catholicam fidem.

☞ Quod autem nobis hactenus fuerat incompertum, quoto potiſſimum Chriſti LXII.
anno ſedere cœperit poſt S. Hilarium Ravennius Epiſcopus Arelatenſis: e duabus S. Leonis epiſtolis nuper acceptis ex antiquitus ſcripto codice Arelatenſis Eccleſiæ, certiores utique reddimur ipſum hoc anno ſub Conſulatu Aſterii atque Protogenis ſedere cœpiſſet, earum prior ſcripta habetur ad comprovinciales Epiſcopos verbis iſtis:

Dilectiſſimis fratribus Conſtantino, Audentio Ruſtico, Auſpicio, Nicetæ, Nectario, Floro, Aſclepio, Juſto, Auguſtali, Hymaatio, & Chryſaphio, Leo Papa.

Juſta & rationabilis cauſa gaudendi eſt, cum a ſacerdotibus Domini ea geſta cognoſcimus, quæ & paternorum canonum regulis, & Apoſtolicis congruant inſtitutis. Neceſſe eſt enim, ut omne corpus Eccleſiæ ſalubri creſcat augmento, ſi membra, quæ præſunt, & vigore excellant auctoritatis, & tranquillitate moderaminis. Quod ergo in Arelatenſium Civitate, defuncto ſanctæ memoriæ Hilario, virum etiam nobis probatum fratrem Ravenniam, ſecundum deſideria cleri, honoratorum, & plebis, unanimiter conſecraſtis:

(a) Fortunat. de Partu Virg.

(b) Gennad. de vir. illuſtr. c. 84.

ſtis, bonum fraternitatis veſtræ opus noſtro judicio roboramus. Quia electionem pacificam atque concordem, cui nec merita morum, nec ſtudia civium defuerunt, poſtulationis quidem humanæ, ſed inſpirationis credimus fuiſſe divinæ. Utatur itaque, fratres cariſſimi, Dei munere memoratus Antiſtes, & ſecundum conſonantia omnium ordinum vota, quid ex ipſo devotionis expectetur, intelligat: ut diſpenſationis ſibi creditæ diligens ac temperans executor, veſtro teſtimonio non inferior, & noſtro favore per omnia ſit dignior. Deus vos incolumes cuſtodiat, fratres chariſſimi. Dat. XI. Kal. Septemb. Aſterio & Protogene Conſs. Habes igitur cum tempore promotionis Ravennii, etiam certum tempus quo S. Hilarius prædeceſſor ex hac vita migravit. ☞ Ex quibus redarguas Gennadium aſſerentem eum defunctum eſſe tempore Valentiniani & Marciani Imperatorum ☜. Quo pariter anno & die data extat in eodem codice epiſtola ejuſdem S. Leonis ad ipſum Ravennium, quæ habetur nonageſimaquarta numero epiſtolarum ipſius S. Leonis abſque die & Conſule extra ordinem collocata, eodem argumento conſcripta, quam tu legere poteris. Reddamus vero hic tibi litteras nondum cuſas ea eodem ſcripto codice petitas ad eumdem Ravennium datas his verbis:

Dilectiſſimo fratri Ravennio, Leo.

LXIII. *Circumſpectum te volumus eſſe atque ſolicitum, ne quid ſibi plectenda poſſit vendicare præſumptio, quæ cum aditum falſa ſurreptione repererit, ad majorem ſe temeritatem nomine uſurpatæ dignitatis extendit. Petronianum quemdam vagum & ſemper erroneum certa nos clericorum tuorum ſuggeſtioae didicimus per Gallias ſe noſtrum eſſe diaconum jactitaſſe, & ſub hujus honoris obtentu diverſas ejus provinciæ Eccleſias circuire. Cujus audaciæ tum nefanda dilectionem tuam, frater cariſſime, ita volumus obviare, ut eum, admonitio etiam totius provinciæ Epiſcopis, in ſua falſitate detectum, ab omnium Eccleſiarum communione, ne ulterius hoc uſurpet, expellas. Dominus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Dat. ſub die VII. Kalend. Septembr. Aſterio & Protogene VV. CC. Conſulib.* Sed quas anno ſequenti idem ſanctus Leo dederit ad Galliarum Epiſcopos litteras nondum cuſas, ſuo loco ea codice deſcriptas Annalibus inteaemus. ☜

LXIV. Litteræ commendatitiæ pro legatis. Sed jam proſequamur nobilem legationem una cum recitata ad Flavianum epiſtola ab ipſo Romano Pontifice miſſam ad Synodum Epheſi convocatam. Quo ipſo die data legitur dicta epiſtola Idibus Junii ad Flavianum, eodem ſcripta habetur alia brevis (*a*) ad Theodoſium Imperatorem, qua indicat inter alia, Eutychetem, miſſo Romam libello, declaraſſe, paratum ſe fore corrigere, quicquid corrigendum ipſe Summus Pontifex judicaſſet. Commendat eiſdem litteris quos mittit Epheſum ad Concilium Legatos a Latere. Eſt earum exordium: *Quantum rebus humanis conſulere providentia divina dignetur, &c.* Eadem quoque die Iduum Juniarum ſcripta ab eo extat eodem argumento epiſtola ad Pulcheriam Auguſtam (*b*), exordiens in hæc verba: *Quantum præſidii Dominus Eccleſiæ ſuæ in veſtra clementia præparavit, multis ſæpe probavimus documentis. Et quicquid noſtris temporibus contra impugnatores Catholicæ veritatis induſtria ſacerdotalis obtinuit, ad veſtrum maxime gloriam redundavit:* egregiam profecto laudem, qua damnatio Neſtorii contra faventes ipſi magiſtratus, tanti teſtificatione Pontificis, S. Pulcheriæ feratur accepta. Agens ibi demum de ſententia & errore Eutychetis improbi ſenis, cum divinæ Scripturæ contrariam penitus eſſe docet, tum etiam Apoſtolorum Symbolo damnatam oſtendit. Commendat denique miſſos a ſe legatos in Orientem ad Concilium Epheſinum.

(*a*) Leo ep. 12.

(*b*) Leo ep. 13.

LXV. Eadem itidem die decimatertia Junii idem S. Leo eadem ex cauſa litteras dedit ad Julianum Coenſem Epiſcopum, virum diſertiſſimum & Catholicæ veritatis acerrimum deſenſorem (*c*). Rurſum vero alias eadem die ſcripſit ad Archimandritas Fauſtum, ac Marcianum, atque alios Conſtantiuopoli agentes (*d*). Præſtaret quidem hic ſingulas reddere, quod multo fidelius quavis alia ea graditur hiſtoria, quæ ex epiſtolarum concinnatione depromitur: ſed parcimus, nimiæ prolixitatis vitandæ cauſa, quod eaſdem qui vult poſſit apud ipſius S. Leonis ſcripta conſulere. Sed ea minime prætermitti conceditur, quam ad ipſam Synodum Epheſi ad præſcriptam diem Kalendarum Auguſtarum cogendam idem S. Leo Papa conſcripſit: eſt autem hujuſmodi (*e*):

(*c*) Leo ep. 11.

(*d*) Leo ep. 14.

(*e*) Leo ep. 15.

LXVI. Epiſt. Leonis ad Synodum. *Religioſa clementiſſimi Principis fides, ſciens ad ſuam gloriam maxime pertinere, ſi intra Eccleſiam Catholicam nullius erroris germen exurgeret: hanc reverentiam divinis detulit inſtitutis, ut ad ſanctæ diſpoſitionis effectum auctoritatem Apoſtolicæ ſedis adhiberet, tamquam ab ipſo Petro cuperet declarari, quod in ejus confeſſione laudatum ſit, quando dicente Domino (f): Quem me eſſe dicunt homines Filium hominis? varias quidem diverſorum opiniones diſcipuli memorarunt. Sed cum ab eis, quid ipſi crederent, quæreretur; Princeps Apoſtolorum plenitudinem fidei brevi ſermone complexus: Tu es, inquit, Chriſtus Filius Dei vivi: hoc eſt: Tu qui vere es Filius hominis, idem vere es Filius Dei vivi. Tu, inquam,*

(*f*) Matt. 16.

Digitized by Google

quam, verus in veritate, verus in carne, & ſalva geminæ proprietate naturæ utrinque unus. Quod ſi Eutyches intelligerat ac veraciter crederet, nequaquam ab hujus fidei tramite deviaret, propter quam ipſi Petro reſpondetur a Domino: Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cælis: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.

LXVII. *Nimis autem a compage hujus ædificationis alienus eſt, qui & beati Petri confeſſionem non capit, & Chriſti Evangelio contradicit, oſtendens ſe nullum unquam ſtudium cognoſcendæ veritatis habuiſſe & ſuperfluo honorabilem viſum, qui nulla maturitate cordis ornavit canitiem ſenectutis. Verum quia etiam talium non eſt negligenda curatio, & pie ac religioſe Chriſtianiſſimus Imperator haberi voluit Epiſcopale Concilium, ut pleniore judicio omnis poſſit error aboleri: fratres noſtros Julianum Epiſcopum, Renatum presbyterum, & filium meum Hilarum* * *diaconum, cumque his Dulcitium, Notarium probatæ nobis fidei miſi; qui vice mea ſancto Conventui veſtræ fraternitatis interſint, & communi vobiſcum ſententia, quæ Domino ſint placitura, conſtituant: Hoc eſt, ut primitus peſtifero errore damnato, etiam de ipſius, qui impudenter* * *erravit, reſtitutione tractetur, ſi tamen doctrinam veritatis amplectens, ſenſus hæreticos, quibus imperitia ejus fuerat irretita, plena aperteque propria voce & ſubſcriptione damnaverit; quod etiam in libello, quem ad nos miſerat, eſt profeſſus, ſpondens per omnia noſtram ſe eſſe ſecuturum ſententiam. Acceptis autem fratris & coepiſcopi noſtri Flaviani litteris, plenius ad eum de his, quæ ad nos videtur retuliſſe, reſcripſimus: ut abolito hoc quo inquinatus videbatur errore, in laudem & gloriam Dei per totum mundum una ſit fides, & una eademque confeſſio, & in nomine Jeſu omne genuflectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Data Idibus Junii, Aſterio & Protogene Conſſ.* Hæc ad Synodum S. Leo.

* Hilarium.

* imprudenter.

LXVIII. Auctoritas Rom. Pont.

In qua quidem epiſtola illud velim, lector quam diligentiſſime expendas, & tenaci memoria numquam abolendum conſerves, non ſine auctoritate Romanorum Pontificum Imperatores conſueviſſe indicere Synodos. Quantumlibet enim, ipſo ægre ferente S. Leone, Theodoſius (ut vidimus) inſtituerit cogendum Epheſinum Conventum, cui nec cuperet ipſum per ſuos intereſſe legatos: haud tamen id auſus proſequi, neque perficere abſque ipſius Romani Pontificis auctoritate, prout declarant verba illa in epiſtolæ exordio collocata, quibus ait: *Hanc reverentiam divinis detulit inſtitutis, ut ad ſanctæ diſpoſitionis effectum auctoritatem Apoſtolicæ ſedis adhiberet, tamquam ab ipſo B. Petro cuperet declarari, &c.* Sic igitur cum audis, vel legis Imperatorem mandatis eſſe ſacra Concilia convocata, ejuſmodi pernoſcas exemplo numquam id abſque Romani Pontificis auctoritate executioni fuiſſe mandatum.

Sed & ex eadem Leonis ad Synodum epiſtola illud conſidera, præſcribere legem Romanum Pontificem Oecumenicæ Synodo, quid decernendum ſit, cum jubet Eutychetem debere ſuam hæreſim condemnare, atque ita de ejus reſtitutione tractandum: de quo etiam in alia epiſtola ad Pulcheriam eadem die data, qua legatos commendat, hæc habet (*a*): *Sedes* (inquit) *Apoſtolicæ moderatio hanc temperantiam ſervat, ut ſeverius agat cum obduratis, & veniam cupiat præſtare correctis.* Nec quidem minimi negotii opus illud, ut de reſtitutione hæreſiarchæ tractari poſſet, quod a Romano Pontifice Synodo indulgetur: nam auctores hæreſum non recipiendos eſſe ad priſtinum gradum, etiam ſi mille offerant libellos pœnitentiæ, legibus Eccleſiaſticis ſancitum, & in Eccleſia jugiter obſervatum, ſuperius vidimus. Sed Leo id Eutycheti præſtandum eſſe voluit, quod (ut dictum eſt) libellum miſerat Romam quo pollicebatur, ſi quid erraſſet, ſeſe ex ipſius Romani Pontificis arbitrio correcturum: quod ipſe etiam Leo teſtatur in epiſtola ad Theodoſium Imperatorem (*b*). Sic igitur Eutychetis damnationem a Flaviano atque Synodo factam voluit Pontifex in ſuo robore permanere; ut ſi reſipiſceret, eamdem juberet irritam prorſus reddi, ac proinde illum in priſtinum locum recipi: hoc ipſum idem S. Leo in litteris ad Julianum (*c*) & in dicta Epiſtola ad Pulcheriam, qua ait (*d*), ut reſipiſcens Eutyches, in communione ſui ordinis, nempe presbyteratus, reciperetur.

LXIX. Præſcribit ſententiam de Eutychete S. Leo.

(*a*) Leo ep. 8. & ſupra ep. 13. in pr.

(*b*) Leo ep. 12.

(*c*) Leo ep. 19.

(*d*) Leo ep. 13. in fin.

LXX. Rurſum autem ex recens acceptis litteris data occaſio eſt eidem Leoni Pontifici iterum ad Flavianum eodem menſe Junii ſcribendi litteras (*e*), quæ ejuſdem ſunt cum prioribus argumenti; adeo ut in his non ſit immorandum. Sequenti vero menſe Julii contigit Baſilium diaconum a Flaviano Romam ad Leonem Pontificem miſſum præſto eſſe cum litteris, quibus de his quæ ab adverſariis magno ſtudio adverſus fidem Catholicam pararentur ipſum redderet certiorem. His acceptis S. Leo, ad eum reſcribens (*f*), forti atque, conſtanti jubet animo eſſe, hæc habens inter alia: *Dilectionem tuam per gratiam Dei, in qua fidimus, adhortamur, utentes verbis Apoſtoli* (*g*), *atque*

(*e*) Leo ep. 16. & 17.

Leo cohortatur Flavianum fortiter agere.

(*f*) Leo ep. 20.

(*g*) Philip. 1.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

que dicentes: In nullo teneamini ab adverſariis: quæ eſt illis cauſa perditionis, vobis autem ſalutis. Ita quidem prophetice S. Leo: nam eorumdem ſceleratorum hæreticorum nequitia contigit S. Flavianum nobilitari corona martyrii, ipſos vero perpetua damnatione percelli.

LXXI. Inter hæc autem cum perditiſſimus Eutyches litteris ſuis ad Occidentales, qui magni erant nominis, Epiſcopos, adverſus S. Flavianum conſcriptis, eoſdem conatus eſſet concitare, & contra eumdem impellere: ab iiſdem, utpote Orthodoxis, errorumque omnium acerrimis pro Catholica fide vindicibus, acriter redarguitur. Conſtat quidem ad eum inter alios reſcripſiſſe S. Petrum Chryſologum Ravennatem Epiſcopum, dignam plane tanto ſacerdote epiſtolam, quæ ſic ſe habet (a):

(a) Extat to. 1. Conc. ante Conc. Chalc.

Dilectiſſimo & merito honorabili filio Eutycheti presbytero Petrus Epiſcopus Ravennæ.

LXXII. Quæ Petrus Chryſologus ad Eutychetem ſcripſerit. *Triſtis legi triſtes litteras tuas, & ſcripta mæſta mœrore debito percurri. Quia ſicut nos pax Eccleſiarum, ſacerdotum concordia, tranquillitas plebis gaudere facit gaudio cæleſti: ita nos affligit & dejicit fraterna diſſenſio, præſertim cum talibus oriatur ex cauſis. Triginta annis humanæ leges humanas adimunt quæſtiones: & Chriſti generatio, quæ divina lege ſcribitur inenarrabilis, poſt tot ſæcula diſputatione temeraria ventilatur?* Præſcripta jam Catholica veritas. *Quid Origenes Principiorum ſcrutator inciderit; quomodo Neſtorius lapſus ſit diſputans de Naturis, non latet prudentiam tuam. Magi eum in cunabulis Deum myſticis muneribus confitentur: & ſacerdotes, quis ſit qui virginali partu de Spiritu ſancto natus eſt, dolenda interrogatione diſquirunt? Cum vagitus daret Jeſus in cunis, Gloria in excelſis Deo, clamat cæleſtis exercitus: & modo, quando in nomine Jeſu omne genu flectitur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, originis ejus quæſtio commovetur?*

LXXIII. *Nos, frater cariſſime, una cum Apoſtolo dicimus: Etſi novimus Jeſum ſecundum carnem, ſed nunc jam non novimus. Ne poſſumus curioſe perſcrutari, qui jubemur honorem dare, & timorem reddere, & exſpectare *, dum non perſcrutandum Judicem confitemur. Hæc breviter reſpondi, frater, litteris tuis, plura ſcripturus, ſi ad me frater & Coepiſcopus Flavianus aliqua de hac cauſa ſcripta miſiſſet. Si enim tibi diſplicet, quoniam ſcripſiſti electum * judicium: nos quomodo de his judicare poterimus, quos neque vidimus propter abſentiam, & quid intellexerunt eorum taciturnitate neſcimus? Juſtus mediator non eſt, ſi unam partem audit, ut nihil alteri parti reſervet. In omnibus autem hortamur te, frater honorabilis, ut his quæ a beatiſſimo Papa Romanæ Civitatis ſcripta ſunt, obedienter attendas: quoniam B. Petrus, qui in propria ſede vivit & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatem. Nos enim pro ſtudio pacis, & fidei extra conſenſum Romanæ civitatis Epiſcopi cauſas audire non poſſumus. Incolumem tuam dilectionem Dominus tempore longiſſimo conſervare dignetur, cariſſime & honoratiſſime fili.*

* non diſcutere quem.

* neglectum.

Hæc ad Eutychetem Petrus Chryſologus qui hoc anno vel ſequenti, ſecunda die Decembris (ut produnt Eccleſiaſticæ tabulæ (b)) fine humanis rebus impoſito e vita migravit. Eſt quidem hujus rei firma aſſertio ex eo quod Leo Romanus Pontifex ſub Conſulatu Marciani poſt annum ſequentem, menſe Octobris, ad ejus ſucceſſorem Leonem Epiſcopum, ſeu (ut alii legunt) Neonem, litteras (c) dediſſe reperitur. Reliqua de Petro conſule Hieronymum Rubeum, qui res Eccleſiæ Ravennatis diligenti ac copioſo proſecutus eſt ſtylo.

Tempus obitus Petri Chryſologi.

(b) Rom. Martyrol.

(c) Leo ep. 37.

LXXIV. Inter hæc autem appropinquante jam die cogendæ Epheſi Synodo præſtituta, Theodoſius Imperator ad ſuos magiſtratus, quos juſſerat eidem intereſſe, litteras dedit, atque in primis ad Elpidium Comitem in hæc verba (d):

(d) Apud Conc. Chal. Act. 1.

Theodoſii epiſtola ad Elpidium.

*Sanctæ quidem Synodi pridem apud Epheſum factæ, Neſtorii impii contra Deum blaſphemia extitit cauſa: & ideo a ſanctis Patribus, qui ibidem convenerunt, dignam ſuſcepit ſententiam. Quoniam igitur & nunc altera iterum contra divinam fidem excitata eſt dubitatio, ſecundam hanc Epheſi fieri Synodum ſancimus, mali radicem omnino excidere feſtinantes; quo undique perturbationem dogmatis ejicientes, mundam rationis * juſtitiam in cordibus reſervemus, ut ſit hoc Reipublicæ munimen, & humanitatis utilitas. Ideo igitur tuam eboritatem tuam, quam Eulogium virum ſpectabilem Tribunum & Notarium ad miniſterium elegimus fidei, ſicut probatos tam in aliis rebus rectiſſimos, quam circa Dei cultum opinatiſſimos, & valentes diligenter noſtris juſſionibus miniſtrare; & de his quæ a ſancta Synodo Epheſi fuerint conſtituta & nullum fieri tumultum permittere:*

* orationis.

LXXV. *Sed & ſi quem viderit conturbationibus, & tumultui ſtudentem ad læſionem ſanctæ fidei, hunc cuſtodiæ mancipare, & ad noſtram perferre notitiam; & cauſam quidem ordine prævenire; intereſſe autem judicio, & operam dare, celerem & circumſpectam probationem a ſancta Synodo fieri, & nobis cognitam facere; his qui pridem Eutychetis religioſiſſimi Archimandritæ Judices extiterunt, præſentibus quidem & tacentibus, nullum tamen judicantium habentibus locum, ſed*

com-

communem aliorum omnium ſanctorum Patrum ſententiam expectantibus; quoniam ea quæ ab ipſis dudum judicata ſunt, nunc retractantur. Non licere autem ullum aliquid movere ex peculiaribus capitulis, antequam ea quæ de fide ſunt Catholica, effectui mancipentur. Ideo namque & civile per litteras, quas ad virum ſpectabilem Proconſulem ac reliquos ſcripſimus, & militare vobis auxilium delegavimus, quatenus & vos ſuper proprium ſtudium his fulti auxiliis, ſufficere poſſitis ad ea quæ præcepimus adimplenda; quæ tanto omnibus bonis meliora ſunt, quanta ſolent humanis divina præcellere: & quæ in hac cauſa fuerint conſtituta, ad noſtram perferre notitiam. Hæc Theodoſius ad Elpidium: eodem quoque ſcripſit argumento ad Eulogium, & ad Proclum Aſiæ Proconſulem.

LXXVI. Male cœptum Concilium Epheſinum. Puto jam intelligere vales, lector, non parari ſanctorum Concilium, ſed violentorum graſſatorum latrocinium, dum qui poſſent contradicere Eutycheti, tamquam Neſtoriani non ſinuntur ad Synodum venire, illi vero vocantur qui Eutycheti in eſſent ſtudioſiſſimi; atque etiam qui in Synodo Conſtantinopolitana eamdem cauſam Eutychetis judicaſſent Epiſcopi, ſic jubentur aſſiſtere, ut tamen omnino tacerent: jam, inquam ſatis intelligis, haud præparari ſacrum Conventum, ſed colligi prædonum manum, qui veritatem hoſtiliter adoriantur & perdant, & eam defendentes occidant: ut merito illud ejuſmodi Synodus egregium nomen fuerit conſecuta, ut non ſacroſanctum Oecumenicum Concilium diceretur, ſed Synodus prædatoria, vel Latrocinium Epheſinum. Audiſti jam tragœdiæ nomen, Actus inſpice luctu digniſſimos. Sed reddendæ ſunt hic primum litteræ, quas vocant Sacras, ad ipſam Synodum Epheſi coactam a Theodoſio datæ, quæ ſic ſe habent (*a*):

(*a*) *Apud Conc. Chal. Act.* 1.

LXXVII. Epiſt. Imperatoria ad Synodum. *Vellemus quidem abſque ulla perturbatione ſanctas Dei Eccleſias perſiſtere, & vos ſanctis imminentes Eccleſiis, conſuete ea quæ ad Divinitatis placationem pertinent, celebrare, & non tantum vobis laboris, & afflictionis fieri. Sed quoniam beatiſſimus Epiſcopus Flavianus aliqua de ſancta fide movere voluit adverſus reverendum Archimandritam Eutychetem, & Concilium congregans aliqua cœpit agere: nos quidem ſæpius dirigentes ad eumdem beatiſſimum Epiſcopum, voluimus, quæ mota eſt, conturbationem compeſcere, perſuaſi ſufficere nobis traditum a ſanctis Patribus in Nycæna Synodo Catholicam fidem, quam & ſancta Synodus, quæ in Epheſo facta eſt, confirmavit. Sed quoniam ſæpius a nobis rogatus idem beatiſſimus Epiſcopus, deſiſtere a tali quæſtione, ne conturbatio univerſitati fiat minime acquievit: cogitantes non eſſe tutum abſque veſtra ſancta Synodo, & abſque ſanctarum Eccleſiarum Præſulibus hujuſmodi quæſtionem de fide renovari, neceſſarium duximus, veſtram convenire ſanctitatem; quatenus vos, quæ hic acta ſunt, cognoſcentes, & quæſtionem motam, & omnem diabolicam ſtirpem poſſitis evellere; & eos qui Neſtorii impii blaſphemiam ſectantur, aut retinent, a ſanctis Eccleſiis repellere; Catholicam vero fidem firmiſſimam, & inconcuſſam cuſtodire diſponere: quoniam noſtra omnis ſpes eſt, & noſtri Imperii firmitas ex Catholica fide & veſtris ſanctis orationibus pendet.* Hactenus epiſtola Theodoſii Imperatoris ad Synodum, qua quidem (ut audis) non Eutyches auctor malorum, ſed S. Flavianus perſtringitur, ut turbarum excitator, & rerum novandarum cupidus; cujus & inquieto animo adſcriberetur, quicquid vocati Epiſcopi laboris & impenſarum Epheſum veniendo contraherent; ut eo modo magis magiſque in eum totius Synodi animus commo-

PAGIUS

XI. Pſeudo-Synodi Epheſinæ Synopſis. A num. LXXVII. ad CXIV. Synodus *Epheſina*, quæ ad Kalendas Auguſtas indicta fuerat, cœpta eſt tantum die VIII. ejuſdem menſis. Eidem interfuere CXXX. Epiſcopi, præſeditque *Dioſcorus* Epiſcopus Alexandrinus. *Eutyches* introductus continuo confeſſionem fidei propoſuit, falſitatis & ſimulationis plenam, & ambage verborum perplexam. Retractata deinde Acta ejus condemnationis, iſque declaratus innocens, & ſolutus ab excommunicationis vinculo. *Flavianus* vindex fidei condemnatur cum *Euſebio* Dorylæi Epiſcopo, plurimique Pontifices proſcripti condemnatique, inter quos *Ibas* Edeſſenus Epiſcopus, *Theodoretus* Cyrenſis, & ultimus omnium *Domnus* Antiochenus. *Flavianus* appellationem interpoſuit, ob idque indignis modis acceptus; adeo ut vi plagarum animam exhalarit. In tanta rerum deſperatione Legati obfirmate reſtiterunt conantibus hæreticorum adverſus condemnationem *Flaviani*, indeque in cuſtodiam dati. Quæ omnia fuſe ex Actis Publicis a Baronio narrantur.

XII. Ibas ab Epiſcopatu Edeſſeno dejectus. *Ibas* prioribus hujus anni menſibus abſolutus fuerat in *Judicio* Berytenſi, ac poſtea in *Judicio* Tyrienſi, quod utrumque huc revocandum eſſe anno ſuperiori demonſtravimus. Cæterum non modo Clerici ejus accuſatores ab inita cum eodem pace, de qua ibidem egimus, reſilierunt; verum etiam iidem Epiſcopi, qui *Ibam* abſolverant, ipſum eodem anno damnarunt, & Sede Epiſcopali dejecerunt in hac Synodo Epheſina. *Euſtathius* Beryti Epiſcopus Act. X. Synodi Chalced. interrogatus de iis, quæ contra *Ibam* apud Epheſum geſta fuerant, reſpondit: *Quia introduxerunt tres, & ſex, & duodecim teſtes, propter dictionem, quam dixit*, hoc eſt non invideo Chriſto facto Deo. *Hic eſt Photius Epiſcopus*, &c. Ex his colligit Emin. Card. Noriſius in Diſſert. IV. de Anno & Epochis Syro-Macedonum cauſam *Ibæ* poſt diem VIII. Auguſti, qua jam incumbente nocte Sanctus *Flavianus* damnatus fuit in Latrocinali Synodo Epheſina, diſcuſſam iterum fuiſſe. Hoc etiam in eadem Act. X. prodit Theophilus Ibæ accuſa-

toe

Digitized by Google

moveretur. Porro hæc omnia non tam Theodoſio, quam Chryſaphio ipſum Imperatorem pro arbitrio manu ducenti, ſunt adſcribenda; eum tamen ipſe culpa non vacet, in re tanta vel dormitaſſe, vel privaris animi affectibus in Flavianum commoris nimium induiſiſſe. Sed jam ipſa Acta Synodi referamus.

LXXVIII. (a) Apud Conc. Chal. Act. 1. Synodus ſecunda Epheſina. Quæ igitur (ut vidimus ad Kalendas Auguſtas indicta Synodus fuerat (a), cœpta eſt quarto Idus ejuſdem menſis, cui inteſuiſſe numerati ſuut Epiſcopi centum duodetriginta, præter paucos aliquos, qui per ſuos Vicarios ad boc miſſos Interfuerunr: præſto etiam ſuere Apoſtolicæ ſedis legati, Julianus Epiſcopus, Renatus presbyter, & Hilarius diaconus, ac Dulcitius Notarius. Dioſcorus Alexandrinus Epiſcopus adfuit, & præfuit, qui primum ſibi indebitum, auctoritate tamen Imperatoris, locum in Synodo vendicavit. Convenerunt inter primos pariter Domnus Epiſcopus Antiochenus, Juvenalis Epiſcopus Hieroſolymitanus, Flavianus Conſtantinopolitanus, Thalaſſius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, Stephanus Epiſcopus Epheſi, & alii, qui omnes in unum ad hoc delectum locum in baſilica ſanctæ Dei Genitricis Mariæ ad celebrandam Synodum advenere; ubi in ſeſſione Flavianus non poſt Antiochenum ſedere Antiſtitem a Dioſcoro permiſſus eſt, ſed poſt Juvenalem Hieroſolymorum Epiſcopum. Cum autem omnes ſimul conſediſſent, juſſæ ſunt a Dioſcoro legi litteræ Imperatoris ad ipſum Alexandriam datæ: Legati vero Apoſtolicæ ſedis de ſua legatione Synodum docuerunt: excuſaveruntque Leonis Papæ denegatum adventum in Synodum ad quam præſens vocatus erat, eo quod moris non eſſet niſi per legatos extra Urbem Romanos Pontifices Synodis intereſſe.

LXXIX. Litteræ Leonis a Dioſcoro non admiſſæ. Poſt hæc iidem obtulere ſcriptas ad Synodum & ad Flavianum litteras ejuſdem Sancti Leonis Papæ legendas; quas Dioſcorus ſuſcipi juſſit: verumtamen nec lectas, immo neque ſuſceptas fuiſſe teſtatus poſtea fuit Aetius Archidiaconus Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ: ſed lectione aliarum litterarum Imperatoris ad diverſos cauſa Synodi conſcriptarum a cœptis per legatos ſermonibus diſceſſum eſt; ex compoſito quidem, ut vitaretur lectio litterarum Romani Pontificis; cum tamen id inſtanter petentibus legatis Dioſcorus juramento ſit pollicitus ſe facturum: quod numquam præſtitit. Etenim in Concilio Chalcedonenſi poſtea hujus rei cauſa Dioſcorus ut perjurus eſt accuſatus: hæc enim ibi leguntur (b): *Super hæc vero neque epiſtolam legi permiſit beatiſſimi Papæ Leonis ſcriptam ad ſanctæ memoriæ Flavianum, & hoc frequenter rogatus a portitoribus recitari eam, & cum juramento fieri lectionem promittens. Qua non lecta, ſcandalum & læſionem ſanctæ Dei Eccleſiæ per totum Orbem terræ pertulerunt.* Hæc ibi. Vides quo exordio Synodus inchoetur, cui ſatanas præſidens primario throno conſideat. (b) Conc. Chalc. Act. 3.

Abſoluta autem recitatione litterarum Imperatoris, de fide eſſe agendum ſuggeſtio facta eſt: ſed negavit Dioſcorus, affirmans ex decreto Imperatoris tractandum de controverſiis obortis Conſtantinopoli inter Flavianum, & Eutychetem. Qui vero Synodi excipiebant Acta, Notarii Dioſcori, his addiderunt ex juſſione Dioſcori, Epiſcopos Synodi acquieviſſe Dioſcoro, acclamaſſeque de fide nihil agendum, nec quicquam innovandum: id quidem poſtea in Concilio Chalcedonenſi (c) demonſtratum eſt, nihilque hujuſmodi ab Epiſcopis dictum eſſe: Sed & patefactum eſt etiam quod ab ejuſdem Dioſcori Notariis inſolenter nimis itidem in Synodo eſt perpetratum; nimirum factum ab eis impetum in Notarios Stephani Epiſcopi Epheſini, deletumque quod recens ſuerat exaratum, vimque magnam adhibitam, ut eorum thecas abriperent, & ab eiſdem digitos reſiſtentium pene confractos eſſe. LXXX. (c) Apud Conc. Chal. Act. 1. Notariorum Dioſcori inſolens factum.

His ita primo loco tranſactis, ex ſuggeſtione Elpidii Comitis, probantibus Epiſcopis, juſſus eſt ingredi Eutyches, cauſamque ſuam agere, & quæ ſentiret de fide LXXXI.

PAGIUS tor: *Relegantur*, inquit, *quæ in Epheſo in ultimum de Iba Reverendiſſimo Epiſcopo geſta ſunt*. *Itaque* geſta apud Epheſum in cauſa Ibæ poſteriora fuere utroque *Judicio*, Tyrio & Berytenſi. Hoc ipſum diſerte tradunt Patres Synodi V. in Collat. VI. ubi geſtis apud Tyrum recitatis, hæc ſtatim addunt: *Cum hæc ita judicata eſſent, & finem non ſuſcepiſſent, ſicut eſt invenire ex his, quæ poſtea mota ſunt*, nempe apud Epheſum, *ejicitur Ibas ab Epiſcopatu, nec non etiam Domnus Antiochiæ Epiſcopus*. Et rurſus Collat. VIII. cum dixiſſent, *Ibam* apud Sanctum Flavianum Antiſtitem CP. & Imperatorem Theodoſium accuſatum fuiſſe, inquiunt, *qui & cauſa examinationem delegaverunt Photio Epiſcopo Tyri, & Euſtathio Epiſcopo Berytorum civitatis*. Poſtea vero videlicet apud Epheſum, *inculpatus idem Ibas ab Epiſcopatu dejectus eſt*. Cum autem Ibas menſe Auguſto in Concilio Epheſino Sede depulſus fuerit, neutiquam proximis Kalendis Septembris ejuſdem cauſa diſcuſſa fuit; ſed illud Judicium menſe circiter Februario hujus anni habitum; & Indictionem II. una cum menſe Septembri memoratis Actis fallaci manu præfixam fuiſſe, docte collegit Card. Noriſius citatus. Hinc quæ Baronius anno præcedenti a num. LVII. ad LXXXIV. de utroque Conventu habet, huc transferenda.

XIII. Ordinatio Maximi Patriarchæ Antiocheni vitioſa fuit. *Domnus* Patriarcha Antiochenus, quem dignitate motum diximus, ſedit *annos octo*, juxta Nicephorum in Chronico, & Tabulas Theophanis, eique *Maximus* ſuffectus eſt. Porro Legati Sedis Apoſtolicæ in Act. X. Concil. Chalced. diſerte aſſerunt, hujus ordinationem Epheſinæ

Digitized by Google

(a) Apud Conc. Chal. Act. 1. Eutyches ad Synodum admiſſus. fide docere (a): cum ille callidus ſerpens fidem editurus ſuam, iſta blande præfatus eſt: *Ego commendavi me ipſum Patri & Filio & Spiritui ſancto, & verbo veritatis veſtræ juſtitiæ: & teſtes vos habeo meæ fidei, pro qua & laboravi cum ſancta Synodo, quæ ante vos hic congregata eſt, ſicut & veſtra ſanctitas teſtis eſt. Habeo præ manibus libellum fidei meæ, & jubete eum recitari, & confeſſionem fidei, quæ in eo continetur.* Hæc prælocutus eſt Eutyches; legique juſſus libellus ab eo oblatus, qui eſt hujuſmodi.

LXXXII. *Sanctiſſimæ & Deo amantiſſimæ univerſali Synodo congregatæ in Epheſo Metropoli, ab Eutychete Archimandrita.*

Libellus Eutychetis lectus in Synodo. *Gratias ago per omnia ſancto Deo, præſenti die, in qua per vos pietas recepit fiduciam. Et docebo veſtram ſanctam Synodum, quæ in me, magis autem contra rectam fidem commiſſa ſunt. Propoſitum mihi fuerat a pueritia, in ſilentio abſque ullo negotio uſque ad decrepitam ſenectutem degere, & abſque ulla conturbatione perſiſtere. Non ſum autem permiſſus frui propoſito; ſed & peſſimis periculis inſidiantium circumdatus ſum, eo quod ſecundum definitionem prioris veſtri Epheſini hic congregati Concilii, non acquievi præter eam quæ in Nicæa a ſanctis Patribus fides eſt expoſita, ſapere. Neceſſarium vero arbitror, antequam ea, quæ in me commiſſa ſunt, doceam, ad ſatisfactionem veſtræ ſanctitatis, quam habeo de ſancto dogmate confeſſionem iterum facere manifeſtam, atteſtante mihi tam Deo, quam veſtra ſanctitate, quodque ipſe ſemper juxta virtutem meam pro Catholica fide adverſus hæreticos ſteti.* Hæc præfatus, ſubiicit Nicænum Symbolum:

LXXXIII. Symbolum Nicænum. *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium, & inviſibilium creatorem, & unum Dominum Jeſum Chriſtum filium Dei natum de Patre Unigenitum, id eſt, de ſubſtantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, homouſion Patri, id eſt, unius cum Patre eſſentiæ: per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, & paſſus, & reſurrexit tertia die: aſcendit in cœlos, inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos qui dicunt: Erat quando non erat, & antequam naſceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus eſt, aut ex alia ſubſiſtentia vel eſſentia dicentes eſſe, aut convertibilem, aut mutabilem Filium Dei: hos anathematizat Catholica, & Apoſtolica Eccleſia.*

Sic ab initio a progenitoribus meis accipiens, credidi: in hac autem fide & ſum genitus, & ſtatim conſecratus ſum Deo, & ſuſcepit me ipſius miſericordia: & in hac fide baptizatus, ſignatus ſum, & uſque hodie vixi in ea, & mori opto. Hanc fidem & memorata hæc anterior ſancta & univerſalis Synodus (nempe prior Epheſina) *confirmavit, cujus Præſul fuit beatæ & ſanctæ recordationis Pater noſter & Epiſcopus Cyrillus, & diffinitionem protulit, eum qui præter iſta addiderit aliquid, aut minuerit aut docuerit, damnationibus, quæ tunc ſcriptæ ſunt, ſubjacere; quorum exemplaria in codice deſtinavit mihi memoratus Pater meus & Epiſcopus Cyrillus, quæ & præ manibus habeo. Subiiciens igitur me ipſum ſanctæ Synodo, & diffinitionem ejus uſque nunc cuſtodivi, & omnes ſanctos Patres, ſicut veſtra ſanctitas, Catholicos habui & fideles, & doctores meos poſui, anathematizans Manichæum, Valentinum, Apollinarium, & Neſtorium, & omnes hæreticos uſque ad Simonem magum, & eos qui dicunt carnem Domini & Dei noſtri Jeſu Chriſti de cœlo deſcendiſſe.* LXXXIV.

Sed ſecundum hanc fidem vivens & permanens in orationibus, accuſationem ex inſidiis Euſebii Epiſcopi Dorilæi ſuſtinui, libellos porrigentis adverſum me reverendiſſimo Epiſcopo Flaviano, & diverſis aliis Epiſcopis, qui tunc pro privatis cauſis in urbe degebat regia, hæreticum me injurioſe vocantis, nullam autem ſpeciem hæreſeos libellis inſerentis. Ut ſubito in altercationibus quæſtionum lapſum linguæ (*ſicut ſolet*) *ex tumultu & novitate vocum perpeſſus irruentem in peccatum, me quidem adverſus libellos accuſationis memoratus reverendus Epiſcopus occurrere ad ſatisfactionem accuſationis præcipiebat.* LXXXV.

PAGIUS ſinæ Synodi non eſſe accenſendam, eamque fuiſſe Leonis Papæ mentem; cum ex una parte omnia, quæ ibi acta ſunt, irrita eſſe judicavit, & ex alia *Maximum* in ſuam communionem recepit. Verba Legatorum in aliquibus corrupta emendare tentarunt Marcha lib. 3. de Concordia cap. 14. num. I. & Queſnellus in Diſſert. *de Cauſa Domni Epiſcopi*, num. XXIX. & ſeq. Ordinationi *Maximi* duo inter alia vitia inerant, unum quod *Domnus* ab impia Synodo Epheſina damnatus eſſet; alterum quod ordinatio illa adverſus Nicænos Canones, Apoſtolicos & Conſtantinopolitanos ab *Anatolio* peracta fuiſſet; cui tamen Leo connivere voluit ob pacis ſtudium, ut ipſemet in Epiſtola ad Marcianum Aug. data *XI. Kalend. Junii Herculano clariſſimo Conſule*, anno ſc. CDLII. declarat: *Neque ſibi aſtimet licuiſſe* (nempe Anatolius) *quod Antiochenæ Eccleſiæ ſine ullo exemplo, contra ſtatuta Canonum, Epiſcopum ordinare præſumſit: quod nos amore reparandæ fidei & pacis ſtudio retractare ceſſavimus.* Niſi enim Leo benigne ſe geſſiſſet in Maximum, ejus ordinationem retractare potuiſſet, ut ex laudatis verbis Marca deducit. Facundus lib. 5. cap. 3. ſcribit *Maximum* Antiochenum. & *Juvenalem* Hieroſolymitanum, vel dogmate, vel

Ipſe tamen in multis eum accuſatore degebat, & pene inſeparabilis eras ab ipſo, putans me (ſicut ſolebam) ſemper in monaſterio perdurare, non meam exhibere præſentiam, & ideo quaſi non occurrentem damnare. Sed ſubito poſtquam perveni in regiam civitatem de monaſterio meo, diſcens a viro laudabili magno Silentiario, quem mihi piiſſimus & fideliſſimus noſter Imperator delegavit ad non concedendum me comminatum periculum ſalutis ſuſtinere, qui ſuperſtaam de cætera meam eſſe præſentiam reſpondit, ut jam ante diſcuſſionem damnati, ſicut & poſtea facta a viro laudabili Silentiario proſecutio docet.

LXXXVI. *Sed quoniam etiam ſic in judicium ad ſatisfaciendum occurri: cauſa quidem quæ pro divina confeſſione a me facta eſt & ſubſcripta doctrina ſecundum eam quæ expoſita eſt a ſanctis Patribus in Nicæa fidem, & poſtea confirmata eſt a priore ſancta Synodo Epheſina, neque ſuſcipere dignabatur, neque permittebat recitari: & tumultu & conturbatione Secretarium replebatur, multis inordinate ſupervenientibus, & undique clamoribus me turbantibus, ſicut poſtea prolatæ interlocutiones Judicum, quæ ſcriptis tenentur, de tali facto tumultum deſignant. Et cum juſſus fuiſſem per me ipſum confeſſionem fidei dicere: & dixiſſem ſapere, ſicut trecenti decem & octo Patres quæ in Nicæa ſanxerunt, & quæ in Epheſo ſancta Synodus confirmavit: exigebat a me alia aliqua, præter quam quæ expoſita ſunt in Nicæa & in Epheſo prius, dicere. Ego vero timens prævaricari, prolatam definitionem a ſancta Synodo, quæ hic Dei voluntate prius congregata eſt, & ea quæ definita erant a ſanctis Patribus qui Nicæa convenerant, rogabam innoteſcere veſtro ſancto Concilio; ut his quæ a vobis approbarentur, acquieſcerem, paratus in his manere.*

LXXXVII. *Et hæc dicenti, ſubito contra me longe ante ſcripta, ut ipſi videbatur, damnatio legebatur. Et ſecreto jam poſtea aliquæ ipſorum voces, ac profeſſionis meæ, & aliæ allegationes, & maxime ubi ego ſecundum ſanctos Patres in Nicæa, & poſtea in Epheſo congregatos ſapere confitebar, in monimentorum ſerie mutabantur, ſicut poſtea ſcriptis acta ex mea ſupplicatione, & juſſione piiſſimi & Chriſtianiſſimi Imperatoris oſtendunt, nullum verbum faciente de appellatione mea ad veſtram ſanctitatem reverendiſſimo Epiſcopo Flaviano, neque me erubeſcente canos in præliis contra hæreticos, & pietatis confeſſione ſineſcentis. Sed ſicut poteſtatem habens omnia de fide ſolus agere, & nihil veſtræ ſanctitati æquitate tanti judicii reſervare, condemnavit me, & ab Eccleſia (ut putabat) abſcidit, & ſacerdotio (ut arbitratus eſt) privavit, & a divinorum ac canonum communione prohibuit, & præeſſe monaſterio conſequenter impedivit, & tradidit multitudini ab eodem præparatæ, ut per Epiſcopum & per publicum, ſicut hæreticum, ac blaſphemum, Manichæumque protraherent; niſi divina me providentia conſervans, uſque in præſentem diem veſtræ beatitudini cuſtodiret. Sed & in diverſis Oratoriis, Memoriiſque Sanctorum poſt appellationem fecit in me prolatam legi ſententiam. Et anathematizabat me, & eos qui conveniebant ad me & colloquebantur mecum, alienos faciens a ſancta communione, non expectans veſtræ ſanctitatis judicium. Sed & ſubſcribere dictam adverſum me ſententiam monaſteria compellebat, numquam (ſicut & veſtra novit reverentia) tali habita conſuetudine nec contra apertos hæreticos. Et in Oriente & per alia diverſa loca chartas deſtinavit, ut etiam ab aliis religioſis Epiſcopis, & Monachis, & hoc qui non judicaverant, ſubſcriberentur: cum magis oportuerit ante omnibus Pontificibus ſcribere, quos & appellaveram.*

Tunc vix ſalvatus per libellos manifeſta feci veſtræ ſanctitati quæ ſubſecuta ſunt; & piiſſimo & fideliſſimo Imperatori ſupplicavi, vos & ſanctos & Deo dignos, atque omnem injuſtitiam atque factionem abominantes, Judices fieri eorum quæ judicata ſunt. Rogo igitur nunc veſtram ſanctitatem, conſiderate compoſitam mihi calumniam, & factiones & ex hac cauſa factam ubique ſanctis Eccleſiis perturbatio- LXXXVIII.

PAGIUS communione pollutos ante fuiſſe. Sed quoad *Maximum*, vel pura puta Neſtorianorum, quod illic Facundus inſinuat, calumnia fuit, vel Facundi ipſius mera ſuſpicio, inde nata, inquit Queſnellus, quod *Maximum* & ab Eutychianis ordinatum, & conſequenter eorum ſaltem communione infectum putavit; cum tamen ab *Anatolio*, teſte Sancto Leone, fuerit ordinatus. Verum quod ambitioſe & contra conſuetudinem ab *Anatolio* Conſtantinopolitano Epiſcopo præſumtum, ab Acacio ejuſdem Sedis Epiſcopo, Zenonis Imp. juſſu poſtea præſtitum, ut ſuo loco videbimus.

XIV. Sanctus *Flavianus* mortuus eſt *Epipa*, quo amandatus fuerat in exilium, ut habet Marcellinus ſub hujus anni Coſſ. *ſeu ſuperveniente, ſeu ingeſta morte*; variæ enim hac de re ſunt Scriptorum ſententiæ. Aliqui tradunt, eum in ipſo Synodi loco interfectum eſſe a *Barſuma* & ſuis Monachis, aliique poſtriduum ex acceptis plagis interiiſſe. Porro *Hypepa* ſeu *Epipa* civitas eſt Lydiæ. Colitur a Græcis die XVIII. menſis Februarii; ſed certum eſt, eum hoc anno longe poſt illum menſem animam Deo reddidiſſe. Sedit annum unum, & menſes decem, ut ſuo loco diximus. Ordinatus enim fuerat anno CDXLVII. poſt diem XXIV. Octobris, menſeque Auguſto depoſitus eſt. Ejus elogium hiſtoricum exhibet Henſchenius ad diem XVIII. Februarii.

S. Flavianus Martyr moritur.

*tionem, & ex hoc pullulant plurimis ſcandalum: & per inſitam vobis Chriſtianiſſimam ſapientiam, eos, qui hujus mali occaſio facti ſunt, Eccleſiaſticis regulis ſubdite: omnem vero radicem blaſphemiæ & impietatis abſcindite. Ego enim veſtræ beatitudinis judicium ab initio poſtulavi, & iterum conteſtor coram Jeſu Chriſto, qui teſtimonium perhibuit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem, quia ſic ſapio & cogito & intellego, ſicut tradiderunt nobis fidem ſancti Patres in Nicæa convenientes, quam & in Epheſo ſecundo * Concilio ſancti Patres roboraverunt. Et ſi quis præter iſtam fidem glorificat, hunc anathematizo ſecundum definitionem eorum.* Subſcriptio: *Eutyches Archimandrita ſic credo; ſicut ſupra ſcriptum eſt, & ſubſcripſi manu mea, & tradidi libellos.* Hactenus ipſe.

* primo.

LXXXIX. Eutychetis ſimulata pietas ac ſanctitas.

Quis, ambo te, lector, hæc legens, & neſciens aſſe Eutychetem, non exiſtimet unum quemplam ea ſanctiſſimis Patribus Orthodoxæ fidei præcipuis defenſoribus loqui? Vel quis ſciens dici iſta ab Eutychete, & neſciat quæ præceſſerunt, quæve ſubſecuta ſunt, non eum ſtatim conjungat cum anteſignanis fidei Catholicæ, Athanaſiis, Gregoriis, Baſiliis, atque Chryſoſtomis? Sed & quis ſciens præterita, ignoret vero ſuperaddita mendaciorum velamenta, non putet calumolam paſſum Eutychetem, Flavianum varo perſecuturem, & Epiſcopos Judices fraudulentos? Videre mihi quidem videor, dum Eutychetem intueor hujuſcemodi mendaciis circumquaque contectum ac bene armatum ſecurum progredi, eam quæ apud Job beſtia eſt, beſtiarum omnium maximam Behemoth, de qua dicitur (*a*): *Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, compactum ſquammis ſe prementibus: una uni conjungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas: una alteri inhærebit, & tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur.* Ita quidem iſte, qui & (ſicut de illa ſubditur) derideat vibrantem haſtam, adverſantes nempe ſibi omnes contemnat Epiſcopos. Diſce ea Eutychete, lector, reliquos omnes hæreticos, ita loquentes, ut nihil prætcrea niſi puram fidem, morumque ſanctitatem ſpirare credas: ut magno plane periculo eos quiſque Fidelium audiat, vel eorum ſcripta legat. Unde merito clamat Apoſtolus (*b*): *Videte* (Cavete ſcilicet) *canes, videte malos operarios, videte conciſionem.*

(*a*) Job. 41.

(*b*) Philip. 3.

XC. Euſebius non admittitur in Synodum.

Sed proſequamur Acta; tu vero pyraticam graſſationem attende. Cum S. Flavianus, recitato Eutychetis libello in Synodo, peteret dari locum accuſatori, juberique ingredi Euſebium Epiſcopum Dorilæi; numquam auditus, ſed repulſus eſt, vetituſque Euſebius admitti in Epiſcoporum conſeſſum. Ita quidem ipſe poſtea expoſtulavit, lamentatuſque eſt coram ſacro Concilio Chalcedonenſi (*c*): ubi Dioſcorus tantam facti turpitudinem rejecit in Elpidium Comitem, Comes vero rejecit in Imperatorem, quod ſcilicet ita juſſiſſet, nempe non eſſe Flaviani aliquid petere, qui olim Judex, hac autem in Synodo reus aſſiſteret judicandus; cujus eſſe deberet Eutyches accuſator, qui jam ante accuſationis ſuæ munus impleſſet: ſicque tam Euſebium quam Flavianum non acturos cauſam in Eutychetem, ſed judicandos in Synodo eſſe vocatos ab Imperatore. Poſt hujuſmodi Elpidii criminoſam excuſationem, ſuggeſſit Dioſcorus eſſe legenda quæ adverſus Eutychetem Conſtantinopoli facta eſſent: conſentientibus nonnullis, refragatus eſt Julianus Apoſtolicæ ſedis legatus; qui adjecit, non permiſſurum ſe Acta legi, niſi prius S. Leonis Papæ epiſtola legeretur: id ipſum quoque fieri debere, conteſtatus eſt Hilarius diaconus ejuſdem Apoſtolicæ ſedis legatus. Tunc prodiens impudens Eutyches, eoſdem miſſos a S. Leone Papa legatos ſuſpectos ſibi redditos proclamavit, quod apud S. Flavianum manſiſſent, atque pranſi apud eumdem eſſent. Accepta Dioſcorus ejus tergiverſatione, & repulſa legatorum petitione, ipſis invitis, juſſit legi Acta Conſtantinopolitana.

(*c*) Conc. Chal. Act. 1.

Legati Apoſt. ſedis allegati ſuſpecti ab Eutychete.

XCI.

Inter legendum cum ventum eſt ad ſcripta Cyrilli Alexandrini, illis lectis, Euſtathius Berythi Epiſcopus ſuggeſſit, ex ſententia Cyrilli non dicendas duas in Chriſto naturas poſt incarnationem, ſed tantum unam ex ſententia Athanaſii. Evictam cauſam conclamarunt Eutychiani, non attendentes, ſive Cyrillum, ſive Athanaſium interdum naturam pro perſona uſurpaſſe: cum tamen ex aliis pluribus eorumdem ſcripturum locis manifeſte daretur intelligi, ambos quam exactiſſime duas in Chriſto naturas in una perſona eſſe profeſſos. Lectis vero aliis nonnullis, exclamatum eſt ab iis qui erant ex parte Dioſcori, poſt adunationem non dicendas duas in Chriſto naturas, ſed unam: ſicque hæreſis Eutychiana hactenus pallio Orthodoxæ circumamicta fidei, denudata penitus eſt, & exultans atque inſultans pariter in Synodo tamquam in ſcena meretricia fronte geſtivit, ſed petulantius cum ventum eſt ad illam extremam Actorum partem, in qua Euſebius Eutychetem compellavit, ut poſt adunationem Verbi cum carne confiteretur duas ab invicem diſtinctas eſſe in Chriſto naturas. Tunc enim ab illis qui Eutycheti favebant, exclamatum eſt (*d*): *Tolle, incende Euſebium: iſte vivus ardeat, iſte in duo fiat; ſicut partitus eſt, partiatur.*

Palam fit Eutychiana hæreſis.

(*d*) Apud Conc. Chal. Act. 1.

XCII. Tunc vero Dioſcorus his verbis Synodum percontatur: *Tolerabilis eſt vobis iſte ſermo, Poſt adunationem duas naturas dicere? Synodus dixit: Anathema qui dixerit*. Hæc enim dixerunt illi, qui eidem adblandiebantur Dioſcoro, ut poſtea teſtati ſunt alii Patres qui aderant, cum eadem cauſa rurſum agitata eſt in Concilio Chalcedonenſi, ubi inter alios Baſilius Seleuciæ in Iſauria Epiſcopus dixit (a): *Per B. Joannem Epiſcopum rogavi emendari interlocutionem meam, timens, ac metuens te, reverendiſſime Dioſcore. Magnam enim nobis neceſſitatem impoſuiſti tunc, tam ab iis qui foris erant, quam ex lingua tua. Irruebant in Eccleſiam milites cum armis: inſtabant monachi qui cum Barſuma erant, & qui Parabolani nuncupabantur* (hi erant Corporati Alexandrinæ Eccleſiæ) *& multitudo alia grandis*. Iſta Baſilius de vi & metu per Dioſcorum Patribus tyrannice tunc illatis: quod & reliqui poſtea in eadem Synodo Chalcedonenſi teſtati ſunt.

(a) Ib. Act. 1.

Vis & metus a Dioſcoro inferuntur.

XCIII. At quid inter hæc Apoſtolicæ ſedis legati? tantum abeſt ut cum hæreticis tumultuarie, ut alii perfidi, acclamarint, ut potius reclamarint, & exclamarint, atque publice conteſtati fuerint, nullarum eſſe virium Acta illa quæ vi illata extorquerentur; nullumque poſſe fieri præjudicium Catholicæ fidei, cujus formam a ſede Petri ad Synodum miſſam nec legi ſiviſſet nefarius Dioſcorus. Teſtatur id quidem S. Leo in epiſtola, quam poſtea de his queſtus, ad Theodoſium Imperatorem (b) atque ad Pulcheriam miſit. Audire hæc eſt ſæpius ab Epiſcopis qui poſtea interfuerunt Synodo Chalcedonenſi, lamentantibus ſe vim paſſos eſſe, necnon querentibus ſe Neſtorianos eſſe proclamatos, quodque duas naturas aſſererent, ut impios eſſe necandos. Sed audi lugubres voces iſtorum (c): *Minabatur nobis damnatio, minæ exilii intendebantur: milites cum fuſtibus & gladiis inſtabant. Timebamus gladios & fuſtes: Ubi gladius & fuſtes, qualis Synodus eſt?* Conteſtati ſunt pariter, tacere juſſos quadraginta duos Epiſcopos, & quindecim tantum permiſſos loqui, qui Eutycheti favebant. Et de Barſuma Archimandrita, immo carnifice, hæc retulerant: *Surrexerunt poſtmodum omnes Ægyptii, & monachi qui ſequebantur, Barſumas (d) & omnis turba, & cœperunt dicere: Eum qui dicit duas naturas, in duo incidite: qui dicit duas naturas, Neſtorianus eſt*.

(b) Leo ep. 25.

(c) Conc. Chal. Act. 1.

(d) Ead. Act. 1.

XCIV. Eutyches abſolutus. Lectione denique abſoluta Actorum Synodi Conſtantinopolitanæ adverſus Eutychetem, conclamata eſt a Dioſcoro atque ejus ſectatoribus ejuſdem Eutychetis abſolutio, reclamante Flaviano, & conteſtante ſe non eſſe auditum. Attamen ſecuta eſt ſubſcriptio Epiſcoporum ratam habentium Eutychetis abſolutionem. Proh pudor! inducti ſunt in eam ruinam præcipites etiam Domnus Antiochenus Epiſcopus, atque Juvenalis Hieroſolymorum Antiſtes, necnon Stephanus Epiſcopus Epheſinus, atque Thalaſſius quoque Cæſareæ quæ eſt in Cappadocia Metropolitanus Antiſtes, præter alios plures inſignis nominis Præſules diverſarum Eccleſiarum, de quibus dicere prætermittimus. Quiſnam ex reliquis ſubſtitiſſet, corruentibus tot tantiſque anteſignanis, quos perterrefecit Dioſcorus minis exilii, & ſedium abrogationis? ut merito eidem conventiculo illud Davidicum (e) fuerit imprecandum: *Montes Gelboe nec ros nec pluvia veniat ſuper vos, neque ſint agri primitiarum, quia ibi abjectus eſt clypeus fortium*. Poſt ſubcriptionem vero decreti abſolutionis & reſtitutionis Eutychetis, ab ejus monachis (f) oblatus eſt libellus, quo petebant & ſe ipſos abſolvi, qui etiam fuerant a Flaviano excommunicati: quod abſque controverſia ſunt conſecuti; videbatur enim eadem illorum cauſa eſſe communis cum Eutychete, atque proinde illo abſoluto, iis abſolutionem minime negari debere.

(e) 2. Reg. 1.

(f) Apud Conc. Chal. Act. 1.

XCV. De damnatione Flaviani agi cœptum. Poſt hæc autem juſſu Dioſcori lecta ſunt Acta prioris Synodi Epheſinæ, & quæ ibi de fide ſtatuta fuerunt, anathematique ſubjectus ſi quis aliter ſentiret. Et rogante Dioſcoro, num eidem Synodi decreto omnes pariter aſſentirentur; annuerunt Epiſcopi omnes, quod par erat, ut ab univerſa Eccleſia Catholica firmarentur quæ adverſus Neſtorii impietatem fuerant ſumma religione ſancita (g). Intellexit tamen Oneſiphorus Iconii Epiſcopus technam, palamque eam fecit proxime ſibi aſſidentibus Epiſcopis Orthodoxis, nimirum iſta agi, ut quaſi Neſtorianus damnaretur Flavianus Epiſcopus Conſtantinopolis. Probatis igitur ab omnibus quæ in ſacroſancta Synodo Epheſina ſtatuta erant: tunc Dioſcorus in S. Flavianum atque Euſebium Epiſcopum Dorilæi ejuſmodi tulit damnationis ſententiam (h):

(g) Apud Conc. Chal. Act. 1.

(h) Apud Conc. Chal. Act. 1.

XCVI. Sententia in S. Flavianum, & Euſebium. *Quoniam ſancta & Magna Synodus, quæ jamdudum in Nicæa congregata eſt per voluntatem Dei, rectam noſtram & immaculatam fidem expoſuit, quam & nuper hic congregata ſancta Synodus confirmavit, & hanc ſolam regulam teneri & in Eccleſia tradi definivit, ordinavit & hoc, quatenus nulli liceat alteram fidem præter hanc vel exponere & inquirere, vel innovare, aut penitus commovere de noſtra venerabili religione: eos autem qui præter hæc tentant aut ſapere, aut quærere, aut componere, aut omnino quæ ordinata ſunt retractare, certis ſubjacere damnationibus; ita ut ſi Epiſcopi ſint, alieni fiat ab Epiſcopatu, & clerici a clericatu; ſi ve-*

ſi vero laici priveatur communione. Hæc namque ex ſupra lectis monimentis didicimus. Apparet vero (ſicut omnis veſtra ſanctitas) & univerſalis Synodus prævidet) omnia pene renovantes & emmutantes Flavianus quondam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Epiſcopus, & Euſebius Dorilæi, & ſcandali & conturbationis facti occaſio ſanctiſſimis Eccleſiis & ubique Catholicis populis: certum eſt hos ea ſemetipſis ſubjacere Synodicis olim a ſanctis Patribus definitis damnationibus. Unde & nos, quæ eorum ſunt, confirmantes, memoratos, ideſt, Flavianum & Euſebium, ab omni Sacerdotali, & Epiſcopali dignitate eſſe judicamus alienos. Confiteatur vero unuſquiſque religioſiſſimorum Epiſcoporum ſuam propriam voluntatem, & manifeſtam hanc faciat ſub fide monimentorum. Univerſam autem quæ acta ſunt hodie, innoteſcant piiſſimis Chriſto amantiſſimis Imperatoribus. Hactenus ſententia Dioſcori in Flavianum atque Euſebium lata.

XCVII. Quæ hæc autem ſecuta ſint, docuerunt Epiſcopi Chalcedone poſtea iſtis verbis: (a) *Tunc Flavianus dixit: Appello a te. Hilarius diaconus Romanæ Eccleſiæ dixit: Contradicitur. Tunc Oneſiphorus Epiſcopus Iconii tollens ſecum alios Epiſcopos, ſurrexit, & tenuit genua ipſius Dioſcori, dicens: Noli per veſtigia reverentiæ veſtræ. Nihil dignum damnatione egit Flavianus: ſi autem reprehenſione dignus eſt, reprehendatur. Exſurgens de throno Dioſcorus, ſtans ſuper ſcabellum ſuum, dixit: Etiam ſi lingua mihi præcidatur, aliam vocem non emitto. Cumque perſiſterent Epiſcopi, tenentes genua ejus, & rogantes eum: tunc emiſit Dioſcorus hanc vocem: Ubi ſunt Comites? ingreſſi autem ſunt Comites, & introduxerunt Proconſulem cum multitudine magna & catenis. Propter quod unuſquiſque noſtrum ſubſcripſit.* Hæc teſtati Epiſcopi qui ſubſcripſerunt, cum ea de re agitatum eſt judicium Chalcedone in Concilio Oecumenico.

(a) *Apud Conc. Chalc. Act.* 1.

Dioſcori pertinacia.

XCVIII. Extant ipſæ ſingulorum ſubſcriptiones Epiſcoporum in S. Flavianum, & Euſebium, atque primo loco Juvenalis Epiſcopi Hieroſolymorum his verbis (b): *Seſe alienos a ſacerdotio, & gradu Epiſcopali monſtraverunt Flavianus & Euſebius, qui conati ſunt addere & minuere aliquid de ſancta fide, quæ in Nicæa a ſancto Concilio expoſita eſt, & confirmavit ſancta & univerſalis Synodus in hac Epheſina civitate pridem collecta: Quapropter juſtum eſt eos qui audent aliquid addere fidei, aut minuere, alienos eſſe a ſacerdotio, & maxime, qui tantam fecerunt confuſionem. Unde ego conſona decerno in ſancta & univerſali Synodo & ſanctiſſimo Archiepiſcopo Dioſcoro, alienans eos ab Epiſcopatus dignitate.* Ita Juvenalis, quem ſecutus eſt Domnus Epiſcopus Antiochenus, & alii ſubſcribentes, probanteſque ſententiam Dioſcori latam in Flavianum atque Euſebium: id ipſum & alii plerique, qui videbantur eſſe columnæ, ut inter eos Baſilius Seleuciæ: extant vero numero nonaginta ſex Epiſcoporum ſubſcriptiones magna cum ignominia recitatæ poſtea in Concilio Chalcedonenſi (c), cum cauſati ſunt vim illatam, dum catenæ expoſitæ eſſent & parati milites, ut ſi quis reluctaretur, vinctus catenis in exilium duceretur. Nam inter alia hæc in faciem Dioſcori poſtea in reſtaurato in Synodo Chalcedonenſi judicio: *Pura charta ſubſcripſimus compulſi, & violenter, & multa mala perpeſſi, nolentes, ſed & per potentiam oppreſſi ſubnotavimus: Uſque enim ad veſperam tenuerunt nos recludentes in Eccleſia, & ægrotantes nos neque quieſcere permiſerunt, neque concedere ut aliquantulum refocillaremur, ſed milites nobis cum fuſtibus & gladiis impoſuerunt, & ſic nos fecerunt ſubnotare.* Hæc Acacius Epiſcopus coram ipſo Dioſcoro. At quid de Apoſtolicæ ſedis legatis? num in tali tantoque Eccleſiæ terræmotu, quo ſolidæ quæ videbantur ſtare columnæ proſtratæ ſunt, eodem ipſi fuere lapſu proſtrati, atque ruina ſepulti? minime gentium.

(b) *Apud Conc. Chal. Act.* 1.

Epiſcoporum ſubſcriptiones.

(c) *Apud Conc. Chal. Act.* 1.

XCIX. In tali namque ac tam horrendo Epiſcoporum naufragio navicula tantum Petri ſalvatur, emergens incolumis: Cum enim omnes æque Epiſcopi & Eutychetis impietati, & ejus reſtitutioni, necnon abrogationi Flaviani & Euſebii Epiſcopi Dorilæi & aliorum ſuffragati eſſent; tantummodo Apoſtolicæ ſedis legati Dioſcoro audaciſſimo in faciem reſtitere, conteſtantes, nullius eſſe roboris quæ per vim & metum extorquerentur. Porro etſi hujuſmodi proteſtationis legatorum memoria deſideretur in Actis quæ Dioſcorus (ut vidimus) per ſuos Notarios ad libitum confici voluit; eſt tamen de his expreſſa mentio in pluribus litteris Leonis Romani Pontificis datis tum ad Theodoſium Imperatorem, tum etiam ad Auguſtam Pulcheriam, ad quam hæc habet (d) in primis de Hilaro diacono Cardinale fuga lapſo: *Vix unus illorum Hilarus diaconus noſter fugiens ſit reverſus.* Et paulo inferius: *Et ii quidem legati, qui miſſi ſunt (quorumque unus vim Alexandrini Epiſcopi omnia ſibi vendicantis effugiens, rerum geſtarum nobis ordinem fideliter nunciavit) reclamarunt in Synodo, ſicut oportuit, unius hominis non tam judicio quam furori, proteſtantes, ea quæ per vim metumque pererentur, ſacramentis Eccleſiæ, & ipſi Symbolo ab Apoſtolis inſtituto præjudicare non poſ-*

Apoſtolicæ ſedis Legati contradixere Dioſcoro.

(d) *Leo ep.* 26.

Hilarus Legatus fuga lapſus.

ſe

Digitized by Google

poſſe; nec ſe ab illa fide ulla injuria ſeparandos, quam pleniſſime expoſitam atque digeſtam e ſede B. Petri Apoſtoli ad S. Synodum detuliſſent. Hæc ad Pulcheriam S. Leo, eademque habet ad Theodoſium (a), nec non ipſe Hilarus in epiſtola ad camdem Pulcheriam data.

(a) Leo ep. 25.

C. Renati, & collegarum Legatorum conſtantia.

At quoniam unus dicitur fuga lapſus Hilarus diaconus, ne ſubſcriberet; non ob id putes, duos reliquos legatos, qui ictibus expoſiti remanſere, ſubſcripſiſſe: etenim quam naviter omnes egerint, præſertim Renatus presbyter Cardinalis tituli S. Clementis, ex Theodoreti epiſtola (b) ad ipſum data hoc anno paulo inferius apparebit. Porro cum timeret Dioſcorus, ne (quod accidit) Hilarus expeditior inde recederet nunciaturus omnia Romano Pontifici, quæ tyrannice geſta eſſent, eum vi adhibita retinere tentavit: ſed ipſe ocyus fuga lapſus, per invia loca, ne caperetur, per multa pericula Romam tandem pervenit liberatus quidem ope divina potius quam humana: nam liberationem ipſe nuncupatis Deo, per S. Jo. Apoſtolum & Evangeliſtam votis expetiit & impetravit; quæ ſuo poſtea tempore perſolvit, cum eidem S. Joanni Evangeliſtæ Epheſinæ Civitatis patrono, ſimul ac Romanus creatus ipſe eſt Pontifex accepti beneficii memor ædiculam erexit Romæ in Baptiſterio Conſtantini, ornavitque eam muſivo opere: in cujus ſuperliminari beneficium ab eo acceptum voluit poſteris omnibus reddi teſtatum iſtis verbis:

(b) Theod. epiſt. 116.

CI. LIBERATORI SUO BEATO JOANNI EVANGELISTÆ HILARUS EPISCOPUS FAMULUS X ☧ I. Egregium plane antiquitatis monumentum, quo paucis notis nota reddatur ſceleratorum hæreticorum facta graſſatio adverſos Catholicæ fidei defenſores ſub titulo Concilii Oecumenici, in Latrocinio Epheſino: innoteſcit, & eadem inſcriptione Dei benignitas per S. Joannis preces adhibita in liberando ipſum Hilarum fuga lapſum de ore Leonis. Qui & ea adverſa ejuſdem Baptiſterii parte alteram Joanni Baptiſtæ excitavit ædiculam, quæ hactenus a piis magno ſtudio frequentatur; in cujus ſuperliminari hæc leguntur: † HILARUS EPISCOPUS † SANCTÆ PLEBI DEI † In ipſis vero æneis portis verba hæc in ære cavata argento ſuperinducto habentur: IN HONOREM BEATI JOANNIS BAPTISTÆ HILARUS EPISCOPUS DEI FAMULUS OFFERT. Porro de earumdem ædicularum ornatu inferius dicendum eſt.

CII. Si autem adeo gravia Hilarus legatus paſſus eſt fugiens: quænam, putas, fuit conditio remanentium, & ex adverſo in ipſa aciei fronte pugnantium, atque ſe contra torrentis impetum opponentium, cum præſertim fuga Hilari idem fidei Catholicæ perduelles eſſent redditi truciores? Quænam autem idem Hilarus Romam veniens, irritis jam redditis a S. Leone omnibus Dioſcori & illi conſentientium Actis, ſcripſit ad Pulcheriam Auguſtam, nos ſuo loco dicemus.

CIII. Alii Epiſcopi in Synodo condemnati.

Jam vero quæ ſunt reliqua Synodi prædatoriæ ſummatim hic perſtringamus. Damnatis Flaviano atque Euſebio, condemnati ſunt pariter & alii, nempe Ibas Epiſcopus Edeſſenus, ante (ut diximus) judicio Epiſcoporum abſolutus. Damnatus eſt & Theodoretus Epiſcopus Cyri, quod olim ſcripſiſſet contra Cyrillum. Accepit quoque ſententiam condemnationis Domnus Antiochenus Epiſcopus, licet in Flavianum & Euſebium impiorum decreto ſubſcripſiſſet: illud enim in eum objectum fuit, quod & ipſe olim contra Cyrilli capitula ſcripſiſſet; vel (ut alii dicunt) quod facti pœnitens, ſuum repetiiſſet deleri chirographum, quo Flaviani & Euſebii damnationem probaſſet. Damnatus eſt etiam Sabidianus Parenſis Epiſcopus.

CIV. Privatos pariter Epiſcopatu tradit Evagrius (c), Danielem Carrhorum Aquilinum Bibli, & Ireneum Tyri Epiſcopos: ſed jam ante redactum in ordinem fuiſſe Irenæum, ſuperius dictum eſt: in cujus locum ſubrogatus Photius præſens fuit huic Synodo, cui & ſubſcripſit. Conſtat pariter ex litteris Pulcheriæ (d) Auguſtæ ad Leonem Romanum Pontificem datis, Epiſcopos qui ſubſcribere recuſarunt, juſſos a Dioſcoro per milites in exilium deportari: quinam iſti fuerint, haud liquet; putamus autem hos eoſdem eſſe, quos etiam voluit ſede privatos. His igitur e gradu depoſitis, alii a Dioſcoro ſubrogati ſunt atque in primis in locum ſanctiſſimi Flaviani Anatolius, qui erat Apocriſarius Dioſcori Conſtantinopoli: pro Domno Epiſcopo Antiocheno ſuffectus eſt Maximus, pro Iba Nonnus, atque pro Sabiniano Athanaſius: pro Theodoreto autem atque Euſebio quinam fuerint ſubſtituti, non liquet. Hæc ex Liberato Diacono (e), Evagrio (f), & aliis.

(c) Evagr. lib. 1. c. 10. & Niceph. li. 14. c. 47.

(d) Extant in præambulis Conc. Chalc.

(e) Liberat. Diac. Brev. c. 12.

(f) Evagr. lib. 1. c. 10.

CV. Sed nondum finis: illi namque ſubjacent divini judicii ſententiæ impii, ut in deterius labi, & in profundiora barathra præcipites ferri ſinantur; ut qui ſordeſcit (g) ſordeſcat adhuc. At quidnam, iſtud? Audi portentum, & concutieris horrore. *Flavianus autem* (inquit Liberatus Diaconus) (h) *contra ſe prolata ſententia, per ejus legatos ſedem Apoſtolicam appellavit libello.* Donec enim id voce tantum (ut vidimus) præſtitit, haud adeo adverſariorum animi commoti ſunt, ut in eum hoſtiliter inſilirent: *Sed cum ſcriptum appella-*

(g) Apoc. 22.

(h) Liberat. Brev. c. 12.

Quid facrilegi in Flavianum.

tio.

tionis libellum illum ipſe legatis abſtulit: cæſus eſt (inquit Liberatus) *Flavianus, & multis injuriis affectus; dolore plagarum migravit ad Dominum.* Moa enim, ubi per appellationem legitime interpoſitam univerſa ipſorum machinamenta vana reddi ſatis perſpicue intellcaerunt, inſilierunt truculentæ beſtiæ in ſanctiſſimum Flavianum, quem ita martyrio coronarunt.

CVI. Decuit plane, decuit, inquam, adeo digna & nobili cauſa tantum Epiſcopum promereri coronam martyrii: Decuit pariter & ſanguine tanti martyris conſignatum & conſecratum relinqui titulum Apoſtolicæ ſedis jurium, Romanæque ſedis primatus, appellandi nimirum ab œcumenica Synodo ad Romanum Pontificem: ut qui his refragatur, illud in Caim (*a*) a Domino dictum audiat: *Vox ſanguinis fratris tu Abel clamat ad me de terra.* Ipſa quidem cauſa, cujus gratia Flavianum contigerit martyrium pati, id præclare demonſtrante. Nam etſi non Concilii, ſed Latrocinii, ob ingentia in eo ſcelera perpetrata, nomen rei accommodatum Conventus ille nanciſci meruit: tamen antequam penitus improbaretur a Romano Pontifice, Oecumenici, quod ſemel acceperat, nomen inditum retinebat, utpote quod auctoritate ejuſdem Romani Pontificis fuerat congregatum, & per Legatos a Latere miſſos ſuam illi præſentiam exhibuerat, & nihil minus haberet (ſi initia ſpectes) ab aliis œcumenicis Conciliis, diverſis temporibus legitime celebratis.

(*a*) *Geneſ.* 4.

CVII. De ſceleſtiſſimo Barſuma. Quod autem ad S. Flaviani cædem pertinet: auctorem fuiſſe immanis ſceleris nebulonem illum, pſeudomonachum, ſatellitem ſatanæ, Barſumam Archimandritam, tot præconiis per litteras Theodoſii commendatum, teſtati ſunt iidem qui interfuerunt Patres, cum poſtea tantum ſacrilegium delatum eſt in judicium SS. Patrum Chalcedone habitum: ubi Diogenes Epiſcopus Cyzici dixit (*b*): *Barſumas, qui inter alios intravit, occidit beatum Flavianum. Ipſe enim inſtabat, & dicebat: Occide:* & de eodem alii Epiſcopi Syriæ exclamarunt: *Omnes Syriam Barſumas evertit: duxit ſuper * nos mille monachos:* & paulo poſt: *Omnes reverendiſſimi Epiſcopi clamaverunt: Homicidam Barſumam mitte foras. Homicidam in arena*, ut gladiatorem; *Anathema Barſumæ: Barſumam in exilium.* Hæc in nefarium hominem fuere in plena Synodo conclamata. Cæterum quicquid per Barſumam eſt perpetratum, redundavit in impium Dioſcorum malorum omnium auctorem. Ob idque in eadem magna Chalcedonenſi Synodo (*c*) appellatus eſt idem Dioſcorus a Saba Epiſcopo Palti novus Caim, & a Quinto (*d*) Phocenſi Epiſcopo dictus eſt interfector Flaviani. Sane quidem Evagrius (*e*) ex relatione Euſebii Dorilæi facta Imperatori ait, Flavianum miſerandum in modum a Dioſcoro interfectum, per vim ab eo eccleſia extruſum, & calcibus appetitum.

(*b*) *Apud Conc. Chal. Act.* 4.

* adverſus.

(*c*) *Chal. Conc. Act.* 3.

(*d*) *Ead. Act.* 3.

(*e*) *Evagr. l.* 2. *c.* 2.

CVIII. De cæde S. Flaviani. Cum vero una omnium ſententia conſtet, S. Flavianum ex his quibus ibi fuerit affectus verberibus, mori contigiſſe; quo tempore potiſſimum animam exhalaverit, non omnium eſt una aſſertio: nam poſt tridum id accidiſſe, Nicephorus (*f*) & alii dicunt: at Marcellinus (*g*) in Chronico ait, eum ita male habitum in exilium hoc anno a Dioſcoro miſſum eſſe in Epipam: id ipſum habet Vaticanus codex a nobis citatus in Notis. Porro qui Epipa dicitur locus, in Lydia ea civitas erat, quæ apud Ptolemæum Hypepa, apud Plinium vero depravate Evyppa, dicitur. Flaviani vero glorioſum triumphum Græci annis ſingulis celebrant die decima octava Februarii, qua tranſlatio ejus facta eſt Conſtantinopolim (ut dicemus) ſub Marciano, iſto præconio: (*b*) *Commemoratio ſancti Patris noſtri Archiepiſcopi Conſtantinopolis Flaviani: qui ab impio Dioſcoro & hæreticis cum eo conſpirantibus ejectus, atque in exilium miſſus, variis preſſuris & ærumnis vexatus, vita functus eſt.* Hæc inquam ex Menologio anniverſaria die ejus celebritatis conſueverunt Græci publice in Eccleſia decantare: quibus paria recinit Occidentalis Eccleſia eadem die: ſed quod poſt triduum finem vivendi feciſſe tradit; triduum hoc, poſtquam pervenit in exilium, eſſe accipiendum, in Notis demonſtravimus. Perrexiſſe ipſum quidem in exilium, immo contuſum verberibus per milites catenatum eſſe perductum; illicque victricem animam auctam corona martyrii, triumphali pompa decoram ad Deum migraſſe, verior ſententia eſt.

(*f*) *Nicep. l.* 14. *c.* 47.

(*g*) *Marc. ſub Conſ. Aſter. & Protog.*

(*b*) *Menolog. die* 18. *Februar.*

CIX. Porro idem qui legatus interfuit Hilarus, poſtea Leonis ſucceſſor Papa, in mirifico illo & nobiliſſimo S. Crucis Oratorio, quod ad dexteram atrii Baptiſterii Conſtantini conſtruxit, & magnificentiſſime exornavit, monumenta certaminis hujus muſivo opere expreſſa reliquit, nimirum S. Flaviani ex defenſa fide coronam, palmam, digna trophæa, atque triumphum; cum videlicet a Dioſcoro & reliquis ejus ſatellitibus appetitus calcibus glorioſum martyrium eſt conſecutus. Erant hæc & alia in pariete & teſtudine Oratorii muſivo opere expreſſa: Quæ temporis vetuſtate collapſa, adeo ut pauca via ſigna ſupereſſent, fuere reſtituta picturis, & quidem rudis craſſæque minervæ pro ratione ſæculi illius, quæ ob ingruentia jugiter in Italia bella una cum ſcientiis collapſæ ſunt nobiles etiam artes. Sed magno dolore pio-

rum

rum omnium, potiſſimum vero Eccleſiaſticarum rerum ſtudioſorum, adeo egregium monumentum, ipſum integrum Oratorium haud pridem ſub Sixto Papa ſolo æquatum vidimus. At vivat reſtituta ſaltem in chartis, quæ cum parietibus eſt disjecta ſub ſanctæ Crucis præclaro titulo Flaviani glorioſa memoria in perpetuum permanſura. De egregiis vero ejuſdem Oratorii ornamentis, & aliorum, quæ idem Hilarus Papa conſtruxit, dicemus inferius in obitu ejuſdem Pontificis.

CX. Non defuit qui Flaviano vincenti fauſtis, ex more, vocibus acclamaret, egregiiſque præconiis tantum victorem extolleret, ac proſequeretur oratione triumphum. Præſtitit id ſane Theodoretus ſcripta ad ipſum epiſtola, quam velut nobilis victoriæ epitaphium hic affigimus: ſic enim ſe habet (a):

(a) Theod. epiſt. 11. Theodoreti epiſtola ad S. Flavianum.

Orbis lucidiſſimum jubar te univerſorum Creator & rector eſſe oſtendit: & profundiſſimam obſcuritatem, quam hucuſque es paſſus in perſpicuum meridianum ſplendorem commutavit. Et quemadmodum ignis qui apud portus accenditur, & ſplendet navigantibus noctu, portus indicat oſtia: ita tuæ ſanctitatis radius illis qui pro pietate præliantur, & mala ſuſtinent, maximum extitit ſolatium, & Apoſtolica fides portum oſtendit; & eos qui illum agnoſcunt, lætitia replevit: & eos qui illum ignorant, ſcopulorum illorum, qui latent, periculis liberavit. Ego vero præcipue bonorum largitorem Deum laudo, divini timoris propugnatorem nactus talem, qui hominum metum propellat; & pro Evangelicis dogmatibus alacriter pericula ſubeat, & Apoſtolorum certamina hilariter ſuſcipiat. Quapropter omnis lingua ad tuam ſanctitatem celebrandam concitatur. Non enim ſolum pietatis alumni tuæ fidei pietatem & ſinceritatem admirantur, ſed veritatis etiam hoſtes tuam fortitudem mirum in modum extollunt. Veritatis enim fulgori mendacium cedere cogitur. Hæc ad te nunc ſcribo, cum didicerim venerabiliſſimum & pientiſſimum Hypatium Anagnoſten tuæ beatitudinis nutibus libenter miniſtrare, & frequenter tua recte facta omni laude digna in memoriam revocare. Nos vero tuum ſanctum & Deo carum caput ſalutantes, tuis orationibus nos confirmari precamur, ut quod reliquum eſt vitæ juxta divinas leges exigamus. Hactenus Theodoreti epiſtola ad Flavianum, quam cum hic deſcripſimus, veluti permanſuram ſemper ſculptam ampliſſimis titulis columnam perſpicuam cunctis ereximus.

CXI. Conſolatus eſt idem Theodoretus Ibam Edeſſæ Epiſcopum ab iiſdem impiis in eodem Epheſino Latrocinio condemnatum, & longa exilii peregrinatione fatigatum, iſta ad ipſum breviter ſcribens (b):

(b) Theod. ep. 133.

Epiſt. conſolatoria Theodoreti ad Ibam.

Eos qui injuria afficiuntur, non moleſte ferre, ſed lætari, præcepit Dominus, & ex vetuſtis exemplis trahere & lucrari conſolationis occaſionem & modum. Ex iis enim qui primi nati ſunt homines, uſque ad hoc tempus, eos qui Dominum omnium colere, & venerari ſtuduerunt, licet invenire, ab iis qui ſimul cum ipſis vitam ducebant, injuria affectos, & infinitis malis circumventos. Et horum catalogum percurrerem & ponerem, ſi ſcriberem ad hominem qui ſacram Scripturam minus exacte tractaſſet. Quoniam vero a puero in ſacra Scriptura educatus & enutritus es Deo dilectiſſime, ſuperfluum duxi hoc facere. Ad illos tantum reſpicere precor, & ad clementiſſimos ſacerdotes, qui eos, qui alios injuria affecerunt, lugere; eos vero qui ipſos negligunt, miſerari ſolent, & Eccleſiæ tempeſtatem conqueri. Quod vero pro pietate mala paſſi ſumus, gaudere & lætari debemus, & illum indeſinenter laudare, qui nos in hac ſorte collocavit. Et concedamus inſectoribus & honorem & voluptatem, & primatum & gloriam miſeram & infelicem: nos vero Evangelica dogmata teneamus: & cum illis, ſi oportuerit, quodcumque malum toleremus, & laudabilem paupertatem divitiis curarum plenis præponamus.

Hæc autem ſcribo, non ut tibi conſulam, vel te admoneam; novi enim fortitudinem & conſtantiam tuam in rebus adverſis: ſed potius ut meam mentem tuæ dilectioni patefaciam: teque doceam, domine, quod commilitones habes, qui pro veritate libenter pericula ſubeunt. Hæc jamdiu cum ſcribere vellem, non inveni cui litteras darem: cum vero nunc nactus fuerim venerabiliſſimum & religioſiſſimum presbyterum Ozam, virum pro pietate pugnantem & pro tua perfecta pietate, & ſcribo & amplector tuam pietatem; teque oro, ut orationibus nobis opem feras, ac litteris nos confirmes. Hucuſque ad Ibam Theodoretus.

Quanta enim mala ab adverſariis idem paſſus ſit Ibas poſtquam ſententiam damnationis accepit; ipſum audi hæc coram Patribus poſtea in Chalcedonenſi Concilio exclamantem (c): *Eutyches adverſum me perfide *quædam falſa confinxit, nec me in Synodum introire permiſit: per quadraginta manſiones, per diverſos ad invicem ſuccedentes ordines deduxit me,* in exilium ſcilicet: *viginti & amplius carceres mutavi, tamquam non eſſet carcer Antiochiæ, &c.* Ita plane, dum vixit Theodoſius Imperator, liberum fuit Eutycheti ſceleratorum anteſignano, quæ vellet in condemnatos Epiſcopos perpetrare; ſic fatigans eos, ut labore peregrinationis, quod ſancto contigit Flaviano) extremum emittere ſpiritum cogeret. CXII.

(c) Concil. Chalced. Act. 10.
* pro fide.

Quam

Quam autem præſetulerit Theodoretus ipſe conſtantiam, cum eadem ex cauſa & ipſe ſolum vertere coactus eſt, paulo inferius ſuo loco dicturi ſumus. Porro ex his, quæ paſſus eſt Ibas, reliqua meditare quæ ſanctiſſimi Epiſcopi confeſſores ab iiſdem Eutychianis hæreticis eadem ex cauſa damnati perpeſſi ſunt. Ubi enim eadem inerat cauſa patiendi, idemque perſecutor inſtabat Eutyches truculentus; eadem eſſe illos ſecuta ſupplicia, quiſque jure exiſtimabit.

CXIII. Qualis hæc Synodus. Hunc tandem conſecuta eſt finem Synodus œcumenica poſterior, quam improbatam a S. Leone Romano Pontifice jure majores noſtri Prædatoriam appellarunt: In qua nihil niſi per vim & metum tentatum & extortum: In qua, loco ſacrorum librorum, gladii atque fuſtes: In qua ſuffragiorum libertas fuit vincta catenis: In qua pro Dei laudibus auditæ ſunt militum minæ: In qua perfidus hæreſiarcha patronus: In qua hæreſis eſt ſtabilita: In qua nullus ſervatus eſt a ſanctis Patribus ſancitus ordo judicii, nulla viguit cenſura canonum & decretorum: In qua ſiluerunt Epiſcopi, clamaverunt hæretici: In qua de oppreſſa fide Catholica impietas triumphavit: & de manubiis lapſorum Epiſcoporum diabolus trophæa erexit, atque tandem de cæde martyris ſuperbus tyrannus Dioſcorus triumphavit: De qua in univerſa Catholica Eccleſia auditi ſunt undique gemitus, luctus, & clamor: De qua iidem ipſi qui ſubſcripſerant Orientalis Eccleſiæ Præſules repleti ſunt undique lacrymis, ſemetipſos erubeſcentes, aſpectumque ſuorum vitantes, quod tam ignaviter fidem Catholicam prodidiſſent, infamem hæreſiarcham reſtituiſſent, & innocentiſſimum Flavianum una cum aliis ſanctis Epiſcopis condemnaſſent.

CXIV. Triplex namque fuerat lapſorum Epiſcoporum negatio, triplici ſubſcriptione firmata, videlicet in reſtitutione Eutychetis, in confirmatione promulgatæ ab eo hæreſis, atque demum in damnatione ſanctorum Epiſcoporum. Qui igitur metu perculſi, tertio inſtar Petri negaſſent: cum ex atrio ſunt egreſſi deterioris Anna & Caipha Dioſcori, reſpiciente illos Domino, ut Petrus, flere cœperunt amare, adeo ut ad luctum ſuos omnes ſibi ſubditos etiam provocarint: id enim Theodoretus affirmat in epiſtola ad Joannem Epiſcopum Germaniciæ, quam ad finem anni hujus ſuo loco reddemus. Perſeveravit ita in luctu lugubribus induta veſtibus pallens & mærens Orientalis Eccleſia biennii ferme temporis ſpatio: cum Deus haud diutius ferens vi potentium fidem Catholicam oppugnari, e medio ſuſtulit Theodoſium Imperatorem, & ſucceſſorem dedit maxime pium, qui proſtratæ religioni manum porrigens, eamdem in ſtatum priſtinum vindicavit. Quomodo autem hæc fieri contigerunt, ſuis opportune locis oratio patefaciet. Nunc vero quæ ſubſecuta fuerint, enarremus.

CXV. Theodoreti legatio ad ſedem Apoſtolicam. Inter hæc autem Theodoretus Epiſcopus Cyri, cum audiſſet ſe a pſeudoſynodo Epheſina eſſe depoſitum: appellans (uti Flavianus fecerat) Romanum Pontificem, quem unicum ſciret eſſe reliquum legitimum Judicem, qui perperam a Synodo facta reſcindere poſſet: honorificam ad eum legationem miſit, proſecuturus jam ipſe præſens cauſam ſuam apud ipſum Sanctum Leonem Papam, ſi qui juſſus erat Theodoſii reſcripto a ſua Eccleſia non recedere, ab eodem commeatum obtinere valuiſſet. Legati autem ab eo miſſi fuerunt Hypatius & Abrahamius Corepiſcopi, necnon Alypius Archimandrita, quem illum putamus, cujus idem Theodoretus (a) meminit in libro Sanctorum Patrum Deum amantium in Marciano. Ornavit inſuper eamdem legationem pluribus epiſtolis, atque in primis ad ipſum Romanum Pontificem iſtis verbis (b):

CXVI. *Si Paulus (c) præco veritatis, tuba ſanctiſſimi Spiritus, ad magnum Petrum cucurrit, ut iis qui Antiochiæ contendebant,* ab

(a) Theod. lib. SS. Patr. c. 3.

(b) Theod. epiſt. 113.

(c) Act. 15.

PAGIUS XV. *Theodoretus in Epiſcopatum Cyrenſem reſtituitur.* A num. CXIV. ad CLXVII. *Theodoretus* nunciis de ſua depoſitione acceptis, de ea ad Sedem Apoſtolicam appellavit, & Epiſtolam CXIII. ad Leonem Papam ſcripſit, quam Baronius num. CXV. & ſeqq. recitat. Scripſit & ad unum e Legatis, qui Synodo Epheſinæ præfuerant Epiſtolam CXVI. cujus tamen titulus depravatus. *Renatus* enim, cui ea inſcripta ante Synodi celebrationem e vivis abiit, ut jam dixi. Baronius qui num. CXXIV. & ſeqq. eam refert, *Renatum* Concilio interfuiſſe credidit, recitatque alias Theodoreti literas ad diverſos datas. Verum Epiſtola ad *Sporacium* Comitem domeſticorum, quæ eſt de Neſtorio, quamque Sirmondus librum appellavit, ſuppoſita fuit Theodoreto, ut jam ſæpius diximus. *Theodoretus* Sedi ſuæ reſtitutus eſt, vel expreſſo judicio Concilii Romani, de quo mox, vel reſciſſa reprobataque Pſeudo-Synodo Epheſina, vel data receptaque communione.

XVI. *Synodus Romana qua Epheſina reprobata eſt menſe Octobri habita.* *Valentinianus* Imp. Theodoſio Auguſto Epiſtolam ſcripſit ſine die & Conſule, a Baronio num. CLVII. & ſeq. recitatam, in qua ait: Se poſt venerabilem noctem diei Apoſtoli rogatum eſſe a Sancto Leone, ut ad *Theodoſium* ſcriberet. Hanc Epiſtolam hoc anno datam, & ſolemnitatem illam Principis Apoſtolorum aliam non fuiſſe, quam dedicationem Baſilicæ Sancti Petri die XVIII. Novemb. celebrari ſolitam, autumavit Baronius. Unde concludit, *Conventum* a Valentiniano notatum in ea epiſtola, alium non eſſe, quam Synodum Epiſcoporum hoc anno Romæ habitam poſt Epheſinum Latrocinium, cujus decreta ibidem improbata re-

Epiſtola Theodoreti ad S. Leonem Papam.

ab ipſo afferret ſolutionem: multo magis nos, qui abjecti ſumus & puſilli, ad Apoſtolicam veſtram ſedem currimus. Vobis namque per omnia primos eſſe convenit. Multis enim, quibus ſuperiores eſtis, ornatur veſtra ſedes. Alias ſiquidem urbes ornat vel magnitudo, vel pulchritudo, vel multitudo eorum qui inhabitant: nonnullas autem privata dona quædam illuſtrant ſpiritalia: veſtra vero redundantem bonorum copiam dedit is, qui eſt bonorum largitor. Ea eſt enim omnium maxima & præclariſſima, & quæ præeſt orbi terrarum: & eorum qui inhabitant, abundat multitudine. Accedit his quoque quod qui rerum potitus peperit Imperium, propria ſua appellatione eos quibus imperat, impertiit.

CXVII. Romanæ Eccleſiæ præconia. *Præcipue autem & inſigniter eam exornat fides, & fide dignus teſtis divinus Apoſtolus, qui clamat (a): Fides veſtra annunciatur in univerſo mundo. Si autem divinæ prædicationis ſtatim ſuſceptis ſeminibus, mirabiles hos fructus, & tam uberes tulit: quænam ad eam, quæ nunc in ea verſatur, pietatem laudibus celebrandam ſuffecerit oratio? Habet autem communium quoque Patrum & veritatis doctorum Petri & Pauli ſepulcra, quæ Fidelium animas illuminant. Horum autem beatiſſimum par & plane divinum exortum quidem eſt in Oriente, & radios omnem in partem emiſit: in Occidente autem prompto & alacri animo vitæ ſuſcepit occaſum, & nunc illinc orbem terræ ſuis radiis illuſtrat: Hi veſtram ſedem effecere magis illuſtrem: ea eſt veſtrorum bonorum colophon. Illorum autem Deus nunc quoque ſedem claram inſignemque reddidit, cum veſtram ſanctitatem in ea collocaverit, quæ radios fidei Orthodoxæ emittit. Atque hujus quidem poſſunt multa quoque alia invenire indicia: ſufficit autem & veſter zelus in nefandos infauſtoſque Manichæos, quem veſtra nuper ſanctitas aperuit, oſtendens veſtræ in Deum pietatis ſtudium.*

(a) Rom. 1.

CXVIII. Laudatur epiſtola S. Leonis ad Flavianum. *Satis ſunt etiam quæ nunc a vobis ſcripta ſunt ad ſignificandum veſtrum characterem Apoſtolicum. Incidimus enim in ea quæ ſcripta ſunt a veſtra ſanctitate de ſuſcepta a Deo Salvatore noſtro humanitate; & quam accurate & perfecte ſcripta eſſent, admirati ſumus: Utrumque enim ſimul declarant, & æternam Unigeniti ex æterno Patre divinitatem, & quæ erat ex ſemine Abrahæ & David humanitatem: Et quod quæ ſumpta erat natura, nobis ſimilis erat in omnibus, ſolum autem erat diſſimilis, quod ab omni peccato permanſerit alienus; quandoquidem id non a natura, ſed ab animi inſtituto & libero arbitrio naſcitur. Habebant autem hæc quoque ſcripta, quod unus quidem eſt unigenitus Dei Filius; eſt autem ejus divinitas impatibilis, immutabilis, & in quam non cadit alteratio, ſicut is qui genuit eum Pater, & ſanctiſſimus Spiritus: & ideo patibilem ſuſcepit naturam, quandoquidem in divinam naturam non cadit paſſio, ut ſuæ carnis paſſione largiretur impaſſibilitatem iis qui in ipſum credidiſſent. Hæc, & quæ ſunt his ſimilia, ſcripta continebant. Nos autem ſpiritalem admirati ſapientiam tuam, quæ per vos locuta eſt, ſanctiſſimi Spiritus gratiam laudamus: hortamurque, rogamus, obſecramus, & ſupplicamus ſanctitati tuæ, ut quæ tempeſtate agitantur, Dei Eccleſiis opem feras.*

CXIX. Queritur ſe depoſitum e ſede Theodoretus. *Nam cum per ea quæ a veſtra ſanctitate Epheſum ſcripta ſunt, ſperaſſemus fore, ut ſedarentur fluctus: in graviorem tempeſtatem incidimus. Juſtiſſimo enim Alexandrino Præſuli non ſuffecit iniqua atque adeo injuſtiſſima depoſitio ſanctiſſimi & religioſiſſimi Conſtantinopolitani Epiſcopi domini Flaviani, nec ejus explevit animum ſimilis cædes aliorum Epiſcoporum; quinetiam me quoque abſentem calamo ſimiliter jugulavit, cum me nec in jus vocaſſet, nec præſentem judicaſſet, nec quid de ſuſcepta a Deo & Salvatore noſtro humanitate ſentirem; inter-*

PAGIUS rejectaque: quam ſententiam omnes paſſim amplexi ſunt. Verum, ut animadvertit Queſnellus citatus, non videtur veroſimile Epiſcopos, qui ad tertium Kalendas Octobris ex conſuetudine Romana in Urbe convenire ſoliti erant, per quinquaginta dies Synodum habuiſſe; præſertim cum jam a die XV. Octob. Romana Synodus abſoluta videatur, datis ſcil. ex ea ad Orientales partes litteris.

XVII. *Valentinianus fuit Romæ die Cathedræ S. Petri.* Exiſtimo itaque *Valentinianum* cum matre *Placidia*, Eudoxiaque uxore Romam anno tantum ſequenti veniſſe ad tumulum Apoſtolorum, non quidem paulo ante hujus Sancti Apoſtoli natalem diem, ut interpretatur Queſnellus, ſed paulo ante Feſtum Cathedræ S. Petri Antiochiæ die XXII. Februarii antiquitus uti etiam hodie, celebrari ſolitum. Anno enim ſequenti *Valentinianus*, III. Nonas Martii Romæ emiſit Conſtitutionem *de indulgentiis debitorum*, quæ lib. 2. Novell. tit. 7. refertur, Romæque etiam fuit maxima parte anni CDLI. ut ex variis Novellis ibidem ab eo datis liquet. Denique mors *Placidiæ* Auguſtæ, quæ exeunte anno ſequenti Romæ contigit, *Valentinianum* & Auguſtas eo tantum anno Romam ſe contuliſſe oſtendit; præſertim cum currenti anno *XV. Kal. Julias Ravennæ* adhuc fuerit Valentinianus, ut conſtat ex Novella de XXX. annorum præſcriptione, in urbe lata. Si itaque præfata Epiſtola a Valentiniano anno ſequenti ſcripta, ut fatetur Queſnellus, Dies Apoſtoli, cujus in ea mentio, non poteſt eſſe Natale S. Petri, quod die XXX. menſis Junii celebratur. Eſt itaque Natale illud memoratum in veteri membrana apud Bucherium in Opere de Doct. Temp. in qua legitur: *Octavo Kalendas Martii Natale Petri de Cathedra.*

Illud

Digitized by Google

terrogaſſet. Atque homicidas quidem, & ſepulcrorum effoſſores, & eos qui alienа cubilia violaverint, non prius condemnant Judices, quam ipſi accuſationem confeſſione ſua confirmaverint, vel ab aliis aperte convicti fuerint. Nos autem, is qui in divinis legibus eſt edoctus, trigintaquinque dierum ſpatio remotos condemnavit, ut voluit. Et nec hoc ſolum fecit, ſed etiam anno ſuperiore, cum duos viros, qui in morbum Apollinaris inciderunt, illucque excurrerant, & calumnias in nos contexuerant, excitaſſet: nos in eccleſia notavit anathemate, idque cum ad eum ego ſcripſiſſem, & quæ ſentio litteris ſignificaſſem.

CXX. Fides integra, & labores Theodoreti. *Ego autem Eccleſiæ quidem defleo tempeſtatem, quietem autem amplector. Nam cum vigintiſex annis ab univerſorum Deo creditam Eccleſiam per veſtras preces rexerim: non tempore beatiſſimi Theodoti Orientis Præſulis, non tempore illorum qui ei in ſede Antiochena ſucceſſere, quantumvis levem ſubii reprehenſionem: ſed mihi divina opem ferente gratia, pluſquam mille animas liberavi a morbo Marcionis, multas autem alias a ſecta Arii & Eunomii adduxi Chriſto Domino: & ut in octingentis eccleſiis paſtor eſſem mihi ſortito obtigit (tot enim parœcias habet Cyrus) in quibus per veſtras preces ne unum quidem remanſit zizanium, ſed ab omni errore hæretico liberatus fuit grex noſter. Novit qui omnia intuetur, quot a nefariis hæreticis lapides in me immiſſos ſuſtinuerim, quam multa in multis Orientis civitatibus certamina ſuſceperim adverſus Gentes, adverſus Judæos, adverſus omnem hæreticorum errorem. Et poſt tot ſudores & labores, nec in jus quidem vocatus, ſum condemnatus.*

CXXI. Appellatio Theodoreti ad S. Leonem Papam. *Ego autem Apoſtolicæ veſtræ ſedis expecto ſententiam: & ſupplico & obſecro veſtram ſanctitatem, ut mihi appellanti juſtum veſtrum & rectum judicium, opem ferat; & jubeat ad vos accurrere, & oſtendere meam doctrinam veſtigia Apoſtolica ſequentem. A me enim ſcripta ſunt alia quidem ante viginti annos, alia vero ante decem & octo, alia ante quindecim, alia ante duodecim, partim quidem adverſus Arianos & Eunomianos, partim vero adverſus Judæos & Gentes, partim vero adverſus Magos, qui ſunt in Perſide, alia curſum de univerſa ac generali providentia, alia rurſum a me per divinam gratiam ſunt explicata de Theologia & divina humanæ naturæ ſuſceptione, & ſcripta Apoſtolica, & Prophetica prædictiones: Et ex eis facile ſciri poteſt, an ſervaverim rectam atque inflexam fidei regulam, an rectitudinem ejus tranſilierim.*

CXXII. Ob ſcandalum Theodoretus ſedem repetit. *Sed ſupplicationem meam, quæſo, ne reſpuatis, nec miſeram meam canitiem deſpiciatis, quæ poſt tot labores affecta eſt contumeliis. Ante omnia autem rogo, ut ſciam a vobis, an in injuſta hac depoſitione me oporteat acquieſcere, an non. Veſtram enim expecto ſententiam: & ſi judicatis me ſtare uſſeritis, ſtabo, nec ulli deinceps homini moleſtiam exhibebo: ſed (quod flecti non poteſt) Dei & Salvatoris noſtri expectabo judicium. Mihi autem (ut Dominus Deus eſt teſtis) nec honor curæ eſt, nec gloria, ſed tantum ſcandalum quod factum eſt, quod multò ex ſimplicioribus, & maxime qui ex diverſis hæreſibus a nobis capti ſunt, ſedem eorum qui nos condemnaverunt, attendentes, exiſtimabunt nos fortaſſe hæreticos; ut qui quod ſit rectum perſpicere non poſſunt, & quodcumque dogma videre nequeant.*

CXXIII. * domum Theodoreti paupertas. *Quod autem cum tot annis fuerim Epiſcopus, non domum * poſſederim, non agrum, non obolum, non ſepulcrum; ſed ſponte electam amplexus ſim paupertatem; & quæ nobis a parentibus obvenerant, poſt illorum mortem ſtatim diſtribuerim, norunt omnes qui in Oriente habitant. Ante omnia autem ſupplico veſtro ſacro & Deo amico capiti, ut precum mihi præbeat auxilium. Hæc per religioſiſſimos presbyteros Hypatium & Abrahamium*

PAGIUS

XVIII. *Valentinianum loqui de Iſto Cathedra S. Petri magis probatur.* Illud eo magis dicendum, quod in Epiſtola ſua ad Theodoſium, eodem tempore, eademque de cauſa ſcripta, & a Baronio num. CLIX. & ſeqq. recitata, *Galla Placidia* Auguſta Valentiniani mater de Flaviano quaſi adhuc ſuperſtite loquatur: *In ſtatu Sacerdotis illæſo manente per omnia Flaviano*, qui tamen exeunte menſe Auguſto currentis anni depoſitus fuerat, & non multo poſt crudeliter occiſus, quod anno ſequenti menſe Junio ignorari non potuit ab Imperatore & ejus matre; cum Sanctus Leo in Epiſtola LII. ad Theodoſium Aug. quæ alias erat XXXII. *data XVI. Kalendas Auguſti Valentiniano VII. & Avenio Coſſ.* anno nempe ſequenti, conſenſum ſuum ad ordinationem *Anatolii* ſucceſſoris Flaviani ſuſpendat, & Eudoxia Aug. in literis ad Theodoſium cum Epiſtolis Valentiniani conjugis & Placidiæ Conſtantinopolim miſſis, dicat Leonem Papam ſibi ſignificaſſe *Flavianum* ab Epiſcopo Alexandrino expulſum fuiſſe. Cum igitur menſe Junio exeunte anni CDL. cædes Flaviani Romæ cognita & explorata fuiſſe videatur, Concilium Epiſcoporum, quod ibidem eo anno celebratum eſſe recte conjicit Queſnellus, menſe Februario illius anni, forſanque *Valentiniani* Auguſti occaſione, congregatum, non autem menſe Julio, ut perperam Queſnellus arbitratus eſt.

XIX. *Synodus Romana anno ſequenti habita.* Sanctus Leo anno ſequenti obviam factus eſt *Valentiniano*, Placidiæ, Eudoxiæque cum Epiſcoporum cœtu, ſimulque *Auguſtum* Auguſtaſque obteſtati ſunt, ut literis apud *Theodoſium* agerent pro fidei cauſa, quod, non difficulter impetrarunt. Libellus Synodicus, poſtquam de Synodo Romana hoc anno adverſus Latrocinium Epheſinum coacta ſermonem habuit, alterius Synodi Romanæ his verbis meminit: *Idem Leo Romæ convocata Synodo admonitionis ſcripta tranſmiſit*

Corepiſcopos, & Alypium Præſidem eorum qui ſunt apud nos monachorum, veſtram docui ſanctitatem: quandoquidem ne ad vos venirem, me Imperatoris litterarum vincula retinuere. Sicut ergo alios, rogo etiam ſanctitatem veſtram, ut eos paterne afficiat, & inflexas aures benevolas eis præbeat; & quæ calumniis & temere oppugnatur, ſenectutem meam veſtra digentur cura ac providentia; & ante omnia fides, cui inſidiæ tenduntur, omnibus viribus curam gerat; & Eccleſiis paternam ſuam integram conſervet hæreditatem: ut pro his quoque remunerationes accipiat ſanctitas veſtra a liberali & munifico Deo. Hactenus Theodoreti appellantis ad Apoſtolicam ſedem, ad ipſum Leonem Papam epiſtola: ex qua quidem perſpicuo videas, contrectesque manu, unum ſemper fuiſſe Hierarcham in Eccleſia, ad quem paſſi injuriam vel a ſuis Epiſcopis, aut a comprovincialibus, ſive œcumenicis Conciliis, omnes confugiant.

CXXIV. De epiſtolis Theodoreti ad hanc legationem ſpectantibus.
Sed quid per eoſdem legatos ad Renatum presbyterum Cardinalem tituli ſancti Clementis, una cum Juliano & Hilaro legatione functum in Epheſino Concilio hoc anno celebrato, idem Theodoretus ſcripſerit, dignum eſt recenſere: ſiquidem perfunctos ab eo in dicto Concilio Epheſino adverſus ingruentem impietatem labores in memoriam revocat, & perpetuis monumentis teſtata reliquit quæ deſiderantur in publicis Actis, haud dubium malitia Dioſcori vel prætermiſſa, vel dempta. Prodimus hanc, ſicut alias Theodoreti epiſtolas, ex theſauro Vaticanæ bibliothecæ, ex quo volumen Theodoreti epiſtolarum (ut ſuperius diximus) magno horum temporum rerum geſtarum cognitionis emolumento, Latino ſermone quam fideliſſime reddendum curavimus a noſtro Federico Metio utriuſque linguæ peritiſſimo: inter quas cum aliquæ ſint quæ ad hanc legationem ſpectant, haud cunctabimur pro rerum geſtarum ſcientia, hic tibi deſcribere. Ad Renatum igitur S. R. E. presbyterum Cardinalem data ſic ſe habet epiſtola (*a*):

(a) *Theod. epiſt. 116.*

CXXV. Egregia facta Renati Epheſi.
Cognovimus calidum & ferventem ac juſtum tuæ pietatis zelum, ac juſtiſſimam & legitimam auctoritatem, qua uſus, domine, ea quæ Epheſi audacter geſta ſunt, arguiſti, & repreſſiſti. Non autem nos ſoli hæc didicimus, ſed in univerſam terram tuæ rectitudinis ſonus exivit, & omnes celebrant juſtitiam, zelum, auctoritatem, & majeſtatem, & quas minas tu comminatus ſis adverſus reprobos & pravos homines, vel adverſus iniquitatem illam. Et hæc fecit tua pietas, cum unicam tantum cædem videris: ſi vero alias etiam vidiſſes, quæ poſt tuam profectionem ſecutæ ſunt, fortaſſe Phinees illius zelum fuiſſes imitatus.

Unus vero ex illorum numero qui fuerunt damnati, etiam ego ſum, cui per litteras Imperatoris illuc accedere fuit interdictum, & abſens fui damnatus. Poſt enim ſex & viginti Epiſcopatus annos, poſt magnos & ſexcentos labores, poſt certamina pro pietate geſta, poſtquam omnium Salvatori adduxi multas hæreticorum myriadas a primo errore revocatas, me ſacerdotio privarunt: ejiciunt etiam e civitatibus, neque ſenectutem veriti, neque canitiem in pietate nutritam. Hac igitur de cauſa tuam oro ſanctitatem, ut perſuadeas ſanctiſſimo ac beatiſſimo Archiepiſcopo, ut Apoſtolica utatur auctoritate, & præcipiat ad veſtrum convolare Concilium. Habet enim ſanctiſſima illa ſedes omnium per Orbem Eccleſiarum ducatum & principatum multis quidem de cauſis, præcipue vero, quod hæretica labe immunis permanſit; & nullus qui contraria ſentit veritati, in illa umquam ſedit, ſed Apoſtolicam gratiam integram & immaculatam ſervavit. CXXVI. Romanæ ſedis primatus.

Quæ enim a vobis decernuntur, contenti his erimus, & illis acquieſcemus, quæcumque illa fuerint, veſtro juſto judicio confiſi. Et rogamus, ut ex iis quæ ſcripta ſunt, judicium proferatur. Plures enim quam triginta ſcripſi libros adverſus Arium & Eunomium, adverſus Marcionem, adverſus Macedonium, adverſus Gentes, adverſus Judæos, Expoſui etiam divinam ſcripturam: & facile eſt, quicumque voluerit, diſcere quod Apoſtolica veſtigia ſum ſecutus, unum Filium prædicans, ut unum Patrem, & unum Spiritum ſanctum, unam Trinitatis divinitatem, unum regnum, unam potentiam, immortalitatem, æternitatem, immutabilitatem, impatibilitatem, unam voluntatem, perfectam Domini noſtri Jeſu Chriſti deitatem, perfectam humanitatem propter noſtram ſalutem aſſumptam, & pro nobis morti traditam. Non alium novi Filium hominis alium Filium Dei, ſed eumdem, Filium quidem Dei ut Deum a Deo genitum, Filium autem hominis propter aſſumptam a ſemine Abraham, & David ſervi formam: CXXVII. Contra Neſtorianam hæreſim Theodoreti confeſſio.

PAGIUS *miſit Imperatori Marciano, cum Imperator Theodoſius res terrenas jam reliquiſſet, & ut convocata Synodo Flaviani cauſa cognoſceretur.* Quare Abundius, Aſterius, Baſilius, & Senator, qui anno ſequenti die XVII. menſis Julii in Orientem Legati miſſi ſunt, ut liquet ex Epiſtola Leonis ad Theodoſium, quæ ordine eſt LII. quæque data dicitur *XVI. Kalend. Auguſti, Valentiniano VII. & Avieno Coſſ.* in aliqua Synodo Romana deputati non ſunt, ut credidit Queſnellus; cum Leo anno ſequenti Synodum Romanam, cujus mentio in libello Synodico, non convocarit in cauſa Flaviani, niſi jam imperante Marciano, & intra tam breve tempus non videatur Leo duas Synodos Romanas indixiſſe.

Digitized by Google

mum: Hac & his ſimilia frequenter doceo: hæc etiam in litteris ſanctiſſimi & beatiſſimi Archiepiſcopi domini mei Leonis ſcripta inveni, & omnium Dominum laudavi quod Apoſtolicis ejus dogmatibus conſona ſentio. Meas igitur preces ſuſcipite. Hac enim de cauſa Deo dilectiſſimos presbyteros Hypatium & Abrahamium Coreſpiſcopos, & Alypium monachorum qui apud nos ſunt Præfectum ad tuam Dei dilectionem miſimus & deſtinavimus vita quidem celebri ornatos, qui etiam coram diligenter vos docere valeant, quæ noſtræ humilitati contigerunt. Hactenus ad Renatum Theodoreti epiſtola; quam una cum aliis ipſius litteris eodem argumento conſcriptis, hoc anno datam eſſe, ex eo liquido patet, dum numerat annos ſedis ſuæ vigintiſex, ſicut & in epiſtola ad S. Leonem Pontificem. Cum enim (ut dictum eſt late ſuperius) ipſe creatus fuerit Epiſcopus anno Domini quadringenteſimo vigeſimotertio; ſi huic numero vigintiſex annos addas jam ad præſentem annum quadringenteſimum quadrageſimumnonum pervenies.

CXXVIII. Eodem quoque argumento extat ejuſdem Theodoreti epiſtola ad Florentium (*a*) Epiſcopum in commendatione legatorum, qua & hortatur eumdem ad defenſionem fidei. Quiſnam iſte Florentius fuerit, nos quidem latet. Eſt ejus epiſtolæ exordium: *Non omnino dereliquit Dei & Salvatoris noſtri gratia humanum genus &c.* Addidit his inſuper aliam ad Romanæ Eccleſiæ Archidiaconum perbrevem epiſtolam iſtis quidem verbis (*b*):

(*a*) *Theod. ep.* 117.

(*b*) *Theod. ep.* 118.

Epiſtola Theodor. ad Archidiac. Rom. Eccl.

Graviſſima tempeſtas noſtris eſt exorta Eccleſiis: qui vero Apoſtolicam tuentur fidem, tuam ſanctitatem facilem & promptum habent portum & tranquillum: non enim ſolum propugnatis Evangelica dogmata, ſed etiam quæ contra nos injuſte facta ſunt odio habetis. Cum enim nos procul abeſſemus, triginta quinque videlicet manſionum & dietarum iter condemnaverunt, ut voluerunt, juſtiſſimi ſcilicet Judices. Et præter eam, quæ a præſentia Dei & Salvatoris noſtri uſque hodie viguit, cum dereliquiſſent doctrinam, introduxerunt novam quamdam & ſpuriam, & omnino contrariam Apoſtolorum traditioni: & eos qui veterem diſciplinam & doctrinam & dogmata tuentur & ſequuntur, inſectantur aperte.

CXXIX. *Dignare igitur, Deo dilectiſſime, zelum accendere ſanctiſſimi in omnibus & beatiſſimi Archiepiſcopi, ut etiam Orientis Eccleſiæ veſtra fruantur protectione, & præcipue fidem defendere a ſacris Apoſtolis omnibus traditam, & integram & inviolatam paternam ſortem & hæreditatem cuſtodire, & imminentem nebulam diſſipare, & pro tenebris purum ſerenitatem efficere; & quæ contra nos facta eſt cædes, arguere & caſtigare. Decet enim tuam beatitudinem, ad alia ſua publice geſta opera hunc zelum etiam adjicere.* Hæc ad Archidiaconum Romanæ Eccleſiæ Theodoretus: quibus vides præſtantem Romani Pontificis auctoritatem in Orbis totius Eccleſias. Haud tamen fruſtra ad ſedem Apoſtolicam Theodoretus appellaſſe cognoſcitur: nam ab ipſa & abſolutus eſt, & in ſedem reſtitutus, ut apparet ex Actione prima Concilii Chalcedonenſis; ſicut & Euſebius Dorilæi Epiſcopus, qui Romam venit, & a ſancto Leone Papa itidem in ſedem ſuam reſtitutus pariter fuit, ut conſtat ex eadem Actione prima ejuſdem Concilii. Privilegium quidem ſolius Eccleſiæ Romanæ eſſe reperitur, ut depoſitus a Synodo Epiſcopus abſque alia Synodo majoris numeri reſtitui poſſit per Romanum Pontificem: quod aliis ſedibus inconceſſum fuiſſe liquet; nimirum, ne depoſitus in Synodo Epiſcopus ab alia non majoris numeri Synodo reſtitui queat.

Quod vero ipſi Theodoreto Romam, ut optabat, ſe conferre ad judicium non liceret, eo quod litteris Theodoſii Imp. (ut dictum eſt) vetitus eſſet e ſua civitate recedere: ad Anatolium Patricium Conſtantinopolim ſcripſit epiſtolam, qua poſt plura hæc quæ ad ſuam profectionem in Urbem inſtituendam pertinent, habet, cum rogat eum ut ab Imperatore proficiſcendi licentiam obtineat (*c*): *Tuam magnificentiam oro, ut hanc gratiam a triumphatore Imperatore obtineat, ut ad Occidentem accedam, & ab illis Deo dilectiſſimis & ſanctiſſimis Epiſcopis judicer: & ſi vel minimum quidem fidei regulam tranſgreſſus eſſe ipſe repertus fuero, in ipſum maris profundum projiciar. Si vero neque has noſtras ſuſceperit preces, liceat mihi per eum, noſtrum incolere monaſterium, quod Cyro abeſt centum viginti paſſuum milliaribus, & Antiochia ſeptuagintaquinque, & ab Apameenſium civitate tribus millibus: hoc quidem, ſi fieri poteſt, prius gratiſſimum mihi erit; ſin minus poſterius mihi concedi per tuam celſitudinem oro, &c.* Adjecit ad eumdem Anatolium (*d*) aliam epiſtolam, qua pluribus commendat ſancti Leonis Papæ epiſtolam ad Flavianum de fide Catholica datam, cui in omnibus ſe conſentire profitetur & gaudet. CXXX.

Theodor. petit concedi ſibi licentiam Romam veniendi.

(*c*) *Theod. ep.* 119.

(*d*) *Theod. ep.* 121.

Sunt & aliæ plures ad diverſos datæ ab ipſo Theodoreto eodem argumento his diebus epiſtolæ, quæ omnes haud dubium ab eo ſcriptæ ſunt antequam a Theodoſio Imperatore pro confirmatione pſeudoſynodi Epheſinæ promulgatum eſſet edictum, quo inter multa auditu execrabilia, ipſius Theodoreti, perinde ac Neſtorii atque Porphyrii ſcripta fuerunt omnino vetita, incendioque damna- CXXXI.

ta:

ta: Si enim ante datas a ſe ſuperiores litteras fuiſſet ejuſmodi ſanctio promulgata, quales putas clamores dictis litteris edidiſſet, & lugubres querelas iiſdem intexuiſſet? Edidit quidem eam ſanctionem Theodoſius Imperator Eutychianorum artibus circumventus, in primis vero eorumdem anteſignani Chryſaphii: qua omnem gloriam, quam ob pietatem hactenus ſincere ſervatam ipſe Theodoſius fuerat conſecutus, penitus labefactavit. Sed jam ipſum audiamus edictum, quod ſic ſe habet (a):

(a) Conc. Chalced. Act. 3.

CXXXII. Edictum Theodoſii pro Pſeudoconcilio Epheſino.

Olim quidem prius Neſtorius, qui fuit Conſtantinopolitanus Epiſcopus, nova & peſtifera, præter illa quæ tradita ſunt, tentans inducere dogmatum Chriſtianorum puræ & Orthodoxæ fidei contraria, a ſancta Synodo eſt ejectus, quæ Epheſum ex univerſo Orbe, Principali ſanctione convenit. Quæ ſancta Synodus pariter confirmavit etiam Catholicam fidem ab Epiſcopis qui Nicææ congregati ſunt traditam. Et nos confirmantes quæ ſalubriter inſtituta ſunt ab eodem ſancto Concilio quod Epheſi congregatum eſt, generalem promulgamus legem, quæ tam prædictum Neſtorium, quam eos qui ſimilia ſapiunt, damnat; præcipientes ne Chriſtiano ſaltem nomine cenſerentur, ſed ut Simoniani potius vocarentur, quoniam blaſphemiam Simonis dilexerunt: Definivimus enim cæteris eos debere ultionibus ſubjacere, quas continet præfata præceptio.

CXXXIII. *Quoniam vero præſenti tempore, dum poſt illam jampridem quietæ eſſent Eccleſiæ, Flavianus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & Euſebius alter Epiſcopus, pernicioſas ſeditiones ſequendo, Neſtorii ſchiſmata Eccleſiis injecerunt: præcepimus rurſum in ejuſdem civitatis Epheſiæ ſanctiſſimam Eccleſiam utique denuo convenire Concilium, ut cum omni ſubtilitate, vera fide firmata, a ſanctis Eccleſiis injecta per eos hæreſis auferretur. Hæc ipſa igitur ſancta Synodus definivit, obtinere quidem fidem, quæ Nicææ a trecentis decem & octo Patribus tradita eſt: excludi vero ab Epiſcopatu non ſolum Flavianum & Euſebium, ſed & Domnum qui fuit Antiochenus Epiſcopus, & Theodoretum, & alios quoſdam, qui eadem præfatæ hæreſeos cæcitate participant, & ob hoc ſacerdotalibus indigni ſunt ſedibus. Et nos igitur ejuſdem ſanctæ Synodi decreta laudamus atque firmamus, hanc Orthodoxam fidem putantes atque nominantes, quæ a trecentis decem & octo Patribus expoſita eſt, & firmata in ſanctis Conciliis quæ Epheſi congregata ſunt.*

CXXXIV. *Ut vero & in reliquum tempus perfectiſſima fiat totius ſolutio quæſtionis: jubemus, ut in omni Orbe terrarum huic ipſi fidei, quæ in Nicæa prolata eſt, undique Epiſcopi univerſi ſubſcribant per Metropolitanos ſingulorum locorum, & hoc ipſum nobis per proprias eorum litteras intimetur. Omnino autem nullus, qui Neſtorii & Flaviani & eorum qui ejuſdem ſententia detinentur, ullo modo Epiſcopus ordinetur: Sed & ſi quis jam maligno perventu eſt ordinatus, aut ſi quis de cætero per concurſum fuerit, ſimulationemque provectus; hic Orthodoxorum projiciatur decreto Pontificum. Et nec uſque ad verbum eidem ſanctæ fidei vel adjiciatur aliquid vel dematur. Sed nec habeat aliquis, vel legat, aut tranſcribat, proferatve Neſtorium, vel terniones ejus, aut codices noxios, & maxime quos contra ſolas Porphyrius edidit Chriſtianas litteras, neque Theodoreti ſcripta: Sed quicumque hujuſmodi codices habet, publice illos proferat, & cunctis videntibus igni tradantur.* Theodoreti ſcripta damnata.

CXXXV. *Et eos qui hanc religionem colunt, vel doctores eorum, nullus neque in civitate, neque in agro, neque in ſuburbio ſuſcipiat, neque eos ſecum patiatur habere conſeſſum: alioquin rebus ejus publicatis, ipſe perpetuo exilio relegabitur, quiſquis hoc egerit, vel qualiſlibet extiterit, vel quiſquis codices habuerit interdictam fidem Neſtorii ac Theodoreti continentes, ut interpretationes eorum, qui vocantur Sermones allocutorii, ſive Traditiones, iiſdem tormentis ſubjaceat; vel ſi ea quæ ab illis compoſita, alterius nominis fuerint prænotata.* Hactenus Theodoſii edictum, Eutychianorum arte compoſitum, quo ſub ſpecie confirmandæ Nicenæ fidei damnantur immeriti, probaturque poſterior æque ac prior Synodus Epheſina, ac proinde Eutychiana hæreſis validatur. In hæc plane præcipitia feruntur, qui privatis indulgent affectibus, & incauti ipſi cæci cæcorum ducibus dirigendos imprudenter ſeſe committunt.

CXXXVI. At qui tanta paſſus Theodoretus, nempe damnationem, ſedis abrogationem, exilium (ut ipſe teſtatur in epiſtola ad Anatolium b) ſcriptorumque ex Imperatoris edicto jacturam, numquid inſerviens tempori, tacuit, vel turpiter adulatus, liberationem ſupplex ab aulicis imploravit? minime gentium: immo ipſe ferme ſolus adverſus nefandos hæreticos exclamare auditus, & vehementius quam par eſſet, id facere viſus eſt Uranio Emeſæ Epiſcopo ejus perneceſſario: qui eum, ut taceret, ipſum Theodoretum admonuiſſet, audi quodnam ab eo reſponſum per litteras accipere meruit (c):

(b) Theod. ep. 139. in fin.

(c) Theod. epiſt. 122.

CXXXVII. *Quod litteris quidem conjuncti ſimus, qui jam animis conjuncti eramus, pergratum mihi fuit. Non animadverteram tamen, quod non ſint hujuſmodi verba tua. Si enim ſalutationis cauſa tantum a te dicta*

cta ſunt, non ægre fero quod dictum eſt: ſi vero conſilii memoriam revocas, ſilere admonendo, & ea quæ dicitur œconomia & diſpenſatione uti: nos gratiam habemus, admonitionem tamen non accipimus. Divinus enim Apoſtolus (a) contraria præcipit:
(a) 1.Tim. 4.
Inſta opportune importune. Et Dominus (b) etiam noſter huic præconi ſimilia mandat: Loquere, & ne taceas. Necnon Iſaias (c): Exclama potentia tua, & ne deſinas. Et Moyſi (d): Deſcendens, teſtifica populo huic. Et Ezechieli (e): Speculatorem dedi te domui Iſrael: ſi autem annunciaveris impio: & quæ ſequuntur: ſuperfluum eſt enim doctis viris orationem in longum protrahere. Nos igitur non pavescimus, fortis dum ſumus animo, ſed potius lætamur & exultamus, & laudamus eum, qui his malis nos dignos fecit: eos etiam qui hujuſmodi certaminibus ſunt excruciati, ut idem faciant, precamur. Si enim dicunt nos Apoſtolicam regulam fidei minus obſervare, ſed declinare ad dexteram vel ad ſiniſtram: odio nos proſequantur, & cum adverſariis & inimicis noſtris contra nos ſtent: Si vero rectam Evangelicæ prædicationis doctrinam nos ſequi, teſtimonium ipſi perhibent; ad ipſos clamamus: State etiam & vos ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & calceati pedes in præparatione Evangelii pacis: & quæ ſequuntur. Ajunt enim virtutem non ſolum temperantiam, juſtitiam, & prudentiam, ſed etiam fortitudinem eſſe, & per hanc illas etiam dirigi. Juſtitia enim in bello adverſus injuſtitiam indiget fortitudine; & temperantia auxilio fortitudinis eum utitur: vincit intemperantiam. Hac igitur de cauſa omnium Deus Prophetæ dixit (f): Juſtus autem meus fide vivit: & ſi ſubterfugiat, non gaudebit anima mea in ipſo. Subterfugere vero, puſillanimitatem appellavit. Tuere igitur, o carum caput, Apoſtolica dogmata. Veniet (g) enim jam qui venturus eſt, & non tardabit, & reddet unicuique ſecundum opera ſua. Tranſit enim (h) figura mundi hujus, & apparebit rerum veritas. Hactenus ad Uranium Epiſcopum Theodoretus.

(b) Luc. 9. (c) Iſai. 42. (d) Exod. 19. (e) Ezech. 3. (f) Hab. 2. (g) Hebr. 10. (h) 1.Cor. 7.

CXXXVIII. His ille acceptis litteris, alias reddidit amoris quidem plenas, & indices ſuæ erga ſana dogmata ſinceritatis & zeli: addidit & eulogias, quibus in exilio poſitus Theodoretus paupertatem, quam patiebatur, ſuſtentare valeret: quas licet ab aliis renuiſſet accipere ipſe paupertatis voluntarius cultor, grato accepit animo, eidemque breves litteras reddidit, dignas quidem digno fidei Catholicæ defenſore: quibus numquam hactenus editis tu primus, lector, frueris: indignum enim eſſe putamus, labores & præclaras virtutes in tanto conflictu Orthodoxorum pugilum ſilentio ſepultas prætermittere, & non potius undique diligenti perveſtigatione quæſitas, in medium ſpectandas exhibere. Accipe igitur quas ſecundo reddidit Uranio Emeſeno Epiſcopo litteras Theodoretus (i):

(i) Theod. epiſt. 125. CXXXIX.

Et longa fuit epiſtola, & jucunda, & amoris vehementiam & veritatem indicavit, & tanta me lætitia replevit, ut minime ipſe animadverterim, quod alta ſit (ut inde cognovi) prioris epiſtolæ promiſſi ſententia. Litterarum enim ſententiæ ignoratio, fraternæ dilectionis theſaurum demonſtravit, & fidei perſpicuitatem declaravit, & pietatis zelum ſignificavit. Et Prophetæ quidem verba & tentationes inter nos diſtribuimus: tua quidem pietas verba ſumpſit; nos vero fluctibus & tentationibus agitamur; & adverſus eos qui naviculam remis impellunt, una cum illo clamamus: Qui cuſtodiunt vanitates & mendacia, miſericordiam ſuam dereliquerunt. Concedat autem Dominus noſter & illius, ut nos e profundo emergamus, & a cete liberemur. Si vero fluctus fervens & vehemens duraverit: ſperamus etiam hoc pacto a divina providentia non fore derelinquendos: & experientia diſcere, quod virtus (k) ejus in infirmitate perficitur. Pericula enim noſtra imbecillitate vetitus eſt. Divinum enim illum Prophetam (l) omnes qui ſimul navigabant, in mare projecerunt: mihi vero etiam tuæ pietatis ſolatium præbuit, ac aliorum etiam Deo dilectorum hominum: quos mirabilis illius Oneſiphori (m) benedictionem obtinere una cum tua dilectione precor; quia catenam meam non erubuiſtis, ſed paſſionum, quas ipſe pro fide paſſus ſum, ſocii mihi fuiſtis. Id quidem certo ſcito, o domine, quod cum alii Deo dilectiſſimi Epiſcopi eulogias mihi miſerint, illas minime accepi: non quod illos qui eas miſerunt, contempſerim; ſed quia adhuc ab eo neceſſarium victum habemus, qui etiam corvis abundanter illum largitur: Tuæ vero pietati nihil tale feci: re vera enim vicit amoris fervor eam quam huc uſque habui ſententiam. Quod enim ex quo nobis conſuetudo crevit, amor etiam vehementior fuerit factus, tua Deo dilecta anima certo ſciat. Hæc ad Uranium Theodoretus: qui tunc exul curam geſſit exulum Epiſcoporum ejuſdem catenæ conſortium: quod intelligere poſſumus ex perbrevi illa epiſtola, quam ad Alexandram clariſſimam feminam dedit his verbis (n):

(k) 2. Cor. 2. (l) Jo. 1. (m) 2.Tim. 1.

(n) Theod. epiſt. 100. CXL.

Accepi paulo ante tuæ gravitatis litteras: & cum didicerim qua pro nobis uſa es diligentia, gratias habui, & omnium Dominum rogavi, ut præſentia tibi cuſtodiat bona, & majora addat, & futurorum & æternorum gloriam largiatur. Credimus autem ipſum exaudire relegatos, & hos multo magis, qui propter ejus divinam doctrinam hanc ſuſtinent

neat pœnam. Hæc per Epiſcopos Deo dilectos ad te ſcribo, te in primis orans, ut eorum curam ſuſcipias: pro Evangelica enim fide & Eccleſiarum pace hanc longam ſuſtinent peregrinationem. Hæc ad Alexandram Theodoretus.

CXLI. Sporatius Comes addictus Theodoreto. Nactus eſt autem in his ſuis ærumnis adjutorem Sporatium Comitem Domeſticorum, qui nihil penitus verens Chryſaphium, cujus arbitrio Imperator Theodoſius movebatur, Theodoreti ſuſcepit patrocinium. Quiſnam autem adeo pietate inſignis Sporatius iſte fuerit, nihil præterea quod de tanto viro dicamus, invenimus, niſi quod ob excellentiam probitatis ſinceræque fidei Orthodoxæ meruit ſedere Judex cognitor una cum aliis præſtantiſſimis viris in Concilio Chalcedonenſi, ut ejus Acta declarant. Quod præterea iſte præ cæteris animoſe patrocinium Theodoreti ſuſceperit, inde arbitror accidiſſe, quod præ cæteris ipſe ſciret, quam re vera idem Catholicus eſſet: Licet enim poſt reſtitutam Eccleſiæ pacem, Cyrilli tempore, idem Theodoretus apud Catholicos omnes, præſertim vero Conſtantinopolitanos verſatus ſciretur eſſe Orthodoxus, & communicare cum Orthodoxis, haud tamen contractam ſemel ex priſtina ſocietate cum Neſtorio maculam diluere valuit. Sicuti enim Paulo olim perſecutori accidiſſe ſcimus: qui licet ad Chriſtum converſus eſſet, ac pro fide Chriſti multa certamina ſubiiſſet, & in extrema pericula incidiſſet; tamen (ut acta habent Apoſtolorum (a) cum Hieroſolymis vellet ſe conjungere diſcipulis, haud admiſerunt timentes & non credentes quod eſſet diſcipulus: ita, inquam, Theodoreto evenit, qui licet a Neſtorii ſocietate penitus deſciviſſet, Catholiciſque conjunctus eſſet, & pro Catholica fide verbis ſcriptiſque ſtrenue laboraſſet, timor tamen prudentiores tenebat, num iſta ipſe ex animo faceret, vel lupus intus latens ovem extrinſecus præſeferret.

(a) Act. 9.

CXLII. Theodor. mala ſuſpicione laborans quid egit. Solvit autem ipſe omnes hujuſmodi inſidentes animis ambiguitates, ubi ad eumdem Sporatium Comitem miſit Conſtantinopolim hiſtoricam tractationem contra Neſtorium, qua ſimul docuit ſectati ſe ſinceræ fidei veritatem: eſt ejus exordium: *Cum univerſus Orbis jam paulatim rueret &c.* primum enim locum obtinet inter ipſius Theodoreti epiſtolas, meritoque præ foribus collocata, quo eam legentes ſtatim intelligerent, pollere auctorem fide Caatholica, abſterſiſſeque penitus inuſtam olim ex Neſtorii conſortio notam: quod quidem ipſum aliis quoque litteris ad diverſos datis idem Theodoretus frequentiſſime præſtitit. Sporatius igitur inter alios pleniſſime certior redditus ſinceræ fidei Theodoreti eumdem ut vere Orthodoxum, quibus valuit, eſt proſecutus officiis: cujus rei gratia, grates debitas redditurus idem Theodoretus ad ipſum perbrevem ejuſmodi epiſtolam dedit, indicem ejuſdem Sporatii pietatis: ſic enim ſe habet (b):

(b) Theod. epiſt. 97. * Sporadio.

*Theodoretus Epiſcopus Cyri Sporatio * Comiti.*

CXLIII. Epiſtola Theodoreti ad Sporatium Comitem. *Tuæ magnificentiæ litteræ magnopere me ſunt conſolatæ: Longe autem majorem lætitiam meam reddidit Deo dilectiſſimus presbyter & monachus Jamblychus, ferventem tuum zelum cum nobis narraverit, & quo teneris circa res divinas ſtudio, & tuam erga nos animi propenſionem. Ego vero cum hæc didicerim, & glorioſiſſimi & Chriſto dilecti domini Patricii, quos pro nobis agones & labores ſuſtinet audierim: Apoſtolicam benedictionem vobis pronuncio, quam B. Oneſiphorus a ſancta illa lingua Apoſtolica obtinuit (c): Tuæ familiæ Dominus miſericordiam largiatur: Det miſericordiam Dominus domui tuæ, quia ſæpe me refrigeravit, & catenam meam non erubuit: Det tibi Dominus invenire miſericordiam a Domino in illa die. Hæc vobis precor, licet majoribus malis veritatis hoſtes me (ut putant) conculcent. Ad præſtitam enim mercedem reſpicere & intueri edocti ſumus. Et hoc unum ſciat tua magnitudo, quod cum pietate etiam mors nobis jucundiſſima, & extremæ Orbis partes: Eccleſiarum tantum tempeſtas & turbo nos turbat quem univerſorum Dominus ſolvere & ſedare poteſt.* Hactenus ad Sporatium Comitem Theodoretus. Qui plane quicquid tempore œcumenici Concilii Epheſini deliquit, aucto fœnore in hoc tumultuario Epheſino celebrato Conventu perſolvit, ſtans ante alios in ſuſcepto certamine indefeſſus fidei Catholicæ propugnator. Quo quidem officio naviter impleto, & munere integre perſoluto, non ſolum priores delevit ex Neſtorii contagio aſperſas maculas, ſed deſuper illas jam ablutas ſuperinducens opere Phrygio victricia ſigna, aureas palmas, palmatam inde ſibi ad triumphum tunicam præparavit. At de Theodoreto modo ſatis.

(c) 2. Tim. 1.

CXLIV. S. Leo laborat pro fide Catholica. Sed jam res Occidentalis Eccleſiæ inviſamus. Quid in tanto Catholicæ fidei naufragio, qui clavum tenebat, Romanus Pontifex S. Leo? Ut hæc ſciamus, opus eſt ut ſingillatim res ab eo hoc anno geſtas ex ſuis ipſius epiſtolis intelligamus. Ac primum quidem de eo illud occurrit: quod dum adhuc dubius ejuſdem Epheſini Conventus penderet exitus pendebat & ipſe animi anxius, ne (quod jam longe fuerat odoratus) fides Catholica circumventa fraudibus perditorum hæreticorum, detrimentum aliquod pateretur. Hinc ipſe primum, cum quæ

Ephe-

Digitized by Google

Epheſi agerentur, penitus ignoraret, de futuro eventu ſolicitus, tertio Idus Auguſti, biduo poſt illa habita ibi ſcelerata comitia, ad S. Flavianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum litteras dedit, dolens in primis, quod cum immenſæ molis opus agitaretur, in quo fides Catholica magno diſcrimine laboraret, ipſe nihilominus diutius ſiluiſſet: demum eum admonuit viriliter atque ſtrenue agere. Eſt earum exordium (*a*): *Auget ſolicitudinem noſtram taciturnitas tua, &c.* Ac rurſus ad eumdem ſcripſit, cum Hilarus diaconus legatus fuga lapſus Romam perveniſſet, & ab ipſo de eo quod Flaviano ante ejus diſceſſionem contigiſſet certior redditus eſſet: cum hæc paucis ad ipſum ſcribens vigeſimanona menſis Septembris, certo fidoque nuncio datis litteris ſignificavit (*b*):

(*a*) Leo ep. 22.

(*b*) Leo ep. 27.

CXLV. *Quæ & quanta dilectio tua pro Catholicæ fidei defenſione patiatur, per diaconum, qui ab Epheſo furtim eſt lapſus, cognovimus. Et licet magnificemus Deum, qui te gratiæ ſuæ virtute confortat; neceſſe eſt tamen nos dolere eorum ruinas, per quos veritas impugnatur. Quia vero providentia Dei ſemper ſuis neceſſarium præſtat auxilium: ſcire debet fraternitas tua, nos pro communi cauſa nihil eorum, quæ agenda ſunt præterire; ut primitus ad ea, quæ univerſitati Fidelium proſint, pervenire mereamur: Sin, eſt, ut fortiter interim dilectio tua toleret, quæ ſibi ad æternam gloriam non dubitat profutura. Perlator ſane brevis hujus epiſtolæ fideli ſermone poterit enarrare, quicquid illud eſt, ad quod, adjuvante Domino, ſtudio, fidei & charitatis intendimus. Dat. tertio Kalen. Octobris, Aetio & Protogene viris clariſſimis Conſſ.* Ita quidem Leo, nuncio magis credens ſecreta, quam litteris, quod timeret ne illæ ab adverſariis Flavianum cuſtodientibus interciperentur.

CXLVI. Leo Papa celebrat Romæ Concilium. Sed quænam iſta, quæ litteris minime committenda putavit? illud nimirum, quod ipſe Leo Pontifex Synodum coegiſſet, in qua cuncta quæ more prædonum Epheſi ab Eutychianis hæreticis geſta eſſent, penitus damnavit. Collegit enim quam citiſſime potuit S. Leo Epiſcoporum Occidentalium Synodum, in qua cuncta quæ perfidi illi præſumpſiſſent, Pontificio decreto reſcidit, irritaque penitus eſſe decrevit. His ergo peractis, ſumma celeritate de rebus Romæ geſtis ad Pulcheriam Auguſtam litteras dedit, & ad clerum Conſtantinopolitanum, necnon ad alios. At de Synodo tunc Romæ coacta reddendæ ſunt in primis litteræ Hilari diaconi tunc ad Pulcheriam Auguſtam ſcriptæ, quæ ſic ſe habent (*c*):

(*c*) Extant to. 2. Conc. in præf. Conc. Chalc.

Glorioſiſſimæ & piiſſimæ Auguſtæ,
Hilarus diaconus.

Studium mihi fuiſſe poſt Synodum venire Conſtantinopolim, dicere non habeo: CXLVII. Hilarus ad Pulcheriam.
quando manifeſta neceſſitas erat, quæ me litteras beatiſſimi Papæ ad veſtram clementiam directas afferre compelleret, & veſtræ pietati ac invictiſſimo Chriſtiano Principi officium, quod debebam, venerationis exolvere. Sed huic congruo meo propoſito illud impedimentum evenit, quod omnium bonorum inimicum eſt, & Chriſtianorum ingemiſcit affectus, hoc eſt, Alexandrinus Epiſcopus in damnatione virorum inculpabilium potentiſſimus. Nam poſtquam injuſtæ ejus voluntati atque ſententiæ communicare non potui, ad aliud concilium * *terroribus atque inſidiis me evocare conatus eſt: quatenus me (quod abſit) aut ſeductionibus faceret conſentire ad condemnandum ſanctiſſimum Flavianum, aut reſiſtentem teneret, ut mihi non eſſet licentia ad pietatem veſtram Conſtantinopolim percurrere, aut ad Romanam Eccleſiam remeare. Verumtamen confidens de auxilio Chriſti, quod attinet ad damnationem reverendiſſimi & ſanctiſſimi viri, innocentem me integrumque ſervavi; licet nulla flagella, nulla tormenta me poſſent facere ejus ſententiæ conſentire: Sed omnibus derelictis, inde diſceſſi, per incognita, & invia loca Romam veniens; ut reverendiſſimo Papæ, omnium quæ in Epheſo geſta ſunt, idoneus nunciator exiſterem.*

* conſilium.

Veſtra itaque veneranda clementia cognoſcat, a præfato Papa cum omni Occidentali Concilio reprobari omnia, quæ in Epheſo contra canones per tumultus & odia ſæcularia a Dioſcoro Epiſcopo geſta ſunt, & nulla ratione hæc in his partibus ſuſcipi poſſe, quæ per potentiam prædicti non ſine læſione fidei, & præjudicio ſanctiſſimi viri innoxiique commiſſa ſunt. Quæ vero conſtanti ac forti auctoritate pro fide a nos nunciata ſunt, ſuperfluum credo narrare: nam hæc ex litteris beatiſſimi Papæ poteritis cognoſcere. Unde domina ſplendidiſſima atque clementiſſima Auguſta, adoranda veſtra pietas, in quibus libenter fecit initium, relinquere non debet, ſed hæc zelo religioſæ fidei conſtanti voluntate ſervare. Hæc Hilarus ad Pulcheriam. CXLVIII. In Roman. Concil. damnata Acta Epheſi.

Quo autem menſe vel die Romæ Concilium contra Dioſcorum fuerit congregatum inde certius cognoſcere potes, quod litteræ a ſancto Leone Papa poſt Synodum celebratam ſcriptæ habentur octavo Idus Octobris: ut plane valeas intelligere, vel ea ipſa die, vel pridie ejus diei idem Romæ ad deſtruenda Acta Epheſina fuiſſe Concilium celebratum; in quo quidem omnes Epiſcopi in unam conſpirantes ſententiam, in reſciſſionem malo- CXLIX. Tempus Congregati Romæ Concilii.

geſtorum Epheſi tulere ſuffragium, omnium animis ad deteſtabile facinus ulciſcendum incenſis. Extat enim ab hac Synodo data epiſtola ad Archimandritas (a) hoc anno, octavo Id. Octobris, & aliæ plures tertio Idus ejuſdem menſis ab eodem Synodo ſcriptæ ad Theodoſium, ad Pulcheriam, ad clerum, & populum Conſtantinopolitanum.

(a) Leo ep. 28 & ſupra epiſt. 22. 23. 24. 26.

CL. Sed cum hujuſmodi Synodus ex plurimis provinciis congregata eſſe dicatur in litteris Valentiniani & Gallæ Placidiæ, quas redditari ſumus inferius: unde, dices, facultas ſuppeditata, ut tam brevi temporis ſpatio tam magna Synodus potuerit congregari? ſed meminiſſe debes quæ haud pridem dicta ſunt ex ejuſdem S. Leonis epiſtola ad Siciliæ Epiſcopos (b) data, moris fuiſſe annis ſingulis ad tertium Kalendas Octobris convenire Romam Epiſcopos ad Synodum celebrandam, ad quam etiam juſſit e Siciliæ inſula debere ternos accedere. Quamobrem opportune accidit, ut abſque alia Epiſcoporum vocatione, poſt Hilari diaconi reditum, Romæ ex priſtino uſu ſancta Synodus cogeretur; in qua cum damnata eſſe Epheſina Acta teſtetur Hilarus ad Pulcheriam ſcribens, & innuat S. Leo in epiſtola noviſſime data ad Flavianum, nec de ea damnatione mentio habeatur in Synodalibus litteris ad diverſos miſſis: factum putamus ut ad tempus voluerit Leo Pontifex iſta obtegi ſilentio, ob eam potiſſimum cauſam, quod ſperaret, univerſali Synodo in Italia cogenda, omnem illam Orientalium Eccleſiarum ruinam fore reſarciendam. Patres enim ipſi hujuſmodi conſilium inierunt, ut de cogendo in Italia Concilio œcumenico ſcriberent ad Theodoſium Imperatorem. Litteræ autem ſic ſe habent (c):

(b) Leo ep. 4. l. 7.

De cogenda Synodo univerſali conſilium.

(c) Leo ep. 25.

Leo Epiſcopus, & ſancta Synodus quæ in urbe Roma convenit, Theodoſio ſemper Auguſto.

CLI. *Litteris clementiæ veſtræ, quas dudum ad B. Petri Apoſtoli ſedem pro Catholicæ fidei amore miſiſtis, tantam fiduciam ſumpſimus defendendæ per vos veritatis & pacis, ut in cauſa tam ſimplici tamque munita nihil putaremus poſſe exiſtere quod noceret: præſertim cum ad Epiſcopale Concilium, quod haberi apud Epheſum præcepiſtis, tam inſtructi ſint miſſi, ut ſi ſcripta quæ vel ad ſanctam Synodum, vel ad Flavianum Epiſcopum detulerunt, Epiſcoporum publicari auribus, Alexandrinus permiſiſſet Antiſtes: ita manifeſtatione puriſſimæ fidei, quam divinitus inſpiratam & accepimus & tenemus, omnium concertationum ſtrepitus quieviſſet, ut nec imperitia ultra deſiperet, nec occaſionem nocendi æmulatio reperiret. Sed dum privatæ cauſæ religionis exercentur obtentu, commiſſum eſt impietate paucorum, quod univerſam Eccleſiam vulneraret.* Vides ex his, probe noviſſe S. Leonem, ob odium adverſus Flavianum conceptum, tum ab Imperatore, tum etiam a Chryſaphio, omnia illa adeo funeſta Epheſi eſſe peracta pro Eutychete contra fidem Catholicam, ut Flavianum e ſede deponerent, nulla habita ratione læſæ Catholicæ fidei: quod S. Leo deplorat, qui & ſubdit:

Epiſtola Synodalis ad Theodoſium Imp.

CLII. *Comperimus enim non incerto nuntio, ſed fideliſſimo rerum quæ geſtæ ſunt narratore Hilaro diacono noſtro (qui vix, ne ſubſcribere per vim cogeretur, effugit) conveniſſe ad Synodum plurimos ſacerdotes, quorum utique frequentia conſultationi & judicio profuiſſet, ſi is qui ſibi locum principem vendicabat, ſacerdotalem moderationem cuſtodire voluiſſet, ut (ſicut moris eſt) omnium ſententiis ex libertate prolatis, id tranquillo & æquo conſtitueretur examine, quod & fidei congrueret, & errantibus ſubveniret. In ipſo autem judicio, non omnes qui convenerant, interfuiſſe cognovimus: nam alios rejectos, alios didicimus intromiſſos, qui pro ſupradicti ſacerdotis arbitrio impiis ſubſcriptionibus captivas manus dederunt, quod nociturum ſtatui ſuo ſcirent, niſi imperata feciſſent: talemque ab ipſo prolatam eſſe ſententiam, ut dum homo unus impetitur, in omnem Eccleſiam ſæviretur. Quod noſtri ab Apoſtolica ſede directi adeo impium & Catholicæ fidei contrarium eſſe viderunt, ut ad conſentiendum nulla potuerint oppreſſione compelli: conſtanterque in eadem Synodo (ut decuit) fuerunt proteſtati, nequaquam id quod conſtituebatur, ſedem Apoſtolicam recepturam: quoniam re vera omne Chriſtianæ fidei ſacramentum (quod abſit) a temporibus veſtræ pietatis excluditur, niſi hoc ſceleſtiſſimum facinus, quod cuncta ſacrilegia excedit, aboleatur.*

CLIII. *Quia vero diabolica nequitia ſubtiliter fallit incautos, & ita quorumdam imprudentiam per ſimilitudinem pietatis illudit, ut pro ſalubribus perſuadeat nocitura: removete, quæſumus, a veſtræ pietatis conſcientia periculum religionis & fidei: quodque in ſæcularibus negotiis legum veſtrarum æquitate conceditur, in rerum divinarum pertractatione præſtate, ut Chriſti Evangelio vim non inferat humana præſumptio. Ecce ego, Chriſtianiſſime & venerabilis Imperator, cum conſacerdotibus meis implens erga reverentiam clementiæ veſtræ ſinceri amoris officium, cupienſque vos placere per omnia Deo, cui pro vobis ab Eccleſia ſupplicatur, ne ante tribunal Chriſti Domini rei de ſilentio judicemur: obſecramus coram unius Deitatis inſeparabili Trinitate, quæ tali facto læditur, cum ipſa veſtri ſit cuſtos & auctor Imperii, &*

co-

coram ſanctis Angelis Chriſti, ut omnia in eo ſtatu eſſe jubeatis, in quo fuerunt ante omne judicium, donec major ex toto Orbe ſacerdotum numerus congregetur: nec alieno peccato patiamini vos gravari: Quia (quod neceſſe eſt nos dicere) veremur, ne cujus religio diſſipatur, indignatio provocetur.

CLIV. De Synodo in Italia habenda admonet.

Præ oculis habete, & tota mentis acie reverenter aſpicite B. Petri gloriam, & communes cum ipſo omnium Apoſtolorum coronas, cunctorumque martyrum palmas, quibus alia non fuit cauſa patiendi, niſi confeſſio veræ divinitatis & veræ humanitatis in Chriſto. Cui ſacramento quia impie nunc a paucis impudentibus obviatur: omnes partium noſtrarum Eccleſiæ, omnes manſuetudini veſtræ cum gemitibus & lacrymis ſupplicant ſacerdotes, ut quia & noſtri fideliter reclamarunt, & iiſdem libellum appellationis Flavianus Epiſcopus dedit, generalem Synodum jubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offenſiones ita aut repellat, aut mitiget, ne aliquid ultra ſit vel in fide dubium, vel in charitate diviſum; convenientibus utique Orientalium provinciarum Epiſcopis: quorum ſi qui ſuperati minis atque injuriis a veritatis tramite deviarunt, ſalutaribus remediis in integrum revocentur: ipſique quorum eſt cauſa durior, ſi conſiliis melioribus acquieſcant, ab Eccleſiæ unitate non excidant.

CLV. *Quam autem poſt appellationem interpoſitam hoc neceſſarie poſtuletur, canonum Nicææ habitorum decreta teſtantur, quæ a totius mundi ſunt ſacerdotibus conſtituta, quæque ſubter annexa ſunt. Favete Catholicis, veſtro more, parentumque veſtrorum. Date defendendæ fidei libertatem, quam, ſalva clementiæ veſtræ reverentia, nulla vis, nullus poterit mundanus terror auferre. Cum enim Eccleſiæ cauſas, tam regni veſtri agamus, & ſalutis, ut provinciarum veſtrarum quieto jure potiamini; defendite contra hæreticos inconcuſſum Eccleſiæ ſtatum, ut & veſtrum Chriſti dextera defendat Imperium. Dat. III. Idus Octobris, Aſterio & Protogene viris clariſſimis Coſſ.* Felix plane Theodoſius, ſi patrem audiſſet S. Leonem talia monentem: Sed quod contempſit, illud plane ipſi evenit, quod vaticinatus eſt idem ſanctiſſimus Pontifex, nimirum fore, ut niſi audiret, adverſum ſe divinam provocaret indignationem, cœleſtiſque vindictam acceleraret. Etenim qui tot tantaque illi præſtitit beneficia Deus creator omnium, terribilem, qui aufert ſpiritum Principum, ſe in eum juxta Prophetam (*a*) oſtendit: talem ipſe poſtea (ut ſuo loco patebit) infelix expertus eſt Deum, antea ſemper erga ipſum ampliſſimum bonorum largitorem.

(*a*) *Pſal. 75.*

Porro qui ex Synodo has ad Theodoſium litteras dedit Synodales, privatim idem S. Leo alias ad ipſum litteras ſcripſit eodem die ſub iiſdem Conſulibus. Eſt earum exordium (*b*): *Olim & ab initio in Conciliis celebratis tantam nos percepimus a beatiſſimo Petro Apoſtolorum Principe fiduciam, ut auctoritatem habeamus ad veritatem pro noſtra pace defendendam, quatenus nulli liceat ſic eam munitam in aliquo commovere, dum repente læſio removetur, &c.* Rurſum vero eodem argumento quo ſuperiores, ſcripſit idem S. Leo ex eadem Synodo Romæ collecta ad Pulcheriam Auguſtam Synodalem epiſtolam eadem die, tertio Idus Octobris (*c*), necnon alias ad clerum populumque Conſtantinopolitanum & ipſas duplices (*d*). Alias præterea adjecit ad Archimandritas (*e*) Conſtantinopoli agentes, illud in primis hortatus, ut in communione atque dilectione ipſorum Epiſcopi Flaviani perſiſterent, nec ſinerentur violentia tempeſtatis in tranſverſum agi, neque communicarent cum intruſo æque impie per Dioſcorum pſeudoepiſcopo Anatolio. Aliæ (*f*) inſuper eodem die hoc anno leguntur a S. Leone epiſtolæ ad Anaſtaſium atque Julianum Epiſcopos eadem ex cauſa conſcriptæ, quas, ſi libet, lector conſulere ipſe poterit: hæc nobis ſatis ad rerum geſtarum hiſtoriam quam veriſſimam inſinuandam. Miſit autem ipſe S. Leo has omnes litteras per certos fidoſque Apoſtolicæ ſedis nuncios, nimirum Epiphanium atque Dionyſium S. R. E. Notarios, ut idem indicat in poſterioribus litteris (*g*) ad clerum Conſtantinopolitanum Idibus Octobris hoc anno datis.

CLVI. Plures ſcriptæ ex Synodo litteræ.

(*b*) *Leo epiſt. 24.*

(*c*) *Leo ep. 26.*

(*d*) *Leo ep. 23.*

(*e*) *Leo ep. 28.*

(*f*) *Leo ep. 29.*

(*g*) *Leo ep. 23.*

Opportune autem contigit, ut hoc ipſo tempore celebratæ Romæ Synodi, in Urbe eſſet Imperator Valentinianus una cum Eudoxia conjuge Auguſta, & Galla Placidia ipſius Valentiniani Imperatoris matre: venerant enim, ex more, ad ſacra Apoſtolorum limina. Porro iidem, ut pii Principes, exhorruerunt, cum quæ Epheſi tyrannice facta eſſent, audiſſent: Ad quod immane facinus deſtruendum ſinguli ſingulas dedere in Orientem litteras, atque Valentinianus in primis his verbis ad Theodoſium ſcribens (*h*):

(*h*) *Extant to. 1. Conc. ante Chalc. Concil.*

CLVII. Valentinianus ad Theodoſium.

Domino meo Theodoſio glorioſiſſimo Victori ac Triumphatori perpetuo Imperatori & patri Valentinianus glorioſus Triumphator ſemper Auguſtus & filius.

Cum advenifſem in urbem Romam, ad Divinitatem placandam, ſequenti die ad baſilicam Apoſtoli Petri proceſſi: & illic poſt venerabilem noctem diei Apoſtoli, & a Romano Epiſcopo, & ab aliis cum eo ex diverſis provinciis congregatis rogatus ſum ſcribere veſtræ manſuetudini de fide, quæ cum ſit conſervatrix omnium anima-

rum, dicitur perturbata; quam nos a noſtris majoribus traditam debemus cum omni competente devotione defendere, & dignitatem propriæ venerationis beato Apoſtolo Petro intemeratam & in noſtris temporibus conſervare; quatenus beatiſſimus Rom. Pontif. de fide & ſacerdotibus judicat. *Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, cui principatum ſacerdotii ſuper omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide ac ſacerdotibus judicare, Domine ſanctiſſime pater & venerabilis Imperator. Hac enim gratia ſecundum ſolemnitatem Conciliorum & Conſtantinopolitanus Epiſcopus eum per libellos appellavit propter contentionem quæ orta eſt de fide.*

CLVIII. *Huic itaque poſtulanti, & conjuranti ſalutem noſtram communem, annuere non negavit, quatenus ad tuam manſuetudinem meam petitionem ingererem: ut prædictus ſacerdos, congregatis ex omni Orbe etiam reliquis ſacerdotibus intra Italiam, omni præjudicio ſummoto, a principio omnem cauſam, quæ vertitur, ſolicita probatione cognoſcens, ſententiam ferat, quam fides & ratio veſtræ divinitatis* * *expoſtulat.* (* dignitatis.) *Non debet enim noſtris temporibus contra religionem turbatam petulantia prævalere, dum incommota fides hactenus fuerit conſervata. Ad perfectiorem vero agnitionem veſtræ dignitatis direximus etiam Geſta, per quæ deſideria & acclamationes omnium pietas veſtra cognoſcat.* Hactenus Valentinianus ad Theodoſium. Galla autem Placidia in hunc modum ad eumdem Imperatorem Theodoſium (*a*):

(*a*) Extat ante Conc. Chalc. to. 2. Concil.

Domino Victori Theodoſio Triumphatori ſemper Auguſto filio Galla Placidia piiſſima & perpetua Auguſta mater.

CLIX. Galla Placidia ad Theodoſium.

Dum in ipſo ingreſſu civitatis antiquæ hanc curam habuiſſemus, ut cultum beato Petro Apoſtolo redderemus: in ipſo adorando altari martyris reverendiſſimus Leo Epiſcopus, paululum ſe poſt orationem retinens, propter Catholicam fidem apud nos deflevit, ipſum ſimiliter ſummum Apoſtolorum, quem nuper audieramus, teſtem obiiciens, Epiſcoporum multitudine circumſeptus, quos ex innumerabilibus civitatibus Italiæ pro principatu proprii loci, ſeu dignitate collegit; & verbis permiſcens lacrymas, ad communionem ſui fletus noſtros quoque gemitus provocavit.

CLX. *Non modicum detrimentum eſt ex his quæ geſta ſunt, ut fides, quæ tantis temporibus regulariter cuſtodita eſt a ſacratiſſimo patre noſtro Conſtantino, qui primus Imperator reſplenduit Chriſtianus, perturbata ſit ad arbitrium unius hominis, qui in Synodo Epheſina civitatis odium & contentiones potius exercuiſſe narratur, militum præſentia & metu impetens Conſtantinopolitanæ civitatis Epiſcopum Flavianum, eo quod libellum ad Apoſtolicam ſedem miſerit, & ad omnes Epiſcopos harum partium per eos qui directi fuerunt in Concilium* * *a reverendiſſimo Epiſcopo Romæ, qui ſecundum definitiones Nicæni Concilii conſueti ſunt intereſſe, Domine ſacratiſſime fili venerabilis Imperator.* (* Concilio.)

CLXI. *Hac itaque gratia, tua manſuetudo tantis turbis reſiſtens, veritatem immaculatam fidei Catholicæ religionis ſervari præcipiat: ut ſecundum formam & definitionem Apoſtolicæ ſedis, quam & nos tamquam præcellentem ſimiliter veneramur, in ſtatu ſacerdotii illæſo manente per omnia Flaviano, ad Concilii & Apoſtolicæ ſedis judicium tranſmittatur, in qua primus ille, qui cæleſtes claves dignus fuit accipere, principatum Epiſcopatus ordinavit. Quando ſcilicet decet nos huic maximæ civitati, quæ domina eſt omnium civitatum tuarum, in omnibus reverentiam conſervare: Diligentius autem etiam in hoc providere, ne quod priſtis temporibus noſtra generatio cuſtodivit, ſub nobis imminui videatur, & per præſens exemplum ſchiſmata generentur inter Epiſcopos & ſanctam Eccleſiam.* Hucuſque Galla Placidia ad Theodoſium. Eadem ferme Eudoxia (*b*) filia Auguſta ad patrem Auguſtum ſcripſit: at non eſt opus omnes hic deſcribere tunc datas epiſtolas, niſi tantum quæ ab eadem Galla Placidia tunc eadem occaſione data fuit ad Pulcheriam Imperatricem digna quidem perpetuis monumentis, quæ ſic ſe habet (*c*):

(*b*) Extat ibid. ante Conc. Chal.

(*c*) Ibid. ante Conc. Chal.

Galla Placidia piiſſima ſemper Auguſta Aeliæ Pulcheriæ piiſſimæ ſemper Auguſtæ filiæ.

CLXII. Galla Placidia ad Pulcheriam.

Ut Romam frequentibus concurſionibus adeque deſideremus inſpicere, cauſa nobis eſt amplectendæ religionis, ut terminis Sanctorum noſtram exhiberemus præſentiam: quos certum eſt, pro ſua virtute in cæleſtibus conſtitutos, neque inferiora deſpicere. Nos, inquam, ſacrilegum eſſe credimus, ſi ſolemnium ordinem denegemus. Cum igitur beato Apoſtolo Petro noſtram præſentiam dediſſemus: illuc multitudine ſacerdotum reverendiſſimus Leo Papa circumdatus pro dignitate ſui loci, nos primus adiit. Qui propter interpoſitam gemitus ſui triſtitiam deſiderium plene ſuum verbis inſinuare non potuit. Vicit tamen conſtantia ſapientiæ ſacerdotis, ut lacrymas paululum retineret; & cauſam violatæ fidei, tamquam hujus vindex, manifeſto ſermone proferret. In quo ſermone cognovimus, noſtris temporibus Catholicam fidem eſſe turbatam, quam a divo patre noſtro Conſtantino noſtri generis parentes hactenus ſervaverunt . . . .

CLXIII. *Secundum voluntatem namque ejuſdem pravum aliquid adverſus ſacerdotem Conſtantinopolitanum excitatum dicitur. Nos itaque in Epheſino Concilio, in quo nullus ordinem ſacerdotum cuſtodivit, neque men-*

*menſuram, ſino conſideratione Divinitatis omnia eſſe geſta cognovimus, quatenus præſumptio & injuſtitia in quorundam damnationem vim obtinuiſſe * dicatur: quæ*
* obtinere.
*noſtris temporibus terribilia eſſe videntur. Debet itaque fides proprie valere ſanctiſſima atque venerabilis filia Auguſta. Igitur tua clementia ſecundum Catholicam fidem (quod ſemper nobiſcum fecit) & nunc ſimiliter conſpirare dignetur: ut quicquid in illo tumultuoſo miſerrimoque Concilio conſtitutum eſt, omni virtute removeatur: ut omnibus integris permanentibus, ad Apoſtolicæ ſedis Pontificem, in qua primus Apoſtolorum beatus Petrus, qui etiam claves regni cæleſtis ſuſcipiens ſacerdotii principatum tenuit, Epiſcopatus cauſa mittatur. Debemus enim primatum in omnibus immortali conſervationi * tribuere, quæ totum mundum propriæ virtutis dominatione complevit, & noſtro Imperio Orbem gubernandum, ſervandumque commiſit.* Hactenus ad Pulcheriam Galla Placidia.
* converſationi.

CLXIV. Porro quo tempore hæ omnes datæ ſint litteræ, accuratius perveſtigandum eſt, ne quis putet de natali die Apoſtoli Petri, qui ubique & ſemper vigeſimanona Junii celebrari conſuevit, Valentinianum Imperatorem in litteris ad Theodoſium datis intellexiſſe, ubi ait: *Poſt venerabilem noctem divi Apoſtoli:* Nam eo tempore ne ipſa quidem Epheſina Synodus celebrata erat, in qua tot nefanda idem queritur eſſe commiſſa. Sed quæ alia dies ſolemnis Romæ Principis Apoſtolorum? Equidem puto debere intelligi de die dedicationis ejuſdem baſilicæ, quæ ſolemniſſimo ritu ſolita eſt celebrari decimaoctava Novembris: ad quam exiſtimamus retentos fuiſſe Epiſcopos qui Synodo interfuerunt, vel ut expectarent quid Theodoſius ad datas ab eis litteras reſponderet, ut ſi placuiſſet illi generale Concilium (ut petierant) in Italia peragi, abſque alia mora & viarum diſpendio ſe eo omnes æque conferrent.

CLXV. At quid primum Theodoſius ad Leonis Papæ & totius Synodi litteras reſponderit, licet non conſtet: ex illis tamen quas idem reſcripſit ad Valentinianum Auguſtum, Gallam Placidiam, & Eudoxiam filiam Auguſtas, ſatis intelligi poſſe videtur. Audi vero litteras perbreves a Theodoſio ad Valentinianum redditas (a):

(a) *Extant ante Conc. Chalc. to. 1. Concil.*

Domino meo Valentiniano Auguſto, Theodoſius.

Et Romam perveniſſe tuam manſuetudinem, & petitionem oblatam a ſeae reverendiſſimo Patriarcha, in ipſo principio litterarum, ex tua majeſtate ſignificatum eſt. Et de tua quidem incolumi in Romanam urbem reverſione gratias competentes divinæ majeſtati reddidimus, domine ſanctiſſime fili, & venerabilis Imperator. De his autem quæ dixit memoratus reverendiſſimus vir indicatum eſt ad eundem latius atque plenius (ſicut arbitrati ſumus) & cognovit nos in nulla parte a paterna religione & majorum traditione reſiliiſſe. Nihil aliud volumus, quam ſacramenta paterna per ſucceſſionem nobis tradita inviolabiliter cuſtodire. Propter hanc igitur cauſam, quoniam quoſdam cognovimus ſanctiſſimas Eccleſias nocibili novitate turbare, Synodum decrevimus Epheſi fieri. In præſentia quippe reverendiſſimorum Epiſcoporum cum multa libertate, & integra veritate, & indigni ſacerdotio amoti ſunt; & qui judicati ſunt, eſſe digni, ſuſcepti ſunt. Nihil igitur ab his contrarium regulæ fidei, aut juſtitiæ factum eſſe cognoſcimus. Omnis igitur contentio ſacro judicio examinata eſt. Flavianus autem qui reus inventus eſt læſibilis novitatis, debitum, excepit: & hoc remoto, omnis pax et omnis concordia regnat in Eccleſiis, & nihil aliud quam veritas viget. Hactenus ipſe.

Videſne, lector, quam difficile ſit Prin- CLXVI.
cipes, cum ſemel tuendam ſuſceperint injuſtam cauſam, oſtenſa licet veritate, in rectum iter flecti & revocari, quamvis millies certiſſimis teſtificationibus arguantur erroris? Conſideras inſuper, quam facile ſubdoli conſiliarii animum Principis, licet pium, falſis relationibus atque ſuaſionibus in præceps agant? Ita plane hac ex parte infeliciſſimi Principes deplorandi, qui & facilius in errorem inducantur, & difficilius corrigantur. Sed reliqua proſequamur. Sunt quidem ejuſdem generis aliæ Theodoſii litteræ, quas ad Gallam Placidiam, & ad filiam Eudoxiam reddidit: at non opus ſingulas recitare. Quæ autem Pulcheria ad S. Leonem reſcripſerit, ignoramus: quam tamen ſtrenue ac fortiter adverſus impios & impietatem egiſſe, dicemus anno ſequenti.

Quod inſuper ad Gallam Placidiam ſpe- CLXVII.
ctat

PAGIUS XX. *Moritur Placidia Auguſta.*

Ad num. CLXVII. *Galla Placidia* Auguſta Valentiniani Imp. mater anno tantum ſequenti ad Deum migravit, teſte Proſpero, qui in Chronico, *Valentiniano VII. & Avieno Coſſ.* anno ſc. CDL. habet: *Placidia defuncta eſt quinto Kalendas Decembris*. Eundem annum exhibet Pſeudo-Proſper in Chronico Imperiali. Quare erraruut Sigebertus & Idacius in Chronicis, qui ejus mortem in annum CCCCLI. differunt. Cum autem uterque ſcribat, eam *Romæ* mortuam, & Hieronymus Rubeus in Hiſtoria Ravennatenſi teſtetur, eam Ravennæ ſepultam eſſe, & adhuc extare monumentum ejus corpus Roma poſt mortem Ravennam deportatum fuit. Porro hallucinatur Ducangius in familiis Byzantinis, ubi ait extare Gregorii Eliberitani Epiſcopi librum *de fide*, Gallæ Placidiæ inſcriptum: liber enim ille *Gallæ* ſecundæ Theodo-

Gallæ Placidiæ obitus. ciat: quoniam poſt litteras (ut vidimus) hoc anno datas tum ad Theodoſium Imperatorem, tum etiam ad Pulcheriam Auguſtam, nulla uſquam de ipſa mentio habetur, haud diutius creditur fuiſſe ſuperſtes, ſed extremum clauſiſſe diem feminæ quidem magni conſilii, & diverſis agitata caſibus, in qua potiſſimum enituit Chriſtiana religio: quod & cuſa numiſmata præſeferunt, dum nomen Chriſti ſuper dexterum geſtaſſe brachium, unum ex iis, quod hic tibi reddimus, docet.

Deo

PAGIUS doſii Magni uxori dicatus fuit, non vero *Gallæ Placidiæ*; cum Gregorius eo imperante floruerit, &, ut intelligitur ex Sancto Hieronymo lib. de Script. Eccleſiaſt. cap. 105. anno CCCXCII. adhuc in vivis fuerit. Vide quæ de eo ſcripſi anno CCCLXXXVIII. Baronius refert Nummum Gallæ Placidiæ Auguſtæ, in cujus poſtica legitur: VOT. XX. MVLT. XXX. ſed is in Vicennalibus Valentiniani filii ejus percuſſus fuit. Ex quo intelligimus, quæ in nummis Imperatorum vel Auguſtarum habentur, non ſemper referri ad eos, in quorum gratiam cuſi ſunt.

XXI. *Angli & Saxones in Britanniam veniunt.* Beda in Recapitulatione Hiſtoriæ gentis Anglorum ſcribit: *Anno CDXLVIIII. Marcianus cum Valentiniano Imperium ſuſcipiens ſeptem annos tenuit, quorum tempore Angli a Britonibus acceſſiti Britanniam adierunt.* Verum Marcianus anno tantum ſequenti Theodoſio ſucceſſit, annoque CDLVII. non vero antecedenti, mortuus eſt. Beda itaque, qui etiam lib. 2. cap. 1. mortem Gregorii Magni perperam cum anno DCV. copulavit, res quidem Gentis ſuæ accurate calluit, ſed in exteris narrandis quandoque erravit, quod & de Gregorio Turonenſi ſæpe videbimus. Quod qui non obſervarunt, adventum Anglorum in Britanniam ab hoc anno removerunt, Bedam non minus in hac epocha, quam in initio Imperii Marciani referendis deceptum eſſe exiſtimantes. Eos in hac opinione confirmavit, quod in Hiſt. lib. 1. cap. 15. tradit: *Anno ab Incarnatione Domini quadringenteſimo nono Marcianus cum Valentiniano XLVI. ab Auguſto regnum adeptus ſeptem annis tenuit. Tunc Anglorum ſive Saxonum gens invitata a Rege præfato* (ſc. Wortigerno) *in Britanniam tribus longis navibus advehitur, & in Orientali parte Inſulæ jubente eodem Rege locum manendi quaſi pro patria pugnatura, re autem vera hanc expugnatura ſuſcepit. Inito ergo certamine cum hoſtibus, qui ab Aquilone ad aciem venerant, victoriam ſumſere Saxones.* Sed utrobique male. Librarii enim poſuere *anno CDIX.* pro *anno CDXLIX.* & ipſemet Beda Marciani Imperium citius quam par erat, inchoavit; Anglos vero & Saxones hoc anno in Britanniam deſcendiſſe, non ſolum Beda; ſed etiam Ethelwerdus lib. 1. Malmesburienſis lib. de Reg. cap. 1. Huntindonienſis lib. 2. Florilegus, Chronographus Saxo, & meliores Hiſtorici rerum Anglicarum uno conſenſu docent. In ipſo adventu inierunt certamen contra *Pictos* & *Scotos*, ſed hi tandem fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt. Britannos inter & Anglo-Saxones conventum ut hi *invictis umbonibus ſudores ſuos patria impenderent accepturi emolumenta militiæ ab his, quorum ſaluti vigilias prætenderent*, inquit Malmesburienſis citatus.


Advenerant autem, pergit Beda, *de tribus Germaniæ populis fortioribus, id eſt, Saxonibus, Anglis, Vitis. De Vitarum origine ſunt Cantuarii & Veſtuarii; hoc eſt ea gens, quæ Vectam tenet inſulam, & ea quæ uſque hodie in Provincia Occidentalium Saxonum Vitarum natio nominatur, poſita contra ipſam inſulam Vectam. De Saxonibus, id eſt, ea regione, quæ nunc antiquorum Saxonum cognominatur, venere Orientales Saxones, Meridiani Saxones, Occidui Saxones. Porro de Anglis, hoc eſt, de illa patria, quæ Angulus dicitur, & ab eo tempore uſque hodie manere deſertus inter Provincias Vitarum & Saxonum perhibetur, Orientales Angli, Mercii, tota Nordanymbrorum progenies, id eſt, illarum gentium, quæ ad Boream Humbri fluminis inhabitant, ceterique Anglorum populi orti ſunt. Duces fuiſſe perhibentur eorum primi, duo fratres Hengiſt, & Horſa.* XXII. *Hengiſto & Horſa Ducibus.* *Saxones* habitabant regiones vicinas Oceano ad Oſtium Albis Fluvii, ubi poſtea ædificata ſunt Hamburgum, Lubeca, & Brema. *Angli* a Ducatu Slevicenſi inter Holſatiam, ab antiquis Saxonibus habitatam, & Jutiam ſiti profecti ſunt, ut ex laudatis Bedæ verbis colligitur, & Ethelvverdus pag. 833. clare explicat: *Porro*, inquit, *Anglia vetus ſita eſt inter Saxones & Giotos habens oppidum capitale quod ſermone Saxonico Sleſwic nuncupatur, ſecundum vero Danos Haithaby.* Legendus etiam Cambdenus pag. 93. Juttæ corrupte Vitæ, a Beda appellati, venere e Jutia, hodie Juthlandia, ad Septentrionalem Cimbricæ Cherſoneſi partem poſita. Hique regnum Kontii, Vectam inſulam & Sudhantonium occuparunt. Tres hi populi, qui hoc anno in Britanniam venire, quos unam gentem fuiſſe, ex Beda, aliiſque colligitur, progreſſu temporis Britanniam in ſeptem regna diſtribuerunt, Eptarchiamque conſtituerunt. Baronius anno CDLXXVII. num. XXX. & anno CDXCIV. num. LXXXIX. Epocham adventus Anglorum in Britanniam ab Imperio Marciani deducit, deceptus ſcilicet duobus locis Bedæ laudatis, nullibique de eorum adventu ex profeſſo agit. Denique Bedam in temporum intervallis dimetiendis Anglorum in Britanniam adventum, ab anno CDLXVII. deducere, quod tunc primum in eam vocati fuerint, eo Chriſti anno monſtravi.

Ad

Digitized by Google

(*a*) *Num. aur. Lelii Paſquali. ni Rom.*

(*a*)



Deo autem Imperium acceptum tuliſſe, cælitus demiſſa corona voluit demonſtrari: & nonnili Crucis virtute inſurgentes cohibuiſſe tyrannos, ſignum Victoriæ Crucem dextera tenentis oſtendit. Maximo quidem damno Valentinianum orbatum fuiſſe matre, ejus poſteriora in deteriora prolapſa, & in interitum tandem adducta facile declararunt.

In muſivo opere ſuper arcum majorem baſilicæ S. Pauli memoria eſt Galliæ Placidiæ iſtis verſibus.

PLACIDIÆ PIA MENS OPERIS DECUS HOC *faciebat*.
SUADET PONTIFICIS STUDIO SPLENDERE LEONIS.

Porro ipſam quinto Kalendas Decembris diem obiiſſe, ſepultamque eſſe Ravennæ in eccleſia ſanctorum martyrum Nazarii & Celſi, adhucque extare monumentum ipſius fidem facit qui erudite ſcripſit res Ravennates Hieronymus Rubeus. Verum de Galla Placidia hactenus.

CLXVIII. Dioſcori execrandum ſcelus. Sed quid interea nefarius Dioſcorus, cum reverſus eſt Alexandriam? Perindo ac ſi ad hoc unum natus eſſet, ut mortales omnes peccando ſuperaret, & ſcelera perpetraret quæ nullus perditorum hactenus cogitaſſet colligens paucorum Epiſcoporum Concilium, (haud enim plures quod facinus exhorrerent, valuit impudens ſuæ impudentiæ atque dedecoris habere conſortes) auſus eſt in S. Leonem Romanum Pontificem excommunicationis ſententiam jaculare. Tali glorientur Novatores anteſignano, tantoque exultent auctore, qui primus a primario cui ſubjectus erat, Antiſtite, & a quo ducebat originem, & poteſtatem acceperat, rebellans, illo afflatus ſpiritu quem eructat infernus, ferre in eum ſententiam anathematis auſus eſt. Teſtatur id quidem Liberatus Diaconus (*b*): Sed ipſa Acta Concilil Chalcedonenſis hæc his verbis habent ex The odori libello (*c*): (*b*) *Liberat Diac. c. 12.*

CLXIX. (*c*) *Conc. Chalced. Act. 1.* *Hic autem ſanctiſſimus, magis autem circa omnia ferociſſimus* (Dioſcorus ſcilicet) *in conſuetudine habens leges prævaricari, nihil arbitrans quod ab ipſo in ſancta & ſacra memoria Flavianum commiſſum eſt, inſuper ad mala majora ſe vertit. Excommunicationem faciens contra ſanctiſſimum & beatiſſimum Apoſtolicæ ſedis magnæ Romæ Epiſcopum, ſuaſit ſubſcribere, qui cum ipſo de Ægypto exierunt, ſanctiſſimis Epiſcopis plus minus numero decem: neque enim plures auſi ſunt exire cum ipſo: propter ea, quæ ab ipſo in Epheſo contra leges peracta ſunt; aliquoties comminans, aliquoties volentes decipiens. Unde lacrymantes atque gementes nefandæ illi chartæ ſubſcripſerunt.* Hæc ipſe in libello Theodorus. Mirum dictu, longe majorem numerum Epiſcoporum, qui Epheſi in Concilio hæreſi Eutychianæ contra fidem Catholicam ſubſcriberent, invenit Dioſcorus, quam cum in Romanum Pontificem damnationis

PAGIUS XXIII. *Dioſcorus S. Leonem excommunicat.* Ad. num. CLXVIII. & ſeq. *Dioſcorus* ira ac vindicta impotens facinus intentatum aggreditur; *Sanctum Leonem* a communione Eccleſiæ abſcindit, re cum decem Epiſcopis, quos ſibi comites aſciverat, peracta. Verum id factum non poſt Pſeudo-Synodum Epheſinam, ut putavit Baronius, ſed anno CDLI. Nicææ ubi Concilium generale coactum fuerat, antequam Chalcedonem transferretur. Theodorus enim Diaconus Alexandrinus in ſuo libello contra Dioſcorum exhibito, & recitato Act. III. Concil. Chalced. loquens de geſtis a Dioſcoro, dum Nicææ Synodus haberetur, ait; *Oſtendam eum omnia, quæ dicta ſunt, perpetraſſe, nec non etiam contra geſtum in Metropoli Nicæa Concilium temerarium extitiſſe. Hic namque ſanctiſſimus magis autem circa omnia ferociſſimus in conſuetudine habens, legee prævaricari, nihil arbitrans, quod ab ipſo in ſancta & ſacra memoria Flavianum commiſſum eſt, inſuper ad mala majora ſe vertit. Excommunicationem namque faciens contra ſanctiſſimum & beatiſſimum Apoſtolicæ Sedis magnæ Romæ Epiſcopum ſuaſit ſubſcribere eis, qui cum ipſo de Ægypto exierunt, ſanctiſſimis* Epi-

nis ſententiam protulit: adeo enim omnes inauditum hactenus exhorruere facinus & ſunt execrati portentum, ut licet hæretici facti eſſent, & Catholicæ fidei adverſarii, veriti tamen ſint majeſtatem ſublimitatemque Apoſtolici throni. Sed audi Liberatum Diaconum (*a*): *Ægyptii, Thraces, & Palæſtini Epiſcopi* (præter quam in anathemate Leonis Papæ) *Dioſcorum ſequebantur; Orientales, Pontici, & Aſiani partes ſanctæ memoriæ Flaviani: quod ſchiſma permanſit uſque ad obitum Theodoſii Principis*. Hæc Liberatus.

(*a*) *Liberat. in Brev. c. 12.*

CLXX. Orientalium Epiſcoporum torpor.

Cæterum illi ipſi qui Dioſcorum ſectati fuerunt, ſed inviti, poſtea autem ab eo facta deteſtati ſunt; haud tamen tantæ erant animi conſtantiæ, ut licet ad ſuas ſedes reverſi eſſent, in ipſum facti pœnitentes inſurgerent; ſed jacturam ſedium timentes, mœrorem ſilentio devorabant. Proh dolor! eo ſtatu repoſita tunc erat Orientalis Eccleſia, ut non reperiretur qui ex adverſo conſurgeret contra nefandam impietatem, nec qui libere loquens, ſtaret (*b*) pro muro domui Iſrael, quæ ſua eſſent ſingulis quæritantibus, & non quæ Domini. Deplorat hæc quidem Theodoretus in epiſtola hoc eodem tempore ad Joannem Epiſcopum Germaniciæ ſcripta, qua cum fœda turpiſque facies Orientalis Eccleſiæ exprimatur, ad rerum geſtarum exactam ſcientiam hic eam deſcribere, operæpretium ducimus: ſic enim ſe habet (*c*):

(*b*) *Ezech. 13.*

(*c*) *Theod. epiſt. 125.*

CLXXI. Status miſerandus lapſorum Epiſcoporum.

Priores litteras cum primum accepi, reſcripſi: De rebus vero quæ in illis habentur, vel præſentibus, nihil boni ſperare licet. Vereor enim omnino de apoſtaſia & defectione. Dum enim illi qui lugent & dolent pro iis quæ (ut ajunt) Epheſi violenter geſta ſunt, aliqua pœnitentia non corriguntur: ſed potius perſiſtentes in iis quæ impie ipſi auſi ſunt, & ſuperædificant injuſtitiam ſimul & impietatem: & quod cæteri neque illis conſulunt, ut res ab illis audacter geſtas damnent, & tamquam malas abrenuncient & vituperent; neque vitant eorum commercium, tamquam perſeverantium in iniquitatibus: quid boni licet inde ſperare? Si enim laudarent quæ geſta ſunt tamquam bene & recte ſe habentia, merito perſiſterent in iis quæ ab ipſis laudarentur: Dum vero lugent (ut ajunt) & neceſſitate & vi ea feciſſe dicunt: quæ igitur de cauſa non reſiliunt & abrenunciant quæ impie & inique geſſerunt? ſed potius quæ præſentia ſunt, licet ſint brevi tempore duratura, rebus futuris præponuntur.

CLXXII.

Cur etiam aperte mentiuntur, & ajunt, nihil circa dogmata innovatum? Propter quas cædes & magicas artes ego ejectus ſum? Alius quænam adulteria perpetravit? Alius quæ ſepulcra effodit? Perſpicuum eſt etiam barbaris, quod propter dogmata me & alios ejecerunt. Dominum enim Domnum Antiochenum Epiſcopum, quaſi capitula non receperit (Cyrilli videlicet) *depoſuerunt optimi illi, omni laude digna ipſa vocantes, & perſiſtere in illis confitentes. Ego enim eorum depoſitiones legi. Me vero tamquam hæreſis principem damnaverunt, & alios ſimiliter eadem de cauſa ejecerunt.* Et inferius: *Non igitur ludant, atque impietatem occultent, quam linguis & manibus confirmarunt & aperte oſtenderunt. Si vero hæc non ita ſe habent dicant cædium cauſas, fateantur Salvatoris noſtri naturarum diſtinctionem & unionem ſine confuſione: dicunt quod etiam poſt unionem integra & divinitas & humanitas permanſit. Deus non irridetur, &c.* Multa enim habet de inſtabilitate eorum pro aura ſpirante ſeſe undequaque vertentium. Sic igitur infelices iſti perinde atque in dogmatibus nihil eſſet innovatum, quod in pſeudoſynodo Epheſina ab omnibus recepta eſſet Nicæna fides, gloriabantur Catholico nomine, cum tamen recentem Eutychetis hæreſim minime auderent condemnare. Cætera autem (ut quæque reddamus ſuis temporibus tempora) dicemus anno ſequenti.

CLXXIII. Marinæ obitus.

Hoc ipſo anno ſub eodem Conſulatu Protogenis & Aſterii defunctam eſſe Marinam Arcadii filiam, Theodoſii ſororem, habet Marcellinus in Chronico: verum mendoſe ibi legitur Marina uxor Theodoſii, dicenda ſoror: Eudocia enim uxor Theodoſii erat, eademque etiam poſt obitum ejus ſuperſtes. Porro Marina iſta laude digniſſima (utpote alumna S. Pulche-

PAGIUS *Epiſcopis plus minus numero decem (neque enim ampliores auſi ſunt exire cum ipſo, propterea quæ ab ipſo in Epheſo contra leges perpetrata ſunt) aliquoties comminans, aliquoties nolentes decipiens: unde lacrymantes atque gementes, nefanda illi charta ſubſcripſerunt.* Quare Liberatus cap. 12. cujus hæc verba Baronius recitat: *Ægyptii, Thraces, & Palæſtini Epiſcopi Dioſcorum ſequebantur. Orientales, Pontici, & Aſiani, ſancta memoria Flavianum. Quod ſchiſma permanſit uſque ad obitum Theodoſii Principis*, ad hanc excommunicationem non reſpicit; cum loquatur de re ante Theodoſii mortem geſta, & nonniſi eo mortuo *Dioſcorus* crimen illud admiſerit. Legati Sedis Apoſtolicæ in III. Act. Concil. Chalced. pag. 425. hujus facinoris Dioſcori his verbis meminerunt: *Sed quoniam ſecundis exceſſibus priorem iniquitatem valde tranſcendit (præſumſit enim & excommunicationem dictare adverſus ſanctiſſimum & beatiſſimum Archiepiſcopum magnæ Romæ Leonem) inſuper etiam multi libelli*, &c.

Judicia *Tyrium & Berytenſe* ad hunc annum CDXLIX. pertinent, ut anno ſuperiori num. IX. oſtenſum.

Digitized by Google

cheriæ majoris natu ſororis) in ſanctæ virginitatis profeſſione educata conſenuit, atque diem in eodem vitæ inſtituto clauſit extremum, admirante plane orbe terrarum, quod ipſa Regia fuerit converſa in monaſterium; de qua plane in Galliis S. Eucherius ſcribens ad Valerianum magna cum admiratione habuit mentionem, his verbis: *Nonnulli quoque ex recentioribus extiterunt, atque hac noſtra tempeſtate Principes, qui ad agnitionem veri Regis propius acceſſerunt, ſummumque illum Dominum dominorum ſumma cordis contritione confeſſi ſunt. Ad tantam divinæ majeſtatis reverentiam etiam uterque ſexus ex aula exhibuit.* Hæc S. Eucherius alludens ad Theodoſium ejuſque ſorores, ea ſcribens, cum nondum ille in deteriora prolapſus, egregium ſpecimen ſanctitatis edebat. At jam tantorum pertæſa malorum ad feliciora feſtinat oratio; diuque triſtium narratione detenta, fatigataque immenſarum Eccleſiæ cladium dictione, ad tranquilliora ſuſpirat.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 450.	LEONIS PAP. ANNUS 11.	THEODOSII 43. VALENTIN. 26. IMPP.

I. Annus benignitatis. QUinquageſimus poſt quadringenteſimum Domini illuxit annus, Jubilei numero conſecratus, fauſtus & felix: quo depulſis tandem tenebris, cælitus miſſa lux obteſtas caligine Orientales illuſtravit oras, & Occidentales mœrore ſquallentes exhilaravit. Etenim moritur Theodoſius Imperator, cujus favore impietas mirum in modum invaluerat; ac neci traditur malorum omnium Chryſaphius auctor, & inventor hæreſis Eutyches exulat, atque ad damnationem Dioſcori jam judicium præparatur. Ut plane Propheticum illud licuerit occinere canticum (a): Quo- (a) Iſai. 14.

VALENTINIANI III. 26.

MARCIANI I.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5943.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. CCCCLXXXVIII. A.C. 450.

☉ 11. A. ☽ 14. P. 26. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 450.

LEONIS PAPÆ 11.

[1] COSS. *Valentinianus Aug. VII. & Gennadius Avienus* [5] in Occidente creatus, de quo Sidonius lib. 1. Epiſt. IX. & Proſper in Chronico ſub Coſſ. anni CDLII. Valentinianus Imperii Auguſtei *quinta Quinquennalia* dedit, ut ejus Conſulatus oſtendit; & quidem *Romæ*, ubi eum hoc anno verſatum eſſe, anno ſuperiori vidimus. I. *Quinta Quinquennalia Valentiniani.*

A num.

NOTÆ [1] C*Oſſ. Valentinianus Aug.* VIII. *& Gennadius Avienus*. Forte typographi errore editum eſt apud Pagium *Aug.* VIII. pro *Aug.* VII. Vetus lapis apud Sirmondum ad Sidonii lib. I. epiſt. IX.

D E P. I D. N O V E M. D. N. P L.
V A L E N T I N I A N O A V G. V I I. E T
A V I E N O. V. C. C O S S.

Fleetewod pag. 402.

D N. P L. V A L E N T I N I A N O. V I I.
E T A V I E N O. V. C. C O S S.

Aringhius in Roma ſubter pag. 500. ex quo Reineſius pag. 936.

. . . . T A. D I E. X V I I. K A L. O C T.
D. N. S. V A L E N. E T. H A B I E N O

Lapis apud Fabrettum pag. 541. num. 83. 89. ex Reineſio.

ꞔ I. K A L. M A R T
. . . . . D O M I N I ꞔ N O S T R I V A L E N T I N I A N I
A U G. ꞔ I. E T A B I N I O. C O S.

Ibid. num. 390.

D N. F L. V A L E N T I N I A N O
V I I. E T A V I E N O. V. C. C O S S.

Donianæ Inſcriptiones Cl. XX. num. 44.

HIC POSITVS, EST. ANTIOCCHOS. CANDIDATVS
PREMECERI

Deſunt hic plures verſus

. . . . QVI VISIT ANVS P. M. L. . . . N. PACE ꞔ I. KAL. MART
I. . . DOMINI NOSTRI VALENTINIANI AVGG. ꞔ I. ET ABINIO COS.

Mendoſe hic lapis a librariis exſcriptus; nam idem ille videtur, qui apud Fabrettum pag. 541. num. 389. Edendum ergo erat, AVG. ꞔ I. quod idem eſt ac VII. In lapidibus *Avienus*, quandoque *Habienus*, & *Abinius* appellatur. ꞔ Valentinianus, *Placidii* quoque nomen prætulit, ut ex ejus nummis, & allatis lapidibus apparet. Victor Tunuenſis: *Valentiniano* VII. & *Attieno*, pro *Avieno*. Marcellinus . . . . . . & Avieno. Proſper editus: *Valentiniano* VIII. *& Avieno*. Proſper Vaticanus MS. *Valentiniano* VII. *& Avieno*. Recentiores nonnulli conſules hujus anni ita exhibent: *Fl. Placidius Valentinianus* VII. & *Gennadius Valerius Corvinus Avienus uterque in Occidente*.

[5] COnſules iſti ſic exhibentur in inſcriptione quadam veteri, quam ex Templo S. Pauli Romæ eruit P. Placidus Puccinelli, vulgavitque in appendice plenioris hiſtoriæ Ugonis Principis pag. 48. num. 90. *Hic quieſcit in pace Fl. Celerius U. D. Scbriniarius ital. Patricca Sedis dep. D. 4. Id. Novemb. qui vixit ann. p. m. 34. D. N. Fl. Valentiniano VII. & Avieno V. Conſ.* Vides hic Avienum quintum Conſulatum egiſſe? Sed forte legendum V. C.

Quomodo ceſſavit exactor, quievit tributum? Contrevit Dominus baculum Impiorum, virgam dominantium. Tot igitur donis, tantiſque muneribus divinitus impertitis circumagitur præſens annus, dicendus plane præ bonorum fecunditate Annus benignitatis; cui & aptari poteſt illud Davidicum (*a*): *Benedicet coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur ubertate*: Cum, evulſis zizaniis valles abundarunt frumento, & induti ſunt arietes ovium, lapſis nimirum Epiſcopis per pœnitentiam reſtitutis. Tam itaque felix annus aperitur Conſulibus Valentiniano ſeptimum cum Avieno collega, de quo pluribus meminit Sidonius ad Heronium (*b*). Sed quo ordine cuncta hæc a Deo ſint hoc anno dona conceſſa, jam aggredimur enarrare.

(*a*) *Pſ.64.*

(*b*) *Sidon. l.2. ep.9.*

II. Magna illa pietate inſignis Auguſta Pulcheria virgo (cui ſicut Neſtorii, ita & Eutychetis damnationem acceptam fert Summus Pontifex Leo) cum hactenus ob domeſticas quas vidimus ſimultates vitam agens pene monaſticam, procul a negotiis ſeſe in Hebdomo continuerit: mox inſtar Deboræ, ubi deeſſe vidit qui pugnarent prælia Domini, fide armata proceſſit, nec ceſſavit, quouſque religionem proſtratam erexit. Has quidem illi laudes tribuit ſanctus Leo, qui ubi ab eadem litteras accepiſſet, magna ſpe erectus ad ipſam hoc anno menſe Martii reſcripſit (*c*):

(*c*) *Leo ep. 31.*

III. Leo Papa ad Pulcheriam.

Gaudere me plurimum & exultare in Domino pietatis tuæ ſcripta fecere, quibus evidenter oſtenditur, quantum Catholicam diligas fidem, & quantum hæreticum deteſteris errorem. Hæreſis quippe eſt nimis impia, & Evangelio veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, ſed ipſa religionis conatur, fundamenta convellere, negans ſempiterni Patris Filium ſempiternum de utero beatæ Virginis matris veram carnem noſtræ ſumpſiſſe naturæ; & eos damnatione percellens, qui ab Evangelica & Apoſtolica fide nullo deduci errore potuerunt; illudque fruſtra prætendens, quod Nicænæ Synodi fidem teneat, cujus eum conſtat eſſe alienum, glorioſiſſima Auguſta. Unde quia non deſerit Eccleſiam ſuam divina protectio, dicente Domino (*d*): *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi: eodem quoque opere & tempore Spiritus Dei & clementiæ veſtræ ſollicitudinem, & curam noſtri cordis accendit, ut de remediis procurandis eadem utrique cuperemus. Quæ prius popoſci, nunc quoque inſtantius peto, majore utens fiducia deprecandi, poſteaquam præſidium venerandæ exhortationis accepi, ſperans ad futuram miſericordiam Dei, ut cooperante veſtra clementia, peſtiferi erroris poſſit morbus auferri: ut quicquid ipſo inſpirante atque auxiliante, potuerit ſalubriter fieri, cum veſtræ fidei laude peragatur: quoniam res humanæ aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad divinam confeſſionem pertinent & regia & ſacerdotalis defendat auctoritas. Data XVI. Kalendas Aprilis, Valentiniano Aug. VII. & Avieno viris CC. Coſſ. Æra quadringenteſima octogeſimaoctava.* Hæc ad ſanctam Pulcheriam Leo Papa.

(*d*) *Matt. 28.*

IV. Leo hortatur Archimandritas.

Eadem quoque die ad Archimandritas Conſtantinopoli agentes (ut fecerat prius) litteras dedit, quibus eos hortatur ſtrenue pro fide Catholica agere, ſuo exemplo, qui indefeſſo ſtudio id ipſum per litteras ſoleat ubique præſtare: & inter alia, hæc ad finem de ſua pervigili cura in protegenda fide Catholica (*e*): *Memor enim ſum, me ſub illius nomine Eccleſiæ præſidere, cujus a Domino Jeſu Chriſto eſt glorificata confeſſio, & cujus fides omnes quidem hæreſes deſtruit, ſed maxime impietatem præſentis erroris expugnat: & intelligo mihi aliud non licere, quam ut omnes conatus meos ei cauſæ, in qua univerſalis Eccleſiæ ſalus infeſtatur, impendam.* Hæc ipſe, qui quidem non litteris tantum adverſus profanam hæreſim egit, ſed verbis etiam

(*e*) *Leo ep. 32.*

PAGIUS

II. *Eudocia Aug. bis Hieroſolymam eſt profecta.*

A num. II. ad XV. Antequam de his, quæ hoc anno geſta, verba faciamus, ſecundæ peregrinationis Hieroſolymitanæ ab *Eudocia* Auguſta ſuſceptæ, annus inveſtigandus, tollenduſque vulgaris error de adminiſtratione Imperii per eandem Imperatricem Synodi prædatoriæ Epheſinæ tempore, in quem non ſolum Baronius; ſed & alii, qui poſt ipſum ſcripſere, ſaltem qui in manus meas venere, lapſi ſunt. Eudocia bis Hieroſolymam profecta eſt, & non amplius, ut liquet ex Hiſtoricis Byzantinis: *Fama eſt bis Eudociam Hieroſolyma perrexiſſe, ubi plurima ad honorem Chriſti peregit*, inquit Nicephorus lib. 14. cap. 50. Fallitur tamen Valeſius in Notis ad Evagrium lib. 1. cap. 21. ubi poſtquam Evagrius cap. ſuperiori aſſecuit, *Eudociam* ad Sanctam civitatem pergentem veniſſe Antiochiam, ait: *Ex hac igitur urbe Eudocia bis venit Hieroſolymam*, ea urbe Conſtantinopolitana, inquit Valeſius; cum tamen Evagrius de urbe Antiochena loquatur, per quam tranſiit *Eudocia*, dum Hieroſolymam proficiſceretur, ut ipſa Evagrii lectio manifeſte indicat. Priorem Hieroſolymitanam profectionem accidiſſe anno CDXXXVIII. recte eo anno obſervavit Baronius, & inter omnes convenit. Verum quo anno ſecunda inita fuerit, Hiſtoricis Byzantinis inter ſe diſſentientibus, difficile eſt definire.

III. *Eudocia ante Theodoſii mortem ſecundam profectionem Hieroſolymitanam ſuſcepit.*

Baronius num. XV. Eudociam poſt mariti mortem Hieroſolymam perrexiſſe exiſtimavit; ſed opinionem illam plane evertit Priſcus, qui hoc tempore vivebat, in excerpt. de Legat. pag. 69. ubi ait: *Conſtantius una cum Attila Legatis ad Theodoſium venerat, & ſe operam daturum, ut pax longo tempore inter Romanos & Hunnos ſervaretur, dixerat, modo ſibi uxorem locupletem matrimonio copularet. Huic petitioni Imperator* annue-

eamdem crebrius pro concione inſectatus eſt, in eam accerrime ſemper invectus, ut ejus qui extant ſermones ſignificant.

V. Theodoſius ad Leonem. Quid vero inter hæc Theodoſius Imperator? Etſi infelix ab Eutychete atque Dioſcoro deceptus, & in tranſverſum actus ratam habuit Flaviani damnationem: haud tamen eo impietatis profundi demerſus eſt, at auctoritatem Romanæ Eccleſiæ contemnendam prorſus exiſtimarit: immo eamdem ſedium omnium caput intelligens, non prius Anatolium a Dioſcoro in locum Flaviani ſuffectum recipiendum putavit, quam id ipſius Romanæ ſedis Pontificis probaret aſſenſus, deque his litteras daret ad ſanctum Leonem, exploraturus ejus voluntatem, & auxilium imploraturus. Non extat illa quidem Theodoſii ad Leonem epiſtola; ſed quam ad eam reddidit S. Leo, omnia illa, exacte demonſtrat. Eſt vero Leonis ad Theodoſium epiſtolæ hoc exordium (a):

(a) Leo ep. 33.

VI. Quomodo recipiendus Anatolius. *Omnibus quidem veſtræ pietatis epiſtolis, inter nos ſolicitudines quas pro fide patimur, ſpem nobis ſecuritatis maximam præſtitiſtis, Nicænum commendando Concilium: adeo ut ab illo (ſicut ſæpe jam ſcribitis) non patiamini ſacerdotes Domini deviare, &c.* Subdit vero, non recepturum ſe fore Anatolii communionem, neque electionem probaturum, niſi prius conſtaret de ejus fide Catholica: Qua in his quæ ad Verbi incarnationis rectam doctrinam pertinent, explorata, probeque cognita tum ex S. Cyrilli de Incarnatione Verbi ſcriptis voluminibus, tum ex epiſtola a ſe ſcripta ad Flavianum, examinata, cognita, probata, publicaque ſubſcriptione munita, & clero ac populo declarata; tunc fore, ut bono pacis in Apoſtolicæ ſedis communionem recipiatur, & ſedere ſinatur. Quid inſuper præter hæc ab eo impendendum exigat, idem, ſanctus Leo in eadem ad Theodoſium epiſtola declarat his verbis:

VII. Quæ Leo Papa Anatolio præſcribat. *Quia vero & nos & beati Patres noſtri, quorum doctrinam veneramur & ſequimur, in unius fidei concordia ſumus, ſicut provinciarum omnium proteſtantur Antiſtites: agat clementia veſtra devotiſſima fides, ut quamprimum ad nos Conſtantinopolitani Epiſcopi, qualia debent, probati & Catholici ſacerdotis ſcripta perveniant, aperte ſcilicet & dilucide proteſtantia, quod ſi quis de incarnatione Verbi Dei aliud aliquid credat, aut aſſerat, quam Catholicorum omnium & mea profeſſio proteſtatur, hunc a ſua communione ſecernat: ut ei fraternam in Chriſto charitatem merito poſſimus impendere.* Hæc ſanctus Leo ab Anatolio exigit, quibus plane in Dioſcorum, Eutychetem, & omnes ejus ſectarios connexum eſſe voluit anathema. At quoniam non unius Anatolii tantummodo exploranda fides erat; ſed quod plurima eſſet lapſorum multitudo, ab eodem Pontifice aperta jam via omnibus lapſis Epiſcopis ab errore reſipiſcendi, & ad fidem Catholicam revertendi; viſum eſt eidem ſancto Leoni Romano Pontifici Petri agenti perſonam, cui a Domino juſſum eſt confirmare fratres, Legatos a Latere mittere Conſtantinopolim, qui lapſos redire volentes ad Eccleſiam, a qua, impie cogente Dioſcoro, vel fallente Eutychete, turpiter defeciſſent, probarent: de qua quidem legatione hæc idem habet in eadem epiſtola ad Theodoſium:

VIII. Quatuor legati a latere miſſi a S. Leone. *Ut autem ſalubribus curis velocior, pleniorque, auxiliante Domino, per veſtræ clementiæ fidem præſtetur effectus; ad pietatem veſtram fratres & Coepiſcopos meos Abundium & Aſterium, ſed & Baſilium & Senatorem presbyteros, quorum mihi devotio eſt probata, direxi: per quos, quæ noſtræ forma ſit fidei, manifeſtatis inſtructionibus, quas miſimus, poſſitis dignanter agnoſcere. Ut ſi Conſtantinopolitanus Antiſtes in eamdem confeſſionem toto corde conſentit: ſecuri (ut di-*

PAGIUS *annuerat, & Saturnilli filiam, viri & opibus, & genere clari & ornati, ſe illi nuptui daturum promiſerat. Saturnillum autem occidit Athenais ſeu Eudocia, utroque enim nomine vocabatur (neque Imperatori ad exitum perducere, quod promiſerat, per Zenonem virum Conſularem licuit.* Marcellinus autem in Chronico ad Conſulatum Theodoſii Aug. XVIII. & Albini anno CDXLIV. geſtum, ſcribit. *Severum Presbyterum & Joannem Diaconum Eudocia Regina apud Æliam urbem miniſtrantes miſſus ab Imp. Theodoſio Saturninus Comes Domeſticorum occidit. Eudocia neſcio quo excita dolore, Saturninum protinus obtruncavit: Statimque mariti Imp. nutu regiis ſpoliata miniſtris apud Æliam civitatem moritura remanſit.* Hæc Marcellinus, licet anno non ſuo. Idem habent Theophanes ad an. Incarnat. ſecundum Alex. CDXLII. & Cedrenus pag. 343. Ex laudatis itaque Priſci & Marcellini verbis conſtat, *Eudociam*, Theodoſio marito adhuc vivente, Hieroſolymis fuiſſe, & Saturninum, quem Saturnillum Priſcus appellat, necari juſſiſſe. Theophanes citatus eam hoc vel ſuperiori anno a Theodoſio Hieroſolymam amandatam his verbis tradit: *Hoc anno res proprias accuratius perpendens Theodoſius, & ſe Chryſaphii fraudibus circumventum agnoſcens, de impiis in Flavianum perpetratis ſceleribus admiſſis in reliquos Epiſcopos injuriis ſummum animi concepit dolorem. In iram itaque prorumpens, primo Chryſaphium in quandam inſulam ablegat, tum Eudociam graviter objurgatam, malorum omnium auctricem eam dicens, qua Pulcheriam aula ejeciſſet, durius invehitur, & ea inſuper, qua circa Paulinum acciderant, cum probris objicit. Illa deſperatis in rebus Hieroſolymam ſe dimitti rogat, &c. Tum demum beatam Pulcheriam multis precibus ſollicitatam reduxit in aulam: qua extemplo mandavit Epheſum, qui Sancti Flaviani corpus aſportarent, &c.* Idem habent Nicepho-

dignum eſt) de Eccleſiæ pace lætemur, neque aliquid reſidere videatur ambiguum, ut de ſuperfluis forſitan ſuſpicionibus laboremus: Si vero aliqui a paritate noſtræ fidei atque Patrum auctoritate diſſentiunt, Concilium univerſale intra Italiam (ſicut Synodus, quæ ob hanc cauſam Romæ convenerat, mecum petit) clementia veſtra concedat: ut in unum convenientibus omnibus his qui aut ignorantia, aut timore prolapſi ſunt, correctionis remediis conſulatur: nec cuiquam ultra ſit liberum, ita Nicenæ fidei facere mentionem, ut ejus fidei inveniatur eſſe contrarius. Hæc idcirco S. Leo, quod (ut dictum eſt) ſub profeſſionis Nicænæ prætextu, quam probaſſent Eutychiani in pſeudoconcilio Epheſino, hæreſis quæ damnanda erat occultaretur: ut inter alios ipſe Theodoſius ſibi de fide Catholica blandiretur, qui eo prætextu Concilium illud abominandum probaret, quod fidei Nicænæ in eo fuiſſet profeſſio conclamata. Hæc quidem Leo ad Theodoſium decimoſeptimo Kalendas Auguſtas.

IX. Romana Eccleſia Orientali ſubvenire ſolita.

Vetuſta fuit Romanæ ſedis conſuetudo, ut collapſæ Orientali Eccleſiæ, qui eam erigerent, Roma legatos mitteret: ita namque factum eſſe poſt Conſtantii obitum, quæ dicta ſunt ſuperius ex Gregorio Nazianzeno atque Baſilio, ſatis docent: id ipſum ab eodem præſtitum ſub Valente, plures ipſius ſancti Baſilii epiſtolæ clamant. Id denique modo tentatur more majorum ab ipſo Leone Pontifice, qui ſequenti die eodem argumento ad Archimandritas (a) litteras dedit, quibus declarat ſe legatos mittere non unius tantum Anatolii reſtitutionis cauſa, ſed lapſorum omnium, nempe ut per eos probarentur, qui lapſi in errorem vellent recipi in Eccleſiam.

(a) *Leo ep.* 34.

X.

Diebus vero tribus interlapſis, ipſo decimotertio Kalendas Auguſtas idem ſanctus Leo ad Pulcheriam (*b*) Auguſtam ea quoque de cauſa litteras dedit: cui & legatos commendans, laudat magnopere ejus in reſtituenda Eccleſiæ pace ſtudium, adeo ut ei tribuat totum quod ageretur in Eccleſia Catholica depreſſa nimium ſublevanda; ipſo enim epiſtolæ exordio hæc præfatur: *Gaudeo fidei clementiæ veſtræ, quod religioſum ſtudium digLanter impenditis, ut pax Eccleſiaſtica renovetur, quæ quorumdam diſſenſionibus videbatur eſſe turbata. Debetur enim hoc veſtræ ſpecialiter gloriæ, ut ablatis omnibus ſcandalis, quæ contra Catholicam fidem inimicus excogitarat, una eademque ſit per totum mundum confeſſio veritatis.* Hæc ſanctus Leo de ſancta Pulcheria: cujus conſilio donec Theodoſius ſe ipſum & Imperium moderatus eſt, nihil felicius ipſi potuit accidere & glorioſius: adeo ut licet olim puerulus, magno tamen ſplendore refulſerit: nam ſumma pace atque concordia omnibus bene diſpoſitis, feliciſſime illi cuncta ceſſere, perſtitereque, majoreque ſunt augumento propagata, quod ejuſdem arbitrio, quæ divini Spiritus inſtinctu in omnibus regebatur, cuncta omnino commiſerit.

(*b*) *Leo ep.* 35. Pulcheria reconciliatrix pacis Eccleſiæ.

XI. Theodoſii varia conditio.

Certe quidem in ipſius Imperii regimine eximio ſemper refulgens religionis exemplo Theodoſius ex inſtitutione Pulcheriæ, & vitæ moribus integerrimis pollens, ſuperiores omnes Chriſtianos Principes videri poterat ſuperaſſe: cum vero uxoris & eunuchorum conſiliis ſeſe ab eadem ſancta Pulcheria ablegavit, quaſi optimi regiminis ruptis habenis, in præceps actus, deteriora cæteris Principibus perpetravit: cum ſavens privatis affectibus, ſummum Catholicæ fidei intulit detrimentum

PAGIUS

phorus lib. 14. cap. 49. & Cedrenus ad annum XLII. Theodoſii.

IIV. *Eudocia an.* CCCCXLVIII. *ſecundo Hieroſolymam profecta.*

Verum non dubito, quin uterque, ſaltem quoad annum *Pulcheriæ* in aulam revocatæ, hallucinatus fuerit. Baronius, qui Theophanem non viderat, aun. XIV. recte obſervat. *Pulcheriam* poſt mortem Theodoſii fratris, præcepto conjugis Marciani imperantis, Sancti *Flaviani* reliquias Conſtantinopolim revocaſſe, quod colligit ex Epiſtola Pulcheriæ ad S. Leonem, & ex hujus Epiſtola ad Pulcheriam Auguſtam, quæ alias erat XXXIX. nunc LIX. dataque eſt *Idibus Aprilis Adelphio V.* C. *Coſ.* præterea S. *Flaviani* Reliquiæ Epheſi non erant, ideoque nec inde Conſtantinopolim tranſlatæ ſuat. Cum itaque *Eudocia* die Epiphaniorum anni quadringenteſimi quadrageſimi octavi e Theodoſii gratia exciderit, iſque ſtatim *Paulinum* Magiſtrum officiorum occidi mandarit, ut anno CDXLVI. oſtendimus, *Eudocia* non multo poſt Hieroſolymam proficiſci juſſa, & *Pulcheria* in aulam revocata, non poſt quartum ſeceſſionis ex ea annum, ut ibidem Baronius habet, ſed tantum poſt aliquot menſes, quam in offenſionem *Theodoſii* fratris incurrerat. Nam ſanctus *Proclus* Epiſc. Conſtantinopolitanus mortuus eſt anno CDXLVII. die XXIV. menſis Octobris, cui poſtquam *Flavianus* ſucceſſit, *Pulcheria* ex aula abire coacta: Hanc ſub finem anni Chriſti inſequentis CDXLIX. expulſa ab Imperatore Eudocia, in aulam rediiſſe, & iterum rerum adminiſtrationem ſuſcepiſſe, demonſtrant Epiſtolæ S. Leonis ad eam directæ, aliæque, quæ inter Epiſtolas Leoninas leguntur, quæ tamen datæ non ſunt ante annum CDXLIX. Eo enim anno *Idibus Junii*, Leo ad Pulcheriam ſcripſit Epiſtolam XXVII. alias XIII. in qua ejus zelum adverſus Eutychen ſolicitat: *Quantum*, inquit, *præſidii Dominus Eccleſiæ ſuæ in veſtra clementia præpararit, multis ſæpe probavimus documentis. Et quidquid noſtris temporibus contra impugnatores Catholicæ veritatis induſtria Sacerdotalis obtinuit, ad veſtram maxime gloriam redundavit.* Quod ſi *Pulcheria* tunc in Hebdomo, exilii ſui loco, gemuiſſet, S. Leo ejus auxilium contra Eutychen non imploraſſet, neque hæc contra impugnatores Catholicæ veritatis zelum ſuum oſtendere potuiſſet. Confirmantur hæc omnia ex Priſco citato, qui affirmat, *Eudociam* Hieroſolymis fuiſſe, quando Zeno Conſularis erat

Digitized by Google

tum, & immenſa clade Eccleſiam Orientalem affecit: cujus rei gratia in ſe ipſum primo e patientis Dei manu diræ ultionis fulmen extorſit. Ut plane ad ejus exemplum, illud ſit ſæpe Davidicum repetendum: *Et nunc Reges intelligite, & erudimini qui judicatis terram: ſervite Domino in timore.* Et enim non homo laceſſitur, ſed ipſe Deus ultionum, qui aufert ſpiritum Principum, & qui eſt terribilis ſuper omnes Reges terræ. Cæterum, quod miſerationes Domini ſuper omnia opera ejus, non ſtatim in Theodoſium iræ ſuæ ſagittas emiſit, in quibus paravit vaſa mortis, ne ſimul cum corpore & anima æternæ ſalutis diſpendium pateretur; ſed pœnitentiæ tempus indulſit, illuxitque fulgore gratiæ ſuæ, ut ſanctæ ſororis conſiliis acquieſceret, & remedia ab illa miniſtrata perciperet.

XII. Feruntur quidem multa & admiratione digna in expiationem admiſſi ſceleris hoc anno ab ipſo Theodoſio præſtita, quæ

(a) Nicep. l.14. c.49. De pœnitentia Theodoſii Imp.

Nicephorus ita deſcribit (a). *Deinde vero Theodoſius, ubi re ſecum perpenſa, ſe Chryſaphii aſtutia deceptum eſſe comperit: perquam graviter & impietatem in Flavianum perpetratam, & aliis Epiſcopis nefarie illatam contumeliam & condemnationem tulit. Et cum dolori ſuo mederi non poſſet, in Chryſaphium legitimum juſtumque effudit furorem. Itaque illum primum dignitate, mox etiam ſubſtantia omni ſpoliatum, in inſulam quamdam relegavit. Cujus judicium quod cæleſtis quoque calculus comprobaret, in mari navigantem aſſecutus eſt.* Hæc ipſe, in mare merſum ſignificans. Sed diverſo Marcellinus in Chronico, ubi ſub hujus anni Conſulibus ita habet de Chryſaphio auctore malorum

De vindicta in Chryſaphium.

omnium: *Chryſaphius eunuchus, Pulcheriæ Theodoſii ſororis nutu, ſua cum avaritia interemptus eſt.* Sed quomodo ejus nutu, audi Cedrenum: *Pulcheria autem injuſtiſſimum iſtum eunuchum Chryſaphium Jordani tradidit Joannis filio, quem ille dolo necaverat: atque Jordanes vicem rependit.* Hæc ipſe. Ita plane qui inimicitias exercuit cum Flaviano, & in eis tum Theodoſium tum Eudociam Auguſtam implicuit, atque illi nocendi cauſa hæreſiarcham in eum excitavit, & Dioſcorum ad omne ſcelus impulit, meritas pœnas exolvit. Sed pergit Nicephorus dicere de pœnitentia Theodoſii Imperatoris:

Poſtea conjugem quoque Eudociam per acrem objurgationem male admodum accepit: quippe quæ malorum invaleſcentium cauſa fuiſſet: Ad hæc injurium quoque germanæ ſuæ Pulcheriæ, quæ ejus cauſa Imperiali aula ejecta eſſe ſuctam adjecit; atque ſuſuper illam de Paulino ſuſpicionem & contentionis ovem (b): vehementer eam perſtringens, in medium protulit. Illa conſilii dubia, cum in magnum eſſet conjecta metum, ut ſibi Hieroſolymam petere liceret, petiit: ad quam profectionem ſe, voto nuncupato, Deo obligaverat, ſi in matrimonium collocatum filiam vidiſſet. Imperator confeſtim in Septimum eam miſit: ſororem Pulcheriam ſeptimum jam ibi annum agentem revocavit, quæ magno cum apparatu & comitatu in aulam rediit. Epheſum certis hominibus miſſis, ſacrum Flaviani corpus inde in urbem imperantem tranſtulit; atque id per mediam civitatem cum obſervantia & pompa celebri illatum, intra adyta ſanctorum diſcipulorum Chriſti templi ſplendide & religioſe repoſuit. XIII. Eudocia objurgatur a Theodoſio. *(b) Vide de hac ove Niceph. l.14. c.23.*

At nec in his quidem fides vera Nicephori: etenim id peractum eſſe ab ejus ſucceſſore Marciano Auguſto, ex epiſtola S. Pulcheriæ (c) ad S. Leonem Papam habetur expreſſum, ut dubitationi nullus ſit penitus locus: Neque Epheſi mortuus eſt Flavianus, ut inde transferendum peteretur corpus ipſius [illegible]. Sed in eo manifeſtis erroris redarguendus eſt Nicepho- XIV. *(c) Extat to.2. Conc. ante Conc. Chal.* Nicephor. error.

PAGIUS erat, id eſt, tranſacto anno CDXLVIII. quo is Conſulatum geſſit.

V. *Dum S. Flavianus vexabatur, Eudocia Hieroſolymis erat.*

Præterea S. Leo *Idibus Octobris* ejuſdem anni Epiſtolam dedit ad Pulcheriam XLI. alias XXVI. & cum ea miſit exemplar Epiſtolæ alias a ſe ad eam ſcriptæ ante Synodum Epheſinam; miſit & exemplar Epiſtolæ ad Theodoſium a ſe datæ, Concilium ejus opera intra Italiam haberi petiit, ipſique Legationem Apoſtolicam apud Theodoſium commiſit. Eodem Chriſti anno *Galla Placidia* Valentiniani Imp. Occidentis mater ſcripſit ad Pulcheriam eamque rogavit, ut quæ in Concilio Epheſino geſta fuerant, removeri curaret. Eodem tempore ſcripſit *Placidia* ad Theodoſium Imp. & *Licinia Eudocia*, uxor Valentiniani, & filia Eudociæ Auguſtæ, ad Pulcheriam literas dedere, eique *Flaviani* cauſam commendarunt. Denique hoc anno Leo *XIII. Kalendas Aug.* dedit ad Pulcheriam Epiſtolam LIV. alias XXXV. eique ſignificavit. Legatos ſe in Orientem miſſos eſſe pro Concilii generalis celebratione. Et tamen nullæ neque Placidiæ, neque Liciniæ Eudoxiæ, neque Leonis ad Eudociam Auguſtam literæ reperiuntur miſſæ. Quod ſi hæc ſummam rerum adminiſtraſſet, præfatæ literæ, non ad *Pulcheriam* Theodoſio tunc inviſam, ſed ad illam directæ fuiſſent. Quare *Eudocia* tunc Hieroſolymis verſabatur, & immerito Nicephorus lib. 14. cap. 47. ſcribit *Chryſaphium & Eudociam* Auguſtam permoviſſe Theodoſium, ut alteram Epheſi Synodum, cui Dioſcorus præeſſet, celebrari juberet. Hoc enim quoad Eudociam prorſus a veritate alienum, quemadmodum & eam aliquam partem fuiſſe rerum in favorem Eutychetis, & Dioſcori, hoc & annis duobus ſuperioribus geſtarum.

VI. *Nicephorus de multis ad Eudociam pertinentibus parum edoctus.*

Profecto Nicephorus ſe parum de his edoctum fuiſſe oſtendit; loco enim citato poſtquam de Chryſaphii interitu locutus eſt, ait: *Poſtea conjugem quoque Eudociam per acrem objurgationem male admodum accepit; quippe quæ malorum invaleſcentium cauſa fuiſſet. Ad hæc injuriam quoque germanæ ſuæ Pulcheriæ, quæ ejus opera Imperiali aula ejecta eſſet, factam adjecit. Atque* inſu-

Digitized by Google

phorus, dum ait ſeptem annos Pulcheriam in ſeptimo vitam privatam duxiſſe, cum ejus ibi manſionis vix annos quatuor numerari contingat, cum eo profecta ſit non ante, quam poſt obitum Procli in ejus locum Flavianus eſt ſubrogatus Conſtantinopolitanus Epiſcopus. Porro ſediſſe Proclum uſque ad annum quadringenteſimum quadrageſimumſextum, quo famoſiſſimus ille evenit terræmotus, quod omnium teſtificatione probatur dubitari & in controverſiam adduci non poteſt ☞. Pergit vero Nicephorus: *Poſtea judæorum ſynagoga in fabrorum foro in templi formam redacta, pulchritudine ſimul & amplitudine exornata, inſignem Dei Genitrici ædem ſacram conſtruxit: ubi minoribus aliis adjectis ædificiis, venerandam & ſacram Dei Matris in ipſo ſanctioris menſæ tumulo zonam repoſuit; & ex eo tempore ea Dei Genitricis ædes Sacri tumuli nomen eſt conſecuta.* Hactenus

(a) Nicep. l.14.c.38. ibi Nicephorus, qui & inferius hæc de Theodoſii morte addit (a):

XV. *Et cum obitus ejus appropinquaret, Epheſum venit, S. Joannem illum virginem & Evangeliſtam honoraturus: templumque illius ingreſſus, orationi ſeſe dedidit: in qua etiam, quis ei in Imperio Romano ſucceſſurus eſſet, edocere ſe a Deo petiit. Quod ubi per viſionem ei Deus oſtendit, Conſtantinopolim rediit. Nec ita multo poſt, exercitu ex bello adverſus Attilam geſto reverſo, urbe egreſſus eſt, ut equitatione & venatione ſe recrearet. Atque inter equitandum equo delapſus, ſpinæ vertebram luxavit. Quapropter lecti-*

Cauſa obitus Theodoſii. *ca in urbem relatus eſt. Atque ubi ſe moriturum eſſe ſenſit, cum Pulcheria ſorore, ſecreto ad ſe evocata, de Marciano Tribunitio locutus eſt, Deo gratum placitumque eſſe dicens, ut ille poſt ſe Romanam adminiſtraret ditionem. Et ille quidem cum hæc dixiſſet, mortuus eſt.* Hucuſque auctor: licet Zonaras diverſam tradat de ejus obitu eſſe aliorum ſententiam, quod alii dicant morbo periiſſe, alii lapſum ab equo: cui ſententiæ Cedrenus viſus eſt aſſentire, ſicut aliis de peregrinatione Epheſum facta, & prædictione ſucceſſoris Imperatoris. Theodorus Lector in Collectaneis agens de obitu Theodoſii, novam affert cauſam his verbis: *Theodoſius Junior ad venationem egreſſus, & in fluvium Albim abreptus, ſequenti nocte mortuus eſt, & in ſepulcro Arcadii patris ipſius ſepultus. Et Eudocia Imperatrix Hieroſolymam profecta, non eſt amplius reverſa.* Hæc Theodorus.

Quod autem ad rationem temporis ſpectat, contigit Theodoſii obitus quarto Kal. Auguſti, anno ejus Imperii ab exitu parentis Arcadii quadrageſimotertio per tres menſes inchoato, ætatis ſuæ undequinquageſimo. Qui quidem attemperatam miſericordia Dei vindictam expertus eſt, quod datum illi ſit ante obitum, admiſſum facinus intelligere, remedia quærere in auctorem ulciſci, Romano Pontifici obedire, eidemque communicare, ut datæ mutuo litteræ docent. Tanta hæc, haud dubium, precibus ſanctæ ſororis obtinuit, ne præteritæ optime functæ vitæ bona opera interirent. Sed & miſericordiæ quoque divinæ fuit, ut immanis perpetrati ſceleris in hac vita potius daret pœnas, quam in futura; cum non judicet Deus bis in id ipſum: nam ſic, ex ſententia Apoſtoli (b), electi in hoc mundo corripiuntur a Deo, ut non cum hoc mundo damnentur. XVI. (b) 1.Cor. 11.

XVII. Marcianus Imperator. Defuncto autem Theodoſio Imperatore, voluntate ſanctæ Pulcheriæ, ex Senatuſconſulto delatum eſt Imperium Marciano. Quod enim nullum exemplum præceſſerat, ut Auguſta ſola habenas mode-

PAGIUS *inſuper illam de Paulino ſuſpicionem, & contentionis pomum, vehementer eam perſtringens, in medium protulit. Illa conſilii dubia, cum in magnum eſſet conjecta metum, ut ſibi Hieroſolyma petere liceret, petiit. Imperator confeſtim Septimum miſit & ſororem Pulcheriam ſeptimum jam ibi annum agentem revocavit.* Quomodo enim annos VII. Pulcheria in Hebdomo ſeu Septimo commorari potuit, quæ juxta eundem Nicephorum lib. 14. cap. 47. illuc miſſa fuerat, poſtquam *Flavianus* Epiſc. Conſtantinopolitanus ordinatus eſt, ſub finem nempe anni CDXLVII. & Theodoſius currenti anno naturæ debitum ſolverit? Nec dici poteſt, errorem in numeros irrepſiſſe; cum cap. 50. ſcribat *Eudociam* ſolam abſque Pulcheria *Imperium annis ſeptem adminiſtraſſe*. Theophanes, & Cedrenus in hac narratione Nicephoro conſentiunt, niſi quod annos adminiſtrationis Eudociæ non numerarunt. Illos tamen in facto hoc referendo erraſſe, ex dictis intelligitur. Neque etiam veriſimile eſt, quod ambo ſcribunt, Imperatorem rerum ſummam *Eudociæ* reliquiſſe, poſtquam hæc pomum ſibi ab eo miſſum Paulino dedit, & Imperator hunc morti tradidit. Quare recte Zonaras in Theodoſio Juniore, & Auctor Chronici Alex. ad annum CDXLIV. produnt, *Eudociam* poſt pomum Paulino miſſum Hieroſolymam profectam eſſe. Sed perperam Zonaras addit, *inde reverſa, poſt mariti obitum eodem rediit*. Si enim hoc eſſet, non bis, ſed tertium Eudocia Hieroſolymam petiiſſet. Porro Baronius, qui num. XIV. citata Nicephori verba refert, verſione depravata uſus eſt, loco enim horum verborum, *contentionis pomum*, ſeu malum, habet, *contentionis ovem*, quod vox Græca τὸ μῆλον non minus *ovem*, quam *malum* ſignificet. Præterea loco horum verborum, *Imperator confeſtim in Septimum miſit*, aliquem ſc. qui Pulcheriam in aulam Imperialem revocaret, verſio quam Baronius ſecutus eſt, habet: *Imperator confeſtim in Septimum eam miſit*, ſc. Eudociam, quod nec in Græco legitur, nec cum veritate conſentaneum eſt.

VII. Chryſaphius occiditur. Theophanes citatus ait, *Theodoſium*, Chryſaphium in quandam inſulam relegaſſe, & poſt Theodoſii mortem Pulcheriæ juſſu eum occiſum eſſe. Illum etiam poſt Theodoſii obitum peremptum, Marcellinus & Proſper in Chronicis ſub hujus anni Coſſ. ſcribunt.

VIII. A num. XV. ad XXXV. Theodoſius Imp. hoc

deraretur Imperii, & ipſa Deo (ut dictum eſt) virginitatem voviſſet, jamque ætate grandior eſſet, utpote quæ ageret annos quinquaginta & unum, nata ſub Conſulatu Theodori & Eutropii: ſalubre illud conſilium iniit, ut conjugii titulo viſum eveheret in Imperium ætate maturum, conſilio gravem, continentia probatum, atque militari virtute ubique ſpectatum: ſicque optimo Imperii regimini opportune conſuleret, ut tamen devotæ Deo virginitatis integritati eſſet omnino proſpectum: haud immemor, facti hujus digniſſimum in divinis Scripturis exemplum haberi litteris commendatum, cum ſanctiſſima Virgo Deipara ita fuit matrimonii legibus juncta conjugi, ut numquam deſierit eſſe virgo. Hoc igitur tam nobile exemplum ſacere edocuit, quod neceſſitas exegit temporis, & virtus hominis perſuaſit. Quiſnam autem iſte fuerit Marcianus, audiamus Evagrium (a):

(a) Evagr. l. 2. c. 1.

XVIII. Primordia Marciani. *Thrax* (inquit) *erat genere, filius viri cujuſdam exercentis militarem: qui propterea quod ſtudia paternæ vitæ æmulandæ ducebatur ad Philippopolim recta ſe contulit, inque ea civitate adſcriptus eſt in militum numerum. Forte fortuna ei illuc proficiſcenti, inter vias corpus recens occiſum, humique projectum viſum eſt. Cui aſtans (erat enim tum in aliis vitæ officiis facile præſtantiſſimus, tum propenſiſſimus ad miſericordiam) factum admodum miſeratus eſt; & diu ibi propterea commoratus, quod fratri juſta ſolvere cupiebat. Verum ubi quidam iſta viderant, rem deferunt ad magiſtratus Philippopolis, illi prehendunt Marcianum, quæſtionem de cæde facta in eum exercent: ac cum conjecturis ac ſignis plus tribueretur, quam aut veritati, aut verbis Marciani cædem pernegantis: cumque Marcianus jam pœnas homicidæ eſſet perſoluturus: ex improviſo, divina largiente gratia deprehenſus eſt ille ipſe, qui cædem feciſſet: quo præ facinore capite mulctato, Marcianus capitis periculo liberatur.*

XIX. Militiæ dans nomen ſubrogatur Auguſto. *Quocirca mirandum in modum ereptus diſcrimine, ad quandam militum turbam ibi commorantium venit, cupiens in eorum numerum nomen dare. Illi admirati hominem, & præpotentem fore certis conjecturis augurati, libentiſſime eum admittunt, inque ſuum Album referunt; neque ponunt infimo in loco, ſicut lex poſtulabat militaris; ſed ad quemdam honoris gradum, quem vir nuper mortuus cui nomen erat Auguſtus, obtinuerat, Marcianum, qui item Auguſtus appellabatur, efferunt, inque Album ſcribunt, ſicut nomen quo donantur Imperatores noſtri una cum purpura (vocantur enim Auguſti) priuſquam potiretur Imperio obtinuit.* Subdit de prodigio quod in Africa contigit ſub Genſerico, de quo nos ſuo loco ſuperius egimus. Vitam vero ipſius a Patriſco hujus temporis præclaro rhetore litteris commendatam fuiſſe, idem Evagrius tradit: non extat illa quidem. At nos ea recenſere contenti erimus, quæ ad Eccleſiaſticam tractationem ſpectare videntur: atque illud in primis, quod ſimulac in Imperium elatus eſt, nihil antiquius habuit, quam hæreticos recens obortos edita ſanctione vexare. Ipſis igitur Kalendis Auguſtis, biduo, ſive triduo ab ejus electione ejuſmodi per Palladium Præfectum Prætorio promulgavit edictum (b):

(b) l. ult. C. de apoſtatis.

XX. Quid Marcianus Imp. adverſus Eutychianos. *Eos qui Catholicarum Eccleſiarum clerici, vel Orthodoxæ fidei monachi, relicto veræ Orthodoxæ religionis cultu, Apollinaris, vel Eutychetis hæreſim & dogmata abominanda ſecuti fuerint: omnibus pœnis, quæ ſuperioribus legibus adverſus hæreticos conſtitutæ ſunt jubemus teneri, & extra ipſum ſolum Romani Imperii repelli, ſicut de Manichæis præcedentium legum ſtatuta ſanxerunt. Dat. Kal. Aug. Valentiniano VII. & Avieno Conſſ.* Rurſum vero eodem ſui Imperii exordio idem Marcianus ad præcipuum Eccleſiæ viſibile caput convertens oculos, ejus nutu cuncta agere ſtatuens animo, ad ſanctum Leonem Romanum pontificem has litteras dedit (c):

(c) Ante Conc. Chalced. tom. 1. Concil.

XXI. Marcianus ad Leonem Pont. *Ad hoc maximum Imperium venimus Dei providentia, & electione, Senatus excellentiſſimi, cunctæque militiæ. Unde pro reverenda & Catholica religione Chriſtianæ fidei, cujus auxiliis virtutem noſtræ potentiæ confidimus gubernari, tuam ſanctitatem principatum in Epiſcopatu Divinæ fidei poſſidentem ſacris litteris in principio juſtum credimus alloquendam; invitantes atque rogantes, ut pro firmitate, ſtatuque noſtri Imperii æternam Divinitatem tua ſanctitas deprecetur, ut &*

tale

PAGIUS

Moritur Theodoſius Imp. hoc anno e vivis exceſſit, ut inter omnes convenit, non quidem die XXIX. menſis Julii, ut habet Baronius, ſed die viceſima octava ejuſdem menſis, ut teſtatur Theodorus Lector in fine lib. 2. ubi ait: *Theodoſius Junior filius Arcadii Auguſti imperare cœpit menſe Januario* (anni ſc. CCCCII.) *imperavit una cum patre annos ſeptem, menſes tres, mortuus eſt die XXVIII. menſis Julii, Indict. tertia, & die triceſimo ejuſdem menſis, depoſitæ ſunt ejus reliquiæ, cum imperaſſet in univerſum annos triginta duos, menſes duos. Ex quibus imperavit quidem cum patre annos ſeptem, menſes tres, ſolus vero imperavit annos triginta quatuor, menſes undecim.* Verum error irrepſit in numeros; nam cum patre imperavit tantum annos ſex, menſes tres, & aliquot dies; ſolus imperavit annos quadraginta duos, & fere menſes tres. Auctor Chronici Alex. ſub hujus anni Coſſ. ait: *Marcianus in Hebdomo ab exercitu menſe Auguſto VIII. Kal. Sept. die Jovis imperare juſſus eſt. Imperavit ſolus; duxit Pulcheriam Auguſtam Theodoſii Imperatoris*

ſo-

tale propoſitum atque deſiderium habeamus, quatenus omni impio errore ſublato, per celebrandam Synodum, te auctore, maxima pax circa omnes Epiſcopos fidei Catholicæ fiat, ab omni ſcelere pura & intemerata conſiſtat. Actum Conſtantinopoli, Conſulatu Valentiniani perpetui Aug. Hactenus epiſtola.

XXII. Inter hæc autem legati quos ad Theodoſium Auguſtum ipſe Romanus Pontifex Leo direxerat, Conſtantinopolim pervenerunt; Marcianoque novo Auguſto litteras reddidere, quæ ad Theodoſium ſcriptæ fuerant. Quibus Marcianus acceptis ſuſceptiſque legatis honorificentiſſime, perbreves has ad eumdem ſanctum Leonem litteras ſecundo ſcripſit (*a*), quibus de cogenda œcumenica Synodo tractare cœpit; probe ſciens, nonniſi ejuſdem primariæ ſedis Antiſtitis auctoritate ſolere Synodos œcumenicas legitime convocari:

(*a*) *Ibid. to. 2. Conc.*

Leoni reverendiſſimo Epiſcopo Eccleſiæ glorioſiſſimæ urbis Romæ Marcianus.

XXIII. *De ſtudio & ordinatione* * *noſtra ſanctitas tua non dubitet: quoniam veram Chriſtianorum religionem & Apoſtolicam firmam fidem volumus permanere, & ab omni populo pia mente ſervari. Denique ſolicitudinem noſtræ potentiæ in recta religione, & propitiatione Salvatoris noſtri conſiſtere, non ambigimus. Quapropter reverendiſſimos viros, quos ad noſtram pietatem ſanctitas tua direxit, libenter (ſicut decebat) & animo grato ſuſcepimus. Supereſt, ut ſi placuerit tuæ beatitudini in has partes advenire, & Synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur: noſtris utique deſideriis veſtra ſanctitas ſatisfaciet, & ſacræ religioni quæ ſunt utilia decernet. Si vero hoc onero-ſum eſt, ut tu ad has partes advenias: hoc ipſum propriis litteris tua ſanctitas manifeſtet, quatenus & in omnem Orientem, & in ipſam Thraciam & Illyricum noſtræ litteræ dirigantur, ut ad quemdam definitum locum, ubi vobis placuerit, omnes ſanctiſſimi Epiſcopi debeant convenire; & quæ Chriſtianæ religioni & Catholicæ fidei proſint, ſicut ſanctitas tua ſecundum Eccleſiaſticas regulas definierit, ſua diſpoſitione declarent.* Hæc ad Leonem Papam Marcianus Auguſtus, egregium in omnibus Catholici Principis ſpecimen edens.

* *oratione.* Poſt ſuſceptos legatos litteræ Marciani.

XXIV. His datis litteris, idem Marcianus totus eſt ut componat Eccleſiam diſſipatam, atque perperam facta deſtruat, & fidem Catholicam proculcatam poſtliminio ſanctæ Eccleſiæ reſtituat. Atque primum omnium, ex ſancti Leonis Papæ litterarum præſcripto, per legatos miſſos Anatolii Conſtantinopolitani fidem Catholicam explorat; quæ quidem ejus publica profeſſione (ut exigebat ſanctus Leo) Catholica, in omnibus conſentiens ſancti Leonis Papæ ſcriptis inventa eſt. Quo etiam tempore idem Imperator Marcianus juſſit exulantes ex Conciliabulo Epheſino confeſſores Epiſcopos ad propria revocandos, jam in futuro Concilio ſuas ſedes, e quibus ejecti fuerant, recepturos. Sed & illud pergratum Catholicis omnibus munus Dei obtulit, ut ſicut juſſerat quoſcumque exules ſolvi debere, ita etiam dederit in mandatis, ut ſanctiſſimus Flavianus quantumlibet jam vita functus, ad ſuam tamen Eccleſiam ſumma gloria remearet: quamobrem factum eſt, ut ex loco exilii, ubi ſacræ reliquiæ ſepultæ jacebant ingloriæ, transferrentur ſolemni pompa Conſtantinopolim, perinde ac ſi ad triumphum de expugnata, ſua nece, perfidia, & ſubjugata impietate inclytus martyr regiam inferretur in urbem. Hæc autem adeo optata atque jucunda voluit ſancta Pulcheria Auguſta ſancto Leoni Romano Pontifici, bis datis ad eum litteris, nota fieri (*b*):

Anatolii fides explorata, exules relaxati, & Flaviani corpus translatum.

(*b*) *Tom. 1. Conc. ante Conc. Chalc.*

XXV. *Leoni reverendiſſimo Epiſcopo Eccleſiæ glorioſæ civitatis Romæ, Pulcheria Auguſta.*

Pulcheria ad S. Leonem.

Litteras tuæ beatitudinis cum omni decenti omnem Epiſcopum veneratione ſuſcepimus, per quas tuam fidem puram & talem cognovimus, qualis debet cum ſanctitate ſacro præberi templo. Ego vero, ſimiliter ac meus dominus tranquilliſſimus Imperator meus conjux, in eadem ſemper manſimus & manemus, omnem pravitatem atque pollutionem & maleficium declinantes. Sanctiſſimus igitur glorioſæ Conſtantinopolis Epiſcopus Anatolius in eadem fide permanſit atque religione & tuarum litterarum Apoſtolicam confeſſionem complectitur, illo errore ſublato, qui ab aliquibus nunc ortus eſt, ſicut ex ejus quoque litteris clarius tua ſanctitas agnoſcere poterit; & epiſtolæ ſimiliter Catholicæ fidei, quam ad ſanctæ memoriæ Flavianum Epiſcopum tua beatitudo dire-

PAGIUS *ſororem, virginem annos natam quatuor & quinquaginta.* At dies XXV. menſis Auguſti hoc anno cum die Jovis non concurrit, & Pulcheria quæ nata erat *Theodoro Conſule*, die XIX. Januarii, ut teſtatur idem Auctor, anno ſc. CCCXCIX. annum tantum ætatis quinquageſimum ſecundum agebat, quando imperare cœpit. Quare loco *VIII. Kalendas Septembr.* legen*dum IX. Kalendas Septembr.* ſeu die XXIV. Auguſti, quæ hoc anno in feriam quintam incidit.

IX. Theodoſius *fuit litterarum non imperitus, ſed cum in aliis Mathematicis libris verſatus, tum Aſtronomiæ non ignarus. Cum autem leni eſſet ingenio, mollior ad res gerendas fuit. Unde factum, ut caſtrati apud illum gratioſi multa per-*

xit, ſine aliqua dilatione ſubſcripſit.

XXVI. *Et propterea tua reverentia, quocumque modo proſpexerit, ſignificare dignetur: ut omnes etiam totius Orientis Epiſcopi, Thraciæ, atque Illyrici (ſicut etiam noſtro domino piiſſimo Imperatori meo conjugi placuit) in unam civitatem velociter ab Orientalibus partibus valeant convenire: & illic ſancta Concilio & de Catholica confeſſione, & de his Epiſcopis qui ante hoc ſegregati ſunt, ſicut fides & Chriſtiana pietas exigit, te auctore, decernant. Super hac autem ſciat tua ſanctitas, quoniam præcepto noſtri domini & tranquilliſſimi Principis mei conjugis, ad glorioſam civitatem Conſtantinopolim ſanctæ memoriæ Epiſcopi Flaviani corpus allatum eſt; & in baſilica Apoſtolorum in qua conſueverunt prædeceſſores Epiſcopi ſepeliri, competenter eſt poſitum. Et omnes* * *ſimiliter Epiſcopos qui propter eamdem cauſam, quoniam cum ſanctiſſimo Flaviano ad concordiam fidei Catholicæ convenerant, exilio deportati ſunt, reverti debere, robore pragmatici ſui præcepit, quatenus per approbationem Synodi, atque ſententiam omnium Epiſcoporum convenientium, Epiſcopatum & Eccleſias proprias recipere decernantur.* Hactenus ad ſanctum Leonem ſancta Pulcheria.

* hos.

XXVII. Vides igitur ex his in primis, lector, priſtinum morem œcumenici cogendi Concilii, ut id inconſulto & abſque auctoritate Romani Pontificis minime fieret, ſed ejus arbitrio Imperatores cuncta decernerent: ut ex his tum Marciani Imp. tum Pulcheriæ litteris, quid ab aliis Catholicis Imperatoribus, quorum, non extant litteræ, præſtitum ſit in hoc ipſo munere impertito, valeas intelligere; & per litteras ipſorum Auguſtorum quæ extant, alias percipere poſſe quæ deſiderantur. Quomodo vero etiam pragmatica ſanctione honeſtare voluit Imperator memoriam ſancti martyris Flaviani, ſuo loco dicemus.

XXVIII. Concil. Conſtantinop. coram legatis.

Quoniam autem cuncta hæc geſta ſint ordine, ut intelligamus, illud in primis ſciendum eſt, Apoſtolicæ ſedis legatos, ſimulac Conſtantinopolim pervenerunt, ſatagentes ex juſſione S. Leonis Papæ reſtituere lapſos Epiſcopos Eccleſiæ Catholicæ communioni, ex vicinis locis Epiſcopos Catholicos convocari juſſiſſe, haberique Synodum Conſtantinopoli, in qua primum omnium Anatolius Conſtantinopolitanus Epiſcopus fidei Catholicæ profeſſionem offerret, ac deinde alii, & qui abſentes eſſent, per ſuos mitterent, ut ab eiſdem legatis examinaretur, quæ qualiſve cujuſque fidei confeſſio eſſet. Sed & ex hac item Synodo per legatos Apoſtolicæ ſedis miſſam eſſe ad ſingulos Metropolitanos Orientis epiſtolam S. Leonis olim datam ad Flavianum, cui omnes ſcriberent, fidem faciunt quæ habentur poſt Actionem quartam Concilii Chalcedonenſis in cauſa Photii & Euſtathii in Græcis codicibus. Sed deſcribamus hic, quod extat ejuſdem Synodi Actorum fragmentum acceptum ex rebus geſtis S. Abundii Comenſis Epiſcopi, qui fuit unus ex quatuor legatis a S. Leone miſſis: ſic enim ſe habet:

Anatolius Epiſcopus Conſtantinopolitanus Novæ Romæ, accepta epiſtola S. Leonis Papæ de confirmatione Catholicæ fidei contra veſaniam hæreticorum, congregavit Concilium omnium Epiſcoporum, Archimandritarum, Presbyterorum, & Diaconorum: & ante conſpectum omnium recitata eſt epiſtola S. Leonis Papæ, quam beatus Abundius coram omnibus præſentavit. Concordantibus teſtimoniis Romanorum Patrum ac Græcorum, Anatolius Epiſcopus Conſtantinopolitanus huic epiſtolæ S. Leonis Papæ continenti Catholicæ fidei veritatem, concordantibus etiam teſtimoniis Patrum ab eadem Apoſtolica ſede decretorum, plana devotione conſenſit & ſubſcripſit, anathema dicens Eutycheti & Neſtorio, & ipſorum dogmati cum ſectatoribus eorum. Id ipſum fecere omnes qui aderant Epiſcopi, Presbyteri, Archimandritæ, atque Diaconi. XXIX. Epiſcopi ſubſcribunt Catholicæ fidei.

Mox S. Abundius, Aſterius Epiſcopus, Baſilius, & Senator presbyteri dixerunt: Omnipotenti Deo gratias: quoniam reverendorum Epiſcoporum Presbyterorum, Archimandritarum, diaconorum, ac totius cleri profeſſiones cognovimus, fidem rectam & a Patribus traditam profiteri, ſicut eorumdem ſubſcriptio Geſtis præſentibus inſerta declarat. Ideo nos quoque quia omnes hoc exigere & expectare comperi- XXX.

PAGIUS

Marcianus Conſilium de Synodo generali cogenda init.

peram agerent, ut Antiochus, & poſt illum Amantius ac denique Chryſaphius, inquit Zonaras; Græci die XIX. Julii ejus memoriam in ſuis Menæis celebrant. Quoad *Marcianum*, fuit is genere Thrax, & filius viri rem militarem exercentis, inquit Evagrius lib. 2. cap. 1. qui ubi Imperium ſuſcepit, Sancti Leonis hortatu de Concilio generali cogendo cogitavit, interimque Conſtantinopoli Synodum haberi juſſit.

X. Agit de iſta Synodo Conſtantinopolitana Baronius num. XXVII. & ſeqq. refertque, quæ de ea habentur in Vita ſancti *Abundii*, unius e Legatis Epiſcopi Comenſis in Italia, recitata a Bollando ad diem ſecundum menſis Aprilis, & indicantur in Act. IV. Concil. Chalced. ubi de cauſa Photii agitur pag. 545. In eo itaque lecta Epiſtola S. Leonis ad Flavianum, quam omnes ſua ſubſcriptione confirmarunt. Ad alios deinde Metropolitanos miſſa, qui cum ſuæ Provinciæ Epiſcopis eam approbarunt. Anathema dictum Neſtorio & Eutychi, & eorum hæreſis Conſtantinopoli proſcripta, ut teſtatur etiam S. Leo in Epiſtola LXVIII. ad Paſchaſinum Epiſcopum Lilybætonum, data *VIII. Kalend. Julii Adelphio V. C. Coſſ.* anno ſc. ſequenti, & poſt Baronii mortem edita a Queſnello. In ea, in- *Synodus Conſtantinopolitana.*

* accuſationem.

Dictum Anathema Eutycheti & Neſtorio.

*perimus, ſecundum aſſertionem * venerabilis viri Euſebii Epiſcopi Dorilæi, & ſententiam ſanctæ memoriæ Flaviani Epiſcopi, vel aſſenſum Papæ Leonis, qui ad inſinuandam cunctis fidem Catholicam nos Roma miſit: anathema dicimus Eutycheti, vel omnibus qui ejus perfidiam ſequuntur, & dicunt in Chriſto Dominus ante incarnationem duas fuiſſe naturas, poſt incarnationem unam tantum naturam: cum Catholica fides & ante incarnationem unam tantum Verbi fuiſſe, & poſt incarnationem duas, id eſt, Verbi & perfecti Hominis, fateatur in una perſona, inconfuſa proprietate ſui, manere naturas. Neſtorio etiam, qui veſanum (ut legitur) dudum dogma diſperſit, dicendo Dominum Jeſum Chriſtum ex Maria Virgine hominem tantum, non etiam Deum natum; ſed & ſectatoribus ejus in hujuſmodi perverſitate durantibus anathema dicimus. Propter quod convenit, ad confirmationem ſubſcriptionis, ſanctam, quæ præſens aſt, fraternitatem, iiſdem, vel omnibus qui eorum doctrinam ſequuntur, anathema ſimiliter dicere.* Hæc ibi ex Actis Conſtantinopolitani Concilii coram legatis habiti.

XXXI. Cæterum haud integra eſſe noſcuntur, cum præter hæc alia etiam in eadem Synodo ſtatuta eſſe legantur, quæ ibi deſiderantur: nimirum ut Epiſcopis lapſis in Conventu ſatanico Epheſino, qui communionem Apoſtolicæ ſedis optarent, communicatio ſuæ tantummodo concederetur Eccleſiæ, Catholica autem communio nondum eiſdem impartiretur. Hæc quidem in hac Synodo acta eſſe, S. Leonis Papæ epiſtola ad Anatolium, de qua agemus anno ſequenti, demonſtrat: qua pariter declaratur, a legatis Apoſtolicæ ſedis ſtatutum eſſe, ne in ſacris nominarentur nomina Dioſcori Epiſcopi Alexandrini, Juvenalis Hieroſolymitani, & Euſtathii Epiſcopi Berythi, quod impœnitentes eſſent, anteſignani ſchiſmaticorum. Quod autem ad litteras ab Epiſcopis abſentibus ad eoſdem Apoſtolicæ ſedis legatos ſcriptas ſpectat: in iiſdem rebus geſtis S. Abundii Comenſis Epiſcopi extat epiſtola Theodoreti Cyri Epiſcopi, quam dedit ad ipſum Apoſtolicæ ſedis legatum Abundium iſtis verbis conſcripta:

Domino vere amabili atque ſanctiſſimo fratri Abundio, Theodoretus in Domino S.

XXXII. Theodoreti epiſtola ad Abundium legatum Apoſt. ſedis.

Comperi quod veſtra religio veram & Apoſtolicam fidem pia mente conſervet: & gratias egi Deo omnipotenti, quod religio, quæ periclitabatur, renovata eſt per ſanctitatem veſtram, & venit in lucem. Et ſicut dudum in diluvio factum eſt, & ad ſemen generis humani Noe & & filii ejus relicti ſint: ita in præſenti Occidentales Patres ſunt reſervati, ut ex iis etiam Orientales ſacroſanctæ Eccleſiæ veram cuſtodiant religionem, quam vaſtare jam & devorare penitus ſacrilega & nova hæreſis tentabat. Et opportune dici poteſt vox illa Prophetica (a): Niſi Dominus Sabaoth ſemen nobis reliquiſſet, ſimiles facti eſſemus quomodo Sodoma & Gomorrha. Adeo nobis quaſi aliquod diluvium & bellum evenit ira Dei ex impia hæreſi.

(a) Iſa. 1.

XXXIII. Theodoreti fidei confeſſio.

Nunc vero Salvatoris noſtri in corpore humano præſentiam, & unum Filium Dei, & perfectam ejus deitatem, & perfectam humanitatem confitemur: & non in duos Filios unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum dividimus, eſt enim unicus; ſed differentiam Dei & Hominis cognoſcimus, & ſcimus, quod alterum ex Patre eſt, alterum ex ſemine David & Abraham juxta divinas Scripturas: quodque divina quidem natura ſine paſſione eſt: corpus autem ante quidem erat in paſſione, nunc vero & ipſum alienum eſt a paſſione: nam poſt quam ſurrexit ab omni paſſione conſtat eſſe liberatum. Hæc & litteris ſanctiſſimi ac religioſiſſimi Archiepiſcopi domini noſtri Leonis didicimus. Legimus enim quæ ad ſanctæ & beatæ mem. Flavianum ſcripſit: & gratias egimus Domino noſtro humaniſſimo Deo quod advocatum & propugnatorem veritatis invenimus. His & ego litteris conſenſi: & huic epiſtolæ meæ exemplum earum copulavi, cui etiam ſubſcripſi: & ex hoc probavi, quod regulas Apoſtolicas, hoc eſt, vera dogmata ſequor, hodieque in his permaneo, & ideo bellum patior: Item dominus meus Ibas, & dominus meus Aquilinus, contra quos Imperatorum poteſtatem inventores novæ hæreſis armaverunt.

Theodoretus, Ibas, & Aquilinus Epiſc. ſubſcribunt epiſt. S. Leonis.

PAGIUS

inquit Leo: *Totam Conſtantinopolitanam Eccleſiam cum Monaſteriis omnibus, & multis Epiſcopis noveris præbuiſſe conſenſum, & ſubſcriptionibus ſuis Neſtorium atque Eutychen cum ſuis anathematizaſſe dogmatibus.* Porro idem Queſnellus in Diſſert. I. de Vita & Geſtis S. Leonis ad annum CDL. recte obſervat, hoc Concilium non convocatum eſſe a Legatis, ut eſt in Annalibus, ſed ab Anatolio Patriarcha Conſtantinopolitano, quod non tantum verba Actorum S. Abundii a Baronio citata, ſed etiam Actio IV. Concil. Chalced. diſerte teſtantur: *Anatolius reverendiſſimus Epiſcopus, Conſtantinopolitanus dixit: Tenuit pridem conſuetudo, ut qui in hac magna civitate morantur Sanctiſſimi Epiſcopi, cum eos temporis occaſio vocat de emergentibus quibuſdam Eccleſiaſticis cauſis, conveniant, ac ſingula definiant, reſponſaque eis dignentur, qui precantur aliquid. Nihil ergo a me factum eſt, quod novitate ſit affine: nec qui eu* con-

XXXIV. *Supreſt, at vos cum ſanctiſſimis viris auxilium ſacroſanctæ Eccleſiæ feratis, auferatiſque impia bella quæ impendebant. Prohibete itaque ſacrilegam ſectam, quæ contra pietatem commota eſt; & priſtinam Eccleſiis reddite pacem: ut fructus laborum Apoſtolicorum accipiatis a Domino, qui eoſdem fructus redditurum ſe repromiſit. Omnes religioſiſſimos & Dei amantiſſimos presbyteros, & reverendos diaconos, & fratres per veſtram ſanctitatem ſaluto: & nos, & omnes qui nobiſcum ſunt, ſalutamus religionem veſtram.* Hactenus Theodoreti ad Abundium Comenſem Epiſcopum litteræ, quibus (ut dictum eſt) adjecit exemplar S. Leonis epiſtolæ de fide Catholica, cui cum ipſe Theodoretus, tum Ibas Epiſcopus Edeſſæ tum Aquilinus (a) Bibli in Palæſtina Antiſtes ſubſcripſere, quo ſe vere Catholicos eſſe, Apoſtolicæ ſedis legatis ſignificarent: Etenim etſi ut hoſtes Eutychianæ ſectæ paſſi exilium ſunt damnati in conventiculo Epheſino; quoniam tamen Ibas & Theodoretus Neſtorio aliquando faviſſent, male audiebant apud nonnullos Orthodoxorum: cujus rei cauſa ſæpe ſæpius ipſe (ut vidimus) Theodoretus litteris ad diverſos datis conqueſtus eſt ſe calumniis jugiter exagitari.

(a) Evagr. li. 2. c. 10.

XXXV. Vincomalus pro Theodoreto egit. Conſtat autem, pro Theodoreto ſtetiſſe, faviſſeque ejus cauſæ Vincomalum Magiſtrum Officiorum: hic ille, qui una cum aliis clariſſimis viris præfuit poſtea Judex cognitor Concilio Chalcedonenſi, quique ob egregias animi virtutes poſt annos duos, una cum Opilione viro clariſſimo ab eodem Marciano Imperatore Conſul ordinarius creatus eſt. Cum igitur Theodoretus accepiſſet quod ſibi ab eodem Vincomalo exhibitum fuiſſet officium (accepit enim de his ab eo epiſtolam) ad eumdem litteras reddidit, & quidem hoc ipſo tempore, cum, reſtituta pace, nondum indictum eſſet Chalcedonenſe Concilium, ſed de futura indictione facienda creber eſſet vulgatus ſermo, quippe quod Orientalis Eccleſiæ pacificus ſtatus id exigere videretur. Sed audi ejuſdem Theodoreti redditam ad Vincomalum epiſtolam, quæ de rebus ſui exactam habet hiſtoriam, ex eodem Vaticano codice depromptam (b):

(b) Theod. ep. 141.

Vincomalo Magiſtro Officiorum,
Theodoretus Epiſcopus Cyri.

XXXVI. Theodoretus ad Vincomalum. *Valde ſum miratus, quod cum omnino ignoret tua magnificentia res noſtras, & tantum eam quæ contra me geſta eſt iniquitas eam didicerit, me conſolari dignata eſt, ac omne adhibuit ſtudium & diligentiam, ut ea, quæ contra nos confecta ſunt, diſſolveret atque dilueret. Sed veſtræ celſitudini dabit omnino retributiones bonorum magnorum largitor. Qui enim pro modica aqua mercedem ſe daturum pollicitus eſt, majores proculdubio dabit retributiones iis qui majora dederint.*

XXXVII. Suas deplorat injuſte illatas moleſtias. *Nos enim talia paſſi ſumus non ſolum ab apertiſſimis inimicis, ſed a propriis (ut veremur) amicis: ab illis quidem, dum oppugnamur; ab his dum prodimur: qualia nullus, vel valde pauci veterum paſſi ſunt. Quis enim tale judicium audivit unquam? Quis cum reum triginta quinque dietarum ſpatio abſentem detinuiſſet, præcepit Judicibus ut judicium decerneret de abſente? Quis ita crudelis & ferox factus eſt Judex, ut hominem judicet, cujus vocem non audivit: & non judicet ſolum, ſed condemnet? Et hoc valde crudeliter & ſæve & inhumane. Cum Dominus (c) præceperit, errantem ex fratribus, & conſilium non audientem, poſt primam, & ſecundam, & tertiam correctionem tandem illum haberi tanquam Ethnicum & Publicanum; rectiſſimi iſti & juſtiſſimi Judices, neque ea quæ Ethnicis & Publicanis conceduntur, Fidelibus conceſſerunt: illos enim & vident, & aliquando alloquuntur, & maximo etiam cum honore, ſi aliquam habent dignitatis apparentiam: nos vero præceperunt, neque tecto, neque aqua, neque quavis re participare: ita voluerunt imitatores (d) eſſe Patris noſtri, qui in cælis eſt, qui facit*

(c) Luc. 18.

(d) Matt. 5.

PAGIUS *conſuetudine conſederunt, Sanctiſſimi, qui in civitate erant Epiſcopi, novam formam protulerunt. Ac oſtendit præſentiam Epiſcoporum Actio quæ facta eſt.*

XI. *Ex Epiſcopis qui Conſtantinopoli erant compoſita.* Ex quibus Synodi Chalcedonenſis verbis colligitur etiam, notare quod in iiſdem Annalibus legitur, accitos fuiſſe ex vicinis Provinciis Epiſcopos ad Synodum; collecti enim ſunt tantum Epiſcopi, Archimandritæ, Presbyteri, & Diaconi, qui in Urbe Regia erant, ut docent Acta S. Abundii, & innuunt laudata verba Concil. Chalced. In hac Synodo non reconciliati Epiſcopi, qui deſciverant a fide, nec communione Catholicæ Eccleſiæ donati, ſed Eccleſiæ ſuæ communione contenti eſſe juſſi ſunt. Nec expuncta ejuſdem Synodi decreto nomina Dioſcori & Juvenalis, ut ſcribit Baronius nu. XXXI. In Epiſtula enim LX. alias XL. S. Leonis ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum data *Idibus Aprilis Adelphio V. C. Coſ.* anno ſc. ſequenti, loquit ſanctus Pontifex: *De nominibus autem Dioſcori, Juvenalis, & Euſtathii ad Sacrum Altare non recitandis dilectionem tuam haud decet cuſtodire, quod noſtri ibidem conſtituti faciendum eſſe dixerint.* Quare, ut recte notat Queſnellus citatus, Leo ad Anatolium ſcribit non tanquam de re geſta, ſed tantum definienda a Legatis cum Anatolio.

XII. *Theodoretum in Sedem Epiſcopalem reſtituit.* A num. XXXV. ad L. Theodoretum, qui poſtquam depoſitus fuit in Pſeudo-Synodo Epheſina, ad Sedem Apoſtolicam appellavit, Legatis de ejus fide teſtimonium ferentibus, Leo re in Concilio Romano diſcepta declaravit, injuſte judicatum fuiſſe, & in Sedem ſuam reſtituendum, ut liquet ex Actione I. Concil. Chalced. Sed incertum, an Leo judicialem ſen-

Digitized by Google

eit oriri Solem ſuper malos & bonos & pluit ſuper juſtos & injuſtos. Sed hos quidem omittam: prope eſt enim Domini tribunal, ubi non quæritur figuræ apparitio, & figmentum, ſed rerum veritas.

XXXVIII. *Tuam vero magnitudinem oro, pro nobis gratias Chriſto dilecto & victorioſo Imperatori agas, & religioſiſſimæ & piiſſimæ Auguſtæ, qui pro ſuo Imperio radices ac fundamentum poſuerint pietatem; & eorum majeſtatem rogare, ut ſecuram pacem & firmam Eccleſiis largiantur, & Synodum congregari præcipiant non iterum hominum perturbatorum, & qui cœtum ſurſum & deorſum agitant, ſed veritatis ſtudioſorum, & Apoſtolicam doctrinam confirmantium, & novam hanc & vanam & mendacem hæreſim reprobantium: ut iſtorum laborum laude dignorum fructus percipiatis a clementiſſimo Domino.* Hactenus ad Vincomalum Magiſtrum Officiorum Theodoretus ſolutus jam exilio litteris (ut vidimus) Imperatoris, ſed nondum Eccleſiæ ſuæ plane redditus, quod futuro fuit Concilio univerſali reſervatum.

XXXIX. De Anatolio & Aſpare. Eodem quoque tempore, eodemque pariter argumento idem Theodoretus ad Anatolium Patricium litteras dedit: Erat iſte (ut ex Actis Synodi Chalcedonenſis apparet) ille Anatolius, qui olim una cum Valentiniano Auguſto ante annos decem Conſulatum geſſerat ordinarium, hoc vero tempore agebat Magiſtrum militum. Addidit inſuper idem Theodoretus & alias ejuſdem generis litteras ad Aſparem Gothicæ militiæ Præfectum, eumdemque Exconſulem ordinarium, qui cum Areobinda eamdem primariam conſecutus fuerat dignitatem, patrem item Conſulis Ardaburii. Hos inquam, Theodoretus litteris interpellat, ut Imperatori & Auguſtæ Pulcheriæ ſuo nomine gratias agant de ſolutis exilii vinculis, & reliquis antea condemnatis iniquo judicio ſanctis Epiſcopis liberis abire permiſſis: ſimulque admonet, qui de dicenda futura Synodo ſuggerere debeant Imperatori: ante omnia autem, quam inique fuerit ipſe proſecutus, pluribus docet. Egregias has quidem epiſtolas jungemus ſuperioribus ex codice Græce ſcripto depromptas, quas hactenus Latinitas tamdiu deſideravit; cum, an aliquando ſimul edendæ ſint, ignoremus. Fruere igitur, lector, alieno labore partis tibi divitiis, & vetera monumenta per tot ſæcula conſervata avide ſuſcipe: ſunt hæc enim præambula Concilii Chalcedonenſis, de quo ſequenti anno dicturi ſumus. Ad Anatolium itaque Exconſulem Magiſtrum militum a Theodoreto ſcripta hoc anno, eodemque occaſione epiſtola ſic ſe habet (*a*). (a) Theod. epiſt. 139.

XL. Theodoretus ad Anatolium. *Nos quidem, quam nacti ſumus quietem, hilariter accepimus, & utiles ejus & jucundos percipimus fructus. Noſter autem Chriſto dilectus Imperator ſuæ pietatis fructus Imperium adeptus, primitias Imperii illi, qui ipſi Imperium largitus eſt, obtulit, quietem videlicet Eccleſiarum, quæ tempeſtatibus jactabantur, & fidei quæ opprimebatur victoriam, & Evangelicorum dogmatum. His autem prapoſuit, ut noſtra mala, quæ inique paſſi ſumus, ſanaret. Quis enim umquam talem ac tantum audivit iniquitatem? Quis homicida damnatus abſens unquam fuit? Quis nuptiarum inſidiator aut adulter non præſens condemnatus? Quis murorum effoſſor vel ſepulcrorum, vel incantator, vel ſacrilegus, vel quidvis aliud a lege prohibitum & interdictum auſus, ad tribunal currere feſtinando, fuit impeditus ne id faceret, & damnatus fuit abſens Judicis ſententia? Sed in illis nihil tale factum eſt. Leges enim præcipiunt, ut unà Judicem & actor & reus ex adverſo ſtent; & Judex expectet aperta argumenta & indicia: & tunc vel ut innocentem dimittat, vel ut reum ſententia condemnet. Nobis vero contrarium evenit. Imperatoris (nempe Theodoſii) litteræ interdixerunt nobis ad celebrem illam venire Synodum: & juſtiſſimi Judices abſentem condemnaverunt, non judicantes, ſed potius laudantes ea quæ ad noſtram accuſationem allata fuerunt ſcripta: & neque divina lex neque hominum vindicandi cædem meam & damnationem detinere potuit. Sed præcipiebat quidem Præſes, veritatem negligens & contemnens, & temporali poteſtati obſequens: obediebant etiam illi, qui idem nobiſcum ſentiunt & conveniunt in dogmatibus; & noſtra aliquando maxime ſunt admirati: tempus tamen illud horum quidem proditionem, illorum vero puſillanimitatem patefecit; nobis autem occaſionem fiduciæ largita ſunt ea quæ pro veritate paſſi ſumus; & Chriſtus Dominus conceſſit nobis, (b) non ſolum ut in ipſum credamus, verum etiam pro ipſo pati. Maxima enim gra-* (b) Philip. 1.

PAGIUS teniam tulerit, vel cum tantum in communionem ſuam receperit; in Sedem tamen Cyrenſem, in quam nullum Synodus Epheſina ſuffecerat, reſtitutus non eſt, neque ab exilio revocatus; niſi poſtquam *Marcianus* Imperii habenas ſuſcepit: annitentibus *Vincomalo* Officiorum Magiſtro, ad quem Theodoretus ſcripſit Epiſtolam CXLI. aut ſecundum Sirmondum CXL. Aſpare Conſulari, & *Patricio*, ad quem dedit Epiſtolam CXXXIX. ſecundum Baronium CXL. & *Anatolio Patricio*, ad quem ſcripſit Epiſtolam CXXXVIII. ſecundum Baronium CXXXIX. De accepto illo beneficio Theodoretus tribus his viris in aula potentiſſimis ſingulares gratias egit, petiitque agi ſuo nomine Principibus, & ſimul de convocatione Synodi ferri preces. Tres has literas Baronius recitat, recteque obſervat, errorem irrepſiſſe in inſcriptionem Epiſtolæ ad *Aſparem* datæ: hic enim in codicibus vulgatis ejus titulus: *Aſpari Conſuli & Pa-*

gratia hæc eſt, pro Domino pati: Sanctus (a) 2.Cor. 12. *etiam Apoſtolus* (*a*) *hæc proponit magnis miraculis.*

XLI. *His quoque ego gloriando, licet humilis & abjectus ſim, & nullam aliam gloriandi cauſam habeam: veſtram magnificentiam oro, ut gratiarum actiones pro noſtra humilitate Imperatori Chriſto dilecto agas, ac piiſſimæ ac Deo dilectiſſimæ Auguſtæ, bonorum magiſtræ, quod hujuſmodi dona retribuit Domino magnorum donorum largitori; & quod ſui Imperii baſim, ſuſtentaculum, & fundamentum pietatis zelum ambo conſtituerunt. Rogate præterea dilectum Deo ipſorum caput, ut finem imponant iis quæ recte ſancita ſunt, & Synodum congregent, non iterum perturbatorum hominum & convenarum plenam, ſed ab his omnibus alienam, & eos qui res divinas recte judicant magnifacientium, & præ omnibus rebus humanis veritatem æſtimantium.*

XLII. Quæ ſint obſervanda in Concilio celebrando. *Si vero ipſorum majeſtas veterem Eccleſiis voluerit reſtituere ſerenitatem & tranquillitatem (velle autem certo ſcio) rogate eorum pietatem, ut rebus, dum fiunt, adſint: ut eos qui contraria ſentiunt, ſua præſentia terreant, ut nullum habeat veritas adverſarium, ſed ipſa per ſeipſum rerum naturam perquirat, & Apoſtolicorum dogmatum characterem & veritatem. Hæc autem vehementer peto a veſtra magnificentia, non quaſi deſiderio teneat iterum videndi Cyrum (novit enim celſitudo tua civitatis deſolationem, cujus deformitatem quodammodo teximus diverſorum ædificiorum magnis ſumptibus) ſed ut pateſiat, quod ea quæ a nobis prædicantur, Apoſtolicis conveniunt dogmatibus, & quod ſpuria ſunt & fallacia adverſariorum inventa. Hoc enim ſi fiat (ope autem divina fiat) qui mihi reliqui ſunt dies, cum hilaritate vivemus, ubicumque Dominus vivere nobis præceperit.*

XLIII. *Decet autem vos cum pietate enutritos & educatos, & virtutis divitiarum divites, hunc zelum reſumere, & religioſiſſimum Imperatorem zelo & animi alacritate flagrantem, & Auguſtam Chriſto dilectam tuis exhortationibus alacriores reddere, ut laudabili zelo celeberrimum ſuum Imperium confirment.* Hactenus ad Anatolium Patricium Theodoretus, nec quidem fruſtra: ſiquidem celebrandæ œcumenicæ Synodo Imperator Marcianus optatam ſuam exhibuit præſentiam: ſed & ex ejuſdem Theodoreti conſilio, magnopere ab eodem Auguſto cautum eſt, ne rerum perturbatores, diſcordiarumque doloſi artifices in locum Synodi ſe inſerrent. At quæ idem Theodoretus ad Aſparem Exconſulem ſcripſerit, accipe. Sed illud ante præmoneam, quod cum in epiſtolæ titulo Aſparis nomen Conſulis & Patricii eidem inditum habeatur; certum eſt quod ad nomen Conſulis pertinet, textum eſſe mendoſum, ut non Conſul, ſed Exconſul, ſive forte Conſularis, ſit in eo reſtituendum: etenim longe ante præſentem annum contigit Aſparis Conſulatus: porro hoc anno eamdem datam eſſe epiſtolam ſub Marciano Imperatore, quæ in ipſa tractantur, facile docent; quæ ſic ſe habet (*b*): (b) Theod. ep. 140.

Theodoretus Aſpari Conſuli & Patricio.* * Exconſuli.

XLIV. Theodoretus ad Aſparem. *Oportebat hoc etiam aliis tuæ fortitudinis & conſtantiæ virtutibus addere, ut religioſiſſimus noſter & Chriſto dilectus Imperator, quem divina gratia pro ſubditorum beneficio nobis largita eſt, per tuam magnificentiam ſciat iniquitatis quæ contra nos geſta eſt exceſſum: & lege juſta legem injuſtam abroget. Si enim nos a divina providentia roborati, eam quæ contra nos ſancita eſt pœnam, bonorum cauſam & occaſionem effecimus, & quietem hilari fronte accepimus & ſilentium: injuſta tamen & iniqua paſſi ſumus, cum nihil deliquerimus eorum quæ calumniatores noſtri & veritatis inimici nobis objecerunt. Sed cum ea paſſi fuerimus mala, quæ decent eos qui maxima? vos patrare auſi ſunt, vel potius his etiam graviora: indicta enim cauſa damnati ſumus & abſentes; & litteris Imperatoris cum nobis interdictum eſſet Epheſum petere, juſtiſſimam ſacrorum Judicum accepimus ſententiam.*

XLV. *Sed hæc omnia ſolvit & ſedavit ſereniſſimus Imperator tuæ magnificentiæ ſtudio & diligentia. Ego vero ratus me perperam facere, ſi ſilerem, nec gratias agerem: ut has litteras ſcriberem adductus ſum, quibus tuam precor celſitudinem, ut gratias pro nobis victorioſo & Chriſto dilecto Imperatori agas, & religioſiſſimæ Auguſtæ & piiſſimæ, pro quibus bonum precor Dominum pro virili, ut eorum Imperium ſecurum confirmet, ut ſubditorum clementer curam gerant, & hoſtibus metum iniiciant, eoſque terreant,* &

PAGIUS *Patricio*; cum tamen Aſpar anno CCCCXXXIV. Conſulatum geſſerit, eaque Epiſtola poſt reſtitutionem Theodoreti in Sedem Epiſcopalem ſcripta ſit. Quare recte monet Baronius, legendum eſſe, *Aſpari Conſulari & Patricio*. Qua ex emendatione, quæ certa eſt, intelligimus Epiſtolam LXXXI. Theodoreti ſcriptam fuiſſe, non *Nomo Conſuli*, ut præfert inſcriptio, ſed *Nomo Conſulari*; cum hic anno CCCCXLV. Conſul fuerit, & exilium Theodoreti, de quo in illa mentio, anno tantum CCCCXLVIII. contigerit. Garnerius in Auctario Operum Theodoreti vocem *Conſulis* in utraque Epiſtola retinendam contendit, vultque Epiſtolam CXXXIX. datam eſſe non *Aſpari*, ſed *Avieno* currenti anno Conſuli; *cui* inquit, *Aſpar ſubrogatus fuit vel ob Avieni mortem, vel alia de cauſa, quæ latent*. Verum poſt-

& laudabilem pacem omnibus largiantur. Ipſos etiam orare tua utatur celſitudo, ut perfectam ſolutionem & quietem Eccleſiæ tempeſtati imponant, & Synodum congregari præcipiant, non iterum eorum qui turbas ciere ſolent, & Synodum perturbare, ſed eorum qui divinas res quiete tractare ſoliti ſunt, & conſueverunt Apoſtolica dogmata confirmare, & res falſas diſcernere, & a veritate alienas: ut ſuum hinc lucrum tua celſitudo conſequatur. Hæc Theodoretus ad Aſparem Magiſtrum militum, qui etſi Gothus, ſectaque Arianus eſſet, odio tamen Eutychetis hæreſim perſequebatur immenſo. Sicut igitur David Goliæ gladio ad conficiendos hoſtes eſt uſus, ita & Theodoretus adverſus Eutychianos Arianum immittit.

XLVI. Dignæ laudes Theodoreti. Ex omnibus quidem Epiſcopis Orientalibus neminem nacti ſumus, qui vehementius atque conſtantius adverſus ejuſmodi recens emergentes hæreticos egerit quam Theodoretus; qui etſi ſua damna deflevit, amplius tamen totius Eccleſiæ mala ploravit. Cum itaque ab exilio hoc anno eſt relaxatus, magis ex reſtituta edicto Imperatoris fide Catholica, & hæreſi ablegata lætatus eſt, quam ſui cauſa: parvipendere enim ſe jactaram ſedis ſuæ, ſuperius recitatis litteris conteſtatus eſt, ut decet Apoſtolicum virum, non quærens quæ ſua ſunt, ſed quod eſſet totius Catholicæ Eccleſiæ emolumentum. Ita namque animo compoſitus erat, ut ſuas calamitates apud viros clariſſimos deplorando, illos ad Eccleſiam depreſſam penitus ſublevandam, ejuſmodi ob oculos poſitis juſtis cauſis, impelleret; cum tamen ea eſſet intrinſecus humilitatis virtute bene compoſitus, ut quæcumque pateretur, ſuis exiſtimaret eſſe adſcribenda peccatis: nam audi, quæſo, quam eo argumento brevem hoc eodem tempore epiſtolam ad Joannem Archimandritam ſcripſit his verbis (a):

(a) Theod. ep. 138.

XLVII. *Beatus quidem David nonnulla commiſit delicta: quæ etiam ut memoriæ mandaret ad utilitatem eorum qui poſtea futuri eſſent, is qui omnia ſapienter gubernat Deus effecit. Abſalon (b) vero parricida; & impurus & impius & peſſimus tyrannus, non illorum cauſa rabiem adverſus patrem ſuum, ſed tyrannidem deſiderans, injuſtiſſimum illud bellum ſuſcepit: & divinus quidem David, dum hæc fierent, quæ ipſe patrarat delicta recordabatur. Et ego quoque alia quidem multa deliquiſſe me novi: dogmaticam vero Apoſtolorum doctrinam integram ſervavi. Qui vero divinas & humanas leges conculcarunt, & nos abſentes condemnarunt, non illorum quæ nos deliquimus ſententiam protulerunt: non enim erant manifeſta illis, quæ ſunt occulta: ſed mendacia & calumnias compoſuerunt contra nos: vel potius Apoſtolica dogmata aperte conculcare quærentes, me, qui illa ſectabar, condemnarunt.*

(b) 2. Reg. 15. Theodoreti humilitas.

Sed ſurrexit Dominus, tamquam dormiens, & arguit & confudit inimicos ſuos, & dedecus æternum dedit illis, & dogmata adulterina & ſpuria diſſipavit: quæ vero tradidit nobis in ſacris Evangeliis, cum majeſtate & auctoritate prædicari fecit. Hæc dicens, plane alludit ad obitum Theodoſii & necem violentam Chryſaphii Catholicæ Eccleſiæ hoſtis, necnon ad edicta nuper a novo Imperatore publice pro fide Catholica promulgata: ſed de ſe ipſo hæc ingenue ſubdit: *Nobis vero ad perfectam conſolationem hæc ſufficiunt: neque enim civitatis deſiderio tenemur, in qua laborantes totum abſumpſimus tempus; ſed rectam Evangeliorum veritatem deſideramus regnantem & prædominantem videre. Hoc autem noſtrum deſiderium Dominus adimplevit. Lætamur hac de cauſa, & gaudemus, & Deum magnorum donorum largitorem laudamus; & tuam pietatem hoc ipſum nobiſcum agere precamur: & dum Deum laudatis, illum vehementer rogatis, ut eos qui nunc hæc, nunc illa dicunt, & ad tempora inſtar cameleontum mutantur, qui florum colore veſtiuntur, clemens Deus confirmet, ut in petra ſtabiles reddat, ac illis largiatur, ut præ omnibus veritatem colant, & tueantur.* Hactenus Theodoretus, vere juſti, qui in principio accuſator eſt ſui, reddens exemplum, ut qui non gloriam propriam quærat, ſed ejus qui miſit eum, quod Apoſtolici viri & veracis prædicatoris evidens ſignum eſt. Sed de ipſo hactenus. XLVIII.

At ſicut Theodoretus, ita & alii Orthodoxi, qui ex Epheſino nefando Concilio proſcriptionem paſſi fuerunt, & alii Catholici Epiſcopi qui eidem minime præſentes fuere, cum poſt tantas offuſas tenebras Catholicæ veritatis claram cunctiſque perſpicuam lucem affulgere conſpexerunt, æque immenſo repleti ſunt gaudio: ſed & infelices illi, qui licet Catholici vere eſſent, tamen Dioſcori minarum terrore perculſi ad horam ceſſere, tempori inſervientes, etiam lætati ſunt, quod tempus adveniſſet, quo libere, quales eſſent, ſe poſſent oſtendere, & prævaricationem daretur nova confeſſione delere: exultarunt vero multo magis, cum ab Apoſtolicæ ſedis legatis opportuna ſunt remedia conſecuti, nempe XLIX. Gaudium Orientalis Eccleſiæ.

PAGIUS poſtquam Conſulatus ordinarius annuus redditus eſt a Conſtantino Magno, mortuis Conſulibus, aut e dignitate dejectis, nulli alii ſufficiebantur, ideoque ea Epiſtola *Aſpari Conſulari*, non *Conſuli*, non autem *Avieno* directa.

Ad

pe ut ſuorum communicatione contenti eſſent, in futura Synodo communione totius Catholicæ Eccleſiæ fruituri. In tanto gaudio omnium Orthodoxorum, ſola hæreſis damnata mœret: impii tantum in tenebris conticeſcunt.

L. Sic igitur ſanctus Leo per legatos a latere miſſos collapſam penitus Eccleſiam Orientalem fidei veræ, exacta ab Epiſcopis confeſſione, reſtituit. Sed quod reliquum tantum eſſe videbatur, ut qui id facere detrectaſſent; ſuis ſedibus privarentur, & ſpoliati Epiſcopali dignitate Epiſcopi Orthodoxi eam reciperent; id quidem œcumenicæ Synodo honoris cauſa & diſciplinæ ſervatum voluit, & cuſtoditum. Hæc ſunt quæ hoc anno ſub Marciano Imperatore contigerunt: quæ mox illud magni momenti bonum conſecutum eſt, quod Orientale Imperium, ad multorum annorum ſpatia aſſiduis cladibus ab Attila Hunnorum Rege labefactatum, ſimulac eſt reſtituta per Imperatorem vera religio, continuo a barbaris liberatur, abigiturque divinitus flagellum Dei, ubi locus datur Catholicæ veritati: contra vero patuit tunc barbaros prævalere, cum impietas regnat. Sic ergo Attila ſponte recedens ab Oriente, copias convertit in Occidentem, ubi imbellem ſciret regnare Imperatorem per Ætium Patricium bella gerentem. Quando autem in Galliis victus fuerit, dicemus anno ſequenti, quo fieri contigit.

Attila recedit ab Oriente in Occidentem.

LI. Quod autem ad anni hujus res Gallicanas pertinet: cum (ut ſuo loco dictum eſt) anno ſuperiori defuncto S. Hilario Epiſcopo Arelatenſi, in locum ejus Ravennius ſubrogatus eſſet: Epiſcopi comprovinciales legationem inſtituerunt ad S. Leonem Romanum Pontificem pro reſtituendis antiquis juribus ac privilegiis Arelatenſis Eccleſiæ, illud in primis poſtulantes, ut ex more antiquo Vienneuſis provincia eidem Arelatenſi Eccleſiæ ſubiiceretur, quam (ut dictum eſt ſuperius) contra Zoſimi Papæ decretum, ex præſcripto Nicæni canonis Bonifacius & Cæleſtinus Romani Pontifices, ac demum Leo ipſe, proprium habere Metropolitanum, nec ſubiici Arelatenſi voluerunt. Libellum ſupplicem dictorum Epiſcoporum aſſervatum hactenus in Eccleſia Arelatenſi ex antiquo ſcripto codice hic tibi reddimus.

Preces miſſæ ab univerſis Epiſcopis Metropolis Arelatenſis ad Leonem Papam.

LII. *Memores, quantum honoris & reverentiæ beatiſſimæ ſedi Apoſtolicæ, cui vos Dominus noſter Jeſus Chriſtus pro meritis ſanctitatis voluit præſidere, ſemper debitum fuerit, ſemperque debeatur: ordinationem, qua ſanctus frater, & Coepiſcopus noſter Ravennius in civitate Arelate poſt tranſitum beatæ recordationis, Hilarii Epiſcopi, concordantibus omnium votis, ad ſummum Pontificium, Domino favente, provectus eſt, miſſis continuo litteris, Apoſtolatui veſtro indicare curavimus, quibus a beatitudine veſtra tanta dignatione & charitate fuiſſe reſponſum, immenſas gratias agimus, etſi tantas, quantas debemus, referre non poſſumus.*

Libellus ſupplex Epiſc. Provinc. Arelat. ad Leonem Papam.

LIII. *Notum licet nobis ante jam fuerit, prædictum ſanctum fratrem & Coepiſcopum noſtrum maxime coronæ veſtræ, gratiamorum ſuorum, manſuetudinem & ſanctitatem meruiſſe: perceptis nunc tamen beatitudinis veſtræ litteris, quanta eum charitate complectamini, evidenter agnovimus. Unde præmiſſis officiis, quæ Apoſtolatui veſtro jure debentur, ſuggeſtionem noſtram, quæ juſtitiæ partibus fungitur, audiendam a corona veſtra, minime dubitamus. Quippe cum non aliqua nova inſtitui, ſed priſca per vos optamus & antiqua reparari. Nec enim juſtum eſt ut honorem ejus, quem (ut probavimus)* im-

PAGIUS XIII. *Attila de bello in Occidente gerendo conſilium init.*

Ad num. L. Priſcus in Excerptis de Legat. pag. 3. hæc ſcribit: *Cum primum Attila nunciatum eſt Marcianum poſt Theodoſii mortem ad Imperium perveniſſe, & quæ Honoria acciderant, ad eum qui in Occidente rerum potiebatur, miſit, qui contenderent, Honoriam nihil ſe indignum admiſiſſe, quam matrimonium ſecum contracturam ſpopondiſſet. Miſit & ad Romanos in Oriente tributorum conſtitutorum gratia. Sed re infecta, Legati utrimque ſunt reverſi. Etenim qui Occidentis Imperio præerat, reſpondit, Honoriam ipſi nubere non poſſe, quod jam alii nupſiſſet. Neque Imperium Honoriæ deberi, virorum enim non mulierum Romanum Imperium eſſe. Qui in Oriente imperabat, ſe minime ratum habere tributi illationem, quam Theodoſius conſenſiſſet. Quieſcenti munera largiturum, bellum minanti viros & arma objecturum. Nec enim vires & copias ſibi deeſſe. Itaque Attilas in varias diſtrahebatur ſententias, & illi in dubio hærebat animus, quos primum aggrederetur. Tandem melius ei ſe habiturum viſum eſt; ad periculoſius bellum ſeſe convertere, & in Occidentem exercitum educere. Illic enim ſibi rem fore, non ſolum cum Italis ſed etiam cum Gothis, & Francis: cum his ut Honoriam cum ingentibus divitiis in uxorem acciperet: cum illis, ut Genſerici gratiam promereretur.* Erat Honoria Valentiniani Imp. ſoror, quæ cum ab Eugenio Procuratore ſuo ſtuprata concepiſſet, miſſa fuerat ad Theodoſium, qui eam tenebat incluſam. Verum Honoria, *clandeſtino Eunucho miſſo, Attilam invitavit, ut contra fratris poteſtatem ejus patrociniis uteretur. Prorſus indignum facinus, ut licentiam libidinis malo publico compararet,* inquit Jornandes de reb. Get. cap. 42.

XIV. *Provincia Viennenſis in duas dividitur.* A num. LI. ad LXI. Sancto *Hilario* Arelatenſi Epiſcopo anno ſuperiori vita functo, ut diximus anno CCCCXLV. Epiſcopi Viennenſis Provinciæ pro *Ravennio* ejus ſucceſſore Epiſtolam ſeu libellum ad Sanctum Leonem mittunt, reſtituique Metropolitano Arelatenſi jura ſuæ Ec- cleſiæ

impenſe deligitis, illa res minuat, quæ pietatem veſtram alte offendit. Et ſane manifeſtum eſt Eccleſiæ Arelatenſi divinæ gratiæ favorem adeſſe, cui talem habere contigit ſacerdotem, per quem privilegia dignitatis antiquæ, quæ dolebat ſibi pro tempore diminuta, gauderet in perpetuum recentioribus Apoſtolicæ ſedis auctoribus reformata.

LIV. *Omnibus etenim regionibus Gallicanis notum eſt, ſed nec ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ habetur incognitum, quod prima intra Gallias Arelatenſis civitas miſſum a beatiſſimo Petro Apoſtolo ſanctum Trophimum habere meruit ſacerdotem, & exinde aliis paulatim regionibus Galliarum bonum fidei & religionis infuſum: priuſque alia loca ab hoc rivo fidei, quem ad nos Apoſtolicæ inſtitutionis fluenta miſerunt, meruiſſe manifeſtum eſt ſacerdotem, quam Viennenſis civitas, quæ ſibi nunc impudenter ac notabiliter primatus expoſcit indebitos. Jure enim ac merito ea urbs ſemper apicem ſanctæ dignitatis obtinuit, quæ in ſancto Trophimo primitias noſtræ religionis prima ſuſcepit, ac poſtea intra Gallias hoc quod divino munere fuerat conſecuta, ſtudio doctrinæ ſalutaris effudit. Cujus honoris obtentu Eccleſiam Arelatenſem omnes deceſſores prædeceſſoreſque noſtri velut matrem debito ſemper honore coluerunt, tenenteſque traditionem totam ab hac ſibi civitatis noſtræ ſede Epiſcopos poſtularunt. Ab hujus Eccleſiæ ſacerdote tam deceſſores noſtros, quam nos ipſos conſtat in ſummum ſacerdotium, donante Domino, conſecratos. Quam quidem antiquitatem ſequentes prædeceſſores beatitudinis veſtræ, hoc quod erga privilegia Arelatenſis Eccleſiæ inſtitutio vetuſta tradiderat, promulgatis (ſicut & ſcrinia Apoſtolicæ ſedis proculdubio continent) auctoritatibus confirmarunt: credentes plenum eſſe rationis atque juſtitiæ, ut ſicut per beatiſſimum Petrum Apoſtolorum principem ſacroſancta Eccleſia Romana teneret ſupra omnes totius mundi Eccleſias principatum, ita etiam intra Gallias Arelatenſis Eccleſia, quæ ſanctum Trophimum ab Apoſtolis miſſum ſacerdotem habere meruiſſet, ordinandi pontificium vendicaret: His ſecundum religionem utitur privilegiis Eccleſia memorata.*

Cæterum multa ſunt, quibus ſecundum inſtituta Principum cunctis intra regiones noſtras civitatibus præferatur. Hæc in tantum a glorioſiſſimæ memoriæ Conſtantino peculiariter honorata eſt, ut ab ejus vocabulo præter proprium nomen, quo Arelas vocitatur Conſtantina nomen acceperit. Hanc clementiſſimæ recordationis Valentinianus & Honorius fideliſſimi Principes ſpecialibus privilegiis, & ut verbo ipſorum utamur, matrimonium Galliarum appellando decorarunt. In hac urbe quicumque intra Gallias ex tempore prædictorum oſtentare voluit inſignia dignitatis, Conſulatum ſuſcepit & dedit. Hanc ſublimiſſima præfectura, hanc reliquæ poteſtates, velut communem omnibus patriam, ſemper inhabitant. Ad hanc ex omnibus civitatibus multarum utilitatum cauſa concurritur: & plane ita ſibi erga privilegia memoratæ vel Eccleſiæ vel civitatis, divina (ut credimus) diſpenſatione, omnia conſenſerunt, ut ſemper ſicut Eccleſia Arelatenſis intra Gallias primatum in ſacerdotio, antiquitatis merito, ita etiam civitas ipſa principatum in ſæculo, opportunitatis gratia poſſederit. Unde factum eſt, ut non ſolum provinciæ Viennenſis ordinationem, ſed etiam trium provinciarum, contemplatione ſancti Tro- LV. Arelat. Civitatis dignitas, & laudes.

PAGIUS cleſiæ poſtulant. Sanctus Leo hanc litem ita compoſuit, ut Viennenſi Metropoli quatuor Epiſcopatus attribueret, Valentinum, Tarentaſienſem, Genevenſem, & Gratianopolitanum: reliquos ſubjecerit Arelatenſi Metropolitæ. Libellum illum, literaſque Sancti Leonis Baronius recitat; Sirmondus tamen in Tomo I. Concil. Galliæ diverſo a germanis monumentis charactere libellum excudi curavit, quod eum ſuppoſititium exiſtimaret, quo & in ſententia fuit Launojus in Diſſert. *de duobus Dionyſiis*, & quidam alii. Verum immerito huic libello ſuppoſitionis nota inuritur, quemadmodum jam a pluribus Viris doctis oſtenſum eſt, & quidem adeo ſolide, ut nullum hac de re dubium ſupereſſe poſſit.

XV. *Floret Nilus.* Floruit Sanctus *Nilus* Aſcetes, Theodoſio & Marciano imperantibus, Sancti Joannis Chryſoſtomi diſcipulus, cujus Epiſtolas Leo Allatius, & Opuſcola Joſephus Maria Suarez Epiſcopus Vaſionenſis publicarunt. Ipſe Nilus in Epiſtola CCLXV. lib. 2. & in Epiſtola CCLIX. lib. 3. utraque *ad Arcadium Imp.* ſcripta, ætatem ſuam firmiſſime aſſeverat, cum *Arcadium* reprehendit, quod Sanctum Joannem Chryſoſtomum in exilium amandarit, anno ſc. CDIV. Allatius in Diatriba de *Nilis & eorum Scriptis*, arbitratur, *Nilum* uſque ad annum Chriſti quingenteſimum, qui decimus erat Anaſtaſii Imp. perveniſſe; quod in Epiſtola ad *Zoſerium Tribunum*, quæ libri primi quinquageſima ſeptima eſt, Nilus poſtquam dixit, Judæos ob Chriſtum morti addictum *perpetuo excidio* traditos eſſe, ſubjungat: *En itaque quingenteſimus annus, & nuſquam divinum ſubſidium, non auxilium, non conſolatio.* Inde enim infert Allatius, tum cum hæc ſcriberet Nilus annos centum viginti tres numeraſſe; quia annos triginta natus videtur fuiſſe, quando Arcadii labes & maculas ingenuitate libera increpavit. At quemadmodum anno CCCLXII. obſervavi *Hilarium Diaconum*, cum ſexto mundi millenario ſe ſe ſcribere aſſerit de ſexto millenario inchoato intelligendum eſſe; ita & *Nilus* de quingenteſimo Chriſti anno tantum incepto, ſeu de quinto ſæculo, numero rotundo loquitur. Quare ubi in Græcorum Menologio ad diem XII. Novembris quo Sanctus *Nilus* colitur, habetur hunc flo-

phimi (ſicut & ſanctorum prædeceſſorum veſtrorum patefacta ſibi teſtatur auctoritas) Arelatenſis Eccleſiæ ſacerdos ad ſolicitudinem ſemper ſuam curamque revocarit. Cui id etiam honoris dignitatiſque collatum eſt, ut non tantum has provincias poteſtate propria gubernaret, verum etiam omnes Gallias, ſibi Apoſtolicæ ſedis vice mandata, ſub omni Eccleſiaſtica regula contineret.

LVI. *His itaque omnibus intimatis, & in notitiam beatitudinis veſtræ fideli aſſertione perlatis, quæſumus, & obſecramus coronam ſanctimoniæ veſtræ per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui in vobis juſtitiam, patientiam, tranquillitatem, & bona totius ſanctitatis ac perfectionis elegit, & per beatiſſimum Apoſtolum Petrum, quem vita & converſatione veſtra nobis divino munere redditum credimus, ut quidquid Arelatenſis Eccleſia (ſicut ſuperius indicavimus) vel ab antiquitate ſuſcepit, vel poſtea auctoritate ſedis Apoſtolicæ vendicavit, id omne ad ſuum pontificium revocare, ejuſdem Eccleſiæ ſacerdotem beatitudinis veſtræ auctoritas in perpetuum manſura præcipiat. Ipſi autem, vel officiorum cauſa, vel hujus legationis obtentu ſanctimoniæ veſtræ nos præſentaſſemus aſpectibus, niſi alios infirmitas, alios anni præſentis penuria ab hac votorum noſtrorum cupiditate revocaſſet: ſed confidimus in Domino Jeſu Chriſto, qui precibus, & deſideriis noſtris effectum promptiſſimæ pietatis veſtræ præſtitit; quod qui nunc legationis officio fraudamur, gratiarum poſtea referendarum per noſmetipſos actione fungemur.* Hactenus Epiſcoporum preces ſine die & Conſule: verum hoc anno datas eſſe, ſequens epiſtola S. Leonis ad eos reddita docet, ex qua pariter redditur manifeſtum Eccleſiam etiam Viennenſem miſiſſe Romam eadem ex cauſa ad S. Leonem Papam legationem. Juribus autem utriuſque partis diligenter examinatis, perſtitit S. Leo in ſententia, ut Arelatenſis Eccleſia nihil ſibi ſumeret eorum, quæ eſſent Viennenſis Eccleſiæ. Epiſtola vero ipſius ex eodem exſcripta codice ſic ſe habet:

Dilectiſſimis fratribus Conſtantino Armatario, Audentio, Severiano, Valeriano, Urſo, Stephano, Nectario, Conſtantio, Maximo, Aſclepio, Theodoro, Juſto, Ingenuo, Auguſtali, Superventori, Unantio, Fonteio, Palladio, Leo. LVII.

*Lectis dilectionis veſtræ litteris, quas ad nos filii noſtri Petronius presbyter, & Regulus diaconus detulerunt, quam benevolum fratri & Coepiſcopo noſtro Ravennio impendatis affectum, evidenter agnovimus: ſiquidem poſtulatis, ut ei quod deceſſor ipſius merito nimiæ præſumptionis amiſerat, reformetur. Sed petitionem fraternitatis veſtræ Viennenſis Epiſcopus miſſis litteris & legatis ſua ſuggeſtione prævenerat, conquerens Arelatenſem Epiſcopum ordinationem ſibi Vaſenſis * Antiſtitis uſurpaſſe. Cum itaque nobis ita & paternarum reverentia ſanctionum, & omnium veſtrum ſervanda ſit gratia, ut in Eccleſiarum privilegiis nihil convelli, nihil patiamur excidi: conſequens fuit, ut ad conſervandam intra Viennenſem & Arelatenſem provincias pacem adhiberetur juſtitiæ moderatio, quæ nec antiquitatis uſum, nec deſideria veſtra negligeret.*

S. Leonis epiſtola ad Epiſc. Arelat. Provin.

* Vaſatenſis.

LVIII. *Conſideratis enim allegationibus utriuſque partis præſentium clericorum, ita ſemper intra provinciam veſtram, & Viennenſem & Arelatenſem civitates claras fuiſſe reperimus, ut quarumdam cauſarum alterna ratione, nunc illa in Eccleſiaſticis privilegiis, nunc iſta præcelleret, cum tamen eiſdem commune jus quondam fuiſſe a gentibus proderetur. Unde Viennenſem civitatem, quantum ad Eccleſiaſticam juſtitiam pertinet, inhonoratam penitus eſſe non patimur, præſertim cum de receptione privilegii auctoritate jam noſtra diſpoſitionis utatur. Quam poteſtatem Hilario Epiſcopo ablatam, Viennenſi Epiſcopo credimus deputandam: qui ne repente ſemetipſo factus videatur inferior, vicinis ſibi quatuor oppidis præſidebit, id eſt, Valentiæ, & Tharantaſiæ, & Genevæ, & Gratianopoli, ut cum eis ipſa Vienna ſit conjuncta, ad cujus Epiſcopum omnium prædictarum Eccleſiarum ſolicitudo pertineat: reliquæ vero civitates ejuſdem provinciæ ſub Arelatenſis Antiſtitis auctoritate*

PAGIUS fuiſſe *Mauricio imperante*, legendum, *Marciano imperante*, ut jam ab aliis annotatum: qui enim Chryſoſtomi tempore vixit, *Mauricio Imp.* coævus eſſe non potuit. Melius itaque Martyrologium Romanum habet. *Nilum ſub Theodoſio Juniore* claruiſſe, quod diſerte teſtatur Nicephorus lib. 14. cap. 54.

XVI. Weſtmonaſterienſis geſta hoc anno in Magna Britannia his verbis narrat: *Anno gratiæ CDL. emergentes ex more Scoti cum Pictis ex partibus Aquilonis, exercitum nimis grandem confecerunt; atque Aquilonares Inſulæ partes cœperunt depopulari. Quod cum Vortigerno fuiſſet nunciatum, collegit milites, atque trans Humbrum obviam perrexit. Nec multum oportuit cives pugnare: nam Saxones, qui aderant, tam viriliter præliabantur, ut hoſtes qui prius vincere ſolebant, ſine mora in fugam propellerent. Vortigernus ergo per eos victoria potitus, donaria ſua ipſis ampliavit, atque Duci eorum Hengiſto dedit agros plurimos in Lindeſeja, quibus ſe ſe ſuoſque ſuſtentaret commilitones.* Pergit Weſtmonaſterienſis: *At Hengiſtus cum eſſet vir aſtutus, comperta Regis amicitia, ipſum in hunc ſermonem adivit. Domine mi Rex, undique inquietant te inimici tui: ſi placet ergo mittamus in patriam, ut invitemus ex ea milites, ut numerus noſter augeatur. Rex igitur ejus conſilio ac petitioni acquie-*

Anglo Saxones de Britannia ſibi ſubiicienda conſilium ineunt.

Digitized by Google

ctoritate, & ordinatione conſiſtant: quem pro modeſtiæ ſuæ temperantia ita futurum credimus ſtudioſum charitatis, & pacis, ut nequaquam ſibi credat ablatum, quod fratri videat eſſe conceſſum. Data III. Non. Maii, Valentiniano Aug. VII. & Abieno V. C. Conſſ. In fine hujus epiſtolæ hæc, quæ ſequuntur verba habentur: *Hoc præceptum domini Leonis confirmatum eſt a ſede Apoſtolica, præſidente Symmacho Papa, Probo V. C. Conſ.* Habes lector, de antiqua quæſtione S. Leonis Papæ ſententiam ex recitata epiſtola nondum cuſa, percepta ex codice Arelatenſi, quem eo fideliorem exiſtima, dum quæ contra ipſam eſſe probarentur Eccleſiam Arelatenſem, æque integra aſſervata cuſtodit: ubi & extat eadem die, & anno data ad Ravennium ab eodem Pontifice ejuſmodi epiſtola:

LIX. *Dilectiſſimo fratri Ravennio, Leo,*

Duo filios noſtros Petronium presbyterum, & Regulum diaconum in Urbe tenuimus: quoniam & de noſtra hoc gratia merebantur, & fidei, quæ nunc quorumdam errore vexata eſt, ratio poſtulabat. Voluimus enim eos intereſſe tractatui, & univerſa cognoſcere, quæ per te cupimus ad omnium fratrum, & conſacerdotum noſtrorum notitiam pervenire: cariſſime hoc dilectioni tuæ ſpecialiter delegantes, ut ſolicitudine vigilantiæ tuæ epiſtola noſtra, quam ad Orientem pro fidei defenſione direximus, vel ſanctæ memoriæ Cyrilli, quæ noſtris ſenſibus tota concordat, univerſis fratribus innoteſcat, ut certiores effecti contra eos, qui incarnationem Domini pravis perſuaſionibus æſtimant temerandam, ſpirituali ſe virtute præmuniant. Habes probabilem facultatem, qua cunctis Eccleſiis, & Domino noſtro Epiſcopatus tui poſſis commendare primordia, ſi hæc ita ut credimus atque mandavimus, impleveris, frater cariſſime. Quæ autem committenda litteris non fuerunt, cum prædictorum filiorum noſtrorum inſinuatione didiceris, cariſſime, Domini fretus auxilio efficaciter (ut diximus) aut laudabiliter exequemur. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data III. Non. Maii glorioſiſſimo Val. Aug. VII. & Abieno V. C. Conſ.

LX. Ex hac epiſtola intelligis ſanctum Leonem Papam miſiſſe ad Gallicanos Epiſcopos inſignem, atque famoſam illam epiſtolam de fide Catholica ad Flavianum ſcriptam; ut non Orientalibus tantum, ſed & Occidentalibus innoteſcerent, quæ de Verbi incarnatione teneret hactenus, atque tenuiſſet ſemper Eccleſia Catholica. Qua accepta ad Flavianum epiſtola, Epiſcopi Galliarum eadem probe cognita, & in omnibus fidei Catholicæ quam hactenus cuſtodiſſent, conſentire probata, reſcripſerunt ad eumdem S. Leonem epiſtolam illam, quæ ſine die & Conſule data cum habeatur, eam ſub dictis anni hujus Conſulibus eſſe collocandam intelligis, cujus eſt exordium: *Perlata ad nos epiſtola beatitudinis veſtræ, &c.* Habetur in recentiori editione Romana epiſtolarum Sancti Leonis poſt ejus epiſtolam quinquageſimam tertiam, non tamen ſuo loco collocata. Sic igitur pluribus habes epiſtolis auctum numerum epiſtolarum S. Leonis Magni, cujus tanti Patris vel una reperta ſententia ſcriptis mandata magnarum loco divitiarum fuerat æſtimanda, atque litteris aureis exaranda ☜.

LXI. Ingens fames Italiam vexat. Hoc eodem anno ingens fames vexavit Italiam; adeo ut inedia pereuntes, filios ad cibum emendum vendiderint. Eſt de his locuples teſtis Valentiniani ſanctio anno ſequenti menſe Januario data, qua præcipit, ut parentibus liceret redimere filios: meminit autem hujus penuriæ iſtis verbis (a): *Notum eſt proxime obſcœniſſimam famem per totam Italiam deſæviſſe, coactos homines & filios parentes vendere, ut diſcrimen inſtantis mortis effugerent. Tantum unicuique miſeranda macies & lethalis pereuntium pallor extorſit, ut totius, quem natura conceſſit, amoris obliti, alienare ſuos, pietatis genus putarent. Nihil eſt enim, ad quod non deſperatio ſalutis impellat: nihil turpe, nihil vetitum credit eſuries: ſola cura eſt, ut qualicumque ſorte vivatur.* Hæc Imperator. Sed & peſte laboraſſe Italiam, Gelaſius (b) Papa teſtatur. Atque hactenus de rebus geſtis præſentis anni.

(a) Valent. Novel. tit. 11. apud C. Theod.

(b) Gelaſ. in Anc.

PAGIUS *acquieſcens, præcepit Hengiſto in Germaniam mittere, ut milites ex ea invitaret feſtinum timidi tui ſua conferrent auxilium.* Paulo poſt; *Miſſa in Germaniam Legatione nuncii revertentes decem & octo naves electis militibus oneratas detulerunt. Adduxerunt etiam filiam Hengiſti vocabulo Rovven; cujus pulchritudine Vortigernus illectus poſtulavit eam a patre ſuo. Hengiſtus vero comperta animi Regis levitate conceſſit ei filiam ſuam.* Hujus conjugii occaſione & Britannorum res everſæ, & idololatria in Inſulam introducta.

XVII. Sebaſtianus Comes occiditur. *Sebaſtianus* Comes, ut anno CDXL. num. IV. oſtendimus, Genſerici Vandalorum Regis juſſu occiditur. *Valentinianus* Imp. Romam proficiſcitur, ubi Synodus Romana celebratur, & *Placidia* Aug. moritur, ut anno ſuperiori num. XX. dicitur.

I. QUadringenteſimus quinquageſimuſ-primus Chriſti annus lætis auſpiciis Conſulatus religioſiſſimi Imperatoris Marciani cum collega Adelphio aperitur, memorabilis Magni Concilii Chalcedonenſis pacifica celebratione: de quo nos acturi, quæ ante ipſum præceſſere, res geſtas diligenti narratione in medium adducemus. Ac primum de legatis Apoſtolicæ ſedis Abundio atque collegis dicendum. Hos quidem de rebus geſtis ad S. Leonem Papam relationem miſiſſe una cum Anatolii Conſtantinopolitani Epiſcopi epiſtola fidei profeſſionem continente, ex ejuſdem S. Leonis litteris conſtat: Quam cum ipſe S. Pontifex accepiſſet, atque eam in omnibus intellexiſſet eſſe Catholicam, in omnibus aſſentientem iis quæ in epiſtola ad Flavianum conſcripta erant: gratulatorias atque pacificas eidem Anatolio litteras reddidit hoc anno Idibus Aprilis, quarum hujuſmodi eſt exordium (*a*):

Anatolius profeſſionem fidei mittit ad S. Leonem Papam.

(*a*) *Leo ep. 40.*

II. De litteris ad Anatolium redditis.

Gaudemus in Domino, & in dono gratiæ ipſius gloriamur, quia (ſicut dilectionis tuæ litteris & fratrum noſtrorum, quos Conſtantinopolim miſeramus, relatione cognovimus) ſequacem te Evangelicæ eruditionis oſtendis: ut per ſacerdotis probabilem fidem merito præſumamus, quod tota Eccleſia eidem credita nec rugam cujuſquam ſit erroris habitura, nec maculam. Hæc exordiens habet. Quod vero lapſis in hæreſim Epiſcopis, vel hæreticorum communione fœdatis, ad Eccleſiam Catholicam reverti cupientibus nonniſi propriæ Eccleſiæ communicatio conceſſa eſſet; quid præterea iiſdem indulgent S. Leo, ita ſubdens in eadem epiſtola iſta declarat: *De fratribus vero, quos & epiſtolis tuis, & legatorum noſtrorum relatione communionis noſtræ cupidos eſſe cognovimus, eo quod doleant ſe contra potentiam, contraque terrores non tenuiſſe conſtantiam, ſed alieno ſceleri præbuiſſe conſenſum, cum ita eos formido turbaſſet, ut in damnationem Catholici atque innocentis Antiſtitis, & in receptionem deteſtabilis pravitatis trepido famularentur obſequio; illud quidem, quod præſentibus & agentibus noſtris conſtitutum eſt, approbamus, ut ſuarum interim Eccleſiarum eſſent communione contenti.* Hæc jam per legatos Conſtantinopoli decreta erant: ſed quid his amplius ipſe Leo putaverit eſſe indulgendum, ex verbis ipſius accipe:

Sed cum legatis noſtris, quos miſimus, participata tecum ſolicitudine volumus diſponatur; quatenus hi qui plenis ſatisfa- III.
ctio-

PAGIUS SÆC. V.

ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 5944.

☉ 22. G. ☽ 15. P. 8. April. Indict. 4.

Anno Eræ Hiſpan. CCCCLXXXIX.

A. C. 451.

JESU CHRISTI 451.

LEONIS PAPÆ 12.

VALENTINIANI III. 27.

MARCIANI 2.

I. Tricennalia Valentiniani.

[1] COSS. *Marcianus Aug.* & *Fl. Adelphius*, ut vocatur a Proſpero in Chronico, qui in Occidente creatus eſt, ut liquet ex literis Sancti Leonis hoc anno datis, quæ omnes ſolius ejus nomine conſignantur. *Marciani* Conſulatus juxta priorem Conſulatuum Cæſareorum regulam. Imperii Cæſarei Valentiniani *Tricennalia* in hunc annum incidunt.

II. S. Leo Legatos Conſtantinopolim ad reconciliandos lapſos Epiſcopos mittit.

A num. I. ad XXXIV. Sanctus Leo quod antea per literas *Marciano* pollicitus erat, Legatos *Lucentium* Aſculanum Epiſcopum, & *Baſilium* Presbyterum Conſtantinopolim miſit: ut eorum, qui Epheſi lapſi erant confeſſionem reciperent, & ad communionem ſummi Pontificis admitterent. Alia illis negotia commiſit, deditque literas ad Marcianum binas, ad Pulcheriam, ad Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſc. & Julianum Epiſc. Coenſem. Duæ Leonis Epiſt. ad Marcianum, quæ alias erant ordine XLII. & XLIII. nunc ſunt LXII. & LXIII. Epiſtola ad *Pulcheriam*, quæ alias XLV. nunc LXIV. Epiſtola ad *Anatolium*, quæ alias XLVI. nunc LXV. Epi-

NOTÆ [1] C*Oſſ. Marcianus Aug. & Fl. Adelphius*. Vetus inſcriptio apud Aringhium tom. II. pag. 459. & apud Reineſium pag. 977.

DEPOS. VIII. KAL. OCTOBR.
ADELFO. V.C. CONSVLE

Faſti Idatii: *Adelphio & Marciano*. Laterculum epiſtolarum S. Leonis Papæ, quæ his Coſſ. datæ ſunt, vide apud Relandum. Item de *Adelphio* conſule adi Fontaninum de Antiquitatibus Hortæ lib. II. cap. I. Actiones I. II. III. IV. V. VI. VIII. XI. & XIV. Concilii Calchedonenſis apud Labbeum Concil. tom. IV. pag. 78. & 236. A. D. 451. *menſe Octobris conſulatu Marciani Auguſti, & ejus qui fuerit Declaratus Conſul*. Mirum menſe Octobri nondum in Oriente pervulgatum fuiſſe conſulis Occidentalis nomen. Victor t-*Conſulatu Marciani Aug.* Marcellinus: *Marciano Aug. & Adelfio*. Proſper editus: *Marciano Auguſto, & Flavio Adelfio*. Proſper Vaticanus MS. *Marciano Aug. & Adelfo*. Apud nonnullos Faſtorum recentes ſcriptores hi conſules leguntur; *Fl. Marcianus, & Clodius Adelfius*.

De non recitandis nominibus impœnitentium. *ſticnibus male geſtis condemnant, & accuſare ſe magis eligunt, quam tueri pacis & communionis noſtræ unitate lætentur, ita ut digne prius anathemate quæ contra fidem Catholicam ſunt recepta damnentur.* Hæc S. Leo, quibus de primis impietatis auctoribus iſta ſubjungit: *De nominibus autem Dioſcori, Juvenalis, & Euſtathii ad ſacrum altare non recitandis, dilectionem tuam hoc decet cuſtodire, quod noſtri ibidem conſtituti faciendum eſſe dixerint, quodque honorandæ S. Flaviani memoriæ non repugnet, & a gratia tua Chriſtianæ plebis animos non avertat. Nam iniquum nimis eſt atque incongruum, eos qui innocentes & Catholicos ſua perſecutione vexarunt, ſanctorum nominibus ſine diſcretione miſceri: cum damnatam impietatem non deſerentes ipſi ſe ſua pravitate condemnent: quos convenit aut percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.* Hæc ipſe. Commendat demum eidem clericos Flaviani, & quos vult ab ipſo ſuſcipi: ſed & Eccleſiam Euſebii Dorilæi Romæ hoc tempore agentis ut curet, admonet. Reddidit has ad Anatolium litteras ſanctus Leo (ut diximus) hoc anno, Idibus Aprilis.

IV. Eadem quoque die idem ſanctiſſimus Pontifex ad Marcianum Imperatorem litteras (*a*) dedit, quibus immenſas illi de ſuſcepto Catholicæ fidei patrocinio gratias agit: aliam inſuper addidit ad Pulcheriam (*b*) Auguſtam; cujus ſtudium cum adverſus Neſtorium, tum adverſus Eutychetem plurimum commendans, gratias pariter agit immortales de honorifice ab ea ſuſceptis Apoſtolicæ ſedis legatis, deque reſtitutis damnatis Epiſcopis, & ſacris reliquiis ſancti martyris Flaviani cum honore Conſtantinopolim translatis, & aliis ab ea ſanctiſſime geſtis: commendat inſuper eidem Euſebii Dorilæi Eccleſiam. Hic quidem Romam ad ipſum Leonem Pontificem, ut ab eo in ſedem ſuam reſtitueretur, venit: qui fidei Catholicæ profeſſione eidem oblata ab ipſo Summo Pontifice ſuſceptus eſt. De hac enim ipſius profeſſione ipſemet Euſebius meminit in ſacroſancto Concilio Chalcedonenſi verbis iſtis (*c*): *Hanc regulam ſanctiſſimo Papæ in urbe Roma relegi, præſentibus clericis Conſtantinopolitanis; eamque ſuſcepit, &c.* Erant iſti qui Romæ aderant, ab Anatolio cum ejus fidei profeſſione miſſi, quorum ipſe Leo meminit in epiſtola ad Julianum (*d*).

(*a*) Leo ep. 38.

(*b*) Leo ep. 39.

Ad Marcianum & Pulcheriam S. Leo ſcribit.

(*c*) Conc. Chalced. Act. 16.

(*d*) Leo ep. 41.

V. Agi cœptum de cogendo Concilio. Poſt hæc agi cœptum de Synodo univerſali cogenda: quod quidem magna induſtria ſummaque diligentia a Leone Romano Pontifice Marcianus Imperator expetiit; ſed ipſe Pontifex ob ingruentes Hunnorum exercitus Gallias devaſtantes, & jam Italiam cogitantes, ad opportunius tempus exiſtimabat differendum eſſe univerſale Concilium: verum quod Marciano in optatis eſſe videret quamprimum ab his diſſenſionibus cauſa Eutychetis obortis pacatum reddere Romanum Imperium, alios decrevit mittendos Conſtantinopolim legatos, qui Synodo intereſſent: cujus rei cauſa has primum ad ipſum Marcianum Auguſtum litteras dedit, quibus in primis admonet conſultum eſſe debere Eccleſiaſticæ antiquitati, nec pareretur Filii Dei incarnationis ſacramentum ab Apoſtolis Eccleſiæ traditum, quaſi recens dogma, in controverſiam adducendum. Sed audi ipſam Leonis Papæ ad Imperatorem brevem epiſtolam (*e*):

(*e*) Leo ep. 41.

VI. Leo ad Marcianum Aug. de Synodo cogenda. *Quamvis per Conſtantinopolitanos clericos ad pietatem veſtram ante ſcripſerim: ſumptis tamen clementiæ veſtræ litteris per virum illuſtrem præfectum Urbis filium meum Tatianum, magnam materiam gratulationis accepi, quia ſtudioſiſſimos vos Eccleſiaſticæ pacis agnovi. Cui ſancto deſiderio digna æquitate confertur, ut quem ſtatum eſſe cupitis religionis, eumdem habeatis & regni. Nam inter Principes Chriſtianos Spiritu Dei confirmante concordiam, gemina per totum mundum fiducia roboratur: quia profectus charitatis & fidei utrorumque armorum potentiam inſuperabilem facit, ut propitiato per unam confeſſionem Deo, ſimul & hæretica falſitas, & barbara deſtruatur hoſtilitas, glorioſiſſime Imperator.*

VII. Fides non revocanda in diſputationem. *Aucta igitur per Imperialem amicitiam ſpe cæleſtis auxilii, confidentius pietatem veſtram pro ſacramento ſalutis humanæ incitare præſumo, ne cujuſquam procaci impudentique verſutia, quaſi de incerto quid ſequendum ſit, ſinatis inquiri: ut cum ab Evangelica Apoſtolicaque doctrina nec uno quidem verbo liceat diſſidere, aut aliter*

PAGIUS Epiſtola ad *Julianum* primum juris publici a Queſnello facta, eſtque ordine LXVI. Leo Epiſtola LXIII. ad Marcianum, petit differri Synodum, ut ii, quos metus belli retinet, ad Concilium veniant: *Sacerdotes* inquit, *Provinciarum omnium congregari præſentis temporis neceſſitas nulla ratione permittit: quoniam illæ Provinciæ, de quibus maxime ſunt evocandi, inquieta bellorum ab Eccleſiis ſuis non patiuntur abſcedere.* Ex epiſtola data *VII. Idus Junii, Adelphio V. C. Coſ.* Quibus ex verbis intelligimus, *Attilam*, quando hæc Leo ſcribebat, varias Galliarum Urbes jam deprædatum eſſe, & pugnam Catalaunicam, de qua mox, poſt Kalendas Auguſti habitam. Leo Epiſtola ſua ad Julianum Coenſem, eum hortatus, ut & opera juvet Legatos in negotio Eccleſiæ, ubi conſilio & prudentia opus; incumbatque fortiter ad fluctus frangendos, quos Epheſina tempeſtas commovit. Ex his Epiſtolis colligit, Queſnellus Legatos ad Synodum univerſalem miſſos non eſſe, licet id ſentiat Baronius num. V. & ſeqq.

liter de Scripturis divinis ſapere, quam beati Apoſtoli & Patres noſtri didicere, atque docuerunt; nunc demum indiſciplinatæ moveantur & impiæ quæſtiones, quas olim, mox ut eas per apta ſibi corda diabolus excitavit, per diſcipulos veritatis Spiritus ſanctus extinxit. Nimis autem impium eſt, ut per paucorum inſipientiam ad conjecturas opinionum & ad carnalium diſputationum bella revocemur; tamquam reparata diſceptatione tractandum ſit, utrum Eutyches impie ſenſerit, & utrum inepte Dioſcorus judicarit, qui in ſanctæ memoriæ Flaviani condemnatione ſe perculit, & ſimpliciores quoſque, ut in eamdem ruinam provolverentur, impegit: quorum multis jam (ut cognovimus) ad ſatisfactionis remedia converſis, & veniam de inconſtanti trepidatione poſcentibus, non cujuſmodi ſit fides tractandum eſt, ſed eorum precibus qualiter annuendum. Unde piiſſimæ ſolicitudini veſtræ, quam de indicenda Synodo habere dignamini, per legationem quæ confeſtim ad clementiam veſtram, Deo annuente, perveniet, quicquid ad cauſæ utilitatem arbitror pertinere, plenius atque opportunius ſuggeretur. Dat. nono Kalend. Maii, Adelpbio viro clariſſimo Con'ule. Hæc eſt prima epiſt. Leonis ad Marcianum de Synodo œcumenica cogenda.

VIII. Dedit eodem argumento alias quoque
(a) Leo ep. 43. litteras (a) quinto Kal. Junios, quibus de differenda Synodo agit, & quod habebat in animo aperit; ſed & cauſam moræ eam oſtendit, nimirum ut liberati Epiſcopi a barbarica hoſtilitate, liberi ad Synodum ſe conferrent. Imminebat
Legati a S. Leone miſſi. (ut diximus) cum Hunnorum exercitu Attila, de quo in fine anni hujus acturi ſumus. Quinam autem ab eo legati mittantur, nominat, nempe Paſchaſinum Epiſcopum Lilibæi in Sicilia, Lucentium Epiſcopum Aſculanum, Bonifacium, & Baſilium S. R. E. presbyteros Cardinales, quibus participem adjunxit Julianum Coenſem Epiſcopum. Interea vero quintum ante diem ab his datis ad Marcianum Auguſtum a ſancto Leone Pontifice litteris, idem Auguſtus decimo Kalendas Junias publicam ſanctionem edidit de Synodo œcumenica, ad quam Epiſcopos convocavit, Nicææ in Bithynia celebranda: ita enim ipſi erat in animo, ibi univerſale celebrare Concilium adverſus Eutychetis hæreſim, ubi primum fuit impietas Ariana damnata. De ipſa autem indictione futuræ Synodi ita ſe habet ad Metropolitanos primum ſcripta epiſtola (b): (b) Ante Concil. Chalc.

Imperatores Cæſares Valentinianus & Marcianus Victores & Triumphatores ſemper Auguſti ad omnes ubique reverendos Epiſcopos.

*Omnia ad veram fidem & Chriſtianam & Orthodoxam religionem tendentia præponenda aliis rebus exiſtimavimus. Deo enim propitio exiſtente, & noſtrum Imperium & communes cauſas meliores fore confidimus. Quia igitur dubitationes quædam circa Orthodoxam fidem motæ ſunt, ſicut indicant & litteræ ſanctiſſimi Archiepiſcopi feliciſſimæ Romæ Leonis: placuit nobis, propriè * ſanctum Concilium fieri in Nicæa Bithyniæ civitate: quatenus cunctis concordantibus, veritate examinata, & ceſſante omnium ſtudio, quo quidam abuſi, religionem turbaverunt Orthodoxam, vera & ſaluberrima fides ſic omnimodo manifeſtetur, ut de cætero omnis quæſtio & dubitatio auferatur. Unde tua ſanctitas, cum quantis approbaverit reverendiſſimis Epiſcopis ſub ſuo ſacerdotio conſtitutis ſanctarum Eccleſiarum, expertas habentibus divinas Scripturas, & in ſcientia & doctrina Orthodoxa & veræ fidei præ cunctis eminentibus, ad memoratam Nicæam civitatem proximis Kalendis Septembris advenire feſtinet. Quiſquis autem generalem & omnimodo utilem futuram Synodum refutaverit, peccare quidem & circa Divinitatem ipſam, & pietatem noſtram offendit *. Agnoſcat autem tua ſanctitas quoniam noſtra pietas aderit in ipſo Concilio, niſi quædam publicæ & inevitabiles curæ fecerint occupari.* Hæc ad Metropolitanos Epiſcopos cujus

IX. Edictum Imp. de Synodi indictione.

* propere

* oſtendit

PAGIUS ſeqq. Nam Marcianus ad Leonem, & Leo ad Marcianum invicem ſcripſerant de Synodo, ſed nondum convocata: imo de loco & tempore diſceptatio erat. Fefellit Baronium error, qui irrepſit in diem; quo data vulgo legitur Epiſtola XLIII. nunc LXXIII. ubi pro *V. Kalend. Junii*, reſtituendum, *V. Kalend. Julii*, ut MS. Codex Cardinalis Grimani. Nam cum Baronius exiſtimaret, *Bonifacium* Roma Cpolim miſſum V. Kalend. Junii, putavit & Lucentium, & Baſilium, qui Synodo Chalcedonenſi præfuere, eodem die miſſos ad Synodum, quod Roma *V. Idus Junii* profecti fuerint. *Lucentius* itaque & *Baſilius* menſe Junio Legati Conſtantinopolim miſſi pro reconciliandis lapſis Epiſcopis, ut aſſerit Leo, non vero pro concilio generali celebrando.

Verum licet Sanctus Leo differri Synodum, & in Italia fieri optaret, *Marcianus* tamen neceſſitate rerum, & votis Orientalium ſolicitatus Synodi indicendæ conſilium cepit, & Edicto ſuo a Baronio num. IX. recitato juſſit Epiſcopos *ad Nicæam civitatem proximis Kalendis Septembris advenire.* Sanctus itaque Leo acceptis Imperatoris literis, extemplo de Legatis mittendis cogitavit, ſcripſit ad eum Epiſtolam LXIX. quæ alias erat XLIX. ſignificavitque, ſe Legatus mittere ad vices ſuas implendas, *Paſchaſinum* Lilybæi Epiſcopum, *Bonifacium* Preſbyterum, & *Julianum* Coenſem. Data Epiſt. *VI. Kalend. Julii.* Valeſius in Notis ad libr. 2. Evagrii cap. 20. Baronium inconſtantiæ arguit, quod ad annum CDXLIX. num. XXXVII. ſcripſerit, *Julianum* eum, qui in ſecunda Synodo Epheſina Legatus fuit Sedis Apoſtolicæ, Epiſ-

III. *Alii Legati pro celebratione Concilii generalis miſſi.*

cujus pariter argumenti extant ibidem litteræ datæ ad omnes Epiſcopos decimo Kalendas Junii.

X. Priorum Legatorum reditus.

Interea autem cum ad Synodum oecumenicam nova legatio eſſet decreta, revocara eſt illa prior anno ſuperiore Conſtantinopolim miſſa, cujus legati Romam reverſi ſunt ante Idus Junias. Id quidem conſtat ex aliis litteris ejuſdem ſancti Leonis Pontificis ad Marcianum Imperatorem (*a*) datis ipſis Idibus Junii, quibus de legatorum reverſione meminit: per eoſdem enim ipſe Romanus Pontifex ab eodem Marciano Imperatore datas accepit litteras, quarum occaſione ad eumdem ipſe reſcripſit, gratias agens de omnibus ſuperius numeratis pro fide Catholica ab ipſo diligenter impenſis officiis. Excuſat iterum in fine, impoſſibile eſſe ob ingruentia bella complures Epiſcopos ex Occidente, derelictis ſuis Eccleſiis, ad Synodum proficiſci. Scripſit itidem Idibus Junii ad Pulcheriam Auguſtam (*b*) ad quam de Eutychete hæc habet in fine: *De Eutychete autem totius ſcandali & pravitatis auctore hoc clementia veſtra præcipiat, ut ab eo loco, qui Conſtantinopolitanæ urbi nimis vicinus eſt, longius transferatur; ne frequentioribus ſolatiis, eorum, quos ad impietatem ſuam traxit, utatur. Monaſterio quoque ipſius, cui pernicioſe indigneque præſedit, Catholicum Abbatem jubete præponi, qui illam ſervorum Dei congregationem & a pravo dogmate liberare, & inſtitutis veritatis poſſit imbuere.* Hæc de Eutychete ad Pulcheriam ſanctus Leo.

(*a*) Leo epiſt. 44.

(*b*) Leo ep. 45.

De transferendo longius Eutychete hæreſiarcha.

XI. Hæreticorum Duces haud facile recipiendi.

Eadem quoque die Iduum Juniarum ad Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum litteras reddidit, in quibus inter alia de recipiendis lapſis Epiſcopis (quod admonuerat ante) illud rurſum inſtantius ingerit: nimirum, recipiendos omnes digne pœnitentes, qui levius deliquiſſent; qui autem aliis malorum fuiſſent auctores, non ita quidem, ſed maturius de his ſedis Apoſtolicæ judicium expectandum. Haud enim in recipiendis hujuſmodi delinquentibus, perditorum anteſignanis, feſtinato currere Romana Eccleſia conſuevit: Quæ etſi numquam cuivis facinoroſiſſimo delinquenti, vereque pœnitenti januas pœnitentiæ clauſerit: auctoribus tamen criminum, vel vehementiſſimis eorum fautoribus, reſiſtere conſuevit, & detinere diutius, donec quid de illis eſſet agendum, maturior conſultatio definiret. Ita namque vidimus haud pridem eumdem ſanctum Leonem tunc diaconum Sixto Pontifici ſuaſiſſe, ne Julianum audaciſſimum Pelagianæ hæreſis defenſorem ad Eccleſiam revertentem ſtatim exciperet. Quod idem factus Pontifex in Eutychianis recipiendis cuſtoditum omnino voluit. De his enim ad Anatolium iſta ſunt ejus verba, ubi de indulgendo his qui levius peccaſſent, ante ſcripſiſſet (*c*):

(*c*) Leo ep. 46.

XII.

De his autem qui in hac cauſa gravius peccavere, & ob hoc ſuperiorem ſibi locum in eadem infelici Synodo vendicarunt, ut humilium fratrum ſimplicitatem arrogantiæ ſuæ præjudiciis aggravarent: ſi forte reſipiſcunt, & a factis ſui defenſione ceſſantes, in condemnationem proprii convertuntur erroris: horum ſi ſatisfactio talis accedit, quæ non refutanda videatur: maturioribus Apoſtolicæ ſedis conſiliis reſervetur, ut examinatis omnibus atque perpenſis, de ipſis eorum cognitionibus, quid conſtitui debeat, æſtimetur. Neque prius in eccleſia, cui te Dominus voluit præſidere, cujuſquam talium (ut ante ſcripſimus) nomen ad altare recitetur, quam quid de his conſtitui debeat, rerum proceſſus oſtendat. Hæc Leo: atque de his hactenus.

XIII. Synodus Mediolanenſis.

Reverſi igitur ubi ſunt legati Romam ad Leonem Pontificem, deinde iidem remearunt ad propria, haud tamen otioſe acturi. Etenim S. Abundius una cum Senatore presbytero, & in hac legatione collega, litteris ejuſdem S. Leonis convenit Euſebium Mediolanenſem Epiſcopum, egitque cum eo, ut provinciali Conventu, quæ ſcripta eſſet ad Flavianum de Verbi incarnatione doctrina publicis ſubſcriptionibus ſe omnes recipere teſtarentur: quod & impigre curatum eſt. Convocans enim ille Mediolanenſis Eccleſiæ ſubjectos Epiſcopos, provincialem Synodum egit. Quid in ea ex ſententia S. Leonis actum fuerit; extat de his data ab eodem Euſebio Synodalis epiſtola ad eum-

PAGIUS

piſcopum fuiſſe *Puteolanum* & hoc anno num. LXXVIII. *Coenſem* Epiſcopum illum faciat. Verum Baronius non exiſtimavit, *Julianum* Coenſem Pſeudo-Synodo Ephefinæ præfuiſſe, ſed *Julium* Puteolanum Epiſcopum, qui in codice mendoſo Mariani Scoti, quem nactus erat, dictus eſt *Julianus*. Quare ipſemet Valeſius hallucinatus eſt, qui putavit Julianum Coenſem vices egiſſe Leonis, & in Concilio Chalcedonenſi & in Pſeudo-Synodo Epheſina. Præfatis Legatis, literis datis *V. Kalend. Julii ad Synodum Chalcedonenſem Nicææ primum congregatam*, adjunxit Leo duos alios Legatos Lucentium Epiſcopum, & Baſilium Presbyterum. Verum vulgata inſcriptio falſa eſt; cum *Quinto Kal. Julii* Synodus nondum Chalcedonem tranſlata eſſet; & Evagrius lib. 2. cap. 2. teſtetur, Sanctum Leonem, cum ad Epiſcopos literas daret, eas ſic inſcripſiſſe. *Epiſcopis Nicææ convocatis ſalutem.* Interim cum *Attila* in Galliis victus fuiſſet, & Orientem verſus iter cepiſſet, *Marcianus*, ne Conſtantinopolim dеſereret, Chalcedonem pro Nicæa Epiſcopis inſinuavit, Edicto dato *X. Kalend. Octob.* & a Baronio num. XXXI. & ſeq. recitato.

Digitized by Google

eumdem ſanctiſſimum Romanum Pontificem munita chirographo omnium qui interfuerunt Epiſcoporum, inter quos *Abundantius* mendoſe pro *Abundio* ipſu ſubſcriptus legitur (*a*): qui quidem præter ſpectatam eruditionem, egregia quoque vitæ enituit ſanctitate, dignuſque eſt habitus, ut ejus memoria perpetuo in Eccleſia coleretur, relato ipſius nomine inter Sanctos quarto Idus Aprilis.

(*a*) *Apud S. Leonem poſt ep. 52.*

XIV. Sed & ipſe Euſebius, qui Synodo præfuit, ex vitæ pariter ſanctitate perpetuam gloriam eſt conſecutus in Eccleſia Catholica, a qua ſingulis annis ejus dies natalis recoli conſuevit pridie Idus Augusti: ornavit eum præterea digno epigrammate Ennodius Ticinenſis.

XV. De Maximo Taurinenſi Epiſcopo.

Rurſum vero inter alios Epiſcopos qui huic Synodo interfuerunt, legitur ſanctus Maximus Taurinenſis Antiſtes, cujus cum ob præſtantem eruditionem, tum etiam ob inſignem vitæ ſanctitudinem celebre nomen eſt in Dei Eccleſia. De ipſo enim iſta Gennadius habet (*b*): *Maximus Taurinenſis Eccleſiæ Epiſcopus vir in divinis Scripturis ſatis intentus, & ad docendum ex tempore plebem ſatis ſufficiens, compoſuit in laudem Apoſtolorum tractatum, & in Joannis Baptiſtæ nativitatem, & generalem omnium martyrum homiliam, ſed & de capitulis Evangeliorum, & de Actibus Apoſtolorum tractatus multos:* Et quæ ſequuntur. Quod autem in fine habet: *Moritur Honorio & Theodoſio regnantibus:* Niſi duos Maximos Taurinenſes poſueris (quod a nemine dictum reperi) manifeſtus deprehenditur error: etenim qui huic Concilio Mediolanenſi ſub Leone Papa hoc tempore celebrato interfuiſſe legitur, immo & quem Romano Concilio ſub Hilaro Leonis ſucceſſore præſentem item fuiſſe, ejus Acta declarant, plane longe poſt Honorii tempora ſupervixiſſe eum oportuit, perveniſſeque ſaltem ad Domini annum quadringenteſimum ſexageſimumque octavum. Porro ejus memoriam anniverſario cultu, ſeptimo Kalendas Julii, Eccleſia celebrat.

(*b*) *Gennad. de vir. illuſtr. c. 40.*

XVI. Dum vero in eodem Concilio poſt Euſebium Mediolanenſem ſubſcriptum legis Paventium Epiſcopum Regienſem; intelligere potes, alterius Regii, quod eſt in Galliis, fuiſſe S. Proſperum Epiſcopum, qui his S. Leonis temporibus Regienſi Eccleſiæ præerat Antiſtes. Ornavit etiam tantorum Patrum conſeſſum S. Criſpinus Epiſcopus Ticinenſis, qui & ipſe inter Sanctos relatus celebratur ſingulis annis ſeptimo Idus Januarias, quo die ex hac vita migrans ſucceſſorem æque ſanctum reliquit Epiphanium, de quo inferius ſæpius agendum erit. Extat de eodem Criſpino Ennodii Ticinenſis epigramma, cujus eſt exordium:

Salve ſancte Parens: ſalvete, o ſæpe recepti,
Criſpini cineres, &c.

XVII. Epiſcoporum ſubſcriptio quo ordine fieri ſolita.

Diſce ex ſerie ſubſcribentium (quod & in aliis quoque Conciliis obſervari contigit) non ſedium prærogativæ, sed temporis quo quiſque Epiſcoporum ſedere cœpit, haberi ſolitam rationem: quod vel hoc uno exemplo intelliges, dum in Concilio Aquilejenſi, cui pariter Epiſcopus Mediolanenſis S. Ambroſius præfuit, in ordine ſubſcribentium Epiſcoporum ante Diogenem Epiſcopum Genuenſem Philaſter, ſive Philaſtrius ponitur Epiſcopus Brixianus, in hac vero Synodo primo ponitur Paſchalis Genuenſis Antiſtes, & poſt alios ſubſcriptus legitur Octavianus Epiſcopus Brixianus. Fuerunt ſane iidem florentiſſimarum Eccleſiarum Antiſtites: quarum Brixiana nobilitata ſanguine martyrum, ſanctis quoque Epiſcopis, Philaſtro, Gaudentio, & aliis pluribus illuſtratur: Genuenſis etiam nemini cedens antiquitate, ſicut Mediolanenſis, a S. Barnaba Apoſtolo ſe accepiſſe Evangelium gaudet, & ſanctorum martyrum Nazarii & Celſi conſuetudine glorîatur, atque ſanctis quoque Epiſcopis Syro, Romulo, Valentino, Felice, atque Salomone, ſive Salonio magis magiſque facta conſpicua ultet. Eadem quoque ratione Juſtinus Vercellenſis Eccleſiæ Epiſcopus hic in imo ferme poſitus reperitur, qui in Concilio Aquilejenſi quarto loco legitur collocatus: quod & de aliis pluribus frequentiſſime accidiſſe cognoſcitur.

XVIII. Sed age jam, quod extat ejuſdem Synodi tanta illuſtratæ corona ſanctorum unicum monumentum, nempe brevem epiſtolam ad S. Leonem datam hic deſcribamus:

Epiſtola ex Conc. Mediolanenſ. ad S. Leonem.

Domino ſancto & beatiſſimo Patri Leoni, Euſebius Mediolanenſis Epiſcopus.

Reverſis, Domino annuente fratribus noſtris, quos ad Orientem fidei cauſa ſollicite provida beatitudo veſtra direxerat: decurſiſque litteris, quas per eos tua ſanctitas deſtinavit: omni exultatione in Chriſto relevatus ſum, quod affectum commiſſæ ſibi legationis eoſdem reportaſſe veſtra pagina deſignavit. Nec mirum, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus Catholicæ fidei, quam tenemus, Majeſtatis ſuæ gratiam cuſtodiamque præſtiterit; quando vos idoneos cultus ſui aſſertores in Apoſtolica ſua ſede Præſules collocavit, qui & recta ſentire de incarnationis Dominicæ ſacramento, & eadem poteſtis recte cuſtodire. Admonitis ergo fratribus & Coepiſcopis meis habitoque Conventu, veſtrarum formam tenuimus litterarum. Nam recenſens epiſtolam beatitudinis veſtræ

Digitized by Google

ſtræ in ſacerdotum Domini Concilio, quam ſanctus frater & Coepiſcopus noſter Abundius * *, & compresbyter meus Senator detulerant, agnitoque eorum narratione (ſicut ſcripta veſtra ſignaverant) rerum geſtarum ordine: continuo requiſita eſt, recitataque epiſtola, quam fidei aſſertione plenæ digeſtam ad Orientem dudum ſanctitas veſtra tranſmiſerat, quæ ad nos ex veſtra ordinatione, ſancto fratre & Coepiſcopo noſtro Ceretio mutuante, pervenit: claravit eam plenam fidei ſimplicitate fulgere, Prophetarumque etiam aſſertionibus, Evangelicis auctoritatibus, & Apoſtolicæ doctrinæ teſtimoniis, nitore quodam lucis, & veritatis ſplendore radiare; omnibuſque ſenſibus convenire, quos B. Ambroſius de incarnationis Dominicæ myſterio ſuis libris, ſancto Spiritu excitatus inſeruit.*

* Abundantius.

XIX. *Et quia omnia majorum fidei nobis antiquitus traditæ tota puritate convenerunt, domine ſancte & beatiſſime Pater: placuit omnibus quorum ſubſcriptio ſubterannexa nomina poterit declarare, eos qui impie de incarnationis Dominicæ ſacramento ſentiunt, quamvis intellectus ſui pravitate a Catholicæ fidei veritate recedentes, ſe ipſos dignos abjectione fecerint, ſuo etiam conſenſu, auctoritatis veſtræ præcedente ſententia damnatione congrua perſequendos. Litterarum ergo veſtrarum formam ſecuti, modum præſcriptæ ordinationis nos ſervaſſe, bis per fratrem & Coepiſcopum noſtrum Cyriacum miſſis oſtendimus. Supereſt, ut annuente Domino, perfectis rebus, palmam fidei & conſummati certaminis coronam quiete perpetua retinentes hoc futuris memorabile ſæculis relinquatis, ut ab hoc tempore præſenti extincta impiæ ſectæ contumacia videatur, ut vobis propugnatoribus in æternum proſtrata ſuccumberet.* Et alia manu: *Incolumen beatitudinem tuam ſumma Divinitas tueatur atque cuſtodiat, domine ſancte ac beatiſſime Pater.* Sequitur in codice ſubſcriptio tum ipſius Euſebii, tum etiam reliquorum Epiſcoporum.

XX. Vetus conſuetudo Occidentalium Epiſcoporum.

Sed cur, inquies, iterum per Abundium & Senatorem miſſa S. Leonis epiſtola de Chriſti incarnatione, ſi ante jam miſſam in Gallias, Euſebius eamdem acceperat a Ceretio? Ex his priſtinum uſum intellige. Cum œcumenicum in Oriente Concilium indiceretur, cui cum haud omnes Epiſcopi Occidentales intereſſe poſſent: quo tamen & ipſi aliquo modo ſuum ferrent ſuffragium ſoliti erant iidem (ſi pateretur opportunitas temporis) Romam ad Synodum convocari, vel ſaltem iiſdem abſentibus præcipere Romanus Pontifex, ut provinciales Metropolitani Epiſcopi Conventus cogerent, ex eiſque litteras darent ad ipſum Pontificem, qui Legatos e Latere dirigeret, non ſuo ipſius tantum nomine, ſed totius Occidentalis Eccleſiæ. Sic igitur, cum ſub Theodoſio poſtremum Concilium Epheſinum indictum eſſent, hæc opus fuit præſtari ab Epiſcopis Occidentis: rurſum vero cum hoc tempore aliud eſſet indictum Concilium œcumenicum, eadem requiri ab iiſdem.

XXI. Presbyteri Romam veniunt pœnitentiæ cauſa

Inter hæc autem duo ex Oriente presbyteri hæretici pænitentes Joannes atque Baſilius ad Leonem Pontificem Romam ſe contulere, ut coram ipſo tum Neſtorianam, tum etiam Eutychianam hæreſim condemnarent: quo facto, acceptis ab eodem Summo Pontifice litteris datis (a) hoc anno decimotertio Kalendas Julii ad Anatolium, Conſtantinopolim reverſi ſunt. Exhorruiſſe adhuc eos putamus Anatolium, quod a Dioſcoro, damnato Flaviano, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ fuiſſet ſubſtitutus Antiſtes: cum alioqui ſuſcipiendi ejuſmodi lapſos eidem Anatolio ſciamus a S. Leone tributam eſſe licentiam.

(a) Leo ep. 48.

XXII. Eodem vero menſe, ſexto Kal. Julii (b) idem S. Leo ad Marcianum Aug. de indicta Synodo ſcripſit epiſtolam, qua legatos a ſe ad eam miſſos commendat, & fidei catholicæ patrocinium, ut ſuſcipiat, rogat. Sequenti vero die, quinto Kalendas Julias (c) ad ipſam Synodum Chalcedone cogendam) locus enim illu delectus poſtea fuit, ut Imperator ipſe præſens eſſet) ejuſmodi dedit epiſtolam qua de legatis a ſe miſſis qui vice ipſius ſynodo præſiderent, edocuit, deque in eis tractandis admonuit. Falſo tamen habetur inſcripta ad Synodum Chalcedonenſem: nam de eo loco nequicquam fuerat hoc tempore menſis Junii, quo ſcripta habetur epiſtola, ab Imperatore decretum. Ea autem ſic ſe habet (d):

(b) Leo ep. 49.

(c) Leo ep. 47.

(d) Leo ep. 47.

XXIII. Leonis epiſtola ad Synodum œcumenicam.

Optaveram quidem, dilectiſſimi pro noſtri charitate collegii, omnes Domini ſacerdotes in una Catholicæ fidei devotione perſiſtere, nec quemquam gratia, aut formidine poteſtatem ſæcularium depravari, ut a via veritatis abſcederet. Sed quia multa ſæpe, quæ pœnitudinem poſſint generare, provenerunt, & ſuperat culpas delinquentium miſericordia Dei, atque ideo ſuſpenditur ultio, ut poſſit locum habere correctio; amplectendum eſt clementiſſimi Principis plenum religione conſilium, quo ſanctam fraternitatem veſtram ad deſtruendas inſidias diaboli, & ad reformandam Eccleſiaſticam pacem voluit convenire, beatiſſimi Petri jure, atque honore ſervato: adeo ut nos quoque ſuis litteris invitaret, ut venerabili Synodo noſtram præſentiam præberemus: quod quidem nec neceſſitas temporis, nec ulla conſuetudo poterat permittere. Tamen in his fratribus Paſchaſino & Lucentio Epiſcopis, Bonifacio & Baſilio presbyteris, qui ab Apo-

Apuſtolica ſede directi ſunt, me Synodo veſtra fraternitas exiſtimet præſidere, non abjuncta a vobis præſentia mea, qui nunc in Vicariis meis adſum, & jamdudum fidei Catholicæ prædicatione non deſum; ut, qui non poteſtis ignorare, quid ex antiqua traditione credamus, non poſſitis dubitare quid cupiamus.

XXIV. *Unde fratres cariſſimi, rejecta penitus audacia diſputandi contra fidem divinitus inſpiratam, vana errantium infidelitas conquieſcat; nec liceat defendi, quod non licet credi, cum ſecundum Evangelicas auctoritates, ſecundum Propheticas voces, Apoſtolicamque doctrinam pleniſſime, & lucidiſſime per litteras, quas ad Beatæ memoriæ Flavianum miſimus fuerit declaratum, quæ ſit de ſacramento incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti pia & ſincera confeſſio. Quia vero non ignoramus per pravas æmulationes multarum Eccleſiarum ſtatum fuiſſe turbatum, plurimoſque Epiſcopos, quia hæreſim non receperint, ſedibus ſuis pulſus, & in exilia deportatus, atque in locum ſuperſtitum alios ſubſtitutos, vulneribus his primitus adhibeatur, medicina juſtitiæ; nec quiſquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis: cum ſi (ut cupimus) errores omnes relinquunt, nemini quidem perire honor debent; ſed illis qui pro fide laboraverunt cum omni privilegia oporteat jus proprium reformari. Prioris autem Epheſinæ Synodi, cui beatæ memoriæ Cyrillus Epiſcopus tunc præſedit, in Neſtorium ſpecialiter ſtatuta permaneunt; ne tunc damnata impietas ideo ſibi in aliquo blandiatur, quia Eutyches juſta damnatione percellitur. Puritas enim fidei atque doctrinæ, quam eodem, quo ſancti Patres noſtri, ſpiritu prædicamus & Neſtorianam, & Eutychianam cum ſuis auctoribus condemnat pariter & perſequitur pravitatem. Data quinto Kalend. Julii, Adelphio V. C. Conſule. Hæc ad Synodum œcumenicam Leo Papa.*

XXV. Quid autem inter hæc Conſtantinopoli geſtum ſit (ut ſua quæque propriis reddamus temporibus) enarrandum eſt. Cum igitur promulgatum eſſet ab Imperatore edictum de Concilio œcumenico Nicææ celebrando, mox contigit miſceri in populo turbas, renovari contentiones, ſtudia partium iterum concitari, excitarique tumultus: Quamobrem Marcianus Imperator ejuſmodi menſe Julii ad populum proclamari fecit edictum (*a*):

(*a*) *l. 5. C de his qui ad Eccleſ. confug.*

XXVI. Edictum adverſum tumultuantes. *Denunciamus omnibus, ut in ſacroſanctis eccleſiis, & in aliis quidem venerabilibus locis, in quibus cum pace & quiete vota competit celebrari, abſtineatis ab omni ſeditione: nemo conclamationibus utatur, nemo moveat tumultum, aut impetum committat, vel conventicula collecta multitudine in qualibet parte civitatis & vici, vel cujuſcumque loci colligere aut celebrare conetur. Nam ſi quis aliquid contra leges a quibuſdam ſibi exiſtimet perpetrari, liceat ei adire Judicem, & legitimum poſtulare præſidium. Sciant ſane omnes, quod ſi quis contra hujus edicti normam, aut agere aliquid, aut ſeditionem movere tentaverit, ultimo ſupplicio ſubjacebit. Dat. III. Idus Julii, ipſo Marciano Aug. & Adelphio Conſſ.* Ita quidem Imperator compeſcuit concitatos inter factioſos utriuſque partis in regia civitate tumultus.

XXVII. De ſtudiis fautorum Eutychetis. Qui enim in gratia Theodoſii Imperatoris, atque impulſibus Chryſaphii & aliorum potentium, Eutycheti ſemel faviſſent; ne levitatis arguerentur, perſtabant in ſententia, & omni conatu patrocinabantur ſuſceptæ ſemel iniquæ cauſæ: & ſi non aliter, acclamationibus ſaltem nominis Eutychetis. His vero renitebantur majori conatu atque fiducia, qui viribus præſtabant & numero Orthodoxi: periculumque haud mediocre imminebat, ne univerſa civitas, his mutuo inter ſe altercantibus, cædibus turpiter fœdaretur. Accidit vero, ut cum quæ Conſtantinopoli concitatæ ſunt turbæ, repreſſæ eſſent (ut vidimus) edicto Imperatoris; rurſum timeretur, ne eædem transferrentur Nicæam Bithyniæ, præſtitutum ad Synodum locum, confluentibus illuc compluribus monachis, atque clericis, necnon etiam laicis utrinſque partis inter ſe mutuo digladiantibus. Ad quos expellendos favoribus diverſorum in diverſa commotos, ſancta Pulcheria Auguſta ad Strategium Conſularem Bithyniæ ejuſmodi litteras dedit (*b*):

(*b*) *Extant. ante Conc. Chalced.*

XXVIII. Pulcheria ad Strategium. *Intentio noſtræ tranquillitatis eſt, ante civiles cauſas, ſanctas Chriſti Eccleſias, eiſque dicatos in pace conſiſtere, & Orthodoxam fidem, quam continere judicamus Imperium, imperturbatam & immotum ab omni hominum genere cuſtodiri. Unde dudum prava quadam emergente diſcordia multam curam habuimus, ut undique multitudo ſanctorum Epiſcoporum ſimul congregaretur in Nicæa, quatenus univerſorum concordia omnis turba de medio tolleretur, & in futura firma & immobilis fides venerabilis prævaleret. Quia ergo ſecundum noſtram ſanctionem reverendiſſimi quidem Epiſcopi univerſis convenerunt ſuſtinentes poteſtatis noſtræ præſentiam, quæ non poſt multum Deo cooperante, aderit: quidam autem (ſicut agnovimus) cum ſint ſoliti conturbare & confundere Deo placitam diſciplinam, ſupervenientes in Niceam clerici ac monachi atque laici tumultum facere tentant, contendentes abſque his quæ nobis placuerunt: neceſſarius has pias litteras ad tuam direximus claritatem; quatenus cum omni virtute eos qui præter noſtram evo-*

ca-

eationem, aut permiſſionem ſuorum Epiſcoporum, ibidem commorantur, clericos ſive intra hunc ordinem conſtitutos, ſive aliqui eorum a propriis Epiſcopis ſunt remoti, vel monachos, atque laicos, quos nulla ratio ad Concilium vocat, omnino debeas de civitate, & ipſis locis expellere: ut cum omni diſciplina confidente ſancta Synodo, ſine aliqua commotione atque contentione, quæ a Domino Chriſto revelata fuerint, communiter ab omnibus confirmentur. Scito enim, quod ſi quis de cætero inventus fuerit tumultuoſus ibidem commorari, aut ante præſentiam noſtræ tranquillitatis, aut certe poſt præſentiam non fortuitum ſibi imminere periculum. Hæc Pulcheria ad Strategium.

XXIX. Epiſcopi qui Nicæam profecti ſunt quid ad Imp. Cum igitur ad præfinitam diem Kalendarum Septembrium Epiſcopi ad Synodum convocati, ſe Nicæam Bithyniæ contuliſſent, expectarentque Imperatoris adventum, qui ſe in optatis habere Synodo intereſſe, miſſis ad Epiſcopos litteris ſignificaverat; & diebus pluribus Nicææ expectaſſent: dederunt iidem Patres litteras ad Imperatorem, quibus & admonuerunt, complures ipſorum ob laborem itineris detineri infirmitatibus, & aliis afflictari anguſtiis; petentes ſimul, ut fineret ex more conventus agi. Ad hos autem Marcianus Auguſtus reſcripſit, viſum eſſe Apoſtolicæ ſedis legatis, ne abſque Imperatoris ſententia Synodus ageretur: ſeque propediem affore pollicitus eſt: ſin autem minime maturare liceret adventum; ut ſe Chalcedonem conferrent, hortatus eſt. Extant ipſe Imperatoris litteræ ad Synodum datæ (*a*).

(*a*) *In præambul. Conc. Chal.*

XXX. Cum vero inter hæc perturbari Illyricum ob metum imminentis barbaricæ invaſionis idem Imperator certior redditus eſſet litteris Præfectorum: ea du re adeo commotus eſt, ut in Illyricum profectionem ipſe pararet. Verum quod ſciret, hoſtes tunc facilius ſuperari, cum primo religioni conſulitur, & impietas expugnatur; ſuſceptum jam antea inſtitutum de œcumenico celebrando Concilio implere laborat. Quod vero Nicæam ſe conferendi propoſitum depoſuiſſet (haud enim tutum eſſe videbatur ob bellicas expeditiones Conſtantinopoli longe recedere) hac de cauſa Patres convocat iteratis litteris Chalcedonem, propinquam ipſi Conſtantinopoli civitatem. Poſteriores autem ipſæ ad eos tunc datæ litteræ ſic ſe habent (*b*):

(*b*) *Extant ante Conc. Chalced.*

XXXI. Imp. Marcianus convocat Nicæa Chalcedonem Patres. *Imperatores Valentinianus & Marcianus Victores ſemper Auguſti ſancto Concilio quod Nicææ per Dei voluntatem noſtra ſanctione collectum eſt.*

Dudum quidem & per alias divinas noſtras litteras indicavimus veſtræ religioni, quatenus in Chalcedonenſium civitatem veniretis, ut ea, quæ de ſancta & Orthodoxa fide a ſanctis Patribus noſtris ſunt definita, confirmaretis, ne diutius Orthodoxorum multitudo diverſis modis errando ſeduceretur, ſed ut omnes Dominum noſtrum Salvatorem Chriſtum (ſicut congruit, & ſicut ſanctiſſimi Patres noſtri decreverunt) confiteantur. Nos enim propter ferventiſſimum fidei zelum publicarum rerum neceſſarias utilitates in præſenti diſtulimus, multum deſiderantes, ea quæ Orthodoxæ & veræ ſunt fidei, tranquillitatis noſtræ præſentia confirmari. Nam ea, quæ in Illyrico contigerunt, & ad veſtras aures perveniſſe confidimus, licet Dei voluntate competenti vindicta contigerint: tamen publicarum rerum utilitas exigebat ad Illyricum noſtræ tranquillitatis profectionem. Sed quoniam (ſicut prædictum eſt) nihil Orthodoxæ fidei, & ut hæc roboretur, præponendum eſſe judicavimus, propterea huic quidem expeditioni interim ſuperſedemus. Et nunc proprie veſtram venerationem per alias noſtras ſacratiſſimas litteras adhortamur, quatenus ſine ulla dilatione accedatis Chalcedonenſium civitatem.

XXXII. *Quoniam Attico diacono regiæ civitatis ſanctiſſimæ & Catholicæ Eccleſiæ referente noſtræ tranquillitati, cognovimus, veſtram ſanctitatem formidare, ne forte Eutychetis ſectatores, aut alius aliquis ſeditiones, & tumultus præparare pertentet: qua gratia ſignificamus vobis, ut prædictam cauſam nullatenus formidantes, adveniatis in Chalcedonenſium civitatem. Speramus autem de Dei clementia, quia præter aliquam turbam, atque tumultum, omnibus ſecundum Orthodoxam & veram fidem juſtæ & Deo placito conſtitutis, unuſquiſque veſtrum ad propria ſub celeritate revertetur. Feſtinate itaque advenire, & nullam dilationem negotio facere; ne per veſtram ſegnitiem, dilationem habeat intentio veritatis. Nobis enim ſtudium eſt, Divinitate propitia, proſperum finem accipiente cauſa, velociter iterum ad expeditionem feliciſſimam remeare. Deus vos cuſtodiat per multos annos. Dat. decimo Kalendas Octobris, Heracliæ.* Hæc ad Synodum Marcianus: quibus emendes locum depravatum in epiſtola (*c*) S. Leonis menſe Julii ad Pulcheriam data, ubi legitur decreto Principis Synodus jam convocata Chalcedonem: nam nonniſi menſe Septembris id factum, ipſæ litteræ Imperatoris Marciani declarant. Unde cum ibi dicitur: *Quod ergo Synodum Chalcedone haberi veſtra clementia præcipit, cum a me, ut in Italia haberetur, manſuetudo veſtra retineat poſtulatum*, &c. pro Chalcedone, reſtituendum eſſe, Nicææ, nemo non videt.

(*c*) *Leo epiſt. 51.*

XXXIII. Sed quinam iſti fuere improviſi rumores juncti formidini in Illyrico agitati, ut

Tumultus in Illyrico excitati. ut a præſcripto loco, & die celebrandi Conventus retardaverint Imperatorem? Illi quidem per Attilam tunc excitati ſunt: cum enim male pugnaſſet in Galliis, una cum ſuis qui certamini ſuperfuerant, longius a Romanorum regione atque viribus Gothorum abſcedens, tentavit Illyricum: ſed inde rejectus, conſedit in ſuperioribus Veneticæ provinciæ partibus, illic hiematurus, donec reparato exercitu, appeteret Aquilejam, quam anno ſequenti feroci aggreſſus impetu expugnavit. Apparuit namque quid bene culta religio, quidve impietas poſſit. Dum enim impietati favetur, robuſtior factus Attila, indixit Orienti tributum: dum vero impietas cum impiis coercetur, & proculcata religio ſublevatur, idem Attila ab Oriente primum abigitur in Occidentem; & rurſus repetens loca ubi ſemper vincere conſuevit, nullo negotio, Dei virtute repellitur.

XXXIV. Age vero antequam Chalcedonenſis Concilii Acta aggrediamur, quænam in Galliis geſta ſunt a Romanis & Gothis adverſus Attilam terribilem & formidandum, non Hunnorum tantum exercitu, ſed plurium barbararum nationum copiis potentiſſimum, proſequamur. Hi namque fuerunt illi bellorum fluctus, quorum cauſa vidimus ſancto Leoni magis placuiſſe differre Synodum generalem; eo quod ob ingruens bellum barbaricum, haud liberum eſſet Epiſcopos (ut petierat Imperator) ex omnibus provinciis ad Concilium mitti.

XXXV. Attilæ immenſus exercitus. De his acturi, in primis quid de viribus Attilæ majores poſteris tradidere, hic deſcribamus: hæc enim de his in collecta hiſtoria Miſcellanea nomine Pauli Diaconi ſcripta leguntur (a): *Fultus namque Attila fortiſſimarum gentium, quas ſubjugaverat, præſidio, ad Occidentale demoliendum animum intendit Imperium; cujus exercitus ſeptingentorum millium numero ferebatur. Vir in concuſſionem Orbis in mundo natus, terrarum omnium metu quoque vulgatus erat: namque ſuperbus inceſſu, huc ſe & illuc circumferens, ut elatus potentia ipſo quoque motu corporis appareret: Bellorum quidem amator, ſed manu temperans ipſe, conſilio validiſſimus, ſupplicantibus inexorabilis, propitius in fidem ſemel receptis, forma brevis, lato pectore, capite grandiori, oculis minutis, barba raſus, canis reſperſus, ſimus naſo, teter colore, originis ſuæ ſigna referens. Erant quidem ejus ſubjecti dominio Rex ille Gepidarum famoſiſſimus Andaricus, Vvalamer etiam Gothorum Regnator ipſo tunc cui ſerviebat Rege nobilior, fortiſſimæ nihilominus gentes, Marcomanni, Suevi, Quadi præterea, Heruli, Turcilingi, ſive Rugi cum propriis Regulis, aliæque præter hos barbaræ nationes in finibus Aquilonis commanentes. Horum omnium Attila ſuperbus Imperio, quamquam robore facile ſe adipiſci putaret, quod cuperet, tamen conſilii aſtutia potius, quam armorum fortitudine hoſtes aggredi ſatagebat.* Hæc ibi.

(a) Paul. Diacon. l. 15.

XXXVI. Porro barbaros populos, quos ſecum ductabat Attila, Sidonius Apollinaris recenſet his verſibus (b):

Populi qui ſecuti ſunt Attilam.

—— ſubito cum rupta tumultu
Barbaries totas in te transfuderat Arctos
Gallia: pugnacem Rugum, comitante Gelono,
Gepida trux ſequitur, Scyrum Burgundio cogit,
Chunus bello motus, Neurus, Baſterna, Toringus,
Bructerus, ulvoſa quem Vicer abluit unda,
Prorumpit Francus. Cecidit cito ſecta bipenni
Hercinia in lintres, & Rhenum texuit alno.

(b) Sidon. de Avito Panegyric.

Et

PAGIUS IV. *Servatius cladem Attilianam precibus ſuis avertere conatur.* A num. XXXIV. ad XLI. Sanctus *Leo* Concilio intereſſe ſummopere optabat, ſed *Attila* Hunnorum Rege Gallias terrente, ſicut Marcianus Conſtantinopolim deſerere non potuit, quando ille Illyrico imminebat, ſic neque Sanctus Leo Roma diſcedere bello Italiæ impendente. Gregorius Turonenſis lib. 2. cap. 5. & duobus ſeqq. agit de iis, quæ ab *Attila* in Galliis acta ſunt, atque, cum rumor eſſet Hunnos in Gallias velle prorumpere, *Servatium* apud Tungros eximiæ ſanctitatis Epiſcopum, ſentientem precibus ſuis conceſſum non fuiſſe, ut gens hæc incredula in Gallias non veniret, cepiſſe conſilium accedendi Romam ad beati Apoſtoli tumulum, a quo cum accepiſſet, apud Deum prorſus ſancitum eſſe, *Hunnos* in Gallias venire, ſed eum a corpore migraturum, nec oculos ejus viſuros mala, quæ facturi eſſent *Hunni*, eum ad Urbem Tongrorum rediiſſe indeque ad Trajectenſem Urbem acceſſiſſe, ubi *modica pulſatus febre receſſit a corpore*, inquit Turonenſis, cujus narrationem in pauca contraximus. Anno CDVII. num. XXI. & ſeqq. diximus, Servatios duos ſanctitate conſpicuos Eccleſiæ Tungrenſi præfuiſſe, & poſteriorem anno CCCXCVIII. jam ſediſſe juxta Sigebertum in Chronico, qui cum in Cœnobio Sancti Vincentii Martyris, in urbe Metenſi ſito, diu monſerit, & de iis, quæ, ſpectant ad Eccleſiam Tungrenſem optime edoctus fuerit, ei tuto fides hac in re adhiberi poteſt. Scriptores tamen omnes ante Hadrianum Valeſium *utrumque Servatium* confudere. Is cum in præfatione ad Tomum II. Rerum Francicarum vulgarem illum errorem detexiſſet, Henſchenius, qui jam antea in Diatriba *de Epiſcopis Tungrenſibus*, Harigero Abbati Lobienſi in Geſtis Pontificum Tungrenſium unicum *Servatium* ſtatuenti adhæſerat, lecta illa Præfatione non ſolum ſententiam non mutavit; ſed etiam ad diem XIII. menſis Maii, quo Sanctus *Servatius* colitur, & in Exegeſi hiſtorica *de Epiſcopatu Tungren-*

Et jam terrificis diffuderat Attila turmis
In campos ſe Belga tuos: vix liquerat Alpes
Aetius, tenue & rarum ſine milite ducens
Robur, in auxiliis Geticum male credulus agmen
Incaſſum propriis præſumens adfore caſtris, &c.

Addit de Avito tunc Galliarum Præfecturam moderante, qui concillavit, junxitque Gothos cum Romanis: ſed de his inferius agendum.

XXXVII. Attila flagellum Dei. Antea enim de Attila aliqua ſunt referanda: atque illud in primis, ipſum ex prædictione cujuſdam ſanctiſſimi viri cognominari voluiſſe, *Flagellum* Dei; quod nimirum a Deo miſſus eſſet ultor ſcelerum peccantium Chriſtianorum, inſtar Aſſur, qui *Virga furoris Domini*, eſt nominatus (a). Contremuerunt quidem non Galliæ tantum, ſed univerſus plana orbis Occidentalis ad nomen Attilæ: expaviſſe etiam Urbem, ex iis intelligis, quæ ex Leone Papa ſuperius ſunt recitata.

(a) Iſa. 10.

XXXVIII. Peregrinatio S. Servatii longe ante. Scimus a Gregorio Turonenſi & aliis ad hæc tempora referri ſuſceptam ad antevertendum hujuſcemodi flagellum Dei peregrinationem ad limina Apoſtolorum a ſancto Servatio Tungrenſi Epiſcopo. Verum nemini rationem temporis accurate expendenti hæc probari poſſunt: cum conſtet ex iis, quæ ſuo loco ſuperius dicta ſunt, ſanctum Servatium ante annos ferme centum vixiſſe, ejuſque tempore alias clades barbaricas accidiſſe, ut non ſit opus ad hæc ea referri tempora, ut ſuperius demonſtravimus. Nunc vero Octavia Tungrorum urbs fertur exciſa, non credentibus civibus ſuo ipſorum Epiſcopo Azanario venturam cladem prædicenti. Exufflanda vero ſunt, quæ Aventinus æque impius atque imperitus ſomniavit de Theodorico & Anthemio Valentiniani Imperatoris Ducibus pacem cum Hunnis firmantibus: de quibus modo ſatis ſit reddere, quæ graviſſimus auctor qui res Auguſtæ Vindelicorum feliciſſime proſecutus eſt, Marcus Velſerus, deliria ejuſdem ſugillans, habet his verbis (b): *Aventinus Theodoricum Veronenſem Trarii*

(b) Marc. Velſ. rer. Aug. lib. 8.

PAGIUS *grenſi ac Trajectenſi*, Tomo VII. SS. menſis Maii præfixa, quæ ultimam ejus opus fuit, illam rurſus tultus eſt ac magis confirmavit. Quod mirum videri non debet; cum opiniones vulgares, quæ alte mentibus inſederunt, non niſi ægre deponantur.

V. Duo Servatii Epiſcopi Tungrenſes diſtinguendi. Verum præter S. *Servatium*, qui anno trecenteſimo quadrageſimo ſexto Concilio Colonienſi cum *Victore* Vangionum ſeu Metenſium Epiſcopo, aliiſque pluribus Galliarum Antiſtibus ſubſcripſit, diverſum eſſe a *Servatio* Epiſcopo etiam Tungrenſi, qui imminente clade Attiliana ſpiritum Deo reddidit, & Sancto *Auctori* Metenſium Epiſcopo hoc anno adhuc viventi coævus ac amicus fuit, certa apud me ſtat ſententia, quæ quia communi adverſatur, validis hic argumentis probanda. *Victorem* itaque Concilio Colonienſi cum *Servatio primo* interfuiſſe, præterquam quod id in Actis ejuſdem Concilii diſerte legitur, demonſtrat Synodica Concil. Sardicenſis anno CCCXLVII. congregati a D. Athanaſio in Apologia 2. recitata, quæ & legitur Tom. II. Concil. pag. 670. & ſeqq. in qua recenſentur *Victor* & Epiſcopi omnes, qui Colonienſi adfuere e Galliis. Præter duos, ſc. *Pancharium* & *Sanctinum*, ac præterea numerantur alii duodecim ex Galliis, qui cum Epiſcopis Hiſpaniarum, Africæ, Ægypti, Italiæ, Cypri & Palæſtinæ Sardicenſi ſubſcripſere. Et tamen Henſchenius, qui ad hanc Synodicam Concilii Sardicenſis animum non adverterat, ex ætate Sancti *Auctoris* Metenſis Epiſcopi, ad probandam ſuam ſententiam argumentum deſumit, aitque Harigerum, narrare Sanctum *Servatium* ex itinere Romam inſtituto deprecandi excidii cauſa ad Sanctum *Auctorem* acceſſiſſe, atque poſt Harigerum omnes Servatianæ Vitæ Scriptores idem referre, ſubditque conſediſſe *Auctorem* cum *Servatio* Concilio Agrippinenſi, ſed unica littera mutata, per Amanuenſium inadvertentiam in Actis *Victorem* ſcribi; cumque errorem jam ante obſervatum fuiſſe a Meuriſſio in Hiſt. Epiſc. Metenſium, Ægydio Gelenio lib. 1. de magnitudine Coloniæ Agrippinenſis, Claudio Roberto in Gallia Chriſtiana, aliiſque. At Harigerus, qui initio Sæculi XI. adhuc in vivis erat, aliique omnes, qui noſtra ætate idem ſcripſere, hac in re minime audiendi contra fidem omnium editionum Conciliorum, & Operum S. Athanaſii. Præſertim cum in rebus Tungrenſibus narrandis ſæpius cæcutierint, nullamque Codicem aut editum, aut Ms. pro ſe afferant. [a]

An-

NOTÆ [a] Opinionem de uno S. Servato recentiores Eruditi non ſolum non abiecerunt, quod eventurum ſibi Pagius ſpopondat hic num. 14. ſed & amplexi fuiſſe viſi ſunt, explosa duorum Servatiorum, ut illi quidem ajunt, fabella. Igitur admittunt illi quidem S. Servatium, qui anno 346. Concilio Colonienſi adfuerit, ſed negant alium S. Servatium Tungrenſem Eccleſiam adminiſtraſſe, quo tempore Attila Metenſem Urbem afflixit. Nam S. Gregorii Turonenſis, unde alii id acceperunt, textus, in quo Attila occaſione hujus hiſtoriæ commemoratur, corruptus eſt, ut ejus editor Ruinartus in ſua adnotatione agnoſcit, & probat. Nihil ergo aliud ſcripſit S. Gregorius quamquod tempore S. Servatii Hunnorum excurſio quædam Galliam afflixerit, non quidem ea, quæ ſub Attila accidit, ſed alia uno ſæculo anterior. Nomen autem Attilæ in Textum ejus per errorem irrepſit. Nec ſane Attilæ nomem exhibet Auctor Vitæ Sancti Servatii Cap. 3. Rationes alias expendit P. Jo. Baptiſta Sollerius in Actis SS. ad diem 29. Auguſti pag. 537. qui etiam pro opinione de unico S. Servatio affert Longevillæum noviſſimum Hiſtoriæ Gallicæ Scriptorem tom. 2. pag. 64. nec ab ea alienum eſſe Ruinartum in ſua editione Turonenſi, aſſerit.

rii filium, & Magiſtrum Anthemium, qui deinde imperavit. Conſulem, Valentiniani Imperatoris generum, Danubiani limitis Duces, harumque provinciarum Legatos, pacem cum Hunnis firmaſſe, & exercitui clauſis oppidis itineris faciundi poteſtatem conceſſiſſe prodidit. At brevi verborum gyro tot in unum errorum nævos coegit, ut per immenſum opus ſparſi, haud dubie toti ſimul de honeſtando corpori ſatis futuri fuiſſe videantur, &c. Proſequitur vir doctiſſimus refellere hominis rudis in unum locum congeſta plura hiſtoriarum inſomnia; cum tamen reſpectu aliarum ejuſdem auctoris deformitatum, quas denudatas, opprobrio atque deriſioni expoſitas idem Velſerus frequenter ob oculos ponit, jure hos omnes in unum conjunctos errores, nævos appellet. Ad finem vero ex Auguſtanis Annalibus ſubiicit ipſe, adventum Attilæ nequaquam repreſſum aliquibus pactis cum Ducibus conditionibus fuiſſe oppidis abſque jactura; immo ferociſſimum barbarum numeroſiſſimo truculentorum barbarorum pollentem exercitu, inſtar fulminis, quæque obvia disjeciſſe atque protriviſſe, & inter alias ipſam nobiliſſimam Auguſtam Vindelicorum civitatem eadem vi tempeſtatis fuiſſe concuſſam, fœdeque vaſtatam, Memoriamque S. Afræ martyris inflammatam. Cæterum de cladibus illatis civitatibus Galliarum, quæ memoriæ commendarunt Gallicani veteres ſcriptores, & inter eos Gregorius Turonenſis, in primis afferamus in medium: ſic enim ipſe ait (*a*):

(*a*) *Greg. Turo. hiſt. Franc. lib. 2. c. 6.*

XXXIX. De Metenſi civitate combuſta, Oratorio S. Stephani ſalvo.

Igitur Chuni (hoc namque nomine Hunnos complures majorum appellare conſuevere) *a Pannoniis egreſſi, ut quidam ferunt, in ipſa ſancti Paſchæ vigilia ad Metenſem urbem reliqua depopulando perveniunt, tradentes urbem incendio, & populum in ore gladii trucidantes, ipſoſque ſacerdotes Domini ante ſacroſancta altaria perimentes: nec remanſit in ea locus inuſtus, præter Oratorium beati Stephani primi Martyris ac Levitæ. De quo Oratorio quæ a quibuſdam audivi, narrare non diſtuli. Ajunt enim, priuſquam hi hoſtes venirent, vidiſſe virum fidelem in viſu quaſi conferentem cum ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo beatum Levitam Stephanum de hoc incendio ita dicentem: Oro, domini mei, ut non permittatis obtentu veſtro Metenſem urbem ab inimicis exuri, quia locus in ea eſt, in quo parvitatis meæ pignora continentur: ſed potius ſentiant populi aliquid me poſſe cum Domino. Quod ſi tantum facinus populo ſupercrevit, ut aliud fieri non poſſit, niſi tradatur civitas incendio; ſaltem hoc Ora-*

PAGIUS VI. *Servatius II. coævus fuit Auctori Epiſcopo Metenſi.*

Auctorem vero, non Servatii primi, ſed Servatii II. tempore Eccleſiam Metenſem rexiſſe, docent Sigebertus in Chronico ad annum CDLIII. & Paulus Diaconus in libello, cui titulus eſt: *Libellus de Numero ſive Ordine Epiſcoporum, qui ſibi ab ipſo prædicationis exordio in Metenſi civitate ſucceſſerunt.* Sigebertus, de quo Henſchenius in laudata Exegeſi c. 5. n. XXVIII. ſcribit, in rebus Epiſcopatus Tungrenſis ſuam, neque eam exiguam auctoritatem conſtare debere, *dum alia non extant antiquiorum monumenta,* Sigebertus, inquam, poſtquam de Galliarum clade per Attilam illata locutus eſt, ait: *Hoc excidium Galliis impendere Servatius Tungrenſis longe ante in ſpiritu prævideras, & Romæ a beato Petro Apoſtolo hoc judicium Dei inevitabile fore didicerat, idcoque relicta Tungrenſi Urbe, quæ evertenda erat, ad Trajectum Sedem Epiſcopalem tranſpoſuit.* Immediate autem antea ſcripſerat: *Auctor Metenſis Epiſcopus captivatur, ſed Hunnis cæcitate percuſſis, cum captivis ſuæ Urbis relaxatur.* Neque dici poteſt, Sigebertum hæc a Gregorio Turonenſi hauſiſſe; cum hic de Sancto Auctore mentionem non faciat.

VII. *Servatius II. Romam petit dum Auctor Epiſcopatum Metenſem regit.*

Paulus Diaconus Sigeberto longe antiquior, cum anno DCCLXXIV. Metas a Carolo Magno miſſus fuerit, ut Geſta Epiſcoporum Metenſium, petente Angilramno Metenſium Epiſcopo, ſcriberet monumentis illius Eccleſiæ jam a Barbaris, in cinerem redactis, paucula quæ reperit literis mandavit. In eo Catalogo, ſeu libello quintus Epiſcopus eſt *Victor*, deinde alius *Victor*, & decimus tertius *Auctor*; a Paulo vero Diacono ei tantum diſcedere licet, qui certiora monumenta viderit. Hæc vero ejus de ſancto Auctore, qui in variis Martyrologiis ad diem X. menſis Auguſti inſcribitur, verba: *Eo igitur tempore cum Reverendus hic Præſul*

vitam cunctis virtutibus decoratam duceret, Attila Rex Hunnorum omnibus belluis crudelior, habens multas Barbaras nationes ſuo ſubjectas dominio, poſtquam Gundicarum Burgundionum Regem ſibi occurrentem protriverat, (quod anno CDXXXVI. contigiſſe ſuo loco diximus) *ad univerſas deprimendas Gallias ſuæ ſævitiæ relaxavit habenas. Hujus adventu beatus Servatius Tungrorum Epiſcopus præcognito, Romam ad Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli corpora perrexit, ut per eorum ſublime meritum ſpecialiter a Domino impetraret, quatenus iram ſuæ indignationem averteret, & Tungrenſis Urbis populum a tanto exitio liberaret. Tunc ei divinitus per eumdem Petrum Apoſtolum revelatum eſt, quod ita eſſet cœleſti judicio definitum, ut univerſa Gallia Barbarorum foret infeſtationi tradenda, præter B. Stephani Levitæ & Protomartyris ſitum apud Metis Oratorium, in quo ipſius erat pretioſus cruor abſque corruptionis labe reconditus.*

VIII. *Urbs Metenſis ab Hunnis obſeſſa.*

Hæc dum S. Servatio revelata fuiſſent, feſtinus ad Gallias repedavit: invenitque jam Hunnorum examina per univerſas Gallias debacchari. Qui cum ad obſidionem Metenſium pro eo, quod eorum civitatem inexpugnabilem ob murorum fortitudinem cernerent, receſſiſſent, contigit B. Servatium ipſo tempore, dum a Roma reverteretur, Mettis devenire. Qui dum univerſa, ſicut revelatione didicerat, ſancto conſacerdoti ſuo Auctori retuliſſet, ad civitatem propriam, hoc eſt Tungris reverſus eſt. Nec mora, poſt ejus egreſſionem murus civitatis Metenſis corruit, ingreſſumque hoſtibus ſuperna diſpoſitione patefecit. Mox vero B. Auctor traditam civitatem inimicorum gladiis advertens, univerſos parvulos, qui nec dum ſacri fontis ablutionem perceperant, baptizari præcepit. Igitur audientes Hunni, qui duodecimo inde milliario ſitum caſtrum, quod Scar-

Oratorium non crematur. Cui illi ajunt: Vade in pace, dilectiſſime frater: Oratorium tantum tuum carebit incendio. Pro urbe vero non obtinebimus, quia Dominicæ ſanctionis ſuper ea ſententia jam proceſſit. Invaluit enim peccatum populi, & clamor malitiæ eorum aſcendit coram Deo; ideo civitas hæc cremabitur incendio. Unde proculdubio eſt, quod horum obtentu, urbe vaſtata, Oratorium permanſit illa-*ſum.* Hæc ipſe: Quæ autem de Aurelianenſi civitate ſubdit, dicemus ſuo loco.

Certe quidem Salvianus (a) Epiſcopus Maſſilienſis, dum de cladibus a barbaris & inter alios ab Hunnis illatis agit, longe Gallis modeſtiores fuiſſe his temporibus Hunnos, Gipedas, Francos, Saxones, pluribus docet: unde juſte hi ab illis meruerint ita affligi: Cum alioqui acerbius ſolere Deum punire peccata ſuorum Fide- XL. (a) *Salv. de recto judic. & providen. Dei lib. 4.*

PAGIUS. *ponna dicitur, obſidebant, Mettenſis Urbis mœnia corruiſſe, iterato ad eam feſtina celeritate regreſſi ſunt, incendiiſque & rapinis univerſa vaſtantes, plures e civibus cum eis, qui baptizati fuerant parvulos interemerunt: reliquos vero, qui exitio ſupereſſe poterant, ſimul cum S. Auctore Epiſcopo captivos abduxerunt. Impletum ſane eſt ſuper B. Stephani Levitæ & Protomartyris domicilio, quod a beatiſſimo Petro apud Romam Chriſti famulo Servatio fuerat ante prædictum. Nam cum eandem Baſilicam procul furentes Barbari adſpicerent, ad eam curſim quaſi opima ſpolia capturi properabant: cumque propius accederent, eorum oculis velut ingens ſaxum ac moles ſolida apparebat. Quam cum cæcati mentibus, manibus per gyrum palparent, aditumque ingrediendi quærerent, nihil omnino eis aliud quam naturalis ſaxi durities videbatur. Denique ſæpius abſcedentes rurſumque revertentes, cum ſe nihil proficere cernerent, tandem fatigati diſceſſerunt, ſuaque iniquitatis effectu fruſtrati ſunt.*

IX. *Incendio traditur.* *Quid etiam de hoc Oratorio B. Gregorius Turonorum Epiſcopus in ſuis libris narraverit, non ſileo. Refert enim, priuſquam hi hoſtes venirent, vidiſſe virum fidelem in viſu quaſi conferentem cum Sanctis Apoſtolis Petro ac Paulo B. Levitam Stephanum de hoc excidio, ac dicentem: Oro Domini mei, ut non permittatis obtentu veſtro Mettenſium urbem ab inimicis exuri; quia locus in ea eſt, in quo parvitatis meæ pignora continentur, ſed potius ſentiant ſe populo aliquid me poſſe coram Domino. Quod ſi tantum facinus populi ſupercrevit, ut aliud fieri non poſſit, niſi civitas tradatur incendio, ſaltem vel hoc Oratorium non crematur. Cui illi aiunt:* „Vade in pace dilectiſſime frater: Oratorium tantum tuum carebit incendio. Pro Urbe vero non obtinemus: quia Dominicæ ſanctionis ſuper eam ſententia jam præceſſit: invaluit enim peccatum populi, & clamor malitiæ eorum aſcendit coram Domino. Ideo „civitas hæc cremabitur incendio. *Unde non dubium eſt, quod horum obtenta Urbe vaſtata Oratorium permanſit illaſum.*

X. *Miraculum a S. Auctore Epiſc. Metenſi patratum.* *Igitur exinde hoſtes dum ad oppidum, quod appellatur Decempagos, quod a Mettenſi Urbe triginta millibus abeſt, perveniſſent; quia Deo noſtro ſemper de ſuis ſervulis cura eſt, & in ira miſericordiam (ſicut ait Pſalmiſta) non continet; tanta ſubito eoſdem Hunnos tenebra circumvallaverunt, ut quid agerent, vel quo ſe verterent, omnino neſcirent. Tunc tantam tanta calamitatis, ut in tali re opus erat, ſollicite inquirentes ab uno ex captis, quos ducebant, audiunt, quia propter ſervum Cæleſtis Domini Auctorem Epiſcopum, quem in captivorum numero ſe vidiſſe dicebat, talia paterentur. Mox igitur facta inquiſitione B. Auctorem reperiunt: quem dum percunctarentur, quid in munere vellet accipere, ut a tanto eos periculo liberaret, ille ad hæc reſpondet: ſibi nullum aliud gratius poſſe munus offerri, quam ſi omnes, quos ducebant captivos ſinerent ad propria remeare. Quod illi ſi facerent, promittet ſe ſine dubio a ſuo Domino impetraturum, ut ab illis quibus tenebantur tenebris, eruerentur. Factumque eſt. Et mox in univerſo ſuo Hunni exercitu captivos quos ducebant, requirentes eos B. Auctori reddiderunt: a ſuis (ut eis promiſſum fuerat) ceſſantibus tenebris, luce reddita, anguſtiis liberati ſunt, ſicque venerabilis Chriſti famulus, dum ad modicum in captivorum ſorte deputatus eſt, multos pariter a captivitate reſolvit. O quantum potiori gloria de reductis iſte civibus triumphavit, quam crudeles Barbari, qui eos antea quaſi victores abduxerant, triumphare potuiſſent.* Ita Paulus Diaconus, qui Sanctos *Auctorem* & *Servatium* II. Attilæ æquales fuiſſe, ideoque & hunc diverſum eſſe a *Servatio*, qui Synodo Agrippinenſi ſubſcripſit, & Victori Epiſcopo Metenſi convixit, certo nos edocet. Idem ac apud Paulum Diaconum legitur in antiquo Chron. Metenſi Tom. IV. Dacheriano.

XI. *Servatius II. Nicaſio, Lupo & Aniano coævus.* Secundo *Servatium* coævum fuiſſe Sancto *Nicaſio* Remenſi, Sancto *Lupo* Tricaſſino, & Sancto *Aniano* Aurelianenſi Præſulibus, teſtatur Flodoardus in Hiſtoria Rhemenſi lib. 1. cap. 6. *Sub hujus tempeſtatis turbinem, glorioſi renitebant in Galliis inter Epiſcopos viri, ſanctiſſimus Rhemorum Præſul Nicaſius, & beatiſſimus Aurelianenſium Pontifex Anianus, ſanctus quoque Lupus Tricaſſinus, & beatus Servatius Tungrenſis Antiſtes, aliique nonnulli virtutibus inſignes, qui hanc indignationis Dei ſuis meritis & precibus iram Dei differre certaverunt.* Ubi loquitur Flodoardus de clade Attiliana, iſque doctior ac antiquior Harigero, cum vita functus ſit anno DCCCCLXVI. Imo ipſemet Harigerus in Actis Sancti Servatii hos verſus in eam inſeruit, qui duos Servatios eum in unum confundere, manifeſtiſſime demonſtrant.

Talibus Eccleſia fautoribus undique firma,
Obſtant imbecillis vento quatiente procellis,
Deſuper & petram nequeunt trepidare ruinam.
Et de hoc, inquit Harigerus,
Specialiter beato viro inter alia:
Servatius, ſervando fidem, ſervat pereuntem
Orando populum, confortans forte Trajectum
Et beatus Lupus, ſubdit Harigerus.
Tricaſſinæ urbis Epiſcopus:
Dum bella cuncta perderent,
Orando Trecas munit.

Quare ex ipſomet Harigero habemus diſtinguendos duos Servatios, cum qui S. Lupo hoc tempore Epiſcopo æqualis fuit, non poſſit eſſe is qui anno CCCXLVI. Concilio Colonienſi ſubſcripſit, quod tamen vir Chronologiæ imperitus non animadvertit. Illum hymnum antiquiſſimum eſſe, eruo ex Hincmaro, qui in Epiſtola anno circiter DCCCLXXVI, *ad diœceſis Rhemenſis Epiſcopos & regni Primores* data cap. 27. ait: *in beati Lupi hymno cani: dum bella cuncta*

Digitized by Google

delium, quam Gentilium, Apoſtoli illa ſententia doceat, qua ait (a): *Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum & Græci*. Et jure quidem, ut ab eo plura exigantur, qui plura accepit. Qui vero ibi tunc inter eos inventus eſt juſtus, nequaquam cum ſceleratis puniri Dei providentia ſinitur. Etenim Metenſis Epiſcopus, Auctor (b) nomine, cum ab Hunnis capitur, perculſis illis continuo cæcitate, liber abire ſinitur cum aliis, qui ab iiſdem ibidem capti fuerant. Sed & præclare tunc accidit, ut precibus clariſſimæ virginis

(a) Rom. 2.

(b) Sigebert. in Chronic. an. 453.

PAGIUS

cta perderent, quando Trecas munivit. Quæ verba omnia refert etiam Beda anno DCCXXXV. demortuus, in ſuo genuino Martyrologio, ad diem viceſimum nonum Julii S. *Lupo* ſacrum. Omnes itaque Veteres qui S. Servatii meminere, eum *Attilæ* tempore vixiſſe indicant.

XII. *S. Servatius II. in Martyrologiis memoratus.*

Tertio, antiquiores Martyrologi ad diem XIV. Maii, cui adſcriptus eſt Sanctus Servatius, ea de eo referunt, quæ non niſi de Servatio II. interpretari poſſunt. Florus enim Eccleſiæ Lugdunenſis Diaconus, qui circa tempora Adonis & Uſuardi floruit, ſcribit: *Trajecto portu natale S. Servatii Epiſcopi. Hic dum ad B. Petri Apoſtolorum Principis ſepulcrum pro ereptione populi Galliarum Domino ſupplicaret, ne ab Hunnis vaſtarentur, ab ipſo Apoſtolo, ut fertur, accepit reſponſum in viſu & ipſum cito e corpore migraturum, & nullam Galliarum Urbem præter Metenſium, propter pignora B. Stephani Martyris ibi recondita, liberandam*. Ado, Rabanus, aliique Gregorium Turonenſem etiam exſcripſere, & licet de Attila mentionem non faciant; cum tamen certum ſit, ab Attila urbem Metenſem obſeſſam, & oratorium Sancti Stephani divinitus tunc ſervatum, dubium eſſe non debet, quin de Servatio ſecundo intelligendi ſint.

XIII. *Servatius II. nonniſi per errorem Aravatius dictus.*

Hadrianus Valeſius loco laudato exiſtimavit, *Servatium*, de quo Turonenſis verba facit, vocatum fuiſſe *Aravatium*; & nonniſi Librariorum errore *Servatium*; quod in duobus Codicibus MSS. Hiſtoriæ ejuſdem Turonenſis ita appellatur, ſicuti & in vetuſtiſſimo Codice Fredegarii MS. qui ſervatur in Bibliotheca Patrum Societatis Jeſu Pariſienſium. Addit Vir doctiſſimus, ſe non dubitare, quin Aventinus in Hiſtoria Bojorum, & Molanus in Natalibus SS. Belgii, in mendoſos Gregorii Codices inciderint, itat ut pro *Aravatio* alter *Azanarium*, vel *Azavarium* alter *Aravarium*, nobis obtruſeriot. Verum manoſcripta etiam antiquiſſima, magis ſæpe quam Codices impreſſi, depravata. Quare recte Henſchenius laudatus dicit, retinendam eſſe lectionem, quam præferunt editiones Gregorii & Fredegarii in Epitome cap. I. cui non ſolum aliqua MSS. ſed etiam omnia vetoſte Martyrologia, & Breviarie tam impreſſa quam manu exarate ſuffragantur. Ipſemet Valeſius obſervet apud Eginhardum in lib. 4. de Virtutibus SS. Martyrum Marcellini & Petri ſcriptum reperiri, *Monaſterium S. Servatii Confeſſoris*, non Aravatii, & in duobus veteribus Exemplaribus Uſuardi & Adonis, in Bibliotheca San-Germanenſi aſſervatis, nomen *Servatii*, non vero *Aravatii* etiam legi; idemque habere Flodoardum, Reginonem, Paulum Diaconum aliosque antiquos Scriptores. Codices itaque MSS. qui *Aravatium* habent, corrigendi ex illis, qui *Servatii* nomen conſervarunt, & ex omnibus libris editis. *Azanarii* nomen fucum fecit Baronio num. XXXVIII. exiſtimavit enim hunc Epiſcopum diverſum fuiſſe a *Servatio*, quem Turonenſis memoret; cum tamen nonniſi per errorem *Servatius* II. ita ab Aventino appellatus fuerit.

XIV. *Ob omiſſionem Servatii II. Tungrenſium Epiſc. Hiſtoria in tribus labefactata.*

Ex dictis Henſchenii rationes, quibus vulgarem ſententiam tueri conatus eſt, plane corruunt. Certe ea defendi non poteſt, quin univerſa Epiſcoporum Tungrenſium Hiſtoria depravetur. Primo enim Henſchenius in citata Exegeſi, ut refellat eos, qui exiſtimarunt ante Sancti *Servatii* tempore Eccleſiam Tungrenſem Epiſcopalem non fuiſſe, utitur auctoritate Gregorii Turonenſis lib. 2. cap. 5. & cap. 72. Sigeberti in Chronico, quem pro ſe jam adduxerant Joannes Roberti, & Scriptor Vitæ Sancti Servatii, cujus Fragmentum recitat Vincentius Bellovacenſis lib. 20. Speculi Hiſtorialis cap. 30. Sed cum tres iſti Auctores manifeſte inſinuent, Sedem Epiſcopalem ex urbe Tungrenſi ad Trajectenſem translatam eſſe tempore Attilæ a ſancto Servatio, quis non videt narrationem iſtius translationis a tribus iſtis Auctoribus factam nutare, cum quod uno ſæculo factum ipſe Henſchenius in aliud tranſtulerit? Quia igitur illa tranſlatio in dubium revocari non debet, ita nec quod habent ii Scriptores de tempore, quo ea facta. Porro Henſchenius recte aſſerit eum Auctorem Vitæ ſancti Servatii, cujus fragmentum recitat Vincentius, quocunque ille tempore vixerit, præiviſſe, tam Sigeberto quam Vincentio. *Ex quo* etiam liquet, duos fuiſſe Servatios; *cum* is Anonymus tradat, *Servatium* floruiſſe tempore Attilæ.

XV. *Interpontificium plurium annorum confictum.*

Secundo, poſtquam recentes Hiſtorici & conditores Catalogorum Epiſcoporum Tungrenſium duos Servatios in unum confudere, ex iiſdem alii ſcripſere, poſt *Servatii* mortem Tungrenſem & Trajectenſem Eccleſiam ad annos CVIII. aliqui ad annos CXIV. alii ad annos LXX. Henſchenius ad annos circiter XXVI. ſine Epiſcopo fuiſſe. Quo in errore cæteris præivit Harigerus, qui tamen cauſam ſui erroris ipſemet prodit. Poſtquam enim aſſeruit, incertum eſſe, *quanta temporis intercapedine Eccleſia Tungrenſis fuerit ſine Pontifice* ſcribit: *Tandem B. Remigio, cælitus ad hoc prædeſtinato & per repromiſſionem jam nato, ut eam gentem* (ſcil. Francorum) *ad veri Dei cultum converteret, & Galliarum populus in unitatem fidei Catholicæ convenirret: eo, inquam, tempore Agricolaus Eccleſiæ Leodienſi præſedit undecimus*. At verum eundem eſt Sanctum *Agricolaum* Remigio Rhemorum Epiſcopo, qui anno CDLIX. ſedere cœpit, coævum fuiſſe, & undecimum Epiſcopum Tungrenſem ſeu, ut nunc dicimus Leodienſem extitiſſe; id enim teſtantur Auctor magni Chronici Belgici inter vetuſtiores, qui de Epiſcopis Tongrenſibus locuti ſunt, Catalogi Epiſcoporum Tungrenſium, & laudatus Scriptor Vitæ ſancti Servatii, qui ait *Agricolaum* Servatio ſucceſſiſſe. Sed *Agricolaus*, & novem ejus ſucceſſores qui Eccleſiam Trajectenſem uſque ad annum DXXXV. quo ſanctus *Domitianus* XX. Epiſcopus Tungrenſis Concilio primo Arvernenſi interfuit, rexere, non Servatio primo, ut credidit Harigerus, qui nullum alium Servatium agnoſcit, ſed Servatio II. hoc anno demortuo ſucceſſere, ideoque longum illud Interpontificium mere fictitium, & in ſola confuſione utrius

(a) Extant apud Sur. die 3. Januarii.

ginis Genovefæ Pariſiorum civitas ub iiſdem Hunnis ſervaretur illæſa: id quidem Acta (*a*) rerum ub ipſa geſtarum teſtantur.

XLI. Sed quæ tranſacta ſint inter Attilum & Lupum Trecenſem Epiſcopum ſanctitate clarum, ex Vita ipſius fideliſſime ſcripta hic enarremus (*b*). *Non longa* (inquit auctor) *poſt tempora Hunni erumpentes, & per totam Galliam diffuſi, partim ſimulate pacis arte tenebant urbes, partim vi expugnabant. Ubi ad Trecenſem infeſto agmine venere civitatem, patentibus campis ſitam, nec armis munitam, nec muris: ſolicitus pius Antiſtes ad uſitata ſe recipiens præſidia, ſolus ad Deum fuſis precibus, ſuperna opis auxilio cam defendit. At immanis ille & ferus Attila ſidem ſancti viri ultiori ſenſu ſuſcipiens, pro ſua exercituſque ſui ſalute & incolumitate ſecum eum vult proficiſci ad Rhenum uſque, pollicens ei, ubi eo ventum ſit, ſe ipſum dimiſſurum. Mox copia offertur ab eo loco revertendi: non negatur reditus, iter quoque indicatur. Orat tyrannus abnixe ſanctum virum, ut velit pro ipſo Dominum deprecari, interprete uſus Hunigaſio.*

(b) Extant apud Sur. die. 29. Julii. Res geſtæ Lupi Trecenſis cum Attila.

XLII. *Reverſus autem vir Dei, ut vidit ſe deſperatione ſuorum turbatum, ad montis perfugium Latiſconem cæteris ſalertiorſe ſtinavit, ut eo transferret plebem, quam orationum ſuarum ſuffragiis, diſcriminis ſubjacentem inter excidia publica & arma defenderat. Illud perfugium diſtat ab urbe milliaribus quinque & quadraginta. Manens vero illic biennii ſpatio, offenſus raritate ſuorum eo venientium, Matiſconem ſibi cenſuit expetendam.* Subdit miracula ab eo tunc edita, fideliſſimus ſuorum temporum rerum ſcriptor, licet multa nimia brevitate tranſilierit: niſi forte mutilata habeantur, quæ extant ejus Acta. Hæc enim alii ſuperaddunt (*c*): *Cum ſanctus Lupus Attilæ Flagello Dei Hunnorum Principe occurriſſet, & pro patria intercederet, & Princeps ferox delere omnino civitatem proponeret: divina virtute tum ipſe, tum exercitus neminem videntes tranſierunt per civitatem a porta uſque ad portam, veluti cæcitate perculſi; ſicque patria ſalvata eſt.* Sed de his auctorem aliquem veterem non invenimus.

(c) Petr. Cat. lib. 6. c. 1. & alii. Occurſus Lupi cum Attila.

Qui autem fuſius res Attilæ ſunt proſecuti, iſta adiiciunt (*d*): *Lupus habitu indutus Pontificali, cum multitudine cleri, Attilæ advenienti fit obvius. Is facta ſalutatione, interrogat Attilam, quiſnam eſſet, qui tot Regibus devictis, nationibus, populiſque proſtratis, urbibus everſis, cuncta ſibi ſubderet? Cui Attila: Ego, inquit, ſum Rex Hunnorum Attila Flagellum Dei. Ad hæc Lupus: Et quis eſt mortalium, qui Dei flagello reſiſtet? Veni igitur Dei mei flagellum: illoque utere, ut Deus concedit. Ad hæc verba Barbarus emollitus, Trecenſem urbem illæſam tranſiit.* Hæc ipſi. Cæterum Trecenſium rerum ſub Attila adhuc alia deſiderari videntur, nimirum Acta martyrii S. Nemorii ejus Eccleſiæ Archidiaconi & ſociorum, quos juſſos ub Attila occidi, referunt Acta publica Eccleſiarum, in quibus ſeptimo Idus Septembris relati iidem inter martyres habentur. XLIII.

(d) Nicol. Ola. in Attila. c. 9.

Lupum vero ipſum ad plures adhuc annos vitam propagaſſe, Sidonii epiſtola (*e*) ad eum ſcripta, cum jam novem (ut ait) quinquennia haberet in Epiſcopatu, demonſtrat. Sed quantæ hic eſſet æſtimationis, ex ejuſdem Sidonii epiſto- XLIV.

(e) Sidon. li. 6. ep. 1. Lupi Trecenſis laudes.

PAGIUS triuſque Servatii fundatum; atque inde vulgaris ſententia magis evertitur; cum non ſolum ſancti Servatii II. mortem a tempore cladis Hunnicæ removeat, & eum æqualem Lupo, Nicaſio, Aniano, & Auctori fuiſſe neget; ſed etiam diuturnum Interpontificium eo tempore excogitare cogatur, quo cæteræ omnes Galliarum Eccleſiæ ſuos Præſules habuere.

XVI. Tertio, ex eo errore factum, ut Epiſcopis, qui, poſt *Servatium* II. Epiſcopatui Tungrenſi præfuere, longe plures annos, quam quibus ſederint, fuerint attributi, & aliquos ex illis jam hoc tempore mortuos fuiſſe falſo ſupponatur; cum tamen quemadmodum *Heſperius* Epiſc. Metenſis, qui præfato Concilio Arvernenſi ſubſcripſit, decimus eſt a ſancto Auctore, Servatio II. coætaneo & amico, ut liquet ex libello Pauli Diaconi laudato; ita & *Domitianus* decimus Tungrenſis Epiſcopus extiterit poſt Servatium ſecundum. Neque enim unius Servatii defenſores Epiſcoporum Tungrenſium Chronologiam pervertere potuere, quin ſimul tam ſeriem, quam tempora Epiſcoporum Metenſium ſuſdeque etiam verterent. Sed hæc ſatis contra vulgarem ſententiam, quam tandem ab omnibus deſertum iri non dubito. Cointius anno CDL. num. IV. & ſeqq. recte cum Valeſio duos Servatios diſtinxit, ſed perperam cum illo poſteriorem, non *Servatium*, ſed *Aravatium*, aut *Arvatium* nominandum eſſe contendit, huicque non *Agricolaum*, ſed *Supplicium* ſucceſſiſſe; cum tamen is in omnibus Catalogis XV. tantum Epiſcopus numeretur. Præterea cum Turonenſis lib. 2. cap. 7. ut videre eſt apud Baronium num. XXXIX. ſcribat Hunnos *in ipſa Sancta Paſchæ vigilia ad Metenſem urbem*, *ideoque* die VII. Menſis Aprilis, in quam hoc anno Sabbatum Sanctum incidit, veniſſe, & antea cap. 5. prodat Servatium, paulo antequam Hunni ad Tungrenſem urbem accederent, in ea animam Deo reddidiſſe, mors ejus in hunc annum differenda. Eam in præcedentem Cointius conjicit, quod vulgari errore præoccupatus, arbitratus fuerit, Sanctos in Martyrologiis, diebus quibus mortui ſunt, de more adſcriptos fuiſſe: *Servatium* autem ad diem XIII. Maii in iiſdem memorari.

XVI. Catalogi Epiſcoporum tam Metenſium quam Tungrenſium ſuſdeque verſi.

A num. XLI. ad XLIX. Baronius recte narrat acceſſum *Hunnorum* ad Urbes Metenſem, Pariſienſem, Trecenſem & Aurelianenſem, & Auctor de Geſtis Francorum juxta MS. Cameracenſe cap. 5. accurate ſcribit: *Chuni Rhenum tranſierunt, Mettis ſuccenderunt, Trevirim deſtru-* XVII.

S. Nicaſius Martyrium facit, & Vaſatum obſidetur.

Digitized by Google

In exordio accipe, ubi ait: *Benedictus Spiritus ſanctus, & Pater Dei omnipotentis, quod tu pater patrum, & Epiſcopus Epiſcoporum, & alter ſæculi tui Jacobus, de quadam ſpecula charitatis, nec de inferiore Hierusalem tota Eccleſia Dei membra ſuperinſpicis, dignus qui omnes conſoleris infirmos, &c.* Hæc quidem ipſe ob eminentem egregiamque vitæ illius ſanctitudinem, qua cæteris Epiſcopis emineret, licet aliis Galliarum Epiſcopis pluribus ditione inferior eſſet. Rurſum vero ſub eodem Attila martyrio coronatos ponunt alii ſanctum Nicaſium Rhemenſem Epiſcopum, & ejus ſororem Eutropiam, atque alios ipſius Eccleſiæ ejuſdem palmæ conſortes: verum a Vvandalis hos eſſe trucidatos, eorum Acta (a) referunt, de quibus nos ſuo loco ſuperiori tomo.

Nicaſius & Eutropia martyres.

(a) *Apud Sur. die 14. Decembr.*

XLV. Nec reticendum quod Sigebertus hoc tempore Hunnicæ cladis accidiſſe tradit, poſt Vaſatenſem civitatem magno Dei beneficio liberatam, his verbis (b): *Vaſatenſi urbe ab Hunnorum obſidione liberata per divinum auxilium, cum Epiſcopus pro gratiarum actione Miſſam populo celebraret, reſpiciens ſurſum vidit ſuper altare quaſi de camera templi cadere æqualiter tres guttas æqualis magnitudinis cryſtallo clariores, quæ ſimul defluentes in unum conjunctæ quaſi unam gemmam pulcherrimam effecerunt: quam cum in medio Crucis aureæ poſuiſſent, aliæ gemmæ ceciderunt: ſeorſum vero poſita infirmis dabat ſanitatem, adorantibus vero imaginem ſanctæ Crucis augebat devotionem; quia piis & mundis clara, immundis obſcura videbatur.* Hæc ipſe, eam aſſerens occaſionem miraculi, quod Arianiſmo regio illa nonnihil ob Gothos illic verſantes infecta eſſet. Sane quidem cum mirabiles inſtant elationes maris (juxta Prophetam) (c) tunc mirabilis in altis Dominus, faciens ſigna atque prodigia: & grandiora tunc ſemper divinitus oſtenſa fuiſſe ſigna, ubi vehementiora inſtarent mala, plurima divinæ Scripturæ docent exempla; ut non ſint humani captus anguſta menſura, immenſa omnipotentis Dei opera conſtringenda.

(b) *Sigeb. Chr. ann. 453.*

(c) *Pſ. 92.*

XLVI. Conflagraſſe vero hac etiam clade Aquitaniam ipſam, S. Proſperi patriam, ipſe his verſibus luget (d):

Cumque animum patriæ ſubiit fumantis imago,
Et ſtetit ante oculos quidquid ubique perit:
Frangimur, immodicis & fletibus ora rigamus:
Dumque pios agimus, vertimur in querulos:

(d) *Proſp. in præfat. lib. de provid. Dei.*

Aquitania ab Attila dira paſſa.

Porro ſcripſiſſe eam ob cauſam ipſum S. Proſperum carmen illud poſt cladem Hunnicam, de qua agimus, inde colligere certo datur, quod in eo inſectatur hæreſim Eutychetis confundentis in unum duas Chriſti naturas haud pridem exortam.

XLVII. Sed quæ hoc item anno contigerunt de Hunnis Aurelianenſem civitatem obſidentibus, videamus. Atque primum de junctis Gothorum copiis cum Romano exercitu ſub Aetio Duce, opera (ut vidimus ex Sidonio) Aviti Galliarum hoc tempore Præſidis, ex auctore Miſcellæ in medium addocamus: hæc enim ibi ſcripta habentur (e): *Prævidens Attila ſagacitate qua callebat, non ſibi fore tutum, ſi Gothi, qui intra Gallias morabantur, Romanis jungerentur auxilio: amicum ſe Gothis ſimulans, adverſus Aurelianos urbem concitus pergit, Regem Uviſigothorum ſollicitare niſus, ut pariter cum eo Romanum invadens Imperium, æqua ſorte poſſideret. Ad Valentinianum vero Imperatorem legatione miſſa, pacem ſimulat ad ulciſcendos Romanos de Gothis & re-*

(e) *Paul. Diac. l. 15.*

Attilæ doloſæ artes.

PAGIUS

unt, Tunorus pervadunt, uſque Aurilianis pervenientes. Baronius num. XLIV. Martyrium Sancti *Nicaſii* Rhemenſis Epiſcopi & *Eutropia* ejus ſororis perperam removet ab hac ſexta Hunnorum in Galliam irruptione, & ad ſecundam, quæ anno CDVII. facta eſt, retrahit, ut eo anno num. XV. demonſtravimus. Quare, quæ ibidem de *Nicaſio & Eutropia* diximus, huc revocanda. Præterea Salvianus citatus a Baronio num. XL. non potuit loqui de hac Hunnorum irruptione; cum libros *de Providentia* anno circiter CDXL. publicarit; ut ibidem diximus. Denique obſidio Urbis *Vaſatenſis*, de qua Baronius num. XLV. retrahenda ad annum CDXXXVII. quo contigit tertia irruptio Hunnorum in Galliam, ut eo anno oſtendimus. Tunc enim accidit quod narrat Gregorius Turonenſis lib. 1. de Mirac. cap. 13. ut Hunni, qui univerſam Aquitaniam depopulati fuerant, civitatem illam obſidione cinxerint: *Tempore quo diuturna obſidione vallabatur a Chunis, &c.* ſcilicet Vaſatenſis Urbs. *Hoſtis in circuitu depopulabatur villas, domos tradebat incendio, agros, vineaſque pecoribus intromiſſis vaſtabat, &c. celeriter virtus Divina adfuit. Nam nocte viſum eſt ipſi Barbarorum Regi quaſi pſallentes homines in veſtimentis albis accenſis cereis circuire muros Urbis, &c. Alia vero nocte videt quaſi globum magnum ignis ſuper Urbem deſcendere, &c. Tunc Rex Gauſericus ait.... Manifeſtum eſt, quod Deus eorum adjuvat eos, & ſtatim diſceſſit a loco illo.* Eo tempore Gothi Ariani in ea Urbe regnabant; Turonenſis enim poſt narrata aliqua alia miracula in ea civitate tunc patrata ſubdit: *Patuit evidenti ratione contra iniquam & Deo odibilem Arianam hæreſim, quæ eo tempore pullulabat, hæc acta. Agnitumque eſt Sanctam Trinitatem in una omnipotentia æqualitate connexam .... Nec mora fugato, ut diximus, hoſte, civitas liberata eſt.* Porro Proſper in Chronico ad Conſulatum Aetii & Sigitvulti, ſeu ad annum CDXXXVII. prodit Hunnos Romanorum

& reſtituenda Republica: ad Gallias & Hiſpanias pergere ſe doloſe denunciat. Sed Imperatorem doli ejus minime latuerunt. Itaque quam celerrime Theodoricum * Theodo-dam. * *Uviſigothorum Regem per Aëtium Patricium conveniens, in ſuæ pacis favorem pertraxit, atque cum eodem Patricio contra Attilam poſt vaſtatam fere omnem Galliam Aurelianos jam obſidentem direxit.* Hæc ibi de fœdere Romanorum cum Gothis contra Attilam inito: quod per Avitum eſſe confectum, Sidonius (ut dictum eſt) in Panegyrico cecinit.

XLVIII. Sed de obſidione Aurelianenſis civitatis agamus ex Actis (*a*) S. Aniani ejus civitatis Epiſcopi, in quibus hæc deſcripta narrantur: *Cum Rex Attila Aurelianenſem urbem vellet evertere; beatus Anianus, non quod carnem poneret brachium ſuum, aut hominum viribus confideret, ſed ut officio ſuo non deeſſet, Arelatem profectus eſt, ut Aëtio Patricio, qui tunc in Galliis erat, barbaræ gentis crudelitatem explicaret. Cum autem iter ageret, ad Mamerti viri potentis ædes divertit, qui graviſſime decumbens ſpiritu & voce, omnique gradiendi facultate deſtitutus, ſpem vivendi omnem ſuis ademiſſe videbatur. Ut autem præſenſit uxor ejus, natione nobiliſſima, beatum Anianum adveniſſe, ad ejus ſe pedes adjecit, orans ut marito ſalus redderetur. Accedit vir Dei ad lectum ægrotantis, videt eum horas extremas ducere, procumbit ad preces, orat Dominum tota nocte cum lacrymis, donec mane æger priſtinæ ſanitati redditus eſt. Inde pergit Arelatem, & ab Aëtio humaniſſime exceptus, indicat quo in periculo verſetur Aurelia: implorat ejus opem, quam Aëtius libenter ac prolixe pollicetur. Redit ad cives ſuos, non parum tanti paſtoris abſentia mœrentes: erigit animos illorum multa conſolatione: præparant illi omnia propulſando hoſti opportuna.* Hucuſque ibi: reliqua deſunt in codice. Sed his jungimus quæ ſunt ſcripta a S. Gregorio Turonenſi, qui hæc ex eiſdem Actis accepit, aitque (*b*):

(*a*) *Apud Sur. die 17. Novembr.*

De obſidione Aurelianenſis Civitatis.

(*b*) *Greg. Turon hiſt. Franc. l. 2.*

XLIX. *Attila Rex Chunorum a Metenſi urbe egrediens, cum multas Galliarum civitates opprimeret, Aureliam aggreditur, eamque maximo arietum impulſu nititur expugnare. Erat eo tempore beatiſſimus Anianus ſupradictæ urbis Epiſcopus, vir eximiæ prudentiæ ac laudabilis ſanctitatis, cujus virtutum geſta nobiſcum fideliter retinentur. Cumque incluſi populi ſuo Pontifici, quid agerent, exclamarent: ille fiſus in Deo, monet omnes in oratione proſterni, atque cum lacrymis præſens ſemper in neceſſitatibus Domini auxilium implorare. Denique iis, ut præceperat, deprecantibus, ait ſacerdos: Aſpicite de muro civitatis, ſi Dei miſericordia jam ſuccurrat. Suſpicabatur enim per Dei miſericordiam Aëtium advenire, ad quem & Arelatem abierat prius, ſuſpenſus futuri. Aſpicientes autem de muro, neminem viderunt. Et ille: Orate, inquit, fideliter: Dominus liberabit vos hodie. Orantibus autem illis, ait: Aſpicite iterum. Et cum aſpexiſſent, neminem viderunt, qui ferret auxilium. Ait eis tertio: Si fideliter petitis, Deus velociter adeſt. At illi iterum fletu & ejulatu magno Domini miſericordiam implorabant. Exacta quoque oratione, juxta ſenis imperium aſpicientes denuo, viderunt de longe quaſi nubeculam de terra conſurgere: quod cum renunciarent, ait ſacerdos: Domini auxilium eſt. Interea jam trementibus ab ictu arietum muris, jamque ruituris: ecce Aëtius & Theodoricus Gotorum Rex, ac Toriſmundus ejus filius cum exercitibus ſuis ad civitatem accurrunt, adverſumque hoſtem rejiciunt ac repellunt. Itaque liberata obtentu beatiſſimi civitate, Attilam fugant.* Hæc Gregorius. Sidonius (*c*) vero, hoſtes non obſediſſe tantum & oppugnaſſe, ſed & irrupiſſe in civitatem tradit, non autem diripuiſſe, interrumpente repentino Aëtii cum Gothis adventu: hæcque omnia precibus Aniani obtenta ait, atque vaticinio prædicta. Rurſum Gregorius:

Civitas liberatur ab Attilæ direptione.

(*c*) *Sid. Apol. l. 8. ep. 15.*

His diebus Romam ſonus adiit, Aëtium maximo diſcrimine inter phalanges hoſtium laborare. Quo audito, uxor ejus anxia atque meſta aſſidue baſilicam ſanctorum Apoſtolorum adibat; atque ut virum ſuum de hac expeditione ſuſciperet ſoſpitem, precabatur. Quæ cum diu noctuque hoc ageret: quadam nocte homo pauperculus crapulatus a vino, in angulo baſilicæ beati Petri obdormivit. Clauſis vero ex more

L. Uxor Aëtii laborat precibus in Baſilica Apoſtolorum.

PAGIUS rum fœderatos bellum adverſus Gothos geſſiſſe: *Bellum adverſus Gothos Chunis auxiliantibus geritur.* Quare ad illum annum referendum quod Turonenſis de urbe Vaſatenſi narrat, non vero ad annum CDXXXIX. ut perperam ab aliquibus factum. Verum quidem eſt, Proſperum ad Conſulatum Theodoſii XVII. & Fauſti, ſeu annum Chriſti CDXXXVIII. ſcribere: *Adverſum Gothos in Gallia quædam proſpere geſta;* ſed cum ibi nulla Hunnorum mentio fiat, ad eum annum Vaſatenſis clades referri non poteſt.

XVIII. A num. XLIX. ad LV. Geſta hoc anno in Galliis ab *Attila* nullus accuratius deſcripſit, quam Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 36. & ſeqq. Narrat is Attilam Legatos ad Valentinianum Imp. miſiſſe, ut diſcordias Romanos inter & Gothos fereret, & parte alia *Theodericum* Viſigothorum Regem, qui Toloſæ regnabat, ad ſuas partes pertrahere variis artibus conatum eſſe; ſed Legatos Valentiniani ad eundem

Adverſus Attilam pro Romanis multi populi pugnarunt.

oſtiis, a cuſtodibus non eſt ejectus: de nocte vero conſurgens, relucentibus per tota ædis ſpatia lychnis, pavore perterritus, aditum per quem foras evadat, quærit. Verum ubi primi atque alterius oſtii clauſtra pulſus, & obſerata cuncta cognoſcit; ſolo decubuit, trepidus præſtolans tempus ut venientibus ad matutinos hymnos populis, hinc liber abſcederet. Interea videt duas perſonas ſe invicem venerabiliter ſalutantes, ſolicitesque de ſuis eſſe proſperitatibus. Tunc qui erat ſenior, ita exorſus eſt: Uxoris Aetii lacrymas diu ſuſtinere non patior: petit enim aſſidue, ut virum ſuum de Galliis reducam incolumem, cum aliud exinde fuiſſet apud divinum judicium præfinitum: ſed tamen obtinui immenſam pietatem pro vita illius: & ecce nunc illuc propero, viventem eum exinde reducturus. Veruntamen obteſtor, ut qui hæc audierit, ſileat, arcanumque Dei vulgare non audeat, ne pereat velociter de terra. Ille vero hæc audiens, ſilere non potuit, ſed mox illuceſcente cœlo, omnia quæ audierat, matri familiæ pandit: expletiſque ſermonibus, lumine caruit oculorum. Ita plane occæcari videntem Deus voluit, ut cæci viderent, intercesſione Sanctorum plurima magnaque divinitus petentibus dari. Sed pergit auctor.

LI. Attila victus ab Aetio. *Igitur Aetius cum Francis, Gothiſque conjunctus, adverſus Attilam confligit. At ille ad internecionem vaſtari ſuum cernens exercitum, fuga dilabitur. Theodericus vero Gothorum Rex huic certamini ſuccubuit. Nam nullus ambigat Chunorum exercitum obtentu memorati Antiſtitis Anianum fuiſſe fugatum. Verum Aetius Patricius cum Toriſmundo victoriam obtinuit.* Hæc Gregorius: ſed quod Francos dicit pugnaſſe in exercitu Romanorum, minime probatur: nam eos pro Attila ſtetiſſe, Sidonius tradit. Eadem de victis Hunnis ait Iſidorus (a), additque de Gothis: *Adeo extitere victores, ut Attila Rex Hunnorum prælio victus, metu inſequentis exercitus nuſquam comparuiſſe dicatur*, in Galliis ſcilicet. Toriſmundum autem non amplius anno uno regnaſſe, occiſum a fratribus Theodorico atque Friderico, tradit. Sed cum ad annum primum Marciani hæc referat, redarguitur a Caſſiodoro, qui ſub anni hujus Conſulibus ait: *Romani, Aetio Duce, Gothis auxiliaribus contra Attilam in campis Catalaunicis pugnaverunt, qui virtute Gothorum ſuperatus abſceſſit.* Sequenti vero anno ab Attila Aquilejam excisſam ponit: cui conſentit Marcellinus in Chronico. De hoc prælio ita apud Paulum Diaconum: *Hoc certamen circa horam diei nonam cœptum de utriſque partibus centum octoginta millia occiſorum dedit.* Gloriati quidem ſunt poſteri Gothorum Reges, a ſuis majoribus Attilam ſuperatum, ut apud Caſſiodorum (b) Theodorici Regis epiſtola docet ad Alaricum data.

(a) Iſidor. Chro. Goth.

(b) Caſſiod. Var. li. 3. epiſt. 1.

LII. Hujuſmodi belli deſcribendi Proſper Aurelianenſis Epiſcopus a Sydonio Apollinari promisſionem accepit: ſed ille magnitudine rerum revocatus ſemel a cœptis, quid de his ad eum brevi epiſtola ſcribat, in qua ſuſcepti operis argumentum pandit, intelliges: ſic enim ſe habet (c):

(c) Sidon. l. 8. ep. 15.

Sidonius domino Papæ Proſpero ſalutem.

LIII. Attilæ belli hiſt. cœpta ſcribi a Sidonio. *Dum laudibus ſummis ſanctum Anianum Maximum conſummatumque Pontificem Lupo parem, Germanoque non imparem vis celebrari, Fideliumque deſideras pectoribus infigi viri talis ac tanti mores, merita, virtutes: etiam illud non abſque ju-*

PAGIUS Theodoricum, hunc ad partes Romanorum ſequendas permoviſſe (t). Junctus eſt itaque *Theodoricus* cum Thoriſmundo & Theodorico majoribus natu filiis & innumerabili Gothorum multitudine cum Romanis, quibus Aetius Patricius præerat: *His adfuere auxiliares Franci, Sarmatæ, Armoritiani, Litiani, Burgundiones, Saxones, Riparioli, Ibriones, quondam milites Romani, tunc vero jam in numero auxiliariorum exquiſito; aliæque nonnullæ Celticæ vel Germaniæ nationes*, inquit Jornandes cap. 36. Hæ nationes alias a Romanis ſubactæ, & eorum militiæ adſcriptæ eam deſeruerant, ſeſeque in libertatem rurſus aſſeruerant; *Saxones* in varias Tribus ſub diverſis ducibus diviſi mercede modo apud Romanos, modo apud alios Principes militabant. Supra locuti ſumus de *Saxonibus*, qui ſedem fixere in magna Britannia, & infra de iis agemus, qui in Galliis conſederant. Sed *Saxones* iſti, alii erant a Saxonibus, qui apud Romanos in ipſis etiam Imperii Orientis *finibus* ſtipendia faciebant, indeque in Notitia Imperii, ubi de Duce Phœnices agitur, habetur: *Ala prima Saxonum Verofabula.* Sarmatæ pariter partem militiæ Romanæ in Italia & in Galliis conſtituebant, ut videre eſt in eadem Notitia Sect. LXV. *Armoricianis* commiſſa erat cuſtodia littoris Gallici præſertimque Celticæ & Bel-

NOTÆ [a] SUſpicor Attilam ante annum 451. Galliam turbaſſe: nam in vita S. Lupi apud Bollandiſtas ad 29. Julii legimus, Attilam ſub pacis ſpe Hunnos induxiſſe in Galliam, eademque occaſione ex improviſo adortum fuiſſe Trecas Urbem Campaniæ, ſed ab eo Conſilio averſum precibus S. Lupi virum illum Sanctum ſecum duxiſſe, nec dimiſiſſe, niſi cum ad Rhenum pervenit. Igitur tunc Attila ad propria remeavit, ſed totam Galliam armorum ſuorum terrore turbatam reliquit, quod vix credimus fieri potuiſſe, cum venit in Galliam anno 451. tunc enim ab ea receſſit victus, nec eo venerat ut amicus, ſeu ſub pacis ſpe, ſed ut hoſtis. Accedit quod in Vita S. Lupi probatiori habemus non longa poſt tempora a reditu S. Lupi e Britannia, qui anno 430. contigit, adventum iſtum Hunnorum in Gallias accidiſſe. Porro ab anno 30. ad 51. nimis multum eſt temporis.

juſtitia gloriæ datur, quod te ſucceſſore deceſſit. Exegeras mihi, ut promitterem tibi Attilæ bellum ſtylo me poſteris intimaturum, quo videlicet Aurelianenſis urbis obſidio, oppugnatio, irruptio, nec direptio, & illa vulgata exauditi cælitus ſacerdotis vaticinatio contineatur. Cœperam ſcribere; ſed operis arrepti faſce perſpecto, tæduit inchoaſſe: propter hoc nullis auribus credidi, quod primum, me cenſore damnaveram. Dabitur (ut ſpero) precatui tuo, & meritis Antiſtitis ſummi, quatenus præconio ſuo ſub quacumque & quidem celeri occaſione famulemur. Cæterum tu creditor juſtus laudabiliter hoc imprudentiæ temerarii debitoris indulſeris, ut quod mihi inſolubile videtur, tibi quoque videatur irrepoſcibile. Memor noſtri eſſe dignare, domine Papa. Hæc Sidonius: qui perfecerit ne ſemel

PAGIUS

Belgicæ, indeque in eadem Notitia memoratur *littus Saxonicum*, ob maritima Saxonum latrocinia ita appellatum. *Franci* ſæpe a Romanis victi fuerant, & in ultimis Orientis Provinciis apud illos merebant.

XIX. *Alii, qui pro Romanis pugnarunt.* *Litiani* ſeu *Latiani* apud Nervios erant, pars præſidiarii, pars cultores. *Burgundi* ab Aetio in libertatem aſſerti fuerant, ut ſuo loco oſtendi. *Riparioli* ſeu *Riparii* tribus fluviorum ripis claudebantur, nempe Rheni, Moſellæ, & Moſæ, de quibus legendi Ortelius in Theſauro Geographico, & Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum, *Ibriones* denique ſiti erant ad orientem lacus Conſtantiæ, & in confiniis Rhætiæ, ut liquet ex Fortunato in fine lib. 4. de Vita Sancti Martini,

Si tibi Barbaricos conceditur ire per amnes,
Ut placide Rhenum tranſcendere poſſis & Iſtrum,
Pergis ad Auguſtam, qua Virdo & Licca fluentant.
Illic oſſa Sacra venerabere Martyris Afræ.
Si valeat ire viam, neque te Bajoaricus obſtat.
Qua vicina ſedent Breonum loca perge per Alpes,
Ingrediens rapido qua gurgite volvitur Ænus.

Præter iſtos *Sangibanus* Rex Alanorum, cujus ſedes Rhodanum inter & Ligerim erat, inter auxiliares medius ſtatutus fuit cum propria gente, quia de ejus animo minus præſumebant Aetius, & Theodoricus Viſigothorum Rex, inquit Jornandes citatus cap. 38. qui non ſemel indicat *Sangibani* regnum Ligerim inter & Rhodanum ſitum fuiſſe, & *Theodericum* cum Thoriſmundo & Theoderico majoribus natu filiis, & innumerabili Viſigothorum multitudine prælio adverſus Attilam commiſſo interfuiſſe. *Francos* etiam pro Romanis pugnaſſe docet non tantum Jornandes cap. 41. ſed etiam Turonenſis lib. 2. cap. 7. ubi ſcribit: *Aetius cum Francis Gothiſque conjunctus adverſus Attilam confligit.* Id quidem negat Baronius num. LI. quod Sidonius in Panegyrico Aviti verſu 320. Francos inter populos numeret, qui Attilam in Gallias irrumpentem ſecuti ſunt:

Bructerus, ulvoſa quem vel Nicer abluit unda,
Prorumpit Francus.

XX. *Ex Francis alii Romanorum, alii Attilæ partes ſecuti ſunt.* Verum Franci poſt *Clodionis* Regis mortem in duas factiones diviſi, quarum altera ejus filio ætate minori *Meroveo* appellato, cujus Legationem ad Valentinianum Imp. anno CDXXXII. memoravimus, altera Merovei fratri, cujus nomen ignoratur adhæſit. Hoc nos docet Priſcus Rhetor pag. 40. ubi ait: *At Francos bello laceſſendi, illi* (nempe Attilæ) *cauſa fuit Regum ipſorum obitus* (nempe Clodionis) *& de regno inter liberos controverſia. Seniori* (cujus nomen ignoratur, nullibique præter apud Priſcum mentio) *Attilas ſtudebat, juniorem Aetius tuebatur, quem Romæ vidimus Legationem obeuntem, nondum lanugine efflorescere incipiente, flava coma & capillis propter denſitatem & magnitudinem ſuper humeros effuſis. Hunc etiam Aetius in filium adoptaverat, & plurimis donis ornatum, ad Imperatorem, ut amicitiam & ſocietatem cum eo faceret, miſerat. Sed Attilas antequam in eam expeditionem ingrederetur, rurſus Legatos in Italiam miſit, qui Honoriam poſcerent. Etenim ſecum matrimonium pepigiſſet cujus rei ut fidem faceret annulum ab ea ad ſe miſſum, per Legatos, quibus tradiderat, exhiberi mandavit. Itaque Imperii partem ſibi Valentinianum cedere æquum cenſebat, quam pater Honoriæ reliquiſſet, ſed hac illam frater, qua ejus erat avaritia & cupiditas, privarat. At Romani Heſperii* (id eſt Occidentales) *in prima ſententia perſtiterunt, & Attilæ mandata rejecerunt.* Vide dicta anno CCCCXIII. & anno CCCCXVIII.

XXI. *Clodio Rex Francorum duos filios reliquit.* Hæc Priſci Auctoris coætanei verba lucem accipiunt ex iis, quæ Turonenſis loco citato habet de bello Attilano: *Expleto bello, ait Aetius Thoriſmundo* (filio Theodorici Viſigothorum Regis in prælio occiſi) *feſtina velociter redire in patriam ne inſiſtente germano patris regno priveris. Hæc illa audiens cum velocitate diſceſſit, quaſi anticipaturus fratrem, & prior patris cathedram adepturus. Simili & Francorum Regem dolo fugavit.* Idem narrat de Thoriſmundo Jornandes cap 41. relato prælio in quo Attila victus: *Ille vero metuens* (nempe Aetius) *ne Hunnis funditus interemptis a Gothis Romanorum premeretur imperium, præbet hoc ſuaſione conſilium, ut ad ſedes proprias remearet, regnumque, quod pater reliquerat, arriperet; ne germani ejus opibus ſumptis paternis, Veſegothorum regnum pervaderent, graviterque dehinc cum ſuis & quod pejus eſt, miſerabiliter pugnaret. Quo reſponſo non ambiguo, ut datum eſt, ſed pro ſua potius utilitate ſuſcepto, relictis Hunnis, redit ad Gallias.*

XXII. *Meroveus Clodionis Regis filius junior erat.* Ex Turonenſis & Priſci inter ſe collatione aliqua, alias magna caligine involuta, in manifeſtam lucem proferuntur, liquetque primo, *Clodionem* Francorum Regem ante quadriennium demortuum, duos filios reliquiſſe. II. inter eoſdem poſt ejus mortem de regni ſucceſſione controverſiam motam, III. eorum unum in bello Attilano pro Romanis pugnaſſe. IV. hunc fuiſſe *Meroveum*; cum inter omnes Hiſtoriæ Franciæ Scriptores conveniat, eum poſt Clodionem regnaſſe. V. ex duobus illis Clodionis filiis *Meroveum* natu juniorem fuiſſe, huncque a patre a Romanis in quodam prælio ſuperato miſſum primum ad *Aetium*, & poſtea Romam ad Valentinianum Imp. ut ab eo pacem obtineret, quam impetraſſe oſtendit adoptio Merovei ab Aetio peracta. De illa Legatione egimus anno CDXXXII. VI. Sidonium in Carmine VII. ſeu in Panegyrico Aviti verſu 325. Francorum pro Attila militantium nomine deſignare filium natu majorem Clodionis, Francoſque ei adhærentes, qui utramque Rheni ripam incolebant, & *Meroveo*

ſemel cœptum opus, nullus prodidit.

LIV. *De fuga Attilæ.* Sic igitur collectis copiis, quibus abundabat Attila, prudenti uſus conſilio, dirimens bellum, fugaque lapſus, longe longius abiens, a regionibus illis recedens, quo vires collapſas inſtauraret, conſternatoſque erigeret animos, Galliam deſerens, ſe contulit in Illyricum, in Orientem reverſurus: ſed a Marciani Imperatoris exercitu repulſus, inter fines Veneticos ad ſequentis anni bellum conſedit: at de his ſuo loco dicendum. Atque hactenos de Attilæ anni hujus rebus geſtis. Sic igitur divino nutu ex inſperato pacato Orbe Romano, ſumma pace celebratum eſt Chalcedonenſe Concilium, ad cujus rerum geſtarom narrationem jam admovendus eſt ſtylus.

Hoc

PAGIUS

veneo poſt pugnam Attilianam negotium ſucceſſere potuiſſent, niſi is cito ad ſuas ſedes rediſſet. Ex quibus, quæ certa eſſe debent, refellitur primo Cointius anno CDL. num. X. qui citatis Priſci verbis ſcribit, *Meroveum* poſt patris obitum Aetii Legatione ſuſcepta, Romam ad Valentinianum Imp. profectum eſſe, ibique a Priſco viſum. *Meroveus* enim non ab Aetio, ſed a patre Legatus mitti potuit, ideoque non niſi ante bellum Attilæ.

XXIII. *Meroveus Legatus a patre ad Romanos ante aliquot annos miſſus fuerat,....* At inquit Cointius, *Meroveus* in ſua Legatione, imberbis eſſe non potuit; cum ejus filius *Childericus* anno CDLVI. nimiæ luxuriæ arguatur a Turonenſi lib. 2. cap. 12. Verum vana hæc ratio; cum plures ante præſentem annos hæc Legatio obita fuerit, ideoque anno CDXXXII. viceſimum circiter ætatis annum attingere potuerit. Decepere Cointium hodierni mores, ex eo enim quod *Meroveus* Clodioni patri ſucceſſit, conſequens eſſe putavit, ut filius ejus major natu fuerit; cum tamen Turonenſis lib. 3. cap. 1. auctor ſit, quatuor *Clodovei* M. filios regnum paternum *æqua lance* diviſiſſe. Refelluntur ſecundo Recentiores quidam rerum Francicarum Scriptores, qui volunt Legatum a Priſco Romæ viſum, a *Merovea* Rege illuc miſſum eſſe, illumque alium non fuiſſe, quam *Childericum* hujus filium. Priſcus enim diſerte ſcribit, filium Francorum quondam Regis eum eſſe, quem Romæ viderat, & poſt mortem patris diſſidium de regno inter utrumque fratrem exortum eſſe. Quare ſi horum Recentiorum Scriptorum opinio vera eſſet, ſequeretur *Meroveum* ante bellum Attilanum vita functum quod nullus dixerit. Præterquamquod *Childericus* tunc adoleſcentior erat, quam ut Legationis munere fungi potuerit; cum currenti anno adhuc juvenis fuerit, &, ut affirmat Fredegarius in Epitome Turonenſis cap. 8. non in bello, ſed cum matre hoc anno egerit: *Viomadus Francus*, inquit Fredegarius, *fideliſſimus cæteris Childerico, quod eum cum a Chunis cum matre captivus duceretur fugaciter* (lege fugaciter) *liberaverat.*

XXIV. *Varii Reges in exercitu Attilæ.* *Turba Regum, diverſarumque nationum Ductores, ac ſi ſatellites, nutibus Attilæ attendebant,* inquit Jornandes, qui antea dixerat de populis Attilæ adhærentibus: *Inter quos Oſtrogothorum præminebat exercitus, Valamire & Theodemire, & VVidemire germanis ductantibus,* Tum: *Eratque & Gepidarum agmine innumerabili Rex ille famoſiſſimus Ardaricus.*

XXV. *De loco certaminis & cæſorum numero.* De loco certaminis inter Auctores non convenit, ut legere eſt apud Hadrianum Valeſium citatum in voce *Mauriacum*, & Savaronem in Notis ad Panegyricum Avito Aug. a Sidonio Apollinari dictum. Jornandes quidem aſſerit, pugnatum eſſe *in campis Catalaunicis* quod & alii habent; ſed quanam in regione Galliarum ſiti ſint campi illi Catalaunici, quos Turonenſis laudatus *Mauriacos*, Jornandes Catalaunicos & *Mauricios* vocat, in controverſia poſitum. Hanc tamen dirimere videtur Idacius, cujus verba mox recitabo, dum campos Catalaunicos collocat, *haud longe de civitate Mettis, quam Hunni effregerant:* innuit enim campos a vicino Catalauno, quod oppidum eſt ad Matronam Fluvium, Gallice, *Chalons ſur Marne*, ita vocatos, quorum initium duabus leucis a Catalauno ponitur apud *Spinetum*, ubi hodie beatiſſimæ Virginis auguſtiſſimum templum *de Spina* dictum. *Bellum atrox, multiplex, immane, pertinax, cui ſimile nulla uſquam narrat antiquitas*, inquit Jornandes cap. 40. In hoc prælio periit Theodoricus Viſigothorum Rex. Nox prælium diremit, & poſtera die Attila magna clade confuſus de diſceſſu cogitavit, ac non multo poſt ad oppreſſionem Italiæ movit procinctum. *In hoc famoſiſſimo & fortiſſimarum gentium bello ab utriſque partibus CLXII. millia cæſa referuntur, exceptis XC. millibus Gepidarum & Francorum, qui ante congreſſionem publicam noctu ſibi occurrentes, mutuis concidere vulneribus, Francis pro Romanorum, Gepides pro Hunnorum parte pugnantibus*, inquit Jornandes juxta editionem Grotii, aliaſque, quæ eam præceſſere. Verum Gruterus in ea, quam poſt Grotium publicavit, teſtatur, in duobus Codicibus MSS. Palatinis, omnibus literis perſcriptum eſſe, *exceptis quindecim millibus Gepidarum*, &c. quem errorem antequam hanc editionem legiſſem, correxeram e Freculfo Lexovienſi, qui nono ſæculo floruit, & in ſuo Chronico Tom. II. lib. V. cap. XIV. habet etiam XV. M. Quod ex correctiori exemplari Jordanis eum accepiſſe non dubitabam. Idem habet Toletanus lib. 2. de Reb. Hiſpan. cap. 8.

XXVI. *Victus Attila recedet e Galliis,* Denique de hac pugna audiendus Idacius in Chronico, qui hoc tempore vivebat, licet per hæc tempora uno anno tardius quæ narrat, conſignare ſoleat. Is anno Abrahami 2468. qui Kalend. Octobris hujus Chriſti anni inchoatur, ſcribit; *Gens Hunnorum pace rupta deprædatur Provincias Galliarum: plurimæ civitates effractæ: in campis Catalaunicis haud longe de civitate, quam effregerant Mettis, Aetio Duci, & Regi Theodori, quibus erat in pace ſocietas, aperto marte confligens divino cæſa ſuperatur auxilio: bellum nox intempeſta diremit. Rex illic Theodores proſtratus occubuit: CCC. ferme millia hominum in eo certamine cæſa memorantur: occiſo Theodore Thoriſmo filius ejus ſuccedit in regno. Hunni cum Rege ſuo Attila relictis Galliis poſt certamen Italiam petunt.* Sed loco, CCC. *ferme millia*, legendum, CC. *ferme millia*. Theodoricus teſte Iſidoro in Chronico, ubi Thoriſmum, Thuriſmondum vocat, *annis triginta tribus regnavit*, ideoque anno CDXVIII. regnum inierat. Proſper in Chronico, qui Romæ cum Sancto Leone erat, ait: *Tanta Patricii Aetii providentia fuit, ut raptim congregatis undique bellatoribus viris, adverſa multitudini non impar occurreret. In quo conflictu quamvis neutris cedentibus inæſtimabiles ſtrages commorientium factæ ſunt*

Chu-

LV. *Concilium Chalcedonenſe.* Hoc igitur anno, iiſdem Conſulibus Mareiano atque Adelphio indictione quarta, menſe Octobris, Chalcedone convenit ad Synodum œcumenicam celebrandam ingens numerus Epiſeoporum. Quotnam autem fuerint, diverſæ reperiuntur ſententiæ: etenim Marcellinus in Chronico, ſexcentos triginta eidem ſacro Concilio præſentes fuiſſe, teſtatur: ſed amplius addit Nicephorus (*a*), nempe duplicatum illum fuiſſe numerum eorum qui Synodo interfuere Nicænæ, videlicet ſexcentos trigintaſex omnes fuiſſe; ſed triginta tantum ſuper ſexcentos numerat Liberatus Diaconus (*b*): id ipſum Photius (*c*), ac demum reliqui ferme omnes hoc ſecuti ſcripſerunt. Verum S. Leo in epiſtola ad Epiſcopos Galliarum, (*d*) hæc de numero: *Non enim* (inquit) *ultra cuiquam excuſationis refugium de ignorantia & inſcitia, vel de intelligentiæ difficultate conceditur, cum hac ipſa ſexcentorum ferme fratrum Coepiſcoporumque noſtrorum Synodus congregata*, &c. Unde cum in prima ejuſdem Concilii Actione nonniſi trecenti quadragintaquinque Epiſcopi ſcripti legantur; immo nonniſi trecentorum Epiſcoporum numerum ſubduxerit, qui eadem Acta edididit: dimidiam ferme partem in Actis, quæ extant, deſiderari certum eſt.

(*a*) *Niceph. l. 13. cap. 2.*
(*b*) *Liberat. in Breviar. c. 13. to. 2. Concil.*
(*c*) *Photius de ſeptem Conciliis, extant to. 3. Concil.*
(*d*) *Leo epiſt. 52.*

LVI. Quod autem ad locum ſpectat, haud intra mœnia Chalcedonenſis civitatis collectum eſt, ſed in ſuburbiis, in ampliſſima baſilica ſanctæ martyris Euphemiæ, quæ ab Evagrio graphice his deſcribitur verbis (*e*): *Abeſt autem hoc templum a Boſphoro amplius duobus ſtadiis, ſitum in loco quodam amœno, qui adeo paulatim erigitur in acclivitatem, uti aſcenſus perfaciles, minimeque moleſtos præbeat ad templum martyris accedentibus, qui quidem videntur ſibi derepente in ſublime ſublati, atque adeo intra ipſum templi Sanctuarium verſari: unde tamquam e ſpecula oculos deiicientes, campos omnes ſubſtratos cernunt, eoſque in æquabilem & patentem planiciem porrectos, herba quidem virentes, onuſtos ſegetibus, arboribus cujuſque generis pulchre ad aſpectum veſtitos: quin etiam montes aſperos ſcite erectos, in altitudinem levatos, incurvatoſque; diverſos præterea pelagos, partim præ tranquillitate purpureum colorem præſeferentes, & placide & quiete cum ipſis ludentes littoribus, quibus adjacentes agri a tempeſtatibus vacui ſunt; partim turbulentos & vaſtis furentes fluctibus, unde umbilici alga & minutiores piſciculi ex teſtaceorum genere reciproco undarum impetu excutiuntur. Porro autem illud templum e regione Conſtantinopolis poſitum eſt, adeo ut talis & tam egregiæ urbis aſpectus illi permultum ſplendoris afferat.*

(*e*) *Evag. l. 2. c. 3.* Situs & aſpectus Baſilicæ S. Euphemiæ.

LVII. *Hoc templum conſtat ex tribus ampliſſimis ædificiis: unum libero cælo patens, atrio oblongo, & columnis undique concinne exornatum: alterum deinceps latitudine, longitudineque paribus itidem columnis priori ſimile, faſtigio ſuppoſito ſolummodo diſſimile: ad cujus latus verſus Aquilonem eſt alterum ædificium ductum in gyrum, quod ſpectat ad Solis ortum, ipſumque ad formam teſtudinis, columnis valde artificioſe fabricatis ex eadem confectis materia, magnitudine eadem intus in orbem tornatum. Super his tabulatum eſt ſublime, eodem opertum tecto in quo liberum eſt cuique preces martyri fundere, & ſacris intereſſe myſteriis. Intra teſtudinem ad Orientem eſt Sacrarium decore conſtructum, in quo ſanctiſſimæ martyris reliquiæ in capſa bene longa (quam propterea quidam* μακρὰν, *id eſt, longam, proprio nomine appellant) ex argento valde ſcienter confecta, conditæ reponuntur.* Structura Baſilicæ S. Euphemiæ.

LVIII. *Miracula autem, quæ ab iſta ſanctiſſima martyre quibuſdam temporibus eduntur nemini Chriſtiano obſcura ſunt. Nam ſæpenumero aut Epiſcopis qui ordine illius urbis Eccleſiam rexerant, ſecundum quietem ipſa martyr apparens, aut aliis quibuſdam ob piam vitæ rationem nobilitatis accedens, jubet ut in ipſo templo feſtum deliciis & opiparis epulis celebrent,* ſacram ſcilicet Euchariſtiam ſumendo, Deumque laudando. *Quod ubi ſignificatum eſt Imperatoribus, Pontifici, & toti civitati; ad templum accedant omnes, tam qui Reipublicæ clavum tenent, quam ſacerdotes, magiſtratus, ac reliqua univerſa multitudo, quo efficiantur myſteriorum participes. Deinde omnibus his inſpectantibus, Epiſcopus Conſtantinopolitanus una cum ſuis ſacerdotibus Sacrarium, in quo ſanctiſſimum martyris corpus, de quo ſupra dixi, reconditum eſt, ingreditur. Eſt in ipſa capſa ad lævam veluti tranſenna* Miracula ex reliquiis S. Euphemiæ.

PAGIUS *Chunni tamen eo conſtat victos fuiſſe, quod amiſſa præliandi fiducia, qui ſuperfuerant, ad propria reverterunt.*

XXVII. *Variæ fuere verſiones Conc. Chalced. hujuſque varius ordo.* A num. LV. ad LXXIX. Synodus Chalcedonenſis *VIII. Idus Octob. inchoata Kalendis Novembris* abſoluta eſt. Quo tempore habitæ ſunt Actiones XVII. ſecundum Baronium, vel XVIII. ſecundum alios, XV. ſecundum Liberatum in Breviario, & ſecundum Acta, quæ nunc habemus XVI. Baluzius in præfat. ad Acta Concilii Chalced. ubi docte differit de variis hujus Concilii verſionibus, num. XIII. & ſeq. oſtendit, veterem interpretationem, de qua mox, prorſus congruere cum his, quæ de iſto Concilio refert *Evagrius*, & in hoc diverſam fuiſſe ab hodierna vulgata, quod ſtatim poſt Actionem primam ſequebatur Actio, in qua depoſitus eſt *Dioſcorus*, quæ nunc eſt III. & quod poſt Actionem VI. in ſeptima nimirum, deſcripti erant canones XXVII. qui nunc in Actione XV. con-

fenna exigua, parvis januis obfirmata, per quam ferrum oblongum ſpongia circumligatum ad reliquias uſque immittunt; quod quidem ubi circumtorſerint, ſpongiam plenam ſanguine retrahunt, plenamque cruentis guttis concretis plurimis. Quod ubi videt populus, ſtatim propterea Deum veneratur, gloria & laudibus effert.

LIX. Sanguine S. Euphemiæ repletus Orbis.

Tanta eſt autem guttarum concretarum inde extractarum copia, ut piis Imperatoribus, ſacerdotibus omnibus ibi congregatis, & univerſi populi frequentiæ abunde ſatis ſuppetant, tum ad participandum, tum ad mittendum cæteris Fidelibus per Orbem univerſum illarum rerum cupientibus fieri participes. At guttæ illæ concretæ manent integræ perpetuo, & ſacer ſanguis neutiquam in aliam formam commutatur. Quæ res fiunt non aliquo certo & definito tempore, ſed prout Epiſcopi vita & morum illius gravitas fert. Ajunt namque, cum aliquis ſpectatus vir & in virtutibus eximius eam gubernat Eccleſiam, hoc miraculum ſæpiſſime fieri ſolere: cum autem improbus illo munere fungatur, raro admodum ſigna illa divina edi.

LX. Odor immenſus ex ſacris reliquiis.

Aliud præterea commemorabo, cui neque tempus, neque occaſio ulla eſt impedimento, neque diſcrimen inter Fideles, & infideles ab ea confertur, ſed omnibus ex æquo oſtendit ſeſe. Cum aliquis eo loci accedat, ubi ſacra capſa, in qua ſunt conditæ ſanctiſſimæ illæ reliquiæ, reponitur; tam fragranti repletur odore, ut alii omnes odores, quibus homines uti ſolent, ab eo longe ſuperentur: nam neque odori florum, qui ex pratis colliguntur, ſimilis eſt; neque illi qui ex rebus ſuaviſſime olentibus capitur; neque talis, qualis conficitur ab unguentariis; ſed peregrinus eſt, & præ cæteris eximius, ex ipſius martyris reliquiis vim & virtutem illam ei tribuentibus efflatus. Hoc eodem loco Concilium cogitur, &c. Hæc Evagrius. Porro ad miraculum illud de ſanguine ſanctus Paulinus Nolanus Epiſcopus alluſiſſe viſus eſt, dum ait (*a*):

(a) Paulin. in Natal. 9. S. Felicis.

Et quæ Chalcidicis Euphemia martyr in oris
Signat virgineo ſacratum ſanguine littus.

At de baſilica ſatis.

LXI. Sed in quanam ipſius parte diſpoſitus fuerit Synodalis conſeſſus, ejuſdem Synodi Acta ſæpius docent, dum omnes conſediſſe ante cancellos ſacri altaris, habent. Nominat locum illum Liberatus Diaconus Secretarium, ubi ait (*b*): *Adveniens Marcianus Imp. ad Secretarium cum Judicibus & ſacro Senatu allocutionis verba fecit in Concilio, &c.* Cujus rei cauſa, e loco mutuatus ipſe nomen, ſingulas ſeſſiones ibidem habitas, *Secretaria* nominavit. Moris namque fuit, ut in baſilicarum Secretariis Concilia Epiſcoporum celebrarentur. Habes de his, inter alia, plura exempla Eccleſiæ Africanæ, ubi Concilia Carthaginenſia in Secretariis celebrata eſſe reperies: necnon Romanæ ſub Martino, & aliarum Eccleſiarum. Sed quiſnam locus ante cancellos, quem Liberatus nominat ſecretarium? non alium quidem putamus, quam eum qui ab Evagrio (*c*) deſcribente ipſum ſanctæ Euphemiæ templum ita delineatur: *Ad cujus latus verſus Aquilonem eſt alterum ædificium* (quod vocat tertiam templi partem, eamdemque intimam) *quod ſpectat ad Solis ortum, ipſumque ad formam teſtudinis, columnis valde artificioſe fabricatis.* Et paulo poſt: *Intra teſtudinem ad Orientem eſt Sacrarium decore conſtructum, in quo ſanctiſſimæ martyris reliquiæ in capſa bene longa repoſitæ, &c.* Nominat Evagrius *Sacrarium*, quod Liberatus *Sanctuarium*: utriuſque namque vocis eamdem eſſe ſignificationem, docet canon Concilii Laodiceni verbis iſtis (*d*): *Non oportet ſubdiaconos licentiam habere in Secretarium, ſive Sacrarium, quod Græci Diaconium appellant ingredi, & contingere vaſa Dominica.* Et alio ejuſdem Concilii canone (*e*): *Quod non oporteat presbyteros ante proceſſionem Epiſcopi introire Sacrarium, & ſedere.* Græce etiam invenitur nuncupatum *ἱερατεῖον*, quod eſt, *Sacrarium*, ſive βῆμα, quod præ cæteris eccleſiæ locis emineat.

(b) Liberat. Diac. in Brev. c. 13. Synodi in ſecretariis.

(c) Evag. l. 2. c. 3.

(d) Conc. Laod. c. 21. ſecund. edit.

(e) Eod. Conc. c. 57. prim. edit.

Sed quomodo dici poteſt, ante cancellos fuiſſe Secretarium, ſive Sacrarium? Meminiſſe debes (quod & in antiquis baſilicis cernitur) inter eccleſiæ gremium & apſidem, ubi ſedes Epiſcopi locari ſolebat eſſe Sanctuarium collocatum, quod quidem altare erat primarium in medio ſitum, undique circumcirca cancellis ſeptum. Deſcribitur ejus forma graphice ſane ab Euſebio verbis iſtis (*f*): *Sanctuario hoc modo abſoluto & perfecto, ſelliſque* LXII.

(f) Euſeb. l. 10. c. 4.

PAGIUS conſtituti ſunt. Tum vero Actio de conventione *Maximi* Epiſcopi Antiocheni & *Juvenalis* Hieroſolymitani, quæ nunc eſt VII. erat octava; & ſic de cæteris, quæ ſequuntur uſque ad XVI. Hic tamen majoris claritatis gratia ordinem Baronii ſequemur.

XXVIII. Antiquam Concilii Chalcedonenſis verſionem Latinam *Ruſticus* Eccleſiæ Romanæ Diaconus olim contulit cum veteribus codicibus, ut obſervat Baluzius citatus num. XXI. & ſeqq. qui ſubdit, veterem illam interpretationem a nullo laudatam reperiri ante Pontificatum Vigilii Papæ, & Canones XXVII. Concil. Chalced. in ea poſitos eſſe, quales leguntur apud *Dionyſium Exiguum*, & rurſum Actione XII. (quæ hodie eſt XI.) referri canonem XVI. Antiochenum, qualis extat apud eundem *Dionyſium*, ex quo conjicit Vir eruditiſſimus, illam tum prodiiſſe, ac forſitan a *Dionyſio* ipſo fuiſſe compoſitam, quem *Caſſiodorus* lib. de Divin. Lect. cap. 23. teſtatur alia mul-

Antiqua verſio a Ruſtico emendato

que quibuſdam in altiſſimo loco ad Præſidum Eccleſiæ honorem collocatis, & ſubſelliis præterea undique ordine diſpenſatis, decorè eximieque exornato: altarique denique tamquam Sanctoſanctorum in medio ſanctuarii ſito: iſta rurſum, ut a plebe & multitudine eo non poſſet accedi, cancellis ex ligno fabricatis circumdedit. Hæc ille.

LXIII. Ante igitur altaris cancellos apſidem reſpicientes apparet congregatum fuiſſe Concilium, totumque occupaſſe locum qui interjacet inter cancellos & apſidem, ubi erat thronus Epiſcopalis: qui quidem in amplioribus baſilicis haud mediocris latitudinis & longitudinis exiſtebat, & quidem capax cujuſvis numeroſi conſeſſus Epiſcoporum. Intelligis, puto, & ex his, quam procul abſit, ut veritatis ſcopum attigerint, qui de Secretariis aliter ſunt opinati. Fuiſſe quidem ea intra apſidem, Paulinus (a) in epiſtola ad Severum haud obſcure ſignificat; In eiſdemque diſponi ſacra vaſa ad miniſterium, & ſacros codices ad lectionem, oſtendit. Ad hæc etiam ſpectat quod S. Gregorius Papa (b) jure expoſtulat adverſus Joannem Ravennatem Epiſcopum; quod tempore jejunii geſtaret pallium per plateas, & vias, quando nec licet eo uti in Secretario, loco nimirum conſueto, ubi in ſuo throno in apſide collocato ſedere ſoleret Epiſcopus, & cum eo presbyteri, diaconi nequaquam: nam hæc habet canon decimuſquintus Concilii Arelatenſis ſecundi: *In Secretario diaconos inter presbyteros ſedere non liceat.* At de Secretario ſatis.

(a) *Paulin. ep. 12.*

(b) *Greg. l. 2. ep. 54.*

LXIV. Quod vero ad perſonas pertinet, conſtat pro Apoſtolica ſede a S. Leone Papa & Occidentalibus omnibus Epiſcopis legatos quatuor ex Synodo Romana miſſos, Paſchaſinum Epiſcopum Lilibæi in Sicilia, Lucentium Aſculanum Antiſtitem, Bonifacium, & Baſilium S. R. E. presbyteros Cardinales: id quidem teſtatur ipſe S. Leo in epiſtola data ad Synodum ipſam Chalcedonenſem. Verum quoniam de Baſilio in Actis ejuſdem Synodi Chalcedonenſis nuſquam mentio, neque apud aliquem antiquorum ſcriptorum expreſſus habetur: conjectura ducimur, eum ante coactam Synodum prædefunctum, remanſiſſeque Paſchaſinum, Lucentium, & Bonifacium. Porro hunc eumdem eſſe Baſilium putamus eum eo, qui anno ſuperiori una cum Abundio & aliis collegis eodem functus eſt munere, peritia uſus rerum delectus, qui itidem in Orientem legationem obiret.

LXV. Voluit ſanctus Leo & Julianum Coenſem Epiſcopum, ſolitum in Oriente agere res Romanæ Eccleſiæ, in eadem Synodo legati munere fungi, ut ex ejuſdem ſancti Leonis litteris, & Epiſcoporum ſubſcriptionibus liquet. Nec vero defuit ex Africana Eccleſia legatio, licet Vvandalica perſecutione aſſidue vexaretur: miſſi ſunt enim Aurelius Adrumetinus, & Ruſticus Epiſcopi. Sed & adfuere pro Saracenis Euſtathius, & Joannes Epiſcopi, pro Siculis vero Joannes Meſſanenſis Antiſtes. Advenèrunt & hoſtes Catholicæ fidei, qui ſimul conſpiraverant contra S. Flavianum, Dioſcorus Alexandrinus, & Juvenalis Hieroſolymitanus: venit etiam Domnus Antiochenus jam privatus, & qui ejus loco ſuffectus fuit Maximus: itemque ſubrogatus in locum ſancti Flaviani Anatolius, jam a ſancto Leone Papa Catholicæ reconciliatus Eccleſiæ. At jure reprehenditur ab Evagrio (c) Zacharias rhetor, cum affirmat ad hanc eamdem Synodum accerſitum etiam eſſe Neſtorium. Manavit enim inde ipſi errandi occaſio, quod inter alios Epiſcopos qui ſancto Chalcedonenſi interfuerunt Concilio, legatur (d) Neſtorius, ſed Phanagoriæ civitatis Epiſcopus: at longe hic alius a Neſtorio hæreſiarcha. Sed & præſto fuit Marcianus Imperator una cum Pulcheria Auguſta, & aliis Imperii magiſtratibus.

(c) *Evag. l. 2. c. 2.*

(d) *Conc. Chalced. Act. 1. in princip.*

LXVI. Conſeſſus Synodi. Conſeſſus autem ita diſpoſitus reperitur, ut inter apſidem atque cancellos Patribus conſtitutis (e), a læva parte ſederent Apoſtolicæ ſedis legati, & poſt eos Conſtantinopolitanus, Antiochenus, & alii Epiſcopi; a dextris autem Dioſcorus Epiſcopus Alexandrinus, & poſt eum Juvenalis, ambo licet judicandi, ac ſubinde reliqui poſt ipſos Epiſcopi: in medio vero ipſorum ſuper thronum ſacroſancta Evangelia ex more fuere poſita. Imperator autem Marcianus & Pulcheria Auguſta, una cum magiſtratibus, Senatoribus, iiſdemque delectis Judicibus cognitoribus (ita enim nominare conſuevit antiquitas Judices ſæculares, quorum arbitrio cuncta, legitimo ſervato ordine, tractarentur) cum his, inquam, Imperator ingreſſus, ſedem habuit una cum Pulcheria Auguſta ante cancellos.

(e) *Conc. Chalced. Act. 1.*

LXVII. Sed quid eſt, inquies, quod qui judicandi rei venerant Dioſcorus, Juvenalis, & alii, a parte dextera ſunt collocati, le-

PAGIUS multa præter codicem canonum Eccleſiaſticorum ex Græco tranſtuliſſe in Latinum, quæ utilitati Eccleſiæ poſſunt convenire. Primus omnium, quorum hodie ſcripta ſuperſunt, Antiqua illa verſione uſus videtur *Facundus* Epiſcopus Hermianenſis lib. 3. cap. 5. quem anno DXLVI. ſcripſiſſe duodecim libros pro defenſione Trium Capitulorum, colligitur ex ejus Proœmio ad eoſdem libros. Concilii Quinti Epiſcopi alia Collectione uſi non ſunt, ſicuti nec *Vigilius* Papa, *Pelagius II. Gregorius Magnus & Martinus primus*: ac denique ea verſio non tantum in Italia; ſed etiam in Gallia rece-

Dignior locus legatis datur. legati vero Apoſtolicæ ſedis, quibus primarius locus jure debebatur, a ſiniſtris ſunt poſiti? Ut autem intelligas legatos in ſiniſtra ut nobiliori parte locatos, conſule, quæ a nobis abunde ſatis dicta ſunt ſuperioribus tomis ſecundo & tertio de ratione dignitateque dexteræ atque ſiniſtræ.

LXVIII. Sed & ſi quæ ſunt dicta non placent: quomodo majoris honoris cauſa id fuerit ordinatum, cum ipſa ſiniſtra in dexteram, dextera vero in ſiniſtram commutaretur; audi quæ in antiquo Romano Ordine leguntur his verbis: *Sedebunt ea locali diſpoſitione, ut intrantibus eccleſiam Epiſcopi ſint ad ſiniſtram, presbyteri vero ad dexteram: ut quando Pontifex ſederit, & ad eos reſpexerit, Epiſcopos ad dexteram, presbyteros contueatur ad ſiniſtram.* Hæc ibi. Ex quibus etiam illud intelligere poſſumus, ſic a parte ſiniſtra legatos Apoſtolicæ ſedis & poſt eos Epiſcopum Antiochenum, a dextris vero Dioſcorum Alexandrinum & Juvenalem Epiſcopum Hieroſolymitanum eſſe locatos, ut poſitus in medio Chriſtus Dominus noſter (cujus typum gerebat ſacroſanctum Evangelium ſuper thronum in meditullio collocatum) ſecundum illud Pſalmographi:
(a) Pſ. 81. (a) *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos dijudicat:* In eos reſpiciens, a dextris haberet qui ſederent in ſiniſtra, & a ſiniſtris qui conſiderent in dextera. Qua quidem ratione habita, fiet ut multæ conciliari poſſint de ſiniſtra & dextera parte obortæ & oboriri ſolitæ controverſiæ, concordenturque variæ perplexitates, dum alia in progreſſu, in conſeſſu ratio alia attendatur ex diverſo aſpectu primariæ perſonæ in medio ſedentis, atque aſtantibus præſidentis. At de conſeſſu ſatis.

LXIX. De tempore autem, quo Synodus cœpta, quove fuerit abſoluta: ex ejuſdem liquet Actis inchoatam eſſe hoc anno octavo idus Octobris, abſolutam vero Kal. Novembris: quo medio tempore, duodecim diebus, duodecim Seſſiones, ſive Secretaria eſſe habita, Liberatus teſtatur:
(b) Liberat. in Breviar. c. 13. (b) Actiones vero in eis habitas numerat ipſe quindecim; ſed tum Latina tum Græca exemplaria ſexdecim continent, cum tamen ob depravatos codices interdum ex Græco corrigendus ſit Latinus textus, & ex Latino Græcus, habeanturque Actiones in Græco codice, quæ in Latinis deſiderentur. Nos autem, quid ſingulis diebus geſtum ſit, Seſſionis nomine ſuo ordine recenſentes, tredecim numeramus: ſed quod ſub una Seſſione plures interdum inveniuntur celebratæ eſſe Actiones, extant omnes decem & ſeptem.

LXX. Prima Seſſio. Quod igitur ad primam pertinet Seſſionem: diſpoſitis eo quo diximus ordine Epiſcoporum ſedibus in Secretario ante cancellos, Marcianus Imperator primus omnium allocutus eſt ſanctam Synodum: qua quidem oratione poſt alia illud magnopere inculcavit, quod a S. Leone Papa admonitus fuerat Patribus ſignificandum, iſtis verbis: *De cætero autem nemo*
Marcianus arbitrio Leonis Papæ vult peragi Synodum. *de nativitate Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti aliud diſputare, præter quod Apoſtolicum prœmium trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum conſonans huic doctrinæ tradidiſſe noſcitur; ſicut ſanctiſſimi Papæ Leonis, qui Apoſtolicum gubernat thronum, ad ſanctæ memoriæ Flavianum regiæ urbis Conſtantinopolitanæ quondam Epiſcopum teſtantur litteræ. Nos enim ad confirmandam fidem, non ad oſtendendam virtutem exemplo Imperatoris Conſtantini, adeſſe Synodo cogitavimus, ne in poſterum multitudo populi inſtitutionibus pravis attracti inveniatur diſſentiens, &c.* Profecuta eſt fauſtis acclamationibus orationem Imperatoris ſancta Synodus, eumdem novum Conſtantinum appellans, quem ipſe imitaturus, ad ipſam Synodum ſe veniſſe teſtatus fuit.

LXXI. Poſt hæc autem conſidentibus omnibus, necnon Dioſcoro Epiſcopo Alexandrino, Paſchaſinus Apoſtolicæ ſedis legatus hæc ad S. Synodum (c): *Beatiſſimi atque Apoſtolici Papæ urbis Romæ, quæ eſt caput omnium Eccleſiarum, præcepta habemus præ manibus, quibus præcipere dignatus eſt ejus Apoſtolatus, ut Dioſcorus Alexandrinorum Archiepiſcopus non ſedeat in Concilio, ſed audiendus intromittatur: hoc erga obſervare neceſſe eſt, &c.* Ad
(c) Synod. Chalcedon. Act. 1. hæc Lucentius Epiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus adjecit in Dioſcorum, ipſum eſſe indignum qui ſedeat in Synodo, eo quod Synodum auſus eſt congregare abſque ſedis Apoſtolicæ conſenſu, quod numquam antea factum eſſet, nec rite fieri poſſet. His igitur auditis, Judices ſtatuerunt in Dioſcorum afferri, quæ adverſus ipſum eſſent accuſationes. Iſtante rurſum Lucentio, ſedere cùm aliis non debere, qui venerat judicandus; interlocutione Ju-

PAGIUS recepta fuit, ut teſtis eſt Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis, in Opuſc. 55. Capitulorum cap. 32. Quæ omnia variis auctoritatibus confirmat Baluzius & magnam huic opinioni probabilitatem conciliat.

XXIX. *Ruſticus*, qui Conſtantinopolim anno DXLVII. cum *Vigilio* Papa patruo venerat antequam gradus ſui honore & miniſterio ab eodem dejiceretur, aggreſſus eſt emendationem Geſtorum Synodi Chalced. *X. Kal. Martias* anni DXLIX. & eam abſolvit anno ſequenti *III. Kal. Aprilis*
Refellitur contraria ſententia. Queſnellus Tomo II. Operum S. Leonis pag. 888. exiſtimat, *Ruſticum* intactam reliquiſſe ſeriem priſcorum Actorum, & tantum adnotaſſe emendationes ſuas ad oras paginarum. Verum, ut animadvertit Baluzius; cum initio & in calce primæ Actionis, teſtetur ſe Acta illa emendaſſe; contuliſſe cum antiquis exemplaribus Græcis

Judicum factum eſt, ut e Patrum conſeſſu dimotus Dioſcorus, ſederit in medio, reliquis Epiſcopis in propriis locis conſidentibus, atque ita de ipſo judicium inchoaretur. Hæc ipſa Acta docent: idem & Evagrius (a) ait, nimirum quod tunc loco cedere compulſus eſt Dioſcorus, & ut reus in medio ſtatutus, rationem redditurus, de quibus ab adverſariis accuſaretur.

(a) Evagr. l. 2. c. 4.

LXXII. Ita quidem conſultius viſum eſt, quam illum e Synodo jubere recedere, & trium citationum longa mora juberi judicio ſiſti. Sic igitur homo arrogans Dioſcorus reus in medio conſtituitur cauſam dicturus, & judicium ſubiturus. Quo facto, Euſebius Epiſcopus Dorilæi accuſator progreſſus in medium, obtulit libellum contra Dioſcorum, ſeu epiſtolam ad Imperatores, hæc proclamans cum lacrymis inter alia: *Læſus ſum a Dioſcoro, læſa eſt fides, occiſus eſt Flavianus (lacrymis impleor) ſimul mecum injuſte damnatus eſt: jubete meas preces perlegi.* Lectus eſt libellus precum Euſebii, quo etiam cognoſci petiit Acta in Epheſina pſeudoſynodo confecta. His interceſſit Dioſcorus, atque agendum primum eſſe de fide contendit. Sed interlocutione Judicum cognitorum primum omnium ipſa Epheſina Acta juſſa ſunt legi.

LXXIII. Dum vero ea legerentur, ventumque eſſet ad epiſtolam Theodoſii Imperatoris, legereturque, Theodoretus vetitus Synodo intereſſe: Judices interlocuti dixere, eum admittendum eſſe in Synodum, cui ſanctus Leo Papa Epiſcopatum reſtituiſſet, atque Imperator adeſſe ſanxiſſet: ſicque omnium Patrum conſenſu intromiſſus Theodoretus, cum Epiſcopis ſedit, reclamantibus licet Ægyptiis, Palæſtinis, & Illyricis Epiſcopis, qui eum Neſtorianum eſſe calumniati ſunt: adverſus quos, qui dira paſſi erant Epheſi, exclamarunt Epiſcopi Orientales, Pontici, atque Thraces. Sed reclamavit Dioſcorus, aſſerens receptione Theodoreti elici S. Cyrillum, qui ab eo fuiſſet excommunicatus. In quem illi unanimiter exclamantes, dixere: Dioſcorum homicidam foras mitte. Sicque concertantibus ad invicem Theodoreti cauſa Orientalibus & Ægyptiis, interloquentibus Judicibus, ſedere juſſus eſt Theodoretus, deque ejus cauſa poſtea agendum eſſe definiere.

De Theodoreto judicum interlocutio.

Poſt hæc vero, ubi Epheſina legi cœperunt Acta, Dioſcorus, cujus cauſam primo cognoſci debere, Judices interloquendo ſtabillerant, excuſans ſe atque attenuans delictum ſuum, dixit, non ſe tantum, ſed & Juvenalem Hieroſolymorum Epiſcopum, atque Thalaſſium Cæſarienſem fuiſſe præfectos a Theodoſio Imperatore Synodo Epheſinæ, atque Acta omnia confirmata eſſe ab aſtantibus Epiſcopis, qui præſentes fuerunt. Contra vero reclamantes Epiſcopi dixerunt, nullum voluntarie ſubſcripſiſſe, ſed vi coactos: his addidere vim adhibitam per milites fuſtibus, gladiis, minis exilii, & e ſedibus abdicationibus, contumeliaſque in Flavianum iactatas: inter alios hæc pluribus exaggeravit Stephanus Epiſcopus Epheſinus. Tunc vero Ægypti Epiſcopi, qui Dioſcoro favebant, his omnibus ſuam ipſorum exprobaverunt ignaviam, nimirum quod dixiſſent, quod vi compulſi nolentes ſubſcripſiſſent: exclamantes jure in eos verbis illis: *Chriſtianus neminem timet, Catholicus neminem formidat;* Longeque abeſſe a Chriſtiana conſtantia addiderunt, per vim adigi ad id quod credit eſſe peccatum. LXXIV.

Rurſum cum pergerentur eadem Epheſina Acta legi, iterum Orientales in Dioſcorum concitantur ob contumeliam Flaviano irrogatam, qui in Synodo ſit compulſus quinto loco ſedere. Addiderunt & de vi tunc illata Notariis. Fit demum omnium lapſorum, qui Epheſi ſubſcripſerunt, una vox clamantium: *Omnes peccavimus: omnes veniam poſtulamus.* Ad hæc inſuper, dum eadem Acta legerentur, crebræ ab Orientalibus Epiſcopis ingeſtæ querelæ fuerunt, aſſerentibus, eadem Acta a Dioſcoro eſſe depravata atque corrupta. Cumque ad finem profeſſio facta ab Eutychete ex eiſdem Actis recitaretur; aperuerunt Orientales verſipellis impoſturam dicentes: *Sic Eutychetem confeſſum eſſe Filium Dei de Spiritu ſancto incarnatum, ut tamen omiſerit, Ex Maria Virgine.* LXXV.

Expedita recitatione Actorum Epheſinorum, juſſæ ſunt legi res geſtæ in Synodo Conſtantinopolitana, in qua damna- LXXVI.

PAGIUS cis & Latinis; annotaſſe; diſtinxiſſe, apparet eum non contentum fuiſſe officio Collatoris, ſed textum quoque emendaſſe, ubi occaſio tulit. Præterea cum Latina Actorum Chalcedonenſium Collectio, quæ nunc omnium manibus verſatur, ſit ſolutior *Ruſtico*, eique emendandæ is adlaboraverit, ut Queſnellus fatetur, dubitandum non videtur, quin *Ruſticus* multa in ea mutaverit; cum multa & innumerabilia illic eſſe diverſa ab antiqua verſione, oſtendant variantes lectiones a Baluzio collectæ. Quare omnino exiſtimandum Ruſticum Geſta Concil. Chalced. contuliſſe cum codicibus Græcis & Latinis, annotationes ſuas appoſuiſſe, & quæ obſcura erant, diſtinxiſſe. Baluzius magna diligentia & labore annotavit, quid a veteri interprete præſtitum ſit, quid ab aliis, qui poſt inventam artem Typographicam addiderunt eandem *Antiquam* interpretationem. Singularia etiam habet de editionibus Conciliorum a Jacobo Merlino, Petro Crabbo, Laurentio Surio, Editoribus Romanis, Binio, & Auctoribus editionis Regiæ curatis, quæ legiſſe non pigebit.

De rebus geſtis Conſtantinopoli contra Eutychetem. tus eſt Eutyches; ex quibus Apoſtolicæ ſedis legati probaverunt Flavianum vere Catholicum, Eutychetem vero abſque dubitatione impium hæreticum. Tunc Dioſcorus interlocutus, quam defenderat hactenus, manifeſtavit hæreſim, dicens, jure damnatum Flavianum eſſe, quod dixiſſet, poſt adunationem duas eſſe in Chriſto naturas: ſed hoc nihil ſanctius dici potuit, cum ille e contra pertinaci ſtudio contrariam ſententiam penitus coram Patribus aſſeveraret. His adjecta eſt recitatio Actorum de cognitione facta de fide Notariorum Conſtantinopoli. Inde vero lecta abſolutio Eutychetis facta Epheſi, atque ejus occaſione recitata ſunt Acta quædam Synodi œcumenicæ Epheſinæ. Ad poſtremum vero lecta eſt impia ſententia Epheſi a Dioſcoro lata in Flavianum.

LXXVII. Quibus omnibus exacte percognitis, interlocutione Judicum in ſequentem Seſſionem dilata eſt de fide tractatio. Interlocutique iidem Judices cognitores rogaverunt ſententiam Patrum, num illi, quos Dioſcorus atque ejuſdem impietatis collegæ damnaſſent, abſolvendi eſſent, & in ſtatum priſtinum reſtituendi; contra vero, qui in eos cum ipſo Dioſcoro adeo iniquam ſententiam tuliſſent, num ipſi damnandi eſſent. Hæc ſecuta mox eſt acclamatio Epiſcoporum, dicentium omnes illos ex præſcripto ſacrorum canonum eſſe damnandos, nominatim vero, qui principem locum cum Dioſcoro in Synodo tenuerunt, nimirum poſt Dioſcorum, Juvenalem Epiſcopum Hieroſolymorum, Thalaſſium Cæſareæ Cappadociæ, Euſebium Ancyræ, Euſtathium Berythi, & Baſilium Seleuciæ. Conſecuta eſt hæc cuncta pro gratiarum actione, & Dei laudum celebratione, ſacri Triſagii acclamatio videlicet: *Sanctus Deus, Sanctus fortis Sanctus & immortalis*: Additumque: *Multos annos Imperatori*: Sed & multa in Dioſcorum dicta. Hac breviſſima ſumma contracta ſunt omnia, quæ in prima Seſſione facta fuerunt.

LXXVIII. *De Juliano legato per interpretem loquente.* De qua illud conſiderandum quidem eſt, quod Julianus Coenſis Epiſcopus, agens & ipſe vices ſancti Leonis Papæ, per interpretem in Synodo loquitur, homo Græcus inter Græcos: Habent enim hæc, Acta: *Julianus Epiſcopus agens vices ſanctiſſimi Epiſcopi Romanæ Eccleſiæ Leonis, interpretante eum Florentio Epiſcopo Lydiæ, dixit, &c.* Id quidem non aliunde accidiſſe certum eſt, niſi quod (ut primo Annalium tomo diximus) ob excellentiam Romanæ Eccleſiæ, moris eſſet legatorum ſedis Apoſtolicæ, Latine ſemper loqui. Ne quis autem putet Julianum imperitum fuiſſe linguæ Græcæ, ob idque locutum eſſe Latine: habes teſtificatione ſancti Leonis Papæ ipſum Græcam linguam egregie calluiſſe, cujus rei cauſa voluerit ab eo transferri in Græcum ſermonem epiſtolam ſuam ad Flavianum: teſtatur id quidem ipſe S. Leo (a) epiſtola ad Marcianum: quinetiam Acta Chalcedonenſis Concilii ab eodem Latinitati donari petiit, ut apparet ex litteris (b) ad ipſum Julianum ab eodem ſancto Leone conſcriptis.

(a) *Leo ep. 69.*

(b) *Leo ep. 56. in fin.*

LXXIX. *Secunda Seſſio Concilii Chalced.* Secunda vero Seſſio habita eſt eodem anno, iiſdemque Conſulibus, ſexto Idus Octobris; in qua de fide tractatio a Patribus habita eſt. Atque primum omnium lectum eſt ſacrum Nicæni Concilii Symbolum, ſecundumque ejus definitionem ſenſiſſe veteres Patres, Cyrillumque, & Leonem Romanum Pontificem, conteſtati ſunt omnes. Recitatum deinde eſt pariter ex reſcripto Symbolum Conſtantinopolitani Concilii œcumenici; poſtea vero duæ ſancti Cyrilli epiſtolæ, quarum alteram ad Neſtorium, ad Joannem Antiochenum Epiſcopum alteram dederat. Inſuper magna illa S. Leonis epiſtola, de Verbi incarnatione ad Flavianum noviſſime ſcripta, publice recitari juſſa eſt; quam mirificis laudibus Patres proſecuti ſunt, ita acclamantes: *Hæc Patrum fides: Hæc Apoſtolorum fides: Omnes ita credimus: Orthodoxi ita credimus: Anathema qui*

non

PAGIUS XXX. *Marcianus non interfuit primæ Actioni.* *Marcianus* ante ſextam Actionem, in Synodum non venit, licet Baronius num. LXX. arbitratus fuerit, eum ipſo initio interfuiſſe Synodo; quia in omnibus Conciliorum libris ante eum impreſſis in Actione prima poſt Epiſcoporum catalogum ſequebatur Oratio ejuſdem Imperatoris habita ad Concilium; quæ tamen ab eo dicta eſt in ſexta Actione, in qua & ſcripta reperitur. Ea tantum Actione Marcianum in Synodum adveniſſe, docet Liberatus in Breviario cap. 13. *Sexto autem Secretario adveniens Imperator ad Concilium cum Judicibus & ſacro Senatu allocutionis verba fecit in Concilio, & inter alia dixit, ſe ad confirmandam fidem, non ad potentiam oſtendendam, exemplo Conſtantini, Synodum intraſſe.* Idque ex prima Actione colligitur; in cujus fine Judices dixerunt omnia, quæ geſta erant, referri debere ad Imperatorem: ex quo liquet, illum tunc non adfuiſſe.

XXXI. *Pulcheria in locum Synodi ingreſſa non eſt.* Neque *Pulcheria* Auguſta in locum Synodi ingreſſa eſt. Nam iſta verba, quæ leguntur in prima Actione ex editione Labbeana pag. 574. *Præſente eo divino zelo ac fervore fidei etiam Piiſſima & Chriſtianiſſima Regina Auguſta Pulcheria*, deſunt in omnibus antiquis exemplaribus, ſicuti & in textu Græco, ut obſervat Baluzius in nova Concil. Collect. pag. 1264. quæ & deeſſe debere colligit, quod *Valentinus* Epiſcopus Philippopolitanus, & Epiſcopi Helleſponti & veteris Epyri ſcribentes ad Leonem Imp. in capp. 26. 35. & 46. codicis encyclii, Auctor Breviculi, Hiſtoriæ Eutychianiſtarum, *Ferrandus* Diaconus in Epiſtola ad Pelagium & Anatolium, Liberatus, Evagrius, & Theophanes nullam in hoc loco *Pulcheriæ* mentionem faciunt, ſed tantum *Marciani*, Judicum & Sacri Senatus. Antiquum tamen eſſe hunc errorem patet ex antiquiſſimis codicibus, in quibus hoc additamen-

non ita credit. Petrus per Leonem ita locutus eſt: Apoſtoli ita docuerunt. Pie & vere Leo docuit. Cyrillus ita docuit. Leo & Cyrillus ſimiliter docuerunt. Hæc vera fides. Catholici ita ſapimus. Hæc Patrum fides. Hæc in Epheſo lecta non ſunt. Hæc Dioſcorus occultavit. His dictis, & elucidatis atque ſolutis quæ ab Epiſcopis Palæſtinæ & Illyrici fuerunt objecta: acquieſcentibus omnibus, ac comprobantibus, atque inſuper adverſus Dioſcorum conclamantibus Patribus univerſis, ſecunda Seſſio finem accepit.

LXXX. Seſſio tertia. Ad tertium vero Idus Octobris denuo Conventus cogitur, ſed Epiſcoporum tantummodo abſque magiſtratibus ſæcularibus, eo quod in hac Seſſione tractanda eſſet Dioſcori damnatio per Epiſcopos tantummodo facienda: neque enim ipſe Imperator Marcianus admiſſus, ſed tantum Epiſcopi Synodum ingreſſi ſunt. Sic igitur convenientibus Patribus, primo loco recitatus eſt precum libellus Euſebii Dorilæi adverſus Dioſcorum, quo cum Acta Epheſina damnari, tum Dioſcorum debere deponi petebat. Et licet hæc omnia facta videri poterant in priori Synodi Actione: quod tamen non cuncta abſoluta fuiſſent, ſed præparatio quædam judicii & cauſæ cognitio habita eſſet: etſi omnium acclamationibus tunc innotuiſſet, quid in Dioſcorum ſtatuendum eſſet: ut tamen ſervaretur ſecundum Eccleſiaſticos canones forma judicii, juſſus eſt citari abſens a Synodo Dioſcorus, qui domi erat cuſtoditus a militibus ne fugam arriperet. Citatus igitur a ſancta Synodo per Epiſcopos, ſe excuſavit, quod adeſſe non poſſet, cum a militibus cuſtodiretur, & quod non adeſſent in Synodo Judices ſæculares, qui antea cauſam tractare cœperant. Secundo rurſum vocatus, prætexuit ægritudinem, illud ingerens, numquam fore, ut adeſſet, niſi præſentes eſſent Judices ſæculares. Ad quem tunc Cecropius Epiſcopus Sebaſtenus, unus ex iis, qui ad ipſum vocandum miſſi fuerant, hæc dixit: *Quando quædam regularia* (nempe Eccleſiaſtica) *negotia examinantur ſecundum canones, neque Judices alios vel laicos intereſſe oportet.* Habes, lector, non unius Epiſcopi, ſed œcumenicæ Synodi, immo & totius ubique vigentis Catholicæ Eccleſiæ teſtimonium ex rerum uſu & ſanctis canonibus comprobatum, quantum ſibi laici, ipſi Judices ſæculares in Eccleſiaſticis cauſis valeant vendicare: ut plane qui inconceſſa præſumat, ſacrilegus habendus ſit.

LXXXI. De libello Theodori Diaconi & alio Iſchyrionis diaconi. Inter hæc autem juſſi ſunt legi libelli adverſus Dioſcorum: oblatique omnes ejuſmodi inſcriptione notati: *Sanctiſſimo & beatiſſimo univerſali Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & ſanctæ & univerſali Synodo Chalcedonenſi.* Primumque lectus qui oblatus eſt a Theodoro diacono Eccleſiæ Alexandrinæ, qui privatus ab eo fuit nulla alia de cauſa, niſi quod amicus fuiſſet ſancti Cyrilli prædeceſſoris ejus Epiſcopi: quo accuſabat Dioſcorum, quod Origeniſta eſſet hæreticus, & blaſphemus in ſanctam Trinitatem, & homicida, & incendiarius, atque vita turpiſſimus, quodque demum auſus fuiſſet excommunicare ipſum ſanctum Leonem Romanum Pontificem. Lectus eſt poſt hæc libellus Iſchyrionis Diaconi adverſus eumdem Dioſcorum datus: qui præter cætera de blaſphemiis in Trinitatem, & alia ſupra narrata, addidit, frumentum Eccleſiis Libyæ, quæ ob nimiam provinciæ ariditatem tritico carerent, ab Imperatoribus dari ſolitum ad conficiendam ſacram Euchariſtiam, & ſolatium peregrinorum, a Dioſcoro eſſe ſubreptum; adeo ut eam ob cauſam diu in Libya non fuerit oblatum incruentum ſacrificium. Adjecit inſuper de bonis relictis cœnobiis & monaſteriis a Periſteria nobiliſſima femina, ab ipſo ſubreptis, & in turpes perſonas expenſis; *quodque* (ut ait) *nec pro ejus anima incenſum obtulerit.* Vides ex his veterem uſum, quo pii proſequerentur memoriam defunctorum: quod niſi ſancte pieque ſoleret in univerſa Eccleſia Catholica frequentari, nequaquam coram adeo magna Synodo fuiſſet Dioſcoro datum crimini.

LXXXII. Addidit plura de vita ejus obſcœna valde: utpote qui ſubintroductas feminas haberet in Epiſcopio, & lavaretur cum eis in balneo: & quod inter alias Panſophiam quamdam famoſiſſimam præ cæteris haberet in deliciis, magno ſcandalo Alexandrinorum omnium. Ad poſtremum adjecit, quæ ipſe Theodorus ab eo paſſus eſſet; nimirum quod ob amicitiam

cum

PAGIUS mentum invenitur, & ex Breviculo ſupra laudato, in quo ſcriptum, Imp. Marcianum indixiſſe Synodum apud Nicæam, *in qua & ipſe, & Pulcheria reſedit, & omnis cum eo Senatus & Poteſtates*, quo loco recte in margine Labbeus notat, liquere ex Actis hoc falſum eſſe. Quo ad Auctorem Breviculi Eutychianiſtarum, is tantum aſſerit, *Pulcheriam* Nicææ reſediſſe, quod in dubium non videtur revocandum. Cum porro in omnibus codicibus MSS. tam Græcis quam Latinis *Marciani* oratio, aliaque de ejus in Synodum adventu, poſita ſint in ſexta tantum Actione, cui ipſe vere interfuit, & Patres allocutus eſt. Poſtremi Conciliorum Collectores ea omnia ad ſextam Actionem jure merito retulerunt, & quia illa ſexta Actio aliter apud Iſidorum, & in antiquis quibuſdam exemplaribus habetur, quam in Geſtis Chalcedonenſibus, Baluzius pag. 1388. eandem exhibet, qualis reperitur in tribus vetuſtis codicibus Bibliothecæ Colbertinæ.

cum S. Cyrillo, mox poſt obitum ejus in Eccleſia miniſtrare prohibitus eſſet; & poſſeſſiones, quas pertenues habebat, a monachis per Dioſcorum miſſis, arboribus eaciſis, incenſæ eſſent, & domus, quæ erant in eis dirutæ; & quod ipſe juſſus occidi, via fugiens evaſiſſet.

LXXXIII. De libellis Athanaſii & Sophronii. Oblatus atque etiam lectus ſubinde eſt libellus ab Athanaſio presbytero Alexandrino, qui unus erat ex nepotibus S. Cyrilli, quo de his, quæ crudeliſſime tum in ipſum, tum in fratres Dioſcorus perpetraſſet, reddidit ſanctam Synodum certiorem quæ a nobis in ipſo Dioſcori ingreſſu ſunt enarrata; ut hic eadem repetere non ſit opus. Poſtremo loco lectus eſt libellus Sophronii Alexandrini Chriſtiani hominis adverſus Dioſcorum conquerentis, quod ſublata ſua ipſius conjuge, Theodota nomine, a Macario Curiali; cum ea de cauſa veniſſet ad Imperatorem Conſtantinopolim, & reſcriptum ab eo adverſus Macarium impetraſſet: Dioſcorus interceſſiſſet ne executioni mandaretur, dicens ſe eſſe dominum, & Egyptum ad ſe magis, quam ad Imperatorem ſpectare, ſicque nefarius homo etiam tyrannidem affectaret; quodque ipſe ea de cauſa ab eo bonis omnibus ſpoliatus, via mortem fuga vitaſſet. His junxit de blaſphemiis ejuſdem in ſanctiſſimam Trinitatem: Adjecitque demum de arrepta tyrannide manifeſtiſſimum ſignum, nimirum quod allatas ex more Alexandriam Marciani novi Imperatoris Imagines, quas Sacra Laureata nominare ſolebant, per ſuos eas foras exportari juſſiſſet. Hæc ille.

LXXXIV. Vides quanta eſſet Alexandrinorum Antiſtitum potentia, qua tamen Dioſcorus abuteretur, pro nihilo ducens Imperatorum edicta, & contemnens ipſam Imperatoriam majeſtatem. Intelligis etiam, quales eſſe conſueverint hæreſum propugnatores; quales ſibi adſciſcat diabolus milites ad veritatem Catholicam oppugnandam: & quibus fuerit compoſitus moribus qui primus in Romanum Pontificem auſus fuit intorquere jaculum anathematis: ut plane reſpectu hujus ſtultitiæ, ſapientia ſit reputanda, deriſa inſania Cleopatræ appetere audentis Romanum Imperium ſub Auguſto.

LXXXV. Tertio citatus Dioſcorus venire renuit. His viſis, placuit Patribus, ut Dioſcorus adhuc tertio vocaretur per libellum conſcriptum, quo excuſationes ab eo prætenſæ, falſæ ſunt demonſtratæ, & monitus ipſe ut veniret reſponſurus accuſatoribus Alexandrinis, qui adverſus eum libellos obtuliſſent. Verum ille penitus refragatus, adeſſe recuſavit: nec quidem eum permovere potuit Joannes Germaniciæ Epiſcopus, hæc dicens: *Sacerdotum delicta, communis eſt turpitudo: Si igitur ſcit tua ſanctitas calumniam ſe ab aliquibus pati: non eſt longe ſancta Synodus: fatigare, ut convincas mendacium.* Sed obriguit ille, ſuaque duritie obſtinatus permanſit. Cum igitur nihil reliquum eſſet ad ejus defenſionem, vel excuſationem; ipſi Apoſtolicæ ſedis legati adverſus Dioſcorum ejuſmodi tulere ſententiam:

Manifeſta facta ſunt, quæ a Dioſcoro quondam Alexandriæ magnæ civitatis Epiſcopo commiſſa ſunt adverſus ſanctum regularem ordinem & Eccleſiaſticam diſciplinam, tam ex iis quæ dudum examinata ſunt in priori conſeſſu, quam in iis quæ hodie acta ſunt. Hic enim (ut plurima intermittamus) Eutychetem ſimilia ſibi ſapientem, & regulariter a proprio damnatum Epiſcopo, id eſt, a ſanctiſſimo Patre noſtro & Archiepiſcopo quondam Flaviano, præſumens ſibi primatum, irregulariter in communionem ſuſcepit, priuſquam conſideret in Epheſo cum Deo amantiſſimis Epiſcopis. Sed illis quidem Apoſtolica ſedes veniam præſtitit de iis quæ ibi non voluntarie ab eis geſta ſunt; qui & hactenus permanſerunt obedientes ſanctiſſimo Archiepiſcopo Leoni, & omni ſancto univerſali Concilio: Hujus gratia & in ſua communione eos ſicut confideles ſuſcepit. Hic autem hactenus permanſit glorians in eis, pro quibus eum oportebat gemere, & ſe terræ proſternere. Super hæc vero neque epiſtolam legi permiſit beatiſſimi Papæ Leonis ſcriptam ad ſanctæ memoriæ Flavianum, & hoc frequenter rogatus a portitoribus recitari eam, & cum juramento fieri lectionem promittens: qua non lecta, ſcandalum & læſionem ſanctæ Dei Eccleſiæ per totum orbem terræ pertulerunt. LXXXVI. Sententia a legatis Apoſt. Sed. lata in Dioſcorum.

*Sed tamen talibus ab eo audacter commiſſis, deliberabamus, ut de priore ſua peſſima actione aliqua præſtaretur clementia, ſicut & cæteris reverendiſſimis Epiſcopis, & iis qui neque ſimilem ei auctoritatem judicandi habuerunt. Sed quoniam ſecundis exceſſibus priorem iniquitatem valde tranſcendit: præſumpſit enim excommunicationem dictare adverſus ſanctiſſimum & beatiſſimum Archiepiſcopum magnæ Romæ Leonem: inſuper etiam multi libelli multis pleni iniquitatibus contra eum in ſancto & Magno Concilio oblati ſunt: & ſemel & ſecundo & tertio per Deo amantiſſimos Epiſcopos regulariter vocatus minime voluit obedire, propria utique conſcientia ſtimulatus; & hos * qui a diverſis Conciliis regulariter damnati ſunt, contra divinas leges ſuſcepit: Ideo ipſe contra ſe elicuit ſententiam; ſæpius Eccleſiaſticos conculcans canones.* LXXXVII. * eos.

Unde ſanctiſſimus ac beatiſſimus Archiepiſcopus magnæ & ſenioris Romæ Leo per nos, & per præſentem hanc Synodum, una cum ter beatiſſimo & omni laude digno beato Petro Apoſtolo, qui eſt petra & crepido Catholicæ Eccleſiæ, & ille qui eſt LXXXVIII. Promulgata ſententia in Dioſcorum multipliciter.

re-

Digitized by Google

rectæ fidei fundamentum, nudavit eum tam Epiſcopatus dignitate, quam etiam ab omni ſacerdotali ubaliunavit miniſterio. Igitur ſancta hæc & magna Synodus, quæ placent regulis, ſuper memorato Dioſcoro decernat. Hactenus ſententia legatorum, cui univerſi Epiſcopi ſubſcripſere, ſinguli ſingulis impium Dioſcorum perſtringentes ſententiis hoc ordine: Poſt legatos ſententiam dixit Anatolius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, inde vero Maximus Antiochenus, & ſubinde reliqui. Hanc tandem tumens arrogantia novus Pharao juſtiſſimam damnationem accepit, ſexcentorum & amplius Patrum ſententiis, veluti fluctibus obrutus, concinentibus ex adverſo in tuto littore Fidelibus omnibus una cum Moyſe canticum Domino, qui Pharaonem cum curribus ejus in mare demerſit.

LXXXIX. Damnato in hunc modum Dioſcoro, S. Synodus ea de re Synodalem ad Valentinianum & Marcianum Imperatores epiſtolam ſcripſit, cujus eſt exordium: *Magnæ ægritudines & medicamento forti, & medico indigent ſapienti, &c.* Dedit aliam eadem argumento conſcriptam ad ſanctam Pulcheriam Auguſtam, quæ incipit: *Multa tibi dona præſtentur, &c.* In his omnibus plura Patres in commendatione ipſorum pietatis erga Deum, & vigilantis curæ erga ejus Eccleſiam exhibitæ. Propoſitum quoque fuit publicum a ſancta Synodo de Dioſcori damnatione decretum; itemque ad ipſum Dioſcorum ejuſmodi damnationis ſuæ ſignificatio miſſa (a):

(a) Conc. Chalced. Act. 3.

XC. Ad Dioſcorum Patres.

Cognoſce te ipſum, propterea quod divinos canones deſpexiſti, & inobediens extitiſti huic ſanto & univerſali Concilio, ſuperque hæc, præter alia tua commiſſa, in quibus inventus es reus, etiam tertio vocatus ab hac ſancta & Magna Synodo ſecundum divinas regulas, ut accuſationibus reſponderes: minime occurriſti. Octobris menſis præſenti tertiodecimo die, a ſancto & univerſali Concilio eſſe ab Epiſcopatu depoſitum, & ab omni Eccleſiaſtica functione ſummotum. Hæc ad Dioſcorum ſancta Synodus Chalcedonenſis; quæ etiam de ejuſdem damnatione litteras dedit ad clerum Alexandrinum: extant omnes, ſed brevitatis cauſa eas citaſſe ſufficiat. Sic igitur juſtiſſima damnatione Dioſcori omnium ſuperbiſſimi, crudelitate, turpitudine, omnes facile ſuperantis, atque impietate nulli ſecundi clauſa eſt Seſſio tertia Synodi Chalcedonenſis.

XCI. Seſſio quarta Concil. Chalcedonenſis.

Eodem vero anno, iiſdemque Conſulibus ad decimum ſextum Kal. Novembris iterum eodem in loco habita ſunt ſacra Comitia, iiſdem Epiſcopis in unum convenientibus ſimul cum magiſtratibus & Judicibus cognitoribus: ubi propoſita eſt cauſa Epiſcoporum qui cum Dioſcoro præfuerunt improbo Epheſino Conventui. Fuerunt hi Juvenalis Hieroſolymitanus, Thalaſſius Cæſareæ Cappadociæ, Euſtathius Berythi, Euſebius Ancyræ, & Baſilius Seleuciæ Epiſcopi. Atque in primis interlocutione Judicum cognitorum recta fides accepta ab omnibus atque probata eſt, nempe Nicænum Symbolum atque Conſtantinopolitanum, decreta Epheſi, necnon epiſtola S. Leonis Papæ: quibus una cum aliis Epiſcopis ſubſcripſere quinque collegæ Dioſcori modo nominati, qui & damnaverunt bis contraria ſentientes: juſſique ſunt Synodum ingredi, a qua ante repulſi erant, utpote rei cum Dioſcoro in Synodo ſcelerum patratorum: conjunctique ſunt Eccleſiæ, a qua communicatione Dioſcori facti erant extorres.

Quinque Epiſ. indulgentiam conſecuti.

Poſt hæc ingreſſi Ægyptii Epiſcopi cum libello fidei quem obtulerant Theodoſio Imperatori: eoque lecto, juſſi ſunt ab Apoſtolicæ ſedis legatis dicere in Eutychetem anathema, & ſubſcribere epiſtolæ ſancti Leonis: ſed detrectantes id facere, quod expectarent novi Alexandrini Epiſcopi electionem, quem in ſubſcriptione eſſent ſecuturi; inſtante rurſum Synodo ut damnarent Eutychetem, fecerunt tandem: urgentibuſque Patribus ut ſubſcriberent litteris ſancti Leonis, renuerunt: eo tantum uſi prætextu, quod moris eſſet Ægyptiis Epiſcopis ſequi in ſubſcriptione Alexandrinum: ſeque magno periculo id tentaturos ob alios Ægypti Epiſcopos; proſternenteſque ſe, petiere ut placeret ſanctæ Synodo primum eligi Alexandrinum Antiſtitem. Horum poſtulationibus, ſupplicibuſque votis annuit tandem Synodus, cautione adhibita, ipſos omnes non receſſuros Chalcedone, ſed electionem novi Epiſcopi opperituros. Hactenus Actio quarta. In Græco autem codice ante nuper recenſitam Actionem quartam ponitur Actio Synodalis de Eutychianis Archimandritis, diſtincta ab aliis vel ſuperioribus, vel poſterioribus Actionibus. Verum quod ſpectat ad res in Synodo geſtas ab Archimandritis, Latinis exemplaribus magis in his deferendum putarem, quam Græcis: ea potiſſimum ratione, quod non ſit credendum Archimandritas hæreticos auditos eſſe, antequam lapſorum Epiſcoporum cauſa pertractaretur; qua (ut vidimus) hac in Actione abſoluta, datus eſt locus Archimandritis hæreticis proponere quæ vellent.

XCII. Ægyptii Epiſcopi expectant novum Epiſcopum Alexand.

Intromiſſis igitur poſt hæc Archimandritis illis, qui in pſeudoſynodo Epheſina faverant contra Flavianum Dioſcoro & pro Eutychete prodeuntes, fidem Catholicam prodiderunt, inter quos eminebat Caroſus, & Dorotheus, atque ſceleri-

XCIII. Archimandritarum Hæreticorum perfidia.

ſcribas factus notior Barſumas, in quem ut infamoſiſſimum homicidam, quod S. Flaviani necis inſtigator fuiſſet, in Synodo poſtea conclamatum eſt. His igitur ingredi juſſis, preces ab eis oblatæ Imperatori, necnon libellus ab eiiſdem Synodo datus recitari mandantur: Qui ubi ex libello, ſive epiſtola oblata Synodo cogniti ſunt pro Dioſcoro ſupplices habere preces; ne lectio ulterius progrederetur, ſed ut iidem cum libello e Synodo eiicerentur, Synodus exclamavit. At Judices cognitores libellum integrum nihilominus legi juſſerunt, quo illi profitebantur ſe tantummodo Nicænam fidem amplecti, nullamque ejus expoſitionem admittere, conteſtati ſe potius extra alios ſeorſum a communione ipſorum vitam acturos, quam quicquam novi ad fidem pati ſuperinduci. Ita quidem hypocritæ illi, more Eutichetis atque Dioſcori, ſob mentito pallio Nicænæ fidei novam fovebant hæreſim.

XCIV. Poſt hæc autem lectus eſt libellus a Catholicis Archimandritis oblatus adverſus Eutichetem & ejus perfidiam confeſtantes, qui quidem ut pius a ſancta Synodo probatus fuit. Interea vero tridui ſpatium temporis datum eſt hæreticis Archimandritis ad reſipiſcendum, atque Catholicæ fidei adverſus Eutychetem ſubſcribendum. Erat inter illos Maximus, qui dicebatur Eutychetis magiſter; cæteri vero poſt Caroſum, Dorotheum, & Barſumam, captioſe ſibi Archimandritæ nomen uſurpaſſe inventi ſunt, iidemque omnium improbiſſimi, utpote qui plurimis fuere ſcandalo atque ruinæ. His itaque rebus geſtis clauſa eſt a Patribus quarta Seſſio.

XCV. Quinta Seſſio. De Caroſo & Dorotheo. Habet autem Græcum exemplar amplius quam Latinum quintam, quæ ſequitur, Seſſionem continentem duas Actiones, una eademque die habitas, nempe decimotertio Kal. Novembris: in quarum priori actum ponitur de Caroſo & Dorotheo, aliiſque Eutychianis Archimandritis, qui libellum Marciano Imperatori obtulerant, petentes, ut ſibi liceret de fidei veritate cum Catholicis diſputare coram ipſo Imperatore. Quid autem eiſdem reſponderit Marcianus, voluit Synodo fieri manifeſtum per Alexandrum Viſitatorem, & Joannem Decurionem: Qui ubi ingreſſi ſunt Synodum, quæ nomine Imperatoris ſignificanda erant, nota fecere, verbis iſtis Alexandro docente de reſponſione ab Imperatore hæreticis data: *Hæc cum audiſſet Dominus Orbis, ſignificavit per me, & dominum Joannem Decurionem: Si voluiſſem ego ſedere inter vos atque alios monachos, & audire inter utroſque vos non hic ſanctam & univerſalem Synodum fatigaſſem; ſed cum ipſi conveniſſent, & nos de vobis certiores feciſſent, dixi ut vos adeſſetis, & ea quæ neſcitis cognoſceretis, & interrogando ea quæ non noſtis, addiſceretis ab iis. Juſtum igitur decrevimus vos ad Concilium abire. Nam (ut ſciatis) quæcumque definierit ſanctum & univerſale Concilium, ac mihi in ſcriptis dederit, ea ſequor, his contentus ſum, his fidem habeo. Hoc habete, nec a me aliud reſponſum accipitis.* Ubi vero hæc ab Alexandro Imperatoris nomine ſunt in Synodo coram Partibus enarrata; ab iiſdem magnis præconiis eidem Marciano (ut par erat) acclamatum eſt, dignis laudibus tanti Principis ſententiam proſequentibus. Hæreticis vero ad reſipiſcendum datæ ſunt induciæ uſque ad decimamquintam Novembris. Hæc continet ejus diei prior Actio: qua quidem digniſſimum habetur expreſſum exemplum, quid Principes ſemper reſpondere hæreticis debeant, cum ab eis frequentibus libellis interpellantur, petentibus concedi de Chriſtianæ fidei veritate libere diſputare: ut eiſdem minime quod expoſcunt indulgeant; ſed ad Catholicæ religionis Antiſtites, a quibus veritatem addiſcant abire præcipiant. Quod quidem ſi ab iiſdem hoc noſtro infeliciſſimo ſæculo (ut decebat) præſtitum eſſet, nequaquam Borealis Eccleſia adeo immenſis exagitata cladibus eſſet.

XCVI. Actio in cauſa Tyriæ diœceſis. Poſterior vero ejuſdem diei Actio tractationem continet obortæ controverſiæ inter Photium Epiſcopum Tyri metropolis Primæ Phœniciæ, & Euſtathium Epiſcopum Berythi: eaque conſignata Conſulatu Marciani Imperatoris, die vero decimotertio Kalendas Novembris, nempe poſt dies tres a celebrata quarta, de qua egimus, Seſſione. Quamobrem etſi poſt quartum, non tamen ſub quarta, quaſi una eademque die habita fuerit, ponenda eſt. Porro quod ad propoſitam in Synodo controverſiam pertinet, res ita ſe habuit.

XCVII. Antiquitus, ſecundum veterum per canones factam provinciarum diſtinctionem, Tyria Eccleſia præerat jure metropolis Primæ Phœniciæ: Accidit autem ut Imperator pragmatica ſanctione aliam fecerit ejus provinciæ diviſionem, ex qua complures civitates, quæ ſubjacebant Tyriæ, ſub Berythi Eccleſia ponerentur, nempe Byblo, Botys, Tripolis, Orthoſias, Arias, & Antaradon: Huic autem diviſioni cum minime Photios acquieviſſet, judicium ea de re habitum eſt Conſtantinopoli coram Anatolio Epiſcopo Conſtantinopolitano, & aliis cum eo reſidentibus Epiſcopis; qui abſentem Photium excommunicavit. Qui ut anathematis vinculo ſolveretur, licet invitus, juſſus tamen ſubſcripſit Synodali decreto de aucto jure Eccleſiæ Berythenſis ſuper nominatas Eccleſias.

XCVIII. *Querelæ Photii de civitatibus ab Euſtathio uſurpatis.* Cum vero ipſe Photius Epiſcopus Tyri veniſſet ad Synodum hanc oecumenicam Chalcedone convocatam, dedit libellum ſupplicem Marciano Imp. quo queſtus eſt de jure antiquo ſuæ metropolis diminuto, civitatibus ab Euſtathio vendicatis. Imperator accepto libello, cauſam illam ſanctæ Synodo tradidit judicandam, ſicque dicta die producta eſt ipſa coram ſacro Patrum Conventu. Ubi Photius conſtitutas, rogavit Synodum audire cauſam, quam definiendam ab eadem mandaverat Imperator: petiitque in primis recitari libellum a ſe oblatum Imperatori. Sed ne fieret libelli lectio, Euſtathius objecit, id non faciendum ante abſolutam in Synodo de ſede tractationem, cujus rei cauſa omnes eſſent ad Synodum convocati. Sed interlocuti Judices cognitores, juſſerunt legi libellum, auditæque ex eo Photii querelæ de uſurpatis ab Euſtathio Tyriæ metropolis civitatibus, deque per vim & metum extorto conſenſu, qui nullius debeat eſſe momenti: quod demum rogavit, ut ſecundum priſtina jura oblatæ civitates Tyriæ Eccleſiæ redderentur.

XCIX. Juſſus autem a Judicibus cognitoribus ad hæc reſpondere Euſtathius: rogavit idem eos, num ſecundum canones Eccleſiaſticos, an vero ſecundum leges Imperatoris cauſa dirimenda eſſet. *Ceſſent leges Imperatorum ubi Canones aliter monent.* Tunc iidem interlocuti Judices iſta dixere: *Sacratiſſimo Domino Orbis placuit, non juxta ſacras Imperatoris litteras & pragmaticos typos res ſanctiſſimorum Epiſcoporum procedere, ſed ſecundum canones a ſanctis Patribus datos. Omni igitur ceſſante e ſacris pragmaticis definitione, canones de hoc capitulo editi legantur.* Et Inferius iidem ad Patres converſi: *Dicat,* inquiunt, *ſancta Synodus, Utrum ei placeat ex regulis Patrum hujus cauſæ quæſtionem examinari, an ex ſacris pragmaticis, de quibus ea quæ ſacro apici viſa ſunt, jam omnibus aperta fecimus. Sancta Synodus dixit: CONTRA CANONES NIHIL PRAGMATICUM VALEBIT. REGULÆ PATRUM TENEANT.*

C. *Eccleſ. Tyri in integrum reſtituta.* *Glorioſiſſimi Judices dixerunt: Nunc tempus eſt, edoceri nos a ſancta Synodo, an liceat ex ſacro pragmatico alienæ Eccleſiæ jura ab aliis Epiſcopis averti. Sancta Synodus dixit: Non licet hoc: eſt præter regulas.* His dictis, juſſus eſt Photius docere Synodum de uſurpatis ab Euſtathio Eccleſiis Tyriæ metropolis: quo facto, petiit idem Photius a S. Synodo irrita reddi, quæ ab Anatolio & aliis Epiſcopis haud pridem contra eamdem Tyriam metropolim ex lege Imp. Conſtantinopoli definita fuiſſent. Ad hæc Euſtathius ſe excuſans dixit, non a ſe invaſa jura Tyriæ Eccleſiæ, ſed factum eſſe lege Imperatoris, conſuetudiniſque eſſe, Imperatores metropoles facere. Attamen S. Synodus definivit, nullam eſſe debere ſententiam latam adverſus Photium abſentem.

CI. *Secundum Canones judicia fiant Eccleſiaſtica.* Rurſum a Photio petitum, in ſuas Eccleſias eſſe reſtituendos Epiſcopos a ſe ordinatos, ab Euſtathio autem ejectos Epiſcopatu, & inter presbyteros adnumeratos. Antequam autem de his ſancta Synodus aliquid definiret, juſſere Judices cognitores legi ſacrum canonem: lectuſque eſt canon quartus Magni Nicæni Concilii, quo jubetur unum uniuſcujuſque provinciæ eſſe debere Metropolitanum Epiſcopum. Lecto itaque canone, & Euſtathio reſpondente, licere Imperatori jubere quod vellet: Judices cognitores de his ſanctæ Synodi judicium ita interpellarunt: *Sancta Synodus quid ſibi videatur, doceat, Utrum placeat ſecundum canonem trecentorum decem & octo Patrum, unum Metropolitanum Epiſcopum eſſe, qui in ordinationibus reverendiſſimorum in unaquaque provinciæ civitate Epiſcoporum poteſtatem habeat; an duos, ita ut liceat ſeparatim in civitatibus ordinationes facere. Sancta Synodus dixit: Unum juxta regulas ſanctorum Patrum poſtulamus eſſe Metropolitam: Petimus ut regulas ſanctorum Patrum teneat. Atticus reverendiſſimus Epiſcopus Nicopolis civitatis Epiri dixit: Centum decem & octo Patrum regula unum vult Metropolitam in unaquaque provincia Epiſcopum eſſe: Et ſupplicamus, ut nunc etiam virtus canonum in quoſlibet & in omnes provincias valeat, ceſſantibus omnibus quæ ex concurſatione & ambitione pragmaticorum fiunt, quæ & everterunt ea quæ ſpiritualiter & ſecundum Deum a ſanctis Patribus ſancita ſunt.* Hæc Atticus.

CII. *Secundum canones, non ſecundum leges Imp. judicatum.* His omnibus auditis atque exacte percognitis, Judices cognitores definita a ſanctis Patribus probavere, atque ſua ipſorum ſententia firmavere, ita interlocuti: *Juxta regulas trecentorum decem & octo Patrum, & juxta ſententiam totius ſanctæ Synodi, Photius reverendiſſimus Epiſcopus totius Tyriorum metropolis omnem poteſtatem ordinandi in univerſis civitatibus Primæ Phœnices provinciæ habebit. Euſtathius reverendiſſimus Epiſcopus a ſacro pragmatico typo nihil amplius ſibi vendicet, quam reliqui Epiſcopi ejuſdem provinciæ. At in his conſentiat ſancta Synodus, doceat. Sancta Synodus exclamavit: Hoc juſtum judicium: hæc juſta ſententia: multos annos Imperatorum: Multos annos Auguſtæ: multos annos Judicum.* Ita plane definitum eſt in perdifficili controverſia, in qua altera ex parte leges vigerent Imperatoris, ſtaretque ſententia ea de re in Synodo lata Conſtantinopoli ab Anatolio, præſente etiam Maximo Epiſcopo

Antiocheno; ex adverſo autem unus canon Eccleſiaſticus reclamaret: Definitum, inquam, non calculis tantum univerſæ œcumenicæ Synodi, ſed etiam ipſorum Imperatoris magiſtratuum, Judicum cognitorum, quibus omnibus & religioſiſſimus Imperator Marcianus Auguſtus haud invitus ſubſcripſerit: dignum plane factum, quod imitari debeant omnes Chriſtiani Principes, ſequi etiam ipſorum Judices: nimirum, ut cum cauſam in judicio agi contingat, cui altera ex parte faveant ſæculi leges, repugnet vero ex altera canon Eccleſiaſticus: quid tunc juſte, pie, ſancteque decernant, tantum extet de tanto judicio, non unius, ſed plurium Judicum præclarum quod ſectentur exemplum. Habent & ſacræ religionis Antiſtites, non unius tantum vel alterius; ſed plurium Epiſcoporum, immo Synodi, ejuſdemque œcumenici, & ſexcentorum & amplius ſanctorum Patrum egregium factum, quod imitentur; nimirum non turpiter adulatione molliri, frangique potentia Imperatorum, ſed adverſus ipſorum leges pro defenſione ſacrorum canonum acerrimos inſurgere vindices, & indefeſſo ſtudio pro ſacris legibus inire certamen. Sed proſequamur quæ reliqua ſunt ejuſdem Actionis.

CIII. Reſtitutis ex ſententia totius œcumenicæ Synodi Epiſcopis in diverſis civitatibus a Photio ordinatis, redactis vero in ordinem presbyterorum ab Euſtathio promotis, improbatoque per Apoſtolicæ ſedis legatos & alios uſu illo, ut qui ab Epiſcopatu deponebantur, ſinerentur preſbyteri miniſtrare: mox ejuſmodi ad Judices & ad S. Synodum facta eſt ſuggeſtio a Cecropio Epiſcopo Sebaſtopolis: *Ne poteſtas veſtra accuſationem & querimonias a quocumque perſona accipiat & fatigetur, neve nos conteramur; petimus ut ſine contradictione ceſſent ea pragmatica, quæ in detrimentum canonum a quibuſdam facta ſunt in omni provincia: Canones vero per omnia teneant: ſic enim & fides cuſtoditur, & unaquæque Eccleſia tutum ſtatum habebit: Ac nec liceat præter canones ordinare. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi Judices dixerunt: Si tota ſanctiſſima Synodus conſentit petioni Cecropii reverendiſſimi Epiſcopi, doceat. Sancta Synodus acclamavit: Omnes eadem dicimus: Univerſa pragmatica ceſſabunt: Canones teneant, & hoc a vobis fiat. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi Judices dixerunt: Ex ſententia ſanctæ Synodi, in aliis quoque omnibus provinciis regulæ teneant.* His ſtabilitis, ſecuta eſt ex more fauſta totius Synodi acclamatio. Juſſeruntque Judices, ut quæ definita eſſent, effectui mandarentur. Sicque præſens Actio ex optato felicem finem accepit. Jam reliquas certis quibuſque diebus habitas Actiones percurramus.

Definitio ut pragmatica ubique cedant Canonibus.

CIV. Rurſum vero convenientes Patres ſextam habuere Seſſionem undecimo Kalendas Novembris, in qua per diaconum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ recitata eſt fidei Catholicæ definitio; quæ tamen ut minus perfecta exploſa eſt in primis ab Apo-

Sexta ſeſſio.

PAGIUS XXXII. A num. CIV. ad CXII. *XI. Kalendas Novembris* habita eſt *Actio ſexta* Chalcedonenſis Concilii ſecundum Baronium, *quinta* vero hæc dicitur in editionibus hodiernis Conciliorum; & revera *quinta* eſt juxta Antiquam verſionem. In ea gravis exorta eſt contentio inter Epiſcopos, quo pacto conſcribenda foret definitio fidei, quibuſve verbis conſtare deberet. Cum enim formula quædam lecta fuiſſet, nonnulli Epiſcopi eam mancam & mutilam eſſe contenderunt, illis Legati Apoſtolicæ Sedis ſe ſe adjunxere, poſtulantes, ut in Definitione acceptatæ Leonis Epiſtolæ ad Flavianum mentio fieret, & quæ inerant ei verba, quaſi preſſius hæreſim jugulantia infererentur. Hic vero intercesſit multitudo major Synodi, Definitionem mutari non debere, ſubſcribendam eſſe ſine mora, qui nollet ſubſcribere hæreticum eſſe. Quantum vero ad Epiſtolam Leonis, cuncti acclamarunt ſe eam recipere, ſe jam ei ſubſcripſiſſe, at inſeri verba Epiſtolæ in Definitione non eſſe neceſſe, formula confirmari Epiſtolam Leonis. Uno verbo aliam Definitionem fieri non debere. Nempe metuebant Epiſcopi, ne in ea aliquorum nova poſtulatione lateret dolus, quo ſub prætextu amplificandæ formulæ incerta fortaſſe aliqua, vel dubia locutione vigor Definitionis factæ debilitaretur. Id colligitur ex iſtis acclamationibus: *Fides fraudem ne patiatur. Contra fidem fraus non fiat. Tolle fraudem a Definitione.* Ergo cum ea de cauſa duas in partes Synodus ſciſſa fuiſſet, & clamoribus ac tumultu omnia replerentur; Glorioſiſſimi Judices diviſionem animorum retulerunt ad Imperatorem, qui voluit, ut ex ſingulis diœceſibus ſeligerentur Epiſcopi, qui novam Definitionem cuderent, & referrent deinde ad Synodum, vel quiſque per ſuum Metropolitam fidem propriam manifeſte exponeret; ſecus celebrandum fore aliud Concilium generale in Occidente. Nova igitur & amplior exarata eſt formula; in qua etiam ſatisfactum eſt Legatorum petitioni; lecta in Synodo, cum omnem dolum abfuiſſe tandem conſtitiſſet, unanimi omnium conſenſu laudata eſt ac ſuſcepta.

Contentio de fidei formula condenda.

XXXIII. Baronius num. CIV. totam hujus contentionis invidiam in *Anatolium* Patriarcham Conſtantinopolitanum trahit, quaſi callide unus auctor fuerit hujus formulæ debilis, *Architectus*, ut loquitur Baronius, *decipula, qua ſimpliciores decipi poſſent, Dioſcori ſui non oblitus.* Hoc vero intelligit ex interlocutione iſta: contendentibus Epiſcopis ſubjecerant Judices: *Dioſcorus dicebat, propter hoc ſe damnaſſe Flavianum, qui duas naturas eſſe aiebat, Definitio autem ex duabus habet naturis.* Reſpondit Anatolius: *Propter fidem non eſt damnatus Dioſcorus, ſed quia excommunicationem fecit Archiepiſcopo Leoni, & tertio vocatus eſt, & non venit & ideo damnatus eſt.* Quæ verba graviſſime reprehendit Baronius, quaſi eam temere ſententiam effutierit dolo malo, & propenſior in dogma Dioſcori. Verum ſi quis ſibi perſuadeat, inquit Andreas Chevillerius V. C. Diſſert. in Synodum Chalcedonenſem,

Anatolius accuſatus quod ſe ſe ſincere non geſſerit.

Digitized by Google

Apoſtolicæ ſedis legatis, vetitaque Actis inrerſeri. Ejuſmodi enim eſſe videbatur, ut etſi Catholica, nec errorem contineret, minime tamen ſatis ſufficiens eſſet ad coarguendas damnandaſque hæreſes Eutychetis. Porro ejuſmodi conſtruendæ decipulæ, qua ſimpliciores decipi poſſent, architectus compertus eſt Anatolius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, adhuc Dioſcori ſui, cujus fuerat Apocriſarius, non oblitus; quippe qui & hac ſexta Seſſione coram adeo numeroſo Patrum conventu, eorum præſentiam minime veritus, adeo temere eam effutire ſententiam non fit veritus, nimirum Dioſcorum non propter fidem damnatum eſſe, ſed ob excommunicationem in Romanum Pontificem temere promulgatum. Quamobrem jure ſanctæ Apoſtolicæ ſedis legati conteſtati in Synodo ſunt, quod niſi ab omnibus rurſum conſentiretur recitatæ ſuperius S. Leonis Papæ epiſtolæ, fore ut relictis omnibus, inde ipſi recederent, atque Synodum œcumenicum in Occidente celebrarent: id etiam & Judices cognitores pariter confirmarunt. Quod autem re vera Dioſcorus eſſet hæreticus Eutychianus, & adverſantem illi doctrinam fidei ſanctus Leo Pontifex conſcripſiſſet; Judices prudenter quidem ita ſunt interlocuti: *Dioſcorus dicebat: Quod ex duabus naturis eſt, ſuſcipio: Sanctiſſimus autem Archiepiſcopus Leo duas dicit eſſe naturas in Chriſto unitas inconfuſe, inconvertibiliter, & indiviſibiliter in unigenito Filio Salvatore noſtro.* Quem

ſequimini, ſanctiſſimum Leonem, aut Dioſcorum? Quidnam Patres hoc dilemmate coarctati dicturi eſſent? num perfidiam probare Dioſcori, quem damnaſſent? minime gentium: ſed omnes una voce ita clamare, etiam adverſarii conclamare: *Ut Leo, ſic credimus*. Sic igitur ex reſponſione ipſorum Judices juſſerunt addi quæ ad deſtructionem Eutychianæ hæreſis a ſancto Leouc in ſua epiſtola poſita erant.

CV. *Leonis Papæ fides recipitur*

Conſcripta itaque eſt fidei definitio, atque Actis inſerta, cujus eſt exordium: *Dominus noſter & Salvator Jeſus Chriſtus, &c.* In Latina autem Suriana editione illud haber erroris, ut quæ ſunt ejuſdem fidei definitionis, ponantur ſub titulo duarum definitionum, ab illis ſcilicet verbis: *Sufficeret quidem ad plenam cognitionem.* Et quæ ſequuntur uſque ad finem, quæ in Græcis exemplaribus ſub una tantum habentur definitione comprehenſa, quibus & Acta ipſa conſentiunt. In qua quidem definitione profeſſionibus trium œcumenicorum Conciliorum, Nicæni, Conſtantinopolitani, & Epheſini, conjuncta leguntur quæ ad damnationem Eutychianæ hæreſis atque Neſtorianæ a ſancto Leone Papa ſunt dicta in epiſtola ad Flavianum. Sic igitur ſcripta atque lecta ipſa ea ſententia legatorum & reliquorum Epiſcoporum & Judicum cognitorum, eadem fidei definitio ab omnibus laudata, & ad perpetuam Catholicæ veritatis memoriam fuit publicis Actis intexta.

PAGIUS ſem, *de formulis fidei ſubſcribendis*, cap. 2. num. XIV. & ſeqq. formulam illam, de qua contentio orta eſt, integram fuiſſe & ſufficientem: qua tandem ratione evincetur decipulam fuiſſe, quaſi ab *Anatolio* furtive appoſitam? Si Notariis Concilii placuiſſet eam Geſtis inſerere, melius dignoſceretur, ſi in ea aliqua fraus lateret, occultata hæreſis, vel mollior in hæreticos cenſeri deberet. Certe ſinceram & orthodoxam fuiſſe, ac confeciſſe hæreſim Eutychianam reclamavit major pars Epiſcoporum, qui a Spiritu Sancto dictatam, & apertam dixerunt. *Reverendiſſimi Epiſcopi clamaverunt*, &c. *Heri Definitio omnibus placuit*, &c. *Spiritus Sanctus Definitionem dictavit. Definitio orthodoxa eſt. Definitio modo ſubſcribatur. Qui non ſubſcribit, hæreticus eſt*, &c. *Definitioni nihil deeſt*, &c. *Definitio habet omnia.* Proximo itaque elapſo die, ſi creditur reclamantibus fere univerſis Epiſcopis toti Synodo placuerit. Sed quod omni exceptione majus videbitur, in eam ipſam formulam conſenſerat *Euſebius Dorylæus*, qui unus eorum fuit, qui majori contentione clamabant, formulam mutandam non eſſe, ſtandum eſſe Definitioni: *Euſebius Reverendiſſimus Epiſcopus Dorylæi dixit, alia Definitio non ſit*, cujus ſententia ſatis eſt ad omnem ſiniſtram ſuſpicionem removendam.

XXXIV. Nihilominus adverſus Definitionem illam jure expoſtulatum fuit: quantum enim ex Judicum interlocutionibus conjicere licet, debilis in eo erat, quod virus hæreſeos Eutychianæ non reſecaretur aliis verbis, quam iſtis: *Confitemur Chriſtum ex duabus eſſe naturis poſt adunationem.* Quæ quidem & ſi ſincere intellecta, ſecundum ſenſum naturalem quo ab Epiſcopis adhibita fuerant, pro ut etiam aliis verbis temperata atque illuſtrata, profligationem continerent hæreſeos: attamen non omnino pugnabant cum locutionibus & tricis hæreticorum. *Dioſcorus* enim, ut obſervarunt Judices, ſponte fatebatur Chriſtum eſſe ex duabus naturis, ſed negabat duas in eo naturas. Quamobrem ea erat poſtulatio Legatorum, ut quædam adderentur ex Epiſtolis Leonis, a quo hæreſis exertis & peremptoriis verbis confixa erat. Suggeſſit ampliſſimus Senatus, ut ad ejus mentem uſurparetur in definitione locutio hæc, *eſſe in Chriſto duas naturas unitas inconfuſe, inconvertibiliter, indiviſibiliter.* Qua de re deliberatores poſtea deputati Epiſcopi in privato Conventu pro alia Definitione addenda celebrato in Oratorio ſanctæ Euphemiæ Martyris cenſuerunt, eam novæ formulæ inferendam. Cui demum aſſenſit univerſa Synodus, cum publice recitata eſt formula illa in generali ſeſſione.

Prior fidei Definitio hæreſim non ſatis jugulabat.

XXXV. Inde anſam quæſiere Eutychiani vellicandi Sacram Synodum, quorum erat objectio apud Leontium lib. de Sect. Act. VI. *Alterum dubium eſt, cur Synodus Definitionem illam repudiarit, qua continebatur verbum iſtud ex duabus Naturis, cum tamen ſanctus ille vir Cyrillus ſurſum deorſum-*

CVI. Quod vero nos præſtitimus in tribus œcumenicis Conciliis, nempe decretum fidei in ipſis editum intexere Annalibus: ut ejuſdem quoque Concilii Chalcedonenſis fidei definitionem recenſere minime prætermittamus, par ratio perſuadet: quæ ex Græcis fontibus in Latinum alveum derivata iſtis verbis habetur.

Definitio Concilii Chalcadonenſis.

Dominus noſter & Salvator Jeſus Chriſtus notitiam fidei diſcipulis ſuis firmans dixit (a)*: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: ut nullus diſſonet a proximo circa dogmata pietatis, ſed ex æqua veritatis oſtendatur prædicatio. Quia vero non deſinit per zizania ſua diabolus* (b) *contra ſemina pietatis inſurgere, & ſemper aliquid novum contra veritatem invenire: propter hoc Dominus (ut conſuevit) providens humano generi, piiſſimum & fideliſſimum ad æmulationem erexit Imperatorem, & undique ſacerdotii Præſides ad ſe convocavit, ut gratia Domini omnium noſtrum Chriſti operante, omnem quidem mendacii a Chriſtianis omnibus peſtilentiam removeret, floribus autem veritatis eos pingueſcere faciat. Quod & perficimus, communi judicio dogmata expellentes erroris: & inenarrabilem Patrum renovavimus fidem, Symbolum trecentorum decem & octo omnibus prædicantes: & eos ut proprios Patres etiam adſcribimus, qui poſtea in magna Conſtantinopoli congregati ſunt centum quinquaginta, & eamdem fidem ipſi quoque confirmaverunt.*

(a) Joan. 14.

Fidei definitio.

(b) Matt. 13.

CVII. Epheſinum, Nicænum, & Conſtant. Symbola confirmantur.

Definimus igitur, ordinem & omnes formulas cuſtodientes quæ de fide ſunt conſtitutæ, & nos ejus Synodi quæ quondam in Epheſo facta, cujus præſides fuerunt beatiſſimæ memoriæ Cæleſtinus Romanorum & Cyrillus Alexandrinorum Antiſtites: Præfulgere quidem rectæ & immaculatæ fidei expoſitionem ſanctorum trecentorum decem & octo Patrum, qui in Nicæa temporibus piæ memoriæ Conſtantini Imperatoris congregati ſunt: Servari autem & ea quæ apud Conſtantinopolim a ſanctiſſimis centum quinquaginta Patribus decreta ſunt ad expellendas quidem omnes germinantes hæreſes; & ad confirmationem ejuſdem Catholicæ & Apoſtolicæ noſtræ fidei Symbolum Nicænum trecentorum decem & octo Patrum: Credimus in unum Deum &c: idem centum quinquaginta ſanctorum Patrum qui Conſtantinopoli congregati ſunt: Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, &c. Uſque ad finem utrumque: quibus mox hæc ſubduntur, quæ in hoc Concilio definita noſcuntur.

CVIII. *Sufficeret quidem ad plenam cognitionem pietatis & confirmationis hoc ſapiens & ſalutare divinæ gratiæ Symbolum. De Patre enim & Filio & Spiritu ſancto perfe-*

PAGIUS

Hanc locutionem ex duabus Naturis admittebant hæretici.

ſumque duabus ex naturis dicat. Hæc Leontii reſponſio: *Ad hoc reſpondemus, non rejectam fuiſſe, propterea quod iſta verba contineret, ex duabus Naturis; hæc enim & nos admittimus, & ipſi Hæſitantes & Eutyches: ſed quod eſſet imperfecta. Nullam enim refutationem dogmatum Eutychii habebat: Sed id ſolum complectebatur, quod communiter utriſque probatur. Tantum vero abeſt ut reſtiterit illis verbis ex duabus Naturis, ut in ſecunda Definitione, ubique refutans Eutychen, nuſquam mentionem fecerit hujus loquendi formula, ex duabus Naturis, quaſi eam admitteret.*

XXXVI. *Locus ſecunda formula reſtituitur.*

Ex his *Leontii* verbis, inſignis Græci textus reſtitutio eruitur peragenda in ſecunda illa formola, quæ extat Act. V. In ea enim hæc verba leguntur: *Unum eumdemque Chriſtum, Filium, Dominum, Unigenitum, ex duabus Naturis (ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως) inconfuſe, immutabiliter, indiviſe, inſeparabiliter agnoſcendum.* Atqui Leontius aperte teſtatur, nuſquam adhibitam fuiſſe in illa fidei Definitione hanc locutionem, *ex duabus Naturis*. Quod firmatur ex Synodo ſexta, in qua, tacito nomine Concilii Chalced. Act. XVIII. in Definitione fidei refertur para illa formulæ ejus, his verbis, *ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως* &c. Si extarent Acta Græca quintæ Synodi, ubi recitata eſt integra Definitio, eadem ibi verba legerentur. In ea enim quæ ſupereſt Latina interpretatione in collatione VI. habetur, *in duabus Naturis inconfuſe incommutabiliter*, &c. Ubi etiam legitur in Synodo Lateranenſi ſub Martino primo, in Secretario IV. Atque ſic legendum in textu Græco, fidem faciunt ejuſdem formulæ Chalcedonenſis Latinæ omnes, & antiquæ interpretationes. Quatuor diverſas exhibet Crabbo; tres habent, *in duabus Naturis inconfuſe*, &c. Una, *in duas Naturas inconfuſe*, &c. Theodorus Patriarcha Hieroſolymitanus, ut videre eſt Actione IV. ſeptimæ Synodi in Synodico ſuo recipit ntramque locutionem, *ex duabus & in duabus Naturis cognoſcendum*. Sed diſerte non dicit, ntramque eſſe Synodi Chalcedonenſis. His adde quæ de eadem locutione habet Baluzius in nova Collect. Concil. pag. 1255. & pag. 1393. & ſeqq.

XXXVII. *Anatolius defenditur.*

Sed, ut ad *Anatolium* redeam, *Leontius*, qui obſervavit in quo illa fidei Definitio peccaret, neutiquam fraudem ſuſpicatus eſt. Quin e contra ipſe *Anatolii* excuſat interlocutionem, de qua poſtea. Nimirum Epiſcopi eam bono animo elaboraverant: ſed ſimplices ut columbæ, cum tamen adverſus hæreticos fuiſſe oportuiſſet aſtutos ut ſerpentes. In eo maxime ſe prodit candidus animus, & doli expers, quod cum quæſiſſent Judices cuinam adhærerent, an *Dioſcoro* dicenti, *τὸ ἐκ duabus Naturis ſuſcipio, τὸ duas Naturas non ſuſcipio*: an Leoni Magno profitenti, in Chriſto duas Naturas inconfuſe, inconvertibiliter, & indiviſibiliter unitas? Reſponderint formulæ auctores, & qui pro ea contendebant Epiſcopi. *Ut Leo ſic credimus. Qui contradicunt Eutychianiſtæ ſunt. Leo recte expoſuit.* Quæ certe reſponſio oſtendit, illos eo animo fuiſſe, ut putarint Definitione damnari Dioſcori & Eutychis dogmata. Locutione vero iſta *ex duabus Naturis*, ſignari ſatis duas in Chriſto naturas ad mentem Leonis. Cæterum ut famæ ac fidei *Aantolii* labes aliqua jure inuri poſſet, ſaltem oportuiſſet formulam ab eo concinnatam. Atque id agebant deputati cum ipſo Epiſcopi, & quidem inter cæteros, illuſtriores & primarii; *πρῶτοι αὐτῶν*, inquit Leontius; revera ſelecti

fectionem docet: Domini humanationem fideliter accipientibus repræſentat. Sed quoniam hi qui veritatis reprobare prædicationem conantur, per proprias hæreſes novas genuerunt: & hi quidem myſterium diſpenſationis Domini, quæ propter nos facta eſt, corrumpere præſumentes & vocem denegantes qua Theotocos de Virgine prædicatur; alii autem confuſionem & mixtionem introducentes, unam naturam eſſe carnis & Divinitatis ſtulte confingentes, & paſſibilem Unigeniti divinam naturam per confuſionem prodigioſe decantes: Propter hoc illis omnem machinationem contra veritatem volens eludere præſens nunc Magna & univerſalis Synodus prædicationem hanc ab initio immobilem docens, decrevit ante omnia fidem integram & intemeratam permanere trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum: & confirmat doctrinam, quæ de ſubſtantia Spiritus ſancti a Patribus centum quinquaginta poſtea congregatis in regia civitate tradita eſt propter illos qui Spiritui ſancto repugnabant; quam illi omnibus notam fecerunt, non quaſi quod aliquid deeſſet antecedentibus inferentes; ſed ſuum de ſancto Spiritu intellectum contra illos qui divinitatem ejus reſpuere tentaverant, Scripturarum teſtimoniis declarantes. Propter illos autem, qui diſpenſationis corrumpere conantur myſterium, & purum hominem eſſe genitum ex ſancta Virgine Maria impudenter delirant, epiſtolas Synodicas beatiſſimi Cyrilli Alexandrinæ Eccleſiæ Præſulis ad Neſtorium & ad Orientales, congrue ſe habentes, ſuſcepit ad convincendas Neſtorii veſanias, & ad interpretationem eorum qui ſalutaris Symboli pio zelo noſſe deſiderant intellectum. Quibus etiam & epiſtolam magnæ & ſenioris urbis Romæ Præſulis beatiſſimi & ſanctiſſimi Archiepiſcopi Leonis Papæ, quæ ſcripta eſt ad ſanctæ memoriæ Epiſcopum Flavianum ad perimenda Eutychetis malam intelligentiam utpote & magni illius Petri confeſſioni congruentem, & communem quandam columnam nobis adverſus prava dogmata exiſtentem, ad confirmationem rectorum dogmatum utique coaptavit.

S. Leonis confirmatur epiſtola.

CIX. *His namque qui in duos Filios diſpenſationis divinæ myſterium diſcerpere nituntur, repugnat: Et illos qui paſſibilem Deitatem Unigeniti auſi ſunt dicere, a ſacro cœtu expellit: Et his qui in duabus naturis Chriſti temperamentum aut confuſionem exquirunt, reſiſtit: Et eos qui cæleſtem, aut alterius alicujus eſſe ſubſtantiæ dicunt quam ex nobis abſumpſit ſervi formam, delirantes, abegit: Et qui duas quidem ante unitionem naturas Domini fabulantur, unam vero poſt unitionem confingunt, condemnat.*

CX. De Chriſti duabus naturis in una perſona.

Sequentes igitur ſanctos Patres, unum eumdemque confiteri Filium, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, conſtanter omnes docemus; eumdem perfectum in Deitate, eumdem perfectum in humanitate, Deum verum, & hominem verum, eumdem ex anima rationali & corpore, conſubſtantialem Patri ſecundum divinitatem, conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem, per omnia nobis ſimilem abſque peccato:

Ante

PAGIUS cti ab *Anatolio*; ſed ex numero illorum eſſe neceſſe erat, qui jam Epiſtolæ Leonis ſubſcripſerant in Provinciis, hoc eſt quorum fides purior erat & ſplendidior: cum quibus, videtur interfuiſſe *Euſebius Dorylæus*. Huic vero ſuſurraſſe *Anatolium*, & ſuaſiſſe formulæ fallaciam æque probabile erit, ac Athanaſium conſpiraſſe tandem cum Arianis. Quanquam non videtur, qui putaſſet *Anatolius* ambigua formula reſarciri poſſe Eutychianam hæreſim, quæ jam ſolemniter proſcripta fuerat votis ſingulorum, dum Actione præcedenti omnes quaſi juraverant in Epiſtolam Leonis, cui ipſemet *Anatolius* & Synodus univerſa ſubſcripſerat.

XXXVIII. *Dioſcorus depoſitus non eſt propter hæreſim.*

Quod vero ait *Anatolius*, propter fidem damnatum non eſſe *Dioſcorum*, reprehenſionem nullam meretur. Vere quidem Eutychianiſta fuit *Dioſcorus* & hæreticus pertinaciſſimus; at cauſa depoſitionis ejus non fuit, ut animadvertit idem Chevillerus, quod hæreſim propugnaſſet; ſed contumacia, violatio canonum, & contemptus legum Eccleſiaſticarum. Legatur ſententia depoſitionis a Legatis Apoſtolicæ ſedis pronunciata Act. III. damnationis ejus ratio alia non affertur, quam quod *Eutychen* a proprio Epiſcopo regulariter damnatum ſuſcepiſſet in communionem ante judicium generalis Synodi; prohibuiſſet apud Epheſum legi Epiſtolam Leonis; in quem etiam auſus eſt, quod præ cæteris piaculum erat longe gravius formulam ſcribere anathematis; denique, quæ eſt ratio fere unica in ſingulorum Epiſcoporum ſuffragiis, quod canonice terque vocatus per deputatos Epiſcopos minime obtemperare voluiſſet.

XXXIX. *Dioſcorus, quia in diſciplinam Eccleſiaſticam peccavit depoſitus.*

Quare peccatum, quo *Dioſcorus* indignationem meruit Synodi, aliud non fuit, quam peccatum in diſciplinam Eccleſiaſticam, non vero peccatum hæreſeos, cujus etſi reus jam deprehenſus fuiſſet, ex relectis Actis Pſeudo-Synodi Epheſinæ; attamen propterea damnari non debebat, niſi prius pertinax convictus; maxime ſecundum regulam clementiæ, quam obſervabat Synodus: quæ non ſolum Epiſcopis plus quam trecentis, qui violentia adducti ſubſcripſerant Latrocinio Epheſino; ſed & ipſiſmet facinoris auctoribus, & qui principatum conventiculi obtinuerant, *Juvenali* Hieroſolymitano, *Thalaſſio* Cæſareæ Cappadociæ, *Euſebio* Ancyræ, *Euſtathio* Berythi indulgentiam impertierat, poſtquam Leonis Epiſtolæ ſubſcripſerunt. Unde cum quæreret *Paſchaſinus*: *quo igitur dignus eſt ita contemnens, veſtra ſanctitas ore proprio faciat manifeſtum?* Reſpondit Synodus: *Indignatione quæ contra inobedientes a Sanctis Regulis conſtituta eſt*, ut legitur Act. III. Concil. Chalced. Eleganter eadem referens de damnatione Dioſcori ad Imperatores, denudari ait, eum Sacerdotio, *ut his ſimilia perpetrare tentantibus diſciplina ferret & ſobrietatis exemplum*, &c. ut habet Epiſtola Synodi Chalced. ad Valent., & Marcian. Act. III.

diſ-

* Patri. *Ante ſæcula quidem Patre * genitum ſecundum Deitatem; in noviſſimis autem diebus eumdem propter nos & propter noſtram ſalutem ex Maria Virgine Dei genitrice ſecundum humanitatem; unum eumdem Chriſtum Filium, Dominum Unigenitum in duabus naturis inconfuſe, immutabiliter, indiviſe, inſeparabiliter agnoſcendum: nuſquam ſublata differentia naturarum propter unitionem, magiſque ſalva proprietate utriuſque naturæ in unum perſonam atque ſubſiſtentiam concurrentis: Non in duas perſonas partitum atque diviſum, ſed unum eumdemque Filium Unigenitum Deum Verbum Dominum Jeſum Chriſtum, ſicut ante Prophetæ de eo, & ipſe nos Jeſus Chriſtus erudivit, & Patrum nobis Symbolum tradidit.*

CXI. *Hic igitur cum omni undique exacta cura & diligentia a nobis diſpoſitis, definivit ſancta & univerſalis Synodus, alteram fidem nulli licere proferre, vel conſcribere, aut componere, aut ſentire, aut alios docere. Eos autem qui audent componere fidem alteram, aut proferre, aut docere, aut tradere alterum Symbolum volentibus ad agnitionem veritatis converti vel ex Gentilitate, vel ex Judæis, vel ex hæreſi quacumque: hos, ſi Epiſcopi fuerint, aut clerici, alienos eſſe Epiſcopos ab Epiſcopatu, & clericos a clero: ſi vero monachi, aut laici fuerint, anathematizari.* Hactenus fidei definitio, quam fauſtis acclamationibus ſancta Synodus proſecuta eſt: finemque habuit ſexta Seſſio.

Septima vero Seſſio habita eſt octavo Kalendas Novembris: die enim ipſa natali ejuſdem, in cujus baſilica agebatur, glorioſiſſimæ virginis & martyris Euphemiæ, atque Callinici martyris, iterum con- CXII. Septima Seſſio.

PAGIUS *diſciplinæ* ſc. quam inſerat, dum ſe ſiſtere Synodo inſolenter recuſavit; ſobrietatis vero, ſeu ut habet alia lectio, *moderationis*, in quam etiam peccarat *Dioſcorus*, dum latraverat adverſus Apoſtolicam Sedem, & auſu temerario dictaverat in Leonem ſententiam excommunicationis. Hæ ſunt cauſæ depoſitionis ejus, hæc ratio damnationis, quam inſinuare voluit *Anatolius* interlocutione ſua; utique mentem Synodi & Geſta in hac cauſa omnium maxime edoctus. Quod ut magis conſtet, legenda depoſitionis ſententia, quam ad eum Synodus miſit.

XL. *Fides Anatolii Nicolao I. & Facundo probata.* Sane mirum eſt, in his verbis carpi *Anatolium*, cum nec Synodus, nec Legati ipſi Apoſtolicæ Sedis quicquam in iis duxerint arguendum. Neque ſuſpecta videri debet Anatolii interlocutio; cum Nicolaus I. Epiſt. VIII. ad Michaelem Imp. eam laudet: *Abſque omni controverſia hoc in eo ulti ſunt, quia cum eſſet inferior, potiorem quibuſlibet conatus eſt inceſſere contumeliis; teſte Anatolio Conſtantinopolitano Præſule, qui dicit, propter fidem non eſt damnatus Dioſcorus, ſed quia excommunicationem fecit Domino Archiepiſcopo Leoni.* Atque in excuſando Anatolio, Duces etiam habemus e Latinis *Facundum*, licet ipſe longe aliam ineat excuſandi viam; e Græcis *Leontium*. Cum enim Neſtoriani paſſim ſanctiſſimæ Synodi labefactare auctoritatem conarentur, rumores ſpargebant, non ita confixam ibi fuiſſe *Eutychis* hæreſim, quin & Epiſcopi eam aperte profitentes admiſſi ſint in communionem: *Quomodo aſſeritis*, inquiunt apud Facundum pro Tribus Capitulis lib. 5. cap. 3. *eam pro damnanda Eutychis atque Dioſcori perfidia congregatam; cum ibi Conſtantinopolitanus Anatolius perfidiam Dioſcori, quæ communis illi cum Eutyche fuerat, approbavit, pronuncians, eum non pro fide damnatum.* Hanc Neſtorianorum dicacitatem ſic retundit Facundus: *De interlocutione Sancti Anatolii, quam ſuper Dioſcori perſona protulit, reſpondimus; quia non ad hæreſis crimen pertinere dicendum eſt, aliqua parte eum Dioſcoro bene ſenſiſſe. Non enim ipſam perfidiam Dioſcori ſanctus Anatolius approbavit; ſed eum potius ab ipſa perfidia fieri voluit excuſatum. Aliud enim eſt ideo hæreticum excuſare, quod Catholicus putetur, & aliud ipſam hæreſim approbare, neque defendere, &c.* Hæc eſt reſponſio Facundi, abfuiſſe omnino Anatolium a dogmate Eutychis, & duntaxat ſua interlocutione immunem ab eo Dioſcorum voluiſſe.

Leontius vero lib. de Sectis Actione VI. diſputans adverſus Eutychianos, quos vocat *Haſitantes*, de interlocutione Anatolii, ait: *Reſpondemus autem, ſi veritatem quis conſideraverit, non propter fidem abdicatum eſſe Dioſcorum, nec illam fuiſſe depoſitionis ejus cauſam, &c. Sed quoniam tempſe tertio vocatus venire recuſavit. Si tamen veniſſet, etiam propter fidem fuiſſet abdicatus. Nihilominus ad iſtu reſpiciens Anatolius dixit, non propter fidem eſſe depoſitum Dioſcorum.* Rem omnino attigit Leontius; Dioſcorus enim cujus depoſitionis cauſa proxima, fuit contemptus Synodicæ auctoritatis, regulariſque vocationis hæreſis, non niſi remota, ut loquuntur Theologi, Eutychiani dogmatis aſſertor erat adeo pertinax, ut ne illud quidem in plena Synodo ejuraſſet. Tunc temporis vero damnationis cauſa proxima fuiſſet hæreſis. Cæterum dubitandum non eſt, quin *Dioſcori* prava fides, cunctis fere manifeſta, etſi cauſa ipſa abdicationis non fuerit; momentum tamen aliquod viſum ſit Epiſcopis, quo citius caſtigarent contumaciam ejus. Præcipue ad id impuliſſe videntur conjecta in eum horrenda crimina, de quibus poſtulatus eſt quatuor libellis Synodo oblatis. Scelera illa erant homicidium, rapinæ, incenſæ domus, exciſæ arbores, blaſphemiæ in S. Trinitatem, adulteria laſcivia cum impudicis mulieribus, præſertim famoſiſſimo ſcorto *Phanſophia*. Effrenis ejus libido eo uſque ſcandalum moverat, ut numeroſus Alexandriæ populus eam carminibus amatoriis decantaret, quemadmodum legitur in libello Iſchyrionis Diaconi. Iſta ſunt de quibus dicendum erat *Dioſcoro* coram Synodo præſentibus accuſatoribus, niſi contumacia ſua & judicium & ſcelerum evictionem eluſiſſet. Scio Natalem Alexandrum in parte ſecunda ſæculi V. Diſſert. XIII. alioſque multos exiſtimare *Dioſcorum* in Synodo Chalcedonenſi damnari præcipue, quod hæreticus fuerit, quod Sanctum Leonem excommunicare auſus ſit, & quod morem Concilio non geſſeſit. Verum contraria ſententia, quam cum Chevillero defendimus, melioribus fundamentis nobis innixa videtur. XLI. *Anatolium defendit Leontius.*

A num. CXII. ad CXV. Actio VI. quæ juxta Baronium ſeptima eſt, peracta *VIII. Kalend. Novemb.* Marcianus Concilio adfuit, ſermonemque ad Synodum habuit, a Baronio recitatum. Quod XLII.

Digitized by Google

convenere Patres, & ob diei celebritatem præſto fuit Marcianus Imperator, ſimulque Pulcheria Auguſta una cum magiſtratibus ſolitis intereſſe Comitiis. Ubi idem Marcianus Imperator concionatus in Synodo, Latine primum, ac ſubinde Græco ſermone peroravit. Ita quidem decebat, more majorum, ob Romani Imperii dignitatem Romana primum lingua loqui, ut primo Annalium tomo ſuſius dictum eſt. Ipſam autem orationem, quod haud prolixa ſit, hic deſcribendam putavimus: ſic enim ſe habet (a):

(a) Conc. Chalcedon. Act. 1.

CXIII. Concio Marciani ad Synodum.

Ubi primum divino judicio ad Imperium ſumus electi, inter tantas neceſſitates Reipublicæ nulla nos magis cauſa conſtrinxit, quam ut Orthodoxa & vera fides Chriſtiana, quæ ſancta atque pura eſt, indubitata omnium animis inſideret. Conſtat autem avaritia, vel ſtudiis per media tempora, nonnullis diverſa ſentientibus, & pro voluntate ſua non prout veritas atque doctrina Patrum poſtulat, populos ſeducentibus, in errorem quamplurimos eſſe deductos. Qua de re ſanctam Synodum hoc videlicet propoſito fieri ſtuduimus, & vobis laborem induxiſſe videmur, quatenus omni errore atque caligine deterſa, prout ſe Divinitas hominibus manifeſtare voluit, & doctrina Patrum oſtendit, religio noſtra, quæ pura atque ſancta eſt, univerſorum mentibus inſinuata, ſuæ veritatis luce fulgeſcat: Nec in poſterum quiſquam audeat de nativitate Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti aliter diſputare, quam Apoſtolica prædicatio & inſtituta trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum eidem convenientia poſteritati tradidiſſe noſcuntur; ſicut etiam S. Leonis Papæ urbis Romæ, qui ſedem Apoſtolicam gubernat, miſſa ad ſanctæ memoriæ Flavianum Conſtantinopolitanæ urbis Epiſcopum ſcripta teſtantur. Remotis itaque ſtudiis, ablatis patrociniis, ceſſante avaritia, cunctis veritas innoteſcat.

Nos ad fidem corroborandam, non ad potentiam aliquam exercendam, exempla CXIV.
religioſi Principis Conſtantini, Synodo intereſſe voluimus, ne vel ulterius populi pravis perſuaſionibus ſeparentur. Facile enim ſimplicitas quorumdam hactenus nonnullorum ingeniis atque ſuperflua verboſitate decepta eſt: & conſtat diverſorum pravis inſinuationibus diſſenſiones & hæreſes natas. Studium autem noſtrum eſt, ut omnis populus per veram, & ſanctam doctrinam unum ſentiens, in eamdem religionem redeat, & veram fidem Catholicam colat, quam ſecundum inſtitutionem Patrum exponere, concordantibus æque animis religio veſtra feſtinet: quatenus ſicut a Nicæna Synodo uſque ad proximum tempus, erroribus amputatis, vera fides cunctis innotuit; ita & nunc per hanc Synodum remotis caliginibus, quæ in iis paucis annis (ſicut ſuperius dictum eſt) pravitate atque avaritia quorumdam emerſiſſe videntur, perpetuo quæ ſtatuta ſunt, conſerventur. Erit enim divinæ majeſtatis, id quod ſancto animo fieri deſideramus, in æternum firmiter cuſtodire.
Hucuſque Marcianus, quem Patres immenſis laudibus ſunt proſecuti. Græce deinde in eumdem ferme modum oravit, & rurſum fauſtæ acclamationes ingeminatæ, ipſum novum Conſtantinum, Pulcheriam vero novam Helenam nominantes

tes

PAGIUS

Actio VII. habita non eſt die natali Sanctæ Euphemiæ.

Quod ſit Baronius, Seſſionem habitam *Die ipſo natali Sanctæ Martyris Euphemiæ atque Callinici Martyris*, hauſtum eſt ex prava tranſlatione Græci textus Chalcedonenſium Actorum, ut ea aliqui interpretati ſunt. Nam tam in aliis verſionibus & codicibus Latinis, quam in ipſo Græco legitur, ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ τῆς ἁγίας καὶ καλλινίκου μάρτυρος Εὐφημίας, id eſt *in ſanctiſſima Eccleſia ſanctæ victricis Euphemiæ*. Quare, ut recte obſervat Queſnellus in Addendis ad Tom. I. Operum S. Leonis, interpres ille epithetum Euphemiæ, pro Callinico Martyre perperam ſumpſit non ſolum contra textum Græcum, & omnes alias Latinas verſiones; ſed etiam contra Græcorum Menologium & Martyrologium Latinum, in quibus *Callinicus* ad diem XXIX. Julii adſcribitur. Præterea quod habet Baronius ex eadem verſione, Baſilicam ſanctæ Euphemiæ *Callinico* pariter fuiſſe dicatam, nullus Auctor huc uſque prodidit, nec ipſe Evagrius, qui lib. 2. cap. 3. *Euphemiæ* Baſilicam fuſe deſcribit, ideoque illa verſio prorſus depravata.

XLIII. Locus, in quo tractatur fidei habitus.

Cæterum Valeſius in Notis ad lib. 2. Evagrii cap. 18. quo continetur compendium Actorum Concilii Chalced. & in quo Evagrius dicit: *Et cum Judices dixiſſent, addendum eſſe in Definitione fidei duas naturas in Chriſto unitas, inconvertibiles; rogati ſunt ab Epiſcopis, ut intrarent in oratorium Sanctæ Martyris Euphemiæ. Et cum intraſſent Judices in ſupra dictum oratorium una cum Anatolio & Vicariis Leonis, &c. et paulo poſt egreſſi illinc eſſent lecta eſt Definitio fidei.* Valeſius, inquam, putat Synodum quidem congregatam eſſe in templo, ſive in Eccleſia ſanctæ Euphemiæ; tractatum autem de fide in oratorio ejuſdem Eccleſiæ, quemadmodum juſſerat Imperator in Allocutione ſua, quæ recitata eſt in Concilio ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγιωτάτου μαρτυρίου, id eſt, *in oratorio Sanctiſſimæ Eccleſiæ*. Martyrium autem, inquit Valeſius, pro Eccleſia ſumitur, ut patet ex Actione III. Concil. Chalced. ubi Epiſcopi conveniſſe dicuntur in Martyrio ſanctiſſimæ & victricis Martyris Euphemiæ. In reliquis autem Actionibus conveniſſe dicuntur in Eccleſia ejuſdem Martyris. Conſtabat Eccleſia S. *Euphemiæ* tribus maximis ædificiis, quorum primum erat, Atrium, ſecundum, Baſilica, tertium, Altare in teſtudinis formam ædificatum, ut docet Evagrius in principio lib. 2. Oratorium igitur idem eſt, quod altare, quod nos hodie *Chorum* vocamus. Ita Valeſius. Verum Ducangius in Gloſſario, in voce *Oratorium* recte notat, aliud fuiſſe Βῆμα, ſeu Bema ac altare apud Græcos, aliud ναός, vel chorus: *Sacrum omne templum trifariam conſi-*

de-

tes. Dum autem eadem oratione Imperator ex avaritia ejuſmodi prodiiſſe hæreſim pluſquam ſemel inculcat, ſane quidem ad perditiſſimum Chryſaphium viſus eſt habuiſſe reſpectum; cum ille non accepta a Flaviano quam ſperabat pecunia, adverſus ipſum inſurgens, partes Eutychetis ſuſcepit; nec ceſſavit, quouſque eum per Dioſcorum e ſede depoſuit & occidit: ſed hæc ſuperius.

CXV. Lecta poſt hæc fuit definitio fidei in ſuperiori Seſſione conſcripta, cui & Epiſcopi omnes ſubſcripſerunt. Dictumque poſt iteratas acclamationes anathema Neſtorio, Eutycheti, atque Dioſcoro. Approbataque eadem fidei definitione, has Imperator pro cuſtodia ipſius, vivæ vocis oraculo, adverſus diſputantes, vel turbas, & tumultum concitantes, pœnas appoſuit (a):

(a) Conc. Chalced. Act. 6.

CXVI. *Pia & Catholica fide a ſancta & univerſali Synodo ſecundum Patrum expoſitionem declarata, juſtum ſimul & expediens noſtra tranquillitas approbavit, omnem de cætero contentionis occaſionem de ſanctæ fidei religione penitus amputari. Si quis igitur idiota*, vel militaris, ſeu clericus publice de fide turbam congregans, ſub obtentu diſputationis tumultum fecerit: ſciat, quia ſi quidem idiota ſit, ab urbe regia expelletur; militaris vero & clericus gradus ſui periculum ſuſtinebit, & aliis pœnis ſubjacebit.* Secutæ hæc etiam ſunt fauſtæ Synodi acclamationes. Cum autem rurſus Imperatori eſſet in animo alia quædam Chriſtianæ religioni proficua ſancire, abſtinuit ipſe: ſed eadem ut a Patribus ſancirentur, modeſtiſſima hujuſmodi facta rogatione, ſubjecit: *Quædam capitula, quæ ad honorem veſtræ reverentiæ vobis reſervavimus, decorum eſſe judicantes a vobis hæc regulariter potius formari per Synodum, quam noſtra lege ſanciri.* Hæc ipſe.

*Paganus.

Petitiones Marciani Imp.

CXVII. De monachis quæ ſtatui petiit Imperator. Fuit quidem primum capitulum omni acceptatione digniſſimum, quo ad tollendos pſeudomonachos, quorum cauſa adeo peſtilens hæreſis morbus Dei Eccleſiam infeſtarat, decerni petiit, non poſſe a monachis abſque Epiſcoporum conſenſu monaſteria ædificari; eoſdemque in omnibus eſſe ſubjectos Epiſcopis; neve adſciſcant in monaſterium adſcriptitios ſervos abſque ſuorum dominorum voluntate; ipſoſque quod in monaſterio eſſent, peragere quod monachorum eſt, nempe vacare jejuniis & orationibus, neque immiſcere ſe negotiis Eccleſiaſticis, vel Reipublicæ; & aliis importunos exiſtere. Ob inſolentiam enim Eutychianorum monachorum ſeſe in aulas obtrudentium, & turbas ubique concitantium, hæc ſancienda a ſancta Synodo Imperator expetiit.

Addidit etiam, ut ſimul vetaretur, ne quis alienum clericum ſuſciperet: & hæc quidem ad cohibendam avaritiam & inconſtantiam clericorum, extra ſuas Eccleſias in quibus eſſent ordinati, vagantium. Ad poſtremum vero idem Marcianus Imperator propoſuit, ut Chalcedonenſis civitas ad honorem ſanctæ martyris Euphemiæ, Metropolis conſequeretur nomine tenus dignitatem, abſque tamen præjudicio civitatis Nicomedienſis: cui Patres annuerunt: Petenteſque dimitti; adhuc tres vel quatuor dies expectare Imperator eos rogavit. Sicque præſentis diei Actio finem accepit, in qua (quod inprimis exigebatur) ipſa fidei definitio promulgata fuit, atque omnium ſubſcriptione roborata. CXVIII. De Clericis quid decerni petierit.

Hic autem adiicienda putamus quæ apud aliquot Græcos auctores leguntur de eadem fidei definitione divinitus per ſanctam martyrem Euphemiam confirmata. Sed quod diverſo modo ab ejus ſcriptoribus ſingulis res tanta narretur, quiſnam eorum magis ſcopum veritatis attigerit, eſt quam exactiſſime diſquirendum. Apud Conſtantinum Epiſcopum in oratione quam habuit de inventione ſacrarum reliquiarum S. Euphemiæ, hæc narrantur (b): *Quando Chriſti gratia, quarta quæ fuit Chalcedone Synodus tempore beatæ memoriæ Marciani, qui pie & ſancte imperavit, congregata, cum adverſus Dioſcorum Papam Alexandrinum conveniſſet, & jam hæreticos anathematizaſſet, & Orthodoxæ fidei Symbolum confirmaſſet, & decretum expoſuiſſet, columnam* CXIX. Miraculum de confirmatione fidei.

(b) Apud Metaphr. die 11. Julii.

PAGIUS *deratur, Pronao, Nao, & Bemate*, inquit Symeon Theſſalonicenſis de Templo. Locus templi Sanctiſſimus, & in quo Sacra myſteria peraguntur, communi ac magis recepto apud Græcos vocabulo *Bema* nuncupatur, nempe locus ille, qui cancellis a *Nao* diſparatur, & a Latinis *Presbyterium* dicitur. In conſtitutione Imp. Theodoſii & Valentiniani *de his qui ad Eccleſiam confugiunt*, Altare ab Oratorio diſerte diſtinguitur: *Pateant ſummi Dei templa timentibus; nec ſola altaria, & Oratorium templi circumjectum: qui Eccleſias quadripertito intrinſecus parietum ſepta concludit, ad tuitionem confugientium ſancimus eſſe propoſita, ſed uſque ad extremas fores Eccleſiæ, quas oratum geſtiens populus primas ingreditur, confugientibus aram ſalutis eſſe præcipimus:* Legendus idem Ducangius in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 3. n. XLIX.

XLIV. Aliqui Epiſcopi Africani Concilio interfuere. Aliqui Epiſcopi Africani, ex iis qui ſub Valentiniani ditione remanſerant, Concilio Chalcedonenſi adfuere; ex quibus duo *Valerianus Baſſianenſis* & *Baſſianus Afrus* Actioni XVI. ſubſcripſere. Et Actione VI. memorantur *Aurelius Epiſcopus Adrumetinus*, & *Ruſticianus Epiſcopus Africanus*. Quare in ea Africæ parte Chriſtiani paululum reſpirabant; ſed qui Genſerici ſubjacebant imperio, extrema quæque patiebantur: *Terret præceptis feralibus*, inquit Vi-

nam Orthodoxæ fidei: dubitantibus iis qui erant ex parte contraria, bono capto conſilio, dixerunt: Age, benedictæ Euphemiæ arcam aperientes, in ejus quæ ſunt in carne, & ſunt mirabilium operum effectrices, reliquiis, librum ponamus; ut per eam nunc quoque virtutum Dominus faciat miraculum, & per ejus preces nobis aperiat, an ex ejus voluntate editum ſit hoc fidei, decretum. Cum hæc ergo feciſſent: ſimulatque appropinquavis chartu pretioſis ejus reliquiis, aliquid mirabile & magnum fecit Dominus opifex miraculorum. Nam cum martyris mortuam & inanimatam manum animaſſet, eam extendit. Cum autem chartam manu accepiſſet benedicta Chriſti martyr, & eam eſſet amplexa, piæ rurſus reddidit fidei decretum miniſtris rectæ fidei. Hoc cum omnes eſſent admirati, & ſtupore eſſent repleti, laudaverant Dominum omnipotentem. Et ſic in perfectione rectæ fidei ſtabiliti confirmaverunt ſanctum & œcumenicum quartum Synodum per revelationem quæ facta eſt a benedicta Euphemia. Hactenus narratio Conſtantini.

CXX. (a) Zonar. Annal. to. 3. Anatolius miraculo quærit confirmationem fidei.

Sed apud Zonaram (*a*) res aliter recenſetur in hunc ferme modum: *Cum autem Eutychetis & Dioſcori ſectatores, qui in urbe verſabantur, decreta Concilii ſubſannarent, ejuſque auctoritatem non veritate ſed potentia Imperatoris niti dicerent, & pravitatem ſententiæ ſuæ ſtabilire conarentur: Anatolius Patriarcha, & ſuffraganeis ſuis, & adverſariis convocatis, ad hos ita loquitur: Quoniam ſententiam veſtram adhuc mordicus tenetis, neque vos perperam ſentire creditis, ſed nos accuſatis quaſi Neſtorii dogma approbemus, cum duas naturas in Salvatore prædicemus, utraque citra confuſionem proprietatem ſuam retinente: iſtius controverſiæ dubitatio, ſi placet, Deo permittatur. Scribatur igitur veſtra de fide ſententia in uno libello, & noſtra in altero: atque ambo in loculo glorioſæ martyris Euphemiæ collocentur; & hujus judicium eſto, utri recte an perperam ſentiant. Hæc cum hæreticis etiam placuiſſent; libelli ſcripti, remoto lapide qui loculum claudebat, pectori martyris apponuntur, & lapis in ſuum locum repoſitus ab utraque parte ſignatur. Dehinc ſupplicationes fiunt & preces ad Deum pervigiles, ut demonſtret, utra ſententia ei cordi ſit, & quæ rejicienda videatur. Poſt triduum conveniunt, Imperatore etiam præſente. Aperto loculo (o rem mirabilem!) libellus hæreticorum ad pedes martyris invenitur; alter in manu ejus dextera, quam extendiſſe fertur ad Imperatorem, & Patriarcham, ac libellum eis porrexiſſe. Itaque recte ſententiæ aſſertores plaudere, adverſarii vero demiſſis vultibus & præ pudore caligantibus, abire quidam etiam verum ſententiam amplecti:* Hactenus Zonaras.

Nicephorus autem hæc ipſa referens, (*b*) id factum a Patribus qui ad Synodum convenerunt, affirmat: reliqua vero per omnia Zonaræ conſentientia habet. Sed quænam horum trium Græcorum auctorum ſit reiicienda vel probanda narratio, videamus. Quod ad Conſtantinum ſpectat, haud probatur aſſertio de hæreticis ea de cauſa ad fidem Catholicam redeuntibus: cum præſertim nec eſſe ſoleat illorum hæreticæ pertinaciæ, de his quæ aſſerunt dubitare, & a Deo quoquo modo auxilium quærere. Sed & cum tempore Synodi id factum referat, ex ipſis Actis tunc exacte conſcriptis mendacii arguitur auctor: haud enim res tanta ſilentio ſepulta prorſus relicta eſſet: cum alioqui ipſa Acta declarent, hæreticos Eutychianos, qui ſemel adverſari cœperunt, in eodem errore obſtinatiſſime permanſiſſe. CXXI. (b) Niceph. lib. 15. c. 5.

Sic itaque nec recipiendum penitus quod aſſeritur a Nicephoro, id factum a Patribus in ipſo Chalcedonenſi Concilio: longe longius enim abeſt, ut Patres in ſacris œcumenicis Conciliis ex miraculis quæſierint dogmatum veritatem, quam ex divinis in primis Scripturis, & antiquis Eccleſiæ traditionibus, ac demum ex ſanctorum Patrum aſſertionibus quærere, proponere, affirmare, atque ſtabilire conſueverunt; ut plane inſulſum & omnino commentitium eſſe appareat, quæſiſſe tunc Patres per ejuſmodi miraculum veritatem. Sed ſi id (ut vult) conſulta Synodo factum eſt: cur res tanta ſcriptis mandari prætermiſſa eſt, atque inſeri actis publicis? Evaneſcit igitur omni ex parte commentum, ut ex Patrum conſenſu, immo iiſdem fuerit auctoribus factum ejuſmodi experimentum. CXXII. Nulla Synodus quæſivit in fide miracula.

Quod reliquum eſt, aſſertio Zonaræ examinanda venit, qua ponitur id poſt Synodum factum, dum in urbe Conſtantinopolitana tumultuarentur Eutychiani: cum ad ſedandas ejuſmodi turbas, quibus populus potuiſſet perfacile commoveri, Anatolius magna fiducia illud conſilii injerit, ut edito miraculo & populus in officio contineretur, & hæreticorum cohiberetur audacia. Habet Zonaras Glicam (*c*) adſtipulatorem, qui id factum poſt Synodum Chalcedonenſem, tumultuantibus rurſus Epiſcopis quibuſdam & monachis, ab Anatolio tradit quadam ferme ne- CXXIII. (c) Glic. Annal. par. 3.

PAGIUS Victor Vitenſis cap. 3. *ut in medio Vandalorum noſtri nullatenus reſpirarent, neque uſquam orandi aut immolandi concederetur gementibus locus;* &c. *nam & diverſa calumnia non deerant quotidie, etiam illis Sacerdotibus, qui in his regionibus verſabantur, qui Regis Palatio tributa pendebant.* Quæ fuſe proſequitur Victor Vitenſis.

neceſſitate compulſo hocipſum inire conſilium. Quibus quidem auctoribus haud penitus refragamur, cum alia plura non deſint exempla ſuis locis inferius recenſenda, quibus probatum redditur, ſæpe a ſanctis viris altercationes inſuperabiles cum hæreticis obſtinatiſſimis ſemel ſuſceptas ejuſmodi miraculorum virtute eſſe extinctas, & titubantem populum confirmatum, idque privato divini Spiritus factum inſtinctu: cum tamen ad veritatem confirmandam, firmiorem eſſe Propheticum ſermonem, ipſam nimirum divinam ſcripturam, S. Petri Apoſtoli (a) teſtificatione habeatur expreſſum. Sed jam ad octavam Synodi Seſſionem tranſeamus.

Miraculis ſæpe fides firmata.

(a) 2. Pet. 1.

CXXIV. *Octava Seſſio.* Ad ſeptimum Kal. Novemb. itidem ad Synodum convenere Patres ad diverſarum Eccleſiarum controverſias dirimendas. Tres enim ſub hac una Seſſione reperiuntur habitæ Actiones: Quarum prima compoſita eſt controverſia inter Epiſcopos Antiochenum & Hieroſolymitanum: judicataque cauſa, datæ ſunt ſedi Antiochænæ duæ Phœniciæ atque Arabia, Hieroſolymitano vero Epiſcopo adjudicatæ ſunt tres Palæſtinæ. Ex quibus jam perſpicuo apparet, jus Metropolis Palæſtinæ, quod erat Cæſarienſis Eccleſiæ, in Hieroſolymitanam Eccleſiam eſſe tranſlatum. Secunda vero Actione de Theodoreto Cyri Epiſcopo actum eſt. Hic enim a Dioſcoro in conventiculo Ephesino depoſitus, & tamquam ſi Neſtorianus eſſet, exulare coactus, diu multumque conqueſtus tum apud Romanum Pontificem, tum etiam Orientis Epiſcopos, & magiſtratus Orientalis Imperii, ſe vere eſſe Catholicum, crebrioribus (ut vidimus) litteris ſignificavit: cum tamen adhuc apud

De Theodoreto Cyri Epiſcopo.

PAGIUS

XLV. *Theodoretus de Neſtorianiſmo accuſatus.* Ad num. CXXIV. & ſeq. Cauſa *Theodoreti* in Actione VIII. agitata, qui propter conflictationem cum *Cyrillo*, cujus XII. Capitula nunquam admittere voluerat, & amicitiam cum *Neſtorio*, quem injuſte depoſitum fuiſſe, & ſæpius dixerat, ſæpiuſque ſcripſerat, vix ac nec vix quidem audire poterat Catholicus. Præterea quia Eutychiani dogmatis hoſtis erat acerrimus, dolo *Eutychis* ac *Dioſcori*, labe Neſtoriana infamatus fuit, quamvis hæreſim illam pace celebri Orientalium cum Cyrillo & variis lucubrationibus dudum ſatis eluiſſet. Ea Neſtoriani erroris labe aſpergere ſolebant Eutychiani, quicumque novitati refragabantur. Hæc eſt enim calliditas omnium fere Novatorum, ut qui cum ipſis non deſipiunt, ſtatim præcipites ire dicant in dogma aliquod pravum & hæreſim manifeſtam: quaſi media aliqua non ſit, & ſana doctrina. Id Auctor Breviculi exprobrat Eutychianis: *Damnatus Euſebius* (Doryläi) *tanquam Neſtorianus, qui ante dum erat Laicus Neſtorii fuerat accuſator. Ita enim ubi volunt iſti Eutychianiſta inter ſe eſſe atque Neſtorium, ut quicumque apud eos Eutychianiſta non fuerit, Neſtorianus prorſus habeatur.* Eo igitur nomine in conventiculo Epheſino *Theodoretum* Epiſcopatu ſpoliarunt Catholici ſimul & hæretici abſentem & inauditum. In fraudem ac dolum hæreticorum reclamavit ſtatim *Theodoretus*, & ſtructas in ſe ab Eutychianis calumnias propalavit, ſcriptis ad plures Epiſtolis, editis Profeſſionibus fidei: præcipue vero conqueſtus eſt apud *Leonem* Romanum Pontificem, qui & ei reſtituit Epiſcopatum.

XLVI. *Adfuit tantum Synodo ut accuſator Dioſcori.* Synodo generali Chalcedone congregata, libellos ſupplices obtulit, alterum Imperatori, alterum Legatis ſummi Pontificis, fidei Orthodoxæ declaratorios. Quamobrem juſſit Imperator, ut adeſſet Synodo. Ingrediente eo Sacrum Conventum ſciſſio facta eſt Epiſcoporum. *Dioſcorus* & Ægyptii, qui ſoli turbarum auctores erant *Theodoreto* nimirum implacati hoſtes ob rixam ejus cum *Cyrillo* ſuo, quibus dederunt ſe Illyriciani & Palæſtini poſtulabant ejici tanquam Magiſtrum *Neſtorii*, & in Synodo univerſali jam damnatum. Tantus excitatus eſt tumultus, ut neceſſe fuerit interponi Judicum auctoritatem, & pacari animos interlocutione & ratione ampliſſimi Senatus; Romanum Pontificem reſtituiſſe Epiſcopatum *Theodoreto*, ſanxiſſe etiam Imperatorem, ut Synodo adeſſet; Cæterum non tenere locum in Synodo, niſi accuſatoris in Dioſcorum, nec præjudicio eſſe Sedem ejus; ſed reſervari cauſam paulo poſt a Synodo diſcutiendam. Hæc Actione prima.

XLVII. *Labores Theodoreti pro fide amplificanda.* Actione octava inquiſitio in eum facta eſt. Quia ex tumultu Actionis primæ didicerat Synodus hoc unum ab Ægyptiis objici *Theodoreto*, quod Neſtorianus eſſet, interpellavit, ut anathematizaret *Neſtorium*. Rogavit Theodoretus, ut legerentur libelli ſupplices Imperatori & Legatis oblati; quibus manifeſtabat fidem ſuam. *Reverendiſſimi Epiſcopi clamaverunt: nihil relegi volumus, modo anathematiza Neſtorium.* Certe durus ſermo, acerbaque repulſa in Epiſcopum veneranda canitie, meritis gravem: Epiſcopum viginti octo annorum ſtati laboris, qui vicos octo ſanaverat ab hæreſi Marcionis, alterum eripuerat Eunomeanis, alterum Arianis; qui octingentas Cyrenſis Epiſcopatus Parœcias depravatas erroribus omnium Novatorum gregem univerſum ſervaverat ab ore luporum, ita ut ne lolium quidem unum fupereſſet, ut ipſe ait; Epiſcopum adeo celebrem toto Oriente, ut nuncuparetur vulgo totius Orbis Lumen, ut legitur Epiſtol. CXXV. Joannis Germaniciæ in Append. Tom. IV. Gentilibus, Judæis, hæreticis omnibus Doctrina formidabilem, quos triginta quinque libris quaſi actis totidem triumphis proſtraverat, ad quem a pulpito dicentem Antiochiæ auditorum myriades confluebant, acclamantibus etiam Preſbyteris ipſis & Epiſcopis, & ab oratione amplexantibus ac deoſculantibus & caput, & pectus, & manus, & genua, Epiſcopum denique etiam vita & moribus illuſtrem, qui ſponte paupertatem amplexus fortunas omnes hæreditatemque paternam erogaverat; qui ab Epiſcopatu tot annis geſto nihil acquiſierat, nihil poſſidebat, neque domum, neque agrum, neque obolum, neque ſepulcrum, præter panniculos paucos, quibus operiebatur, ut ipſemet dicit Epiſtola CXIII. Durus, inquam, ſermo. Sed quæſtio movebatur de fide ejus.

XLVIII. *Cogitur anathema in Neſtorium dicere.* Theodoretus ſenex venerandus ſenis more dicebat, non uno aut altero verbo, ſed per circuitus & præfationes; cum ſermonem abrumpunt Epiſcopi; *Clare dic anathema Neſtorio, & dogmatibus ejus.* Inchoante eo ſeriem calumniarum & innocentiæ ſuæ probationem rurſus obturbant Epiſcopi; *Dic aperte anathema Neſtorio*

pud nonnullos, qui noſſent eum aliquando ſecutum eſſe Neſtorium, fidem minime inveniret, eo quod ipſum infenſiſſimum hoſtem, nec defenſorem tantum Neſtorii, ſed fortiſſimum impugnatorem ſcriptorum S. Cyrilli Alexandrini Epiſcopi, Concilium Oecumenicum Epheſinum eſſet expertum.

CXXV. Quamobrem cum in hac Seſſione de eo agi cœptum, una ferme omnium Orientalium Epiſcoporum voce conclamatum eſt, ipſum Theodoretum ante omnia debere dicere anathema Neſtorio; cum tamen ipſe libere profiteretur ſe eſſe Catholicum ejuſdemque Neſtorii adverſarium. Sed & urgentibus illis, quod antea ſæpe fecerat, ingenue iterum præſtitit: quo facto omnium Epiſcoporum conciliavit ſibi gratiam, omniumque ſententia in priſtinam ſedem eſt reſtitutus, probantibus omnibus Leonis Papæ ſententiam, a quo fuerat in communionem ſuſceptus. At licet tum Sanctus Leo Romanus Pontifex, tum ipſa Synodus univerſalis eumdem Theodoretum Neſtorium anathematizantem ſuſcepiſſent; tamen poſt ejus obitum: per multos annos, cum Eutychiani auſi eſſent infringere de Theodoreto judicium Synodi; Vigilius Papa, quod par erat, ſuis ſcriptis (ut ſuo loco dicetur inferius) Synodi ſententiam confirmavit. Iſta quidem Theodoretus præſagiens, bene ſibi conſuluit, dum compluribus epiſtolis ſuis ad diverſos conſcriptis fidem Catholicam adverſus Neſtorianam hæreſim crebro profeſſus eſt, ne apud quempiam de ſe dubitandi reliqua remaneret occaſio.

Eadem die, nempe ſeptimo Kalendas Septembris, octavæ (ut diximus) Seſſionis celebrata eſt Actio tertia, in qua de Iba Epiſcopo Edeſſeno actum. Hic licet fuiſſet iam ante duobus judiciis abſolutus, in Epheſino tamen conventiculo a Dioſcoro condemnatus eſt. Quomodo autem in hac Actione, præteritis de eo judiciis exacte percognitis, a Patribus fuerit abſolutus, ſed & quonam pacto poſtea invidiam paſſus ſit, pluribus diximus, ubi egimus de Concilio Berythenſi. De Nonno autem Epiſcopo in locum Ibæ ſubrogato, a Synodo autem ab indebite uſurpato loco depoſito, actum eſt, ut Maximus Antiochenus Epiſcopus de eo curam gereret. Porro conſtat Nonnum poſt obitum Ibæ redditum Eccleſiæ Edeſſenæ ſucceſſorem Epiſcopum: etenim in litteris Syriæ Epiſcoporum datis tempore Leonis Imp. Nonnus Edeſſæ Epiſcopus reperitur eſſe ſubſcriptus. Sic igitur hac una Seſſione octava, una die habita, tres fuerunt Actiones abſolutæ: cui veritati conſentit etiam Liberatus Diaconus, licet eas ponat ſub ſeptimo Secretario, cum ta-

CXXVI. *De cauſa Ibæ Epiſc. Edeſſæ.*

PAGIUS *rio*. Hic humani aliquid paſſus Vir gravis paululum commotus fuit, id mordicus tenens, prius fidem ſibi declarandam, quam anathematizandum Neſtorium; *Ego*, inquit, *Niſi expoſuero quomodo credo, non dico*. Moras & tergiverſationem indignabunda non tulit Synodus: *Et cum diceret, Reverendiſſimi Epiſcopi clamaverunt, iſte hæreticus eſt; iſte Neſtorianus eſt. Hæreticum foras mitte*. His quaſi ſubito tonitrui fragore attonitus Theodoretus, ſine mora verbo dixit anathema Neſtorio, & dogmatibus ejus, & ſtatim feſtivis omnium acclamationibus exceptus eſt.

XLIX. *Ad quod cum S. Cyrillus non egerat.* Ex his optime concluſit Leontius de Sectis Act. VI. *Atqui Synodus id fecit; quod Sanctus ille Cyrillus non fecit. Quippe Theodoretum in omnium præſentia coegit ore ſuo Neſtorium anathematizare*. Hæc verba Leontii maxime notanda, *Synodus coegit anathematizare:* ne quis ſuſpicetur interlocutiones illas quibus tantopere premebatur Theodoretus Concilii non eſſe; ſed aliquorum duntaxat Epiſcoporum Ægypti impenſe Theodoreto infenſorum. Sed ne dubium ullum ſuperſit, quamvis id ſola conſtet lectione Actionis Synodalis, etiam Veterum ſuffragantur teſtimonia Græcorum & Latinorum *Innocentius* Maroniæ Epiſcopus, qui Acta ſcripſit Collationis Catholicorum, cum Severianis, habitæ Conſtantinopoli anno DXXXII. ut eo anno videre eſt apud Baronium num. LIV. tempore Juſtiniani Imp. in Conventu ſecundæ diei Catholicos inducit Severianis ita reſpondentes de *Theodoreti & Iba* cauſa, acta in Chalcedonenſi Synodo: *Chalcedonenſe ergo Concilium circa Ibam & Theodoretum diſtrictius agit, quam B. Cyrillus. Beatus enim Cyrillus contemptus fuit in conſenſu damnationis Neſtorii, & ordinatione B. Maximiani, qui pro illo in hac civitate Epiſcopus factus eſt. Chalcedonenſe autem ſanctum Concilium niſi ſub præſentia ſua anathematizaret Neſtorium, & omnia dogmata ejus, & ſcriptis inter Acta inſerta fuiſſent voces eorum, non fuit contentum ſuſcipere eos*. Chalcedonenſis igitur Synodus erat, quæ adeo ſtricte agebat cum Theodoreto, ut nulla ejus verba probaret, niſi quibus Neſtorii nomen preſſiſſime proſcriberet.

L. *Dici non poterat Neſtorianus.* Mirum videri poteſt, qua ratione ſacra Synodus hæreticum potuit dicere *Theodoretum &* Neſtorianum. Palam erant variæ ejus Epiſtolæ, tractatus, fidei Profeſſiones, quibus dogma de duabus perſonis profligabat. Conqueſtus erat publice premi ſe manifeſta Eutychianorum calumnia. Bis aut ter ſubſcripſerat Epiſtolæ Leonis, a quo etiam ſuſceptus fuerat, & probatus ut Orthodoxus. Immo cum lecta fuiſſet Actione prima celebris Cyrilli Epiſtola ad Joannem Antiochenum de pace cum ipſo, & Orientalibus inita, quæ incipit: *Lætentur cæli & exultet terra*, &c. Theodoretum Synodus audierat in pleno Conventu, tota voce & ſponte clamantem: *Anathema ei, qui dicit duos filios, unum enim Filium adoramus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, unigenitum*. Denique & ipſi quoque interfuerat & ſubſcripſerat Synodali Decreto fidei, paulo ante promulgato, Actione ſexta: quo dogmata Neſtorii diſerte proſcribuntur, & dehoneſtantur nomine veſaniarum.

LI. *Theodoretus dicit anathema in Neſtorium.* Verum enim vero evidens eſt, ſanctiſſimos Epiſcopos hanc regulam tenuiſſe, ad plenam Orthodoxiæ probationem, non eſſe ſatis enaſcentia ſcandala ejurare, ſed & oportere nominatim, clare & diſtincte percellere ſcandalorum auctores, & notam inurere doctrinæ, ac libris co-

tamea locandæ fuiſſent ſub octavo: unum enim ipſum præteriit Secretarium, ex Græcis exemplaribus ſuperius reſtitutum.

CXXVII. ☞ Quod autem ad Nonnum Epiſcopum, de quo mentio facta eſt, pertinet; tradit Nicephorus (a), hunc illum fuiſſe Nonnum, qui Pelagiam meretricem ad Chriſti fidem convertit: ait enim: *Eccleſiæ vero Edeſſenæ divinus ille præfuit Nonnus, qui primariam in urbe Antiochena luxu perditam Menadem verborum perſuaſione adductam, & præter opinionem omnem Deo conſecratam, nympham & ſponſam puriſſimam illi repræſentavit, pro Margarita Pelagiam eam cognominans, in qua certe meritoque aliquis divini judicii pelagus admiretur.* Hæc ipſe. Extat rei geſtæ præclara hiſtoria ſcriptis mandata a Jacobo diacono Heliopolis: ubi cum dicatur idem Nonnus fuiſſe Epiſcopus ejuſdem Heliopolis Phœniciæ Civitatis ſubjectæ Epiſcopo Antiocheno, in dubitationem adduci poſſunt quæ a Nicephoro ſcripta ſunt: Num videlicet idem iſte ſit ille Nonnus cum eo qui a Dioſcoro pro Iba ſubſtitutus fuit Epiſcopus Edeſſæ, & poſtea inde, reſtituto Iba, rejectus, & traditus Maximo Antiocheno, a quo potuerit creari Epiſcopus Heliopolis. Etenim qui Pelagiam Nonnus convertit, primus ante hæc tempora fuiſſe videtur Epiſcopus Heliopolis; nam iſta in Actis illis de eo leguntur a pravo dæmone proclamata, *Non tibi ſufficiunt triginta millia Saracenorum, quos mihi abripuiſti, & baptizaſti? Non tibi ſufficiebat me ejeciſſe de tuis Heliopolitanis: quoniam cum & ipſa civitas eſſet mea, & omnes qui in ea habitabant me adorarent, tu mihi abripuiſti, & obtuliſti Deo tuo?* Hæc ibi. Cæterum ante Nonni hæc tempora conſtat fuiſſe ejuſdem civitatis Epiſcopum Joſephum nomine, qui huic interfuit Concilio Chalcedonenſi: ſed & ante hunc alius Concilio Epheſino œcumenico ſub Cyrillo Marinus Epiſcopus Heliopolis ſubſcriptus habetur. Liquet inſuper ex epiſtolis Sancti Joannis Chryſoſtomi (b), jam olim Phœnices habuiſſe Eccleſias, & monachos illuc profectos ad converſionem Gentilium ibi degentes, perſecutionem tamen ab illis eſſe paſſos, ut dictum eſt pluribus ſuperiori tomo: ut plane appareat, ante

(a) Niceph. lib. 14. cap. 30.

(b) Chryſ. ep. 21. 51. 53. 55. 69. 103. 120.

PAGIUS eorum ſi ita poſtulaverit Eccleſia. Et revera, dicebat Vincentius Lirinenſis in Commonitorio cap. 34. *Quæ unquam hæreſis, niſi ſub certo nomine, certo loco, certo tempore ebullivit?* Animadvertebant ſc. Patres Chalcedonenſes pulſatam motibus Eccleſiam, & invaleſcente ac ſæviente prurigine alicujus Auctoris, novo dogmate, tunc temporis necti vinculum quoddam juris & facti, quod & ſi abſolute ſolvi queat, via tamen abſque periculo fidei, vixque pullulans dogma illud ab Eccleſia poſſe penitus amandari niſi notetur, & princeps dogmatis; adeo ut qui contentioſe & pertinaciter nomini ejus parcit, eo ipſo cenſeatur fovere hæreſim, & fidem impetere ac ſanam doctrinam quantumque eam in ſpeciem profiteatur, ut egregie diſcurrit Chevillerius laudatus. Subſcripſit poſtea Theodoretus Actioni XIV. Non videtur tamen ad Epiſcopatum rediiſſe.

LII. *Nonnus Epiſc. Edeſſenus floret.* Ad num. CXXVII. Nicephorus lib. 14. cap. 30. loquens de viris illuſtribus, qui Theodoſio Jun. imperante floruere, refert Eccleſiæ Edeſſenæ divinum illum præfuiſſe *Nonnum*, qui primarium in urbe Antiochena luxu perditam Mænadem, ſponſam puriſſimam Deo repræſentavit, & pro Margarita Pelagiam eam cognominavit. Erant *Menades* mulieres, quæ Bacchi Sacra celebrabant, capillis ſparſis hinc inde curſitantes. Colitur Sancta *Pelagia* die VIII. menſis Octob. ad quem Surius ejus Vitam recitat Auctore Jacobo Diacono, teſte, occulato eorum quæ de ea ſcribit. Baronius dicit, in ea Vita aſſeri *Nonnum* fuiſſe Epiſcopum urbis Heliopoleos, indeque in dubium adduci poſſe, num iſte *Nonnus* idem ſit cum eo, qui a Dioſcoro pro *Iba* ſubſtitutus fuit Epiſcopus Edeſſæ in Pſeudo-Epiſcopo Epheſina, & poſtea in Synodo Chalcedonenſi inde rejectus, ſubſtituto Iba, & traditus *Maximo* Antiocheno, a quo potuerit creari Epiſcopus Heliopoleos. Etenim inquit Baronius, qui Pelagiam *Nonnus* convertit, primus ante hæc tempora fuiſſe videtur Epiſcopus Heliopolis; nam iſta in Actis illis de eo leguntur a pravo dæmone proclamata: *Non tibi ſufficiunt triginta millia Saracenorum, quos mihi abripuiſti & baptizaſti? Non tibi ſufficiebat me ejeciſſe de tuis Heliopolitanis: quoniam cum & ipſa civitas eſſet mea, & omnes qui in ea habitabant me adorarent, tu mihi abripuiſti, & obtuliſti Deo tuo?* Verum Nonnum converſionis Pelagiæ auctorem, eum eſſe, qui in locum Ibæ Epiſcopus Edeſſenus ſubrogatus eſt, certiſſimum. Baronium in errorem impulit quod legitur apud Surium ante Prologum Vitæ Sanctæ Pelagiæ: *Auctor eſt Jacobus Diaconus Heliopoleos, habeturque in vetuſtis MSS. codicibus, ſed ſtylum paſſim nonnihil elimavit F. Laurentius Surius, pleriſque redditis paraphraſtico*. Sed cum Scriptor illius Vitæ, non ſemel ſe ſe Diaconum *Nonni* fuiſſe dicat, huncque ſuum *Epiſcopum* appellet, nonniſi per errorem in illis MSS. Heliopoleos Diaconus dicitur. Quare Roſweidus lib. 1. de Vitis Patrum pag. 376. eamdem Vitam recitat cum hac epigraphe: *Auctore Jacobo Diacono, Interprete, Euſtochio*, & in Notis aſſerit, ita legi in antiqua editione Colonienſi ac in veteri MS. Audomari; nullam tamen mentionem facit editionis anno MDLXXX. Coloniæ a Surio curatæ, nec pſeudigraphi tituli mox memorati. Præterea editio, quam Baronius ſecutus eſt, in iſtis verbis depravata: *Non tibi ſufficiebat me ejeciſſe de tuis Heliopolitanis*, &c. cum tam Editio Surii, quam Editio Roſweidi recte habeant; *Non tibi ſufficiebat Heliopolis*, &c.

Theophanes ad annum XXV. Theodoſii Jun. de Epheſino Concilio Oecumenico loquens ſcribit: *Hic temporibus Nonnus Deo plenus Pontifex Edeſſenorum paſcebat Eccleſiam, qui mimarum Antiochenſium inſigniſſimam Deo conſecravit, & Margaritus* (ex margaritarum ſcilicet & gemmarum copia, quibus onerata erat, ita vulgo vocata) *ſoerti vice Pelagiam Sanctam Pœnitentem Chriſto exhibuit. Hic igitur Sanctorum non ultimus de Sanctorum inita reconciliatione* LIII. *Pelagiam meretricem Deo conſecrat.*

(uem-

te Nonnum hunc, alium ejuſdem nominis Evangelium ibidem prædicaſſe circa ejuſdem Joannis Chryſoſtomi tempora. Sed jam ad Acta redeamus.

CXXVIII. Nona Seſſio. Quæ ſequitur Seſſio, nona eſt, habita ipſa quidem ſexto Kalendas Novembris, in qua abſoluta eſt cauſa Ibæ Epiſcopi, de qua nos ſuperius. Sed & *eadem Seſſione* (inquit Liberatus (a) Diaconus) *id etiam invenitur eſſe decretum, ut quod ſub Dioſcoro in Epheſo congregatum eſt Concilium, nomen Concilii minime obtineret, ſed & ut peteretur ab Imperatore, ut de hoc ipſe lege ſanciret.* Hæc Liberatus.

(a) *Liberat. Diac. in Brev. c. 13.*

CXXIX. De cauſa Domni Epiſcopi Antioch. Sub hac ipſa die ſexto Kalendas Novembris alia habita legitur Actio de Domno Epiſcopo Antiocheno; quam ſub dicta die, non tamen ſuo loco exhibet vetus Latina editio, nempe ſub ſeptima Actione. Quæ enim ſub una eademque die tractata ſunt ſub una eademque Seſſione reponi debere, ratio perſuadet. Quod vero ad poſteriorem hanc ejuſdem diei Actionem ſpectat: Cum a Dioſcoro & ejus ſectatoribus ipſe Domnus Antiochenus Epiſcopus ſede privatus fuiſſet in Conciliabulo Epheſino, in locum ipſius Maximo ſubrogato: & cauſa cognita, eum juſte damnatum S. Leo Romanus Epiſcopus intellexiſſet, ac Maximi ſubſtitutionem in locum Domni factam Apoſtolica auctoritate firmaſſet; viſum eſt eidem Maximo, pio miſerationis intuitu, a ſacroſancta hac œcumenica Synodo petere, ut ſibi liceret ex ſuæ Eccleſiæ redditibus Domno exauctorato alimenta præſtare; cui ſancta Synodus annuit. Hæc habet Actio, quæ deſideratur in Græco codice: certum vero eſt eadem caruiſſe Græca exemplaria temporibus Juſtiniani Imperatoris; quod & aperte declarat ejuſdem Imperatoris conſtitutio data ad Joannem Romanum Pontificem, cujus eſt exordium (b): *Scientes quod nihil aliud ſic poteſt miſericordiam Dei placare, &c.* In qua & iſta leguntur: *Chalcedonenſis S. Synodus Domnum Antiochiæ factum Epiſcopum poſt mortem damnavit, qui auſus eſt ſcribere, oportere ſolum taceri duodecim capitula Cyrilli.*

(b) *Extat to. 1. Conc. vet. edit. in nov. tom. 2.*

CXXX. Sed quomodo dixiſſe potuit, damnatum a ſancta Synodo Chalcedonenſi Domnum poſt mortem, ſi eidem hac Actione hoc anno ſub eiſdem Conſulibus dicta die ſexto Kalend. Novembris celebrata, decernuntur, petente Maximo Epiſcopo Antiocheno, alimenta? Ex quibus quidem ſatis intelligitur, Juſtinianum Auguſtum hujus Actionis neſcium, alicujus alterius, quam nuſquam legimus, cognitionem habuiſſe. Porro hæc ipſa Actio in Latino veteri ſcripto codice Vaticano, qui Proculi & Albini fuiſſe dicitur, ſub nona Actione reponitur, & ſub eadem die, nempe ſub ſexto Kalendas ejuſdem menſis Novembris: ſed dicenda potius Seſſio nona, quam Actio nona: Actionum enim numerus excedit numerum Seſſionum, quod (ut dictum eſt), ſub una Seſſione plures interdum reperiantur habitæ Actiones.

CXXXI. Seſſio decima. Quæ ſequitur ordine decima Seſſio, habita reperitur quarto Kalend. Novembris: quas enim diverſis diebus celebratas reperimus Actiones, eaſdem ad confuſionem vitandam ſub ſuis ſingulis reponimus Seſſionibus, ſecuti Liberatum Diaconum, addentes tamen quæ ipſum præterierunt, ex Græcis codicibus. Tractata autem in hac eſt controverſia inter Baſſia-

PAGIUS (nempe Cyrilli Alexandrini, & Joannis Antiocheni, *exultans*) *verba monitionum & doctrina plena Joanni ſcripſit, hacque inter alia: Expurga Eccleſiam, vir Dei a Neſtorii zizaniis, & eorum perfidia, &c.* Verum Nonnus; quando Synodus Epheſina celebrata, Monachus erat in Monaſterio Tabennioſitarum, ex quo fuit *extractus ob vitam incomparabilem, & ſpectatiſſimam converſationem, atque morum integritatem*, ut tradit Jacobus Diaconus in Vita Sanctæ Pelagiæ, idque anno CDXLIX. in Synodo Pſeudo-Epheſina. Is Synodo poſtea Chalcedonenſi *Ibas* in eam Sedem reſtitutos, eam obtinuit uſque ad annum CDLVII. quo cum aliis Epiſcopis ſubſcripſit precibus Leoni Imp. miſſis pro Concilii Chalcedonenſis confirmatione, ut legitur Tom. IV. Concil. pag. 891. Eum autem eo anno vita functum oportet; cum in Codice Encyclio *Nonnus* Epiſcopus Edeſſenus primus inter Epiſcopos provinciæ Oſrhenæ ſubſcripſerit Epiſtolæ ad Leonem Imp. ea de cauſa miſſæ. Garnerius in diſſert. II. de Synodis habitis in cauſa Neſtorii pag. 548. & 554. cum ad præfatum Theophanis errorem animum non advertiſſet; ſcripſit *Nonnum* Synodi Oecumenicæ Epheſinæ tempore Eccleſiam Edeſſenam adminiſtraſſe. At ex iis, quæ ſuo loco dixi, certo conſtat, Ra*bulam* tunc eidem Eccleſiæ præfuiſſe, huicque *Ibam* anno circiter CDXXXVI. ſucceſſiſſe.

LIV. *Actio de Domno Antiocheno non eſt commentitia.* A num. CXXIX. ad CXXXI. Queſnellus in Diſſert. IX. ad Opera S. Leonis, quæ eſt *de cauſa Domni Antiochenſis Epiſcopi*, pluribus contendit Actionem, quæ de *Domno Antiocheno* inſcribitur, & Actis Concil. Chalced. poſt Actionem X. inſerta eſt, falſam ac commentitiam eſſe, proindeque & ex ejuſdem Concilii Actis expungendam. Verum Baluzius in præfatione ad Concilium Chalcedonenſe num. XXXII. & ſeqq. Virum doctiſſimum hac in re deceptum eſſe ſolide demonſtrat, & ad omnia ejus argumenta reſpondet. Dicit primo Queſnellus, Actionem illam inter omnes alias Chalcedonenſis Concilii Latine tantum reperiri, idque eſſe non leve indicium ſuppoſitionis ab aliquo impoſtore Latine factæ. At multa veterum Græcorum Scripta hodie tantum Latine extant, nihilque amplius in Actione de Domno tribuit *Paſchaſinus* Legatus Sancto Leoni, quam ei in decima tribuant idem *Paſchaſinus, Anatolius, & Stephanus*. Dicit ſecundo Queſnellus hujuſmodi Actionem nobis prodiiſſe ex unico codice ab ignotis Scholaribus Germanis duobus accepto. Ad quam rationem reſpondet Baluzius, virum clariſſimum duos germanos ſcholaſticos, quorum men-

Digitized by Google

ſianum e ſede depoſitum Epheſina, & Stephanum in ejas locum ſubrogatum: ſed cum mutuis ſe criminationibus iidem Epiſcopi lacerarent, in ſequentem undecimam Seſſionem res dilata eſt; in qua ea ſententia prolata fait, ut neuter eſſet Eccleſiæ Epheſinæ Epiſcopus, ſed alius ordinaretur: ita tamen, ut uterque remaneret in Epiſcopali dignitate, ſingulisque præſtandi eſſent ſolidi ducenti ab eadem Eccleſia Epheſina. Ad accuſationem vero atque depoſitionem Stephani facta eſt acclamatio ſancto Flaviano jam martyri, utpote quod præſto eſſet, & judicaret cauſam ſuam, & oraret pro Synodo in ultionem ejuſdem Stephani potentiſſimi Dioſcori adminiſtri.

CXXXII. Undecima Seſſio. Cum vero ad tertium Kalendas Novembris Patres denuo conveniſſent, Seſſio undecima celebrata eſt, in qua poſt abſolutam præcedentis Actionis controverſiam, agitata eſt etiam cauſa Eunomii Nicomedienſis Epiſcopi cum Anaſtaſio Nicæno. Licet enim reſcripto Imperatorum Valentiniani atque Valentis Nicæna Eccleſia conſecuta eſſet dignitatem Metropolis; tamen Epiſcopo Nicomediæ debere ſubjacere decrevit S. Synodus.

Ana-

PAGIUS

mentionem facit *Ruſticus*, male interpretatum eſſe de duobus Germanis Scholaſticis, & putare Crabbum, quia non monuit iſta ſe deſcripſiſſe ex veteri codice *Ruſtici*, codicem illum accepiſſe a Julia. Hæc eſt enim annotatio Ruſtici: *Actio de Domno Antiocheno, quam inveni in Codice Patriciæ Juliæ membranatio novo, tranſcriptum ex codice vetuſta chartacio, quem dixit ipſa fuiſſe Proculi & Albini germanorum ſcholaſticorum*. Quare non ex codice novo, ſed ex eo qui vetus erat ævo Ruſtici, hæc Actio deſcripta, iſque fuerat Proculi & Albini fratrum, virorum doctiſſimorum. Porro *Ruſticus*, cui tantum debet Eccleſia univerſa, ob præclaram operam impenſam in Geſtis Chalcedonenſis Concilii, in ſuſpicionem falſitatis vocari non debet.

LV. *Domnus poſt depoſitionem ſuam feceſſit in eremum.* Gravioris momenti in cauſa *Domni* Antiocheni eſt illa pars Evagrii lib. 2. cap. 10. ubi ſcribit, invenire ſe non potuiſſe quid de eo factum ſit, poſt ejus depoſitionem, quæ ſc. facta fuerat in Concilio Latrocinali: *De quo quid poſtea factum fuerit*, inquit, *invenire non potui*. Sed verba illa Evagrii potius videntur confirmare ſcriptionem Cyrilli Monachi Auctoris Vitæ Sancti Euthymii, qui docet *Domnum*, cum illa contigiſſent, quæ Euthymius ei prædixerat, id eſt, vita in Epiſcopatu infelix & depoſitio, pœnitentia ductum, quod ſalutaribus ejus monitis non obediſſet, ad *Euthymium* in Palæſtinam rediiſſe. Adeo enim verum eſt, *Domnum* poſt depoſitionem ſuam ſeceſſiſſe in eremum, ut & Theophanes quoque, & qui ab eo accepit Anaſtaſius Bibliothecarius iſtud memoriæ mandaverint. Affert & varia alia argumenta Queſnellus, ſed ab auctoritate negativa deducta, quæ ideo parum urgent; ac denique ad ſuam ſententiam probandam ſcribit, in ea de *Domno* Actione eſſe quoſdam errores Grammaticales, omiſſaque nomina Epiſcoporum, qui huic Actioni interfuiſſe dicuntur, quæ deſcribi oportebat, cum illic ſcriptum ſit, *quorum nomina infra ſunt ſcripta*: ac denique obſervat eam Actionem a reliquarum Græcarum Synodi Chalced. corpore diſtractam eſſe, quod incertam ſedem nacta ſit, & quod inducta longe poſt Acta collecta. Quæ in re tanti momenti nos minime movere debent; cum in integra Actorum Synodi Chalced. ſerie tot barbariſmi, & alii errores Grammaticales admiſſi ſint; neque neceſſe fuerit, ut Epiſcoporum nomina ſtatim ſequerentur poſt Actionem de Domno, ſed ut recitarentur in Actionibus ſequentibus. Demum Actio de *Photio* & *Euſtathio*, *Ruſtici*, *Liberati*, & *Evagrii* ævo diſtracta erat a corpore reliquarum Græcarum Actionum Synodi Chalced. quam tamen nullus jure in dubium revocaverit, at inquit Baluzius, qui ad omnes Queſnelli rationes ſigillatim reſpondet, & ut mihi videtur rem extra controverſiam ponit.

LVI. *Baſſianus annis quatuor geſſit Epiſcopatum Epheſiorum.* Ad num. CXXXII. Actiones XI. & XII. *Baſſiani*, deinde & *Stephani* controverſia occupavit. Undecima *IV. Kal. Novemb.* habita eſt; Controverſia hæc diligenter a nobis explicanda, quia Henſchenius in Notis ad Vitam ſancti Flaviani Epiſcopi Conſtantinopolit. ad diem XVIII. Februarii arbitratur, ex ea deduci ſanctum *Proclum* Flaviani deceſſorem non vixiſſe uſque ad diem XXIV. Octobris anni CDXLVII. quod tamen aſſeruimus. *Baſſianus* itaque Epheſinæ Eccleſiæ Presbyter in Memnonis Epheſiorum Epiſcopi invidiam incidit: hicque, ut eum Epheſo amoveret, Epiſcopum Evazorum invitum ordinavit. *Baſilius* Memnonis ſucceſſor violentam ordinationem miſeratus viro, quaſi juxta canonem de Epiſcopis a populo ſuo non receptis (ad eam enim civitatem Baſſianus ire noluerat) dedit nomen, honorem, & communionem Epiſcopi, ac *Evazis* alium ordinavit. *Baſilio* vita functo *Baſſianus* ei ſucceſſit, & non tantum a Theodoſio Aug. ſed & a Proclo Conſtantinopol. Epiſcopatum ſibi confirmari impetravit: atque ita per quatuor annos Epheſi ſedit.

LVII. *Tam Baſſianus quam Stephanus e Sede Epheſiorum dejecti.* Interim de intruſione, apud Sanctum *Leonem* accuſatur, utpote ex *Evazis* translatus, & per collectam arenariorum ac ſimilis fecis violentam multitudinem ab uno *Olympio* Epiſcopo Theodoſiopolitano in tantam Metropolim contra canones, & morem injectus, non inthronizatus. Quare a Sancto *Leone juſſus eſt* dejici, ejuſque judicium *Flavianus* Conſtantinopolitanus Alexandrinus, & Antiochenus Epiſcopi comprobarunt. Atque ita omnium horum curator *Stephanus* Presbyter *Baſſianum* in vincula miſit, & per Epiſcopos illi adverſantes fecit ſe conſecrari, licet Baſſianus quadriennalem poſſeſſionem haberet. *Meliphthongus* Juliopolitanus Epiſcopus ex antiqua regula, qua ſe ſe Sanctus Cyprianus defendit adverſus *Feliciſſimi* rebellis Diaconi factionem, dixit: *Oportebat eum qui quatuor annis ſine contentione Epiſcopatum obtinuit aut accuſari, aut ſuo judicio non jactari*. Lucianus Byziæ Epiſcopus dixit: *Quomodo poſſibile eſt nunc Baſſianum expelli cum præcipue beatiſſimus Proclus Regiæ Conſtantinopolis Epiſcopus ei communicaverit, & per litteras Synodicas firmaverit ejus Epiſcopatum*. At Legati Apoſtolici judicarunt, Baſſianum per invaſionem, *Stephanum* per pravas inventiones & conjurationes promotum: obtinuitque hæc eorum ſententia: *Removeantur a Sancta Epheſiorum Eccleſia Baſſianus & Stephanus Reverendiſſimi, habeant autem dignitatem Epiſcopi & de redditibus memorata Sanctiſſima Eccleſia nutrimenti gratia & conſolationis annis ſingulis ſo-*

lidos

Anaſtaſius autem qui ibi dicitur Nicænus Epiſcopus, longe diverſus eſt ab ejuſdem civitatis Epiſcopo Anaſtaſio, qui ſcripſit librum Diverſarum quæſtionum: nam poſt Iconomachos Imperatores eum vixiſſe, ex ſuis Ipſius ſcriptis intelligi poteſt.

CXXXIII. Duodecima Seſſio. Sequenti vero die, nempe pridie Kalendas Novembris duodecima Seſſio celebratur, in qua Sabinus, ſive Sabinianus reſtitutus eſt in Eccleſiam Parenorum, qua fuerat a Dioſcoro ſpoliatus: Anaſtaſius vero in locum ejus antea ſubrogatus, quieſcere juſſus eſt, apud Maximum Antiochenum infra octo menſium ſpatium ſua jura proſecuturus.

CXXXIV. Hac abſoluta cauſa, ſoluta ſunt Comitia, ubi ereque Judices, atque Legati Apoſtolicæ ſedis egreſſi ſunt pariter: remanſere autem callida arte Orientales Epiſcopi, canones ſancientes, omnes numero vigintiſeptem vel (ut Græcum habet

PAGIUS *lidas aureos ducentos accipiant; alter vero ſecundum regulas ejuſdem Sanctiſſimæ Eccleſiæ ordinabitur*, ut legitur Act. XII. Concil. Chalcedon.

LVIII. *Baſſianus anno CCCCXL. Epiſc. Epheſiorum dictus.* His ita ex ipſomet Concilio Chalcedonenſi narratis, inveſtigandum tempus, quo *Baſſianus* Epheſinorum Epiſcopus dictus eſt, quove Concilium Epheſinum, quod *Baſilius* Memnonis ſucceſſor convocavit, celebratum. Baluzius in nova Collect. Concil. pag. 950. dicit, id peractum circa annum CDXL. & quidem recte; cum *Baſilius* deceſſor Baſſiani aliquot annos Epheſi ſederit, & anno CDXLIII. obierit, ac *Baſſianus* tunc Sedem Epheſinam & non antea, invaſerit. Nam is annos quatuor Sedem illam occupavit, & totidem Stephanus qui eum e Sede dejecit. De Baſſiano autem hæc verba in laudata Actione XI. Concil. Chalced. leguntur: *Hodie*, inquit, *quatuor anni ſunt, & Romanus Epiſcopus eum depoſuit & Alexandrinus damnavit eum*, nempe Baſſianum. Quare *Baſſianus* ab anno CDXLVIII. ad annum CDLI. quo ea verba de Stephano prolata, ſine Epiſcopatu fuit; ideoque quatuor ejus Epiſcopatus anni, anno circiter CDXLIV. inchoati; qui quidem integri fuere, cum adverſus *Stephanum* præſcriptione ſeſe tueretur, ad quam tunc quatuor annos integros ſufficientes fuiſſe, vel ex hac Concil. Chalced. Actione liquet. Ad hæc *Baſilius* reddidit tantum communionem & locum Epiſcopatus *Baſſiano*, id eſt, conceſſit eum habere nomen Epiſcopi quamvis plebem non haberet, cui præficeretur, iſque inthronizatus non fuit in civitate Epheſi, niſi poſt mortem *Baſilii* ut ipſemet refert, addens, *Olympium* fuiſſe unum ex Epiſcopis ordinatoribus ſuis, & tam Theodoſium Imp. quam *Proclum* ſeſe ſuſcepiſſe.

LIX. *Baſſianus annos IV. Sedis a ſua inthronizatione deducit.* Faſſus eſt id quidem *Olympius*; ſed ſe id vi & metu præſtitiſſe affirmavit. Quare cum ab ea inthronizatione *Baſſianus* quatuor Epiſcopatus ſui annos deduxerit, & *Baſilius* poſt Memnonis mortem aliquot annis, aut ſaltem menſibus vixerit, veriſimilius eſt, quatuor Baſſiani Epiſcopatus annos abſolutos tantum eſſe anno CDXLVIII. Alexandrinus itaque & Antiochenus Epiſcopi, qui Baſſiani electionem comprobarunt, fuerunt *Cyrillus* & *Domnus*, non vero *Dioſcorus*, & *Domnus*, ut perperam Lupus in Notis ad Concilium Chalcedonenſe exiſtimavit: *Stephanus* uti Epheſiorum Epiſcopus Concilio Conſtantinopol. anno CDXLVIII. & ſecundo Concilio Epheſino anno inſequenti, coactis, immo omnibus Actionibus Concilii Chalcedonenſis, pauciſſimis exceptis, ſubſcripſit, ut videre eſt in Actis præfatorum Conciliorum.

LX. *Ex cauſa Baſſiani Epiſcopatus Flaviani initium non pendet.* His expoſitis reſpondendum ad argumentum ab Henſchenio ex hac controverſia deductum. Si XXIX. Octobris anni CDLI. jam effluxerant quatuor anni Epiſcopatus *Baſſiani*, inquit Henſchenius, neceſſario XXIX. Octobris anni CDXLVII. jam is erat depoſitus atque expulſus, ante collatis ſententiis *Leonis* Papæ & *Flaviani*, uti etiam Epiſcoporum Antiocheni & Alexandrini: quæ litterarum communicatio inter eos tam procul diſſitos facta, oſtendit *Flavianum* neceſſario ante XXIV. Octobris anni CDXLVII. diu Epiſcopum fuiſſe, adeoque Sanctum *Proclum* obiiſſe anno proxime elapſo CDXLVI. Ita Henſchenius. Verum ex dictis liquet, *Baſſianum* anno CDXLVII aut inſequenti poſt quatuor annos Sedis integros Epiſcopatu Epheſieni dejectum fuiſſe, & *Stephanum* poſt eum Eccleſiam Epheſiorum quatuor annis, ſive integris, ſive utrimque incompletis rexiſſe. Porro fallitur Vir eruditiſſimus in eo quod quatuor *Stephani* annos integros numerandos velit; cum is præſcriptionem pro ſe non adduceret: ideoque nihil ad ejus cauſam faceret, quod quatuor ſuæ Sedis anni completi, vel incompleti eſſent. Quare verum eſt, quod ſuo loco affirmavimus, Sanctum *Proclum* ante annum CDXLVII. ad Deum non migraſſe.

LXI. *Orga penſionum Eccleſiaſticarum.* Ad num. CXXXIII. In Actione XII. ſecundum Baronium, aut XIV. ſecundum editiones hodiernas Conciliorum contentio fuit de Epiſcopatu Perrhenorum, de qua anno CDXLV. num. XXXIV. jam a nobis actum. *Athanaſius* Epiſcopus a ſuis accuſatus dignitate motus fuerat, & *Sabinianus* in ejus locum ordinatus, per *Dioſcorum* Sede pulſus. Decretum autem fuit, ut *Sabinianus* Epiſcopatu Perrhenſi in Provincia Euphrateſia frueretur, ac dignitatem Epiſcopatus haberet: *Et ſubſtitutus ſit*, inquit Concilium, *& paſcatur ſicut Reverendiſſimus Antiochenorum Maximus ſecundum facultatem Perrhenorum ſanctiſſimæ Eccleſiæ diſpoſuerit*. Sabiniano igitur tribuitur Coadjutoria cum futura ſucceſſione; *Athanaſius* quippe, qui in eodem Epiſcopatu confirmabatur, niſi convinceretur, ſenex erat. Ubi obiter obſervabis, penſiones e Beneficiorum Eccleſiaſticorum fructibus delibatas, nullibi ante Concilium Chalcedonenſe memorari; quo etiam ſtatutum eſt, ut *Baſſianus & Stephanus* poſt exauctorationem alerentur Eccleſiæ Epheſinæ ſumptibus, collatis ex ærario præfatæ Eccleſiæ. Hæ penſiones utrique conceſſæ ratione paupertatis, ad quam poſt exauctorationem redacti erant, &, ut loquitur Synodus, *nutrimenti gratia & conſolationis*.

LXII. *Decretum de Primatu Sedis Conſtantinopolitanæ.* A num. CXXXIV. ad CXLIX. In Actione XV. poſtquam Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Clerici petiere, ut de Sede Conſtantinopolitana Patres aliqua conſtituerent, Legati dixere, id ſibi non eſſe in mandatis, Judices vero pronunciarunt rem eſſe Synodi, ſtatimque ex ea diſceſſere, & eos legati ſecuti ſunt, ut in Actione XVI. ſecundum hodiernas editiones narratur. Patres nihilominus utriſque abſentibus complures canones condiderunt. Græci Codices habent XXX. Latini XXVIII. ex quibus viceſimus octavus confirmat Patriarchica Privilegia a Concilio primo Conſtantinopolitano Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ conceſſa, ut ſc. primo poſt Sedem Romanam honore frueretur, juſque ac poteſta-

bet exemplar) triginta clanculo ſcriptos. Verum a S. Leone Romano Pontifice haud recepti videntur: nam nihil præter fidei definitionem eſſe firmatum, ipſe poſtea teſtatus eſt in epiſtola data poſt ſequentem annum ad Epiſcopos Synodi Chalcedonenſis (a) quam ſuo loco ponemus.

(a) Leo ep. 61.

CXXXV. Plane apparuit, ſecundum illud Evangelii (b): *Qui male agit, odit lucem:* dum Anatolio Conſtantinopolitano Epiſcopo rem omnem dolo malo agenti; ſubripereque clam conanti jura Alexandrinæ & Antiochenæ Eccleſiarum, ſibique furtim vendicare curanti; aſſentientes Orientales Epiſcopi, rem plane tam digno Conſeſſu indigniſſimam perpetrarunt. Tantam infamiæ notam inuſſit ſacroſancto Conventui unus Anatolius ex ſchola Dioſcori prodiens, ſed eum deſerens, ut Conſtantinopolis eſſe poſſet Epiſcopus. Hic igitur totius fraudis inventor, & doloſæ machinæ architectus, cum jam expertus eſſet Apoſtolicæ ſedis legatos petitioni ſuæ ipſius adverſantes, eam occaſionem aucupatus eſt, ut illis abſentibus, clandeſtine atque doloſe tractaret, eliceretque, reliquis quod cuperet, nemine contradicente. Decretum enim ab eo conſcriptum, & in Synodo recitatum eſt, quo Eccleſia Conſtantinopolitana primum poſt Romanam locum obtineret. Canon autem ibi propoſitus, & ſequenti Actione juſſus prodi atque coram Patribus recitari, ita ſe habet:

(b) Joan. 3.

CXXXVI. Canon de privilegiis Eccleſiæ Conſtantinop.

Definitiones ſanctorum Patrum ſequentes ubique & regulam, & quæ nunc relecta ſunt centum quinquaginta Epiſcoporum, qui congregati ſunt ſub piæ memoriæ Imperatore Majore Theodoſio in regia civitate Conſtantinopoli nova Roma, cognoſcentes & nos eadem definivimus de privilegiis ejuſdem ſanctiſſimæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ novæ Romæ. Etenim ſedi Senioris Romæ propter imperium civitatis illius Patres conſequenter privilegia reddiderunt: Et eadem intentione permoti centum quinquaginta amantiſſimi Deo Epiſcopi æque ſanctiſſimæ ſedi novæ Romæ privilegia tribuerunt; rationabiliter judicantes, Imperio & Senatu Urbem ornatam æque Romæ ſenioris privilegiis frui, & in Eccleſiaſticis, ſicut illa, majeſtatem habere negotiis, & ſecundum poſt illum exiſtere; & in his quæ in Ponticis ſunt & in Aſia, & in Thracia diœceſibus Metropolitanos ſolos, rurſus autem & qui inter barbaros ſunt Epiſcopos præfatarum diœceſium ordinari a prædictæ ſanctiſſimæ Conſtantinopolitanæ ſedis ſanctiſſima Eccleſia: quippe, ut unuſquiſque Metropolita præfatarum diœceſium cum Epiſcopis ſuæ provinciæ ordinet ſuæ regionis Epiſcopos, ſicut divinis canonibus eſt præceptum: Ordinari autem Metropolitas (ſicut dictum eſt) præfatarum diœceſium a Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, decretis conſonis ſecundum morem factis, & ad eum relatis. Hactenus de privilegiis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ canon clandeſtinus & ſubreptitius. Quod cum legati ſedis Apoſtolicæ accepiſſent, rurſum convenire Patres die ſequenti voluerunt, ut adverſus ſubdolum factum publice reclamarent: idque haud ſegniter præſtiterunt.

Sequenti igitur die, nempe Kalendis Novembris, rurſus collecta eſt Synodus, atque decimatertia Seſſio eademque noviſſima habita eſt, præſentibus ipſis quoque Judicibus cognitoribus, & aliis ex more Epiſcopis. De qua Seſſione antequam agamus, perſpicue ſatis intelligi poteſt (neſcio qua incuria) tum Græca, tum etiam Latina exemplaria reperiri mendoſa, dum hanc noviſſimam decimam ſextam Actionem celebratam habent quinto Kalendas Novembris, cum tamen in ejuſdem contextu habita reperiatur ſequenti die poſt decimamquintam Actionem, quam pridie Kalendas Novembris abſque ulla ambiguitate celebratam eſſe, eadem exemplaria æque conſentiunt. Apoſtolicæ enim ſedis legati, die ſequenti poſt decimamquintam Actionem ob res perperam geſtas per Anatolium ſe conveniſſe, in hac eadem decimaſexta Actione profeſſi ſunt. Id ipſum quidem affirmat Liberatus Diaconus verbis illis (c): *Alia die, nempe ſequenti (quæ eſt ultima & duodecima dies Concilii) (cognoſcen-* CXXXVII. Seſſio. XIII.

(c) Liberat. Diac. Brevi. c. 13.

tec

PAGIUS

teſtatem haberet in Thraciæ, Ponti, & Aſiæ Diœceſes, earumque Metropolitas, & Barbarorum inſuper Epiſcopos ordinaret.

LXIII. Intercedunt Legati Apoſtolici, & illud Leo improbat.

Actione XVI. & ultima *Kalendis Novembris* habita, ut recte obſervat Baronius n. CXXXVII. poſtularunt Legati Apoſtolici ut relegeretur Canon de Sede Conſtantinopolitana, ſe abſentibus conditus. Eo recitato, cum omnium ferme Patrum ſubſcriptionibus Lucentius Sedis Apoſtolicæ Legatus Judices interpellans dixit: *Primo Gloria veſtra perpendat, qua circumventione cum Sanctis Epiſcopis geſtum ſit, ut non conſcriptis canonibus, quorum mentionem fecerunt, ſubſcribere ſint coacti.* Conclamarunt omnes: *Nemo coactus eſt.* Aetius Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Archidiaconus Legatorum oppoſitiones eludere conatus, ipſos convenit, ut Synodo coram exponerent, an id accepiſſent in mandatis, quod tam acri pertinacia præſtabant. Legit Bonifacius hæc verba, ex diplomate Legationis: *Sanctorum quoque Patrum conſtitutionem prolatam nulla patiamini temeritate violari vel imminui, ſervantes omnibus modis, perſona noſtra in vobis, quos vice noſtra tranſmiſimus dignitatem: ac ſi qui forte civitatum ſuarum ſplendore confiſi, aliquid ſibi tentaverint uſurpare, hoc qua dignum eſt conſtantia retundatis.* Quia vero de canonibus erat controverſia, Judices juſſerunt, ut canones ab utraque parte proferrentur, quod poſtquam factum fuit, hi canonem iterum recenſitum ſua firmaverunt aucto-

tes legati Papæ Leonis, petiverunt, ut rurſus cum Judieibue ad Concilium convenirent. Quibus requirentibus a Concilio, quid pridie fuerit ordinatum: lectis Geſtis, cognoverunt &c. Rurſum igitur, dicta die, ſacro inſtaurato conſeſſu, legati ſedis Apoſtolicæ coram Judieibus his verbis conqueſti ſunt: *Heſterno die, poſtquam poteſtas veſtra ſurrexit, & humilitas noſtra veſtigia veſtra ſecuta eſt, quædam Geſta facta dicuntur, quæ nos & præter canones Eccleſiaſticos exiſtimamus effecta. Poſcimus ergo, ut veſtra magnificentia relegi hæc præcipiat; ut omnis fraternitas inſpiciat, utrum juſta, an injuſta ſint ea quæ geſta ſunt.* Hæc legati.

CXXXVIII. Legati adverſantur Anatolii præſumptioni. Juſſum itaque eſt decretum pridie ejus diei ſancitum legi; poſt cujus lectionem illi adjacens ſubſcriptio Epiſcoporum recitata eſt, primoque loco poſitus Anatolius. Lecta autem ſubſcriptione, quid Apoſtolicæ ſedis legati jure queſti objecerint, & præ cæteris Lucentius, audi ex Actis ipſis, quæ ſic ſe habent: *Lucentius reverendiſſimus Epiſcopus ſedis Apoſtolicæ Vicarius dixit*, compellans ita Judices: *Primo gloria veſtra perpendat, qua circumventione cum ſanctis Epiſcopis geſtum ſit, ut non conſcriptis canonibus, quorum mentionem fecerunt, ſubſcribere ſint coacti:* Et paulo poſt: *Accedit ad cumulum, quo trecentorum decem & octo conſtitutionibus poſtpoſitis, centum quinquaginta qui in Synodicis canonibus non habentur, mentionem tantum feciſſe noſcantur, qui dicunt ante octoginta * prope annos conſtituta fuiſſe. Si ergo his temporibus hoc beneficio uſi ſunt, quid nunc requirunt? ſi numquam uſi ſunt, quare requirunt?* Ubi hæc Lucentius locutus eſt, petiti ſunt legati edere quod haberent mandatum a S. Leone Romano Pontifice: protulit illud Bonifacius, quod ſic ſe habet:

* octingenta.

CXXXIX. Leonis Papæ mandatum. *Sanctorum quoque Patrum conſtitutionem prolatam nulla patiamini temeritate violari, ſervantes omnimodis perſonæ noſtræ in vobis, quos vice noſtra tranſmiſimus, dignitatem. Ac ſi qui forte civitatum ſuarum ſplendore confiſi aliquid ſibi tentaverint uſurpare, hoc qua dignum eſt conſtantia retundatis.* Ita ſe habuit Leonis Papæ mandatum iſtæc omnia longius ante ſubodorantis.

CXL. Poſt hæc interlocuti Judices juſſerunt ab utraque parte edi canones, quibus ſua ipſarum jura ſtabilirentur. Recitavit Paſchaſinus legatus canonem Nicænum quintum de diœceſum diſtinctione, cujus illud habetur exordium: *Quod Eccleſia Romana ſemper habuit primatum:* Id ipſum Græce pariter legitur, ut canonis ſit illud initium, non autem titulus inſcriptus: de qua lectione conſule dicta ſuperius, dum de Niceno Concilio actum eſt, deque ſexto illo canone verba fecimus. Lecto autem Niceno canone, oblatus eſt alius codex Nicænorum canonum ab Aetio diacono ſedis Conſtantinopolitanæ: ſubdoleque dempto dicto exordio, decurtatoque fine ipſius, idem lectus eſt canon ſextus: moxque ingeſta eſt lectio aſſerti canonis Concilii Coſtantinopolitani ſub Nectario de privilegiis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, in quo de his quæ ad quæſtionem propoſitam pertinerent, inter alia hæc habentur: *Epiſcopatum tamen Conſtantinopolitanum habere Primatus honorem poſt Romanum Epiſcopum, propterea quod ſit nova Roma.* Ita ibi.

At certe ſi non aliunde canon ſuffulcitur, quam ex reddita ratione nulla ex parte ſubſiſtente; ipſum neceſſe eſt penitus evaneſcere. Ubinam gentium, quæſo, prærogativa ſedium ex pulchritudine, vel amplitudine, vel dignitate civitatum a majoribus reperitur eſſe ſancita, & non potius ex Apoſtolorum ſucceſſione, unde & ipſæ ſunt Apoſtolicæ nominatæ, & præ cæteris a Patribus exaltatæ reperiuntur? Sed quod fortiter hæc reiicit diſputans Gelaſius Papa adverſus Acacium, de his ſuo loco pluribus agemus. Quid tandem? Faventibus Judicibus cognitoribus Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ privilegiis, ipſis nimirum exiſtentibus Conſtantinopolitanis civibus, itum eſt in ſententiam Anatolii: eum & advetſariam his proteſtationem Luceutius Apoſtolicæ ſedis legatus his verbis appoſuit: CXLI.

*Sedes Apoſtolica, quæ nobis præcepit præſentibus, humiliari non debet. Et ideo quæcumque in præjudicium canonum vel regularum externa die geſta ſunt, nobis abſentibus, ſublimitatem veſtram petimus ut circumduci * jubeatis: ſin aliàs, contradictio noſtra his geſtis inhæreat, ut noverimus quid Apoſtolico viro univerſalis eccleſiæ Papæ referre debeamus: ut ipſe aut de ſuæ ſedis injuria, aut de canonum everſione poſſit ferre ſententiam.* Hæc Apoſtolicæ ſedis legatus Lucentius in plena Synodo conteſtatus. CXLII. Lucentii proteſtatio.

* circumcidi.

Conſidera, lector, ſtropham, admirare vaſritiem, & execrare proditionem. Non enim tantum abſentibus, qui poſt Judices receſſerant abſoluta Actione, lega- CXLIII. Multiplex dolus & fraus.

PAGIUS *ctoritate*, Patribus acclamantibus: *Hæc juſta ſententia. Hæc omnes dicimus*, &c. Sed reclamavit *Lucentius* Apoſtolicæ Sedis Legatus, & poſtea Sanctus *Leo* canonem illum XXVIII. improbavit, qui & e numero canonum expunctus eſt a Græcis ipſis. Canones vero cæteros ejuſdem Concilii tacito ſaltem conſenſu approbavit, eoſque Eccleſia recepit univerſa. Porro Synodus Chalced. a DCXXX. Patribus celebrata, hoc anno, ineunte menſe Novembri abſoluta.

tis, ea de privilegiis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſtatuere cum Anatolio auſi ſunt Orientales Epiſcopi: ſed quod ejuſmodi decretum verteretur in præjudicium Eccleſiæ Alexandrinæ, diſtulerunt poſt Synodum electionem Aleaandrini Epiſcopi: ne, ſi præſens eſſet, obſiſtere valuiſſet. Immo & majorem attende calliditatem. Ne Ægyptii Epiſcopi itidem præſentes reclamarent & exclamarent, noluerunt eos præſentes eſſe, eo prætextu, quod abſque Alexandrino Epiſcopo iis minime liceret Synodicis decretis ſubſcribere: unde & inter tres illos addititios canones, poſtremus is fuit, quo excuſandos eſſe Ægypti Epiſcopos, neque ob id ut ſchiſmaticos habendos declarant, ſi minime, ut alii, ſubſcriberent rebus in Synodo Chalcedonenſi decretis: ſed (ut Alexandrinæ Eccleſiæ leges poſtularent) expectandam illorum fore ſubſcriptionem poſtquam ipſorum eſſet creatus Epiſcopus Alexandrinus. Habet tres canones illos tamquam appendicem Theodorus Balſamon ex Nomocanone Photii.

CXLIV. Numquam ante cognitus primatus Eccl. Conſtantinop. ſuper Alexand.

Vidiſti quot quantiſque oportuit velamentis obtegi turpe factum, & adminiculis ſuffulciri corruens omni ea parte mendacium? Porro non uſos eſſe adſcititii illius canonis auctoritate de primatu Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ prædeceſſores Epiſcopos Conſtantinopolitanos (quod non extaret ille quidem, vel commentitium eſſe ſcirent) ex rebus ante hæc tempora geſtis poteſt perfacile intelligi: Nam ſi Epiſcopus Conſtantinopolitanus primus poſt Romanum ut eſſet, decretum fuiſſet; quomodo quæſo, (quod & ſuo loco notavimus) ad condemnationem ſancti Joannis Chryſoſtomi accerſiretur Aleaaadria Theophilus Alexandrinus? Unde appoſite quidem Paſchaſinus Epiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus illa ſubintulit (a): *Si uſi ſunt, quid requirunt? ſi non uſi, quare requirunt?* At quo animo iſta tulerit Leo Pontifex, ſuo loco dicemus: conſtat enim hæc ipſa ab eo irrita prorſus reddita eſſe, data de his epiſtola ad omnes Epiſcopos qui fuerunt Chalcedone congregati.

(a) Conc. Chal. Act. 16.

CXLV.

Ceterum haud quis putet, ob hujuſmodi legatorum contradictiones adverſus tum ipſum in primis Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, tum adverſus univerſam quæ decretis illis ſubſcripſerat Synodum, imminutum eſſe aliquid reverentiæ & obſervantiæ erga ipſum Leonem Romanum Pontificem, cujus ea de re mandatum audierant: nam in poſtrema allocutione ejuſdem ſanctæ Synodi apud Marcianum Imperatorem hæc in primis de ipſo Leone habent: *Unde nobis impenetrabilem in omni errore propugnatorem Deus providit, & Romanæ Eccleſiæ Papam ad victoriam præparavit, &*

S. Synodus ſtudioſiſſima S. Leonis Pap.

doctrinis eum per omnia veritatis adſtringens: ut quemadmodum Petrus & hic affectu ferventiore decertans, omnem ad Deum ſenſum & intelligentiam perducat. Et inferius pro eodem ſancto Leone Papa, quem Eutychiani jam blaſphemiis proſcindere inchoarant, nimirum calumniantes ab ipſo innovatam fidem Catholicam, iſta ſancta Synodus ſubdit: *Confidere namque oportet veſtram pietatem, quia nihil præter fidem, quæ olim a ſanctis Patribus annunciata eſt, venerabilis Romanus Pontifex innovavit. Atque ut nulla his, qui Apoſtolicum virum per invidiam lacerare nituntur, relinquatur occaſio: conſonantiæ epiſtolæ ejus ad ſanctorum Patrum teſtimonia, ad certiorem notitiam veſtræ pietatis, ex multis pauca ſubdidimus.* Et ſic incipiunt: *Teſtimonia ſanctorum Patrum, qui duas naturas in Chriſto, &c.* proſequuntur enim adiicere auctoritates tum Græcorum tum Latinorum patrum, quibus ſancti Leonis Papæ epiſtola in omnibus firmæ atque ſolidæ veritatis, eſſe, luce clariſſima demonſtraretur. Hactenus quæ reperiuntur geſta eſſe in ſacroſancti Concilii Chalcedonenſis noviſſima Actione. Deſiderari autem in eiſdem Actis poſtremas acclamationes, mihi facile perſuadeo.

CXLVI. Quid Synodus ad S. Leonem.

Abſolutis rebus propoſitis, eadem ſancta Synodus noviſſimo loco Synodalem epiſtolam ſcripſit ad S. Leonem Romanum Pontificem de cunctis rebus in Synodo pertractatis, petens ab eo cuncta rata haberi atque firmari; Eſt epiſtolæ exordium: *Repletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione,* &c. De qua quidem illud monendum eſſe, lector ſciat, quod habet in fine: *Scripſi pridie Kalendas Apriles, feria tertia, Indictione decimatertia.* Verba enim hæc non ſunt ejus epiſtolæ, ſed librarii, qui eam exſcripſit. Etenim ſicut certum eſt, Synodum menſe Novembris abſolutam, non perveniſſe ad anni ſequentis menſem Aprilis; ita multo certius eſt, nihil pertinere decimamtertiam Indictionem ad Chalcedonenſe Concilium, quod Indictione quarta eſſe celebratum, ipſa Acta perdocent. Nec vero ipſe Marcianus Auguſtus Imperium uſque ad decimamtertiam Indictionem propagavit, qui defunctus eſt Indictione octava. Conſtat autem, ipſa œcumenica abſoluta Synodo, eam Synodalem eſſe conſcriptam epiſtolam, qua inter alia Patres expetunt ab eodem confirmari quæ in ea ſtatuta eſſent, ut Conſtantinopolitana Eccleſia primum poſt Romanam locum obtineat; quod non ipſam tantum ſanctam Synodum, ſed & Imperatorem, & Senatum vehementer cupere ingeſſerunt. At deſcribamus hic tantum quæ ad hæc ſpectant ipſius Synodalis epiſtolæ (b) verba:

(b) Habetur in Concil. Chalced. in fin. Act. 3.

Con-

CXLVII. De Eccleſia Conſtantinop. *Confirmavimus autem & centum quinquaginta ſanctorum Patrum, qui in Conſtantinopoli congregati ſunt, regulam ſub pia memoria Theodoſio: quæ præcepit, poſt veſtram ſanctiſſimam & Apoſtolicam ſedem, honorem habere Conſtantinopolitanam, quæ ſecunda eſt ordinata: Confidentes, quia lucente apud vos Apoſtolico radio, & uſque ad Conſtantinopolitanorum Eccleſiam conſuete gubernando illum ſpargentes, hunc ſæpius expanditis, eo quod abſque invidia conſueveritis veſtrorum bonorum participatione ditare domeſticos. Quæ igitur definivimus, ad interemptionem quidem totius confuſionis, confirmationem vero Eccleſiaſticæ ordinationis definivimus. Hæc ſicut propria & amica & ad decorem convenientiſſima dignare complecti, ſanctiſſime & beatiſſime pater. Qui enim locum veſtræ ſanctitatis obtinent ſanctiſſimi Epiſcopi Paſchaſinus & Lucentius, & qui cum eis eſt reverendiſſimus presbyter Bonifacius, iis ita conſtitutis vehementer reſiſtere tentaverunt; proculdubio a veſtra providentia inchoari hoc bonum volentes, ut ſicut fidei, ſic bonæ ordinationis vobis deputetur effectus.*

CXLVIII. *Nos enim curantes, tam piiſſimos & Chriſtianiſſimos Imperatores, qui ſuper hoc delectantur, quam clariſſimum Senatum, & totam (ut dicere convenit) Imperii civitatem, opportunum credidimus eſſe, honoris ejus confirmationem ab univerſali Concilio celebrari: & velut hæc a tua ſanctitate fuerint inchoata (eo quod fovere* ſemper ſtudeas) roboravimus, præſumentes, dum noverimus, quia quicquid rectitudinis a filiis fit, ad patres recurrit, facientes hoc proprium ſibi. Rogamus igitur, & tuis decretis noſtrum honora judicium; & ſicut nos cupidi in bonis adjecimus conſonantiam, ſic & ſummitas tua filiis (quod decet) adimpleat. Sic enim & pii Principes complacebunt, qui tamquam legem tuæ ſanctitatis judicium firmaverunt; & Conſtantinopolitana ſedes ſuſcipiet præmium, quæ omne ſemper ſtudium vobis ad cauſam pietatis explevit, & ſemetipſam vobis ad concordiam eodem zelo conjunxit. Ut autem cognoſcatis, quia nihil alicui donando per gratiam fecimus, aut per inimicitias adverſando, ſed quippe nutu gubernati divino; omnem vobis Geſtorum vim inſinuavimus; ad comprobationem noſtræ ſinceritatis, & ad eorum quæ a nobis geſta ſunt firmitatem & conſonantium.* Hactenus patres, qui una cum his litteris ad S. Leonem Pontificem (ut profitentur) Synodalia Acta miſerunt.

* favere.

CXLIX. Ex his igitur, quæ in omnibus ferme integra extant, Chalcedonenſis Synodi Actis, quid ante in reliquis œcumenicis Synodis fieri conſueverit, unuſquiſque facile poterit intelligere, nempe a ſancta Synodo ad Romanum Pontificem ſolita mitti quæ a Patribus decreta eſſent, ut auctoritate ipſius Romani Pontificis firmarentur. Sed & obſerva illud, quod univerſi congregati ſexcenti Patres ſacroſancti Concilii Chalcedonenſis cognoſcentes in Romano Pontifice ſummum Pontificii culmen effulgere, ſe ipſos, licet ordinatione collegas & fratres eſſe ſimul ſcirent, filios tamen appellant, univerſalis Eccleſiæ Catholicæ eum eſſe caput intelligentes, cujus & ſit gradus ſummos in Eccleſia diſtribuere: quod profitentur cum obnixe petunt ut concedat, Conſtantinopolitanum Epiſcopum ſecundum in Eccleſia locum obtinere, primum vero poſt ipſum Romanum Pontificem: cujus & auctoritatem tanti æſtiment, ut putent eſſe infirma, nec poſſe ſubſiſtere, quæ in duobus œcumenicis Conciliis eſſe decreta dicebant, nempe Conſtantinopolitano & Chalcedonenſi, niſi accedat ipſius Romani Pontificis confirmatio.

Unde ex omnibus his & aliis ſuperius enarratis perſpicue appareat, nullum officium a ſancta Synodo prætermiſſum, quo non proſecuta fuerit ipſum primarium Chriſtianæ religionis Antiſtitem, & univerſalis Eccleſiæ viſibile caput eum in omnibus univerſalem Eccleſiæ Pontificem profeſſa tum factis, tum ſcriptis & ipſum titulum Oecumenici Eccleſiæ Epiſcopi eidem tribuens; ne putes dumtaxat Alexandrinos clericos eum titulum in ſuis ipſorum libellis indidiſſe. Nam audi ſanctum Gregorium Papam in epiſtola ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum, dum hæc habet: (a) *Sicut enim veneranda veſtra ſanctitas novit, mihi per ſanctam Chalcedonenſem Synodum Pontifici ſedis Apoſtolicæ (cui, Deo diſponente, deſervio) hoc Univerſitatis nomen oblatum eſt: ſed nullus unquam deceſſorum meorum hoc tam profano vocabulo uti conſenſit.* Hæc ibi: & in epiſtola ad Joannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum (b): iſtud ipſum habet, necnon in litteris datis ad Mauritium Imperatorem (c). Quamobrem mihi facile perſuadeo, cum nomen Oecumenici deſideretur in epiſtola Synodali ad ſanctum Leonem Papam, ab ea eſſe librarii dolo ſubductum. CL.

Nomen Oecumenici oblatum Romano Pont. a Synodo Chalced.

(a) Greg. l. 4. ep. 36. & l. 7. ep. 30.

(b) Greg. l. 4. ep. 38.

(c) Greg. l. 4. ep. 32.

Quod vero ſanctus Gregorius in nuper citatis locis dicat nullum prædeceſſorum ſuorum uſum eſſe nomine Oecumenici, ut inſcriberetur Univerſalis Eccleſiæ Epiſcopus: ita quidem intelligendum eſt, ut nemo Romanorum Pontificum eo titulo ex ſolemni ritu ſemper & in omnibus uſus ſit inſcriptionibus, vel ſubſcriptionibus: Cæterum eo interdum ipſorum aliquem eſſe uſum, ſuperius eſt demonſtratum. Et ne longius progrediamur, ipſe S. Leo in epiſtola, quam poſt annum ſequentem ſub Conſulatu Herculani dedit ad Marcianum Imperatorem ad- CLI.

Leo inſcribitur Epiſcopus univerſalis.

adverſas Anatolium quærentem ſubjugare ſibi nobiliores Eccleſias, nempe Alexandrinam & Antiochenam, cum ex dictis Synodis primum ſibi vendicaret locum poſt Romanam Eccleſiam, in ſuæ ipſius epiſtolæ inſcriptione ipſe ſanctus Leo uſus eſt titulo Univerſalis: habet id quidem non ſolum Latinus codex epiſtolarum S. Leonis, ſed & Græcum exemplar in appendice ad Conciliam Chalcedonenſe. At de Chalcedonenſis Synodi rebas geſtis hactenus; quam tredecim diebus, totidem conſummatam vidimus Seſſionibus ſive Secretariis, Actionibus in eis habitis decem & ſeptem abſque illa ſpuria & clandeſtina ab Anatolio furtim adjecta.

CLII. Miraculis confirmata fides. Quod rurſam ad eamdem ſanctam Synodum ſpectat: præter Epiſcoporum ſententiam, quorum partium fuit de fide agare, præterque confirmationem Apoſtolicæ ſedis, acceſſerunt etiam ad eam corroborandam ſanctiſſimorum virorum, qui is temporibus illaſtrabant Orientalem Eccleſiam, & miraculorum virtute nitebant, elogia: Hi enim ſe eamdem in omnibus tenere fidem, quam ſacroſancta Synodus Chalcedonenſis probaſſet, teſtati ſunt verbis: eamque vere Catholicam & ex Deo eſſe, miraculorum etiam crebra editione firmarunt. Jungamus his in primis quæ de eadem Synodo in rebus admirandi illius Euthymii a Cyrillo conſcriptis habentur (a) erat iſte Abbas ſanctorum in Palæſtina monachorum, de de quo nonnulla ſuperius dicta ſunt digna memoria.) *Septuageſimo* (inquit) *& quinto anno ætatis magni Euthymii congregata fuit Synodus Chalcedonenſis, in qua omnes totius ferme orbis terrarum undique convenerunt Pontifices: eos enim ad conveniendum vocabant quæ Epheſi ſcilicet innovata fuerant, a Dioſcoro inquam Alexandrino: quem ſimul cum iis qui illius tuebantur dogmata a ſacris ejiciunt catalogis, & accuratum fidei decretum expoſuerunt. Ei autem Synodo inſignes Euthymii diſcipuli intererant, Stephanus Jamnæ, & Joannes Epiſcopus Saracenorum, cum Petrus quidem jam a vita deceſſiſſet; qui eum autem ſecutus eſt Auxolaus, Dioſcoro acceſſiſſet; & ideo magno (proh dolor?) Euthymio inviſus vitam finiſſet?* Extat quidem Auxolai nomen recenſitum inter eos qui adverſus S. Flavianum una cum Dioſcoro ſubſcripſiſſent: ipſa enim Acta Epheſina hæc prodant, quæ inſerta habentur Actioni primæ Concilii Chalcedonenſis. Sed pergit Cyrillus:

(a) Extant apud Sur. die 20. Januar.

CLIII. Euthymius profeſſor fidei Conc. Chalced. *Ii ergo* Stephanus ſcilicet & Joannes, *cum Synodo intereſſent, quoniam fidei decretum jam erat mandatum litteris; iter ſtatim arripientes, quam potuerunt celerrime accedunt ad Euthymium. Quanam cauſa? Volentes ſcire an ipſe quoque conſentiret iis quæ ſcripta fuerant: Non mediocriter enim eos terrebat, quod Auxolao acciderat, neque ſciebant, an aſſentirentur, vel diſſentirent, priuſquam illius ſciret ſententiam. Poſtquam autem ille legiſſet, & quæ ſcripta erant, recte ſe habere invenisſet, & concinere rectæ regulæ veritatis; pervaſit repente fama totam ſolitudinem, quod magnus quoque Euthymius ſequatur Synodum Chalcedonenſem.* Fuit quidem maximi momenti ad continendum in officio complares eremi Palæſtinæ monachos, qui ſanioris eſſent mentis, ne ſeducerentur a Theodoſio Eutychiano pſeudomonacho, qui Palæſtinam provinciam ea hæreſi magna ex parte fœdavit: id vero quomodo ſe habuerit, dicemus anno ſequenti. Sanctiss. viri probant Concil. Chalced. Probaverunt inſuper & magno gaudio receperunt decretum fidei Synodi Chalcedonenſis magnus ille Simeon Stylita admirandus Saba, & Theodoſius inſignis cœnobiarcha longe diverſus ac prorſus contrarius Theodoſio Eutychiano monacho; ſed & æque magnus Auxentius Abbas, gratia & ipſe miraculorum illuſtris, his nuper nominatis haud impar, eamdem vere eſſe ſecundum Deum fidem miraculorum virtute etiam conſignavit.

CLIV. Cum enim videret Marcianus Imperator decreta fidei cognita & firmata in Con-

PAGIUS LXIV. S. Auxentius Archimandrita ad Synodum evocatus.

A num. CLIV. ad CLX. Sanctus *Auxentius* Presbyter, Archimandrita in Bithynia, cujus Vita ab Auctore coævo ſcripta, recitatur in Actis SS. Bollandianis ad diem XIV. menſis Februarii, in duplici apud Bithynos monte vixit primo e regione montis *Oxia*, decem circiter ultra Chalcedonem milliaribus, in partibus deſertis, qui vicinos omnes montes altitudine longe ſuperat, ubi poſtquam decem aut circiter annos commoratus eſſet, & conveniſſent Epiſcopi in Concilio Chalcedonenſi, ab illis & ab Imperatore ad Synodum evocatus fuit, ut ei aſſentiretur, & cum Sancta communicaret Eccleſia. Ad Synodum non niſi vi coactus *Auxentius* venit, ne fieret Auctor offenſionis iis, qui nollent eam admittere. Soluta Synodo ad priorem montem redire noluit, ſed in alium aſpeciorem, & altiorem, propiorem autem Ruffinianis, nomine *Siopa*, quo cum fratribus, cum quibus in priori monte verſatus fuerat, cum canticis ſpiritualibus deductus eſt, & cellula, ubi ſola feneſtra erat, ad conveniendum eos, qui accedebant uti antea, incluſus fuit. Iis qui ad ipſum ex Urbe Conſtantinopolitana, & ex aliis locis veniebant, erat valde mitis, quos ad relinquenda caduca, & inquirenda cœleſtia hortabatur, eiſque certas preces præſcribebat. Veſte Anachoretica plures ad perfectam vitam anhelantes induit. Cumque non paucæ Virgines ad eum accederent, aut a parentibus adducerentur, ut vitæ Monaſticæ inſtitutis initiarentur, brevi tempore congregatæ ſunt pluſquam ſeptuaginta, quibus vir Sanctus, juſſit Monaſterium ædificari, dato eis habitu ad exercitationem vir-

tutis

S. Auxentius accerſitur ab Imperatore.

Concilio Chalchedonenſi labefactari calumniis monachorum Eutychianorum aſſerentium Neſtorii hæreſim in ea Synodo eſſe reſtitutam ac roboratam, illumque fuiſſe Neſtorianorum conventum; hæcque longe lateque eos ſparſiſſe in damnum haud leve ſimplicium intelligeret: cum, inquam, hæc audiret, ſalubre illud iniit conſilium, ut Auxentium ſanctiſſimum anachoretam virtute miraculorum inſignem, omnibus fama cognitum, ex ſolitudine advocaret, ut miraculorum virtute coram populo eum adſtipulari faceret decretis fidei Concilii Chalcedonenſis. Quæ autem inter eum & Imperatorem tranſacta ſint audi perjucundam hiſtoriam omni fide litteris commendatam ab auctore qui eo tempore ejus res geſtas in unum collegit, in quibus inter alia iſta ſcripta leguntur (a):

(a) *Extant apud Sur. die 14. Feb.*

CLV. Auxentius diu reluctatus acquieſcit.

Cum omnes conveniſſent Epiſcopi, adeo ut eſſent numero ſexcentorum triginta: juſſerunt etiam convenire beatum Auxentium Imperator & Epiſcopi. Cum autem magnus & divinus pater noſter Auxentius reſiſteret, & nollet deſcendere, dicens: non eſſe monachorum docere, ſed potius doceri; hoc vero iis ſolis convenire qui ſunt honorati Pontificatu; Miſit Marcianus Imperator quoſdam ex monachis & clericis qui erant circumcirca ſimul cum militibus, res ejus cognoſcentes; & juſſit, ut niſi vellet ſua ſponte venire cum eis, invitum adducerent. Hi autem cum acceſſiſſent, cum maxime urgentes, nequaquam perſuaſere: adeo ut ſint converſi ad eum inceſſendum maledictis, & affirmarent eum non ſapere. Conabantur itaque eum vi exturbare, ſanctus autem eis cedebat, ſed nondum perfecta mente abſque ſuperna voluntate: nam cum duxiſſent artifices ad globum, in quo erat, ſolvendum, & totum diem permanſiſſent, nihil potuerunt facere. Mane vero dicit eis: Dicite mihi, fratres & patres, in quanam re male erede, & deinde ſic providentia Dei globus aperietur. Illi autem dixerunt: Quod cum pius Imperator Marcianus pios qui ubique ſunt Epiſcopos congregaverit ad utilem conſiderationem dogmatum ſanctiſſimæ Eccleſiæ, tu non vis venire. Scis enim eam quæ nunc eſt conditionem; cum alii quidem ſentiant cum Neſtorio, & ſchiſma moliantur, propterea quod vocem Dei parentis auferant a caſta & veneranda Virgine & matre Domini; alii vero Eutychetis, vel potius Apollinaris tueantur dogmata, & confitentur Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum non perfecte carnem ſuſcepiſſe ex ſemine David, ſed ex viſione eum fuiſſe hominem prodigioſe dicunt.

CLVI. Auxentii rectæ fidei confeſſio, & profectio.

Hæc cum audiſſet beatus Auxentius dixit! Ego confiteor Verbum perfecte carnem ſuſcepiſſe ex Virgine, non experta opus nuptiarum, & cætera adjecit quæ ſpectant ad Catholicam fidem. Subdit auctor: *Hæc cum dixiſſet, & eos inſtare vidiſſet, & manibus in cælum ſublatis juſſiſſet intenſam fieri precationem, non tradidit ſe ipſum. Illis autem inſultantibus, & globum diſſolvere rurſus aggredientibus, & nihil omnino valentibus efficere; beatus cum ſignaſſet globum, & ter dixiſſet, Benedictus Dominus, miti voce imperavit artificibus, & ſic ejus voluntate ſublatis tabulis quæ erant in clavis affixæ ejus feneſtræ, eum ejecerunt. Aſtiterunt vero jumenta & currus, ut ubi vellet, aſcenderet. Cum vero recuſaret locari ſuper jumentum, ſtrato curru ſanctum in eo reclinaverunt: erat enim imbecillis & dejectus toto corpore ex nimia exercitatione & maxime ex laboribus, &c.* Recitat auctor miracula ab eo in ipſo itinere edita, quæ cum plura ſint, brevitatis cauſa prætGerimus: lector, ſi vult, conſulat eadem Auxentii Acta, inveniet plane inſignia ſancti viri miracula. Poſt multa vero hæc de Auxentii rebus geſtis cum Imperatore.

CLVII. Marcianus Imp. quid cum Auxentio.

Poſt hæc autem pius Imperator, miſſo dromone ex Hebdomodo, quod illic eſſent pro cenſus, ad ſe accerſit beatum Auxentium: & cum eum vidiſſet toto corpore afflictum ob exercitationem, magnam in eum oſtendens miſericordiam, dicit ei: Scio te eſſe Dei ſervum, domine Auxenti, & debes conſentire ſanctæ & œcumenicæ Synodo, ad hoc, ne tu ſias auctor offenſionis iis qui eam volunt admittere. Sanctus autem reſpondens, dicit Imperatori: Quis ſum ego canis mortuus, quod ut eum ſanctis paſtori-

PAGIUS

tatis plane accommodato, tunicis ſcilicet ex pilis contextis, & magnis quibuſdam palliis, *adeo ut revereretur quiſpiam vel ſolum videns tantam triſtitiam*, inquit Auctor vitæ ejus, qui addit, eum animam Deo reddidiſſe *imperante Leone Februarii menſis die XIV.* Antequam ſolitariam vitam amplecteretur, educatus fuerat in aula Theodoſii Imp. cooptatus inter milites, qui ex militiæ peritis exercitatiſque præmii loco ſeligebantur, ut Imperatorem in publicum prodeuntem comitarentur, magnaque amicitia cum Sancto *Marciano* tunc laico Sectæ Novatianorum & haud multo poſt verito Catholicæ fidei ac facto Oeconomo magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, de quo infra ſermo, conjunctus fuerat.

LXV. S. Auxentii ſpelunca ſæculo nono a Viris Sanctis adhuc inhabitata.

Mons ille, cui poſtea a Sancto *Auxentio* nomen impoſitum, occupabatur adhuc per ſucceſſionem a Sanctis Viris initio ſæculi noni, quo *Stephanus* Diaconus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſcripſit Vitam Sancti *Stephani junioris*, Monachi & Martyris, qui in ſpelunca ibidem incluſus per aliquot annos vixit eo tempore, quo *Leo Iſaurus* in ſacras imagines debacchabatur. Teſtatur Auctor iſte ſanctum Stephanum Cœnobium ibi condidiſſe, ſancti Auxentii nomine inſignitum, quod quidem inquit, impius tyrannus hoſtili erga Sanctum animo, *Monaſterio everſo, Auxentii collem nuncupavit, quod & ad*

hanc

ribus connumerer, jubet tua potentia? qui non recuſo paſci, & doctrina egeo. Imperator autem poſtquam plurima cum eo eſſet locutus, dicit: Conſidera quid expediat, & ne nos afficias moleſtia: Nam nec nos quidem quippiam præter id quod oportet, ſed ut decet, ad ſanctiſſimæ Eccleſiæ unionem & non deſtructionem Concilium congregavimus. Hæc cum dixiſſet Imperator, & preces ab eo petiiſſet, eum dimiſit. Cum vero veniſſet beatus Auxentius in monaſterium ſancti Hypatii in Ruffinianis (erat locus ille ſic dictus a Ruffino Conſule, qui Eccleſiam ibi Apoſtolorum cum monaſterio ædificavit,) *& vidiſſet illic magnam affuiſſe multitudinem, cæpit omnibus præcipere, ut abſtinerent a theatris, &c.* Subdit auctor de puella ab obſidente dæmone per eum liberata, atque poſt hæc:

CLVIII. Unde cunctatio Auxentii. *Cum vero rurſus mittens Imperator eum accerſiſſet, rogavit an aſſentiretur ſanctæ Synodo, & cum ſancta communicaret Eccleſia. Dixit ad eum beatus* (quod neſciret quæ decreta eſſent in Synodo, & accepiſſet a Neſtorianis eam eſſe collectam) *Quomodo poſſum communicare, ſi non confiteatur eſſe Dei parentem ſemper Virginem? Dixit ei Imperator: Si videris quæ ſunt recte confirmata & ſtabilita a Synodo ad deſtructionem reliquarum hæreſum, eu ne quoque aſſentieris? Reſpondit ſanctus: Si nihil aggreſſa eſt ſancta Synodus, quod tendat ad evertendum Concilium trecentorum decem & octo Patrum qui erant Niceæ, ſed perfectam enunciavit carnis œconomiam Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & quæ convenit Virgini Dei parentis vocem non rurſus abſtulit, communico, & aſſentior, Deo agens gratias & pietati veſtræ. Hæc cum audiſſet Imperator, oſculatus eſt venerandum & ſanctum ejus caput, & ſic deinde juſſit cum maximo honore venire in magnam & ſanctiſſimam Dei eccleſiam: quamobrem magna cum populi conſequebatur multitudo. Significans autem Imperator Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, quæ ab eo dicta fuerant, jubet ei legi omnia quæ a ſancta Synodo fuerunt definita.*

CLIX. Probat fidem Chalcedonen. Synodi Auxentius. *Qui cum diligenter & accurate Acta legiſſet, & perſuaſum habuiſſet, quod Dei voluntate, quæ adverſus Neſtorii impias nugas, & Eutychetis manifeſtum furorem decreta fuerunt, ſancta firmavit Synodus: nempe demonſtraſſet veram certamque incarnationem Dei Filii, duaſque naturae in una perſona indiviſe & inconfuſe & inſeparabiliter eſſe conjunctae, vereque prædicari Deum verum & hominem in una perſona, aſſerique vere dici debere Dei genitricem ſanctiſſimam Virginem, & ſecundum divinas Scripturas, & traditiones majorum, & Patrum teſtificationes, atque ſecundum ſancti Cyrilli ſcripta, ac juxta nuper editam S. Leonis epiſtolam cuncta eſſe definita atque ſanctiſſime ſtabilita: Hæc, inquam,* (ſubdit auctor) *cum legiſſet & admiſiſſet beatus, in divina ſatisfactione & ſpiritali intelligentia aſſenſus, abiit Ruffinianae, dicens: Non oportet autem non ex ignorantia maledictis inſectari, aut calumniari hanc ſanctam Synodum, ſed potius quod manifeſtum eſt & verum agnoſcentes admittere. Itaque cum ſancti quidem Patres hæc concorditer in Synodo declaraſſent & definiſſent, & unuſquiſque ad ſuos reverteretur; noluit beatus Auxentius redire ad priorem montem, ſed in alium aſperiorem & altiorem, propiorem autem Ruffinianis, nomine Scopen, &c.* Pergit auctor reliquas præclaras ab eo res geſtas & innumera fere quotidie miracula edita recenſere. Ut plane Dei conſilio factum fuiſſe apparuerit, quod prope Chalcedonem in prominenti loco, tanquam ſuper cathedram collocatus, ſublimis profeſſor fidei Chalcedonenſis Auxentius degeret: ut clariſſima atque altiſſima voce virtutis, nempe ſignorum omnium, plus ſatis manifeſtum redderetur, quænam eſſet fides vera, nempe ea, quam Deus in Auxentio jugi operatione miraculorum firmiſſime comprobaret.

Abſoluta igitur hoc *anno* (ut dictum eſt) ſacra Synodo menſe Novembris, Patres ad ſuas ſinguli Eccleſias rediere. Dioſcorus vero Gagram *in* Paphlagonia civitatem juſſus proficiſci, immo militari manu perductus, ibidem relegatus eſt, (tradunt id Liberatus Diaconus (*a*), Evagrius, (*b*) & alii qui de his agunt) obi infelix diem clauſit extremum. Tanti autem a Deo præſtiti beneficii in damnatione perditiſſimæ hæreſis, quæ ſacræ incarnationis myſterium abolere præſumpſerat. Orientalis Eccleſia memor, eamdem ipſam Synodum Chalcedonenſem perpetua colere ſtatuit celebritate, anniverſaria eam memoria conſecrans, cum annis ſingulis in eccleſia hæc publice occinenda in Menologio ſcripſerit die decimaſexta menſis Julii: Celebritas ſexcentorum triginta Patrum Quartæ Synodi œcumenicæ in urbe Chalcedone tempore

CLX. Dioſcori relegatio

(*a*) *Liberat. in Brev. c. 14.*
(*b*) *Evag. l. 2. c. 5.*

Conſecrata memoria Synodi Chalcedonenſis.

PAGIUS *hanc diem ab ejus ſynmiſtis dilitatur.* Enumerat ibidem Stephanus Diaconus Auxentii ſucceſſores inter quos ſanctum *Stephanum juniorem* ſextum ordine fuiſſe dicit.

LXVI. Ad *num.* CLX. In Chronico Coptitarum Patriarcharum legitur, *Dioſcorum* poſtquam a Synodo Chalcedonenſi Epiſcopatu Alexandrino dejectus eſt, (cui *Proterius* ſubſtitutus) amandatum eſſe in inſulam in Occidente conſtitutam, *annis ſeptem* in ea moratum, mortuumque *die ſeptima Tuti*, quarta nempe die menſis Septembris. Sed certum eſt, *Dioſcorum Gangram* Aſiæ Mi-

Dioſcori Epiſcopi Alexandrini interitus.

re Marciani Imperatoris. Ita Ipſi, & quidem jure ob acceptum per eam adeo immenſum divinitus beneficium; de quo etiam hæc habet S. Leo in epiſtola ad Theodoretum Cyri Epiſcopum (a): *Secunda eſt poſt adventum Domini hæc Orbi feſtivitas: redditum ſæculo eſt, prædone proſtrato, incarnationis divinæ myſterium.* Et paulo poſt: *Solis juſtitiæ jubar, denſis per Orientem Neſtorii & Eutychetis nebulis impeditum, pure ab Occidente reſplenduit, ubi culmen ſanctum in Apoſtolis & doctoribus principaliter Dominus collocavit; quamvis nec illic unquam defuiſſe, credendum ſit, ubi* * *confeſſores ſibi egregios reſervavit.* Iſta ſanctus Leo; atque de Synodo modo hactenus.

(a) Leo epiſt. 63.

* quos

CLXI. Poſt hæc autem eodem anno, duodecima die menſis Novembris, idem Marcianus Imperator cupiens omni ex parte eſſe Chriſtianæ religioni bene conſultum, cum jam per ſacroſanctum Concilium omnes emergentes hæreſes compreſſiſſet, voluit ſacro edicto quicquid reliquum eſſet Gentilitiæ ſuperſtitionis penitus diſſipare, hujuſmodi promulgando ſanctionem (b):

(b) L. 7. C. de Pagan.

CLXII. Quid Marcianus in Idololatras.

Nemo venerandi, adorandique animo delubra, quæ jam olim clauſa ſunt, reſeret. Abſit a ſæculo noſtro infandis execrandiſque ſimulacris honorem priſtinum reddi, redimiri ſertis templorum impios poſtes profanos aris accendi ignes, adoleri in iiſdem thura, victimas cædi, pateris vina libari, & religionis loco exiſtimare ſacrilegium. Quiſquis autem contra ſerenitatis noſtræ ſanctiones, & contra interdicta ſanctiſſimorum veterum conſtitutionum ſacrificia exercere tentaverit: apud publicum Judicem reus tanti facinoris accuſetur, & convictus proſcriptionem omnium bonorum ſuorum & ultimum ſupplicium ſubeat. Conſcii criminis ac miniſtri ſacrificiorum eamdem pœnam, quæ in illum fuerit irrogata, ſuſtineant; ut hac legis noſtræ ſeveritate perterriti, metu pœnæ deſinant ſacrificia interdicta celebrare. Quod ſi vir clariſſimus Rector provinciæ poſt accuſationem legitimam, & poſt crimen in cognitione convictum, tantum ſcelus diſſimulaverit vindicare; quinquaginta libras auri ipſe Judex, quinquaginta etiam Officium ejus confeſtim Fiſco noſtro inferre cogatur. Dat. pridie Idus Novembris, Marciano Aug. & Adelphio Conſſ. Hæc Imperator in idololatras, quos haud plures ante annos plurimum invaluiſſe diximus. At de rebus hoc anno geſtis hic finis eſto: reliqua autem ejuſdem Marciani Imperatoris edicta quæ eamdem Chalcedonenſem Synodum ſunt ſubſecuta, qui proxime ſequitur annus, quo ſunt ſancita, faciet manifeſta.

Se-

PAGIUS Minoris civitatem deportatum eſſe, illicque interiiſſe anno quadringenteſimo quinquageſimo, quarto. Sub illius enim anni Coſſ. Leo ad Julianum Coenſem Epiſcopum Epiſtolam ordine CXI. a Queſnello ex MS. Codice Cardinalis Grimani publicatam, ſcripſit, in qua aſſerit, mortem *Dioſcori* ſibi ab eodem Juliano eſſe ſignificatam, additque: *Auxiliante miſericordia Dei facilius eſt errantium ſperanda correctio, & efficacior erit prædicatio Evangelii, extincto defenſore mendacii.* Ea Epiſtola data *VIII. Idus Decemb. Aetio & Studio UU. CC. Coſſ.* anno ſeCDLIV. Expectationem Sanctiſſimi Pontificis fruſtrati ſunt Eutychiani, a quibus etiamnum hodie memoria *Dioſcori* colitur.

I. SEquenti anno Domini quadringenteſimo quinquageſimoſecundo, Conſulibus Herculano atque Sporatio*, vigeſimaſexta Januarii Marcianus Imperator pro firmitate Chalcedonenſis Concilii ſollicitus edidit ſanctionem, ne cui amplius liceret publice de fide differere; cui quidem ejuſmodi legitur indita inſcriptio (a):

* Aſporatio.

(a) Apud Concil. Chalc. Act. 3.

Titulus ſuppoſitus.

Imperatores Cæſares, Flavius Valentinianus Pontifex, Germanicus inclytus, Alemannicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Tribunitiæ poteſtatis vicies ſepties; Imperator vicies ſepties: Et Flavius Marcianus Pontifex inclytus, Germanicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Alemannicus inclytus, Francus inclytus, Tribunitiæ poteſtatis vicies ſepties, Imperator, Conſul ſemel. De prohibitis diſputationibus a Chriſtianis civibus Conſtantinopolitanis. Ita inſcriptio, quam quidem puto ab aliquo additam otioſo, cum plurium mendaciorum arguatur. Etenim quid ſibi vult Tribunitia poteſtas viciesſepties repetita in Marciano, cum eadem una cum annis augeretur Imperii? Undenam iſte ſibi comparavit, ut trium tantum annorum Imperator, deſcriberetur vigeſimæſeptimæ Tribunitiæ poteſtatis? quam nonniſi cum Imperio impertiri ſolitam, ſatis ſuperius demonſtravimus.

Rurſum vero quomodo uterque inſcribitur Pontifex, cum is titulus (ut a nobis tertio tomo Annalium dictum eſt) defecerit in Gratiano; qui primus, eo aliquando ſicut a cæteris prædeceſſoribus uſurpato ſponte carere voluit? quem non ab alio, niſi a Juliano Apoſtata, liquet eſſe reſumptum. Sed & ſi titulos ex popu- II.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 1941.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. CCCCXC. A. C. 452.

☉ 13. FE. ☽ 26. P. 23. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 452.

LEONIS PAPÆ 13.

VALENTINIANI III. 28.

MARCIANI 3.

I. Conſules. [1] COSS. *Sporatius & Fl. Herculanus*: ille Orientalis; fuit enim unus ex Judicibus Illuſtriſſimis Synodi Chalcedonenſis, ad eumque Theodoretus ſcripſit Epiſtolam XCVII. anno CDXLIX. quam eam recitat Baronius num. CXL. & ſeqq. ubi eum perperam Comitem Domeſticorum appellat, cum tantum Comes tunc eſſet. Erat autem Comes Domeſticorum anno elapſo, ut non ſemel legitur in Actis Concil. Chalced. *Sporatius* vir egregie Catholicus fuit ſummus Theodoreti amicus, qui ejus efflagitatu compoſuit libros quinque *Hæreticarum Fabularum*; ipſique dicavit, anno poſt hunc incerto. *Herculanus in* Occidente creatus, cum ejus ſolius nomine Epiſtolæ hoc anno a Sancto Leone ſcriptæ conſignentur. *Herculanus* dicitur Flavius in Epitaphio quod extat Tom. I. Rom. Subterraneæ pag. 416.

NOTÆ [a] COſſ. *Sporatius, & Fl. Herculanus*. Gruterus pag. MLIV. 8.

CONS. FL. HERCVLANI
V. C.

Fabrettus pag. 717. num. 628.

DEPOSITVS. HERILA. COMES
IN PACE. FIDEI.
CATHOLICAE. VII. KAL. AVG.
QVI. VIXIT. ANN.
PL. M. L. D. N. SEVERI. AVG.
PRIMO. CONS. ET
CONSVLATV. HERCVLANI. V. C.

Inſcriptiones Baſilicæ S. Pauli via Oſtienſi, num. 122.

QVAE. RECESSIT. DIE. MERCVRIS. ORA. VIII. ET. DEPOSITA
DIE. IOVIS. IDVVM. MAIARVM. IN. CONTRA. COLOMNA
VII. CONS. FL. HERCVLANI. V. C.

Apprime hæc in annum Chriſti 452. conveniunt; nam hoc anno biſſextili littera Dominicalis FE fuit; quare die XI. Maii fuit Dominica, dies *Iduum Majarum*, nempe dies XV. Maii incidit in diem *Jovis*. Legitur & hæc Inſcriptio inter Donianas Cl. XX. num. 65. pag. 537. ibi tamen deeſt *Herculani* conſulatus. Faſti Idatiani: *Herculano & Parraria*, mendoſe, pro *Sporatio*. Marcellinis: *Aſporario & Herculano*. Proſper vulgatus: *Heſculano & Sporatia*. Proſper Vaticanus MS. *Herculano & Aſpheracia*.

pulis debellatis inſpicias (ut de Valentiniano dicere prætermittamus) unde Marciano tot ex ſubjugatis populis tituli? Poſſent forte hæc diſſimulari, quod hæredes Imperii iiſdem uterentur titulorum inſignibus, quibus prædeceſſores fuerant decorati, ſi reliqua ſibi conſtarent. At recitemus ipſum edictum, quod ex parte

(a) l. 4. C. de ſumma Trinit. deſcriptum in Codice Juſtinianeo (a) mendoſiſſime datum legitur ſub Conſulatu Ricimeris, cum jam ante triennium ab eo Conſulatu ipſe Marcianus, cujus eſt ſanctio, ex humanis exceſſiſſet: Sunt autem hæc ſanctionis verba.

III. Marciani edictum. *Tandem aliquando, quod ſummis votis atque ſtudiis optabamus, evenit. Remota eſt de Orthodoxa Chriſtianorum lege contentio. Tandem remedia culpabilis erroris inventa ſunt, & diſcors populorum ſententia in unum conſenſum concordiamque convenit. E diverſis enim provinciis religioſiſſimi ſacerdotes Chalcedonem venerunt juxta noſtra præcepta; & quid obſervari in religione debeat, perſpicua definitione docuerunt. Ceſſet igitur jam profana contentio: Nam vere impius atque ſacrilegus eſt, qui poſt tot ſacerdotum ſententiam opinioni ſuæ aliquid tractandum relinquit. Extrema quippe dementia eſt, in medio & perſpicuo die commentitium lumen inquirere. Qui enim poſt veritatem repertam aliquid ulterius diſcutit, mendacium quærit. Nemo itaque vel clericus, vel militaris, vel alterius cujuſlibet conditionis de fide Chriſtiana publice turbis adunatis & audientibus tractare conetur in poſterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occaſionem requirens.*

Diſputatio de fide prohibetur. *Nam injuriam facit judicio religioſiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel judicata ac recte diſpoſita revolvere & publice diſputare contendit; cum ea quæ nunc de Chriſtiana fide ſtatuta ſunt, juxta Apoſtolicas expoſitiones & ſtatuta ſanctorum Patrum trecentorum decem & octo, & centum quinquaginta, definita eſſe noſcantur.*

IV. *Nam in contemptores hujus legis pœna non deerit: quia non ſolum contra fidem bene compoſitam veniunt, ſed etiam cum Judæis & Paganis ex hujuſmodi certamine profanant veneranda myſteria. Igitur ſi clericus fuerit qui publice tractare de religione auſus fuerit, a conſortio clericorum removebitur; ſi vero militia præditus ſit, cingulo ſpoliabitur: cæteri etiam hujus criminis rei de hac ſanctiſſima urbe pellantur, pro vigore judiciario etiam competentibus ſuppliciis ſubjugandi. Conſtat enim hinc hæreticæ inſaniæ incendia fomitemque præberi, dum publice quidam diſputant atque contendunt. Univerſi ergo, quæ a ſancta Synodo Chalcedonenſi ſtatuta ſunt, cuſtodire debebunt, nihil poſthac dubitantes. Hoc itaque noſtræ commoniti ſerenitatis edicto, abſtinete a profanis vocibus, & ulterius deſinite de divinis diſputare, quod nefas eſt: quia non ſolum divino judicio peccatum hoc (prout credimus) punietur, verum etiam legum & Judicum auctoritate coercebitur. Datum Conſtantinopoli, VII. Kalendas Februarii, Sporatio viro clariſſimo & qui fuerit nunciatus Conſ.* Sed pro Sporatio, Patricius poſitus mendoſe eſt in Codice Juſtinianeo, cui collega additus Ricimeres. Scimus alios legere, pro Sporatio, Aſporatium, ſed perperam quidem, mea ſententia: etenim in Actis (b) Matronæ Pergenſis, cum de ejuſdem Conſulis conjuge agitur, Sporatius idem reperitur nominatus: ita etiam in Actis Concilii Chalcedonenſis: in Marciani vero Novella, Storacius, pro Sporatio; depravate legitur: & apud Theodoretum in epiſtolis, Sporadius, æque mendoſe ſcriptus reperitur. (b) Apud Metap. die 8. Novem.

Verum quod ad edictum pertinet: cum vaniloqui adhuc obſtreperent, & Eutychianiſhæretici adverſantes ſacro Chalcedonenſi Concilio turbas cierent, concitarentque tumultus; idem Imperator menſe Martii aliam edidit ſanctionem ad Vincomalum Conſulem deſignatum, cujus eſt exordium (c): *Venerabilem Catholicæ Orthodoxorum fidei ſanctitatem, &c.* Ad finem vero hæc de factioſis & inquiete agentibus: (c) Extat in fine Act. 3. Conc. Chalc.

Ruſſus Imp. exagitat nova lege Eutychianos. *Verum ſicut manifeſta ratione cognovimus, non deſinunt quidam in eadem perverſitatis inſania permanere, & publico de religione contendere, populis adunatis, & myſteria divina, Judæorum Paganorumque ſub obtutibus publicare & profanare: quæ rectius delenda ſunt, quam inquirenda. Oportuerat quidem in eadem pertinacia conſiſtentes ſtatuta dudum animadverſione compeſci; ut pœna corrigeret, quos reverentia juſſionum emendare non potuit. Verum in hoc ſecuti conſuetudinem noſtram, noſcentes præ omnibus quod Divinitas pietate lætetur, pœnam nocentium credidimus differendam, iterata hæc ſancientes noſtræ clementiæ juſſione, ut in futurum a prohibitis omnes abſtineant, nec conventicula colligant ſuper religione certantes: quia in hujuſmodi perverſitate & vanitate detecti, & ſtatutas dudum ſuſcipient pœnas, & judiciario motu (prout religioſis temporibus convenit) punientur. Oportet enim Chalcedonenſem Synodum ſequi, in qua omnibus diligenter quæſitis, ea definita ſunt, quæ pridem tres prædicti cœtus Apoſtolicam fidem ſecuti omnibus ſervanda tradiderunt civibus Conſtantinopolitanis.* Hæc Marcianus primo hujus anni tempore ſancivit. Sed quidem haud proficue abſtinuit a multandis ſevera animadverſione hæreticis: quæ enim impuniti auſi fuerint, paulo poſt dicturi ſumus. Illud ſane plurimis exemplis ſatis perſpectum eſt factum, numquam profuiſſe fi-

dei Catholicæ clementiam Principum in remittendis culpis ab hæreticis perpetratis: ea enim abuſi ſemper illi evaſere deteriores.

VI. Sic igitur tum Epiſcoporum ſententia, tum Imperatoris ſanctionibus damnata eſt cum auctore ſuo & ſectatoribus ejus Eutychiana hæreſis, adverſus quam complures Orthodoxi ſcriptores iiſdem temporibus ſtylum exeruere: nam præter S. Leonem Romanum Pontificem ſcripſerunt adverſus eam Mochinus Meſopotamius presbyter Antiochenus, necnon Iſaac presbyter itidem Antiochenus, Samuel presbyter Edeſſenus, & Theodoretus Epiſcopus Cyri, ut, qui de his ſingulis ſcribit, Gennadius tradit. Sed & qui poſtea de tribus capitulis tractatus elaborarunt pro Concilio Chalcedonenſi, iidem Eutychianam hæreſim acerrime inſectati ſunt.

VII. Sed ut anni hujus, quæ reliquæ ſunt, res geſtas proſequamur: Hoc item anno ſanctus Leo Romanus Pontifex, ſimulac exemplaria rerum in Synodo Chalcedonenſi geſtarum Romam allata percepit, provinciis Occidentalis Eccleſiæ nota facere ſtuduit, quæ in œcumenico Concilio de fide Catholica decreta eſſent. Inter alios autem ad Epiſcopos Galliarum provinciæ Narbonenſis hæc breviter ſcripſit (a).

(a) Leo epiſt. 94.

VIII. S. Leo promulgat in Occidente Synodum Chalced.

Impletis per miſericordiam Dei communibus votis, dignum eſt fraternitatem veſtram ſanctorum gaudiorum habere conſortium. Nam fratres mei, qui vice mea Orientali Synodo præſederunt, quæ vota retulere, ſignifico: confirmatam Catholicam fidem & glorificatam Apoſtolicæ prædicationis triumpho, quo etiam hi qui ad deviandum vel ſeducti fuerant, vel impulſi, recepta veritatis luce lætantur. Siquidem omnes Domini ſacerdotes in una ſententia, ſancto Spiritu docente, conſenſere. Et de ſacramento Dominicæ incarnationis, in qua multorum intelligentia caligabat, ita tenebræ erroris ablatæ ſunt, ut in uno Domino noſtro vero Dei & hominis Filio, nec de humanitatis ambigatur natura, nec de Deitatis eſſentia. In impios autem nefandi erroris auctores, qui indignos ſe Dei gratia judicantes, correctionis uti remediis noluere, qualis ſit lata ſententia, exemplaria quæ miſimus, edocebunt, ut agnoſcat veſtra dilectio, fratres cariſſimi, in ſancto examine divinum non defuiſſe judicium, qua & vindicta retributa eſt obduratis, & pax impenſa correctis. Dominus vos incolumes cuſtodiat, fratres cariſſimi. Haſtenus epiſtola, quæ miſſa ad alias metropolitanas Eccleſias fuit Circularis communis omnibus provinciis. Cæterum privatas alias litteras dedit ad Gallicanos hoc ipſo item anno Kalendis Februarii, quarum eſt exordium (b): *Optaſſemus quidem fraternitatis veſtræ litteras, &c.*

(b) Leo epiſt. 52.

IX. Pervenerunt inter hæc Romam ad S. Leonem Papam legati miſſi Conſtantinopoli cum litteris Anatolii & Imperatoris atque Pulcheriæ Auguſtæ, Lucianus Epiſcopus, & Baſilius diaconus, proſecuturi cauſam primatus ſedis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, clanculo (ut vidimus) in Synodo decreti, rogaturique ut ipſe Pontifex præberet aſſenſum. His ſuſceptis, & acceptis idem S. Pontifex quæ Synodalibus litteris ſcripta erant a ſacroſancto Concilio Chalcedonenſi, in quibus poſt alia de fide Catholica confirmata, ea de primatu erant; probe ſciens illa cuncta per Anatolium ejus ſedis Epiſcopum eſſe curata; ad ipſum reſcribens eumdem acriter objurgavit, quod inconceſſa tentaſſet: & poſt nonnulla, cuncta quæ præter canones ab eo uſurpata eſſent, his verbis exprobrat (c): *Poſt illa itaque ordinationis tuæ non inculpata principia* (quod ſcilicet a Dioſcoro, depoſito Flaviano, ordinatus eſſet) *poſt conſecrationem Antiocheni Epiſcopi, quam tibimet contra canonicam regulam vendicaſti: doleo etiam in hoc dilectionem tuam eſſe prolapſam, ut ſanctiſſimas Nicænorum canonum conſtitutiones conareris infringere, tamquam opportune ſe tibi hoc tempus obtulerit, quo ſecundi honoris privilegium ſedes Alexandrina perdiderit, & Antiochena Eccleſia proprietatem tertiæ dignitatis amiſerit: ut his locis juri tuo ſubditis, omnes Metropolitani Epiſcopi proprio honore priventur. Quibus inauditis & numquam ante tentatis ita præveniris exceſſibus, ut ſanctam Synodum ad extinguendam ſolum hæreſim & confirmationem fidei Catholicæ ſtudio Chriſtianiſſimi Principis congregatam, in occaſionem ambitus trahas, & ut conniventiam ſuam tibi dedat, impellas: tamquam refutari nequeat, quod illicite voluerit multitudo; & illa Nicænorum canonum per ſanctum vere Spiritum ordinata conditio in aliqua umquam ſit parte ſolubilis.*

(c) Leo epiſt. 53. Leo Papa redarguit Anatolium Epiſ. Conſtantinop.

X. Contra Nicænam Synodum nulla alia Synodus prævalet.

Nulla ſibimet de multiplicatione congregationis Synodalis Concilia blandiantur: neque trecentis illis decem atque octo, quantumlibet copioſior numerus ſacerdotum vel comparare ſe audeat, vel præferre; cum tanto divinitus privilegio Nicæna ſit Synodus conſecrata, ut ſive per pauciores, ſive per plures Eccleſiaſtica judicia celebrentur, omni pene auctoritate ſit vacuum, quicquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum. Nimis ergo hæc improba, nimis ſunt prava, quæ ſanctiſſimis canonibus inveniuntur eſſe contraria. In totius Eccleſiæ perturbationem ſuperba hæc tendit elatio, quæ ita abuti voluit Concilio Synodali; ut fratres in fidei tantummodo negotium convocatos, & definitione ejus cauſa quæ erat curanda perſun-

Digitized by Google

functos, ad conſentiendum ſibi aut depravando traduceret, aut terrendo compelleret. Inde enim fratres noſtri ab Apoſtolica ſede directi, qui vice noſtra Synodo præſidebant, probabiliter atque conſtanter illicitis auſibus obſtiterunt, aperte reclamantes, ne contra ſtatuta Nicænæ Synodi præſumptio reprobæ novitatis aſſurgeret. Nec poteſt de eorum contradictione dubitari, de quibus in epiſtola tua etiam ipſe conquereris, quod conatibus tuis voluerint obviare. In quo eos quidem multum mihi hæc ſcribendo commendas; ſed te ipſum, quod eis parere nolueris, dum illicita molires, accuſas, ſuperflue non concedenda appetens, & inſalubriter contraria concupiſcens; quæ nullum umquam potuerunt noſtrum obtinere conſenſum.

XI. *Abſit enim a conſcientia mea ut tam prava cupiditas meis ſtudiis adjuvetur; ac non potius & meo, & omnium qui non alta ſapiunt* (a) *ſed humilibus conſentiunt, opere* * *ſubruatur. Sancti illi & venerabiles Patres qui in urbe Nicæa ſacrilego Ario ſua cum impietate damnato, manſuras uſque in finem mundi leges Eccleſiaſticorum canonum condiderunt, & apud nos in toto orbe terrarum in ſuis conſtitutionibus vivunt; & ſi quid uſquam aliter quam illi ſtatuerunt, præſumitur, ſine cunctatione caſſatur: ut quæ ad perpetuam utilitatem generaliter inſtituta ſunt, nulla commutatione varientur, nec ad privatum trahantur commodum quæ ad bonum ſunt commune præfixa: & manentibus terminis, quos conſtituerunt Patres, nemo in jus tendat alienum; ſed intra fines proprios atque legitimos, prout quis valuerit, in latitudine ſe charitatis exerceat, cujus ſatis uberes fructus Conſtantinopolitanus poteſt Antiſtes acquirere, ſi magis humilitatis virtute nitatur, quam ſi ſpiritu ambitionis infletur.*

(a) Rom. 12.
* ope
Leo Papa tenax cuſtos ſacrorum Canonum.

XII. *Noli frater altum ſapere, ſed time, & Chriſtianiſſimorum Principum piiſſimas aures improbis petitionibus inquietare deſiſte: quibus certum habeo modeſtia te magis quam elatione placiturum. Perſuaſioni enim tuæ in nullo penitus ſuffragatur quorumdam Epiſcoporum ante ſexaginta* * *(ut jactas) annos facta ſubſcriptio numquamque a prædeceſſoribus tuis ad Apoſtolicæ ſedis tranſmiſſa notitiam; cui ab initio ſui caducæ, dudumque collapſæ, ſera nunc & inutilia ſubiicere fomenta voluiſti, eliciendo a fratribus ſpeciem conſenſionis, quam tibi in ſuam injuriam verecundia fatigata præberet. Memento quid Dominus* (b) *ei qui unum de puſillis ſcandalizaverit comminetur. Et ſapienter intellige, quale ſit judicium Dei ſubiturus, qui tot Eccleſiis, tot ſacerdotibus ſcandalum inferre non metuit. Fateor enim, ita me dilectione univerſæ fraternitatis obſtringi, ut nemini prorſus in his quæ contra ſe poſcit, aſſentiam; poſſiſque evidenter agnoſcere, me dilectioni tuæ benevolo animo contraire, ut ſaniore conſilio ab univerſalis te Eccleſiæ perturbatione contineas.*

* octoginta.
(b) Matt. 18. Marc. 9.

Non convellantur provincialium jura primatuum, nec privilegiis antiquitus inſtitutis Metropolitani Antiſtites fraudentur. Nihil Alexandrinæ ſedi, ejus quam per S. Marcum Evangeliſtam beati Petri diſcipulum meruit, pereat dignitatis; nec Dioſcoro impietatis ſuæ pertinacia corruente, ſplendor tantæ Eccleſiæ tenebris obſcuretur alienis. Antiochena quoque Eccleſia, in qua primum, prædicante beato Apoſtolo Petro (c), *Chriſtianum nomen exortum eſt, in paternæ conſtitutionis ordine perſeveret; & in gradu tertio collocata, numquam ſe fiat inferior. Aliud enim ſunt ſedes, aliud præſidentes. Et magnus unicuique honor eſt integritas ſua: Quæ cum in quibuſlibet locis propria ornamenta non perdat, quanto magis in Conſtantinopolitanæ urbis magnificentia poteſt eſſe glorioſa, ſi per obſervantiam tua, & defenſionem paterni canonis, exemplum probitatis multi habeant ſacerdotes? Hæc tibi ſcribens, frater in Domino hortor ac moneo, ut depoſito ambitionis deſiderio, ſpiritu potius ferveas charitatis, &c.* Vidiſti, lector, & quam perſpicue, unus fuiſſe Romani Præſulis irrita reddere, quæ ſexcenti & triginta conſtituiſſent una ſimul Epiſcopi, & Imperatores atque Senatus expetiiſſent, obtentaque firmaſſent?

XIII. Leo cuſtodita vult privilegia Eccleſiarum.
(c) Act. 11.
Salubris Leonis admonitio.

XIV. Eadem quoque die, qua data eſt hæc epiſtola, undecimo Kalendas Junii, ſub

PAGIUS II. *Marcianus Imp. ſcribit ad S. Leonem in favorem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ,*

A num. XI. ad XIX. Andreas Arnaldus V. C. anno MDCLXXXV. aliqua Opuſcula e MSS. eruta in lucem protulit, inter quæ extant duæ *Marciani* Imp. Epiſtolæ ad Sanctum Leonem Pontificem Romanum, quarum prior Latino ſermone ab Holſtenio in Collectione Romana primum edita fuerat, & poſtea a Queſnello inter Epiſtolas divi Leonis collocata. Ea Marcianus Leonem gratulatur de fide apud Chalcedonem roborata, & pace Eccleſiæ reſtituta; petitque ut Sedi Conſtantinopolitanæ ſecundus locus juxta ſtatuta ſecundæ Synodi Conſtantinopolitanæ, & quartæ Chalcedone habitæ tribuatur: *Quæ de*re inquit, *per Lucianum virum religioſum Epiſcopum, & Baſilium Diaconum harum portitores omnia vere inſinuari oportere cenſuimus. Et petimus, ut ea quæ ſancta Synodus ſtatuit, etiam Religio tua in perpetuum præcipiat obſervari.* Ex Epiſtola data *XV. Kalend. Januar. Conſtantinopoli Marciano Aug. & qui fuerit nominatus Coſſ.* ut alia manu ſcriptum, ideoque anno præcedenti ad Leonem miſſa, ſed hoc tantum ab eodem accepta. Porro Adelphium in Occidente *Marciani* collegam in Conſulatu renunciatum fuiſſe, Conſtantinopoli menſe Decembri ignorari non potuit poſt tot literas Conſtantinopoli Roma-

dicto Herculani Conſulatu, ad Marcianum Imperatorem idem ſanctus Leo eadem ex cauſa ſcripſit epiſtolam (a), ubi poſt congratulationem de propulſata una cum hæreticis hæreſi, & fide Catholica ſtabilita, hæc ambitioſa de Anatolii temeraria præſumptione: *Hic autem, propter quæ tanta facta eſt congregatio ſacerdotum, bono & optabili fine compoſitis; miror & doleo, quod pacem univerſæ ſanctæ Eccleſiæ divinitus reformatam ambitionis rurſus ſpiritus, inquietet. Quamvis enim neceſſarie ſibi frater meus Anatolius conſuluiſſe videatur, ut ordinatorum ſuorum errorem deſereret, in aſſenſum Catholicæ fidei ſalubri correctione tranſiret; cuſtodire tamen debuit, ut quod veſtro * beneficio noſcitur conſecutus, nullius cupiditatis pravitate turbaret. Nos enim veſtræ fidei & interventionis habentes intuitum, cum ſecundum ſuæ conſecrationis auctores ejus initia titubarent, benigniores circa ipſum quam juſtiores eſſe voluimus; quo perturbationes omnes, quæ operante diabolo fuerant excitatæ, adhibitis remediis leniremus: quæ illum modeſtum magis quam immoderatum facere debuere.* Hæc ſanctus Leo: eo quod, cum eſſet deponendus Anatolius, qui cum Dioſcoro ſectatus fuerat Eutychianam hæreſim, & vitioſe atque tyrannice per Dioſcorum fuerat in locum S. Flaviani ſubrogatus: abdicata hæreſi, precibus Imperatoris indulſerat bono pacis ipſe ſanctus Leo, ut remaneret Conſtantinopolitanus Antiſtes: non enim alterius quam Romani Pontificis erat diſpenſare, ut tot aſperſus ſordibus homo ſederet Epiſcopus. Subdit vero hæc ſanctus Leo:

(a) Leo epiſt. 54.

Quæ de Anatolio Leo Pap. ad Marcianum Imp.

* noſtro

Diſpenſavit Leo cum Anatolio.

XV. *Qui etiam ſi præcipuis meritis, optimoque judicio legitime fuiſſet ac ſolemniter ordinatus; contra reverentiam tamen canonum paternorum, contra ſancti Spiritus inſtituta, contra antiquitatis exempla, nullis poſſet ſuffragiis adjuvari. Apud Chriſtianum & vere religioſum, vereque Orthodoxum Principem loquor. Multum Anatolius Epiſcopus proprio detrahit merito, ſi illicito creſcere optat augmento. Habeat (ſicut optamus) Conſtantinopolitana civitas gloriam ſuam, ac protegente dextera Dei, diuturno clementiæ veſtræ fruatur Imperio: Alia tamen ratio eſt rerum ſæcularium, alia divinarum; nec præter illam petram, quam Dominus in fundamento poſuit, ſtabilis erit ulla conſtructio. Propria perdit, qui indebita concupiſcit. Satis ſit prædicto, quod veſtræ pietatis auxilio, & mei favoris aſſenſu, Epiſcopatum tantæ urbis obtinuit: non dedignetur regiam civitatem, quam Apoſtolicam non poteſt facere ſedem: nec ullo ſperet modo, quod per aliorum poſſit offenſiones augeri.*

XVI. Rom. Pontif. vindex Canonum. *Privilegia enim Eccleſiarum ſanctorum Patrum canonibus inſtituta, & venerabilis Nicænæ Synodi fixa decretis, nulla poſſunt improbitate convelli, nulla novitate mutari. In quo opere, auxiliante Chriſto, fideliter exequendo, neceſſe eſt me perſeverantem exhibere famulatum: quoniam diſpenſatio mihi credita eſt, & ad meum tendit reatum, ſi paternarum regulæ ſanctionum, quæ in Synodo Nicæna ad totius Eccleſiæ regimen, Spiritu Dei inſtruente, ſunt conditæ, me (quod abſit) connivente, violentur; & major ſit apud me unius fratris voluntas, quam univerſæ domus Domini communis utilitas. Et ideo ſciens glorioſam clementiam veſtram Eccleſiaſticæ ſtudere concordiæ, & his quæ pacificæ congruunt veritati piiſſimum præſtare conſenſum; precor & ſedula ſuggeſtione vos obſecro, ut auſus improbos unitati Chriſtianæ pacique contrarios ab omni pietatis veſtræ abdicetis aſſenſu; & fratris mei Anatolii nocituram ſibi, ſi perſtiterit, cupiditatem ſalubriter comprimatis: ne ea quæ veſtra gloria temporibus inimica ſunt cupiens, major ſuis velit eſſe prioribus,* &c. Ad finem vero: *Convenit* (inquit) *fidei veſtræ, vel gloriæ, ut ſicut hæreſis Deo per vos agente) deſtructa eſt, ita etiam omnis ambitus retundatur. Agite quod & Chriſtianæ eſt pietatis & regiæ, ut prædictus Epiſcopus pareat Patribus, conſulat paci, neque ſibi æſtimet licuiſſe, quod Antiochenæ Eccleſiæ ſine ullo exemplo contra ſtatutum canonum Epiſcopum ordinare præſumpſit: quod nos amore reparandæ fidei, & pacis ſtudio, retractare ceſſavimus.* Hæc & alia ingerens, ad poſtremum legatos ab Imperatore miſſos excuſat, quod per eos non ſteterit, quo minus eam cauſam ſedulo pertractarint; ſed quod eſſet injuſta, nihil potuiſſe opera ſua conſequi.

Scri-

PAGIUS maque Conſtantinopolim eo anno ſcriptas. Verum ut docui, in Diſſert. Hypatica, uſus ferebat, ut in Oriente, vel uterque Conſul in Actis publicis memoraretur, vel ſolus Conſul Orientalis, vel is cum hac formula, *& qui fuerit nunciatus* vel denique, ut Conſules ſuperioris anni, aut etiam ſolius Conſulis Orientalis, nomina cum hac formula proponerentur, *poſt Conſulatum NN.* qui pariter mos in Occidente ſervabatur. Quam obſervationem hic non iterarem, niſi viderem, Viros eruditiſſimos adhuc hac in re hærere. In ſecunda Epiſtola *Marcianus* a Leone idem petit ac in prima. Verum Sanctus Pontifex Epiſtola data, *XI. Kalend. Junii Herculano Conſule*, quæ alias erat LIV. nunc LXXVIII. Marciano reſpondet, Conſtantinopolitanam Sedem, quia Regia eſſet, non Apoſtolica, aliarum depreſſione attolli non poſſe: rogatque Imperatorem, ut Anatolii Epiſcopi Conſtantinopolitani cupiditatem comprimat.

XVII. Scripſit idem ſanctus Leo ad Pulcheriam Auguſtam eodem quoque argumento epiſtolam (*a*) eadem pariter die & Conſule. Eſt ejus exordium: *Sanctis & Deo placitis clementiæ veſtræ ſtudiis, &c.* eadem quæ ſuperius ingerens, caſſare ſe & irrita penitus reddere teſtatur, quæ per Synodum de primatu Conſtantinopolitanæ ſedis eſſent, Anatolio inſtigante, decreta: nam poſt multa, hæc ad finem: *Conſenſiones vero Epiſcoporum & ſanctorum Canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes, unita nobiſcum veſtræ fidei pietate, in irritum mittimus, & per auctoritatem beati Petri Apoſtoli generali prorſus definitione caſſamus.* Hæc S. Leo, magnis reſiſtens animis, infringenſque, quicquid Anatolius tanto conatu œcumenicæ Synodi perficere niſus erat: plane docens, ſuper arenam erigere molem, qui abſque Apoſtolicæ ſedis, in qua eſt firma petra, conſenſu, ædificium conſtruit.

(*a*) *Leo epiſt.* 55.

Leo irritat decretum Chalcedone factum.

XVIII. At quid Anatolius, cum ipſius Romani Pontificis litteras accepiſſet? Homo fraudulentus occultavit quidem eas, utpote quæ ſuam ipſius decantarent junctam cum ambitione nequitiam: ſed & (quod deterius eſt) illud in ſcandalum plurimorum ſparſit in vulgus, Leonem Romanum Pontificem minime recepiſſe Chalcedonenſe Concilium. Hæc quidem hoc anno tranſacta ſunt, reliqua vero anno ſequenti, de quibus ſuo loco dicendum. Vidiſti hominem ambitionis facibus æſtuantem, in quod diſcrimen Catholicam fidem inducat, dum nova ea excogitata calumnia, cuncta, quæ in ſacroſancto Concilio adverſus hæreſes eſſent decreta ac ſtabilita, contradictione Romani Pontificis, nullius eſſe vigoris, ſed irrita plane reddita proclamaret, ipſumque Pontificem prævaricatorem conſtitueret & proditorem, dum quæ eſſent credenda ſcripſiſſet, & eadem, non recipiendo Concilium, condemnaſſet. Sed veritas tandem redarguit impoſtorem.

XIX. Quid vero hoc anno Alexandriæ actum ſit in electione novi ejus civitatis Epiſcopi, dicamus: atque in primis quæ habet Liberatus Diaconus, qui ait (*b*): *Reverſi ſunt autem, relegato Dioſcoro, Alexandriam qui cum eo venerant Epiſcopi & clerici, Athanaſius Buſirios Epiſcopus, & Neſtorius Phlagoneos, & Auxonius Sebennitenſis, & Macarius Chabaſenenſis, qui conſederant in Chalcedone, & anathematizaverunt Eutychetem & ejus dogma cum Dioſcori damnatione, epiſtolam Papæ Leonis ſubſcribentes, ut cum omnium civium voluntate eligerent ordinandum Epiſcopum, ſacris ad hoc litteris præcedentibus ad Theodorum tunc Auguſtalem. Collecti ſunt ergo nobiles civitatis, ut eum qui eſſet vita & sermone Pontificatu dignus eligerent: hoc enim & Imperialibus ſanctionibus jubebatur. Cumque ſuper hoc multa dubitatio præceſſiſſet, volentibus civibus neminem penitus ordinare, ne adulteri viderentur, Dioſcoro quippe vivente: noviſſime in Proterium univerſorum ſententia declinavit; cui & Dioſcorus commendavit Eccleſiam, qui & eum Archiepiſcopum fecerat. Ordinatus eſt ergo Proterius, præſentibus ſupra memoratis Epiſcopis, qui Synodo (ut dictum eſt) ſubſcripſerunt, & inthronizatur.* Hactenus Liberatus.

(*b*) *Liberat. Diac. in Brev. c.* 14.

Proterius creatur Epiſcop. Alexandrinus.

XX. De ſeditionibus vero tunc in populo excitatis iſta habet Evagrius (*c*): *Proterio in ſede Epiſcopali collocato, maximus tumultus & pene intolerabilis a populo variis æſtuante ſententiis cietur. Nam ut iſtiuſmodi rebus evenire ſolet, alii Dioſcorum repoſcere, alii partibus Proterii firmiter adhæreſcere cœperunt; adeo ut clades ingens, eaque certe inſanabilis inde naſceretur. Nam Priſcus Rhetor ſcribit, Præfectum Thebaidis eadem tempeſtate veniſſe Alexandriam, vidiſſeque populum uno conſenſu contra magiſtratus impetum feciſſe, jeciſſeque lapides in militum copias, quæ ſeditionem comprimere ſtudebant; atque milites vi coegiſſe in templum, quod olim Serapidis dicebatur, confugere; tum populum concurriſſe eo templum expugnaſſe, militeſque vivos ignis concremaſſe incendio. De quibus rebus cum certior factus eſſet Imperator, militum recens ad eam rem lectorum duo millia illo miſiſſe; quos adeo ſecundo vento & proſpera uſos navigatione, ut ſexto poſt die Alexandriam appellerent.*

(*c*) *Evagr. l.* 2. *c.* 5.

Pro Dioſcoro certant Alexandrini

XXI. *Deinde cum milites petulanter in uxores & filias Alexandrinorum inſultarent, cladem poſteriorem priorem ſua acerbitate pene obſcuraſſe. Poſtea populum in Circo congregatum oraſſe Florum, qui præſidiorum militum geſſit præfecturam & civilem urbis adminiſtrationem tenuit, uti ipſis frumenti congiarium, quod illis ademerat, quinetiam balnea, ſpectacula, & alias denique res, quæ propter tumultuoſum ipſorum ſeditionem ablata fuerant, curaret reddendas: Florum autem populi impetum, cum coram adeſſet, ſua cohortatione cobibuiſſe, pariterque ſeditionem ad tempus ſedaſſe.* Quæ vero poſt hæc contigerint, ſuo loco dicemus. Sed quid inter tot turbas concitatas ſuæ electionis cauſa Proterius? Audi Liberatum: *Multa* (inquit) *pericula Proterius paſſus eſt, ita ut militari pro cuſtodia indigeret auxilio, plurimo tempore ſui Pontificatus, & uſque ad mortem Marciani Imperatoris inimicorum manus valuit evadere.* Sedatis autem utcumque rebus, ſcripſit Proterius, ex more, anno ſequenti litteras de ſua ordinatione ad Leonem

Militis ſæculari vallatus Epiſcopus.

nem Romanum Pontificem: agemus de eis ſuo tempore.

XXII. Vix credat aliquis, quanta poſſint populi ſtudia & factiones, præſertim apud Ægyptios: quorum in ciendis turbis levitatem, in altercando crudelitatem, & ſummam animi obſtinationem ac pertinaciam in proſequendo quod ſemel ſive juſte ſive injuſte ſuſceperint defendendum, abſque delectu boni vel mali, veri vel falſi; cum etiam Gentiles omnis generis ſcriptores teſtata hæc ſæpe reliquerint, noſque eorum ſententias ex parte pro temporis opportunitate & rerum geſtarum occaſione ſuperius recitaverimus; certe id maxime præſens declaravit exemplum. Quis credere poſſet, quod adeo deforme monſtrum, in quo monſtra omnia in unum poterant videri conjuncta, utpote in quo ſchiſma, hæreſis, innumera ſacrilegia, rapacitas incredibilis, turpitudo inenarrabilis, incomparabilis ſuperbia, crudelitas ineffabilis cum aliis omnibus vitiis altis eſſent fixa radicibus: Dioſcorum dico

De Alexandrinis Dioſcorum colentibus.

ſemel hoc tempore cœptum defendi a ſtultiſſimo vulgo, eumdem indeſinentibus officiis & ſtudiis frequentatum, ac ſublimatum, religioſo etiam cultu ſanctorum (proh ſcelus!) ejus poſteri fuerint veneratí; & uſque in hanc diem idem perſeverarit in Chriſtianorum Alexandrinorum & Ægyptiorum fece delirium, ut Dioſcorum velut ſanctum colerent, idque adeo pugnaci ſtudio, ut parati eſſent millies mori potius, quam dicere anathema Dioſcoro? Vides in quas palpabiles & horribiles tenebras a principe tenebrarum immiſſas offendant incauti, qui operibus tenebrarum a luce Catholicæ fidei receſſerunt, & a Petri cathedra, unde & originem acceperunt, & a petra e qua præciſi erant, ſeſe penitus divulſerunt.

XXIII. Recens legatio ab Eccl. Alex. ad Roman. Pontif.

At ſero licet, tandem hoc ipſo anno, quem numeramus Domini milleſimum quingenteſimum nonageſimumquartum ab Eccleſia Alexandrina univerſaque Ægypto ſolemnis miſſa eſt legatio Romam ad Clementem Octavum Roman. Pontificem quam ſe expetere Catholicam fidem & Apoſtolicæ ſedis communicationem quam avidiſſime illi cupere ſignificarunt. Miſſos autem ad hoc munus obeundum legatos ipſos duos monachos Macarianos, & cum ipſis profectum Archidiaconum Eccleſiæ Alexandrinæ idem Pontifex benigne excepit, munifice alit, atque paterne fovet: qui Catholicam fidem profitentes, Dioſcorumque damnantes, ut id ipſum ab eis a quibus ſunt miſſi præſtetur, internuncio litterarum expectant. Faxit Deus, ut qui iſta ſcribentes dolemus eorum lapſu atque ruina, pariter & reparatione lætemur. At jam quæ inchoatæ tragœdiæ ſunt reliqua, proſequamur.

Hujus legationis ſucceſſum vide infra in fine hujus Tomi ante Indicem.

Qualem autem ruinam, quamtamve jacturam ſecum invexerint non in ſæculares tantum homines, ſed & in Ægypti monachos ejuſmodi pro Dioſcoro ſtudia concitata, vix credi poteſt. Atrocius eſt ſane bellum, quod per homines nullis aliis curis implicitos atque diſtractos conflari & exerceri ſolet, quam per illos qui ſæcularibus moleſtiis jugiter tenentur obſeſſi. Porro hæc de monachis, quæ ſuis locis dicentur, manifeſte declarant. Cæterum qui optimi, atque Chriſtianiſſimi Principis ſpecimen in omnibus edidit Marcianus, ita per milites curavit Alexandrinos ſeditioſos coercere, ut tamen & ſalutis ipſorum animarum ſeduiam curam non prætermiſerit. Miſit enim ad eos Joannem Decurionem virum maxime pium atque diſertum, qui cum aliis magiſtratibus ſacroſanctæ Synodo Chalcedonenſi præſens fuerat; ut eos quæ eſſent Catholicæ fidei in Concilio conſtituta faceret certiores: prudenter quidem laicum hominem ſibi ad opus legavit, quod ſciret populum Alexandrinum Epiſcopos omnes averſari Catholicos; adeo ut potius irritamentum fuiſſet ad iras, quam ad pacem conciliandam fomentum, ſi ad eos aliquem Epiſcoporum miſiſſet. Dedit idem ad ipſos epiſtolam, qua eos conatus eſt ad manſuetudinem revocare, reddereque veritatis amplectendæ cupidos atque concordiæ ſtudioſos: inſinuans illud in primis, nihil novi in Concilio Chalcedonenſi eſſe ſancitum, ſed omnia ſecundum Nicænæ fidei regulam, juxta Alexandrinorum Epiſcoporum ſententiam Athanaſii, Theophili, atque Cyrilli, eſſe decreta: adeo ut refragari velle Synodo, idem eſſet quod ſuis ipſorum doctoribus adverſari. Ad finem vero epiſtolæ iſta habet (a)

XXIV.

Joannes Decurio miſſus Alexandriam.

XXV. Quid Marcianus ad hæreticos.

Hæc igitur & nunc agnoſcentes, ſi qui forſitan eſtis adhuc falſitate decepti, ad veritatem recurrere feſtinate, nefandis voſmetipſos & canonibus contrariis collectionibus abſtinentes; ne ſuper hoc quod animas veſtras perditis, etiam legali caſtigationi ſubdamini. Unite vos omnes ſanctiſſimæ & Catholicæ Orthodoxorum Eccleſiæ, quæ una eſt, ſicut & venerabiles definitiones Patrum nos docent. Hoc enim agentes, animam quidem veſtram ſaluti donabitis; Deo vero cunctorum quæ ſunt placita facietis; ſed etiam noſtræ tranquillitati commendantes, ejus cura fruemini. Propterea ſiquidem & Joannem Decurionem eligentes miſimus qui certiſſime valeat ea quæ de fide ſunt explanare: nam & ſanctorum Epiſcoporum univerſali Concilio interfuit, & univerſa quæ geſta ſunt clare novit; ut per omnia ſatisfactione ſuſcepta, hi qui (quod non credimus) adhuc dubitant, tandem aliquando ad veram & immaculatam fidem remeare feſtinent. Hæc Marcianus Imperator ad

(a) Epiſt. 5. in epiſtolis virorum illuſtr. pro Conc. Chalced.

Digitized by Google

ad Alexandrinos. Quid autem hic effecerit, non liquet: ſed certum eſt illud, Alexandrinos magna ex parte diu eſſe tumultuatos, & ſchiſmate fuiſſe ab Eccleſia Catholica omnino diviſos, de quibus hæc Damaſcenus (a):

(a) Damaſc. de hæreſ.

XXVI. Ægyptii, ita nominati hæretici.

Ægyptii, qui iidem Schiſmatici, & Monophyſitæ vocantur, ſpecioſo titulo libri legis qui Chalcedone probatus erat, a vera Eccleſia defecerunt, Marciano, & Valentiniano Imperatoribus. De cæteris rebus cum Eccleſia conſentiunt. Hi autem ob ſtudium ſuum erga Dioſcorum Alexandrinum, qui in Chalcedonenſi Concilio, ut Eutychetis decretorum defenſor de gradu honoris motus fuerat, Concilio interfuerunt; tumque ſexcenta crimina, quæ in eis inerant, contra ipſum Concilium confinxerunt. Horum principes fuerunt Theodoſius Alexandrinus, a quo Theodoſiani, & Jacobus Syrus, a quo Jacobitæ ſunt nominati, conſcii defenſores & propugnatores. Hæc Damaſcenus. Quæ autem ſubdit de Severo, longe poſtea contigerunt: ſed & quem nominat Theodoſium, diverſus ab eo fuit, de quo modo dicturi ſumus.

XXVII. Maximi quoque tumultus Palæſtinam inceſſere concitati a pſeudomonachis Eutychianis, qui hoc tempore magnas ob Concilium Chalcedonenſe turbas excitantes, in ſuam ipſorum ſententiam quamplurimos ſeduxere. Rem geſtam Evagrius ita narrat (b):

(b) Evagr. lib. 2. c. 5.

Monachi Palæſtini Eutychiani.

*Interea monachi, qui ſolitudinem in confiniis Hieroſolymorum ſitam incolebant, minime pacato & tranquillo animo fuere. Nonnulli enim eorum qui Concilio interfuiſſent, & ab ejus decretis penitus diſſentirent, veniunt in Palæſtinam de fide prodita conqueſturi: & alios monachos ad ſeditionem incendere excitareque cœperunt. At cum Juvenalis ad ſui Epiſcopatus ſedem revertiſſet & vi compulſus ab illis adverſariis qui illum in contrariam ſententiam trahere nitebantur, ſuam ipſius ſententiam refellere, deteſtarique, ad Urbem uſque dum vixit Imperator confugiſſet; qui Chalcedonenſi Concilio (ut ſupra) diximus refragabantur, in unum coacti, in die ſancto feſti Reſurrectionis, Theodoſium qui maxime omnium concilium illud perturbaſſet, quique primus illos de eo certiores feciſſet, deſignant Epiſcopum: de quo poſtea monachi in Palæſtina ſcripſerunt ad Alciſonem *, quod a ſuo proprio Epiſcopo in Maleficiis deprehenſus expulſus fuit e monaſterio; & quod dum forte Alexandriæ verſabatur, adhæſerit Dioſcoro, & multis, utpote ſeditioſus, verberibus dilaceratus, cameloque maleficorum more impoſitus, circa urbem ductus fuerit:* Hujuſmodi plane infamia hominem laborantem Eutychiani habuere ducem. Sed ſubdit: *Ad iſtum multi ex urbibus Palæſtinæ accedentes, effecerunt, uti ipſis ab eo deſignarentur Epiſcopi: inter quos Petro ex Hiberia orto Epiſcopatus Majumæ prope Gazam donatus fuit:* Hæc ipſe. Quæ autem addit de Theodoſio ex Palæſtina Conſtantinopolim juſſu Imperatoris per milites ducto (ſi vera ſunt) ea poſt ſequentem annum contigere, ut colligere facile eſt ex ſancti Leonis Papæ literis, de quibus ſuo loco dicendum erit. Horum Palæſtinæ tumultuum mentio habetur in Actis Danielis Stylitæ, quorum cauſa idem cupiens ad ſancta inviſenda loca pergere, fuit a propoſito revocatus, utpote quod non ſine vitæ periculo hoc tempore illuc accedere Catholicis fas eſſet. Ex quibus quidem Acta illa ſatis veritati concinna cognoſces.

* Alciſonem.

At præter hæc quæ de nefando Theodoſio dicta ſunt, alia plura ex diverſis auctoribus collegimus, & ſane luctu digniſſima. Etenim flamma ab ejuſmodi impoſtore ſemel incenſa, univerſam ferme Orientalem Eccleſiam longe lateque combuſſit, quæ nec per longum temporis ſpatium extingui potuit: ea namque perturbatione accidit, ut veluti cribratione quadam, qui vere eſſent monachi Dei cultores, qui vero ſub monaſtico habitu laterent lupi rapaces, fuerit ſignis perſpicuis demonſtratum; appareritque quos ſemel ſua nigredine imbuiſſet monachos hæ- XXVIII.

PAGIUS

III. *Monachi in Palæſtina adverſus Synodum Chalced. tumultuabantur.*

A num. XXVII. ad XXXVII. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDXLV. qui Kalendis Septemb. currentis Chriſti anni inchoatur, hæc de tumultibus a Pſeudo-Monachis in Palæſtina excitatis ſcribit: *Theodoſius Monachus vir exitioſus, peracto Chalcedone Concilio, curſu concito Hieroſolymam delatus, & de Eudocia Auguſta verſus Dioſcorum a Concilio depoſitum affectu certior factus, adverſus illud quaſi eccleſiam pervertiſſet fidem, vociferari & clamare cœpit: & Auguſta in propriam ſententiam rapta, circumventis etiam Monachis familiaribus ſibi cædibus uſus barbarico more in Pontificium thronum etiam ipſis Auguſtæ domeſticis invaſionis hujuſmodi adminiſtris intruditur, & per Urbes Epiſcopis adhuc in Concilio conſidentibus Epiſcopos deſtinat, Severianum autem Scythopoleos Epiſcopum cum ipſius pravis moribus aſſentiri nollet, civitate expulſum interfecit, perſecutionemque in eos qui ejus communionem adverſarentur, excitat, & quoſdam quidem examinat tormentis, aliorum ædes igne depopulatur; adeo ut civitatis a Barbaris devaſtatæ faciem in ipſa civitate exhiberet. Tandemque Athanaſium ſanctæ Reſurrectionis Diaconum, ſummam ejus in Deum impietatem probris & reprehenſionibus inſectantem necavit crudeliter, Sanctique corpus per Urbem publice in ludibrium raptum canibus objecit. Domnus vero Antiochiæ, & Juvenalis Hieroſolymorum Epiſcopi in eremum receſſu ſaluti conſuluerunt. Cum vero ille poſtis viginti menſes continuos Hieroſolymitanam occupaſſet Sedem, Marcianus re comperta, ipſum comprehendi juſſit. At ille fuga Sinaum montem ſe recepit. Ipſo vero una cum ſacrilege ordinatis eo li-*

hæreſis, hos omnes turpiores cunctis facinoroſis hominibus evaſiſſe: tales enim eorum profectus eſſe ſolent: ut non mireris, ſi noſtri temporis itidem apoſtatas monachos in hæreſim lapſos audias cognitos eſſe omnium ſceleſtiſſimos. Sed age jam cœptam ſemel de Theodoſio pſeudomonacho hiſtoriam proſequamur. Nicephorus enim ex antiquioribus monumen-
(a) Niceph. lib. 15. c. 9. tis ab ejus Epiſcopatu ſic exorditur enarrare (a).

XXIX. Eudocia Auguſta decepta ab hæreticis.

Hic (inquit) *Theodoſius, Eudocia Auguſta, quæ adhuc in vita erat, in partes ſuas rapta, & ſodalitate monachorum omni ſibi conciliata, prædonis & ſanguinarii hominis more, quod Juvenalis (ſicut diximus) Conſtantinopolim petierat, Hieroſolymorum thronum occupavit, adjutoribus ea in re uſus, qui Synodi conſtitutionibus adverſabantur, & Eudociæ gratificabantur.* Hæc enim poſt Theodoſii Imperatoris obitum Hieroſolymam ſe contulerat, ibi vitam a ſtrepitu quietam tranquillamque ductura: ſed contrarium plane accidit; etenim moleſtiſſimam eam reddidere, qui ipſam in Eutychianam hæreſim captivam duxerunt: ſemel enim in alterius & deterioris partis factionem ſe implicans, in turbas maximas & ærumnas innumeroſque ſe laqueos conjecit imprudens. Sed pergit Nicephorus de Theodoſio: *Cum Epiſcopi nondum e Synodo reverſi fuiſſent, alios ipſe delectos in urbes quaſque miſit: Severianum autem Scythopolis Epiſcopum, quod malevolentiæ*
Severiani Martyrium.
illius ſuffragari nollet, oppido exactum interemit. Recepti vero inter ſanctos martyres Severiani Epiſcopi vigeſimaprima Februarii elogium anniverſaria memoria cantat Eccleſia (b). Subdit auctor:
(b) Rom. Martyrol. 21. Febr.

XXX. *Magnam quoque perſecutionem movit in civitate ſancta adverſus eos qui communicare cum eo nolebant: quoſdam namque tormentis cruciavit, aliquibus ſubſtantiam ademit, aliorum ædibus ignem injecit: ita ut urbs a barbaris capta videretur.*
Athanaſii Martyrium.
Et inferius: *Athanaſius quidam in diaconorum ordinem cooptatus, in media Eccleſia Hieroſolymis cum multa dicendi libertate, iniquitatis abominatione throno ſanctiſſimo inſidente, vocem illam præclarom emiſit: Deſine, Theodoſi, tantam cædem committere: deſine Chriſto bellum inferre, & gregem ejus in prædonum morem e divino ovili ejicere: & aliquando tandem benevolentiam erga verum germanumque paſtorem noſtrum cognoſce. Hæc cum diceret, a ſatellitibus Theodoſii arreptus, & ex eccleſia raptus eſt; atque inſolentis petulantiæ & cruciatuum genus, omne propter Chriſtum perpeſſus, & flagellis multis concisus, poſtremo etiam ferro vitam amiſit. Cadaver ejus ex pedibus per urbem omnem raptatum, canibus tandem in eſcam projectum eſt.* Cujus pro Catholica fide ſuſceptæ coronæ quinta Julii dies fuit perpetuæ memoriæ conſecrata (c). Sed pergit ille: (c) Martyrol. Rom. 5. Jul.

XXXI. *Porro Dorotheus, qui Palæſtinam provinciam ab Imperatore acceptam adminiſtrabat, & tum apud Moabitidem: bella adverſus barbaros occupatus erat, ubi ea quæ ſic in urbe gerebantur, cognovit: celeritate ſumma cum exercitu forti, rebus præſentibus conſulturus, accurrit. Ceterum Theodoſii & Eudociæ ſatellites, portis clauſis, non prius eum admiſere, quam eis pollicitus eſſet, ſe quoque ad partes eorum defecturum, ſicuti monachorum omnium ordo, & univerſæ civitatis multitudo feciſſet. Ita menſes viginti exitioſus Theodoſius tyrannidem in ſede Hieroſolymitana exercuit. Quam rem poſtquam Marcianus intellexit, a Dorotheo ille ejectus eſt: quem is capere quidem (ſic enim* Expellitur Theodoſius.
Imperatoris præceperat juſſio) conatus eſt; ſed id ab eo fieri non potuit, propterea quod peſtis illa (nempe Theodoſius) *in Sina montem profugerat. Quam ob cauſam plurimi qui partibus ejus faverant, tormentis ſubditi ſunt, non plebei tantum homines, ſed etiam qui propter habitum in monachorum ordinem cenſi fuerant.* Hucuſque Nicephorus de rebus Theodoſii pſeudoepiſcopi Hieroſolymitani, qui per menſes viginti illam occupavit ſedem: Ex cujus plane temporis calculo colligitur, hoc anno ipſum ſe in eam ſedem intruſiſſe, manſiſſe vero uſque ad anni ſequentis finem: quibus ſatis conſentiunt quæ ſanctus Leo ait: poſt ſequentem annum fugato ſedis illius invaſore, liberum fuiſſe Juvenali ſuam, e qua fugerat, repetere Eccleſiam. Diſcrepat autem ab Evagrio Nicephorus, dum ille de Theodoſio ait juſſu Imperatoris ductum

PAGIUS *liminato, Juvenalius in Sedem ſibi propriam eſt reſtitutus.*

IV. Tumultus illi anno ſequenti finem acceperunt.
Ita accurate Theophanes, cui tam quoad rem geſtam, quam quoad durationem tyrannidis Theodoſii conſentiunt Cyrillus Monachus in Vita Sancti Euthymii, & Nicephorus lib. 15. cap. 9. Cœperunt itaque Palæſtinæ tumultus anno ſuperiori, menſe Octobri aut Novembri, quibus Synodus Chalcedonenſis habita, & perdurarunt uſque ad menſem circiter Julium anni Chriſti inſequentis. Evagrius lib. 2. cap. 5. eandem rem narrat, & de his Monachis ſeditioſis ſcribit: *In Eccleſia ſancta Reſurrectionis Epiſcopum ordinant Theodoſium, ἐν ἁγίᾳ ἀναστάσει,* quæ verba Græca Chriſtophorſonus, quem Baronius, num. XXVII. ſecutus eſt, ſic vertit: *In die ſancto feſti Reſurrectionis;* ſed illud procul ab Evagrii mente, ut Valeſius in Notis ad hunc Hiſtoricum obſervat. Præterea Baronius num. XXIX. refert, *Eudociam* Auguſtam poſt Theodoſii Imp. obitum Hieroſolymam ſe contuliſſe, & num. XXXI. tradit, *Theodoſium Monachum* hoc anno ſe in Sedem Hieroſolymorum intruſiſſe, quæ ex dictis ſtare non poſſunt.

ctum eſſe captivum Conſtantinopolim; iſte vero illum fugam arripuiſſe; cui magis inhæremus.

XXXII. Quid præterea, antequam Theodoſius fugaretur, egerit in Palæſtina, quæve tranſacta fuerint inter ipſum & ſanctum Euthymium ſpectatæ ſanctitatis virum, & quomodo tandem ipſa Eudocia Auguſta in hæreſim infeliciter lapſa ad meliorem frugem per eundem virum Dei fuerit reſtituta, audiamus a Cyrillo ejuſdem Euthymii diſcipulo quam fideliſſime conſcriptam hiſtoriam, quam his verbis aggreditur (a): *Poſtquam autem Euthymius illa legiſſet, & quæ ſcripta erant a ſacro Concilio Chalcedonenſi recte ſe habere inveniſſet, & concordare rectæ fidei veritatis: pervaſit repente fama totam ſolitudinem, quod magnus quoque Euthymius ſequatur Synodum Chalcedonenſem. Hoc autem omnes propemodum monachos ad eam attraxiſſet, niſi quidam Theodoſius habitu quidem monachus, moribus vero præſtigiator importuniſſimus, & mente corruptiſſimus, veniens in Palæſtinam, cum de dicta Synodo quædam improbe confinxiſſet, quod everteret quidem dogma rectæ fidei, introduceret autem, vel potius revocaret dogma Neſtorii; cepiſſet Eudociam, quæ tunc verſabatur in Palæſtina. Per ipſam autem induxit omnes monachos; & deinde etiam ſedem Hieroſolymitanam inverecunde (o juſtitia!) & imprudenter invadit: & cum ex poteſtate accepiſſet facultatem, bellum gerit adverſus divinos canones & leges: hincque factum eſt, ut homines probi & moderati a ſedibus & ſacris expellerentur, & nonnulli etiam ab eo interimerentur, & manus ſceleratas Pontificum ſanguine (proh dolor!) pollueret: malefici autem & præſtigiatores & peſtes, & carceribus potius digni quam ſedibus, ſacrorum interpretes crearentur, & ſacerdotes, & apud hunc ſceleratum & exitioſum hominem magnam aſſequerentur potentiam.*

(a) Cyrill. in Vit. Euthymii apud Sur. 20. Januar.

Scelera hæreticorum.

XXXIII. *Cum vero ipſe ſic haberet omnes monachos a ſe pendentes, & eos duceret quo vellet; ii ſoli qui magni erant ſectatores Euthymii, fugiebant ejus communionem tanquam aliquod ſcelus & piaculum. Quoniam autem eum quoque tentabat impius Theodoſius & ad ſe accerſebat, ille ne ipſius quidem ſermonem audire ſuſtinente; mittit ad eum legationem, Elpidium & Gerontium, quorum unus quidem magni Paſſarionis, alter autem beatæ Melaniæ monaſterii erat ſucceſſor, rogantes, ut ſi ad ipſum venire nollet, conveniret tamen uterque ad locum aliquem, & de his quæ uterque haberet, inter ſe differerent. Ille vero ad hæc graviter exclamans: Abſit, inquit, ut aut injuſte fuſo ſanguinis ſacerdotum, aut hæreſi communicem cum Theodoſio. Illi autem: Sed neceſſe eſt, inquiunt ut tu communices Neſtorio, quoniam & is duas tuetur naturas: quod quidem ne in hodiernum quidem diem ab aliquo accepimus, & eum ſecuta eſt Chalcedonenſis Synodus.*

XXXIV. *Magnus autem reſpondens Euthymius: Quæ ab ea quidem Synodo ſunt ſtatuta, nondum, inquit, ſingulatim conſideravi omnia: ſed quod attinet ad decretum ab eis expoſitum, non poſſum ea quæ illis viſa ſunt, reprehendere: ſtatuit enim ipſa quoque ſequi ſententiam trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum qui Nicææ convenerunt; & ſuadet amplecti Synodum centum quinquaginta Patrum qui congregati fuerunt Conſtantinopoli; & jubet eos ſequi qui convenerunt Epheſi adverſus impium Neſtorium; Cyrillum autem Alexandriæ Epiſcopum ſibi adjungit, tamquam qui ſit ejuſdem ſententiæ, & rectæ ſententiæ fatetur eſſe magiſtrum; Deiparam ſanctam Virginem libera lingua nominat, & unigenitum Dei Filium ex ea natum eſſe aſſerit; ſine tempore quidem & ſine corpore ex Patre, in tempore autem & ſecundum carnem ex matre, unum Chriſtum, qui a nobis inconfuſe, immutabiliter, citra diviſionem in duabus naturis cognoſcitur; & propter eos qui audent quamdam inducere diviſionem in inexplicabili & arcana unione, quæ in hypoſtaſi ſeu perſona facta eſt in utero; & eos qui per converſionem carnem factum dicunt Verbum Dei, & Unigeniti carnem aſſerunt eſſe ejuſdem eſſentiæ cum divinitate; & aliqui propter eos qui non confitentur Verbi factam eſſe carnis unionem in hypoſtaſi, ſed per confuſionem & coaleſcentiam, & deinde etiam συνουσίωσιν, hoc eſt ſimul coniunctam eſſentiam, impie & prodigioſe affirmant, qui quidem divinitatis & carnis unam dicunt fuiſſe naturam: adeo ut ſi ea ſpectentur quæ ab illis dicta ſunt præter rationem, non poſſit ſervari id quod eſt Chriſti patibile propter divinitatis impaſſibilitatem, neque id quod eſt impatibile propter paſſibilitatem ipſius humanitatis. Convenienter ergo inſtituto hujus rectæ ſententiæ illud, In duabus naturis, decretum additum eſt a Synodo, non tamquam ſeorſum & per partes Chriſtum dividens, ſed eumdem in utroque continens, & utrumque in eodem.* Hæc quidem Euthymius, quo dilueret maculam illam calumnioſe aſperſam, Orthodoxos evaſiſſe Neſtorianos quo prætextu complures detrectaſſent eamdem Synodum recipere; & ut iiſdem prodeſſet legatis, qui tam ignominioſe Theodoſium hæreticum ſectarentur, cum ſanctiſſimorum iidem eſſent hæredes Dei amicorum, ille Paſſarionis, iſte ſanctæ Junioris Melaniæ monaſterii. Subdit vero Cyrillus:

Euthymius profitetur Catholicam fidem.

XXXV. *Hæc proſequente Euthymio, laudabat quidem Elpidius, & fatebatur recte habere*

Elpidius diſcit fidem Catholicam. *bere quæ dicta fuerant, etiamſi non receſſerit a communione Theodoſii & ſtatim oſtendit mutationem: Gerontius autem manebat in eadem ſententia. Et ſic reverſi, minime inter ſe conſentientes Theodoſio reſponſa annunciant. Cum ille vero hæc audiſſet; quoniam in Palæſtina jam omnia obtinebat, majus ſtadium adhibebat, ut eum in ſuam naſſam traheret, magnoque Euthymio aſſidue tendebat laqueos, & eum ineſcabat, & quotidie aliquos ad eum mittebat, qui bona ſcilicet ſuaderent & utilia, nempe ut diſcederet ab iis quæ recta & pia ſibi viſa fuerant, Theodoſio autem aſſentiretur, & amplecteretur illius communionem. Ille vero, quod hi quotidie venirent, ægre ferens, quid facit? Cum qui ſub ipſo erant omnes fratres convocaſſet, & eis præcepiſſet, ut diligenter caverent & nullo modo cederent, nec aſſentirentur malæ Theodoſii ſententiæ, ſed potius ora obſtruerent eorum qui ſic ſentiunt, & pro viribus deducerent ad veritatem; nunc quoque recedit in vaſtam ſolitudinem, cum effeciſſet ut multi quoque alii imitarentur ſeceſſum.* Imitatus plane Eliam (*a*) qui videns Palæ-
(a) 3. Reg. 18. ſtinam Achab & Jezabelis impietate vaſtatam, ſeceſſit in montes.

XXXVI. Euthymius curat Anachoretas ab hæreſi. Sed & alia quoque ex cauſa impulit eum Spiritus in deſertum, nimirum ob magnos anachoretas ibi degentes, quos ad ſuam Theodoſius pertraxiſſet communionem eo dolo, quod Neſtorianos eſſe mentiretur, qui decretum fidei Concilii Chalcedonenſis conſectarentur. Ait ergo Cyrillus: *Erat autem illic quidam magnus anachoreta, qui nuper quidem venerat e Lycia, vocabatur autem Geraſimus: qui cum omne vitæ inſtitutum, quod monachos decet, in patria oſtendiſſet, multos quoque paſſus erat ſudores adverſus ſpiritus nequitiæ. Is ergo cum pulchre exerceretur in ea quæ eſt ad Jordanem ſolitudine, & ſæpe dæmones percuteret; pulſatur ipſe quoque, vel potius ſupplantatur ab eorum improbitate & abducitur ab hæreticis. Cum autem ab omnibus fere anachoretis audiret de Euthymio, iiſque qui de eo ſermones celebrabantur, aures haberet oppletas; aliquando ad eum venit in Ruban* (ita nominabatur ſolitudo, in qua degebat Euthymius) *cumque cum eo diu eſſet verſatus, & illius linguæ bibiſſet fluentum ſuaviſſimum; veluti quemdam morbum evomit hæreſim, & ad ſanam fidem revertitur: Quod deceptus eſſet, magna ductus pœnitentia, & cor variis ſeductum ſermonibus doloris ſtimulo caſtigans & puniens. Hunc autem ipſum alii quoque ſecuti ſunt anachoretæ, Petrus cognomine Gurnitis, & Marcus, & Julon, & Silvanus, qui & ipſi quoque Theodoſii ſectabantur communionem.* Hactenus de his Cyrillus. Quomodo vero poſt biennium idem S. Euthymius Eudociam Auguſtam reddidit Orthodoxam, dicendum ſuo tempore. Sed non prætereat, quod Geraſimus iſte, quem Euthymius deceptum revocavit ad fidem, magni ſane fuit nominis anachoreta: illius enim, & non ſancti Hieronymi opus fuit, ut Leone uteretur pro aſino ab illo interfecto, ad ſubeunda conſueta aſini onera, ut nos alibi alia occaſione dixiſſe meminimus.

Porro tantam Palæſtinorum monacho- XXXVII.
rum cladem per Theodoſium his diebus illatam, non armis ſolum (ut vidimus) ſed & piis admonitionibus tum Marcianus Imperator, tum Pulcheria Auguſta ſunt conati avertere, atque lapſos ad fidem Catholicam revocare: quarum ad eos miſſarum exemplaria litterarum Romam in manus S. Leonis Pontificis allata ſunt, ut ipſe tradit ad ſanctam Pulcheriam ſcribens inter alia iſtis verbis (*b*): *Indi-* (b) Leo epiſt. 60.
cante enim fratre meo Juliano Epiſcopo, pervenerunt ad nos in exemplaribus præceptionum veſtrarum ſaluberrimæ ſanctiones, quibus inſanam imperitiam monachorum dignati eſtis parcendo plectere, & docendo punire; ut ſi eos ad pœnitentiam miſeratio divina converterit, multis lacrymis & a nefandis cædibus & ab hæreticorum blaſphemiis diluantur. Extant quidem ipſæ litteræ, quibus eorumdem hæreticorum monachorum fraudulentum conſilium detegitur: nimirum quod cum traxiſſent ad ſua vota Eudociam Augu-
Fraudes hæreticorum, ut abducant Pulcheriam. ſtam uxorem Theodoſii, qui deceſſerat, Imperatoris; haud id ſibi ſatis viſum: ſed decipere, in hæreſimque pellicere tentarunt S. Pulcheriam, rati nimirum, ſi illam ſeducerent, haud dubium ſimul etiam Marcianum Imperatorem ſibi facturos conſentientem: ſicut enim, ſeducta Eudocia, Palæſtina potiti ſunt; ita quoque ſi lucrarentur Pulcheriam; univerſum ſe putabant eſſe ſeducturos Imperium: talibus namque ſciebant artibus Arianam hæreſim & alias ea præſidio feminarum, earumque patrocinio altiores fiaiſſe radices, eaſdemque toto Orbe fecundiori germine propagatas. Sed & obſerva vafriciem: Ne ut hæretici videantur intrudi, ſe Eutychetem damnare profitentur, atque pariter Neſtorium deteſtari.

Acceptis his ab eis Pulcheria litteris, XXXVIII.
quæ ſupplicem potius libellum præſeferebant, oſtendit (ut decebat) illas viro ſuo Marciano Imperatori, memor verbi Domini (*c*) dicentis Samaritanæ: *Vo-* (c) Joan. 4.
ca virum tuum. Si enim quam inſtitue- Feminæ conſulant viros.
bat ipſe Chriſtus, conſcio viro ſuo, illud ipſum vult adimpleri: quomodo femina ad lapſum facilis cujuſque monentis admittit in animum ſine viro doctrinam? Conſuluit namque lubrico feminarum animo & Apoſtolus Paulus (*d*), (d) 1. Cor. 14.
dum

dum monet eas, ut domi interrogent viros ſuos. Quæ autem ſuo arbitrio maie ſibi fidens regitur femina, in quæ præcipitia feratur incauta, recens toto Orbi vulgatum docet exemplum. Marcianus itaque iſta accipiens quæ ad eoſdem Palæſtinæ pſeudomonachos ſcripſerit, videamus: magno enim Dei beneficio conſervata ſunt poſteris præclara hujuſmodi antiquitatis monumenta, quæ ſic ſe habent (a):

(a) *In epiſt. Vir. illuſt. pro Concil. Chalc. ep. 2. tom. 2. Concil.*

XXXIX. Marciani Aug. epiſtola ad Monachos hæreticos.

Agnoſcens noſtra majeſtas preces, quas ad ſacratiſſimam piiſſimamque dominam noſtræ tranquillitatis conjugem direxiſtis: rebus ipſis mihi perſuaſum eſt, quomodo non ſupplicationes miſiſtis, ſed ſub ſchemate precum impiam & Dei legibus Romanæque Reipublicæ contrariam exiſtentem veſtram demonſtraſtis intentionem. Nam cum oportuerit vos quieti vacare, & eſſe ſub ſacerdotibus, eorumque doctrinis obedire; doctorum potius ordinem audacia vehementi aſſumere præſumpſiſtis: qui neque a recte docente doceri patimini; & vobiſmetipſis ſtulte perſuadetis, quia cunctos oporteat circa aptæ fidei ſcientiam vos potius ſequi, quam ſanctorum Apoſtolorum, Prophetarumque volumina, & ſanctæ memoriæ Patribus mandata contradita. Et quaſi priorum minora delinquere vos putaſtis, ſi falſis doctrinis veſtras præſumptiones obumbrare volentes, nihil veritatis in veſtris precibus diceretis, aſſerentes neque incendiorum, neque homicidiorum, neque aliarum incongruarum rerum eſſe vos auctores, aut monaſteria; ſed & incolas civitatis & quoſdam peregrinos memoratarum rerum originem extitiſſe. Sed nihil horum quæ teſtata ſunt, noſtram latuit pietatem, quando & monimentorum Geſtis, & ſingulorum relationibus nobis apertum eſt, quomodo Æliorum civitas a vobis velut hoſtibus capta ſit, qui habitare in monaſteriis & in ejuſmodi locis obſervare debuiſtis: Inſuper & venerandæ memoriæ diaconi commiſſa cædes, & quod illius corpus poſt necem etiam communi ſepultura privatum, & inſenſibiliter tractum ſubdebatur injuriis: Quomodo etiam domus incenſæ & portæ clauſæ ſint civitatis, & quaſi legibus propriis civitatis cuſtodiebatis muros, & carcere violenter aperto, malorum præſumptoribus remiſſio pœnarum, & periculoſæ fugæ præbebatur occaſio.

XL. Cædes ab hæreticis facta.

Proficientibus autem ad pejora, poſtremis minora fuiſſe præcedentia demonſtrantes, Juvenalem ſanctiſſimum & alios reverendiſſimos ſacerdotes per quemdam ad hoc deſtinatum interficere voluiſtis. Cum vero is qui miſſus fuerat, fuiſſet ſpe ſua deceptus; ſine effectu ſuam veſaniam & eorum a quibus miſſus fuerat, eſſe non ſinens, Severianum ſanctæ memoriæ Epiſcopum gladio percutiens, neque iis qui erant cum eo pepercit. Hæc ergo & his pejora delicta & quomodo præſumpta, & quibus agentibus aut invitantibus acta ſint, manifeſtant ea, quæ frequenter in diverſis judiciis proprie demonſtrata, & ſacratiſſimis noſtris auribus intimata ſunt, certiſſimum indicium veſtræ voluntatis habentia, quam prompte ad delinquendum decederetis, non Dei fidem judicare vel fovere volentes, ſed veſtras petulantias & ſacerdotia defendentes, quorum vos oſtendiſtis omnimodis alienos, dum in perditionem civitatum habetis ſtudium.

XLI. Simulant Eutychiani ſe damnare Eutychetem.

Noſtra quidem pietas admiratur, qua cauſa Eutychetem equidem anathematizatis, bene tamen facientes; Theodoſio vero, qui pejor eſt omnibus, vos ipſos contradidiſtis, ſapienti ea quæ ſunt Eutychetis: qui circa Valentini & Apollinaris contra Orthodoxam fidem habens zeli veſaniam, ſanctiſſimas conturbat Eccleſias, civitatibus vero ſubverſionis importabilis & vexationis exiſtit occaſio: ſed etiam vobis factus eſt nefandarum & iniquarum cauſarum princeps. Et impietatis quidem ſuæ delictorum pœnas digniſſimas dabit omnium domino & Salvatori Chriſto; adverſus quem rei excitantes originem, non eum patietur ſacra poteſtas ſine ſupplicio finire ea quæ in ejus fidem blaſpheme & in ſanctam Eccleſiam, & in ſanctos viros miſerande peremptos nefande commiſſa ſunt. Noſtra quidem tranquillitas nihil tale fieri contra monachos imperavit, ſed ut tantummodo Æliorum ſedaretur civitas, quatenus de cætero quies ejus ab omnibus ſervaretur. Veſtra autem procacitas mandatis contraria monachorum agens bellum adverſus communem quietem aſſumpſit, & multitudinem congregans latronum, & aliorum inique agere ſolitorum, armaque contra legitime viventes commovens, cauſa cædis & devaſtationis, aliarumque crudelium rerum, provinciæ habitatoribus fuit.

XLII. Marcianus benigne agit cum hæreticis.

Unde mota quidem majeſtas noſtra at indignaretur rerum talium commiſſoribus, inſita clementia ſuperata eſt, ut quatenus cædis & incendiorum auctores rei, licet etiam adverſus vos juſtum eſſet, ut indignatio noſtra proveniret; relinquentes quidem monaſteria quibus vos ſemper abſervare mandata præcipiunt, præſumentes autem & illa quæ ultimo ſupplicio digna conſiſtant: Quia vero docere potius quam diſcere præſumitis, divina neſcientes eloquia aperte præcipientia (b), quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum ſuum: Quas doctrinas Salvatoris animarum noſtrarum, aut ſanctiſſimorum Apoſtolorum & Patrum ſecuti eſtis? Non enim, licet proprias ſequentes impietates, dicere præſumitis, quia per cædem, aliaque delicta quæ vos egiſtis, Sanctorum eruditio procedebat. Proinde duas naturas audientes, perturbatas veſtras animas fuiſſe docu-

(b) *Marc. 10. Luc. 6.*

cuiſtis, veluti quadam novitate auribus veſtris illata &c. Subdit his Imperator rectæ fidei doctrinam Conciliis & ſanctis Patribus conſentientem. Atque poſt hæc de conatibus & violentiis ab iis adhiberi ſolitis ut quiſque ſuæ ipſorum hæreſi ſubſcriberet:

XLIII. Quid in S. Synodum & Rom. Pontificem audent hæretici.

Igitur noſtra clementia nulli penitus neceſſitatem præcepit imponi, quatenus aut ſubſcribat, aut conſentiat, ſi noluerit. Non enim terrore aut violentia aliquos volumus ad viam trahere veritatis. Diverſe autem vos ſuper ea qua dudum præſumpſiſtis gladiis, aliiſque crudelitatibus, inſuper & iniuriis, & tormentis in mulieribus honeſtis & nobilibus perpetratis; etiam neceſſitatem pluribus non dubitaſtis inferre ut conſentirent quidem perverſis doctrinis, ut cum clamoribus & ſubſcriptionibus anathematizarent eamdem ſanctam Synodum, & ſanctiſſimum Patriarcham ſedis Apoſtolicæ maximæ Romæ Leonem, & ſanctiſſimos Patres. Pro quibus cauſis neceſſario reddituri eſtis omnium Deo & Domino rationem, in cuius iniuriam (ſi dici fas eſt) talia facere præſumpſiſtis, opprobrium & irriſio ſceleſtis Paganis & Hæreticis iuſtiſſime conſtituti, quibus eſtis exemplum confuſionis effecti. Intelligis, lector, deriſos eſſe & a Paganis atque Hæreticis aliis hujuſmodi inſanientes pſeudomonachos, dum audent in ſanctam Synodum & ipſum ſanctum Leonem Romanum Pontificem anathema dicere, & alios per tormenta ad iſtud ipſum agendum impellere: par quidem eſt cauſa recentiorum hæreticorum, digni ſane & ipſi qui & ab iis qui foris ſunt derideantur etiam infidelibus. Sed recto illud accipias ſenſu, quod ait Imperator, neminem invitum ſe cogere ad fidem, eo ſcilicet modo quo ipſi faciebant hæretici in Palæſtina. Cæterum plura ab eodem Imperatore adverſus hæreticos data eſſe reſcripta, tum quæ ſunt dicta ſuperius, tum etiam quæ paulo poſt dicturi ſumus, manifeſte declarant. Sed quid inſuper in eoſdem Imperator? audi hæc poſtremum:

XLIV. Quæ tributa ſint Samaritis.

Quia vero & Samaritas accuſaſtis, tamquam qui adverſus ſanctas Eccleſias crudelia & nefanda commiſerint, & cædis partem & alia ſimul incongrua fuerint meditati; cognoſcite quia ſancivimus, ut inquiſitione ſubtiliſſima ſubſecuta per virum ſpectabilem Comitem Dorotheum, ea quidem quæ direpta ſunt ſanctis Dei Eccleſiis, & eis qui perdiderunt, reſtituantur: Illi autem qui harum rerum inveniuntur auctores, legitimæ ultioni ſubiaceant: nihilque vobis in eorum defenſione commune ſit, quos oportet agnoſcentes quomodo credat noſtra potentia, & a noſtra pietate pariter invitatos, a ſancta & Orthodoxa fide nullatenus deviare, ſed reſidere potius in monaſteriis, & ad profectum meliorem orationibus vacare, & conſona paternis mandatis ſemper efficere, nullamque turbam omnino miſcere. Sed neque his quæ ad perditionem animarum a pravis doctoribus proferuntur incaute conſentientes, ab Orthodoxa fide & Dei vos ſeparetis Eccleſiis.

Collectas vero canonibus contrarias nequaquam facere præſumatis, ſcientes ea quæ dudum ſancita ſunt a divæ memoriæ priorum temporum Principibus, qui ſanctam Catholicamque religionem roborantes, maximis ſuppliciis extraneas collectas præſumentes facere, ſubdi ſanxerunt. Nos autem priorum vos pœnitentiam habere credentes, clementiam nullatenus denegavimus, multis utique precibus utente ſanctiſſimo Juvenale, per quas nos exoravit, hæc ad vos ſcripta tranſmitti. Agnoſcentes autem diverſorum precibus, quia militibus cuſtodire juſſis Æliorum civitatem multitudine caballorum atque viciorum veſtra monaſteria conturbantur; etiam in hoc indignati per Dorotheum virum ſpectabilem Comitem ab hac eum moleſtia liberare ſancivimus; licet nec antea injuriam fieri monaſteriis, aut veſtra refugia ſuſtinere præceperimus anguſtias. Hactenus litteræ Indulgentiæ Marciani Imperatoris ad monachos Palæſtinæ, ad quos ejuſdem argumenti alias dedit ſancta Pulcheria Auguſta, quarum eſt exordium: *Preces equidem, quas ad noſtram direxiſtis pietatem, &c.* At ne ſic quidem obdurata eorumdem impiorum monachorum corda emollita ſunt: nam quouſque in ea regione Theodoſius ille ſceleſtiſſimus manſit, iidem in omnia mala cum illo conſpiravere. Laboravit quoque in his ſedandis turbis Romanus Pontifex Leo, ut ex litteris anno ſequenti datis ad Eudociam Auguſtam in Palæſtina degentem apparet; dicemus de his opportunius ſuo loco. XLV. Benignitas Marciani erga pravos monachos.

XLVI. Ipſe autem Marcianus Auguſtus hoc anno, rurſum res actas in Synodo Chalcedonenſi ſuis munivit edictis, & quæ eiſdem contraria eſſent delevit; atque primum aboleri præcepit quæ contra ſanctæ memoriæ Flavianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum fuiſſent Theodoſii lege ſtatuta; itemque ſtabilita eſſe voluit quæ de eodem ſancto Flaviano in Concilio Chalcedonenſi decreta eſſent, ita reſcribens ad Palladium Præfectum Prætorio Orientis (a):

(a) Extat apud Conc. Chal. Act. 3.

XLVII. Sanctio Imp. de abolenda lege Theodoſii contra Flavianum.

Gloria numquam glorioſa morte perimitur: nec pereunt cum morientibus virtutes: immo obitu etiam exiſtimatio augetur bonorum, quia omnis adverſus mortuos evaneſcit invidia. Inde tanto ſtudio ac præconio majorum facta laudamus: inde optimorum maxima cum veneratione memoria celebratur: inde magnorum animi virorum exitus appetivere vere glorioſos;

quia

quia compertum erat eos ſolummodo perpetuo mori, quorum de vita ac morte tractaretur. Id ita eſſe etiam præſenti in tempore divinum oſtendit, humanumque judicium. Cum enim falſa invidia & improbe concinnata calumnia religioſæ ac venerabilis memoriæ Flavianus hujus almæ urbis Epiſcopus Epiſcopatu fuiſſet expulſus, (quamvis hoc fuerit plenius retinere ſacerdotium, fidem quam acceperat conſervare: is enim ſolus eſt, qui eſſe meretur, Epiſcopus) tamen ita ejus reliquias & expetiit hæc ſacratiſſima civitas & recepit, ut beatior omni vivente videretur: ut exitus ille qui putabatur acerbus, optandus credatur fuiſſe, quo illam immortalem mercatus eſt laudem: ſecutumque eſt illud quod meritis ejus Divinitas præſtitit, ut venerabilis Synodus innumerabilium pene ſacerdotum Chalcedone conveniret; quæ dudum fidem diligenter inquirit, auctoritate beatiſſimi Leonis Epiſcopi æternæ urbis Romæ, & religionis fundamenta conſtituit ſanctæ civitati, &
(a) l. quoniam. C. de Epiſ. & cle. *Flaviano palmam mortis tribuit glorioſæ.* Quæ poſt hæc ſequuntur, relata etiam habentur in Juſtinianeum Codicem (*a*):

XLVIII. *Ergo quoniam venerabilis recordationis Flavianus tanto ac tali decoratus eſt teſtimonio, ut Eutyches, qui contra ſenſerat, cum ſceleratis dictis ſuis ab omnibus uno ore damnaretur; aboleatur illa*
* ille a conſtitutione. *conſtitutio ** Theodoſii, *quæ ſubreptione ſceleratorum poſt obitum ſanctæ memoriæ Flaviani adverſus eum lata cognoſcitur: ceſſetque in totum, cujus initium fuit iniquum, & injuſta ſententia. Nihil obſtet quoque Euſebio* Dorilæi *& Theodoreto* Cyri *religioſis Epiſcopis, qui eadem lege continentur: quoniam non poſſunt ſacerdotes conſtitutione damnari, quos Synodicum ornat ſuper conſervanda religione decretum. Expulſa * itaque illa ſanctione, retineat vitæ gloriæque Flavianus, quam meretur, perpetuam laudem, cæteris conſtantiæ erga fidem futurus exemplum. Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua hanc ſaluberrimam legem, edictis propoſitis, ad omnium notitiam faciat, pervenire. Datum Conſtantinopoli pridie Nonas.... Sporatio viro clariſſimo & qui fuerit nunciatus Conſ.*

Euſebius & Theodoret. lege Imp. defenduntur ob illata calumnia.

* expuncta.

XLIX. Menſe vero Julii idem Marcianus adverſus eoſdem Eutychianos promulgavit edictum, quos & diverſis pœnis exagitavit: eſt ejus initium (*b*): *Amplæ omnipotenti Deo referendæ ſunt gratiæ, &c.*
(b) Extat apud Conc. Chalced. Act. 3. Poſt nonnulla autem, quæ demum adverſus eos decreverit, ita habet: *Verum quoniam Principalis providentiæ eſt, omne malum inter initia opprimere, & ſerpentem morbum legum medicina reſecare. Hac lege decernimus, eos qui Eutychetis decipiuntur errore, ad exemplum Apollinariorum, quos Eutyches ſecutus eſt: quoſque venerabiles parentum regulæ, id eſt, Eccleſiaſtici canones, & Principum diverſorum ſacratiſſima ſcita condemnant: nullum Epiſcopum, nullum habere * presbyterum, nullos habere vel appellare clericos; ipſumque Eutychetem nomine presbyteri (quo & indignus & ſpoliatus eſt) in totum carere. Si qui autem contra definita noſtra, Epiſcopos, presbyteros, cæteroſque clericos auſi fuerint creare, tam factos, quam facientes, vel præſumentes ſibi clericorum gradum, bonorum amiſſione perculſos, exilio perpetuo præcipimus contineri. Coeundi, vel colligendi, vel congregandi monachos, vel ædificandi monaſteria, nullam eos jubemus habere licentiam; locaque ipſa, in quæ convenire aliquando tentaverunt, confiſcari, ſi tamen domino loci ſciente convenerint: quod ſi ignaro auctore; conductorem loci fuſtibus cæſum, deportationem ſubire cenſemus.*

* creare

Pœnæ recens ſancitæ contra Eutychianos.

Ipſos præterea nihil ex teſtamento cujuſquam capere, nihil eis qui ejuſdem erroris ſunt relinquere teſtamento. Ad nullam eos patimur aſpirare militiam, niſi forte ad cohortaliciam vel limitaneam. Si quis etiam extra prædictam militiam inventus fuerit militare, vel quia ignorabatur ejus in religione perverſitas, vel quia poſt adeptum cingulum ad hunc devenerit errorem: ſolutus militia infidelitatis ſuæ fructum hunc habeat, ut optimorum hominum & Palatii communione privetur, nec alibi quam in quo natus eſt vico, vel civitate verſetur. Quod ſi qui eorum in hac alma urbe (quod credi nefas eſt) geniti ſunt: tam hac civitate venerabili, quam ſacratiſſimo Comitatu, & omni excludantur metropolitana civitate. Et hæc quidem generaliter circa omnes conſtituimus, qui tali labe polluti ſunt, vel polluentur. Eos autem qui antehac clerici Orthodoxorum fidei & monachi, qui quondam Eutychetis habitavere diverſorium (neque enim monaſterium dicendum eſt, quod religionis habuit inimicos) qui ad hoc uſque inſaniæ proceſſerunt, ut relicto venerabilis religionis cultu, & Synodi decreto, quod totius pene Orbis Chalcedone coadunati decrevere ſacerdotes, infauſtam Eutychetis ſequerentur aſſertionem: quia vera luce deſerta tenebras eligendas eſſe crediderunt: omnibus pœnis quæ vel in hac vel præcedentibus legibus adverſus hæreticos definita ſunt, jubemus teneri: immo extra Romanum expelli ſolum, ſicut præcedentes religioſiſſimæ conſtitutiones de Manichæis conſtituere; ne eorum venenatis fraudibus, ſceleratiſque commentis innocentum & infirmorum animi decipiantur. L.

Comperimus præterea, quædam eos in contumeliam religionis & invidiam vene- LI.

ra-

Adverſus ſcrip a & eos qui docent, vel diſcunt hæreſim.

*vabilis Synodicæ deſinitionis fuiſſe mentitos, conſcriptiſque libris & chartarum tomis plura finxiſſe, quæ eorum inſaniam adverſus veram fidem aperte ſignarent: Atque ideo præcipimus, ubicumque hujuſmodi ſcripta reperta fuerint, ignibus concremari. Eos vero qui vel ſcripſerint, vel aliis legenda tradiderint docendi ſtudio, vel diſcendi: cenſemus deportatione puniri. Docendi etenim hanc infauſtam hæreſim (ſicut pridem edictis ſerenitatis noſtræ continetur) omnibus adimimus facultatem: quia ultimo ſupplicio coercebitur, qui illicita docere tentaverit. Eos vero qui diſcendi ſtudio audierint ſcelerata diſſerentem, decem librarum auri mulcta compeſcimus: ita enim materia ſubtrahetur erroris, ſi peccatorum & doctor defuerit & auditor Palladi parens cariſſime. Illuſtris itaque & magnifica auctoritas tua, edictis propoſitis, omnibus faciat nota quæ juſſimus: Cognoſcentibus Moderatoribus provinciarum eorumque Officiis, Defenſoribus etiam civitatum: quod ſi ea quæ mera * fide & ſancto propoſito cuſtodienda cenſuimus, aut neglexerint, aut permiſerint temerari: denarum librarum auri mulcta perculſi, ut religionis legumque proditores etiam exiſtimatione laborabunt. Dat. decimoquinto Kal. Auguſti, Conſtantinopoli, Sparatio & qui fuerit nunciatus Conſſ.* Hæc ſunt quæ ſpectant ad ea quæ legibus Marciani Imperatoris adverſus hæreſim Eutychianam fuere hoc anno ſtatuta. Inviſamus jam res in Occidente geſtas ab ipſo Valentiniano Imperatore.

* vera

LII. Hoc quidem anno, decimoſeptimo Kalendas Maii, Valentinianus Imperator indignam plane Chriſtiano Principe edidit ſanctionem (*a*), qua abſtulit judiciale Epiſcoporum tribunal: jus enim dicere eos vetuit, niſi partes ex conſenſu apud aliquem Epiſcoporum ſponte agere delegiſſent; nullamque voluit eſſe clericis fori exceptionem omne, adimens judicium Eccleſiaſticum, niſi in his quæ ad religionem pertinent judicandis. Sed & vetuit, curiales clericos ordinari, vel monachos fieri, ſimiliter & originarios inquilinos, colonos, & ſervos. Hæc quidem Valentinianus turpiter Romæ promulgat: ſed quam inique & impie, lata a ſucceſſore Majoriano his contraria ſanctio demonſtravit. At putaſne, lector, iſta adeo impia & temeraria abſque ultione a Deo præterita? Conſidera (dicam cum Job (*b*) ſemitas Thema, & itinera Saba, & expecta pauliſper.

(*a*) *Novel. Valentin. tit. 12. de Epiſc. jud. 10.*

Forum Eccleſiaſticum demptum a Valent.

(*b*) *Job. 6.*

LIII. Quam autem male conſulatur Imperio, dum in Eccleſiarum jura inſurgunt Imperatores, pluribus ſæpe ſuperius eſt demonſtratum, & nunc graviori damno idipſum Imperatorem contigit experiri. Hoc namque anno (ut habent Marcellinus & Caſſiodorus in Chronico, & alii omnes) Attila, qui anno ſuperiori maxima jactura ſuorum in Galliis ab Aetio & Gothis victus fuerat, ex peccatis Imperatoris ipſe, Flagellum Dei dictus, viribus auctus, Aquilejam nobiliſſimam Italiæ urbem, alteram Romam antiquitus dictam, & alias nobiliſſimas civitates expugnat & diruit, perditurus & ipſam urbem Romam una cum Imperio, niſi ille cujus Valentinianus depreſſerat auctoritatem, divina fultus potentia obviaſſet. Indiguit infelix Auguſtus Papæ præſidio, cujus humiliaverat poteſtatem, ut plane evenerit, quod mox in Job recitata ſententia ſubditur: *Confuſi ſunt, quia ſperavi: venerunt quoque uſque ad me, & pudore cooperti ſunt.* Intelligis ex iiſdem quando polleat, vigeatque flagellum Dei, quo erat nomine Attila nuncupatus; quando videlicet Principes in ſancta delinquunt. At utinam cana tantum

Aquileja ab Attila diruta.

PAGIUS

V. A nnn. LIII. ad LX. Proſper in Chronico ſub hujus anni Coſſ. hæc habet. *Attila redintegratis viribus, quas in Gallia amiſerat, Italiam ingredi per Pannonias intendit, nihil Duce noſtro Aetio ſecundum prioris belli opera proſpiciente; ita ut nec clauſuris Alpium, quibus hoſtes prohiberi poterant, uteretur, hoc ſolum ſuis ſupereſſe exiſtimans, ſi ab omni Italia cum Imperatore diſcederet. Sed cum hoc plenum dedecoris, & periculi videretur, continuit verecundia metum, & tot nobilium Provinciarum latiſſima everſione credita eſt ſævitia & cupiditas hoſtilis explenda: nihilque inter omnia conſilia principis ac Senatus populique Romani ſalubrius viſum eſt, quam ut per Legatos pax truculentiſſimi Regis expeteretur. Suſcepit hoc negotium cum viro Conſulari Avieno, & viro Præfectorio Trigetio beatiſſimus Papa Leo, auxilio Dei fretus, quem ſciret nunquam piorum laboribus defuiſſe. Nec aliud ſecutum eſt, quam præſumpſerat fides; nam tota Legatione dignanter accepta, ita ſummi Sacerdotis præſentia Rex gaviſus eſt, ut & bello abſtinere præciperet, & ultra Danubium promiſſa pace diſcederet.*

Attila ingreditur Italiam.

VI. Hoc bellum deſcripſerat Priſcus Rhetor, ſed ejus Hiſtoria ad nos non pervenit. Et tantum de eo in Excerptis, quæ ſuperſunt pag. 40. habet: *Attilas vaſtata Italia ad ſua ſe retrahit, & Romanorum Imperatoribus in Oriente bellum & vaſtitatem denunciavit; propterea quod tributum ſibi a Theodoſio conſtitutum non ſolvebatur.* Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 42. quæ ab Attila hoc anno in Italia geſta egregie narrat, cui tuto fides adhiberi poteſt, quia *Priſci* quem citat, Hiſtoriam viderat. Ait itaque Attilam cernentem *hoſtium ſolutionem per partes* ad oppreſſionem Romanorum moviſſe procinctum; primaque aggreſſione Aquilejenſem obſediſſe civitatem, quæ diu multoque tempore eidem reſtitit; quam tandem captam ita crudeliter vaſtavit, *ut vix ejus veſtigia, ut appareant, reliquerint* Attilæ milites. Exhinc per reliquas Venetum civitates *Hunni* bacchantur, *Mediolanum* pari tenore devaſtant, necnon & *Ticinum*, viciniaque loca ſævientes allidunt, demoliunturque pene totam Italiam. Cumque ad *Romam* animus, fuiſſet ejus attentus accedere, placida ei Legatio Roma

Vaſtatis pluribus Urbibus diſcedit.

tum de his extarent exempla & non recentia videremus, addi quotidie hoſtibus robur, cum jura violantur Eccleſiæ: ſicuti hoc anno accidiſſe vidimus Valentiniano, cui poſt latum impium edictum nulla ceſſere proſpera, ſed adverſa, cunctaque in deterius ſunt prolapſa, atque penitus labefactata, ipſeque demum miſerando interitu periit; contra vero propter peccatum admiſſum redditæ ſunt vires Attilæ, licet victo antea & profligato; & Genſerico ad cladem urbis, captivitatemque regiarum feminarum, aperta eſt, Deo ultore, via.

LIV. Hæc vero de Attila quomodo ſe habuerint, qui ex Theophane & aliis antiquam collegit hiſtoriam, quæ Pauli Diaconi eſſe perperam fertur, his verbis habet (a): *Attila continuo reſumpta fiducia rruentior Italiam petit. Aquilejam eapſam funditus eradit, Tiriuumque & Mediolanum regias urbes excidit.*

(a) Paul. Diacon. Miſcel. l. 15.

LV. Quid autem Mediolano potitus, illic egerit, accipe ex Suida, qui ait: *Attila rum Mediolanum urbem populoſam perveniſſet, & Romanorum Imperatores in aureis ſoliis ſedentes, Scythas vero ad eorum pedes depictos vidiſſet; ſe in ſolio ſedentem, Romanorum vero Imperatores ſaccos ſuper humeros ferentes, & ante pedes ſuos aurum effundentes pingi juſſit.* Hæc Suidas. Vidiſti tumorem Hunnicum & barbaricam arrogantiam? unde magis intelligas, haud humanarum fuiſſe virium, adeo ferociſſimum atque ſuperbiſſimum Scytham reddere manſuetum. Sane quidem: Deus enim qui (b) ſævienti mari clauſtra poſuit atque vectes, ipſe coercuit nullo negotio mentem magnam, ſpiritusque vehementes cohibuit. Sed quomodo id præſtiterit, ipſe qui ſuperius, narrare pergit auctor.

(b) Job. 38.

LVI. *Inde* (inquit) *vaſtatis circumcirca locis, cum Romam quoque pararet irrumpere: Leo Magnus Papa miſſu ad eum Valentiniani Imperatoris acceſſit, eumque adeo mitem reddidit: at illico promiſſa pace firmiſſima, ultra Danubium, non reditarus abierit.* Hæc ibi. Teſtis eſt etiam Caſſiodorus (c), ſequeſtre S. Leone Papa, Attilam pacem conceſſiſſe Romanis. Porro cum ſancto Leone profectos eſſe aliquot nobilium Romanorum, idem ſcribit Caſſiodorus, dum agit de patre ſuo una cum Carpilione ad Attilam legatione fungente, his verbis (d): *Ad Attilam igitur armorum potentem, cum ſupradicti filio Carpilione legationis eſt officio non irrite deſtinatus: Vidit intrepidus, quem timebat Imperium: facies illas terribiles & minaces fretus auctoritate deſpexit: nec dubitavit ejus altercationibus obviare, qui furore neſcio quo raptatur *, mundi dominatum videbatur expetere. Invenit Regem ſuperbum, ſed reliquit paratum, & calumnioſas ejus altercationes tanta veritate deſtruxit, ut voluiſſet gratiam quærere, cui expediebat pacem cum regno ditiſſimo non habere. Erigebat conſtantia ſua partes timentes: nec imbecilles ſunt crediti, qui legatis talibus videbantur armati. Pacem retulit deſperatam. Cujus legatio quid perfecerit, datur intelligi, quæ tantum eſt gratulanter excepta, quantum, & videbatur optata.* Hæc Caſſiodorus, dum hæc agit, ut ſuos commendet majores: verum liberiori affectu ſcribens Chronicon, iſtud ipſum tribuit ſancto Leoni. Sed & in epiſtola Orientalium Epiſcoporum ad Symmachum Papam, cum vocarent eum in Orientem, ejuſdem ſancti Leonis legationis mentio habetur his verbis (e): *Feſtina* (inquiunt) *& noli tardare ad Orientis auxilium, magis autem ad majores partes habitabiles mundi: quia non tantum pro centum viginti millibus illis in magna quandoque conſtitutis civitate Ninive (f), ſed a multo plurimis ſpera expectari tuam poſt Deum medicinam. Si enim qui præceſſit beatitudinem tuam inter ſanctos conſtitutus Leo Archiepiſcopus ad Attilam tunc errorem barbarum per ſe currere non duxit indignum, ut captivitatem corrigeret corporalem, nec tantum Chriſtianorum, ſed Judæorum (ut credibile eſt) atque Paganorum: quanto magis feſtinare, ad tuam attinet ſanctitatem? &c.*

(c) Caſſiod. in Chron. hoc ann.

(d) Caſſiod. Var. li. 1. ep. 4.

Legatio Patris Caſſiodori.

* raptus

(e) Extat inter epiſt. Symmachi tom. 1. epiſt. Rom. Pont.

(f) Joan. 4.

LVII. Grande plane miraculum, ut inundantem, & rapido curſu abſque impedimento fluentem, cunctaque obviantia ſibi ſternentem atque vaſtantem barbarorum torrentem, Summus Dei Sacerdos retro convertens, alveo ſicco relicto, unde fluxerat, velociori fecerit fluxu recurrere. Sed unde tanta Leoni, ut vincentem vinceret Attilam, & abſque armis conditiones pacis quas obtulit, veluti victum accipere atque ſervare coegerit, & jam ſe inferentem victricibus armis in Urbem, concito gradu ad propria remeare compulerit? Ille, inquam, qui ab Aetio & Gothis victus, ceſſit ad tempus, ut vehementiori iterum irrumperet impetu: tanta jam fretus potentia victor, quomodo a Leo-

LVII. Grande miraculum in Attilæ repreſſione.

PAGIUS ma advenit. Nam *Leo* Papa per ſe ad eum accedit in agro Veneto *Ambulejo*, ubi Mincius amnis commeantium frequentatione tranſitur. Qui mox depoſuit excitatum furorem & rediens qua venerat, id eſt ultra Danubium, promiſſa pace diſceſſit; illud præ omnibus denuncians, atque interminando decernens graviora ſe in Italiam allaturum, niſi ad ſe *Honoriam* Valentiniani Principis Germanam, filiam Placidiæ Auguſtæ, cum portione ſibi Regalium opum debita mitterent. Hæc ſummarie ex Jornande excerpta.

a Leone cogitur furens barbarus & relinquere Italiam, & ultra montes ad Iſtrum non amplius rediturus abire? Senſit cito, quod tardius Antiochus (a) impius experimento confeſſus eſt, æquum eſſe hominem ſubditum eſſe Deo, nec mortalem paria cum Deo ſentire. Sed & unde immaniſſimo Regi tanta de Deo ſcientia, ut putaverit obvianti ſacro Antiſtiti eſſe cedendum? Dicam quæ produnt Romanæ Eccleſiæ vetera monumenta, in eccleſiis publice legi & annis ſingulis repeti conſueta, quæ ſic ſe habent:

(a) 2. Mach. 9.

LVIII. A S. Leone coercitus Attila.

Cum Romam ardenti furore Attila raperetur, jamque copias ubi Mincius in Padum influit, traicere pararet; occurrit ei Pontifex Leo malorum Italiæ impendentium miſericordia motus: cujus divina eloquentia perſuaſum eſt Attilæ, ut regrederetur. Qui interrogatus a ſuis, cur præter conſuetudinem inflexus eſſet, atque tam humiliter Romani Pontificis imperata faceret? Reſpondit, & confeſſus quod verum eſſet; nimirum ſe vidiſſe, Leone loquente, aſtantem alium quemdam habitu ſacerdotali decorum, quid divinum præſeferentem, minantemque mortem, niſi Leonis Papæ juſſa capeſſeret. Alii textas habent, duos viros apparuiſſe, alterum a dexteris, a ſiniſtris vero alterum, quorum viſione perterrito nihil ſibi præterea fuiſſe reliquum, quam quod minaci vultu numen exigeret, ipſe homo quam cito perſolveret, quod non eſſet mortalium facultatis Divinitati reſiſtere, vel in ſuperos bellum inferre. Teſtabantur quidem ipſum vera fateri interrupta pavore atque conciſa tremore verba; trucis atque inexorabilis vultus pallor, & robuſti audaciſque animi improviſa dejectio, atque totius ſimul corporis conſternatio. ☞ Cæterum non de duobus Apoſtolis, ſed de uno tantum, Petro videlicet, qui viſus ſit Attilæ, teſtatur Paulus diaconus in hiſtoria rerum Romanarum, quam poſuit appendicem ad Eutropium in qua eamdem, eodemque modo narrat rei tunc geſtæ ſeriem. ☜

LIX. Conſideraſti ne, lector, quam (b) terribilis ſit Deus in conſiliis ſuis ſuper filios hominum? Eo tempore, quo Valentinianus Auguſtus Eccleſiaſticum tribunal deprimit; tunc Deus illum comprimit, atque ſuper Reges Pontificem Romanum exaltat: Et ne quid minus habere videretur novæ legis Summus Sacerdos a veteris Teſtamenti Propheta, ad quem Dominus (c). *Ecce conſtitui te ſuper Gentes & regna:* Dat ei ut barbarum atque trucem Regem coerceat, parereque cogat, & Valentinianum Imperatorem labantem confirmat in eo de quo periclitabatur Imperio, qui nuper ab eo fuerat e tribunali depoſitus. Ita plane qui nutu cuncta gubernat, hunc, (d) humilians & hunc exaltans, ſacra ſemper voluit præſtare profanis.

(b) Pſ. 65.

(c) Hier. 3.

Fruſtra Reges inſurgere in Eccleſiam.

(d) Pſ. 74.

LX. Ethnicorum mira ingratitudo.

At quid ad hæc tanta Gentiles, qui adhuc Romæ reliqui erant? Ne id Deo Chriſtianorum ferrent acceptum, aſtrorum potentia & fati neceſſitate, ne in Urbem irrueret Attila, factum eſſe jactabant. Porro hæc omnia refellens, beneficio Apoſtolorum fuiſſe Urbi tanta bona conceſſa idem ſanctus Leo pro concione exprobat ingrato populo anniverſaria die hujus accepti a Deo beneficii ludis occupato Circenſibus, cum hujuſmodi ad populum perbrevem habuit concionem (e).

(e) Leo. ſer. in Octava Apoſtol.

LXI. Leonis Pap. redargutio ad ingratum populum.

Religioſam devotionem, dilectiſſimi, qua ob diem caſtigationis & liberationis noſtræ cunctus Fidelium populus ad agendas Deo gratias, confluebat, pene ab omnibus proxime fuiſſe neglectum, ipſa paucorum qui adfuere raritas demonſtravit, & cordi meo multum triſtitiæ intulit, & plurimum timoris incuſſit. Magnum enim periculum eſt, eſſe homines ingratos Deo, & per oblivionem beneficiorum ejus, nec de correctione compungi, nec de remiſſione lætari. Vereor igitur, dilectiſſimi, ne vox illa Prophetica tales increpuiſſe videatur, quæ dicit (f): Flagellaſti eos, & non doluerunt: caſtigaſti eos, & noluerunt accipere diſciplinam. Quæ enim in eis correctio oſtenditur, in quibus tanta averſio reperitur? Pudet dicere, ſed neceſſe eſt non tacere: Plus impenditur dæmoniis, quam

(f) Hier. 3.

PAGIUS

VII. *Solemnitas inſtituta ob Urbis liberationem.*

A num. LX. ad LXIII. Ob liberatam a Genſerico Urbem, Romæ feſtivitatem publicam inſtitutam fuiſſe, teſtatur Sanctus Leo Sermon. 81. de Octava SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, qui ideo habitus eſt poſt an. CDLV. quo Urbs a Genſerico devaſtata. In eo conqueritur Sanctus Pontifex, quod ea celebritas, ad quam antea *ob diem caſtigationis,* inquit, *& liberationis noſtræ cunctus fidelium populus ad agendas Deo gratias confluebat,* ita eo anno, quo Sermonem hunc habuit, fuiſſet neglecta, ut pauci admodum ad eam conveniſſent. Baronius quidem eo loco de Attiliana irruptione Leonem ſermonem habere cenſuit; verum ea verba de Urbis ſub Genſerico direptione intelligenda, probant ex ipſo Sermonis contextu Queſnellus in Diſſert. I. de Vita & Rebus geſtis S. Leonis ad annum CDLV. & Ruinartus in Hiſt. Perſecut. Vandalicæ part. II. cap. 6. Leo enim hanc Urbis *liberationem,* non ſolum *ineffabili omnipotentis Dei miſericordiæ* deputat, *qui corda furentium Barbarorum mitigare dignatus eſt;* ſed & *Sanctorum curæ* attribuit, quæ *Urbem reformarunt ſaluti, a captivitate eruit, a cæde defendit.* Quæ quidem verba optime irruptioni Genſerici, minus recte Attilianæ cladi congruunt. Cum enim in die Octava feſtivitatis Apoſtolorum de neglecta Urbis liberatæ commemoratione Leo conqueſtus ſit, patet eam circa illud tempus Romæ celebrari ſolitam fuiſſe. Hoc autem ipſo tempore Urbem e *Genſerici* tyrannide liberatam inde colligitur, quod occiſo pridie Idus Junii

Ma-

Digitized by Google

quam Apoſtolis: & majorem obtinent inſana ſpectacula frequentiam, quam beata Martyria. Quis hanc Urbem reformavit ſaluti? Quis a captivitate eruit? Quis a cæde defendit? Ludus Circenſium, an cura Sanctorum? Quorum utique precibus divina cenſura flexa ſententia eſt, ut qui merebamur iram, ſervaremur ad veniam.

LXII. *(a) Luc. 17.* *Tangat, obſecro, dilectiſſimi, cor veſtrum illa ſententia Salvatoris (a), qui cum decem leproſos miſericordiæ virtute mundaſſet, unum tantum dixit ex eis ad agendas gratias revertiſſe; ſignificans videlicet de ingratis quod huic pietatis officio, etiam ſi corporis aſſecuti ſunt ſanitatem, non tamen ſine animi impietate defuerunt. Ne ergo iſta ingratorum nota etiam vobis, dilectiſſimi, poſſit adſcribi; revertimini ad Dominum, intelligentes mirabilia, quæ in nobis dignatus eſt operari; & liberationem noſtram, non ſicut opinantur impii, ſtellarum effectibus, ſed ineffabili omnipotentis Dei miſericordiæ deputantes, qui corda furentium barbarorum mitigare dignatus eſt; ad tanti vos beneficii memoriam toto fidei vigore conferte. Gravis negligentia majore ſatisfactione curanda eſt. Ad emendationem noſtram utimur lenitate parcentis *, ut beatus Petrus, & omnes ſancti, qui nobis in multis tribulationibus adfuerunt, obſecrationes noſtras pro vobis apud miſericordem Deum juvare dignentur, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.* (* parentis) Ita ſanctus Leo; & quidem prophetice, quod debetur ingratis, eſt comminatus ſupplicium. Etenim qui tantum Dei donum non (ut par erat) jugi gratiarum actione ſunt proſecuti denuo tradi barbaris meruerunt, nempe Uvandalis: haud enim ſero vindicta prodiit, nimirum poſt biennium, ut ſuo loco dicturi ſumus.

LXIII. Deſiderantur res ab Attila geſtæ fuſius ſcriptæ a Priſco Rhetore hujus temporis nobili ſcriptore, ut teſtatur Evagrius. *(b) Evag. l. 2. c. 17. Venetiarum civitatis origo.* (b) Addunt alii, precibus ſancti Geminiani Epiſcopi Mutinam ab Attila liberatam. Referunt & Ravennam, Joannis Præſulis, qui Leoni ſucceſſit orationibus tantum evaſiſſe periculum. Tradunt pariter, ex hac invaſione Attilæ, Venetiæ provinciæ occaſionem manaſſe, ut Veneti in inſulas tranſmigrarint, atque Patavini occupaverint Rivum altum; iidemque neceſſitate primum impellente, poſtea vero & ratione ſuadente, ad evitandos frequentes barbarorum incurſus ibi habitare delegerint: ut paulatim cre-

ſcentibus ædificiis, ampliſſimæ Venetiarum civitatis condendæ ex ea infelicitate feliciſſima jacta fuerint fundamenta: ut divino plane nutu acciderit, ne Italia relinqueretur ſine Republica; quæ olim florentiſſima dominantium vi oppreſſa, jam cum Imperio collabente prorſus videretur extincta.

Quod vero ad Aquilejæ excidium pertinet: quomodo acciderit, ut urbs munitiſſima a tyrannis ſæpe obſeſſa, numquam vero capta, ab Attila fuerit expugnata: qui hæc cupit, veteres hiſtoricos conſulat, quibus tamen in eo aſſentiri minime poſſumus dicentibus ab hoſte direptam, incenſam, ac funditus everſam, adeo ut diu habitari deſierit. LXIV. *Aquileja habitari iterum cœpta.* Etenim fugatos habitatores, vel captos ab hoſtibus poſtliminio rediiſſe, ſatis certo intelligi poteſt ex epiſtola ſancti Leonis Romani Pontificis data ad Niceam, (c) alias Nicetam Aquilejenſem Epiſcopum, poſt annos ſex, nimirum Domini anno quadringenteſimo quinquageſimooctavo ſub Conſulatu Majoriani: *(c) Leo ep. 79.* qua ad ejuſdem Epiſcopi conſultationes reſpondit, nimirum quid agendum de feminis illis Aquilejenſibus, quæ, captis viris, aliis nupſiſſent; num illis e captivitate regreſſis, eiſdem reddendæ eſſent? In quibus Aquilejenſium mulierum nonnihil impudicitia ſugillatur; quæ tamen ab aliis (d), qui hæc minime perſpecta habuere, legi plurimum commendari. *(d) Sabel. Ennead. 8. l. 9.* Quod vero ad eamdem epiſtolam ſpectat; Novatores, iidemque calumniatores, in ea velut in ſcirpo nodum quærentes, ſanctum Leonem carpunt, quem volunt dixiſſe, non peccare mulierem, ſi nupſerit alteri viro, quando exiſtimet primum virum adhuc eſſe ſuperſtitem. At non hæc quidem tantus Pontifex tradit; ſed de ea tantum muliere loquitur, quæ nubit alteri dum putat virum eſſe defunctum. Sunt hæc verba S. Leonis: *Nec tamen culpabilis judicetur & tanquam alieni juris pervaſor, qui perſonam ejus mariti, qui jam non eſſe æſtimabatur aſſumpſit.* Cum vero idem S. Leo viventium adhuc virorum inſolubile omnino velit eſſe conjugium, eo tantum caſu inculpabile eſſe ſubdit, quod mortis neceſſitas præſtitiſſet, nimirum cum mulier nupſit putans virum ſuum eſſe defunctum. Ad hoc namque caput, cum creditum eſt virum eſſe defunctum, ſe reſpondere, ipſo ferme exordio epiſtolæ idem Pontifex profitetur. Reverſis vero viris, quæ eis ſe jungunt cum laudet, renuentes anathemate damnat.

PAGIUS *Maximo*, tertia die ſequenti *Genſericus* Romam invaſerit. Nec obeſt quod eo in Sermone ludis Circenſibus, qui nequaquam menſe Junio celebrabantur, magis quam ſanctorum cultui addictos fuiſſe Romanos dicat Leo; cum ex ipſius verbis inferri non poſſit, ipſo tempore, quo hæc loquebatur, ejuſmodi ludos celebratos fuiſſe.

nat, Agitur præterea in eadem epiſtola de illis Aquilejenſibus, qui cibos immolatitios timore compulſi, vel urgente fame ſponte comediſſent, necnon de illis qui metu coacti fuerint iterum batizati: ex quibus intelligere poſſumus, Hunnorum exercitum non ex Paganis tantum, ſed & ex Arianis barbatis fuiſſe conflatum, qui captivos more ſuo rebaptizabant.

LXV. Hoc item anno, dum hæc agerentur, conſultus S. Leo a Theodoro Forojulienſi Epiſcopo de pœnitentia his qui in extremo laborarent impertienda, reſcripſit (a) ad eumdem quarto Idus Junii: In cujus epiſtolæ exordio, quid conſuetudinis eſſet Eccleſiæ docet, nimirum Epiſcopos primo conſulere debere ſuos Metropolitanos: quos ſi eadem contigeret ignorare tunc demum conſulendum eſſe Summum Pontificem, ſicque abſque conſultis ante Primatibus nihil debere Epiſcopos illis ſubjectos inquirere. Satisfaciens tamen ipſius petitioni decretalem ſcripſit epiſtolam de non neganda quibuslibet pœnitentia in exitu vitæ petentibus.

(a) Leo ep. 91. Mos vetus in conſulendo Rom. Pontif.

Quod reliquum eſt hujus anni (quantum ex Victore (b) Uticenſi colligitur) Carthaginenſis Eccleſia, quæ diu, nempe a tempore captæ civitatis, annis videlicet tredecim, abſque Epiſcopo fuerat, agente Valentiniano apud Genſericum, accepit facultatem creandi Epiſcopum, creatuſque eſt Deogratias, ita nominatus, Epiſcopus, vir plane ſanctiſſimus; quem cum ſediſſe Victor dicat tantum annis tribus, defunctumque eſſe eum captivi ab urbe Roma delati ſunt in Afri- LXVI.

(b) Vict. de perſecut. Vandal. l. 1.

Deogratias Epiſcopus Carthaginenſis creatur.

PAGIUS VIII. Ad num. LXVI. ex Victore Vitenſi lib. 1. de Perſecut. Africana, duorum Epiſcoporum Carthaginenſium ordinem diſtinguere eſt. Primus fuit *Quodvultdeus* Neapolim relegatus ſtatim poſt captam a Vandalis Carthaginem, ut anno CDXXXIX. Baronius habet. Illo in exilio demortuo, Valentinianus Imp. anno CDLIII. egit apud Genſericum Vandalorum Regem, ut poſt eum ordinaretur Epiſcopus Carthaginenſis nomine *Deogratias*, quod tamen hoc anno peractum eſſe, perperam exiſtimavit Baronius. Marianus enim Scotus in Chronico ait: *Ordinatus eſt Epiſcopus Deogratias in Baſilica Fauſti die Dominica VIII. Kalend. Novemb.* ſeu die XXV. menſis Octobris, qui anno ſequenti in Dominicam incidit, qua die in Africa ordinationes Epiſcoporum fieri ſolitas inter omnes convenit. Marianus laudata verba cum Conſulatu Aetii & Studii anno CDLV. a ſe copulato conjungit, ſed nec Conſulatus hic in annum illum incidit, nec anno CDLIV, quo geſtus eſt, dies XXV. Octobris cum Dominica concurrit. Ruinartus citatus *Deogratias* ordinationem, ex MS Codice Auguſtano ſub Tironis Proſperi nomine publici juris facto, a Caniſio Tom. I. Antiq. Lect. cum Conſulatu Aetii & Studii anno CDLIV. in faſtis notato, & cum VIII. Kalend. Novemb. connectit. Sed nec pariter illo anno dies ille in Dominicam incidit, licet ibidem in illa editione aſſeratur. Itaque ex Victore Vitenſi, quem Victorem Uticenſem a Baronio, aliiſque ante noſtra tempora male vocatum fuiſſe ſuo loco oſtendemus, non bene deducit Cardinalis doctiſſimus, Eccleſiam Carthaginenſem annis tredecim abſque Epiſcopo fuiſſe; cum ex dictis conſequens ſit, *Quodvultdeum* in exilio anno ſequenti vita functum eſſe; ac eo tantum anno, agente Valentiniano Imp. *Deogratias*, in illius locum ſubrogatum fuiſſe. Mabillonius Tom. III. Veter. Analect. exhibet antiquum Kalendarium Eccleſiæ Carthaginenſis, in quo ad VI. Idus Jan. legitur: *Depoſitio Quodvultdeus Epiſcopi*, quod ſine dubio de Epiſcopo, de quo loquimur, intelligendum. Hoc tamen nomen frequens fuit in Africa, ut colligere eſt ex Auguſtino in Epiſtola ad Innocentium, & ex Notitia Provinciarum Africæ.

Deogratias fit Epiſc. Carthaginenſis.

IX. *Marius Mercator*, qui Baronii tempore non extabat quique varia antea incognita de Pelagianis & Neſtorianis nos edocuit, aliquanto poſt habitam Chalcedonenſem Synodum Opera ſua ſcripſit, ut deducit Baluzius ex iis, quæ ille habet, dum de *Eutherio* hæretico loquitur pag. 351. Ait enim Mercator: *Neſtorii ſectatores Eutychianos* criminari eos, qui ſuo dogmati neſario reluctantur: quare poſt inventum Eutychianorum nomen *Mercator* libros ſuos edidit. Verum quidem eſt, eum graviter inſectari *Theodoretum* Epiſcopum Cyrenſem, qui tamen a Synodo Chalcedonenſi poſt idoneam fidei ſuæ Profeſſionem receptus fuerat; ſed vel ea adverſus eum ſcripſit, antequam Chalcedonenſis Synodus haberetur, aut ſi poſtea ſcripſit, tarde ad eum geſta Synodi pervenere, & *Theodoreti* ſuſceptio illi comperta non fuit. Jam florebat *Mercator* anno CDXVIII. quo ab Auguſtino accepit Epiſtolam, quæ inter Auguſtinianas legitur. Joannes Garnerius anno MDCLXXIII. ejus Opera publici juris fecit, addiditque Annotationes & Diſſertationes ampliſſimas quæ Mercatoris Scriptis magnam lucem afferunt. Sed cum Baluzius ex Collatione Codicis Bellovacenſis cum Vaticano, in quibus ſolis antiqui hujus Scriptoris Opera habentur, agnoviſſet, Garnerium eorum ordinem invertiſſe, multis etiam immutaſſe, dum medicinam adhibere tentaret locis corruptis, & denique nonnulla omiſiſſe, novam editionem adornavit, ea fide ac diligentia, ut errores etiam retinuerit veterum Librariorum, quod dolendum, ab omnibus, qui Antiquorum Opera e tenebris eruere, ſemper præſtitum non fuiſſe.

Floret Marius Mercator.

Auctor Chronici Alex. ſub Conſulatu Vincomali, & Opilionis, anno ſe. ſequenti ait: *Imperantibus Valentiniano & Marciano Auguſtis menſe Peritio & ante diem XII. Kalend. Martias, media jejuniorum hebdomada, anno Syro-Macedonum DCCLXIII. Antiochenorum CI. & CDXXV. anno quo poſtquam capite truncatus eſt Sanctus Præcurſor & Propheta Baptiſta Joannes illud venerandum Caput in Emeſanorum civitate inventum eſt.* Verum hæc inventio ad præſentem annum pertinet, ut oſtendit Ducangius in Notis ad laudatum locum. Anno enim ſequenti nec die XVIII. Februarii, ad quem eam refert Auctor Chronici Alex. nec die XXIV. Februarii quo eam contigiſſe vult Marcellinus in Chronico, ubi plerumque idem, quod Scriptor ille habet, media jejuniorum ſeu Quadrageſimæ hebdomada accidere potuit, cum eo anno Paſcha XII. Aprilis extiterit, proindeque Dominica III. & IV. Quadrageſimæ, quæ jejuniorum hebdomadem includunt, in VIII. & XV. Martii menſis X.

Inventio Capitis S. Joannis Baptiſtæ.

fricam; plane dicere opus eſt hoc anno ipſum fuiſſe Eccleſiæ Carthaginenſi præfectum. Qualis autem quantuſque fuerit homo iſte, paucis his declarat Victor, cum ait: *Hujus ſi nitatur quiſquam, qua per illum Dominus fecerit, paulatim excurrere; ante incipient verba deficere, quam ille aliquid valeat explicare.* Hæc Victor: ſed de eo pluribus ſuo loco.

Ann. Eccl. Tom. VIII.

PAGIUS ſis inciderint, juxta obſervatam & receptam a Græcis magnam Quadrageſimam. Iſta tamen ſic conciliari poſſunt. *Marcellus Abbas*, & Auctor Chronici Alex. hanc inventionem eſſe factam ajunt anno Syro-Macedonum DCCLXIII. Indict. VI. atque adeo anno Antiochenorum DI. ut ait Auctor ejuſdem Chronici. Cum vero Syro-Macedonum Epocha Kalend. Octobris incat, ſequitur annum DCCLXIII. incidere in menſem Octobrem anni Chriſti CCCCLI. menſem vero Februarium ſequentem in præſentem Chriſti annum, quo Paſcha fuit XXIII. Martii, ac proinde media jejuniorum hebdomada, cœpit feria I. die XVIII. menſis Februarii, qui hoc anno dies XXIX. habuit ob biſſextum, deſiitque in Dominicam ſequentem XXIV. ejuſdem menſis. Quæ quidem quadrant omnino cum narratione Marcelli ſcribentis *Uranium* Epiſcopum Caput *S. Joannis Baptiſtæ* ex loco, ubi inventum fuerat, in Secretarium attuliſſe die Dominica XXIV. ejuſdem menſis. Alia quippe media Quadrageſimæ ſeptimana apud Græcos ab ea quam Latini *Medianam* vocant; cum apud Græcos illa ſit, quæ *Medianam* Latinorum præcedit Quadrageſimam; quippe ii auſpicantur a Feria II. Sexageſimæ, ita ut revera VIII. ſeptimanis illa conſtet, quarum quarta Dominica mediam Quadrageſimæ conficit. Ex quibus colligitur, hanc inventionem ad præſentem annum pertinere.

Idacius in Chronico anno Abrahami 2469. qui Kalend. Octobris hujus Chriſti anni exorditur, ſcribit: *Theriſmo Rex Gothorum ſpirans hoſtilia a Theuderico & Frederico fratribus jugulatur, cui Theudericus ſuccedit in regno.* Idem habet Iſidorus in Chronico Gothorum, niſi quod in era cum annis Marciani Imp. copulandis errat, ut in hujuſmodi connexionibus ſolet. Recte tamen ſcribit eum anno uno regnaſſe. XI. *Theriſmundus Viſigothorum Rex occiditur.*

I. Anatolius detegit occultatum venenum.

QUadringenteſimus quinquageſimuster. tius Chriſti annus Conſulatu Opilionis, & Vincomali redditus Faſtis legitur: quo nequitia Anatolii Conſtantinopolitani Epiſcopi rurſus perturbatur Eccleſia. Sane quidem exemplum docuit, cum hæreticis nonniſi gravi Eccleſiæ damno ut plurimum indulgentius agi: Iſte enim (ut dictum eſt) Eutychianus hæreticus, Dioſcori Alexandrini olim Epiſcopi Apocriſarius Conſtantinopoli in locum viventis S. Flaviani ab eodem Impio Dioſcoro in Epheſino conventiculo ſubrogatus fuit Conſtantinopolitanus Epiſcopus: cujus ordinatio, nulla licet, ut validaretur auctoritate Leonis Romani Pontificis, Marcianus Imp. pacis ſtudio procuravit, dum ipſe Anatolius ſeſe Catholicæ fidei profeſſione Catholicum eſſe docuit: unde factum eſt ut ipſe Romanus Pontifex bono pacis indulſerit, ut Conſtantinopoli idem Anatolius ſederet Epiſcopus: Qui poſt Epiſcopalem thronum adeptum dolo malo (ut vidimus) arrogavit etiam ſibi primatum ſuper Eccleſiam Alexandrinam & Antiochenam: ſed cum reſiſtere & adverſari ſibi eumdem S. Leonem Papam audiſſet; movit inſtar Judæ (a) adverſus eum calcaneum ſuum, proditorie in ipſum agens, ſicuti ſuperius demonſtratum eſt. Sed & ubi accepiſſet litteris S. Leonis anno ſuperiori ad ſe datis juſtam de invaſo primatu objurgationem; tantum abfuit ut mitior & remiſſior redderetur, ut majori faſtu & arrogantia in eumdem ſanctum Pontificem inſiliret, non quidem palam ad eum reſcribens defenſionem, vel excuſationem aliquam; ſed vafre in primis occultans litteras Pontificis ad ſe ſcriptas, cœpit primo ſuſurros, inde rumores in vulgus (ut dictum eſt) ſpargere de ſanctiſſimo Papa, ipſum reſpuiſſe Synodum Chalcedonenſem; ſed & graviori calumnia addidit ipſum quærere occulta via deprimere defenſores fidei Orthodoxæ, & ſuſpectos hæreſis exaltare. Ad hæc etiam illud adjecit, ut Archidiaconum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, quem ſciret eſſe Romani Pontificis ſtudioſum, e gradu deponeret ſub prætextu majoris honoris, & in locum ejus ſubrogaret Andream, qui tam-

(a) *Joan.* 16.

Anatolius quid in S. Leonem Pontificem.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5946.

SÆC. V. Olimp. 308. Anno Eræ Hiſp. CCCCXCI. A. C. 453.

☉ 14. D. ☽ 17. P. 12. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 453.

LEONIS PAPÆ 14.

VALENTINIANI III. 29.

MARCIANI 4.

I. *Conſules.* [1] COSS. *Vincomalus & Opilio*: Primus Orientalis; fuit enim unus ex XIX. Viris illuſtribus, qui pro Marciano adfuere Concilio Chalcedonenſi. *Theodoreto* favit, & ad eum hic Epiſtulam CXL. ſcripſit. In Edicti inſcriptione anno ſuperiori a Marciano dati, & inter Acta hujus Concilii recitati Tom. IV. Concil. pag. 844. legitur: *Vincomalo Viro illuſtri Magiſtro Sacrorum Officiorum, & Conſuli deſignato. Opilio* in Occidente creatus; anno enim CDXLIX. Novellam *de Principibus Agentium in rebus* Valentinianus inſcribit: *Opilioni Magiſtro Officiorum*, ut legitur lib. 2. Novell. tit. 14. Prætereaquamquod Epiſtolæ S. Leonis, ejus ſolo Conſulatu notatæ habentur.

NOTÆ [1] C*oſſ. Vincomalus, & Opilio*. Aringhius tom. II. Romæ ſubter. pag. 274.

H I L A R A. D V L C I S S I M A
A N. P L. M. X X X V. D E P. I N. P A.
O P I L I O N E. V. C.

Gudiana inſcriptio ex collectione Ligoriana in veteris Latii tom. III. pag. 78.

ſic
D. D. K A L. A V G. V I N O M A L O
E T. O P I L I O N E. C O S.

Epitaphium Sanctæ *Columbæ* Deo ſacratæ apud V. C. Juſtum Fontaninum in Commentario Italico de eadem Sanctimoniali pag. 52.

D P. S V B. D. V I I I. I D V S A G V S T A S
O P I L I O N E. V. C. C O N S.

Vide ibidem pag. 64. ubi ex Concilio Andegavenſi, & ex XIV. S. Leonis epiſtolis habetur *Opilionis Conſulis* nomen. Faſti Idatii: *Opilione*, collega ejus omiſſo. Marcellinus: *Vincomalo & Opilione*. Proſper editus: *Opilione* V. C. *Conſule*. Proſper Vaticanus MS. *Opilione, & Vincomalo*.

tamquam hæreticus antea ejectus fuerat: hic ille namque fuit omnium nequiſſimus S. Flaviani calumniator. Adjecit inſuper perſequi omnes qui a Flaviano fuerant ordinati; contra vero favere & in Eccleſiæ honores provehere illos qui Eutychianæ hæreſis fuerant infamati: iſta quidem in contumeliam atque contemptum ejus quem adverſarium patiebatur, Romani Pontificis Anatolius ab anno ſuperiori machinari non deſtitit.

II. Hæc autem omnia cum fidelibus nunciis S. Leoni ſignificata eſſent, immo (ut docent ejuſdem Pontificis litteræ ad Pulcheriam (*a*) ipſe Marcianus Romanum Pontificem admonuiſſet, rogaſſetque ut litteris confirmationem fidei Concilii Chalcedonenſis notam faceret: ipſe S. Leo eam in vulgus ſparſam ſtudens datis litteris abolere de non recepto Concilio Chalcedonenſi calumniam, litteras dedit ad eamdem Synodum Chalcedonenſem: non quod adhuc Synodus Chalchedone perduraret; ſed ad Epiſcopos omnes qui ad ipſum Concilium convenerant, Circularem epiſtolam verbis iſtis conſcripſit (*b*):

(*a*) Leo ep. 60.

(*b*) Leo ep. 61.

Leo Epiſcopus ſanctæ Synodo apud Chalchedonem habitæ.

III. Epiſ. S. Leonis de Concilii Chalced. approbatione.

Omnem quidem fraternitatem veſtram noſſe non ambigo, definitiones ſanctæ Synodi, quæ ad confirmationem fidei in Chalcedonenſi civitate celebrata eſt, toto corde me fuiſſe complexum: quia nulla ſinebat ratio, ut qui unitatem Catholicæ fidei dolebam ab hæreticis fuiſſe turbatam, non exultanter in integrum rediiſſe gauderem. Hoc autem non ſolum ex ipſo beatiſſimæ conſenſionis affectu, ſed etiam ex epiſtolis meis, quas poſt reditum meorum, ad Conſtantinopolitanæ urbis Antiſtitem dedi potuiſſetis agnoſcere, ſi vobis reſponſionem ſedis Apoſtolicæ manifeſtare voluiſſet. Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur, utrum quæ in Synodo Chalcedonenſi per unanimitatem veſtram de fide ſtatuta ſunt, approbem: hæc ad omnes fratres & Coepiſcopos noſtros, qui prædicto Concilio interfuerunt, ſcripta direxi: quæ glorioſiſſimus & clementiſſimus Princeps (ſicut popoſci) in notitiam veſtram mittere pro Catholicæ fidei amore dignabitur: ut & fraterna univerſitas & omnium Fidelium corda cognoſcant, me non ſolum per fratres, qui vicem meam executi ſunt, ſed etiam per approbationem Geſtorum Synodalium propriam vobiſcum iniiſſe ſententiam, in ſola videlicet fidei cauſa (quod ſæpe dicendum eſt) propter quam generale Concilium & ex præcepto Chriſtianorum Principum, & ex conſenſu Apoſtolicæ ſedis placuit congregari, damnatis hæreticis; qui ſi corrigi voluiſſent, nulla penitus reſideret de vera Domini noſtri Jeſu Chriſti incarnatione dubitatio.

Quæ de fide decreta ſunt tantum probat.

IV. *Unde ſi quis umquam auſus fuerit vel Neſtorii perfidiam tueri, vel Eutychetis ac Dioſcori impium dogma defendere: a Catholicorum communione reſecetur, nec habeat ejus corporis participationem, cujus abnegat veritatem, fratres cariſſimi. De cuſtodiendis quoque ſanctorum Patrum ſtatutis quæ in Synodo Nicæna inviolabilibus ſunt fixa decretis, obſervantiam veſtræ ſanctitatis admoneo, ut jura Eccleſiarum ſicut ab illis trecentis decem & octo Patribus divinitus inſpiratis ſunt ordinata, permaneant. Nihil alienum improbus ambitus concupiſcat, nec per alterius imminutionem ſuum aliquis quærat augmentum: Quamtumlibet enim exortis aſſentationibus ſeſe inſtruat vanitatis elatio, & appetitus ſuos Conciliorum æſtimet nomine roborandos; infirmum atque irritum erit, quicquid a prædictorum Patrum canonibus diſcreparit: quorum regulis Apoſtolica ſedes quam reverenter utatur, ſcriptorum meorum, quibus Conſtantinopolitani Antiſtitis conatus repuli, poterit ſanctitas veſtra electione cognoſcere; & me, auxiliante Domino noſtro, & Catholicæ fidei & paternarum traditionum eſſe cuſtodem. Data XII. Kalendas Aprilis, Opilione V. C. Conſule.* Hæc S. Leo ad Patres, quibus profitetur Chalcedonenſis Concilii nihil præter illa quæ ad fidei decretum pertinent ſe recipere.

Ut Niceni Concil. decreta inviolata permaneant.

V. Extant & ipſæ litteræ, quarum meminit, ad Marcianum Imperatorem datæ, quibus hanc ad Epiſcopos Synodi datam epiſtolam de confirmatione Concilii Chalcedonenſis quod ad fidei decretum ſpectat, voluit omnibus fieri manifeſtam: ſcriptæ autem ſunt hoc anno ſub eodem die & Conſule. Eſt earum exordium (*c*): *Multa mihi in omnibus clementiæ veſtræ litteris, &c.* quibus potiſſimum queritur de Anatolio, qui Apoſtolicæ ſedis litteras occultaſſet, eo quod illis ejus primatus male uſurpatus abrogaretur. Sed & gratulatur eidem Imperatori, quod acquieverit iis quæ ipſe S. Leo ſtatuiſſet de non violandis decretis Nicæni Concilii: ac proinde irrita prorſus reddi voluerit quæ in favorem ſedis Conſtantinopolitanæ Anatolius ab Epiſcopis extorſiſſet: ſunt enim hæc verba Leonis ad Marcianum (*d*): *Et merito geminatur gaudium meum, cum vobis religioſiſſime placere cognoſco, ut & fides Nicæna ſuam teneat firmitatem, & privilegia Eccleſiarum illibata permaneant.* Eodem quoque argumento, eadem itidem die ipſe ſanctus Leo litteras ſcripſit ad S. Pulcheriam (*e*), quibus palam fecit quæ ab ipſo Marciano Imperatore de Anatolio ſignificata eſſent.

(*c*) Leo ep. 50. De Anatolio ad Marcianum Leo.

(*d*) Leo ep. 59.

(*e*) Leo ep. 60.

VI. Quod inſuper ad Chalcedonenſe Concilium pertinet; ejuſdem Anatolii fortaſſe factum eſt impoſtura, ut exemplar A-

ſto-

De actis Concilii Chalced.

ctorum ejuſdem Concilii, quod ad Apoſtolicam ſedem Romam perlatum fuit, haud adeo clarum compertum eſſet. Quamobrem idem ſanctus Leo hoc anno in litteris ad Julianum Coenſem Epiſcopum datis (*a*), juſſit ex originali typo Acta quam fideliſſime ſcribi, atque in Latinum transferri; cujus ad eum ſcriptæ in fine epiſtolæ iſta ſunt verba: *Geſtorum Synodalium, quæ omnibus diebus Concilii in Chalcedonenſi civitate confecta ſunt, parum clara propter linguæ diverſitatem apud nos habetur inſtructio: & ideo fraternitati tuæ ſpecialiter injungo, ut in unum codicem univerſas facias congregari, in Latinum ſermonem abſolutiſſima interpretatione tranſlata: ut in nulla parte Actionum dubitare poſſimus, neque ullo modo eſſe poſſit ambiguum, quod ad plenam intelligentiam te fuerit ſtudente perductum.* Hæc ad Julianum hoc anno quinto Idus Martias Leo Papa. Vides, lector, jam ab ipſo exordio promulgati Concilii Chalcedonenſis in illud hoſtem humani generis inſidias parare cœpiſſe.

(*a*) Leo ep. 56.

VII. Querelæ S. Leonis de Aetio Archidiac. depoſito.

De cauſa autem Aetii Archidiaconi ab ipſo (ut dictum eſt) Anatolio e gradu amoto, ſubſtituto in ejus locum Andrea Eutychiano; haud ſilendum putavit idem ſanctiſſimus Leo, acceptis ab eodem Aetio de ea re querelarum litteris. Quamobrem voluit de his commonuiſſe aliis litteris eundem Marcianum Imperatorem, necnon etiam Pulcheriam Auguſtam: Ad Marcianum autem iſta eſt de Anatolio juſta expoſtulatio (*b*), poſt recenſita quæ olim in ejus commendationem ſcripſiſſet ipſe Imperator, cum petiit ut ab ipſo Romano Pontifice in ſede confirmaretur: *Miror* (inquit) *quid cauſæ aut occaſionis emerſerit, ut virum Catholicæ fidei, & Neſtorianis atque Eutychianis hæreticis conſtanter otium adverſarium Archidiaconum, ſub honoris ſpecie degradaret, & diſpenſationem totius cauſæ & curæ Eccleſiaſticæ in Andream Eutychianiſtam repente transferret; adeo nimia commotione turbatus, ut conſecrationem, quam pro injuria dabat, ſexta ſabbati, traditionis Apoſtolicæ aut neſcius, aut oblitus, inferret: quaſi non ad Epiſcopum magis, quam ad presbyterum, ordinationis illius vitium pertineret: qui non inveniens quod argueret in fide, quod improbaret in moribus, dejectionem innocentis per ſpeciem provectionis implevit; addens ſententiæ illud injuriæ, ut eum cœmeterio deputando, condemnaret exilio. Quem tamen pietati veſtræ commendare præſumo, ne ullis alterius noxiis ingravari poſſit inſidiis, quem Dominus (ut comperi) ſub veſtra defenſione conſtituit.*

(*b*) Leo ep. 57.

VIII. Querelæ de Anatolio faventeadverſariis Flaviani.

Adiicio autem etiam hanc obſecrationem, ut prædictum Epiſcopum a profeſſione ſua diſſonum, & nimium teſtimonii veſtri ac favoris oblitum neceſſario increpare dignemini, ceſſet Catholicos inſectari; ceſſet eos qui ſanctæ memoriæ Flaviano placuere, conterere; & eorum ſocietatem, quos improbavit, eligere. Fraternam enim illi charitatem non aliter poterimus impendere, quam ut ſe inimicos Catholicæ fidei approbet execrari; ejuſque a ſe conſortium, quem merito abjecit, Andream nempe, *abſcindat: qui etiam ſi magna fuiſſet ſatisfactione purgatus, poſt dubium tamen reverſus errorem, Catholicis diaconibus poſtponi debuit, non præponi.* Hæc cum ſcribat ſanctus Leo, excommunicationem procuidubio Anatolio comminatur. Eamdem ingeminat idem Pontifex querelam, ad ſanctam Pulcheriam ſcribens. Agit de his & in epiſtola (*c*) ad Julianum Coenſem Epiſcopum data, qua cur ſtatim ex hac cauſa in ipſum Anatolium cenſuris Eccleſiaſticis auctoritate Apoſtolica non inſurrexerit, ejuſmodi rationem affert his verbis (*d*): *In quem pro cauſæ merito differo commoveri: & quid ipſe mecum cum ſuis epiſtolis agat, quas miſſurum eum filius noſter Aetius indicavit, expecto, dans locum voluntariæ emendationi, qua dolorem meum cupio mitigari.* Hæc Leo, qui quidem ita Anatolium ipſum perſtrinxit, ut niſi Catholica communicatione omnino carere vellet, Aetium in priſtinum locum reſtitueret. Quomodo autem ad arbitrium Romani pontificis hæc omnia Anatolius emendarit, atque etiam a cauſa de arrogando ſibi primatu penitus reſilierit, datis de his omnibus ad ſanctum Leonem litteris, anno ſequenti, ſuo loco dicturi ſumus: modo vero quæ reliquæ ſunt hujus anni cum Orientalibus ſancti Leonis res geſtæ (ut ordo poſtulat temporis) proſequamur.

(*c*) Leo ep. 58.

(*d*) Leo ep. 56.

IX. Julianus Vicarius Apoſt. in Oriente.

Quod enim ex his quæ in contumeliam Chalcedonenſis Concilii & Apoſtolicæ ſedis injuriam ab Anatolio tentata eſſent, portam hoſtibus aperiri ad labefactandam fidem Catholicam Leo Papa paſtorali vigilantia perſentiſceret: ad obviandum iiſdem, Juliano Coenſi Epiſcopo,

PAGIUS II. Origo Nunciorum Apoſtolicorum.

A num. IX. ad XX. Sanctus Leo ſcripſit ad Julianum Epiſcopum Coenſem, ut vice ſua functus aſſumeret ſpecialem curam, *ne hæreſis, vel Neſtoriana, vel Eutychiana in aliqua parte reviviſceret*. Ea Epiſtola, quæ alias erat LVI. nunc eſt LXXXVI. In Epiſtola vero ad Marcianum LXXXIV. de eodem Juliano loquens Sanctus Leo ait: *Vicem ipſi meam contra temporis noſtri hæreticos delegavi: atque propter Eccleſiarum paciſque cuſtodiam, ut a comitatu veſtro non abeſſet, exegi.* Data ea *VI. Idus Martii, Opilione V. C. Coſ.* Quibus ex verbis & ſimilibus Marca lib. 5. de Concordia cap. 25. & ſeqq. & Queſnellus in Notis ad eaſdem Epiſtolas deducunt, Vi-

po, quem fideliſſimum ſemper expertus eſſet, vicariam, iterum delegat præfecturam. Ad eum enim hoc anno ſcribens, hæc inter alia habet (a): *Hac ſpeciali cura vice mea functus utaris, ne hæreſis Neſtoriana vel Eutychiana in aliqua parte revireſcat: quia in Epiſcopo Conſtantinopolitano Catholicus vigor non eſt, nec multum aut pro ſacramento ſalutis humanæ, aut pro ſua eſt æſtimatione ſolicitus.* Hoc idem munere impertito, quod & antea in Chalcedonenſi Concilio (ut vidimus) delegaverat; quid curare debeat, & in primis ut ſolicitus eſſet de omnibus quæ ab hæreticis tentarentur, Apoſtolicam ſedem reddere certiorem admonuit, & ut doceat etiam quo progreſſu ſit cauſa tumultuantium in Palæſtina monachorum: id enim ut quam exacte litteris ipſe ſignificaret, præcepit his verbis (b):

(a) Leo ep. 56.

(b) Leo eadem ep. 56.

X. De Monachis Palæſtinis Eutychianis.

De Palæſtinis vero monachis, qui jampridem in tumultu diſſenſionis eſſe dicuntur, quo ad hæc animo moveantur, ignoro: neque cujuſquam ſermone mihi patefactum eſt, quas cauſas videantur antefatæ præferre diſcordiæ: utrum ſcilicet Eutychianæ perverſitati tali furore famulentur, an implacabiliter doleant Epiſcopum ſuum in hanc impietatem poſſe * *traduci, qui contra ipſorum locorum ſanctorum teſtimonia, quibus totus mundus inſtruitur, ab incarnationis Dominicæ veritate deſciverit; & quod in aliis per indulgentiam curare placuit in illo putent non eſſe veniale. Unde cupio me ſuper his plenius edoceri, ut etiam talium correctioni congrue ſtudeatur quia aliud eſt contra fidem impie armari, aliud in errore quempiam detineri.* Hæc idcirco Leo, quod accepiſſet ab illis expulſum Juvenalem Epiſcopum, qui Dioſcorum & Eutychetem fuiſſet aliquando ſectatus, & alium in ejus locum fuiſſe ſubrogatum Hieroſolymorum Antiſtitem; putans eos in ipſum eſſe commotos, quod in hæreſim ante lapſus, in ſedem fuiſſet immeritus reſtitutus.

* potuiſſe

XI. Paulo poſt has datas ad Julianum litteras, idem S. Leo alias accepit ab ipſo miſſas, quibus de iiſdem monachis Palæſtinis, quid reſcripſiſſet Marcianus Imperator, quaſve ad eos ſancta Pulcheria litteras reddidiſſet, admonitus fuit, miſſis exemplaribus litterarum. Teſtantur hæc quidem ejuſdem ſancti Leonis litteræ paulo poſt tum ad Marcianum, tum ad Pulcheriam datæ: nam ad Marcianum (c): *Per fratrem meum Julianum* (inquit) *innotuiſſe ſignifico, quam pio dignati fueritis reſponſo, imperitorum monachorum animos cohibere pariter & docere: ut ſi illos non penitus deſeruerit divina miſeratio, ſentiant ſe & didiciſſe quod credant, & agnoviſſe quod timeant.* Hæc ad Imperatorem. Ad Pulcheriam vero iſta (d): *Indicante fratre noſtro Juliano Epiſcopo, pervenerunt ad nos in exemplaribus præceptionum veſtrarum ſaluberrimæ ſanctiones, quibus inſanam imperitiam monachorum dignati eſtis parcendo plectere, & docendo punire; ut, ſi eos ad pœnitentiam miſeratio divina converterit, multis lacrymis & a nefandis cædibus & ab hæreticorum blaſphemiis diluantur.* Hæc ad Pulcheriam S. Leo hoc anno, duodecimo Kalendas Aprilis, eadem die qua ad Marcianum litteras dedit.

(c) Leo ep. 59.

(d) Leo ep. 60.

XII. Agit cum Eudocia Aug. S. Leo de convertendis hæreticis.

Scripſit hoc pariter anno, menſe Junii, de iiſdem Palæſtinis monachis turbas cientibus idem S. Leo ad Eudociam Auguſtam Hieroſolymis agentem, rogans, ut quantum valeat ſuis admonitionibus curet eoſdem a fide devios monachos ad Catholicam Eccleſiam revocare. Ita plane prudenter viſum eſt ſancto Leoni cum femina agere, non (ut par erat) acrioribus ea redarguendo litteris, quod ejus ſibi patrocinio (ut vidimus) Eutychiani monachi adeo nefaria perpetraſſent; ſed diſſimulando ejus errorem, blandis rogat potius verbis ejus implorans auxilium: ut ita in caſtris Fidelium eam quodammodo cogeret, ex præſumpta de ipſa fiducia militare. Tale quippe ſciebat eſſe ingenium hæreticarum mulierum, ut eo pertinacius inhæreſcant errori, quo inſtantius fuerint admonitæ & increpatæ. Sed ipſam perbrevem ſancti Leonis Papæ ad eam eo argumento accipe datam epiſtolam (e) & tanti Pontificis admirare prudentiam:

(e) Leo ep. 66.

Quan-

PAGIUS

Vicariorum, ſeu, ut nunc loqui conſuevimus, *Nunciorum* Sedis Apoſtolicæ in comitatu agentium originem. Qua in inſtitutione Orientalium Patriarcharum morem ſecutus eſt *S. Leo*; illi enim Apocriſarios ad Imperatores Orientis deſtinarunt ab eo tempore, quo Byzantium Sedes Imperii tranſlata. In multis tamen Leo ſe ſe ab eiſdem pro ſua prærogativa diſcrevit. Viderat Sanctus Pontifex per novam *Neſtorii* hæreſim Orientales Eccleſias diris procellis jactatas, vix ac ne vix quidem per Concilii Epheſini definitiones quieviſſe. Non ignorabat etiam Conſtantinopolitanum Antiſtitem Canone ſecundi Concilii generalis fretum totis viribus amplificandæ poteſtatis ſuæ incumbere, nec prius molitionibus ſuis finem poſiturum, quam ſibi majores Primates ſubjeciſſet; quibus ſubjectis timendum erat, ne de minuenda pariter Romanæ Sedis auctoritate aliquando cogitaret. Quare exiſtimavit, aliquem in urbem Regiam mittendum, qui fidei & Eccleſiaſticæ paci vigilaret, ageretque apud Imperatorem de compeſcendis conatibus eidem fidei ac paci contrariis. Clericis aut Presbyteris Apocriſiariorum munus creditum fuit priori ævo, eamque ob cauſam inprimis inſtitutum, Edictiſque Imperatoris ſancitum, ne ad comitatum venirent Epiſcopi; quod ex Juſtiniani Novella VI. cap. 11. manifeſtum eſt: nunc ſæpe

Epi-

XIII. *Quanta mihi Catholicæ cura ſit fidei, & qua ſolicitudine (in quantum Dominus adjuvat) debeat præcaveri, ne umquam ab imperitis & impiis veritatis Evangelio reſiſtatur, pietatem veſtram ſcire non dubito. Et ideo cum ſalutationis officio, quo ſemper mihi eſt veſtra oranda clementia, obſecro Dominum, ut me tuum incolumitatem in cauſa fidei in qua quorumdam intra provinciam Palæſtinam monachorum fuerant corda turbata; magis magiſque faciat: adjuvare ut tantum (quod pietatis tuæ ſtudio fieri poteſt) hæreticæ perverſitati omnis fiducia ſubtrahatur.* Hæc ideirco Leo, quod ſciſſet, Eudociæ fiducia impios illos armatos nefaria perpetraſſe. Sed ſubdit: *Quos enim nec ratio ſacramentorum, nec auctoritas ſcriptorum, neque ſanctorum locorum teſtimonia commovebant: quid eis niſi abruptum periculum timeretur? Proſit ergo Eccleſiis, ſicut favente Deo & prodeſt, & proſit generi humano in verbis Dei veſtram ibi eſſe voluntatem, ubi Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum vobis ſicut Deum verum, & verum quoque hominem in unitate perſonæ & mirabilium indicia, & paſſionum documenta loquuntur. Si ergo prædicti nomen Catholicum venerantur & diligunt, & inter Domini corpus ſe volunt membra nominari; pravos errores, quos temere admiſerunt, deteſtentur; & agant pœnitentiam impiarum blaſphemiarum, cruentorumque factorum. Succumbant pro ſalute animarum ſuarum Synodalibus, quæ in civitate Chalcedonenſi ſunt confirmata, decretis. Et quia ad intelligendum ſacramentum ſalutis humanæ, niſi fides vera & humilitas quieta non pervenit; credant in Evangelio quod confitentur in Symbolo. nec impiis dogmatibus miſceantur. Fides enim Catholica ſicut damnat Neſtorium, qui in uno Domino noſtro Jeſu Chriſto duas auſus eſt prædicare perſonas; ita damnat etiam Eutychetem cum Dioſcoro, quod ab unigenito Dei Verbo negant in utero Virginis matris veritatem carnis humanæ eſſe ſuſceptam. Si quid autem erga prædictorum converſionem exhortatio veſtra profecerit (quod gloriam vobis præſtabit æternam) peto, hoc mihi clementiæ veſtræ litteris eudiretis: ut & in vobis boni operis fructum, & in illis gaudeamus miſericordiam Domini non periiſſe. Data VII. Kal. Julii, Opilione V. C. conſule.*

Leonis epiſtola ad Eudociam.

XIV. S. Leo ſcribit ad Monachos Palæſtinæ.

Sed ut qui paſtoralis muneris eſſent S. Leo numeros omnes expleret, coſdem in tranſverſum ductos miſerrimos monachos ad converſionem invitavit litteris ſuis, & quidem amantiſſimis: Quod enim aliter ſibi agendum eſſe ſciret cum recens lapſis in errorem, aliter cum iterum reſtitutis & non recto pede in Evangelium incedentibus: hinc ipſe tractans cum Anatolio comminationibus agit; monachos vero iſtos, quos fuſoe in præceps adegerat, mitius atque blandius monet: eſt enim ejuſmodi litterarum exordium, quo ut eos ad converſionem attrahat, ipſorum delicta excuſat (a): (a) Leo ep. 83.

XV. Excuſat monachos S. Leo, ut convertat.

Solicitudini meæ, quam univerſali Eccleſiæ, omnibuſque ejus filiis debeo, multorum relatione, patefactum eſt, dilectionis veſtræ animis quiddam offenſionis illatum, dum aut imperiti (ut apparet) interpretes, aut maligni quædam vos aliter intelligere, quam a me ſunt prædicata, fecerunt, non valentes in Græcum eloquium apte & proprie Latina transferre; cum in rebus ſubtilibus & difficilibus explicandis, vix ſibi etiam in ſua lingua diſputator quiſque ſufficiat. Quod tamen apud me eo proficit, ut dum ea quæ Catholica fides reſpuit improbatis, intelligamus vos veri amiciores eſſe, quam falſi, & id merito refutare, quod ex antiqua inſtitutione doctrinæ etiam ipſe deteſtor. Quamvis enim epiſtola mea ad ſanctæ memoriæ Flavianum Epiſcopum data ſatis ſibi ad manifeſtationem ſui ipſa ſufficiat, neque in aliquo aut purgationis aut expoſitionis indigeat: & alia tamen cum eadem mea ſcripta concordant, in quibus ſimiliter prædicationis meæ ſenſus in aperto eſt &c. Excuſat ergo, quod ipſi Catholicæ mentis ſint, ſed in depravatam ab hæreticis ipſis epiſtolam offendentes, extra Catholicam Eccleſiam ſe conſtituerint: quamobrem rurſus quæ vera ſit

PAGIUS Epiſcopis munus illud committitur. Sed de Legatis *Apocriſiariis* aut *Reſponſalibus* Romanorum Pontificum ad Imperatores, pro negotiis univerſalis Eccleſiæ procurandis, legendus Marca laudatus.

III. S. Leo Eudociam ad fidem Orthodoxam protegendam hortatur.

Inter Epiſtolas Sancti Leonis extat una, quam Sanctus Leo ſcripſit ad *Julianum Epiſcopum Coenſem*, ordine LXXXVIII. quam nuper Queſnellus ex MS. Codice Cardinalis Grimani publicavit. In ea S. Leo ſcribit, ſe ut Imperatori ſatisfaceret, & occaſionem hæreticis auferret, ad Epiſcopos Chalcedonenſes, de conſenſu ſuo literas dediſſe, etſi non neceſſarias; additque ſe multum gaudere de Edicto *Marciani Imp.* quo quorundam Monachorum inſania, quid mereretur oſtendit, & de reſponſione Auguſtæ, qua monaſteriorum Præſules increpavit. Ex eadem Epiſtola diſcimus quæ hactenus occultata fuerant *Marcianum* ſc. auctorem fuiſſe Leoni, ut ad Eudociam Theodoſii viduam ſcriberet, & perſuaderet meliora: audiviſſe Leonem prudens conſilium & ad Eudociam continuo reſcripſiſſe, egiſſeque apud *Valentinianum* Eudociæ generum, ut & ipſe per literas adhortaretur ad ſuſcipiendum fidei patrocinium. Hæc Leonis verba: *Et quia ſecretius mihi clementiſſimus Imperator per filium noſtrum Paulum mandare dignatus eſt, de admonenda filia noſtra clementiſſima Eudocia, feci quod voluit, ut literis quam fructuoſum ipſi foret, ſi Catholicæ fidei faveret, agnoſceret: &*

ut

ſit Orthodoxa fides, quæ duas ſimul intra * ſe contrarias hæreſes Neſtorianam & Eutychianam jugulet, eadem epiſtola pluribus docet. Magna quidem ſummi paſtoris apparuit prudentia, pro diverſitate rerum, temporum, ac perſonarum gregem paſcentis; qui factus omnibus omnia, ut omnes lucrifaceret, ſingulis accommodata impertiit medicamenta. Et quidem ex ſententia accidit, ut anno ſequenti (prout ſuo loco dicendum erit) iidem omnes ſimul ad Eccleſiam Catholicam ſe converterint.

* intra

XVI. Sparſerat impius ille Theodoſius (ut dictum eſt) rumorem, cum Synodum Chalcedonenſem, tum S. Leonem Neſtorii hæreſim confirmaſſe, id ipſum quoque ſapere Imperatorem atque Auguſtam Pulcheriam: quamobrem miſeros illos, prætextu defendendæ Catholicæ fidei, converterat in furorem; adeo ut ea monachi auſi fuerint, quæ & latrones ſæviſſimi exhorruiſſent. Sed reſipuiſſe ex lapſis primum Dei benignitate permotos litteris Imperatoris ſuperiori anno datis laicos Hieroſolymitanos, ex epiſtola ſanctæ Pulcheriæ conſtat quam dedit ad Baſſam Abbatiſſam monaſterii, quod erat Heroſolymis: quarum quidem ſcribendarum litterarum cauſa illa præceſſit, ut ſanctis monialibus a ſceleſtiſſimo Theodoſio deceptis ſuccurreret, illiſque ſignificaret, nonniſi Catholicæ religioni conſentientia tum Synodum Chalcedonenſem ſtatuiſſe, tum ſe etiam credere: ut his perſuaſæ feminæ illæ ad Catholicam unitatem connecterentur. Extat quidem ejuſmodi ſanctæ Pulcheriæ epiſtola in appendice ad Acta Concilii Chalcedonenſis Græce conſcripta, ultimaque datarum ab ipſa epiſtolarum, qua digna memoria ac teſtimonio pietatis, finem vivendi faciens, ſuum ad Deum tranſitum egregie conſignavit. Quoniam autem nullibi hactenus extat (quod ſciamus) impreſſa; hic ipſam deſcribere e Græco in Latinum redditam, operæpretium exiſtimavimus: poſtrema enim ſanctiſſimæ Imperatricis elogia ſæpeſæpius piis auribus inferenda quis non avide audiat, mentiſque theſauro recondat? Eſt autem ejus epiſtolæ ejuſmodi in codice titulus:

Laici reſipuerunt.

XVII. *Exemplum regiarum litterarum ſcriptarum ad Baſſam Præfectam Aſceterio in Ælia a piiſſima & Chriſti amante Auguſta Pulcheria.*

Serenitatis noſtræ ſtudium, animumque in ſanctam & Orthodoxam fidem & quomodo eam uſquequaque amplificare & celebrare ſtudemus, nemini dubium eſſe arbitramur: maxime vero omnium id noſſe certo tuam reverentiam confidimus. Sed quoniam his temporibus extitit Simonis magi Samaritani *imitator, ſeu potius Antichriſti præcurſor Theodoſius: qui quemadmodum affecerit Ælienſium civitatem, Palæſtinæque ſanctiſſimas Eccleſias turbaverit, contra divina & humana jura mala innumerabilia perpetrans, & calumnians ſanctam & venerabilem collectam Chalcedone Synodum, quod Symbolum trecentorum decem & octo Patrum commoverit & labefactaverit, & duos Filios, duoſque Chriſtos, ac duas perſonas adorari oportere docuerit; nec reverentiam tuam latet: neceſſarium duxit pietas noſtra per ſacras noſtras litteras antea miſſas redarguere memorati nefarii viri mendacia, noſtramque fidem nobis a majoribus traditam declarare; & quod juxta Symbolum trecentorum decem & octo Patrum credimus; quod quidem ſancta Synodus Chalcedone habita, nihil vel addens, vel minuens, confirmavit. Cum vero benignitate atque humanitate Domini noſtri & Salvatoris Chriſti, ii qui Ælienſium urbem incolunt, cognoviſſent meæ ſerenitatis & religioſiſſimi Domini Orbis terræ & conjugis meæ majeſtatis veram & Orthodoxam fidem; ad eam accurrerunt, multiſque laudibus Dominum noſtrum & Salvatorem Jeſum Chriſtum ac noſtram poteſtatem celebrarunt, veniamque delictorum, quæ ante commiſerant, orarunt.*

S. Pulcheriæ epiſtola ad Baſſam.

Ælienſes reſipiſcentes.

At de illis quidem ſacratiſſimus & piiſſimus dominus & conjux meæ ſerenitatis, ſolita uſus humanitate, tum typum dedit, quem ipſius pietatem deceat: Noſtra autem ſerenitas conſiderans præfati ſceleſti ac nefarii Theodoſii calumnias, metuenſque ne quas e religioſis feminis ſimpliciores circumſcripſerit, ſuiſque præſtigiis ac fallaciis eas valuerit a veritate abducere: voleuſque undique delere memorati ſceleſti hominis impietatem; idcirco has ad vos ſacras litteras dirigimus, quibus fidem nobis uſque a Patribus traditam declaramus, atque volumus omnibus Deo conſecratis feminis prout manifeſtum eſſe, quod nos fidem ſecundum expoſitum Symbolum a trecentis decem & octo ſanctis Pa- XVIII.

Catholicæ fidei Aſſertio.

PAGIUS *ut clementiſſimi filii ſui literis ſuper hoc admoneretur obtinui, non ambigens ipſam quoque pio ſtudio elaboraturam, ut auctores ſeditionum propoſitum ſuæ profeſſionis agnoſcant: ut ſi non intelligunt docentium prædicationem, ſaltem vindicantium timeant poteſtatem.* Data eſt Epiſtola *XII. Kalend. April. Opilione U. C. Coſſ.*

IV. Leonis literæ ad *Eudociam* non ſuperſunt; ſed duæ ſolum aliæ Epiſtolæ, quarum altera ad Palæſtinos Monachos ordine XCVII. alias LXXVIII. altera ad *Eudociam* ordine XCVI. alias LXVI. utraque hoc anno data. Quæ ad monachos Palæſtinos diem & Conſulem non habet, quæ vero ad Eudociam dicitur data *VII. Kalend. Julii, Opilione U. C. Coſ.* Monachis Chriſti Incarnationem pluribus explicat, hortaturque, ut ad unitatem fidei pacemque redeant. Ex quibus intelligimus, die quo eæ literæ ſcriptæ, tumultus

Monachi Palæſtinæ ad unitatem Eccleſiæ redeunt.

tribus ſervamus: Deteſtamur vero Photini & Apollinaris & Valentini & Neſtorii impietatem, ad hae vero & novellam improbatamque Eutychetis ſententiam.

XIX. *Et Credimus Dominum & Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum de Spiritu ſancto & Maria Deipara natum eſſe: Confitentes unum & eumdem Filium Jeſum Deum perfectum & hominem perfectum eumdem, Deum vere & hominem vere eumdem, nulloque modo diviſum, aut ſeparatum, aut converſum, Salvatorem Chriſtum ſemper adoramus; in hac fide ſine fluctuatione agere optantes, & anathematizantes eos qui dicunt duos Filios, aut duos Chriſtos, aut duas perſonas, vel qui dixerunt, aut ſcripſerunt, aut dicere audent. Quam quidem ſanctam & Orthodoxam fidem venerabilis Synodus, quæ proxime Chalcedone habita fuit, confirmavit, nullumque vel additamentum, vel detractionem fecit in expoſito ſancto Symbolo a trecentis decem & octo ſanctis Patribus; ac ſolius Eutychetis perverſam opinionem condemnavit, ſuffragio ſanctis Patribus concinente. Quamobrem reverentia tua, cognita ſerenitatis noſtræ vera & Orthodoxa fide, impenſius pro nobis noſtroque Imperio orare ſtudeat.* Hactenus Pulcheria ad Baſſam Aſceteriam, quæ quidem Catholicam fidem ſectata eſt, ut ſuo loco dicturi ſumus inferius.

XX. Obitus S. Pulcheriæ. Porro ipſa Pulcheria poſt hæc, undecima menſis Septembris, vita in virginitate honeſtiſſime atque ſanctiſſime perfuncta, migravit in cælum, ibi coronam cum ſanctis virginibus acceptura. Sub his namque Conſulibus eam obiiſſe diem, Marcellinus antiquior chronographus affirmat his verbis: *Pulcheria Auguſta Marciani Principis uxor, beati Laurentii atrium mirabili opere conſummavit, beatumque vivendi finem fecit.* Hæc ipſe: cui magis quam Nicephoro (*a*) aſſentimur, dum ait: Ipſam vivere deſiiſſe anno ſexto Marciani Imperatoris.

(a) Niceph. l. 15. c. 15.

XXI. Hæc quidem Chriſtianæ religionis ſummum decus, cum ſe ipſam in primis puram ſanctamque Deo, cui ſe voverat, conſervarit, & a tenera ætate Imperium divinitus inſpirata mirabili providentia gubernarit: cum & omni virtutum genere ſemper temporibus etiam perditiſſimis enituerit, & ad diem uſque noviſſimum ſemper ſteterit pro fide Catholica, ſedula patrona & pugnatrix invicta, adeo ut de omnium ſui temporis hæreſum expugnatione acceptam victoriam ipſe (ut vidimus) S. Leo eidem ingenue acceptam ſemper tulerit: hæc, inquam, Catholicæ fidei ornamentum, dicta die, a cæleſti vocata ſponſo, in æternum cum eo felicius regnatura cælum conſcendit. Cujus memoria benedictionibus locupletata, nobili epitaphio in Albo Eccleſiæ ob oculos omnium poſita, perenniter permanſura notis ampliſſimis collocata, annis ſingulis ſolemni ritu, publicoque diaconorum præconio recoli conſuevit, virginiſque Auguſtæ auguſtum atque celebre monimentum ejuſmodi inſcriptione ſæculorum auribus redditur ſemper vivens: *Commemoratio ſanctæ Pulcheriæ Reginæ in pace quieſcentis: Hæc fuit ſoror Theodoſii Junioris conjux Marciani pietate præſtantiſſimi Imperatoris: quæ cum virginitatem ipſam ad ſenectutem uſque ſervaſſet, multaque præclara opera in templorum & hoſpitalium domorum ædificia contuliſſet, & ſanctæ Chalcedonenſis Synodi Patres adjuvaſſet, in pace quievit.* Hæc Orientalis Eccleſia: Occidentalis quoque paribus eadem die votis ipſam eſt proſecuta.

Defuncta autem eſt anno ætatis ſuæ quinquageſimoquarto; quippe quæ, Marcellino auctore, nata ponitur ſub Conſulatu Eutropii & Theodoti, anno Domini unde quadringenteſimo: Quæ, jam abſoluto martyri templo, in Dei templum non manu factum ſemper manens transferri promeruit: In his enim vivens ſemper fuit, ut ſive eccleſias, ſive monaſteria, vel domos erigeret hoſpitales. In ædificiis vero ſacris a ſe erectis primum locum tenuit illud, de quo dictum eſt, templum Dei Genitrici dicatum in Blachernis: poſt hoc illud in via Ducum, ob XXII. De Baſilicis a S. Pulcheria erectis.

PAGIUS Palæſtinos nondum ſedatos fuiſſe, & verum eſſe quod anno præcedenti diximus, perduraſſe uſque ad menſem circiter Julium præſentis anni. *Eudociam* vero Leo rogat, ut eorumdem Monachorum hæreticam improbitatem non fulciat, immo ipſa ſedulo laboret, ut illi aliquando reſipiſcant. Epiſtola ad Eudociam hunc titulum præfert apud Queſnellum: *Ad Licinian Eudoxiam Auguſtam de Monachis Palæſtinis.* Tum: *Leo Epiſcopus Eudoxiæ Auguſtæ.* Queſnellus in margine notat in Codice Cardinalis Grimani legi *Eudociam*, non *Eudoxiam*: At Librarius erravit, & cum eam *Eudoxiam*, & cum *Liciniam* appellavit. Eam enim *Æliam Eudociam* dictam liquet ex Nummis a Ducangio in Familiis Auguſtis Byzantinis pag. 65. productis, in quibus nuncupatur ÆUDOCIA AUG. alterius Numiſmatis mentionem facit pag. 66. in quo legitur ÆUDOXIA AUG. Verum non niſi errore Monetariorum, aut Librariorum ea *Eudoxia* vocata, quod ad vitandam, quam ſimilitudo nominum inducere poteſt confuſionem, obſervandum.

V. *Moritur Pulcheria Auguſta.* A num. XX. ad XXVI. Hoc anno *Pulcheriam* Auguſtam in Domino obdormiiſſe, non ſolum Marcellinus & Auctor Chronici Alex. ſed etiam Idacius in Chronicis docent. Addit hic *Menſe Julio* eam mortem contigiſſe. Theophanem die XXX. Aprilis eam collocare ſcribit Ducangius citatus pag. 71. Sed Theophanes nullum diem memorat. At Em. Card. Noriſius in Differt. 3. de Epochis Syro-Macedonum cap. 4. ex Chronico Alexandrino demonſtrat mortem ejus incidiſſe in diem XII. Kal. Martias, ſeu diem

ob idque ὁδηγῶν dictum, in quo tradit Nicephorus collocatam ab ea divinam imaginem Deiparæ Virginis, quæ a S. Luca depicta, traditione majorum ferebatur: Salvatoris infantis faſciis ab Eudocia Auguſta Hieroſolymis miſſis ibidem ab ipſa reconditis, in quarum memoriam trigeſima prima menſis Auguſti dies fuit perpetuo conſecrata. Sed quas S. Germanus (a) Conſtantinopolitanus Epiſcopus faſcias infantiæ vocat, Nicephorus (b) faſcias ſepulcrales appellat. Nobilis pariter fuit baſilica ab eadem ſancta Pulcheria erecta in Foro Fabrorum, cui ſancti Sepulcri nomen inditum fuit. Agit de his Nicephorus, necnon de dicta ſacra imagine: ſed ante eam Theodorus Lector (c) ait Pulcheriam ab Eudocia donatam eſſe imagine Dei Genitricis Mariæ a ſancto Luca depicta, conciliatæ inter eas amicitiæ ſigno.

(a) Germ. ſerm. de faſciis Domini. (b) Niceph. l. 14. c. 2. (c) Theod. Lector Collect. lib. 1.

XXIII. Ad hæc ipſa plane egregia S. Pulcheriæ opera Cyrillus (d) alludere viſus eſt, dum in libro ad Reginas conſcripto: *Ecce* (inquit) *& valde ſapienter confugientes ad Regnum Chriſti, operam datis ut, quæ illi probantur, & ſciatis & faciatis: partim* (*ut dixi*) *operibus & irreprehenſibili fide, & veſtras & Regum aulas perſpicua virginitatis gloria decoratis: partim ſumptuoſiſſima Chriſto templa erigitis.* Hæc & alia in Reginarum laudem Cyrillus, Pulcheriæ inquam, atque ſororum virginum. Præſtitit quidem ipſa S. Pulcheria illud egregium, ut non ſolum ipſa ſacræ virginitatis cultrix exiſteret, ſed & ſanctis ſororibus, ut & ipſæ cæleſte munus conſequerentur, optima conciliatrix extiterit.

(d) Cyrill. de Orthod. fide ad Regin.

XXIV. Fuit plane grande videre miraculum, in Regia illa regiarum virginum monaſterium contineri: ſed illud ſingulare ſuperexcellens, in femina eademque virgine eniteſcere una cum monaſtica obſervantia ſimul optimum Imperii regimen, altero munere, ſine alterius detrimento, ſancto alteri, immo maximo adjumento artiſque connexis: Nam evidenter apparuit (quod & ſæpe ſuperius demonſtratum eſt) cum Imperii habenas ejus arbitrio moderandas germanus ipſius Theodoſius Imp. reliquit, nullum umquam felicius tutiuſve Romano Imperio regimen obtigiſſe, neque aliquando terrarum Orbi tempora feliciora illuxiſſe: Cum vero perfidia eunuchorum & mentis everſæ Eudociæ conjugis ſuaſionibus Theodoſius in tranſverſum actus, a ſanctæ ſororis conſiliis declinavit, ſe ipſum plane una cum Imperio præcipitem egit, atque ſimul religionem in maximum diſcrimen adduxit, & perdidiſſet illic omnino, niſi (quod teſtificatione ſancti Leonis ſæpe ſuperius dictum eſt) ipſa S. Pulcheria collabentem ſæpe Orientalem Eccleſiam, hæreticorum impulſibus actam, indefeſſo ſemper ſtudio ſuffulſiſſet. Reliquiſſe inſuper S. Pulcheriam cuncta ſua bona pauperibus, tradit Theodorus his verbis (e): *Pulcheria pia moritur, multis poſt ſe præclaris factis, & cunctis bonis quæ habuit ad ſuſtentationem pauperum relictis: quibus Marcianus non contradixit, ſed cunctorum neceſſitatibus animo propenſo ſervivit.*

Pulcheriæ ſpectata virtus.

(e) Theod. Lector Collect. lib. 1.

XXV. Ad poſtremum accedat ad ejuſdem ſanctæ Pulcheriæ funeris atque ſepulcri decorem, ipſius Auguſtæ regnantis imago; quamdiu quæſitam, vix tandem in aureo nummo cuſam inventam, exhibitam nobis a D. Lælio Paſqualino, hic tibi formis reddendam curavimus.

PAGIUS diem XVIII. menſis Februarii. Sub hujus enim anni Coſſ. ait Chronologus, menſe Peritio die XII. Kal. Martii, media hebdomade jejuniorum anno Syro-Macedonum DCCLXIII. Antiochenorum DI. eam obiiſſe, quos temporum characteres ibidem explicat Cardinalis Doctiſſimus. Tam in Martyrologio Romano, quam in Menæis ejus memoria colitur die decima Septembris; & rurſus Marciani & Pulcheriæ memoria Die XVII. Februarii in Menæis celebratur. Quare ex Menæis Baronius accepit, eam die decima Septembris e vivis exceſſiſſe. Nata erat *Pulcheria* die decima nona menſis Januarii *Theodoro Conſule*, ut prodit Auctor Chronici Alex. ideoque anno CCCXCIX. Quare vixit annos quatuor & quinquaginta ac aliquot menſes. Feſtum *Aelia Pulcheria*, ut in nummis appellatur inſtitutum dicitur in Antiq. Conſtantinopol. pag. 97. a Leone Magno Imperatore, & ſtatua ejus poſita in ipſius monumento.

VI. Nicephorus lib. 15. cap. 14. ſcribit, *Pulcheriam* poſtquam celeberrimum templum, cui *Blachernarum* cognomen eſt, ædificaſſet, petiiſſe a *Juvenali* Hieroſolymorum Epiſc. qui Concilii celebrandi cauſa Chalcedonem venerat, Sacroſanctum Deiparæ corpus, ſi adhuc in eo tumulo quo primum repoſitum eſſet, reperiretur. *Juvenalis reſpondit antiquiſſima & veriſſima traditione receptum, poſt ejus obitum, ſacrum corpus ejus repertum non eſſe: ſed ſepulchrales illius faſcias duntaxat: Hæc ubi Juvenalis dixit,* inquit Nicephorus, *Principes, ipſi ab eo, ut ſanctum eum tumulum, una cum ſacris veſtibus probe obſignatum ad ſe mitteret, rogarunt: eumque ita Juvenali tranſmiſſum, in maximo quod ab eis conſtructum eſt Blachernarum templo, piis conſecrarunt, atque depoſuerunt manibus, proxime ad ſacram divinamque menſam. Factum id Marciano adhuc ſuperſtite.* Ubi interpres Nicephori hæc verba perperam vertit, ταῦτα διεξελθόντος Ἰουβεναλίου, οἱ κρατοῦντες τὴν ἁγίαν ἐκείνην πέμπειν σορὸν μετὰ τῶν ἱερῶν ἐκείνων ἀμφίων ἐσφαλισμένην τῇ σφραγῖδι ἐσημασμένην. &c. Nam, ut erudite obſervavit Pearſonius in prima parte Vindiciarum Epiſtolarum S. Ignatii cap. 9. Nicephorus dicit tantummodo, τὴν σορὸν & τὰ ἄμφια, illuc tranſmiſſa eſſe, ἄμφια autem etiam ἐνταφία σπάργανα, ſepulchrales faſcias appellat. Solo nomine τῆς σορῦ hac in re utitur Nicephorus. Eſt autem σορὸς nihil aliud quam *loculus* vel *theca*, & σοροπηγὸς non eſt λατόμος, qui ſepulchra Judæorum ritu ex petra exſcindit, ſed qui tales ar-

Arcam funebrem & faſcias ſepulchrales B. Virginis Juvenalis miſit Conſtantinopolim.





Quam in poſtica vides Crucem corona cinctam, eam ſuper diadema geſtare conſueviſſe Chriſtianas Imperatrices, quæ ſunt dicta ſuperius in Eudoxia, ſatis docent. At de ſancta Pulcheria hactenus. Jam ad Leonem Pontificem redeamus.

XXVI. Quem autem conſecutæ finem fuerint, quas ſanctus Leo, necnon cum Marciano Imp. Auguſta Pulcheria litteras dedere ad reſtituendam fidem exulem Palæſtinis, declarat his verbis idem Leo Pontifex in epiſtola ad Julianum ſcripta anno ſequenti quinto Idus Januarii, dum accepta cuncta fert religioni & diligentiæ Imperatoris maxime pii; ait enim de ipſo (a): *Cujus poſt Deum beneficiis hoc debetur, quod Hieroſolymitanus Epiſcopus eſt receptus, & monachos, quos perfidia hæreticæ falſitatis invaſerat ad ſanitatem Auguſta auctoritas revocavit. Mox itaque ut accepi epiſtolas tuas talia continentes, non ſolum eadem die, ſed prope eadem hora reſponſum reddere maturavi, ut certior de omnibus quæ ſcripſeras redderetis.* Hæc de his Leo ſequenti anno dicta die, quinto Idus Januarii; ut plane neceſſe ſit affirmare, hoc anno vel autumnali, vel hiemali tempore, Juvenalem eſſe reverſum Hieroſolymam: quid autem ibi egerit, dicemus anno ſequenti.

(a) Leo epiſt. 68.

XXVII. De rebus Eccleſiæ Alexandrinæ. Qui pro Palæſtinæ Eccleſia ex munere univerſalis regiminis paſtoralem S. Leo Papa (ut vidimus) propenſiorem curam ſuſcepit; idem & tumultus Ægyptios, quos anno ſuperiori recenſuimus excitatos ſedare pro viribus non prætermiſit. Hinc ipſe in litteris (b) hoc anno miſſis ad Julianum Coenſem Epiſcopum agentem Conſtantinopoli Vicarium Apoſtolicæ ſedis: *De Ægyptiis* (inquit) *monachis, quam quieti, & cujus ſiat fidei, ſcire deſidero; & de Alexandrina Eccleſia pace quid ad vos verit nunciis perferatur: Ad cujus Epiſcopum, & ordinatores ipſius, ſeu clericos, quod* * *alia ſcripta direxerim, miſſis exemplaribus ſcire te volui.* Hæc ipſe, * quæ.

(b) Leo ep. 56.

XXVIII. Poſt has autem litteras quinto Idus Martias hoc anno ab ipſo Pontifice datas perlatam eſſe Romam ad S. Leonem epiſtolam Proterii novi Epiſcopi Alexandrini continentem ex more fidei Catholicæ profeſſionem, quo Catholicam ab ipſo Pontifice communicationem mereretur accipere, teſtatur ipſe quidem S. Leo in litteris ad eumdem Julianum, anni ſequentis exordio, quinto Idus Januarii ſcriptis, ubi ait (c): *Fratrem Proterium Alexandrinæ urbis Epiſcopum gratulor ſatisfactionis plenas de fide ſua ad nos litteras direxiſſe, & manifeſte quidnam teneat indicaſſe: cui me dignam gratiam pro fidei ipſius ſinceritate neceſſe eſt præſtare, ut honorem in nulla ſuæ perdat Eccleſiæ, ſed ſedis ſuæ privilegia paternæ antiquitatis exemplo juxta canonum illibata jura poſſideat.* Hæc ſanctus Leo. Sed exciderunt tum Proterii ad Leonem, tum etiam Leonis ad Proterium redditæ litteræ.

(c) Leo ep. 68.

XXXIX. Synodus Alexandrina Orthodoxorum. Conſtat autem poſt hæc ab eodem Proterio fuiſſe collectum Orthodoxorum Concilium, in quo actum eſt, ut ad Catholicam communicationem, qui hactenus ob hæreſim Eutychianam ſeparati fuiſſent, Catholica oblata profeſſione redirent: ſed cum illi penitus reſtitiſſent, irrogatum in eos fuit ab Imperatore exilium. Mentio hujus Synodi habetur in epiſtola Catholicorum Epiſcoporum Ægypti & clericorum Orthodoxorum ad Leonem Imperatorem data (d) de qua ſuo loco dicendum erit. Mi-

(d) Extat inter epiſt. viror. illuſtr. pro Concil. Chalced.

PAGIUS ercula compingit & conficit. Videatur etiam Julius Pollux lib. 7. cap. 33. *Arcam* igitur funebrem & *faſcias*, ſeu veſtes ſepulchrales Conſtantinopolim miſit *Juvenalis* Patriarcha poſtquam Pulcheriæ, tum ex traditione, tum ex teſtimonio libri de Divinis Nominibus Dionyſio Areopagitæ poſtea perperam attributi, eas ad Sanctam Virginem pertinuiſſe oſtendiſſet. Sed Baronius anno XLVIII. num. XIX. prava illa Nicephori verſione deceptus, poſtquam dixit, *ſepulchrum Dei Genitricis in petra exciſum eſſe, & inſtar ſepulchri Dominici nativi lapides cohærentia loco immobiliter inhærere*, miratur, quomodo illud Conſtantinopoli tranſlatum fuiſſe dicatur. Quod tamen non Nicephorus, ſed ejus interpres aſſerit.

VII. Deiparæ *Blachernarum* ædes, ſic dicta, quod in Blachernis ſita eſſet, ad freti ſcilicet littus ſini-

XXX. Legatio Maximi Epiſcopi Antiocheni ad ſanctum Leonem.

Miſit inſuper hoc anno Maximus Antiochenus Epiſcopus legatos Marinianum presbyterum & Olympium diaconum una cum litteris ad ipſum S. Leonem Romanum Pontificem, qui de ſtatu Syrorum Eccleſiæ eumdem redderent certiorem, & rogarent pro conſervatione privilegiorum ſedis Antiochenæ, quæ e gradu ſuo dejici Anatolii Conſtantinopolitani Epiſcopi ambitu periclitabatur: dum enim primatum poſt Romanam Eccleſiam ſibi dari ille ſatageret, utique id in detrimentum vertebatur Eccleſiæ Antiochenæ, ut quæ tertia eſſet ordine, jam quarta numeranda foret. Favet rogationi Maximi ſanctus Leo, & ut cœperat, ſe Anatolii infringere temeritatem non defuturum, redditis ad eum litteris pollicetur (*a*): quibus inter alia ſalubre illud admonuit, ut ſicuti laicos, ita nec monachos populum docere permitteret, optime recolens hujuſmodi occaſione omne fluxiſſe malum. Neſtorius quippe cum doceret Antiochiæ, monachus erat; & Eutyches pariter monachus. Ait enim: *Illud quoque dilectionem tuam convenit præcavere, ut præter eos qui ſunt Domini ſacerdotes, nullus ſibi jus docendi & prædicandi audeat vendicare, ſive ſit ille monachus, ſive ſit laicus, qui alicujus ſcientiæ nomine glorietur. Quia etſi optandum eſt, ut omnes Eccleſiæ filii quæ recta & ſana ſunt ſapiant; non tamen permittendum eſt, ut quiſquam extra ſacerdotalem ordinem conſtitutus gradum ſibi prædicatoris adſumat; cum in Eccleſia Dei omnia ordinata eſſe conveniat, ut in uno Chriſti corpore & excellentiora membra ſuum officium impleant, & inferiora ſuperioribus non reſultent.* Hæc S. Leo hoc anno, tertio idus Junii.

(*a*) *Leo epiſt. 62.*

Ne laici vel monachi doceant.

XXXI. Vidiſti præſidentem univerſo gregi paſtorem, totius Orientalis Orbis eodem ferme temporis momento ſuis ſcriptis Eccleſias viſitare; modo inviſere Conſtantinopolitanos, & ea quæ eſſent corrigenda monere; modo Palæſtinos adire, & lapſos ad pœnitentiam revocare; penetrare rurſum Ægyptum, & devios corrigere, ſtanteſque firmare; percutere inſuper Syros, eiſdemque ſalubres præſcribere leges, quæ eſſent univerſæ Eccleſiæ Orientali communes, tamquam opportunum cavendæ peſtis antidotum. Etenim has ad Maximum Antiochenum litteras datas voluit idem ſanctus Pontifex eſſe Encyclicas, communes omnibus, & toto Catholico Orbi proficuas. Teſtatur id ipſe quidem in epiſtola quam pridie ejus diei ad Theodoretum dedit, ubi hæc in fine (*b*): *Quas tamen litteras pro utilitate Eccleſiæ per prædictum fratrem Coepiſcopum noſtrum Maximum ad omnium volumus pervenire notitiam, & ob hoc hic voluimus earum exemplar adjicere: quia quæ prædicto fratri injunximus, non dubitamus implenda.*

(*b*) *Leo ep. 63.*

XXXII. Leo Papa ad Theodoretum.

Scripſit ad Theodoretum hæc ſanctus Leo eodem anno pridie ejus diei quo ad Maximum eas litteras dedit, nempe quarto Idus Junii. Quod enim ſciret inter Orientales omnes Epiſcopos Theodoretum excellere: eumdem ad pugnam adverſus hæreticos ſibi intime jungere, & in illos immittere habuit in conſilio: quapropter ejus operam adverſus hæreticos exhibitam pluribus commendans, ut pergat viriliter agere, exhortatur: nam inter alia: *Exulta igitur* (inquit) *cariſſime frater; & in unico Dei Filio victor exulta. Vicit per nos ille pro ſe, cujus carnis veritas negabatur. Vicit per nos & pro nobis ille, cui vicimus, &c.* Quinetiam curam eidem delegat, ut de omnibus quæ in Orientalibus illis provinciis molirentur hæretici, Apoſtolicam ſedem ſedolo faciat certiorem. Nam ait ad finem epiſtolæ: *Quod ſupereſt, exhortamur, ut quia illic nonnullas Eutychiani ac Neſtoriani erroris reliquias cognovimus remanſiſſe, nunc etiam ſedi Apoſtolicæ collaborres.* Et paulo poſt: *Unde in hoc quoque*

tua

PAGIUS

Eccleſiam Blachernarum Pulcheria condidit.

ſiniſtrum, a *Pulcheria* Auguſta primum ædificato, ut paſſim præter Nicephorum, tradunt Scriptores Byzantini, Theodorus Lector lib. 1. Chronicon Alexandrinum pag. 442. Theophanes pag. 90. Cedrenus pag. 344. Glycas, & alii *Encæniorum* memoriam XXXI. menſis Julii celebratam a Græcis obſervant Menæa. *Martiano* extincto, *Leo* Magnus Imperium adeptus ejuſdem Deiparæ venerandam veſtem ex urbe Hieroſolymorum pariter allatam, in rotondo, quod ipſe ſtruxit templo, depoſuit, ut teſtatur ibidem Nicephorus, a quo non diſſentit Codinus de Origin. Conſtantinopol. Quod & iterat idem Nicephorus lib. 15. cap. 24. qui & cap. 25. dicit, delubrom a Leone ædificatum fuiſſe etiam in *Blachernis*, ipſumque aliud conſtruxiſſe ad portam auream, in loco qui *Fontis* nomen habet. De templo ad *Fontem* a Leone ædificato agemus anno CCCCLVII. de altero vero anno CDLXXIII.

VIII. *Annus emortualis Theodoreti incertus.*

Ad num. XXXII. & ſeq. Annus emortualis *Theodoreti* Cyrenſis Epiſcopi incertus. Gennadius defunctum ait *ſub Leone Aug.* qui regnare cœpit anno CCCCLVII. unde non bene ſcripſit Sirmondus, eum ſtatim a Concilio Chalcedonenſi obiiſſe. Meminit Theodoreti Marcellinus ad Conſulatum Leonis Aug. III. ad annum ſc. CCCCLXVI. *Theodoretus*, inquit, *Epiſcopus ſanctus Cyri civitatis ſcripſit de Incarnatione Domini adverſus Eutychen ac Dioſcorum Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopum, qui humanam in Chriſto carnem negant.* Verum cum Gennadii tradentis Theodoretum ſcripſiſſe contra Eutychen & Dioſcorum, & ſub Leone Seniore mortuum, verba exſcriberet Marcellinus, temporis indefinitam notam de media parte Imperii Leonis perperam interpretatus eſt, in quo valde hallucinatur; ſiquidem Eraniſtes, qui contra Eutychen & Dioſcorum ſcriptus dicitur a Gennadio, prodiit in lucem ante annum CCCCXLVI. ut notat Garnerius

tuæ vigilantiæ ſolicitudine volumus adjuvari; ut tua relatione currente, quid apud illos religionis doctrina Dominica proficiat, Apoſtolicam ſedem feſtinet inſtruere, quatenus illius regionis ſacerdotes in quocumque uſus exegerit, adjuvemus. Hæc & alia ad Theodoretum S. Leo.

XXXIII. Quid vero Theodoretus? equidem naviter collaboraſſe certum ducimus argumentum ex iis, quæ ab eodem geſta ſunt ante Concilium Chalcedonenſe, cum legatos Romam (ut vidimus) ad eumdem Romanum Pontificem miſit. Cæterum ipſum haud diu fuiſſe ſuperſtitem, iiſdemque ferme temporibus mortuum eſſe, ex eo poſſumus intelligere, quod in litteris Syrorum Epiſcoporum pro defenſione Chalcedonenſis Concilii ad Leonem Imperatorem poſt biennium datis, nulla ejus mentio habetur, nec ſubſcriptus in illis, aut aliis, ſicut reliqui Orthodoxi, reperitur: qui quidem ſi fuiſſet ſuperſtes, haud dubium, requiſitum a Leone Imperatore, & expetitum a S. Leone Romano Pontifice officium juvandæ Catholicæ fidei non denegaſſet. Porro antequam vita defungeretur, quod ab Orthodoxis Orientalibus haud ſecure in communionem fuiſſet acceptus eo quod faviſſet aliquando Neſtorio, quodque in Magno Chalcedonenſi Concilio a Patribus juſſus eſſet publicis illorum conclamationibus Neſtorio, dicere anathema; teſtatam fidem ſuam Catholicam pluribus epiſtolis voluit reliquiſſe, & inter alias in ea (ut ſuperius dictum eſt) ad Sporatium data, quæ inter ejus epiſtolas primum obtinet locum. Qui ergo male cœpit, gratia Dei (quod paucorum eſt) bene perfecit, honeſtatus ante obitum egregiis S. Leonis Papæ præconiis, epiſtola ad eum hoc anno, quam diximus, data, affigenda tamquam nobile epitaphium lapidi ſepulcrali. Sed rurſus ad Leonem.

De Theodoreti obitus tempore.

Hoc

PAGIUS rius in Auctario Oper. Theodoreti Diſſert. I. cap. 23. qui *Theodoretum* anno quadringenteſimo quinquageſimo octavo vitam cum morte commutaſſe exiſtimat; addens eum in pace Eccleſiæ deceſſiſſe probare ampliſſimas a Veteribus Sanctiſque Scriptoribus in ipſum poſt mortem congeſtas laudes. Certe ſummi Pontifices Vigilius Pelagius I. Pelagius II. Gregorius Magnus, & alii venerabilem atque Orthodoxum dicunt, defunctumque in communione univerſalis Eccleſiæ teſtantur. Ita etiam Quinta Synodus, etſi erroribus *Theodoreti* graviter, ut par erat, infenſa, perſonæ tamen detraxit nihil, imo ad mortem uſque non permanſiſſe in iis, quæ damnanda putavit, aperte innuit. Etſi vero in pace & communione Eccleſiæ quieverit, fama tamen ipſiuſque nomen poſt obitum vexatum eſt. Quanquam laborabat non apud Catholicos, ſed apud diſſidii amantes; nec ſua ſolius invidia, ſed Apoſtolicæ Sedis a qua receptus erat, imo totius Eccleſiæ, quæ ſecuta capitis ſententiam injuria damnatum in Synodo Chalcedonenſi abſolvit. Sed de *Theodoreto* plura Garnerius, qui ejus Hiſtoriam texuit, & Opera ejus recenſuit.

IX. Ad ſeptuageſimum circiter ætatis annum *Theodoretum* perveniſſe, ex ejus Operibus deducitur In Epiſt. XC. quam anno CCCCXLVIII. dum in exilio domeſtico ageret, ad *Lupicinum* Officiorum Magiſtrum ſcripſit, ait: *Juventutis certaminibus defuncti, Senectutiſque metas ingreſſi, cum majori nos in honore futuros ſperavimus, calumniæ jaculis configimur.* In Epiſtola CXIII. Sancto Leoni Magno anno CCCCXLIX. data, hæc habet: *Sed nolite, obſecro, ſupplices meas preces reſpuere, nec miſeram meam canitiem, poſt multos labores contumelioſe tractatam deſpicere.* Eo itaque anno, circiter annos ſexaginta natus erat. Verum his opponitur locus Theodoreti in Hiſtoria Religioſa cap. 12. ubi de *Zenone* Anachoreta, qui mortuo Valente Imperatore militiæ cingulum depoſuerat, & in ſepulchro quodam Antiochiæ vicino Angelicam vitam ducebat, loquens ait: *Cum quoque ipſe tum primum ejus videndi deſiderio in montem aſcendi, urnam in manibus ferentem vidi, &c. poſt multos autem de Philoſophia internos habitos ſermones, orabam, ut benedictionis viaticum daret. Ille vero repugnabat æquum eſſe dicens, ut nos preces perageremus, privatumque ſe nominans, milites nos appellabat. Lector enim tunc eram & divinas Scripturas populo recitabam. Cumque adoleſcentiam ætatemque immaturam obtenderemus, ut quibus vix prima lanugo ſuccreſceret, ac nos iterum non venturos juraremus, ſi hoc nunc facere cogeremur, ægre tandem precibus inflexus, Deo quidem interceſſionem obtulit, &c. Quod autem ad tantum Philoſophiæ culmen evectus, tantam animi moderationem retinuerit Vir grandævus, qui annos quadraginta perpetuos in Monaſtica exercitatione poſuerat, quis ſatis admirari, aut magnitudinis pares efferre laudes, quis poſſit?* quadrageſimus vitæ Anachoreticæ ſancti Zenonis annus, anno quadringenteſimo decimo ſeptimo, aut decimo octavo in curſu erat, eoque is ad Deum migravit. Quod ſi eo Chriſti anno *Theodoretus* viceſimum circiter ætatis annum agebat, ut laudata verba indicare videntur, anno quadringenteſimo quadrageſimo nono ſe canum eſſe ad Sanctum Leonem ſcribere non poterat.

De ætate Theodoreti.

X. Examinavit hanc difficultatem Garnerius loco citato pag. 210. 275. & 292. concluſitque, *Theodoretum* anno circiter trecenteſimo octogeſimo ſexto in lucem veniſſe, *Zenonem* Monachum inviſiſſe, cum ipſe eſſet junior, & tamen Lector atque annorum circiter viginti duorum, illum autem adiiſſe anno quadringenteſimo octavo & corrigendum textum Theodoreti, ubi dicitur *Zeno* exegiſſe tum Aſceticæ vitæ quadraginta annos, cum a Theodoreto inviſeretur: ac pro *τεσσαράκοντα*, id eſt, *quadraginta*, reponendum eſſe, *τριάκοντα*, id eſt, *triginta*; alioquin inquit, annus quadrageſimus a converſione Zenonis incideret in annum Chriſti CDXVIII. quo anno dici non poteſt *Theodoretus* prima lanugine vix genas induiſſe; ſiquidem anno CCCCXX. Epiſcopus ordinatus eſt; utique congruæ ætatis; id eſt, triginta ſaltem annorum. Ita Garnerius. Verum cum *Alexander* Epiſcopus Antiochiæ, qui eam Eccleſiam regebat, anno quo *Zeno* mortuus eſt, anno quadringenteſimo decimo tertio, non

Garnerii opinio rejicitur.

vero

XXXIV. Leo Papa dubitat de Cyclo Theophili. Hoc eodem anno idem qui ſupra ſpeculam pro univerſa Eccleſia agebat excubias S. Leo, quod muneris quoque ejus eſſent cunctæ Catholicæ Eccleſiæ ſequentis anni indicere Paſchæ diem ab omnibus celebrandum: cum ex Theophili centenario cyclo Paſchali definitum repeπiſſet eam diem anno Domini quadringenteſimo quinquageſimoquinto ad octavum Kalend. Majas incidere, contendentibus nonnullis erraſſe Theophilum; de his conſulere peritos voluit ante annum, quam indicendi Paſchatis tempus adeſſet: datiſque ad Orientales litteris, in primis ad Marcianum Imperatorem hoc anno decimoſexto Kalendas Julii iſta poſt alia ſcripſit (a).

(a) Leo epiſt. 64.

XXXV. *Paſchale feſtum, quo ſacramentum ſalutis humanæ maxime continetur, quamvis in primo ſemper menſe celebrandum ſit: ita tamen eſt lunaris curſus conditione mutabilis, ut plerumque ſacratiſſimi dies ambigua currat electio; & ex hoc fiat plerumque quod non licet, ut non ſimul omnis Eccleſia, quod nonniſi unum eſſe oportet, obſervet. Studuerque ſancti Patres occaſionem hujus erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino Epiſcopo delegantes: quoniam apud Ægyptios hujus ſupputationis tradita eſſe videbatur peritia, per quam qui annis ſingulis dies prædictæ ſolemnitatis eveniret, ſedi Apoſtolicæ indicaretur, ut hujus ſcripti ad longinquiores Eccleſias judicium * generaliter percurreret.* Quid Leo ad Marcianum Imp. de Paſchali controverſia.

* iudicium

XXXVI. *Sed ſanctæ memoriæ Theophilus Alexandrinæ urbis Eccleſiæ Epiſcopus, cum hujus obſervationis annos centum numero colle-*

PAGIUS vero CCCCVIII. ut perperam Garnerius, Epiſcopatum Antiochenum adeptus fuerit; & *Theodoretus* anno quadringenteſimo viceſimo tertio Epiſcopatum Cyrenſem obtinuerit, ut ſuis locis demonſtravi, hæc emendatio rejicienda, aliaque præfatorum verborum explicatio quærenda.

XI. Noſtra propoſitio & probatur. *Theodoretus* itaque in Hiſtoria Religioſa duo dicit: Unum ſibi cum primum *Zenonem* vidit; vix primam lanuginem ſuccreviſſe. Secundum, *Zenonem* annos quadraginta perpetuos in Monaſtica exercitatione poſuiſſe. Sed non dicit *Theodoretus*, ſe ſemel *Zenonem* in ſpelunca inviſiſſe, & tum cum eum inviſit, *Zenonem* jam quadraginta annos in illa permanſiſſe. Quare cum *Theodoretus* Antiochiæ natus ſeptennis Monaſterio Sancti Euprepii prope illam Urbem ſito traditus ſit, tam vitæ Religioſæ inſtitutis, quam literis quoque informandus, ac cum per ætatem licuit, Eccleſiæ Antiochenæ Lector factus fuerit, vix credibile eſt, illum ſemel tantum *Zenonem*, cujus fama undique divulgabatur, viſitaſſe. Unde dicit, cum primum illum vidit, ſe adoleſcentem fuiſſe; Κἀγὼ δὲ ὅτε πρῶτον αὐτὸν ἐς ὄψιν ἦλθον ὑπήνας τὸν ἄρτι, &c. quibus verbis indicat, ſe poſtea iterum & ſæpius adiiſſe *Zenonem*. Si enim tantum poſt quadrageſimum ſolitudinis annum illum inviſiſſet, eum loquendi modum non uſurparet. Quadraginta itaque anni, quibus in ſolitudine *Zeno* manſit, cum acceſſu Theodoreti non copulandi; quia *Theodoretus* poſtquam acceſſum illum narravit, tempus commorationis Zenonis in ſpelunca expreſſit, ſine ulla ad illum aditum relatione. Hinc paulo poſt hæc Theodoretus refert: *Quo tempore Iſaurorum caterva noctu arcem cepit, manuque uſque ad montis radices progreſſi, plurimos tum viros, tum feminas vitam agentes Monaſticam atrociter confoderunt. Vir hic divinus aliorum cædem intuens, illorum oculis prece ſua tenebras offudit; ita ut januam prætereuntes non viderint. Ut autem referebat, teſtem appellans veritatem, tres etiam adoleſcentes perſpicue vidit, qui totum illud agmen profligabant, Deo peculiarem ſuam gratiam aperte demonſtrante.* Loquitur Theodoretus de deprædationibus Iſaurorum, quæ anno quadringenteſimo quinto contigere, de quibus eo anno egi. Ex his intelligimus, *Theodoretum* in Zenonis Vita recitanda, ſeu potius elogio condendo, ordinem temporum non ſervare, & præfatos quadraginta ſolitudinis annos referendos eſſe, non ad Theodoreti acceſſum, ſed ad Zenonis mortem de qua, in illius capitis fine agit, ut recte Bollandus ad diem X. Februarii, quo in Menæis ſanctus Zeno colitur, Theodoretum explicat, atque ſanctum *Zenonem* circa annum CDXIX. e vivis diſceſſiſſe, poſt quadrageſimum ſolitudinis annum.

XII. Alia hujus difficultatis ſolutio. Poteſt etiam dici *Theodoretum* tunc cum *Zenonem* inviſit: natum fuiſſe annos viginti octo, aut etiam triginta, cum Procopius lib. 1. de Bell. Perſ. cap. 12. loquens de Sitta & Beliſario Romanorum ducibus, quando in Perſarmeniam ingreſſi ſunt imperante Juſtino ſeniori, iiſdem fere verbis, quibus Theodoretus ſuam, illorum ætatem exprimat: τούτω δὲ τὼ ἄνδρε, νεανία μὲν καὶ πρώτω ὑπηνήτα ἤστην, idest: *Ambo tum adoleſcentes ac prima lanugine ſignati*. Et tamen *Beliſarius* anno Chriſti DLVIII. adverſus Bulgaros, qui in Imperium irrumperant, a Juſtiniano Dux electus, ſemel & iterum dicitur fractus tunc fuiſſe ſenio ab Agathia lib. 5. ut infra videre eſt eo anno num. VI.. .... qui ideo annos ad minus ſexaginta quinque natus erat, annoque circiter DXXII. quo adverſus Perſas bellum geſſit, trigeſimum ferme ætatis annum attigerat. Si igitur *Beliſarius* adoleſcens & prima lanugine ſignatus a Procopio dici potuit; quid mirum ſi Theodoretus qui eamdem circiter ætatem agebat, ſe ipſum etiam adoleſcentem & prima lanugine ſignatum dicat? præterquamquod *Theodoretus* ſe ipſum adoleſcentem appellat præ Sancto *Zenone*, qui jam ad ſummam ſenectutem pervenerat. Quæ dicta ſunto, ſi verum ſit, quod non exiſtimo, eum ſemel tantum Virum Sanctum non longe a ſe degentem inviſiſſe. Quare *Theodoretus* anno quidem incerto mortuus, ſed plenus dierum ac ætate provectus, cum natus videatur circa annum Chriſti CCCLXXXVIII. Hinc non diſcedam, quin monuerim, voces ætatem ſignificantes magnam latitudinem habere, & Procopium in Hiſtoria Arcana cap. 6. loquentem de Juſtiniano, qui annis ſex ante Juſtini mortem Imperium rexit, ſcribere: ἀδελφιδοῦς δ᾽ αὐτοῦ Ἰουστινιανὸς νέος ὢν ἔτι, διῳκεῖτο τὴν ἀρχὴν ξύμπασαν, id eſt; *At ejus* (nempe Juſtini Imp.) *ſororis filius Juſtinianus ætate adhuc junior, & qui ſummam moderabatur Imperii* &c. Et tamen anno DXXVII. quo Juſtino ſucceſſit, natus erat annos quadraginta quinque, ut in ejus morte probabimus.

A num. XXXIV. ad XLI. Duæ de *Paſchatis* die, Leone Eccleſiam Romanam regente, con- XIII.

De Cyclo Theophili controverſia.

legiſſet, ſeptuageſimoſexto Paſchale feſtum longe aliter quam alii decreverant, tenendum eſſe conſtituit: A primo auguſtæ memoriæ Theodoſii Senioris Conſulatu ſuccedentes ſibi ſacræ obſervantiæ ordines ponens ut longioris temporis ratio ejus literis teneretur adſcripta: cujus complexionis ſeptuageſimus & quartus eſt annus, in qua pridie Idus Aprilis (hoc nempe anno Domini quadringenteſimo quinquageſimo tertio) *ſanctum Paſcha celebravimus: ſequenti vero anno* (nempe quinquageſimo quarto ſupra quadringenteſimum) *pridie Nonas Aprilis eadem, propitio Deo, erit habenda feſtivitas, ſicut regulariter centenariæ annorum rationis ordo declarat: Sed in anno qui erit ſeptuageſimus ſextus* (Domini vero quadringenteſimus quinquageſimus quintus) *Paſchæ dies invenietur adſcriptus, quem a paſſione Domini nullius exempli, nullius conſtitutionis admittit auctoritas: nam diem octavum Kalendarum Majarum ab eo cognoſcimus præfinitum, qui anni limitem antiquitus conſtitutum excedit, cum alii quintodecimo Kalendarum Majarum huic feſtivitati deputaverint diem.*

XXXVII. *Siquidem ab undecimo Kalend. Aprilium uſque in decimum Kalendarum Majarum legitimum ſpatium ſit præfinitum, intra quod omnium varietatum neceſſitas concludatur, ut Paſcha Dominicum nec prius poſſimus habere, nec tardius. Quod enim in decimum & in nonum Kalendarum Majarum videtur nonnumquam perveniſſe feſtivitas, quadam ratione defenditur: quia etſi dies Reſurrectionis ultra terminum videtur exiſſe, dies tamen Paſſionis limitem poſitum non invenietur egreſſus: Ad octavum autem Kalendarum Majarum Paſchalem obſervantiam perducere nimis inſolens & aperta tranſgreſſio eſt.*

XXXVIII. *Quia ergo in illa (ut dixi) centenaria ſupputatione Theophili ſeptuageſimus ſextus annus diem Paſchæ contra morem Eccleſiaſticum ſtatuiſſe monſtratur, & non leviter delinquitur, ſi in principio ſacramenti veritas & unitas ab univerſali Eccleſia non tenetur; obſecro clementiam veſtram, ut ſtudium veſtrum præſtare dignemini, quatenus Ægyptii, vel ſi qui ſunt alii, qui certam hujus ſupputationis videntur habere notitiam, ſcrupulum hujus ſollicitudinis abſolvant: ut eum diem generalis obſervantia dirigat, qui nec paternarum conſtitutionum normam relinquat, nec ultra præfixos terminos evagetur. Quicquid autem pietas veſtra de hac conſultatione cognoverit, ad meam jubeat mox notitiam pervenire, ut in divinis myſteriis nulla diſſonantiæ culpa naſcatur.* Hæc ſub Conſulatu Opilionis dicta die XVI. Kal. Julii S. Leo. Qua etiam die eodem argumento ad Eudociam Auguſtam Hieroſolymis agentem literas dedit (*a*). Scripſiſſe etiam de his ad Proterium Alexandrinum Epiſcopum, Beda auctor eſt, qui & ejuſdem Proterii ad S. Leonem datæ epiſtolæ meminit, breveque fragmentum redditæ ad eum Leonis epiſtolæ recitat, ubi ait (*b*): *Cujus circuli* (nempe Theophili) *Proterius Alexandrinæ urbis Antiſtes ad inquiſitionem ſancti Leonis Papæ luculentiſſimam reddens rationem, talis reſcripti ab eo meruit tenore prædicari: Lætificaverunt me litteræ dilectionis tuæ quas frater & Coepiſcopus meus Nectarius pio adportavit officio. Oportebat enim, ut ab Alexandrinæ Eccleſiæ Præſule talia ſcripta ad ſedem Apoſtolicam mitterentur, quæ oſtenderent magiſterio beatiſſimi Petri Apoſtoli hoc ab initio per beatum Marcum ejus diſcipulum didiciſſe Ægyptios, quod conſtat credidiſſe Romanos.* Hæc ex epiſtola Leonis ad Proterium Beda. Scri-

(*a*) Leo ep. 65.

(*b*) Beda de ratione temp. c. 42.

PAGIUS

Duæ de die Paſchatis controverſiæ diſtinguendæ.

controverſiæ fuere, quæ in Annalibus ſimul miſcentur. Prior contigit anno CCCCXLIV. Cyclo Lunæ Alexandrino octavo. Poſterior anno CCCCLV. Cyclo Alexandrino decimo nono. *Sanctus Leo*, ne qua diverſitas in hujus Feſti celebratione oriretur, omnem adhibuit diligentiam, & annum illum CDXLIV. expectandum non ratus, priore adhuc anno CCCCXLIII. labente: a *Cyrillo* Epiſcopo Alexandrino primum ſententiam exquiſivit: tum etiam a *Paſchaſino* Lilybæi in Sicilia Epiſcopo recenter e captivitate Vandalica liberato. Reſpondit uterque *Paſcha* proximi anni, Chriſti ſcil. CCCCXLIV. celebrandum eſſe *nono Kalendas Maii*, ſeu die XXIII. Aprilis, & ſi Latini indicerent in ſeptimum Kalendas Aprilis, ſeu XXVI. Martii. Luna ſua XXII. ut tum ex Cyrilli ipſius Epiſtola, ad Synodum Carthaginenſem, quam Bucherius in Opere de Doct. Temp. cap. 2. ex MS. Codice accurate *deſcripſit* intelligimus, tum etiam ex ipſius *Paſchaſini* Epiſtola, quæ inter Leoninas legitur. Acquievit horum Epiſcoporum opinioni Sanctus Leo, ut ex auctiori Proſperi Chronico diſcimus, ubi de Paſchate anni CDXLIV. legitur. *Hoc anno Paſcha Domini IX. Kalendas Maii celebratum eſt: nec erratum eſt, quia in die XI. Kalendas Maias dies Paſſionis fuit: ob cujus reverentiam Natalis Urbis ſine Circenſibus tranſiit.*

XIV. Leonis ad Paſchaſinum Epiſtola deſideratur imo nulla ſuper hoc Paſchate a Leone ſcripta reperitur. Baronius quidem exiſtimavit, de die XXV. Aprilis, ſeu VIII. Kalend. Majas fuiſſe controverſiam, ideoque eam contentionem de Paſchate in annum CDLV. rejecit, duodecim annorum metachroniſmo; duæ enim de Paſchate controverſiæ eo pacto ſimul miſcentur. Ado Viennenſis in Chronico meminit Paſchaſini Epiſtolæ, cum ait, *Theodoſio* Imperante Vandalos capta Carthagine Siciliam quoque deleviſſe. Hujus enim captivitatis Paſchaſinus in Epiſtola, quam anno CDXLIII. de ratione Paſchali Leoni ſcripſit, mentionem facit. De qua irruptione Barbarica Proſper meminit in Chronico anno CDXL. Valentiniani Aug. V. & Anatolii Conſulatu notato, ut ibidem vidimus.

Controverſia de Paſchate anni CDXLIV.

XXXIX. Probatur Cyclus Theophili.

Scripſit præterea idem S. Leo ad Paſchaſinum Epiſcopum Lilybæi in Sicilia, legatum olim Apoſtolicæ ſedis in Concilio Chalcedonenſi, virum eruditione præſtantem: qui non ſolum ex Theophyli cyclo, ſed & ex Hebræorum calculo probatam reddidit veritatem, eamdemque & miraculo conſignatam: oſtendens non eſſe abſurdum, ut ad octavam Kalend. Majas Paſcha Domini in Eccleſia celebraretur. Extant (a) ipſæ litteræ Paſchaſini, quas datas anno ſequenti, ex eo poteſt certo cognoſci, dum de ſequentis anni Paſchatis die tradit eſſe dubitatum, anni nimirum (ut dictum eſt) quinquageſimiquinti ſupra quadringenteſimum. Ait enim: *Domine venerabilis Papa, jubere dignata eſt corona veſtra, ut quod Paſchali ſupputatione veritas anni poſt hunc futuri haberet, ſacroſanctis auribus veſtris exiguitas mea intimaret, &c.* Ex iiſdem quoque litteris intelligitur, barbaricam illam invaſionem, cujus in earum exordio meminit, anno ſequenti contigiſſe. Agemus igitur de ea ſuo loco.

(a) Apud S. Leon. poſt ep. 63.

XL. Quod vero ad præſentem de Paſchatis die conſultationem pertinet: exordio anni ſequentis, quinto Idus Januarii, de eodem S. Leo adhuc ambiguus ſcripſit ad Julianum Coenſem Epiſcopum Conſtantinopoli agentem. Reſcripſiſſe autem ad S. Leonem Marcianum Imperatorem,

Ann. Eccl. Tom. VIII.

eam Orientalium eſſe ſententiam, ut ſecundum Theophyli cyclum octavo Kalendas Majas Paſcha celebraretur, teſtatur ipſe S. Leo in litteris Circularibus datis ea de re anno ſequenti ad Epiſcopos Galliarum & Hiſpaniarum (b). Ex his omnibus vides, quam procul abhorreat, ut Romani Pontifices inconſulto, ex animique ſententia proponere conſueverint in Eccleſia Catholica obſervanda decreta; cum in ambiguis ipſi prius omnium rogare ſententias, conſulere, & omnes audire, cunctaque multo conſilio examinare ſoliti fuerint.

(b) Leo ep. 95.

XLI. Sub hujus anni Conſulibus celebratum legitur Arelate Concilium (c), quod tertium ordine poſitum eſt, in quo plura de Eccleſiaſtica ſervanda diſciplina in ordinandis Eccleſiæ miniſtris: ſed & alia pleraque ab eodem Concilio ſancita apud diverſos auctores leguntur, quæ in unum collecta conſulere poteris. Agemus nos de eo, qui præfuiſſe legitur huic Synodo, ſancto Cæſario ejus civitatis Epiſcopo, doctrina æque ac ſanctitate conſpicuo.

(c) Extat to. 1. Conc. Concilium Arelatenſe tertium.

XLII. Sed dubitatio hic haud levis inſurgit: Quonam modo Cæſarius dici poteſt interfuiſſe huic Arelatenſi Concilio jam creatus ejus civitatis Epiſcopus, cum ex litteris S. Leonis Papæ conſtet, anno ſuperiori eidem Eccleſiæ præfuiſſe Ravennium Hilarii ſucceſſorem, poſt quem ejuſdem Epiſcopus fuiſſe repetitur Æo-

V nius

PAGIUS Quare recte Ado Carthaginis occupationi, quæ anno CDXXXIX. contigit, cladem illam *Siciliæ* ſubiicit, nec bene eum Baronius arguit, qui Vandalorum excurſionem, cujus Paſchaſinus meminit, ad ann. CDLIV. refert. *Paſchaſinus* enim ſcribens an. CDXLIII. de ea Siciliæ populatione loquitur, quæ anno CDXL. facta fuerat.

XV. *Controverſia de Paſchate anni* CCCCLV.

Altera controverſia fuit de celebratione *Paſchatis* anni Chriſti CDLV. de qua Divus Leo ſcripſit ad *Marcianum* Imp. Epiſtolam datam *XVI. Kal. Julii Opilione V. C. Coſ.* currenti nempe anno, quæ ordine eſt CXIV. alias LXIV. & recitatur a Baronio num. XXXV. & ſeqq. Alteram eadem die dedit ad Julianum Epiſcopum Coenſem, quæ ordine eſt XCV. alias LXV. cujus meminit Baronius num. XXXVIII. Hæc ultima Epiſtola ibidem, & in vulgatis Codicibus præfert hanc inſcriptionem: *Leo Romanæ & univerſalis Eccleſiæ Epiſcopus Eudociæ Auguſtæ ſalutem.* Sed Queſnellus ex Codice MS. Cardinalis Grimani ad Julianum datam eſſe oſtendit, quod & totus Epiſtolæ contextus indicat, & Marianus Scotus, qui ad annum CDLIV. laudat hanc Epiſtolam ſub Juliani nomine Præterquam quod *Eudocia* tum Hieroſolymis commorabatur. Leo de ea controverſia peritos quoque conſuluit, inprimiſque *Paſchaſinum*, Epiſtolamque ad eum ſcripſit, quæ hactenus latuerat, quamque Queſnellus eruit ex MS. Codice Cardinalis Grimani. Data ea *VIII. Kalend. Julii, Adelphio V. C. Coſ.* anno ſcil. CDLI. Leo poſtquam Julianum, ad Legationem in Concilio Chalcedonenſi brevi obeundam inſtruxit, ſtatum totius controverſiæ aperuit, ſupputationis *Paſchatis* diligenter inveſtigandæ curam illi commiſit, juſſitque, ut rem communicaret cum peritis hominibus, ut de die Paſchatis non amplius ambigendi, aut errandi locus ſuperſit. Non extat reſponſio *Paſchaſini*, nam Epiſtola ejus ad Leonem de die Paſchatis, quæ ſupereſt, pertinet ad *Paſcha* anni CDXLIV. Quare deceptus eſt Baronius, qui eam Paſchaſini Epiſtolam ad ſecundam hanc controverſiam retulit, quippe putavit, Epiſtolam *Leonis* ad Marcianum de Paſchate, ac eam, quæ ad Eudociam, ſeu verius ad Julianum Coenſem de eo argumento legitur, ad idem pertinere Paſcha, de quo *Paſchaſinus* conſultus fuerat, vivente adhuc Cyrillo; cum, ut jam dixi, *Paſchaſinus* in ſua Epiſtola loquatur de Paſchate anni CDXLIV. & Leonis literæ ſint de Paſchate anni CDLV. De hac controverſia eodem anno ſermo redibit: Interim de Paſchate anni CDLV. legendus Eminent. Cardinalis Noriſius in Faſtis Conſularibus e Bibliotheca Cæſarea erutis, ubi pag. 41. & ſeqq. egregie illud exponit, & in quo, alii hanc difficultatem explicantes peccarint, oſtendit.

XVI. *S. Cæſarius Epiſc. Arelatenſis longe poſt hunc annum floruit.*

A num. XLI. ad LI. Baronius *Concilium Arelatenſe* Opilione Conſule anno DXXIV. celebratum, hoc anno alterius Opilionis Conſulatu notato conſignarat; ſed poſtea in Appendice, & hoc anno in editione Colonienſi, monuit, illud, ad annum DXXIV. referendum eſſe, de quo ibidem agemus. Quia vero Sanctus *Cæſarius* Arelatenſis Epiſcopus huic Concilio præfuit, Baronius de ejus primordiis atque vitæ progreſſu fuſe hoc anno differit; cum tamen in lucem non prodierit ante annum quadrin-

gen-

Digitized by Google

nius, idemque ſediſſe ſaltem triennio, ut Cyprianus diſcipulus S. Cæſarii, ejuſdemque Vitæ ſcriptor affirmare colligitur: quo tempore Cæſarius præfuit Abbas monaſterio Arelatenſi. Porro in tanta rerum certitudine nihil eſt quod dici poſſit, niſi neceſſario aſſerere, illapſum eſſe errorem in Conſulatum, ſicut & in notam Æræ mendum irrepſit, dum ponitur quadringenteſima ſexageſimaprima, ea qua colligitur numerus annorum Domini quadringentorum vigintitrium: unde longe abſurdius redditur, ut eo tempore Cæſarius præfuerit dicto Concilio Arelatenſi. Sed & cum nihil ſit in quo emendari error poſſit, ut ſuo loco dictum Arelatenſe Concilium reſtituatur; hic de ipſo nobis agendum fuit. ☞ Ita quidem in priori editione res inſoluta relinquenda fuit, cujus niſi reſtitutio fiat depravati admodum textus, ſolutio ſit impoſſibilis. Erratum quidem in eo eſt, ut dum in codice legeretur celebratum Concilium Arelatenſe ſub Conſulatu Opilionis, qui geſſit Conſulatum cum Juſtino Imperatore iterum Conſule anno Redemptoris quingenteſimo vigeſimoquarto, nec additus inveniretur collega, quod ſæpe factum invenitur in monumentis Occidentalibus, prætermiſſo Orientali Conſule, poni tantum Occidentalem: male cautus, ſibique nimis ſapiens viſus collector, addendum putavit Vincomalum collegam, qui hoc anno una cum Opilione Conſul creatus eſt; ſicque ea additione, ſeptuaginta & unius annorum errorem induxit, ſimulque rerum geſtarum confuſionem, atque inextricabiles perplexitates invexit. Qui primus his tenebris facem admovit, fuit Jacobus Sirmondus Arvernus Societatis Jeſu profeſſor a me alias teſtis fidelis adduci ſolitus, qui humaniores litteras Theologicis admodum decore conjunxit, qui non ad Opilionis Conſulatum anni hujus, ſed ad eum, qui alterius Opilionis nomine reperitur notatus in Faſtis anno Redemptoris DXXIV. præſens Arelatenſe Concilium eſſe referendum oſtendit ex præſentia Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi, qui hoc tempore nondum natus, tunc reperitur revera ſediſſe Arelatenſis ſedis Epiſcopus, ſucceſſor Leontii, qui poſt Æonium ſedit Ravennio ſubſtitutum. Firmantur hæc magis: dum omnes ferme Epiſcopi qui huic Arelatenſi Concilio interfuiſſe leguntur, iidem Concilio Arauſicano ſecundo ſubſcripti reperiuntur; de cujus certo tempore proxime ſuo loco dicendum erit, & corrigendi errores pariter in eum illapſi. Hanc ergo Synodum Arelatenſem ſuo loco reſtitue, ſub Conſulatu alterius Opilionis anno DXXIV. & ſimul cum eis junge quæ hic de Cæſario narrata habes ☜.

XLIII. Jam vero de Cæſario, qui huic præfuit Concilio, dicendum eſt, utpote viro qui eximia claritudine tum ex doctrina, tum ex vitæ ſanctitate comparata, Gallias hoc tempore illuſtravit: brevique narratione in primis ſunt nobis ejus percurrenda primordia, atque vitæ progreſſas uſque ad præſentis temporis ſtatam: Eo enim ſplendore ſanctitatis effulſit, ut nobiliſſimæ totius Galliarum Eccleſiæ eligi mereretur Metropolitanus Antiſtes, hoc potiſſimum tempore, quo eas regiones occupantibus barbaris iiſdemque vel Gentilibus, vel Arianis, magno opus eſſet inter tot ingruentes undique fluctus navis gubernatore.

XLIV. Cæſarii Tyrocinium. Scriptæ ſunt res geſtæ S. Cæſarii ab ejus diſcipulo Cypriano ad ſanctam Cæſariam illius ſororem, id ipſa ab eo efflagitante: extant (a) ipſæ quidem, Dei benignitate, inter tot Galliarum buſta, ſervatæ. Placuit, inquam, divinæ providentiæ, ut afflictæ proſtratæque undique Gallicanæ Eccleſiæ hoc perditiſſimo tempore, tam docto tamque ſancto illuſtrarentur Epiſcopo, cujus ſanctitas ipſi inhærens ab incunabulis, ſeptennio ætatis fructus præcoces emiſerit, & in dies magis magiſque fecunda annorum augmento conſurgeret. Cum primo erogatis quæ ſibi licuit in pauperes bonis clariſſimorum parentum, domo ſpreta ad ſanctum Silveſtrum meritis inſignem Cabilonenſem Epiſcopum convolans, ab eo, ex ſacro præſcripto ritu, in clericum voluit attonderi, atque clericali inſtitui diſciplina, tanto dignus Antiſtite educatore atque doctore, qui mira ſanctitate reſplendens, in Cæſarium quem dilexit ut filium, tranſmiſit opulentam virtutum hæreditatem. Eſt celebris ejuſdem Silveſtri memoria ſacris tabulis adnotata, in Eccleſia ſemper vigens, annis ſingulis rediviva (b), noſque in Notis de eo pluribus egi-

(a) *Apud Sur. die 7. Aug.*

(b) *Martyrol. Rom. & alia die 20. Nov.*

PAGIUS gentefimum ſeptuageſimum, ut ex ejus Vita liquet. Ea duobus libris deſcripta; prioris Auctor Sanctus *Cyprianus* Tolonenſis Antiſtes; ſecundus *dicatur a Meſſano Presbytero*, *& Stephano Diacono*, ut præfert ejus titulus apud Mabillonium ſæculo I. Benedictino, ubi Vitam illam, quæ multis in locis interpolata hactenus prodierat, ex duobus Codicibus MSS. ſinceram & integram exhibet. Eam dedicavit *Cyprianus* ſanctæ *Cæſariæ* Abbatiſſæ Monaſterii Arelatenſis, a ſancto Cæſario inſtituti, quod etiamnum in eadem Urbe viſitur. Libro ſecundo ejuſdem Vitæ dicitur, *Cæſarium mortuum eſſe*, *cum ſeptuageſimum tertium gereret totius vitæ tranſitis annum*; quare cum die XVII. menſis Auguſti anni DXLII. ad Deum migraverit, ut ſuo loco oſtendam, anno hujus ſæculi circiter ſeptuageſimo, & non antea, in lucem prodierat, & quidem in territorio Cabilonenſi, quæ Urb. eſt Æduorum ad Araris fluvii ripam ſita. Cum *octavum decimum ageret ætatis annum* ut habet codex unus MS. quo Mabillonius uſus eſt,

Cæſarius monachus Lerinenſis. egimus. At Cæſarius, ubi flores ejus ſanctitatis tamquam apis avide ſuxit, ad Lerinenſe ſecretius alvearium convolavit, ibique (ut idem auctor habet) ſub Porcario Abbate diu monaſticam converſationem ſumma excoluit obſervantia: licet præ immenſo animi ardore ipſe ſibi ſemper ſegnior videretur: ut apparet ex ejus homilia, quam poſtea in eodem habuit monaſterio, ubi primum iſta inter alia interſeruit de florentiſſimo ſtatu hujus temporis ejuſdem cœnobii Lerinenſis (a): *Benedicimus Dominum noſtrum, qui ſanctam inſtitutionem & admirabilem conſuetudinem loci hujus jugiter creſcere, & in majori dignatur gloriæ cumulo ſublimare. O felix & beata habitatio inſulæ hujus, ubi tam ſanctis quotidie & tam ſpiritualibus lucris gloria Domini augetur, & tantis damnis diaboli nequitia minoratur! Beata, inquam, & felix inſula Lerinenſis, quæ cum parvula & plana eſſe videatur, innumerabiles tamen montes ad cælum miſiſſe cognoſcitur.* Hæc dicens Cæſarius, alludere ad ea videtur quæ ſuperius recitavimus ex carmine Euchariſtico, quod ad Fauſtum ſcripſit haud pridem Sidonius Apollinaris, ubi ait:

(a) Cæſar. homil. 10. De monaſterio Lerinenſi.

—— quantos illa inſula plana
Miſerit ad cælum montes &c.

per montes, Sanctos intelligens; cum ipſa inſula undique planitie lata gaudens, montibus careat. Hinc & Cæſarius iſta ſubdit:

XLV. *Hæc eſt quæ eximios nutrit monachos, & præſtantiſſimos per omnes provincias erogat ſacerdotes.* Vix enim reperiri erat, qui his temporibus aſſumptus in regionibus illis ad regimen Eccleſiarum, non delectus eſſet ex nobiliſſimo & regularis inſtitutionis obſervantiſſimo cœnobio Lerinenſi: *Ac ſic* (ſubdit ipſe) *quos accipit filios, reddit patres: & quos nutrit parvulos, reddit magnos: quos velut tyrannos excipit, Reges facit: Nam omnes quoſcumque felix & beata habitatio iſta ſuſceperit, charitatis pennis ad excelſa virtutum culmina Chriſto ſublimare conſuevit. Quæ res cum pene in cunctis habitatoribus fuerit feliciter conſummata, tamen reſiſtentibus meritis meis, in me non probatur impleta. Cum enim parvitatem meam hæc ſancta inſula velut præclara mater & unica ſingularis omnium bonorum nutrix, brachiis quondam pietatis exceperit, & non parvo ſpatio educare & enutrire contenderit: licet reliquos ad virtutum culmina erexerit, a me tamen (quia cordis duritia contradicis) omnes negligentias auferre non potuit. Et ideo cum omni humilitate ſupplico, & tota cordis contritione depoſco, ut quod negatur meritis meis, veſtris orationibus ſuppleatur, &c.*

Mira res, ut ſub tot barbararum gentium frequenter factis in Gallias graſſationibus, a Suevis, Wandalis, Alanis, Gothis, Burgundionibus, Hunnis, & Francis, nihil ad hæc tempora paſſum fuerit detrimenti idem monaſterium inſulæ Lerinenſis, factum ipſis etiam barbaris atque Arianis venerandum: Unde quod valde erubeſcant, habent noſtri ſæculi Novatores, qui in Galliis pluſquam ſexcenta monaſteria combuſſerunt, ut taceam de cineribus innumerabilium eccleſiarum. Quanta inſuper hoc tempore eſſet gloria ejuſdem cœnobii Lerinenſis, præter illa quæ ſuperius dicta ſunt, ipſum rurſum audi Cæſarium ad monachos concionantem: *Ab Oriente* (inquit b) *uſque ad Occidentem, & omnibus pene locis in quibus Chriſtiana religio colitur, religioſiſſima veſtra converſatio ad Chriſti gloriam prædicatur. Jure a vobis exigitur, ut quod de vobis creditur, hoc probetur. Agite ergo, Deo auxiliante, quod ſemper egiſtis, &c.* XLVI. Reverentia barbarorum erga monaſterium Lerinenſe.

(b) Cæſar. hom. 20.

Sed quod ſub Fauſti nomine pervulgata legitur fabula de eodem Lerinenſi cœnobio exciſo a Saracenis ſub Porcario Abbate inſtitutore Sancti Cæſarii: eam hic obiter refellere, ex inſtituto onus XLVII.

PAGIUS eſt, petiit a Sancto *Silveſtro* Cabilonenſi Epiſcopo, *ut ablatis ſibi capillis, mutatoque habitu,* Divino eum ſervitio manciparet, quod ſine mora ab eo præſtitum. Interfuit Sanctus *Silveſter* Concilio Epaonenſi anno DXVII. celebrato, & *quadraginta duobus annis* Eccleſiam Cabilonenſem rexit, ut habet Turonenſis lib. de Gloria Confeſſorum c. 85. De eo Sorius ad diem XXVII. menſis Auguſti, & Baronius ad diem XX. Novemb. in Notis ad Martyrologium Romanum.

XVII. S. Cæſarius fit Abbas & poſtea Epiſc. Arelatenſis. Poſt biennium in Lerinenſe Monaſterium ſe ſe recepit Cæſarius, ſuſceptuſque a ſancto *Porcario* Abbate *poſt parvum tempus in Cellario Congregationis eligitur*. Hic autem Porcarius diverſus eſt ab alio cognomine, qui octavo ſæculo idem Monaſterium adminiſtravit, & Martyrium paſſus eſt. Cùm in morbum incidiſſet *Cæſarius*, Porcarius coegit eum ad civitatem Arelatenſem cauſa recuperandæ ſanitatis adduci. Ibi ab *Eonio* Epiſcopo Arelatenſi, concive & propinquo ſuo, Presbyter ordinatus eſt, & defuncto Abbati *in ſuburbana inſula civitatis* ſubſtitutus eſt Abbas ab eodem Eonio, ubi *parum ultra triennium* Abbas fuit. Monaſterii hujus mentio in literis Gelaſii Papæ ad Eonium Arelatenſem Epiſcopum datis, quas Baronius anno CDXCIV. recitat, perperamque *Cæſario* attribuendas cenſet. Emin. Cardinalis Noriſius lib. 2. Hiſt. Pelag. cap. 22. exiſtimat, *Cæſarium* anno quingenteſimo tertio Epiſcopum Arelatenſem renunciatum eſſe, annoque DXLIII. ad Cæleſtem patriam migraſſe. Verum anno uno citius ſanctus *Eonius* Arelatenſis Epiſcopus, ante mortem ſuam eum ſucceſſorem deſignavit. Meſſia-

incumbit. Primum vero ſcias, non eſſe Fauſti ſcriptionem illam, ſed appendicem ad Fauſti inſtructionem ad monachos, ut apparet ex ea nuper edita, diligentia viri doctiſſimi Genebrardi nunc Aquenſis Epiſcopi, poſt funebrem orationem S. Hilarii Epiſcopi Arelatenſis, & alia illi conjuncta: ubi poſt abſolutam Fauſti illam tractationem, ſubiicitur narratio de excidio monaſterii Lerinenſis, quo dicitur idem monaſterium a Saracenis dirutum, & ſanctum Porcarium Abbatem cum ſuis eſſe necatum. At quantæ fidei ſcriptum illud auctoris incerti? Et ubi nam gentium Saracenorum incurſio his temporibus in Occiduis oris innotuit, qui vix poſt trecentos annos auditi ſunt mare Mediterraneum infeſtaſſe? Sed haud majoris nobis fidei, quæ habentur in ſpuria Vita S. Honorati, ubi hæc facta dicuntur per Genſericum Wandalorum in Africam Regem: cum & additur idem monaſterium per Genſericum ſub Abbate Porcario dirutum, numquam uſque ad Pipini Francorum Regis tempora eſſe reſtitutum. Si hæc vera ſunt; quomodo poſt Genſericum jam defunctum adeo celebratur gloria ejuſdem monaſterii Lerinenſis, ut audivimus a Cæſario? Quomodo de tanti cœnobii clade nulla penitus habetur mentio in Actis ipſius ſancti Cæſarii, quæ ſunt ſcripta (ut diximus) ab hujus temporis ſcriptore Cypriano? Vel quonam pacto dici poteſt uſque ad Pipini tempora ejus deſolationem perduraſſe, ſi S. Gregorius Papa ejuſdem meminit (a) monaſterii ſub Bono Abbate (ad quem ſcribit) exiſtentis? Sic igitur cum neque ſub Saracenis, neque ſub Genſerico ea accidiſſe funera monaſterio Lerinenſi ſub Abbate Porcario dici poſſint; neceſſe eſt affirmare, vel Porcarium, quem cum ſuis martyrem dicimus, qui & Cæſarium a pueritia educavit, longiſſimam vixiſſe ætatem; & ea quæ narrant, non a Genſerico, neque a Saracenis, ſed ab aliis paſſos eſſe ſucceſſoribus Genſerici; vel alterum dicere ejuſdem nominis poſt hæc in eadem inſula ſub Saracenis Porcarium floruiſſe, cujus Eccleſia ipſa cum ſuis celebrat martyrium pridie Idus Auguſti.

De clade monaſterii Lerinenſis.

Tempora Porcarii Abbatis.

(a) Greg. l. 9. ep. 8.

XLVIII. Sed ad Cæſarium redeamus, quem diximus in eadem inſula in exercitatione monaſtica ſub eodem Abbate vixiſſe; quo jubente, Arelatem poſtea ſe contulit, ibique excultus eſt rethoricis facultatibus ſub Pomerio Afro inſigni ejus temporis rhetore. Hic ille namque Pomerius, quem natione Maurum fuiſſe tradit Gennadius, (b) eumdemque ordinatum in Gallia presbyterum: quem alii Julianum nominatum dixere: Quam autem decepti ſint qui Julianum Pomerium putavere fuiſſe Epiſcopum Toletanum, tu conſule Notationes noſtras in Romanum Martyrologium (c). Porro hujus Pomerii, quo uſus eſt præceptore Cæſarius; lucubrationes Gennadius recenſet, quem poſt Gelaſii obitum ſub Anaſtaſio Imperatore adhuc fuiſſe ſuperſtitem docet. Cæſarius autem egregie doctrinis ſacris potiſſimum inſtitutus, dignus judicatus eſt, qui poſt Æonium a populo, & clero expeteretur in Epiſcopum Arelatenſem: cui nec profuere latebræ ſepulcrales, quin inde traheretur ad regimen Epiſcopatus invitus.

Pomerius Rhetor magiſter Cæſarii.

(b) Genn. de Script. Eccl. c. 98.

(c) Martyrol. Rom. die 8. Martii.

XLIX. Sed non prætermittimus dicere (quod & magnopere admiratus ſum) Trithemium, ſive alios ad poſteriora tempora eumdem Cæſarium retuliſſe ſub profeſſoribus regulæ S. Benedicti, quem conſtat ante ſancti Benedicti monachatum his ipſis vixiſſe temporibus, interfuiſſeque pluribus Conciliis his item temporibus celebratis. Porro id ipſum ejus vitæ Acta perſpicue docent: nam vixiſſe tunc dicunt, cum Alaricus regnaret in Gallia Narbonenſi, & Theodoricus Rex potiretur eſſet Italia: ſed & cum tradat idem ejus Vitæ auctor, uſum ipſum eſſe præceptore Pomerio Afro, atque probaſſe Felicem Papam, vulgaſſeque ejuſdem Cæſarii ſcripta; nulla penitus de his vel leviter dubitandi occaſio potuit eſſe relicta: cum alioqui & ejus homiliæ id ipſum facile recte intuenti demonſtrent.

Cæſarius quo vixit tempore.

L. Porro (quod dolendum eſt) ſanctiſſimi atque doctiſſimi viri eciderunt nobiliſſima monumenta, vixque reliquæ ſunt quadragintaſex homiliæ diverſis temporibus dictæ: ad quas provoco Gallos illos, qui turpiter a fide refugæ, ad hæreticos transfugæ defecere: videant quæ de Catholicis dogmatibus, quæ ipſi inſectantur, ſenſerit tantus doctor, miraculiſque conſignata reliquerit hoc potiſſimum ſæculo, quo Franci in Galliis regnantes eamdem fidem Catholicam, in qua & baptizati ſunt, acceperunt. Ut plane ſi quis ejuſdem Cæſarii legerit homilias, ex illis faci-

Homiliæ Cæſarii Catholicam docent fidem.

PAGIUS ſianus enim Presbyter & Stephanus Diaconus mortem illius deſcribentes ajunt, Cæſarium mortuum *VI. Kal. Septemb.* ac poſt diem dedicationis Monaſterii a ſe pro Monialibus Arelatis fundati; adduntque; *Erat conſtitutio Monaſterii ipſius eo tempore annis plenariis triginta.* Quare ea dedicatio peracta *VII. Kal. Septemb.* anni Chriſti quingenteſimi duodecimi, quo dies XXVI. menſis Auguſti in Dominicam inciderat. Ab eo autem anno ad DXLII. anni triginta integri fluxere.

XVIII. Baluzius quatuordecim ſancti *Cæſarii* Homilias hactenus deſideratas, ab aliquot annis publicavit, & in ultima editione Operum ſancti Auguſtini curata, complures Sermones ſancti Cæſarii alias Auguſtino attributi ab Auguſtinianis diſcernuntur. Baronius num. XLIV. autumavit, Sanctum *Cyprianum* Vitam Cæſarii, *Cæſaria* hujus ſorori dicaſſe. Verum diſtinguendæ ſunt

Duæ Cæſaria Abbatiſſæ diſtinguendæ.

facile intueatur illorum qui a Catholica veritate deſciverunt amentiam, cogaturque præ ſtupore exclamare cum Paulo (*a*): *O inſenſati Galatæ, qui vos faſcinavit non obedire veritati?* Multo magis vero, ſi perviderit quæ alii nobiles hujus temporis ſcriptores Eccleſiaſtici itidem Galli gentiles ſui, nempe Proſper Aquitanus, Hilarius Arelatenſis, Salvianus Maſſilienſis, Eucherius Lugdunenſis, Claudianus, Mamercus Viennenſis, Alcimus Avitus itidem Viennenſis, Sidonius Apollinaris Arvernus, & alii ſuis ſcriptis, vitæque ſanctitate, atque miraculorum virtute egregie reliquere teſtata, in omnibus conſentientia illis quæ Hilarius Pictavienſis, Irenæus Lugdunenſis, atque Dionyſius Pariſienſis omnes ſanctiſſimi Epiſcopi olim iiſdem tradiderunt, & nuperrime Cæſarius docuit. At de Ceſario modo hactenus, ſuis locis inferius de eodem ſæpe dicturi. Jam vero ad aliud Gallicanum Concilium hoc item anno celebratum orationem convertamus, immoretur-

(*a*) Galat. 3.

que in eo paulo longius; quæ Arelatenſe cito, aliquibus tantum inſpectis, pertranſiit.

LI. Conc. Andegavenſe nunc primum editum.

Hoc itaque eodem anno ſub ejuſdem Opilionis Conſulatu item in Galliis celebratum eſt Concilium Andegavenſe: Quod quidem e temporum obſcuritate haud pridem in lucem vindicatum ſcias a docto pioque viro P. Frontone Societatis JESU in Galliis profeſſore, a quo & accepimus: ipſum autem cum perbreve ſit necdum in lucem editum, hic tibi verbatim reddendum putavimus: ſic enim ſe habet:

LII.

' *Cum ad ordinandum Epiſcopum in civitate Andegavorum convenissent, & Thalaſſius eſſet Epiſcopus ordinatus, omnibus pariter reſidentibus, Leone, Euſtochia, Charilatone, Rumoridu, Vincentio, Victorio, & Thalaſſio Epiſcopis pari conſilia atque tractatu, deciſionem quam verbis decreverant, etiam ſcripturæ mandare voluerunt, ut hac die, hoc eſt quarta Non. Octobris, Opilione V. C. Conſule, hæ regulæ Eccleſiaſticæ ſervarentur, quæ a ſe-*

PAGIUS

ſunt duæ *Cæſaria* ejuſdem Monaſterii Arelatenſis Abbatiſſæ; prima & antiquior, quæ ſancti Cæſarii ſoror fuit, & longe ante fratrem mortua eſt, altera quæ eidem in regimen Monaſterii ſucceſſit, & ſuperſtes *Cæſario* fuit, illiqua *Cyprianus* Opus ſuum inſcripſit. Nam ipſemet Cyprianus lib. 2. num. XXIII. tradit: Monaſterii matrem germanam ſuam *Cæſariam* ſanctam ad præmia Chriſti migrantem excepiam fuiſſe ab ea, *qua nunc ſupereſt Cæſaria matre*, Sancta *Cæſaria*, Cæſarii ſoror magiſtra fuit Sanctæ *Radegundis* Reginæ, quæ & ipſa poſtea Monaſterii Pictavienſis Abbatiſſa extitit, quod liquet ex Fortunato carmine de nomine ſuo. Præterea Baronius exiſtimavit, Cæſarium *Leontio* in Epiſcopatum Arelatenſem ſucceſſiſſe; cum tamen *Leontius* ante annum quadringenteſimum nonageſimum e vivis exceſſerit, & ſanctus *Eonius* eidem ſubſtitutus fuerit, ut certo conſtat ex monumentis, quæ ſuperſunt, & ex Vita ſancti Cæſarii quæ teſtatur, hunc Sanctum Eonio ſucceſſiſſe [1].

XIX. *Julianus Pomerius floret.*

Julianus cognomento *Pomerius* natione Maurus, primum in Gallia Rhetor, tum Presbyter ordinatus Rhetoricam Arelate docuit, & *ſanctum Cæſarium*, Arelatenſem deiu Epiſcopum habuit auditorem, ut in hujus Sancti Vita lib. 1. cap. 7. dicitur. Auctor eſt librorum *trium de vita Contemplativa*, licet in pleriſque editionibus Proſpero Aquitano attribuantur, & ſub hujus nomine laudati ſint a *Chrodegango* Metenſi Epiſcopo in libro *de Laicali inſtitutione*, a Synodo Aquiſgranenſi ſub Ludovico Pio celebrata, & a *Theodulpho* Aurelianenſi Epiſcopo in libro de Spiritu Sancto, anno DCCCIX. ſcripto. *Pomeria* enim Opus illud aſſerit Sanctus Iſidorus in lib. de Script. Eccleſ. cap. 12. eidemque etiam in antiqua Collectione Canonum Codicis Andegavenſis adſcribitur. Præterquamquod ſtylus ac dicendi character Proſpero illud abjudicant. Alia hanc in rem argumenta profert Emin. Card. Noriſius lib. 1. Hiſt. Pelag. cap. 14. ubi & oſtendit ex eodem Iſidoro *Julianum Pomerium* exiſtimaſſe animam eſſe corpoream, uti hoc etiam ſæculo crediderunt Caſſianus, Fauſtus, & Gennadius: cujus oppoſitum Scriptis ſuſtinebant ſanctus *Avitus* Viennenſis Epiſcopus in Epiſtula ad Regem Burgundionum, & *Claudianus Mamercus* in libris *de anima*. Ex quo intelligimus, celebrem hac ætate in Gallia fuiſſe de animæ corpulentia quæſtionem.

XX. *Concilia Andegavenſe & Veneticum*

Ad num. LI. & ſeqq. Concilium Andegavenſe, *IV. Nonas Octobris Opilione V. C. Coſ.* celebratum, ut in ejus præfatione legitur, ideoque hoc anno recte a Baronio conſignatum. Convocatum fuit, ut *Talaſſius* Epiſcopus conſecraretur, & quidem Andegavorum, ut ex Turonenſis Concilii anno CCCCLXI. congregati ſubſcriptionibus liquet. Hujus ordinationis occaſione duodecim Canones editi ad Eccleſiaſticam diſciplinam reſtaurandam. Concilium *Veneticum*, cujus meminit Baronius num. LV. non multo poſt Turonicum anno CCCCLXI. habitum, congregatum eſt *cauſa ordinandi Epiſcopi*, ut inquiunt in ejus præfatione *Perpetuus*, *Paternus*, & quatuor

NOTÆ [1] Ultra has Cæſarias tertiam aliam admittere Cæſariam Arelatenſem Abbatiſſam neceſſe eſt, quæ floruerit paulo poſt annum 664. quo Bathildis Regina Monacham induit; extat enim apud Martene Anecdot. tom. I. pag. 3. Cæſariæ epiſtola ad Bathildam, recens, ut videtur, converſam, ad quam tranſmittit regulam S. Cæſarii ab ipſa poſtulatam. Hæc utique Cæſaria nec ſoror eſſe potuit S. Cæſarii, quæ ſeceſſit ante fratrem, mortuum anno 542. nec altera quæ primæ huic Cæſariæ ſucceſſit in regimine, nec enim vitam prorogare illa potuit uſque ad annum 664. Igitur non duas, ſed tres Cæſarias admittamus oportet. Hæc pariter Epiſtola inſcribitur ad Radegundem, quo nomine aliam a Regina Radegunde intelligere oportet; nec ſane alia eſt, quam filia quædam ejuſdem Bathildis, quæ ejuſdem propoſiti ſocia ante matrem ſuam ſeceſſit. *Manſi*

a ſenioribus juxta auctoritatem Scripturarum jam fuerant conſtituta.

LIII. *Primum, ut contra Epiſcopali judicium clericis non liceat reſilire, necque inconſultis ſacerdotibus, ſæcularium judicia expetere; ſed nec de loco uno in alium ſine Epiſcopi permiſſione tranſire, nec ſine commendatitiis ſacerdotum ſuorum litteris commeare.* Habet hæc primus canon, quo proculdubio adverſati ſunt Patres illi conſtitutioni Valentiniani Imperatoris datæ anno ſuperiori, qua Eccleſiaſticum forum ſuis (ut vidimus) privilegiis ſpoliavit: haud enim timuerunt refragari Imperatori pro Eccleſiaſtica immunitate ſanctiſſimi ſacerdotes. Sed deſcribamus reliqua:

LIV. *Ut diaconi presbyteris noverint omni humilitate deferendum eſſe.* Cujuſnam rei cauſa hæc ſanciverint Patres, dictum eſt Annalium quinto tomo. Sed ſubdont: *Ut a violentia & crimine perputationis* * *abſtineant.* Mendoſus eſt locus.

Familiaritatem extranearum feminarum noverint eſſe vitandam. Sed ſi qui ſunt cælibes, * *non niſi a ſororibus, aut amitis ſuis, aut a matribus conſolentur. Quia ſicut bonum non eſt homini ſolum eſſe; ita familiares eſſe clericos feminis non oportet extraneis; quia frequenter plurimorum ruinas ſub hac occaſione deflemus. Si quis autem poſt hoc interdictum a prædictis familiaritatibus ſe revocare noluerit: nequaquam gradu altiori donabitur, & ſi jam ordinatus fuerit, non miniſtret.*

* debiles

Tum ſi qui in tradendis vel capiendis civitatibus interfuiſſe fuerint detecti: non ſolum a communione habeantur alieni, ſed ne conviviorum quidem admittantur eſſe participes.

Quod etiam de his qui accepta pænitentia reſilierunt, debita ſeveritate ſervabitur. Quæ forma etiam circa eas, quæ de virginitate ſanctimonialium crimine proprio deciderunt, ſtatuto rigore permaneat.

Hi quoque qui alienis uxoribus, ſuperſtitibus ipſorum maritis, nomine conjugii abutuntur, a communione habeantur extranei.

Clerici quoque, qui relicto clero, ſe ad ſæcularium militiam & ad laicos contulerint, non injuſte ab Eccleſia, quam reliquerunt, amoveantur.

Monachi quoque qui cœptam obſervationis viam reliquere, & abſque epiſtolia & abſque certis negotiis vel neceſſitatibus per regiones vagantur alienas, cognita diſtrictione, ſi ſe non emendaverint, ab Abbatibus ſuis, vel a ſacerdotibus ad communionem non recipiantur.

Aliis quoque Epiſcopis aliorum clericis gradum augere non liceat.

Quicumque autem vel de laicis vel de clero miniſtri fuerint ordinati, & obſervare noluerint, ſi laicus, communicare non liceat, niſi forte reprobaverint criminoſos.

Nonniſi unius uxoris viri, iidemque virginibus copulati diaconi, vel presbyteri ordinentur.

Pænitentiæ ſane locus omnibus pateat, qui converſi errorem ſuum voluerint confiteri; quibus perſpecta qualitate peccati, ſecundum Epiſcopi æſtimationem erit venia largienda.

.... Quod ita inter prædictos viros pari conſilio & ordinatione decretum eſt, ut ſi quis ex ipſis contra hanc ordinationem agendum eſſe præſumpſerit, obvius fuiſſe regulæ Eccleſiaſticæ judicetur: adverſus quem cæteris fratribus ſuis, quaſi adverſus contemptores licebit inſurgere. Hactenus Andegavenſe Concilium Romam miſſum:

De

PAGIUS tuor alii Epiſcopi ibidem nominati, inter quos *Nunechius* Euſebii Nannetenſis Epiſcopi, qui Concilio Turonico interfuerat, ſucceſſor. Ex quo colligit *Sirmondus* Veneticum Turonico poſterius eſſe. Verum Uſſerius in Antiquit. Britann. Eccleſ. cap. 14. obſervat hallucinatum Sirmondum, cum ait, *Paternum* Venetenſem Epiſcopum in hac Synodo ordinatum; is enim jam Epiſcopus erat, ut liquet ex laudatæ Præfationis verbis, Concilioque ſubſcripſit ante quatuor alios Epiſcopos. Expungendus itaque ex Catalogo Epiſcoporum Eccleſiæ Veneticæ, quem San-Marthani exhibent, & addendus alius *Paternus* ſanctitate illuſtris, qui floruit anno DLIX. ut eo anno videbimus cujus San-Marthani & Cointius in Annal. nullam mentionem faciunt.

XXI. *Anglo-Saxones de Britannia ſibi ſubjicienda cogitant.* Qui miſſi in Germaniam fuerant, ut novum militem in Britanniam adducerent, in eam inſulam rediere, cum *Hengiſti* Filia, quæ *Vortigerni* Regis oculos animumque expugnavit. Malmesburienſis lib. 1. de Reg. cap. 1. ſine tamen ullo temporis charactere, rem narrat: *Adducunt filiam Hengiſti virginem, ut accepimus, quæ eſſet & naturæ miraculum & virorum ſpectaculum. Regreſſis adornatur convivium. Jubet Hengiſtus filiam fungi pincernæ munere, ut Regis accumbentis oculos paſceret. Nec id fruſtra fuit. Nam ille (ut ſemper in feminarum decorem adhinniebat) ſtatim & forma gratia, & geſtuum elegantia ſauciatus animum, potiendæ puellæ ſpem imbibit. Nec diſtulit, quin nuptias peteret a patrem volentem cogens. Ipſe enim aſtu primo negare tam humiles nuptias, Regi indignas allegans. Poſtremo quaſi gravatus in ſententiam tranſit, totam Cantiam pro munere accipiens.* Vix Hengiſti *Rowenam* filiam Vortigernus Britannorum Rex acceperat, & repudiata propria uxore infideli feminæ ſe ſe miſcuerat, ac ſacramenti jura temerarat, cum *Saxones* res novas moliti turbas cient, civibus minantur, ac in apertam factionem prorumpunt, ut pluribus proſequitur Huntindonienſis lib. 2.

Gildas in libello de Excidio Britanniæ, poſtquam alteram Saxonum claſſem, in qua *Rowena* vehebatur, veniſſe expoſuit, ſtatim ſubdit, quid factum ſit a milite: *Igitur intromiſſi in Inſulam Barbari veluti milites, & magna ut mentiebantur diſcrimina pro hoſpitibus ſubituri,* XXII. *Anglo-Saxones in Britannos ſæviunt.*

im-

Digitized by Google

LV. De quo, quantum ad Epiſcoporum qui interfuerunt nomina pertinet, egregie idem Fronto depronſit ex primo Concilio Turonenſi, quod poſt annos octo legitur celebratum ſub Severini Conſulatu; & quarumnam Eccleſiarum aliquot ex his Epiſcopi eſſent invenit, nimirum Victorium ſive Victurium fuiſſe Epiſcopum Cenomanenſem; Leonem Bituricenſem; Thalaſium hic ordinatum Epiſcopum fuiſſe Andegavenſem, qui idem Thalaſſius ſcriptus
De Concilio Venetico. pariter habetur una cum dicto Victurio in Concilio Venetico: qua ratione idem auctor jure opinatur non eſſe congregatum illud Concilium in Venetia Italiæ provincia, ſed Venetenſi civitate in Gallia Lugdunenſi; cui & libentius aſſentimur, cum ſciamus & ejuſdem Venetenſis civitatis in Gallia Epiſcopum, Modeſtum nomine, cum aliis Gallicanis Epiſcopis ſediſſe in concilio Aurelianenſi ſub Clodoveo. Habes hac diligentia exploratum, lector, quo tempore fuerit dictum Veneticum Concilium celebratum, nulla licet Conſulum nota perſpicuum: in quo quidem complura leges, quæ in celebrato hoc anno Concilio Andegavenſi ſunt ſtatuta, pauloque fuſius reperita. Obſervavit idem vir doctus & alia pleraque in eo notatu digna: ſed hæc nobis modo ad hiſtoriam ſatis.

Qui

PAGIUS *impetrant ſibi annonas dari; quæ multo tempore impertita clauſerunt, ut dicitur, canis faucem. Item conqueruntur non affluenter ſibi epimenia contribui, occaſiones de induſtria colorantes, & ni profuſior eis magnificentia cumularetur, teſtantur ſe cuncta rupto fœdere depopulaturos. Nec mora minas effectibus proſequuntur. Confovebatur namque ultionis juſtæ præcedentium ſcelerum cauſa de mari uſque ad mare ignis Orientali ſacrilegorum manu exaggeratus; finitimas quaſque civitates, agroſque populans non quievit accenſus, donec cunctam pene exurens Inſulæ ſuperficiem, rubra Occidentalem trucique Oceanum lingua delamberet.* Pergit Gildas; *In hoc ergo impetu, ſimili Aſſyrio olim in Judæam facto; completur quoque in nobis, ſecundum Hiſtoriam, quod propheta deplorans: ait; Incenderunt igne Sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.* Et iterum: *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, coinquinaverunt templum ſanctum tuum &c. Ita ut cuncta colonia crebris arietibus, omneſque coloni cum Præpoſitis Eccleſiæ, cum Sacerdotibus, ac populo mucronibus undique micantibus, ac flammis crepitantibus, ſimul ſolo ſternerentur, & miſerabili viſu in medio platearum: ima turrium cardine avulſo, murorumque celſorum ſaxa, ſacra altaria, cadaverum, fruſta, cruſtis purpurei cruoris tecta, velut in quodam horrendo torculari mixta viderentur & nulla eſſet omnimodis præter domorum ruinas, beſtiarum volucrumque ventres in medio ſepultura ſalva ſanctarum animarum reverentia; ſi tamen multa inventa ſint, quæ ad ardua cœli id temporis a Sanctis Angelis veherentur. Ita enim degeneraverat tunc vinea illa olim bona in amaritudinem; ut raro ſecundum Prophetam videretur, quaſi poſt tergum vindemiatorum aut meſſorum racemus aut ſpica.* Cum hunc miſeriarum cumulum expoſuit Gildas, mox refert. Quid factum a Provincialibus, & quonam fugerint, aut aliter declinaverint, tempeſtatem: *Itaque nonnulli miſerarum reliquiarum in montibus deprehenſi (quo nimirum fugerant) acervatim jugulabantur: alii fame confecti accedentes manus hoſtibus dabant in ævum ſervituri; ſi tamen non continuo trucidarentur, quod altiſſima gratia ſtabat loco, Alii transmarinas petebant regiones cum ululatu magno; celeumatis vice hoc modo ſub velorum ſinibus cantantes:* Dediſti nos tanquam oves eſcarum, & in gentibus diſperſiſti nos. *Alii montanis collibus minacibus præruptis, vallatis denſiſſimis ſaltibus, mariniſque rupibus vitam ſuſpecta ſemper mente credentes, in patria licet trepidi perſtabant.* Hæc Gildas, qui ſæculo ſequenti vixit. Poſtea ſenſim in Inſula Religio Chriſtiana imminuta, quæ tamen nunquam extincta fuit.

De *Attila* Hunnorum Regis interitu anno ſequenti cum Baronio num. VIII. agemus. XXIII. *Attilæ interitus.*

JESU CHRISTI ANNUS 454.	LEONIS PAP. ANNUS 15.	VALENTIN. 30. MARCIANI 5. IMPP.

I. Aetii conſulatus & obitus.

QUi ſequens eſt annus Domini quadringenteſimus quinquageſimuſqoartus, Studio & Aetio Conſulibus Faſtis reperitur adſcriptus: illum quidem Marcianus, hunc autem Valentinianus Romæ creavit. Sed funeſte ipſi Aetio accidit, ut ipſius Conſulatus occiſionis ejus index ſit poſitus temporis: nam de ipſo hoc anno Marcellinus in Chronico ſub ejus Conſolatu: *Aetius* (inquit) *Patricius, magna Occidentalis Imperii ſalus, & Regis quondam Attilæ terror, a Valentiniano Imperature cum Boetio amico in Palatio trucidatur, atque cum ipſo Heſperium cecidit regnum, nec hactenus valuit relevari* * Hæc Marcellinus.

II. Quomodo autem id molitus ſit Maximus Romanus Senator, Procopius ita narrat (a): *Maximus erat quidam e Senatoribus, unus ex ſtirpe illius Maximi tyranni, quem Theodoſius Senior ſuſtulerat, pro qua victoria Romani quolibet anno feſtum agunt: huic uxor formoſiſſima, ſicut & pudiciſſima fuerat; qua Valentinianus amore captus cum potiri cuperet, reſque admodum ardua foret, rem iniquam excogitavit: Maximum juſſit ad ſe in Palatium venire, quo cum tali calludens, auro certo propoſito, annulum ejus victor nactus eſt; hunc clam ad uxorem miſit viri nomine, ut quamprimum ſigno perſpecto, in Palatium ſalutatum Eudoxiam Imperatricem veniat. Illa ſubito paret: quam certe, quibus res nota ac mandata erat, protinus in aula excipientes, longa in Gynecontidem duxerunt; ubi Valentinianus occurrens, vim ei intulit. Illa poſt hæc mæſta domum regreſſa, calamitatem fatumque ſuum flere, virumque magnopere deteſtari cœpit, ut qui occaſionem huic rei dederit.*

(a) Procop. de bel. Vvandal. l. 1.

III. Quid in Valentinianum Maximus moliatur.

Maximus vero dolore ingenti perculſus, de inſidiis contra Imperatorem ſecum meditatur. Cumque videret Aetium tunc maximum Ducem, qui paulo ante clariſſimam victoriam de Attila, Maſſegetarum, Scytharumque exercitu armato contra Romanum Imperium retulerat, ſuccurrit ei ita agere, ut laudem omnem & merita geſtorum amitteret, ſuſpectumque illum redderet Imperatori. Hic conſidera & in mentem revoca, lector, quomodo iiſdem inſidiis Aetius pereat, quibus ipſe olim circumvenerat magnum Ducem Bonifacium, cujus occaſione Wandali potiti ſunt Africa: unde perſpicias & divinam in tarditate ſupplicii patientiam, & æquum in exhibitione vindictæ judicium. Sed pergit Procopius: *Tempus quoque commodum tunc viſum, quod longe abeſſet, quod ſpes in eo potiſſimum Romanorum eſſet: Cum eunuchis agit, quorum cu-*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5947.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. CCCCXCII. A. C. 454.

☉ 15. C. ☽ 18. F. 4. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 454.

LEONIS PAPÆ 15.

VALENTINIANI III. 30.

MARCIANI 5.

I. Conſules.

[1] COSS. *Studius & Aetius*, uterque in Oriente creatus. De priori multa habet Baronius; ſed poſteriorem perperam confundit cum *Aetio* ter Conſule. *Aetius* enim, qui hoc anno Conſolatum geſſit, Præfectus urbis Conſtantinopolitanæ erat anno CDXIX. teſte Auctore Chronici Alex. annoque CDXXV. Præfectus Prætorio fuit ſub Theodoſio Jun. ut liquet ex lege Cod. Theod. *de imaginibus Imperialibus*, qui ideo alius eſt ab Aetio, qui Occidentalis Imperii ſalus fuit ſub Valentiniano III. quique eo ipſo anno CDXXV. curam Palatii Joannis tyranni agebat, ut teſtatur Renatus Profuturus Frigeridus apud Toronenſem lib. 2. cap. 8. *Aetius* hoc anno Conſul numeratur in Actis Concil. Chalced. Tom. IV. Concil. pag. 575. inter eos qui *Marcianum* Auguſtum comitati ſunt, quando ingreſſus eſt Synodum, ibique dicitur *Comes Domeſticorum & ſacrorum ſtabulorum*.

II. A num. I. ad IV. Proſper in Chronico ſub hujus anni Coſſ. de Aetii Patricii, non vero Con-

---

NOTÆ [1] S*Tudius, & Aetius*. In lapide in S. Pauli via Oſtienſi num. 432. hic annus, non his Coſſ. ſed poſt, conſulatu *Opilionis* adnotatur.

Depoſitus PRIDIE KAL. FEBRVARIAS
POST. CONSVLATV.
OPILIONIS. V. C.

Victor: *Aetio & Studio*; ita & Marcellinus. Faſti Idatii: *Aetio IV. & Studio*. S. Leonis epiſtola LXXII. *Aetio & Studio* VV. CC. COSS. Proſper vulgatus: *Aetio & Studio*. Proſper Vaticanus MS. *Aetio & Studio*. Mox additur: *Aetius & Boetius occiſi ſunt*. Utrumque hujus anni Conſulem in Oriente creatum fuiſſe tradunt, idcirco aliquando apud Occidentales *Poſt conſulatum Opilionis* hoc anno ſignatur. *Georgius*

cuſtodienti fidiſſimorum, corporis ſui curam Imperator tradiderat, ut ei perſuaderet, Aetium novis rebus ſtudere. Imperator facile credens, ſuſpectamque illius habens virtutem, ut interficeretur mandat. Fertur & proximum quemdam ex Romanis interrogaſſe, an utilis foret Aetii mors: ille autem reſpondiſſe; hoc ipſe videret, bene, an male; ſe tantum ſcire, quod ſibi dexteram altera manu inciderit. Hæc de Aetii nece Procopius: quæ autem ſubdit de graſſatione Attilæ in Italiam, ea ante Aetii mortem accidiſſe, jam ſuperius perſpicue demonſtratum eſt. Quid vero, ſublato de medio Aetio, Maximus in Valentinianum molitus ſit, ſuo loco dicendum anno ſequenti. De Aetii porro nece eſt verſus Sidonii Apollinaris in deteſtationem Valentiniani.

Valentinianus occidit Aetium. *Aetium Placidus mactavit ſemivir amens.*

Manibus etiam ipſius Valentiniani Imperatoris necatum eſſe Aetium, auctor (a) Miſcellæ teſtatur: ſed ita ante eum Caſſiodorus (b): *Aetius Patricius in Palatio manu Valentiniani Imperatoris extinctus eſt: Boetius vero Præfectus Prætorio ab amicis ejus circumſtantibus interemptus. At de Conſulatu & nece Aetii ſatis*: jam reliquas anni hujus res geſtas proſequamur.

(a) Paul. Diac. l. 15. (b) Caſſiod. in Chron. hoc anno.

IV. Leo ſollicitur pro rebus Alexandrinis. Sanctus Leo Romanus Pontifex, ut componeret res Orientalis Eccleſiæ omne adhibens ſtudium, plures hoc anno ea de cauſa ad Marcianum Imperatorem litteras dedit, ac primum quidem ☞ ſexto Idus Martii ☜ (c), quibus laborantem magno diſcrimine commendat Eccleſiam Alexandrinam, itemque Proterium recens ejus creatum Antiſtitem, cujus anno ſuperiori ſinceræ fidei profeſſionis litteras accepiſſet. In his quidem curandis; primo unde morbus irrepſiſſet docet, atque mox præſentaneum remedium affert his verbis: *Quia vero quorumdam hæreticorum verſuta nequitia ad conturbandam aliorum ſimplicitatem epiſtolam meam, quam ad beatæ memoriæ Flavianum dedi, falſaſſe perhibetur, ut commutatis quibuſdam verbis, vel ſyllabis, receptorem me Neſtoriani erroris adſerant. Obſecro venerabilem clementiam veſtram, ut eamdem epiſtolam per fratrem meum Julianum Epiſcopum, vel eos quos idoneos ad hoc opus pietas veſtra delegerit, in Græcum ſermonem jubeatis integre diligenterque tranſlatam, per idoneam latorem ſub veſtri ſignaculi impreſſione deferri, tradendam Judicibus Alexandrinis, qui eam clero & plebi ipſius civitatis cum prædictorum Epiſcoporum prædicationibus, qui & meo ſcripto conſentiunt, faciant recitari: ut agnoſcant ſe fallacium hominum fraude ulterius decipi non debere, & probetur Apoſtolicæ ſedis ſinceri eſſe diſcipuli, apud quam nec Eutyches, nec Neſtorius ullum obtineat locum; quia ſicut alios hæreticos, ita & iſtos damnavit.* Hæc S. Leo.

(c) Leo ep. 63. S. Leonis epiſtola ab hæreticis falſata.

V. Quænam autem fuerint quas dicit prædicationes Epiſcoporum eſſe una cum epiſtola ad Flavianum Alexandrinis ſignificandas, ſuperius manifeſtarat, nempe laboraſſe ſe ad convincendos & reducendos Alexandrinos ad fidem Catholicam, ut quæcumque ipſe ſcripſiſſet in dicta epiſtola ad Flavianum, ea cuncta probata teſtataque redderet aſſertionibus Alexandrinorum Epiſcoporum illorum, qui majori apud eos gloria claruiſſent: Nam ait: *Et ne memoratis nova inferre, & propria dicta epiſtola videatur adſtruere; venerabilium Patrum, qui ei Eccleſiæ præfuerunt, ſcripta relegantur; & quid beatus Athanaſius, quid Theophilus, quid Cyrillus, quid etiam Orientales magiſtri de incarnatione Domini ſenſerint, recognoſcant.* Et paulo poſt: *Sed nunc (ut dixi) hic docendi optimus modus eſt, ut paternorum ſenſuum linea Alexandrinæ plebis & cleri auribus innoteſcat; ac ſi qui ſunt qui noſtra ſcripta deſpiciant, illis ſaltem qui nobiſcum Apoſtolicis ſenſibus congruunt, acquieſcant.* Hæc ſanctus Leo ex divino plane deprompta Spiritu: Nam hoc

Quæ recta fidei Catholicæ prædicatio.

PAGIUS Conſulis, ut perperam Baronius morte, hæc ſcribit: *Inter Valentinianum Auguſtum & Aetium Patricium poſt promiſſa invicem fidei ſacramenta, poſt pactum de conjunctione filiorum diræ inimicitiæ convaluerunt; & unde fuit gratia charitatis augenda, inde exarſit fomes odiorum, incentore (ut creditum eſt) Heraclio ſpadone, qui ita ſibi Imperatoris animum in ſincero famulatu adſtrinxerat, ut eum facile in qua vellet, impelleret. Cum ergo Heraclius ſiniſtra omnia Imperatori de Aetio perſuaderet, hoc unum creditum eſt, saluti Principis profuturum, ſi inimici molitiones ſuo opere præoccupaſſet. Unde Aetius dum placita inſtantius repetit, & cauſam filii commotius agit, Imperatoris manu & circumſtantium gladiis crudeliter confectus eſt, Boetio Præfecto Prætorio ſimul perempto, qui eidem multa amicitia copulabatur.* Quod ſub hujus anni Coſſ. geſtum aſſerit etiam Caſſiodorus in Chronico. Turonenſis lib. 2. cap. 8. ex Renato Frigerido de patre uxore, & filio *Aetii* & honoribus, ad quos is provectus fuerat in Imperio Occidentali, ſingularia quædam refert, & Caſſiodorus Epiſt. IV. libri primi teſtatur, *Carpilionem* Aetii filium Legationis officio functum eſſe, cum ſuo patre ad Attilam, cum is Romæ imminerет. Ea tamen erat *Caſſiodori* in paternis laudibus moderatio, ut licet pater in hujus Legationis munere obeundo multam navaverit operam, ad Conſulatum tamen Herculani, & Sporatii anno CDLII. geſtum ſcribat tantum: *Cum quo (ſc. Carpilione) a Valentiniano Imperatore Papa Leo directus pacem fecit.*

Aetius Patricius a Valentiniano perimitur.

III. A num. IV. ad XXII. In editione Epiſtolarum Sancti Leonis Papæ a Queſnello V. C. curata, extant aliquæ hoc anno datæ, quas Baro-

Salubre remedium ad convincendas omnes hæreſes. hoc unum exhibitum Eccleſiæ Alexandrinæ remedium ſatis eſſe poteſt ad expurgandas hæreſibus omnibus cunctas Eccleſias, provocando nimirum ſingulas ad illos doctores, qui in eis doctrina & ſanctitate claruerunt, a quibus & Evangelium vel prædicatum ipſis, vel propagatum fuiſſe conſtat. Hæc quidem (ut diximus) ☞ ſexto Idus Martii ☜ Leo Pontifex ad Marcianum.

VI. Marcianus reſcribit adverſus hæreticos. Paruit Marcianus Auguſtus Leoni Pontifici, atque ea ejus ſententia promulgavit edictum ad ipſos potiſſimum Alexandrinos, quo juſſit eos non recedere debere ab his quæ a ſacris œcumenicis Conciliis ſtatuta fuiſſent, & quæ ipſis prædicata eſſent a ſanctis ipſorum Epiſcopis Athanaſio, Theophilo, atque Cyrillo. Quod autem in eo de ſancti Leonis epiſtola non meminit Imperator, inde fortaſſe accidit, quod illa nondum eſſet Græco ſermoni donata, vel ex prototypo emendata, quæ ad illos ab hæreticis corrupta allata fuerat. Sed illud adverte, in Codice Juſtinianeo depravatam Conſulibus ejuſmodi recitari ſanctionem: quippe cum in ejus inſcriptione a Valentiniano & Marciano promulgata feratur, conſules in fine ponuntur & dies, in quibus neuter illorum ſuperſtes erat. Quamobrem quoniam eadem ſanctio concinnationem habere cognoſcitur cum dicta epiſtola S. Leonis Papæ hoc anno data ad Marcianum Imperatorem ſexto Idus Martii; eamdem ipſam ſub hujus anni Conſulibus Idibus Auguſti (ut ſe habet) fuiſſe editam, jure dici poſſe videtur: Quam quidem veluti affinem dictæ Leonis epiſtolæ hic deſcribere dignum putamus: ſic enim ſe habet (a):

(a) *l. 8. C. de hæret.*

VII. Sanctio Marciani adverſus hæreticos. *Quicumque in hac ſacra urbe, vel Alexandrina, vel in omni Ægyptiaca diœceſi, diverſiſque aliis provinciis Eutychetis profanam perverſitatem ſequuntur, & non ita credunt, ut trecenti decem & octo ſancti Patres tradiderunt Catholicam fidem in Nicæa civitate fundantes: centum quoque & quinquaginta alii venerabiles Epiſcopi, qui in alma urbe Conſtantinopolitana poſtea convenerunt; ſicut & Athanaſius & Theophilus & Cyrillus ſanctæ recordationis Epiſcopi Alexandrinæ civitatis credebant, quos etiam Epheſina Synodus (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Neſtorii error expulſus eſt) in univerſis ſecuta eſt; quos & nuper venerabilis Chalcedonenſis Synodus eſt ſecuta prioribus Conciliis ſacerdotum in omni prorſus parte conſentiens, nihil adimens ſacroſancto Symbolo, neque adiiciens, ſed Eutychetis dogmata funeſta condemnans: ſciant ſe eſſe hæreticos Apollinariſtas: Apollinaris enim facinoroſiſſimam ſectam Eutyches & Dioſcorus mente ſacrilega ſunt ſecuti. Ideoque hi homines, qui Apollinaris, vel Eutychetis perverſitatem ſequuntur, illis pœnis, quæ divorum retro Principum conſtitutionibus contra Apollinariſtas; vel ſerenitatis noſtræ poſtmodum ſanctione contra Eutychianiſtas; vel hac ipſa Auguſtiſſima lege contra eoſdem decretæ ſunt, noverint ſe eſſe plectendos.*

Idcirco Apollinariſtas, hoc eſt, Eutychianiſtas (quibus etſi eſt in appellatione diverſitas, tamen eſt in hæreſis perverſitate coniunctio, & diſpar quidem nomen, ſed idem ſacrilegium) ſive in hac alma Urbe, diverſiſque provinciis, ſive in Alexandrina civitate, ſive intra Ægyptiacam diœceſim ſunt, & neque ita credunt, ut prædicti venerabiles Patres credebant, neque viro reverendiſſimo Alexandrinæ urbis Antiſtiti Proterio fidem Orthodoxam tenenti communicant, Epiſcopos, presbyteros alioſve clericos creare & habere prohibemus. Scientibus tam his Eutychianiſtis, qui auſi fuerint cuiquam Epiſcopi, vel presbyteri, vel clerici nomen imponere, quam his qui paſſi fuerint impoſitum ſibi nomen ſacerdotale retinere, pœnam exilii cum facultatum ſuarum amiſſione ſe habituros. VIII. Pœnæ ſtatutæ adverſus Eutychianos & Apollinariſtas. Uni-

PAGIUS

S. Leo Orientali Eccleſiæ ſedandæ operam navat.

ronios non viderat, quibus Annales Eccleſiaſtici locupletari poſſunt. Prior eſt ordine XCIX. ad Marcianum Aug. a Leone ſcripta ſub hujus anni Coſſ. *V. Idus Januarii*. Ea Leo gratias agit Imperatori pro ſedatis Palæſtinæ tumultibus, & quod licuit *Juvenali* ad Epiſcopatus Sedem tandem remeare, *non jam reſultante populo, ſed deſiderante*. *Dioſcorum* etiam ejuſque ſequaces perſtringit, rogatque, ut *ſi quid uſquam aut ægrum aut turbidum* & ſanitati reddatur & paci. Tum *ſeptimo Idus Martii* Leo ſcripſit ad eumdem Marcianum Aug. Epiſtulam ordine CI. & ad Julianum Epiſcopum Coenſem Epiſtolam ordine CII. Prior tota eſt de correctione *Anatolii*, quem objurgat, ut auctorem diſſidiorum, laudato *Marciano* ut pacis amante: quippe qui ſedare velit tempeſtatem, quam Anatolius excitavit; eaque conditione pollicetur amicitiam ut prius Scripto teſtetur, ſe abjeciſſe culpabilem ambitum: *ſatisfaciat*, inquit *Leo*, *canonibus*, & *omnium gratiam Sacerdotum ſervaturum ſe eſſe reſcribat, ambitumque culpabilem ſe abjeciſſe ſignificet*. Anatolius omnia ex votis Leonis facturum ſe dixerat; ad quæ S. Leo: *Tantum quod verbis ſpondet, corde perficiat*. Quod ſi abnuat, minatur ſe libere & conſtanter facturum: *Si vero ait, quæ Deo & Pietati veſtræ diſplicent, pertinaci intentione delegerit, ſalva manſuetudinis veſtræ reverentia, utar cum omnibus, & pro omnibus, vobis quoque annitentibus, adverſus ſuperbientem liberiori conſtantia, quem, quod ſæpe dicendum eſt, malim pro ſanctis actibus fraterna charitate complecti*. Cum omnibus, dicit, & pro omnibus, quia non ſolum ſua, ſed & aliorum erat cauſa, ſi ſuperbiam & ambitum Anatolii retunderet, canonum vim & auctoritatem defenderet, & Privilegia Eccleſiarum vindicaret ab interitu. Secunda Epiſtola Leo rogat *Julianum Coenſem*, ut Epiſtolam ſuam ad Flavianam ex Latino in Græcum ſermonem vertat, quam

IX. *Univerſi præterea Apollinariſtæ, vel Eutychianiſtæ non eccleſias, non monaſteria ſibi conſtruant: paraſynaxes & conventicula tam diurna quam nocturna non contrahant; neque ad domum, vel poſſeſſionem cujuſquam, neque ad monaſterium, vel quemcumque alterum locum opratnri ſecta funeſtiſſimæ congregentur. Quod ſi fecerint, & hoc factum fuiſſe domino volente conſtiterit; poſt rem in examine Judicis approbatam, domum vel poſſeſſionem ejus, in qua convenerint, vel monaſterium, ejus civitatis Orthodoxæ Eccleſiæ, in cujus territorio eſt, jubemus addici. Si vero ignorante domino, ſciente vero eo qui penſiones domus exigit, vel actore, vel conductore prædii, paraſynaxes & conventicula interdicta collegerint: conductor vel procurator, ſive actor, vel quicumque eos in domum vel poſſeſſionem vel monaſterium receperint, & paſſi fuerint illicitas paraſynaxes, conventuſque celebrari; ſi viles & abjectæ ſint conditionis, fuſtibus publice & in pœnam ſuam & in aliorum coerceantur exemplum: ſi honeſtæ vero ſint perſonæ decem libras auri mulctæ nomine Fiſco noſtro cogantur inferre.*

X. *Nullum præterea Apollinariſtam, vel Eutychianiſtum ad aliquam jubemus aſpirare militiam: & ſi inventi fuerint militare cingulo ſoluto honeſtorum hominum & Palatii communione priventur: nec in aliqua, nec in qua nati ſunt civitate, vel vico, aut regione verſentur. Si qui vero in hac alma urbe nati ſunt, tam ſacratiſſimo Comitatu, quam omni per provincias metropolitana civitate pelluntur. Nulli inſuper Eutychianiſtæ, vel Apollinariſtæ publice vel privatim convocandi cœtus, vel circulos contrahendi, & de errore hæretico diſputandi, ac perverſitatem facinoroſi dogmatis aſſerendi tribuatur facultas. Nulli etiam contra venerabilem Chalcedonenſem Synodum liceat aliquid vel dictare, vel ſcribere atque emittere, aut aliorum dicta vel ſcripta ſuper eadem re proferre. Nemo hujuſmodi habere libros, & ſacrilega ſcriptorum audeat monumenta ſervare. Quod ſi qui in his criminibus fuerint deprehenſi, perpetua deportatione damnentur. Eos vero qui diſcendi ſtudio adierint de infauſta hæreſi diſputantes, decem librarum auri, quæ Fiſco noſtro inferendæ ſunt, jubemus ſubire diſpendium. Ultimo etiam ſupplicio coerceantur, qui illicita docere tentaverint. Omnes vero hujuſmodi chartæ, ac libri, qui funeſtum Eutychetis ſcilicet & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur, ut facinoroſæ perverſitatis veſtigia flammis combuſta depereant. Æquum namque eſt, ut immaniſſima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat. Scientibus Moderatoribus provinciarum eorumque apparitoribus, Defenſoribus etiam civitatum, quod ſi ea quæ legis hujus religioſiſſima ſanctione cuſtodienda decernimus, aut neglexerint aut aliqua permiſerint temeritate violari; denarum librarum auri mulctam Fiſco noſtro inferre cogentur, inſuper etiam exiſtimationis ſuæ periculum ſuſtinebunt. Dat. Conſtantinopoli, Idibus Auguſti, Conſtantio & Ruffo Conſulibus.* Sed reddenda hæc ad hujus anni Conſules Studium & Aetium. Quod ſi non mutandos Conſules quis pertinaciter aſſeveret, tunc neceſſe ipſis erit, ut titulum legis mutet, ac pro Valentiniano & Marciano reſtituat Majorianum atque Leonem. Sed cum hac conſtitutione Imperator profiteatur ſe contra Eutychianos alias ediddiſſe ſanctiones, nihil eſt quod ad Leonem poſt eum in Oriente regnantem, ipſo primo ſui Imperii anno, qui dictis Conſulibus conſignatur, ſpectare poſſit. Porro qui revera legem ſancivit Marcianus Auguſtus, idem in tranſgreſſores ejus animadvertiſſe reperitur: Etenim fautores Dioſcori, qui turbas Alexandriæ excitabant, ab Eccleſia pulſos, in exilium mitti præcepit, ut fidem faciunt literæ Orthodoxorum Ægyptiorum ad Leonem Imperatorem poſt necem Proterii datæ (*a*), quæ ſuo loco recitabuntur. Modo ad Leonem Romanum Pontificem redeamus. Reſtituitur textus Cod. Juſtinianei.

(*a*) *Apud Evagr. l. 2. c. 8.*

XI. Sequenti menſe poſt datam epiſtolam ad Marcianum Imperatorem, decimoſeptimo Kalend. Maii, ad eumdem de Aca-

PAGIUS quam ſub ſignaculo Auguſti miſſam Alexandrinæ plebi in Eccleſia recitari vult, &, ut nihil illum lateat, exemplaria Epiſtolarum ad Marcianum, & ad Proterium Epiſcopum Alexandrinum a ſe ſcriptarum illi mittit. Denique jubet, ut *de Paſchate* ſequentis anni ſollicitus ſit.

IV. *S. Proterius Epiſc. Alexand. ad S. Leonem ſcribit.* Hoc etiam anno Sanctus *Leo* literas a præfato *Proterio* accepit, allatas per *Neſtorium* Epiſcopum. Romam non recta is venit, ſed per Conſtantinopolim iter faciens, literas Imperatoris ei detulit, in quibus de novo Alexandrinorum Antiſtite *Proterio* magnifice loquebatur. Hujus fides *Leoni* primo ſuſpecta: quia charus olim *Dioſcoro*, qui curam tutelamque Alexandrinæ Eccleſiæ illi commiſerat, quando ad Synodum profectus eſt. Gratæ Leoni literæ quia ejus rectam fidem, ut Marcianus prius teſtatus fuerat, declarabant, quibus & Leo egregie reſpondit Epiſtola, quæ inter Leoninas eſt CIII. Baronius anno CCCCLIII. num. XXVIII. eam periiſſe vehementer dolebat, quam Queſnellus ex codice Cardinalis Grimani publici tandem juris fecit. Multis ſuam ad Flavianum Epiſtolam in illa defendit S. Leo adverſus calumnias hæreticorum, quam legi optat frequenti concione ut Alexandrinos de ſua doctrina certos faciat, quæ eadem eſt ac ea, quæ a ſuis illiuſque defenſa eſt majoribus. Rogat deinde *Proterium*, ut allata Patrum teſtimonia cum ſua Epiſtola publice conferat: quo palam fiat, eum *Neſtorium*

tolio Epiſcopo Conſtantinopolitano, cum faſtum, quo erectus erat, demiſiſſe videretur, hæc ſcribit (*a*): *Conſtantinopolitanus Epiſcopus ad summam pietatis profectum præſenti clementiæ veſtræ doceatur exemplo: Si fideliter veſtris acquieſcat hortatibus, habebit in me ſinceræ gratiæ animum; tantum ut quod verbis ſpondet corde perficiat. Si vero quæ Deo & pietati veſtræ diſplicent, pertinaci intentione delegerit, ſalva manſuetudinis veſtræ reverentia, utar cum omnibus & pro omnibus, vobis quoque adnitentibus, adverſus ſuperbientem liberiori conſtantia: quem (quod ſæpe dicendum eſt) mallem pro ſanctis actibus fraterna charitate complecti*. Hæc de Anatolio ad Imperatorem.

(*a*) *Leo ep. 70.* Anatolii faſtus repreſſus.

XII. Marciani ſanctio contra Anatolium. Perſuaſus igitur litteris Leonis Pontificis Marcianus Auguſtus, Anatolii repreſſit audaciam, nihilque ipſum ſibi voluit de ſedis primatu amplius arrogare, ſed juſſit ſtare decretis ſacroſancti Nicæni Concilii: quod ſtuduit innoteſcere, publica ſanctione hoc anno data ſub dictis Conſulibus Aetio & Studio, qua omnibus notum fecit, nihil penitus innovandum de privilegiis antiquitus conceſſis Eccleſiis. Quinetiam omnia caſſa reddidit, quæcumque ex ambitione Anatolii contra antiquos canones Chalcedone præſumpta eſſent de primatu Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ. Deſideratur ipſa quidem integra ſanctio, cujus tantum fragmentum in Juſtinianeo inſertum eſt Codice. Puto enim, dedita opera eam eſſe decurtatam ſanctionem de abrogando primatu ſancitam, eo quod ipſe Juſtinianus contrarium poſtea firmare voluit, cum ſua ſanctione (*b*) eidem primatum contulit. Sed reddamus hic ejuſdem ſanctionis Marciani fragmentum illatum in Juſtinianeum (ut dictum eſt) Codicem, iſtis verbis (*c*).

(*b*) *Juſtin. Novel. 131. c. 2.*

(*c*) *l. 12. C. de ſacroſanct. Eccl.*

Impp. Valentinianus & Marcianus Augg. Palladio Præfecto Prætorio.

XIII. *Privilegia, quæ generalibus conſtitutionibus univerſis ſacroſanctis Eccleſiis Orthodoxæ religionis retro Principes præſtiterunt, firma & illibata in perpetuum decernimus cuſtodiri. Omnes ſane pragmaticæ ſanctiones, quæ contra canones Eccleſiaſticos interventu gratiæ vel ambitionis elicitæ ſunt, ſuo robore & firmitate vacuatas eſſe præcipimus. Et quia humanitatis noſtræ eſt, egenis proſpicere, ac dare operam ut pauperibus alimenta non deſint; ſalaria etiam, quæ ſacroſanctis Eccleſiis in diverſis ſpeciebus de publico hactenus miniſtrata ſunt, jubemus nunc quoque inconcuſſa & a nullo prorſus imminuta præſtari: liberalitatique huic promptiſſima perpetuam tribuimus firmitatem. Data Aetio & Studio Conſſ.* Quum quidem legem ut dicamus a Marciano potius quam a Valentiniano ſancitam, cum utriuſque Imperatoris habeat nomina inſcripta; Præfecti Palladii nomen, ad quem data eſt, Marciani eſſe neceſſario fateri admonet; etenim ipſe Conſtantinopoli gerebat Præfecturam, ut ex Novellis ejuſdem Marciani Imperatoris apparet.

Marciani ſanctio de privilegiis Eccleſiarum.

Quæ autem de ſua emendatione idem Anatolius ad ſanctum Leonem hoc anno reſcripſerit, ex redditis ad eumdem ab ipſo Pontifice literis ſatis poteſt intelligi: nimirum recepiſſe in amicitiam, quem ab archidiaconatu depoſuerat, Aetium, & provectum in illius gradum Andream Eutychianum in ordinem redegiſſe, itemque a cœptis deſtitiſſe, quibus primatum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ quæſierat. Sed quod magni momenti res hæ ſunt: quomodo commotus Magni Leonis rugitu, perterritus factuſque ille paruerit, reddamus hic de his ad eumdem Anatolium ſcripta in epiſtola verba, quæ ſunt hujuſmodi (*d*):

(*d*) *Leo ep. 71.*

XIV. Obtemperat Leoni Anatolius. *Quod ergo in Conſtantinopolitana Eccleſia quædam in officiis clericorum correcta ſignificas, ut & Aetium presbyterum in gratiam tuam affectionemque revocaveris, & Andream Archidiaconi actione ſubmoveris: nobis placuiſſe reſcribo, quia exiſtimationem tuam (ut optabam) plurimum erigit & commendat. Et merito poſt correctionem in oblivionem deducitur, quod reprehenſioni obnoxium videbatur, cum hæreticorum provectione, & ſanctæ memoriæ Flaviani injuria gravaveris: quæ nunc ſimul ab omni offenſione* cum

PAGIUS pariter & *Eutychen* deteſtari. Queſnellus Epiſtolæ S. Leonis ſubjunxit Epiſtolam *Proterii* ad S. Leonem datam, quæ tota eſt de ratione Paſchali, occaſione Paſchatis anni inſequentis, de quo magna erat controverſia. Baronius loco laudato putabat etiam, eam *Proterii* ad Leonem Epiſtolam periiſſe.

V. *Anatolii Epiſtola ad S. Leonem & hujus ad illum.* In Holſteniana Collectione extat *Anatolii* Patriarchæ Conſtantinopolit. Epiſtola, quam Queſnellus collocavit inter Epiſtolas Divi Leonis poſt Epiſtolam CV. ad Marcianum Aug. quæ alias erat LXX. Ex ea Anatolium ad ſaniorem mentem rediiſſe diſcimus; ſuum enim ex conteſtatione ſilentioque Leonis timorem ſignificat, & ſe perfeciſſe, quod ſanctus Pontifex petierat: *Ea ſtatim, quæ continebantur eis* (literis) *ut placita vobis, implevi: quod me facere vel communis pacis utilitas, vel quod decuerat, optabatur*. Subdit Anatolius, loco reſtitutum *Aetium Andream* depoſitum & abjectum ab Eccleſia, cum Eutychete Eutychianiſque omnibus; etſi in ſpeciem hæreſim fuiſſent deteſtati, ſubſcripſiſſentque epiſtolæ ejus ad Flavianum. Decretum vero in honorem Sedis Conſtantinop. non ſe, ſed ſuæ Clericos Eccleſiæ quæſiviſſe; qui & confirmationi *Leonis* omnia reſervarant. Hanc Anatolii Epiſtolam ſimul cum Epiſtola Marciani Aug. accepit Leo, cui utrique eodem die reſcripſit *quarto Kalendas Junii*. Ad Anatolium Epiſtolam CVI. quæ alias erat LXXI. de-

cum tui (ut volui) laude ceſſerunt ; quia in ordinem ſuum quæ fuerant turbata redierunt. Andream ſane, qui rationabiliter Archidiaconi eſt privatus officio, & Euphratam qui ſanctæ memoriæ Flaviani (ut comperi) improbus extitit accuſator, ſi profeſſionibus pleniſſime ſcriptis non minus Eutychianam hæreſim quam Neſtorianum execrabile dogma condemnant; quoniam venia eſt præſtanda correctis, presbyteros conſecrabis, ut ſibi remedium Catholicæ fidei ſentiant profuiſſe: electo primitus & probato qui Archidiaconi officium poſſit implere, quem nulla unquam prædictarum impietatum fama reſperſerit. Cæteri vero quos par reatus involverat, ſi veniam ſimili profeſſione cum ſatisfactione depoſcunt, ſuis ordinibus reformentur, his tantum ad officium primorum admiſſis, quos ab omni errore liberos eſſe conſtiterit. Videſne, lector, ſanctum Leonem ſuo arbitrio adeo longe poſitam moderari Conſtantinopolitanam Eccleſiam, perinde ac in Romanæ urbis ſuburbiis eſſet conſtituta? Sed quod ad illam de primatu cauſam pertinet, ab ea inſania reſipuiſſe Anatolium laudat: redarguens tamen frigidam ab eo excuſationem allatam, emendationem vero maxime probans, hæc ait:

XV. Abiicit curam primatus Anatolius.

Illam autem culpam, quam de augenda poteſtate, aliena (ut aſſeris) adhortatione contraxeras, efficacius atque ſincerius tua claritas diluiſſet, ſi quod tentari ſine tua voluntate non potuit, non ad ſola clericorum conſilia tranſtuliſſes: quia ſicut in mala ſuaſione delinquitur, ita & in mala conſenſione peccatur. Sed gratum mihi, frater cariſſime, eſt quod dilectio tua profitetur ſibi diſplicere quod tunc etiam placere non debuit. Sufficit in gratia communis regreſſum profeſſio dilectionis tuæ, & atteſtatio Principis Chriſtiani: nec videtur tarda correctio, cui tam venerabilis aſſertor acceſſit. Abiiciatur penitus inconceſſi juris, qui diſſenſionem fecerat appetitus, &c. Vides igitur fruſtra ciſum ſexcentorum Epiſcoporum ſuffragiis Anatolium, dum unus ei reſtitit Romanus Pontifex ſuper omnes & in omnibus arbiter, & adverſus omnes legitimus legum Eccleſiaſticarum vindex & cuſtos, qui ſolus irritum reddat, quod Concilium ſexcentorum Patrum ſententiis comprobaſſet.

XVI. Ad hæc inſuper iiſdem ad Marcianum Imperatorem ſanctus Leo litteris datis adverſus improbum Eutychetem foventem adhuc in exilio hæreſim iſta conſcripſit: (a) *Quia vero ſuggeſtiones meas pro tranquillitate Catholicæ fidei libenter accepiſtis; ſignificatum mihi fratris & Coepiſcopi mei Juliani ſermone cognoſcite, Eutychetem impium pro ſuis quidem meritis exulare; ſed in ipſo ſuæ damnationis loco multa adverſus integritatem Catholicam blaſphemiarum deſperationis venena profundere; & quod in illo totus mundus horruit atque damnavit, impudentia majore, ut innocentes decipere poſſit, evomere. Plenum itaque rationis æſtimo, ut veſtra clementia ad longinquiora eum jubeat & ſecretiora transferri. Monaſterio vero ejus Conſtantinopoli conſtituto, in quo habitatores ipſius monachi Evangelica Apoſtolicaque doctrina crebrius ſunt & plenius roborandi; ſalubriter (ut arbitror) fiet, ſi is qui ipſi monaſterio præpoſitus eſſe dicitur, a ſocietate veneratoris veſtri Juliani Epiſcopi, quem in ſpeculis propter fidem illic eſſe conſtitui, non recedat, cujus aſſidua viſitatione profectus ſervorum Dei illic habitantium poſſit augeri.* Hæc ſanctus Leo. Quid vero poſt hæc factum ſit de Eutychete ignoratur.

(a) Leo ep. 70. De Eutych. longius in exilium pellendo.

XVII. Quod autem pertinet ad res Palæſtinas: Juvenalis Epiſcopus, quem anno ſuperiori reverſum diximus in ſuam Eccleſiam, pacifice agens, hoc anno legatos miſit ad S. Leonem Romanum Pontificem, ſimulque dono dedit particulam ligni ſanctiſſimæ Chriſti Crucis. Accepit illud grato animo ipſe Leo, ſed reſcribens noluit prætermittere dignam quam ob res præteritas perperam geſtas objurgationem ille commeruiſſet: ad ipſum igitur hoc anno, dictis Conſulibus, ſcribens, hæc habet ipſo exordio epiſtolæ (b):

(b) Leo ep. 72.

XVIII. Leo redarguit Juvenalem Epiſcopum.

Acceptis dilectionis tuæ litteris, quas ad me filii noſtri Andreas presbyter & Petrus diaconus detulerunt, gaviſus quidem ſum, quod tibi ad Epiſcopatus tui ſedem redire licuiſſet: Sed confluentibus in recordationem omnibus quæ te per quoſdam exceſſus laborare fecerunt, dolui adverſitatum tuarum temetipſum tibi fuiſſe materiam, & reſiſtendi hæreticis conſtantiam perdidiſſe, qui exiſtimant non eſſe tibi liberum, ut eos auderes redarguere, quos tibi profeſſus ſis in ſuo errore placuiſſe

PAGIUS dedit, ſignificavitque ejus culpam fuiſſe, ſi ſuis caruerit literis, quia ſibi non ſatisfecerit, egeritque contra canones: ſe tamen affici gaudio, quod *Aetium* in amicitiam receperit, & ab Archidiaconatu removerit *Andream*, depoſueritque *Euphratem* accuſatorem Flaviani: poſſe tamen ordinari Presbyteros, ſi Neſtorianiſmi & Eutychianiſmi ſuſpicionem tollant: in locum *Andreæ* ſufficiendum alium, cujus fides non ſuſpecta ſit, parum ſincere loqui, qui non ſuam, ſed clericorum cupiditatem cauſaretur: nihil eos auſos, niſi ipſo annitente. De hac Leonis ad Anatolium Epiſtola Baronius num. XIV. & ſequenti.

VI. Prava in Eccleſia Conſtantinopolitana conſuetudo invaleſcebat: *Oeconomus* Eccleſiæ rationes facultatum & oblationum ad Judices publicos deferebat, non, ut moris erat, ad Epiſco-

cuiſſe. Beatæ enim memoriæ Flaviani condemnatio, & impiiſſimi Eutychetis receptio, quid niſi Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem negatio fuit? Et paulo poſt: *Unde quia in tempore indulgentiæ reſipiſcentiam magis quam pertinaciam delegiſti; ita gaudeo te cæleſtem recepiſſe medicinam, ut fidei ab hæreticis impugnatæ tandem poſſis eſſe defenſor. Quamvis enim nulli ſacerdotum liceat neſcire quod prædicat, quoniam qui ignorat ignorabitur: inexcuſabilior tamen eſt omnibus imperitis quilibet Hieroſolymis habitans Chriſtianus, qui ad cognoſcendam virtutem Evangelii non ſolum paginarum eloquiis, ſed ipſorum locorum teſtimoniis eruditur, &c.* Pluribus vero docet & monet pro fide ſincera ſtrenue agere, & ad poſtremum de miſſo ſanctæ Crucis ligno gratias agit.

XIX. His itaque Leonis Papæ litteris ceu flagris excitatus Juvenalis Epiſcopus, in Palæſtina provinciale Concilium collegit, in quo ad expurgandam ab hæreſi totam provinciam illam, omnibus fidem Catholicam ſervandam propoſuit. Extat adhuc Synodalis ejuſdem Concilii epiſtola ſcripta ad Archimandritas & monachos ejuſdem provinciæ Palæſtinæ; eſt ejus exordium: *Cum ſummus & primus Apoſtolorum Princeps dixiſſet: Tu es Chriſtus, &c.* Habetur (*a*) inter epiſtolas virorum illuſtrium ſcriptas pro Concilio Chalcedonenſi. Porro in litterarum ſubſcriptione primo loco poſitus legitur ipſe Juvenalis Hieroſolymorum Epiſcopus, ſecundo vero loco Irenæus Epiſcopus Cæſarienſis Eccleſiæ, quæ ex decreto Nicæni Concilii conſtituta fuit totius Palæſtinæ metropolis, adverſus quod ipſe ſibi Juvenalis arrogaverat primatum; cujus rei cauſa idem ſanctus Leo eidem magnopere reſtitit, cum hæc accepiſſet a Maximo Epiſcopo Antiocheno, ad quem de eodem talia ſibi arrogante Juvenale iſta reſpondit (*b*):

(*a*) *Extat to. 2. Conc. nova edit.*

Juvenalis arrogat privilegia Eccl. Cæſarienſis.

(*b*) *Leo ep. 62.*

XX. *Subrependi occaſiones non prætermittit ambitio; & quoties ob incurrentes cauſas generalis congregatio facta eſt ſacerdotum, difficile eſt ut cupiditas improborum non aliquid ſupra menſuram ſuam moliatur appetere: ſicut etiam in Epheſina Synodo, quæ impium Neſtorium cum dogmate ſuo perculit, Juvenalis Epiſcopus ad obtinendum Palæſtinæ provinciæ principatum credidit ſe poſſe ſufficere, & inſolentes auſus per commentitia ſcripta firmare. Quod ſanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus merito perhorreſcens, ſcriptis ſuis mihi quid prædicta cupiditas auſa ſit, indicavit & ſolicita prece multum popoſcit, ut nulla illicitis conatibus præberetur aſſenſio. Nam cujus epiſtolæ ad nos exemplaria direxiſti ſanctæ memoriæ Cyrilli, eam in noſtro ſcrinio requiſitam, nos authenticam noveritis reperiſſe. Hoc autem proprium definitionis meæ eſt, ut quantumlibet numerus ſacerdotum amplior aliquid per quorundam ſubreptionem decernat, quod illis trecentorum decem & octo Patrum conſtitutionibus inveniatur adverſum; id juſtitiæ conſideratione caſſetur: quoniam univerſæ pacis tranquillitas non aliter poterit cuſtodiri, niſi ſua canonibus reverentia intemerata ſervetur.* Hæc Leo.

Leo Papa irritat quæ Juvenalis uſurparat.

XXI. Vides igitur in Juvenale nihil optimo dignum Epiſcopo reperiri, & ſecundum parœmiam illam, in bello cervum, in pace ſe præſtitiſſe leonem: qui malis artibus, mentitiſque ſcriptis contra Nicænum Concilium invadens jura primatus; licet Cyrillus primo eidem (ut dictum eſt) reſtitiſſet in Concilio Epheſino, ac ſanctus Leo penitus caſſum reddidiſſet quicquid ab eo uſurpatum eſſet; adhuc tamen non erubuit in dicta Synodo ante Cæſarienſem totius Palæſtinæ Primatem locum ſibi principem vendicare, qui (ut Leo redarguit) nec inter Epiſcopos inferiores ob violatam fidem pacemque Catholicam locum habere dignus erat; ſed bono pacis, indulgentia Romani Pontificis factum eſſet, ut poſt lapſum ſederet Epiſcopus. Quod autem ſanctus Leo dicat, ea de re tempore Concilii Epheſini Cyrillum Epiſcopum Alexandrinum ad ſe ſcripſiſſe; puto intelligendum, vel ad ſe, hoc eſt, ad Romanum tunc exiſtentem Pontificem, vel (quod magis placet) quod eo tempore eſſet ipſe Leo Eccleſiæ Romanæ Archidiaconus, & ejuſdem Eccleſiæ negotia pertractaret. Sed de Juvenale hactenus.

Juvenalis Epiſcopus qualis.

Hoc

PAGIUS

ſcopum & Clerum Eccleſiæ. Hujus mali prima labes, avaritia Clericorum: nam, dum illi negotium Dei quæſtui habent, & rem Eccleſiæ ex commodo metiuntur, lites inter ſe & diſſidia ſerunt, quibus dirimendis non idonei, quia inter ipſos Sacerdotes, qui & ipſi judices, pugna. Delatæ ad publicos magiſtratus cauſæ, ſenſimque pravum exemplum fuit conſuetudo. *Gennadius* ſucceſſor Anatolii, ut hanc avaritiæ peſtem *profligaret*, laboravit. Nam Theodorus Lector lib. 2. docet, *Sanctum Marcianum* ejus Oeconomum juſſiſſe, ut ſuis ſingulæ Baſilicæ fruerentur oblationibus, quas prius primaria retinebat. Huic malo conſultum, Leo volens, de judiciis Clericorum ad Imperatorem ſcribit, & ſe jam de hoc negotio prius ſcripſiſſe refert. Hanc ejus Epiſtolam ex Codice Card. Grimani eruit Queſnellus. *Illud etiam*, inquit Leo, *rationabiliter huic Epiſtolæ credidi copulandum, ut de eo, quod Pietatem veſtram, prioribus petii literis, deprecarer, ut Oeconomos Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ novo exemplo, & præcipue Pietatis veſtræ temporibus a publicis Judicibus non ſinatis audiri; & hanc quoque injuriam a ſacris removeatis ordinibus; ſed rationes Eccleſiæ ſecundum traditum morem Sacerdotali examine jubeatis inquiri.*

Prava Eccleſiæ Conſtantinop. conſuetudo.

Ad

XXII. Clades inſulæ Siciliæ.

Hoc ipſo anno Wandali, qui Africam occupabant, pyraticam exercentes, Siciliam inſulam deprædati ſunt. Id cum alii complures ſcribant, eſt de his querela Paſchaſini Epiſcopi Lilibæi in Sicilia, in epiſtola hoc anno (ut diximus) ad ſanctum Leonem ſcripta, qui eum litteris fuerat conſolatus; in cujus exordio hæc de his habet (a): *Apoſtolatus veſtri ſcripta, diacono Panormitanæ Eccleſiæ Silano deferente, percepi; quæ nuditati meæ atque ærumnis, quas amariſſima captivitate faciente incurri, ſolatium in omnibus atque remedium attulerunt, cæleſti rore animum recreantes, atque omne quod triſte fuerant abſtergentes.* Ado Viennenſis de his agens in Chronico, hæc de eadem clade ex eodem auctore: *Uvandali Carthagine capta, Siciliam quoque deleverunt: cujus captivitatis Paſchaſinus Lilibetanus Antiſtes, in epiſtola quam de ratione Paſchatis Papæ Leoni ſcripſit, meminit.* Hæc ipſe, licet captivitati Carthaginenſi male conjungat Siciliæ inſulæ cladem, cum ante annos quindecim illa contigerit. Sed & ex eadem Paſchaſini epiſtola corrigendus eſt Victor, dum tradit hæc poſt Valentiniani Auguſti obitum facta eſſe, qui contigit anno ſequenti; nam ait: *Poſt ejus mortem Genſericus totius Africæ ambitum obtinuit, necnon & inſulas maximas Sardiniam, Siciliam, Corſicam, Ebuſam, Majoricam, Minoricam, & alias multas, & ſuperbia ſibi conſueta defendit.* Hæc Victor, qui (ut dictum eſt) Paſchaſini teſtificatione corrigitur. Sed excuſari poteſt dicique diverſam fuiſſe hujus anni per Genſericum factam pyraticam graſſationem, ab illa invaſione, cum poſt Valentiniani obitum omnibus illis potitus eſt inſulis, & ſub tributo redegit.

(a) Apud S. Leonem poſt ep. 63.

XXIII. Hoc eodem anno, Aetio adhuc vivente: *Attila* (inquit Marcellinus) *Actii hortata noctu mulieris manu cultro confoditur: Quidam vero ſanguinis rejectione eum necatum perhibent.* Hæc ſub anni hujus Conſulibus Marcellinus: Caſſiodorus autem ſub anni ſuperioris Conſulatu. ☞ Porro feminam hanc recens amatam ab Attila, cum plures nominent Hildiconem, Micholtam alii; Paulus diaconus in ſua rerum Romanarum hiſtoria, quam appendicem poſuit ad Eutropium, eam appellat Indicto, niſi ſit mendum in codice, cum de Honoria ſorore Valentiniani Auguſti, filia videlicet Gallæ Placidiæ ejuſmodi etiam texit hiſtoriam: *Igitur Attila tali modo a ſua ſævitia repreſſus, relicta Italia, Pannonias repetit. Ad quem Honoria Valentiniani Principis germana, dum a fratre ob decus pudicitiæ diſtricte ſervaretur, ſuum Eunuchum dirigit, quatenus eam ſibi a fratre in matrimonium extorqueret. Accepto itaque hoc Attila nuntio qui jam Italiæ fines exceſſerat, nec tamen fatigato exercitu regredi poterat; mandat Valentiniano Imperatori, minitans pejora ſe proxime illaturum Italiæ, niſi mox ei ſuam germanam cum parte Regni debita tranſmiſiſſet. Qui reverſus ad proprias ſedes, ſupra plures quas habebat uxores, puellam valde decoram * Indicto nomine ſibi in matrimonium junxit. Ob cujus nuptias profuſa convivia exercens, dum tantum vini, quantum numquam antea inſimul bibiſſet; cum ſupinus quieſceret, eruptione ſanguinis, qui ei de naribus ſolitus erat effluere, ſuffocatus & extinctus eſt. Eadem denique apud Conſtantinopolim nocte, Marciano Imperatori in ſomnis Dominus apparens, arcum Attilæ fractum oſtendit.* Hæc Paulus.

De interitu Attilæ.

* Indico, vel Ildico.

XXIV. Porro quod ad Honoriam ſpectat quod unicum Romæ aureum numiſma reperitur illud ipſum hic tibi cudendum curavimus eſt hujuſmodi.

Ve-

PAGIUS

VII. Siciliæ vaſtatio.

Ad num. XXII. Cladem inſulæ Siciliæ a *Vandalis* illatam, de qua hic agit Baronius, anno ſuperiori num. XIV. oſtendimus contigiſſe anno CCCCXL. Quare videnda, quæ ibi de ea diximus.

VIII. Attilæ interitus.


Ad num. XXIII. & ſeq. Marcellinus quidem citatus a Baronio *Attilæ* Hunnorum Regis mortem ſub hujus anni Coſſ. recitat. Verum major fides Caſſiodoro in Chronico, qui *ſub præcedentis anni Coſſ.* ſcribit: *Attila in ſedibus ſuis moritur fluxu ſanguinis e naribus repente ac ſubito erumpente.* Præterea Proſper in Chronico ſub iiſdem Coſſ. ait: *Attila in ſedibus mortuo, magna primum inter filios certamina de obtinendo regno exorta ſunt; deinde aliquot gentium, quæ Chunis parebant, defectus ſecuti, cauſas & occaſiones belli dederunt, quibus ferociſſimi populi mutuis incurſibus contererentur.* Jornandes lib. de reb. Get. capp. 49. & 50. pluribus de Attilæ morte & contentione inter innumeros ejus filios de ſucceſſione orta agit, qui cum legerit Priſcum Rhetorem Auctorem hoc tempore viventem, & modo deperditum, magnam hac in re fidem meretur. Poſtquam itaque Jornandes dixit, Attilæ mortem tam vilem fuiſſe, ut vitam mirabilem, ſcribit: *Attila ut Priſcus Hiſtoricus refert, extinctionis ſuæ tempore puellam Ildico nomine decoram valde ſibi in Matrimonium poſt innumerabiles uxores, ut mos erat gentis illius ſocians, ejuſque in nuptiis magna hilaritate reſolutus vino ſomnoque gravatus reſupinus jacebat, redundanſque ſanguis qui ei ſolite de naribus effluebat, dum conſuetis meatibus impeditur, itinere ferali faucibus illapſus eum extinxit. Ita glorioſo per bella Regi temulentia pudendum exitum dedit. Sequenti vero luce cum magna pars diei fuiſſet exempta, miniſtri Regis triſte aliquid ſuſpicantes, poſt clamores maximos fores effringunt inveniuntque Attilæ ſine vulnere necem ſanguinis effuſione peractam. Tunc, ut illius gentis mos eſt, crinium parte truncata, informes facies cavis turpavere vulneribus, ut præliator eximius non femineis lamentationibus & lacrymis ſed ſanguine lugeretur virili.* De quo id accepiſſe

mi-

(a) *Habet in ſuo Muſæo Lælius Paſqualinus Rom.*



(a)



Verum dubitatum eſt, num hæc illa ſit Honoria, de qua actum eſt, Valentiniani Auguſti ſorore petita ab Attila, filia Gallæ Placidiæ certe quidem cum nullum ſit ei maternum cognomen, ut dicta ſit Galla, vel Placidia, ſed Grata; & quod æppelletur Auguſta (quod nomen non ſororibus ſed conjugibus competat Imperatorum) ut diverſa cenſeatur ab illa, jure dubitari poteſt. Verum quod nulla alia poſſit reperiri Imperatoria femina Honoria dicta, niſi iſta: quod ad Auguſtæ nomen ſpectat, exiſtimari poteſt, ut quam una cum parte Regni ſibi dari Attila periiſſet ea de cauſa a fratre rimente Regis barbari feritatem, eo titulo eam ab ipſo auctam fuiſſe. ☞

XXV. Ab Attilæ obitu contexuit Eugipius Abbas ſuam hiſtoriam, qua proſecurus eſt res geſtas ſancti Severini Norici Apoſtoli nominati, ita exordiens (b): *Tempore quo Attila Rex Humorum defunctus eſt, in utraque Pannonia cæteriſque confiniis Danubis res turbantur ambiguæ: ac primo inter filios ejus de obtinendo regno magna ſunt exorta certamina; qui morbo iniquæ dominationis inflati materiam ſui ſceleris accepere patris interitum. Quibus diebus ſanctiſſimus Dei famulus Severinus de partibus Orientis in Pannoniam veniens, morabatur in oppido quod Caſturis * dicitur, ubi ſecundum Evangelicam & Apoſtolicum doctrinam omni pietate præditus in confeſſione Catholicæ fidei venerabile propoſitum ſanctis operibus adimplebat.*

(b) *Apud Sur. die 8. Januar.*

* Aſturis.

XXVI. S. Severini magna humilitas.

At quod audis de partibus Orientis adveniſſe ad Noricos Severinum; haud tamen putes eum hominem fuiſſe Orientalem; ſed Latinum potius, ex ejuſdem Vitæ ſcriprore Eugipio ipſius diſcipulo intelligi poteſt. Cum alioqui patriam atque genus ſuum, inanis gloriæ, vitandæ gratia, celare voluerit, ut idem auctor in epiſtola ad Paſchaſium diaconum data teſtatur his verbis: *Cum multi igitur ſacerdotes & ſpirituales viri, necnon & laici nobiles atque religioſi, vel indigenæ, vel de longinquis ad eum regionibus confluentes ſæpius hæſitarent, in-*

PAGIUS *mirabile, ut Marciano Principi Orientis de tam feroci hoſte ſollicito in ſomnis Divinitas aſſiſtens arcum Attilæ in eadem nocte fractum oſtenderet, quaſi quod gens ipſa eo telo multa præſumat. Hoc Priſcus Hiſtoricus vera ſe dicit atteſtatione probare. Nam in tantum magnis Imperiis Attila terribilis habitus eſt, ut ejus mortem in locum muneris ſuperna regnantibus judicarent.* Ex quo liquet, *Priſcum* fuiſſe Scriptorem Chriſtianum.

IX. Refert poſtea Jornandes, filios Attilæ, *quorum per licentiam libidinis pene populus fuit*, de regni ſucceſſione inter ſe contendiſſe, quod dum Gepidarum Rex comperit, ab eo diſceſſit, ejuſque exemplum aliæ gentes ſecutæ ſunt. Inito poſtea inter Attilæ filios prælio, major natu occiſus eſt, reliqui ejus fratres fugere juxta littus Pontici maris. *Gepidarum* Rex ſubjectis ſibi diverſis regionibus, quæ antea regimini Hunnorum famulabantur, eis libertatem promiſit; *venienteſque multi per Legatos ſuos ad ſolum Romanorum, & a Principe tunc Marciano gratiſſime ſuſcepti, diſtributas ſedes, quas incolerent, accepere. Nam Gepidæ Hunnorum ſibi ſedes viribus vendicantes, totius Daciæ hodie* (Tranſylvaniæ appellatæ) *velut victores potiti, nihil aliud a Romano Imperio, niſi pacem & annua ſolemnia, ut ſtrenui Viri, amica pactione poſtulavere: Quod & libens tunc annuit Imperator, & uſque nunc conſuetum donum eſt* (uſque ad annum ſcilicet DL. quo Jornandes librum illum elucubravit.) *Nam gens ipſa a Romano ſuſcipit Principe; Gothi vero maluerunt a Romano regno terras petere, quam cum diſcrimine ſuo invadere alienas, accipientes Pannoniam, quæ in longa porrecta planitie habet, ab Oriente Mœſiam ſuperiorem, a Meridie Dalmatiam, ab Occaſu Noricum, a Septentrione Danubium.* Tum cap. 52. de Gothis ſeu Oſtrogothis ſcribit: *In Pannonia ſub Rege VValemir, ejuſque germanis Theodemir & VVidemir morabantur, quamvis diviſa loca, conſilia tamen habuere unita.* Circa annum CDLXXIII. Theodemiris Theodoricum ex Erelieva concubina ſuſcepit, de quo idem Jornandes cap. 52. *Datus Theodoricus obſes a Gothis ducitur ad urbem Conſtantinopolitanam Leoni Principi.* Hic eſt ille Theodoricus, qui poſtea Romæ regnavit. Quoad *Honoriam* Valentiniani Auguſti ſororem, quam Attila ſibi in uxorem dari petierat, vide quæ de ea dixi, quando de Conſtantio Auguſto ejus patre verba feci. Porro tam *Gepidæ*, quam *Gothi* Arianam ſectam profitebantur.

Gothis Pannonia, Gepidis Dacia aſſignata.

X. A num. XXV. ad XXXII. Eugipius in Vita Sancti Severini Noricorum Apoſtoli, quæ extat

*inter ſe quærentes, cujus nationis eſſet vir, quem tantis cernerent fulgere virtutibus, nec ullus ab eo penitus auderet inquirere; tandem Primenius quidam presbyter Italiæ nobilis, & totius auctoritatis vir, qui ad eum confugerat, tempore quo Patricius Oreſtes inique peremptus eſt, interfectores ejus metuens, eo quod interfecti velut pater fuiſſe diceretur. Poſt multos itaque familiaritatis adeptæ dies, erupit, quaſi præ * omnibus & ita ſciſcitatus eſt, dicens: Domine ſancte, de qua provincia Deus his regionibus tale lumen donare dignatus eſt? Cui vir Dei faceta primum hilaritate reſpondit: Si fugitivum putas, para tibi pretium: quod pro me poſſis, cum fuero requiſitus, offerre. His talia ſenior mox ſubjiciens: Quid prodeſt (inquit) ſervo Dei ſignificatio loci vel generis ſui, cum poſſit id tacendo, facilius vitare jactantiam, utpote ſiniſtram, qua neſciente cupit omne opus bonum, Chriſto donante, perficere, quo mereatur, dexteris ſocius fieri, & ſupernæ patriæ civis adſcribi: quam ſi me indignum veraciter deſiderare cognoſcis; quid te neceſſe eſt terrenam cognoſcere, quam requiris? Verumtamen ſcito, quia Deus, qui te ſacerdotem fieri præſtitit, ipſe me quoque periclitantibus his hominibus intereſſe præcepit. Tali memoratus presbyter reſponſione conticuit, nec quicquam ante vel poſtea beatum virum ſuper hac parte percunctari præſumpſit: loquela tamen ipſius manifeſtabat hominem omnino Latinum; quem conſtat ad quamdam Orientis ſolitudinem fervore perfectionis vitæ fuiſſe profectum, atque deinde poſt ad Norici Ripenſis oppida Pannoniæ Superiori vicina, quæ barbarorum crebris premebantur incurſibus, divina compulſus revelatione veniſſe; ſicut ipſe clauſo ſermone tamquam de alio aliquo referre ſolitus erat, nonnullas Orientis urbes nominans, & itineris immenſa pericula ſe miſerabiliter tranſiſſe ſignificans.* Hæc Eugipius in epiſtola ad Paſchaſium præfiaa ipſius Severini Vitæ, quæ deſideratur in ea quam edidit Surius, ſicut & pleraque alia: habemus autem ipſam integram in noſtra bibliotheca, eamque claudit ejuſdem Paſchaſii diaconi epiſtola ad eumdem Eugipium reddita, de qua inferius.

* pro.

XXVII. Quod autem ad ipſius Severini genus pertinet; fuiſſe illud ſane clariſſimum, quod ob humanam vitandam laudem ſilentio obvolutum reliquit, unuſquiſque facile poterit opinari: quam minime timuiſſet, ſi humili loco, obſcuraque ſe ortum proſapia dicere potuiſſet. Severinos quidem Romæ inter Senatores claros eluxiſſe, Faſtiſque ſæpe dediſſe nomina Conſulum, ipſæ Conſulares tabulæ docent.

XXVIII. Quod igitur qui profectionis vitæ ſtudio (ut idem ait Eugipius) profectus erat in Orientem, inde receſſeris; cauſam illam plane patere vides, quod his temporibus, tum in Ægypto primaria ſanctiſſimorum monachorum ſede, tum Palæſtina, univerſaque Syria dire vexati concuſſique eſſent Orthodoxi motibus Eutychianorum monachorum; quos ut vitaret Severinus, profectionem parans, Dei (ut audiſti) monitu, ad Noricos Ripenſes, ut illis præſto eſſet in opportunitatibus proficiſcitur.

XXIX. Severinus Eccleſiæ Noricorum valde proficuus.

Magno ſane Dei beneficio factum eſt, ut Eccleſia illa olim nobilis, ſanctorum martyrum multiplicibus aucta coronis frequentibus tamen barbarorum incurſionibus valde depreſſa, adventu Severini conſurgeret, fideſque tepeſcens denuo miraculis incaleſceret. Sed quibus ſignis idem continuo innotuerit, hæc accipe ab eodem Eugipio enarrata: *Dum* (inquit) *talibus exercitiis roboratus palmam ſupernæ vocationis innocue ſequeretur, quadam die ad eccleſiam proceſſit ex more. Tunc presbyteris, clero, vel civibus requiſitis, cœpit tota mentis humilitate prædicere, ut hoſtium inſidias imminentes orationibus & jejuniis ac miſericordiæ fructibus inhiberent. Sed animi contumaces, ac deſideriis carnalibus inclinati, talia prædicentis oracula, infidelitatis ſuæ diſcrimine probaverunt. Famulus autem Dei reverſus ad hoſpitium, quo ab eccleſiæ fuerat cuſtode ſuſceptus, diem & horam imminentis excidii prodens: De contumaci, ait, oppido & citius perituro feſtinus abſcedo. Inde ad proximum quod Comagenis appellatur oppidum declinavit: hoc barbarorum intrinſecus conſiſtentium, qui cum Romanis fœdus inierant, cuſtodia ſervabatur arctiſſima; nulliquo ingrediendi vel egrediendi*

PAGIUS

Floret S. Severinus Apoſt. Noricorum.

tat apud Bollandum, ad diem VIII. menſis Januarii, prodit, tempore, quo *Attila* Rex Hunnorum defunctus eſt, turbatis in utraque Pannonia rebus, *Sanctum Severinum in* Auſtriam veniſſe, apud *Noricos* Evangelium propagaſſe, & vitæ diſciplina ſingulari, geſtiſque mirabilibus inclaruiſſe, de quibus fuſe agit. Bollandus loco citato, & Roſweidus in Prolegomenis ad Vitas Patrum, duos diſtinguunt *Eugipios*, unum *Lucullanenſem in* Italia Abbatem, qui teſte Iſidoro Hiſpalenſi Epiſcopo, libellum *de Vita Sancti Severini compoſuit*, & poſt annum Chriſti DIX. claruit: alterum Abbatem *Africanum* a Sigeberto in lib. de Script. Eccleſiaſt. cap. 39. laudatum, qui temporibus Pelagii Papæ II. & Tiberii Auguſti librum Excerptorum ex Divi Auguſtini Operibus conflaverit. Verum Lambecius Tom. I. Biblioth. Cæſareæ pag. 26. & ſeqq. ac Mabillonius Tom. II. Vet. Analect. pag. 21. recte notarunt, eos hac in re hallucinatos eſſe. *Eugipius* enim Severini laudator, Presbyter & Abbas fuit, ut inter omnes convenit, quod utrumque nomen *Excerptori* aſſerit fragmentum citatum. Ad hæc

facilis licentia præſtabatur: a quibus tamen famulus Dei, cum eſſet ignotus, nec interrogatus eſt, nec repulſus.

XXX. Pœnitentia docet iram Dei avertendam.

Itaque mox ingreſſus eccleſiam, cunctos de ſalute propria deſperantes jejunio & orationibus atque eleemoſynis hortabatur armari, proponens antiqua ſalutis exempla, quibus divina protectio populum ſuum contra opinionem omnium mirabiliter liberaſſet. Cumque ſalutem omnium in ipſo diſcriminis articulo promittenti credere dubitarent; ſenex qui dudum Caſtaris * *tanti hoſpitis ſuſceptor extiterat, venit, atque a portarum cuſtodibus ſolicita interrogatione diſcuſſus, interitum ſui oppidi habitu verboque monſtravit; adjiciens, eodem die, quo quidam homo Dei prædixerat, barbarorum vaſtitate deletum. Quo audito, ſoliciti reſponderunt: Putaſne ipſe eſt, qui deſperatis rebus, Dei nobis ſubſidium pollicetur? Mox igitur in eccleſia recognito Dei famulo, ſenex pedibus ejus proſtratus, ajebat ipſius ſe meritis liberatum, ne cum cæteris oppidanis ſubiret excidium.*

* Aſturis.

XXXI. Barbari ſe ipſos trucidant.

His auditis, habitatores oppidi memorati incredulitatis veniam poſtulantes, monitis viri Dei ſanctis operibus paruerunt; jejunioque dediti, in eccleſia per triduum congregati, errata præterita caſtigabant gemitibus & lamentis. Die autem tertio, cum ſacrificii veſpertini ſolemnitas impleretur, facto ſubito terræmotu, ita ſunt barbari intrinſecus habitantes exterriti, ut portas ſibi Romanos coegerint aperire, velociter exeuntes. Igitur conſiti diffugerunt, exiſtimantes ſe vicinorum hoſtium obſidione vallatos: auctoque terrore divinitus, errore confuſi, mutuis ſe gladiis conciderunt. Tali ergo adverſariis internecione conſumptis, divino plebs ſervata præſidio, per ſanctum virum armis didicit pugnare cœleſtibus. Sic igitur a domeſticis primum atque ab externis liberati ſunt hoſtibus qui Sancti Severini monitis paruere. Complura auctor ſubdit, quæ poſt hæc ſunt ſubſecuta: ſed hæc modo ſatis de virtutibus Severini, cui parentes Norici filiorum Attilæ evaſere furorem. Hæc ego conſiderans, proximamque cladem a Turcis illatam eiſdem populis lugens, ad eos plane clamare compellor illud Macchabæi (a): *Memores eſtote, quomodo ſalvi facti ſunt patres veſtri.* Si hæc tanta ſunt vobis parta a Catholico & Apoſtolico viro Romanæ Eccleſiæ communicatione conjuncto; quæ vobis reliqua ſpes ſalutis, cum pro vobis hoſtes Catholicæ fidei & Romanæ Eccleſiæ perduelles hæretici contra adverſarios pugnant? At illud ingerendum Joelis vociferantis (b): *Expergiſcimini ebrii, & flete, & ululate omnes qui bibitis vinum cum dulcedine, quia periit de ore veſtro: Gens enim aſcendit ſuper vos fortis & innumerabilis, dentes ejus ut dentes leonis, & molares ut catuli leonis.* Interpellate iterum precibus, qui vos liberet, Severinum: & Deum colite ſicut ille. At de his hactenus.

(a) 1. Mach. 4.
(b) Joel. 1.

XXXII. Hoc item anno, qui obitum Valentiniani præceſſit, magna penuria laboraſſe complures Orientis provincias, & divino auxilio ſublevatas eſſe, Evagrius & alii tradunt. Porro rem geſtam ipſe narrat his verbis (c): *Iiſdem temporibus tanta fuit imbrium paucitas in utraque Phrygia, Galatia, Cappadocia, & Cilicia, ut homines rerum neceſſariarum penuria coacti alimentum peſtiferum & exitiale caperent: unde etiam peſtis nata eſt, & ob victus mutationem ægrotare cœperunt; & corporibus intumeſcentibus propter nimiam inflammationem lumina amiſerunt; ac tuſſi ſimul afflictati, tertio die migrarunt e vita. Cui quidem peſti quamquam nullum potuit omnino remedium inveniri; fames tamen iis quibus vita ſuppetebat, per ſalutarem Dei omnium moderatoris providentiam levata eſt. Quippe anno illo ſterili & effœto alimentum ex aere non aliter ac manna olim Iſraelitis delapſum dicitur, & inſequenti anno fructus maturos terra ſua ſponte produxiſſe. At non modo hæc mala per Palæſtinam graſſabantur, verum etiam aliæ graves calamitates per urbes multas & prope infinitas regiones pererrabant.* Hæc ipſe, qui mox ſubdit de nece Aetii, de qua nos hujus anni exordio. Occidentales quoque & Boreales oras penuria afflictatas deplorat Gelaſius in Andromacum ſcribens. Sed eluxit ejuſmodi famis occaſione Noricorum Apoſtoli Severini ſanctitas; nam audi quid de ipſo ſcribat Eugipius.

(c) Evag. l. 2. c. 6.
Ingens penuria vexat Orbem.

Eu-

PAGIUS Eugipio utrique, ſi ita loqui liceat, eadem ætas convenit. Eugipius enim Vitam Severini ſcripſit biennio poſt Conſulatum Importuni, hoc eſt anno DXI. ut ipſe teſtatur in Epiſtola ad Paſchaſium Diaconum, quam Baronius anno CDXCV. num. LI. recitat. Eodem tempore Auguſtiniana Excerpta condidit Eugipius: ſiquidem Opus ſuum inſcribit *Probæ Virgini*, quæ ineunte ſæculo VI. clarebat. Hujus rei certum nobis argumentum ſuppeditat S. Fulgentius, qui tractatus duos *de Jejunio & Oratione* eidem Probæ nuncupavit ſub annum DV. Certe Caſſiodorus, cum librum Inſtitutionum ſcriberet, idque ante annum quingenteſimum ſexageſimum, de Eugipio Excerptore non ſecus quam de mortuo agit his verbis: *Convenit, ut Presbyteri Eugipii Opera neceſſario legere debeatis, quem nos quoque vidimus*, &c. Quibus verbis indicat, Eugipium, jam vivere deſiiſſe eo tempore, ac proinde longe ante Pontificatum Pelagii II. & Tiberii Principatum. Quare non duo, ſed unicus fuit Eugipius, cui liber *de Vita Sancti Severini* cum Regula Monaſtica ab Iſidoro in lib. de Script. Eccleſ. memorata, ac *Excerpta* Augu-

gu-

XXXIII. Viennenſibus fame laborantibus Severinus ſuccurrit.

Eodem tempore civitatem nomine Fabianas (quam eam tradunt eſſe civitatem, quæ Vienna Auſtriæ appellatur) *ſæva fames oppreſſerat: cujus habitatores unicum ſibi remedium adferre crediderunt, ſi ex ſupradicto oppido Comagenis hominem Dei religioſis precibus invitarent. Quos ille ad ſe venire prænoſcens, a Domino, ut cum eis pergeret, commonetur. Quo cum veniret, cœpit civibus ſuadere dicens: Pœnitentiæ fructibus poteritis a tanta famis pernicie liberari. Qui cum talibus proficerent inſtitutis; beatiſſimus Severinus divina revelatione cognovit, quamdam viduam nomine Proculam fruges plurimas occultaſſe. Quam productam in medium arguit vehementer: Cur (inquit) nobiliſſimis orta natalibus, cupiditatis te præbes ancillam, & extas avaritiæ mancipium, quæ eſt (dicente Apoſtolo) ſervitus idolorum? Ecce Domino famulis ſuis miſericordia conſulente, tu quid de male partis facias non habebis; niſi forte frumenta, luce negata in Danubii fluenta proiiciens, humanitatem piſcibus exhibeas, quam hominibus denegaſti: quamobrem ſubveni tibi potius quam pauperibus ex his, quæ adhuc te exiſtimas, Chriſto eſuriente, reſervare.*

PAGIUS

XI. *S. Severinus præcipuum ſuum Monaſterium non condidit Viennæ.*

guſtiniana tribuenda ſunt. Plura contra duos Eugipios Lambecius laudatus.

Ad num. XXXIII. & ſeq. *Vienna* olim appellata non fuit a Romanis *Favin*, ſive *Fabia*, vel *Faviana*, ſive *Fabiana* ut Otto Epiſcopus Friſingenſis lib. 1. de rebus geſtis Imp. Friderici I. cap. 32. aliique paſſim poſt eum, prava interpretatione aliquot locorum Vitæ S. Severini conſcriptæ, decepti, falſo memoriæ tradiderunt, & Baronio perſuaſerunt. Hunc vulgatem errorem Lambecius lib. 2. Biblioth. Cæſ. pag. 10. & ſeqq. plane evertit, oſtenditque hunc Sanctum Noricorum Apoſtolum ex Oriente, non in Pannoniam ſuperiorem, ubi *Vienna* cis Cetium montem poſita, veniſſe, ſed in Quadorum regionem Norico Ripenſi & Pannoniæ vicinam, ac trans Danubium oppoſitam; & ne quidem ex Quadorum regione in Pannoniam, ſed in *Noricum* tranſiiſſe. Sanctus itaque *Severinus* poſt ſuum ex Oriente adventum primo commoratus eſt in oppidulo nomine *Aſturis*, ſito in Danubii ripa Germanica e regione Norici Ripenſis, ubi nunc eſt *Stockera*: illudque fuit *in vicinis Ripenſis, & Pannoniarum partibus*, ut diſerte legitur in Vita ſancti Severini ex editione Velſeriana omnium accuratiſſima. Eo oppidulo a Barbaris everſo, Severinus venit in civitatem *nomine Favianis*, quam ſæva fames oppreſſerat, quamque S. Abbas miraculoſe, ut ex Eugipio narrat Baronius, depulit. Juxta hujus civitatis muros primarium ſibi extruxit Monaſterium; ſed ea, ut vulgo falſo creditur, non cis *Cetium* montem in Pannonia ſuperiori, ubi *Vienna*, ſed trans Cetium montem in Norico Ripenſi, ubi olim ſitum fuit *Flavium*, cujus Plinius in recenſione Urbium Norici meminit, condita erat.

XII. *Sed in Norico Ripenſi, ubi Flaviana ſita erat.*

In Norico itaque Ripenſi trans *Cetium* montem, non vero in Pannonia ſuperiori cis eundem montem ædificavit *Severinus* præcipuum ſuum Monaſterium, & ibidem, nempe in Norico Ripenſi, obiit; ut liquet ex ipſius Severini Oratione, qua apud Eugipium cap. 42. moribundus prædixit vaſtationem Norici Ripenſis, quæ per *Aonulfum* Odoacri Regis Italiæ fratrem anno CDLXXXVII. aut inſequenti contigit, & tranſlationem Provincialium una cum corpore ſuo in Italiam. Eugipii verba recitat Baronius anno CDLXXXII. n. LIX. Minime autem dubium eſt, quin Severinus per *terram & loca*, quæ poſt mortem ſuam vaſtatum iri prædixit, *Noricum Ripenſe* intellexerit. Id enim manifeſte apparet ex Eugipii cap. 11. ubi de eadem vaſtatione agens, nominatim Norici Ripenſis meminit; *Cum adhuc*, inquit, *Norici Ripenſis oppida ſuperiora conſtarent, & pene nullum caſtellum Barbarorum vitaret incurſus, tam celeberrima S. Severini flagrabat opinio, ut certatim eum ad ſe caſtella ſingula pro ſuis munitionibus invitarent, credentes quod ejus præſentia nihil eis adverſi eveniret.* Quibus ex verbis recte colligitur civitatem, juxta cujus muros majus Monaſterium S. Severini fuit, unam extitiſſe ex Norici Ripenſis oppidis *inferioribus*, haud procul a monte *Cetio*. Denique civitatem *Flaviana* vel *Faviana*, juxta cujus muros conſtructum illud Severini Monaſterium, non fuiſſe in Pannonia, ſed in Norico Ripenſe, teſtatur Paſchaſius Diaconus Romanus, in cujus ad Eugipium Epiſtola Vitæ S. Severini præfixa, cujus partem recitat Baronius num. XXVI. habetur: *Opus quod Eccleſiæ univerſitas poſſit recenſere, brevi reſerâſti compendio, dum beati Severini finitimas Pannoniarum Provincias incolentis* &c. Unde Severinus non ipſam Pannoniam, vel ſuperiorem, in qua ſita Vienna, vel *inferiorem*, ſed *finitimas* tantum *Pannoniarum Provincias*, incoluit. Per finitimas autem Pannoniarum Provincias hic ſine controverſia intelliguntur regio *Quadorum* trans Danubiam, & *Noricum Ripenſe*, cis illum fluvium. Primum enim in Quadorum oppido *Aſturis* aliquantulum commoratus eſt, poſtea vero tranſmigravit in proximum e regione oppidum *Comagena*, quod in Norico Ripenſi ſitum fuit, ubi nunc *Langenleber*. Tandemque *Flavianam*, venit ubi præcipuum ſuum Monaſterium conſtruxit, & mortuus eſt. Legendus Lambecius citatus, qui loca a Severino inhabitata egregie explicat, varioſque Hiſtoricorum & Geographorum refellit errores. Videnda etiam quæ *de Vienna* anno DCCCXXIV. in medium adducam.

XIII. *Saxones aſpirant ad Imperium Britanniæ.*

Poſtquam Malmesburienſis lib. 1. de Reg. Angl. narravit. Hengiſtum totam Cantiam pro munere accepiſſe a Vortigerno Britannorum Rege, qui ejus filiam *Rowvedam* uxorem acceperat de Hengiſto ſcribit: *Nec contentus hac liberalitate Barbarus, ſed abutens Regis imprudentia, perſuadet, ut a Germania fratrem & filium virtutis viros evocet, ſcena compoſita, ut quia ipſe ab Oriente Provinciam defenſitaret, illi quoque ab Aquilone Scotos frænarent: ita Rege connivente ipſi (circum navigata Britannia) Orchades inſulas adierunt, eaſque gentes cum Pictis & Scotis pari ærumna involventes, in Aquilonali parte inſulæ, quæ nunc Northanimbria vocatur, tunc & deinceps aſſiderunt: nullus tamen ibi Regio inſigni, vel nomine uſus uſque ad Idam.* Quod hoc anno contigiſſe, bellum anno ſequenti inter *Vortigernum* & *Hengiſtum* exortum oſtendit. Conjugio enim inter Vortigernum & Rovvedam inito dimiſſa priori uxore quæ Chriſtiana erat,

XXXIV. *Quibus auditis, magno mulier pavore perterrita, cœpit ſervata libenter erogare pauperibus. Igitur non multo poſt rates plurimæ de partibus Rhætiarum mercibus onuſtæ quamplurimis inſperate videntur in littore Danubii, quæ multis diebus cruſſu fluminis glacie fuerant congelatæ* * colligatæ. *: quæ Dei imperio mox reſolutæ, ciborum copias laborantibus detulerunt. Tunc cœperunt omnes Deum inſperati remedii largitorem continuata devotione laudare, qui de tabe diuturnæ famis interire crediderant, fatentes evidentius rates extra tempus glaciali reſolutas frigore ſervi Dei precibus advenisse.* At de penuria ſatis, rebuſque hoc anno geſtis hic finis eſto.

Age

PAGIUS Saxoni infideli viam ad Imperium inſulæ operuit, inteſtino bello initium dedit, & regnum, quod hactenus Deo orthodoxe & fideliter ſervierat, infideli & barbaro populo proſtituit.

Dioſcorus hæreticus hoc anno periit, ut videre eſt anno CDLI, num. LXVI. XIV. *Interitus Dioſcori.*

I. Annus ultionis. AGe jam annum ultionis aggrediamur, qui quadringenteſimus quinquageſimus quintus ordine currit funeſto Conſulatu Valentiniani octavo, Anthemiique collegæ: quo ipſe Valentinianus Auguſtus obtruncatur, ſed & qui tyrannice invaſit Imperium occiditur Maximus, atque in Urbem ab Eudoxia advocantur ex Africa Wandali; hæc quidem ab iis ex injuriis acceptis ſibi invicem ultionem parantibus, ulciſcente ſimul infenſo numine peccata populi, ſunt perpetrata: ut merito *Ultionis annus* hic ſit nominandus.

II. Deſtituitur divino penitus patrocinio Imperator (ut vidimus) ſimulac jura perturbat Eccleſiæ: cujus præſidio, cum antea de religione bene mereri ſatageret, ad triginta ferme annos inter varia oborta rerum diſcrimina vitam incolumis propagarat: finitur vero in ſcelus ſe præcipitem ferre, cum incantamentis & magiis (ut inquit Procopius *a*) operam dedit, hiſce artibus matronarum caſtitatem expugnaturus: cum & aggreſſus eſt illud nefas, unde ſibi ipſe paravit interfectores, ad quos perdendos barbari ex Africa vocarentur in Urbem; quæ ab imminenti ſuper cervicem Hunnorum gladio jam ſemel divino beneficio liberata, non gratiarum actionem, ſed peccata ingrata rependit, cum (ut teſtificatione ſancti Leonis Papæ diximus) Gentiles illud inſigne Dei munus adſcriberent fato, Chriſtiani vero Circenſibus dediti & voluptatibus præpediti ad eccleſiam accederent infrequentes. In memoriam revocanda eſt concio illa Leonis, qua de acceptis a Deo beneficiis ex inſperata ſalute liberatum populum ingratum arguit: cum ipſe iſta procul intuens atque prævidens exclamavit: *Magnum* (inquiens *b*) *periculum eſt, eſſe homines ingratos Deo, & per oblivionem beneficiorum ejus nec de correctione compungi, nec de remiſſione lætari. Vereor igitur, dilectiſſimi, ne vox illa Prophetica tales increpaſſe videatur, quæ dicit* (*c*) *Flagellavi eos, & non doluerunt: caſtigavi eos, & noluerunt accipere diſciplinam, &c.* Sed ſingulorum funera proſequamur.

(*a*) Procop. de bello Vandal. lib. 1.

(*b*) Leo ſerm. in Octava Apoſt.

(*c*) Hier. 5.

III. Valentinianus occiditur. Hoc igitur anno, decimoſexto Kalendas Aprilis, Valentinianus Imperator occiditur in Campo Martio (ait Caſſiodorus *d*) ab amicis Aetii, dolo Maximi (ſubdit Marcellinus *e*) per Optilam & Tranſtilam Aetii ſatellites, jam percuſſo Heraclio ſpadone. De his item Evagrius (*f*) & alii. Tenuit Valentinianus Imperium annos triginta minus menſibus ſeptem & diebus ſex.

(*d*) Caſſiod. in Chron.

(*e*) Marc. in Chron.

(*f*) Evagr. l. 2. c. 7.

IV. Sed ne ignominioſe omnino Valentinianus ſepeliatur, quod reliquit poſteris pietatis monumentum, hic perſpicuum cunctis

PAGIUS

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. CDXCIII. A. C. 455.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5948.

☉ 16. B. ☽ 19. P. 24. April. Latinis quibuſdam 17. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 455.

LEONIS PAPÆ 16.

MARCIANI 6.

AVITI 1.

I. [1] COSS. *Valentinianus Aug. VIII. & Anthemius*. Hic in Oriente creatus eſt, qui tamen in Occidente poſtea imperavit, ut infra videbimus. Sumptus Conſulatus a Valentiniano ob ejus Imperii *Tricennalia*. Hinc Mediobarbus in Numiſmatis Impp. unum hujus Imperatoris exhibet, in quo cernitur habitu Conſulari indutus, & hæc extat inſcriptio: VOT. XXX. MULT. XL. Duo ſimiles Nummi aurei magnæ molis viſuntur in Muſeo Farneſiano Tom. I. pag. 308. Porro Valentinianus qui diu regnavit, nonniſi Imperii initio, & in Quinquennalibus, aliiſque hujuſmodi Feſtis Conſulatum cepiſſit; ex quo plane liquet Imperatorum Conſulatibus certos annos deſtinatos fuiſſe. Marciani *Quinquennalia* in hunc annum incidunt.

Tricennalia Valentiniani, & Marciani Quinquennalia.

II. Valentinianus perimitur. A num. I. ad V. Proſper in Chronico ſub hujus anni Coſſ. ſcribit: *Mortem Aetii mors Valentiniani non longo poſt tempore conſecuta eſt, tam imprudenter non declinata, ut interfector Aetii amicos, armigeroſque ejus ſibimet conſociaret, qui concepti facinoris opportunitatem diſſimulanter aucupantes, egreſſum extra Urbem Principem, & ludo geſtationis intentum inopinatis ictibus confoderunt, Heraclio ſimul, ut erat proximus interem-*

NOTÆ [1] COſſ. *Valentinianus Aug.* VIII. *& Anthemius*. *Lucii* prænomen *Anthemio* tribuit Relandus, ex Gudiano lapide, Romæ in Aventino monte detecto.

D. N. FLAV. VALENTINIANO. AVG. VIII.
ET. L. ANTHEMIO. COS.
ARAM. D. D. KAL. APRIL.

Victor, Marcellinus, & Faſti Idatiani: *Valentiniano* VIII. *& Anthemio*. Proſper vulgatus: *Valentiniano* VIII. *& Anthemio*. Proſper Vaticanus MS. *Valentiniano* VIII. *& Antemio*. GRORGIUS

Digitized by Google

ctis ejus affigamus ſepulcro. Agens Hadrianus Papa in epiſtola ad Carolum Magnum de eultu ſacrarum imaginum, cum quæ eſſent in Urbe nobiliores recenſet, hæc ſubdit: *Sed & per rogatum ejus* (nempe Siati Papæ) *Valentinianus Auguſtus fecit imaginem auream cum duodecim portis & Salvatore gemmis pretioſis ornatam, quam voto gratiæ ſuper Confeſſionem beati Petri Apoſtoli poſuit, & a tunc uſque hactenus apud nos ab omnibus Fidelibus venerantur.* Hæc Hadrianos. Ex quibus & illud obſervatione digniſſimum æque intelligere potes, Wandalos hoc anno ingreſſos in Urbem, pretioſa quæque prædantes, abſtinuiſſe tamen ab eccleſiæ S. Petri ornamentis: Quomodo rogo, ad Hadriani Papæ tempora aureum illud monumentum intextum gemmis ſuper Confeſſionem Petri Apoſtoli immobiliter inhærens integrum perduraſſet, niſi manus Wandalica religionis intuitu pepereiſſet? Sed cœptam jam proſequamur hiſtoriam.

V. Maximus Imp. Occiſo Valentiniano, Maximus horum omnium architectus, nullo obice, invadit, ſibique ſumit Imperium; de quo iſta Procopius (*a*): *Interea Romæ Maximus, Imperatore nullo negotio interfecto, tyrannidem capit, Eudoxia potitur, eamque ſibi conjugem jungit, cum forte antea prima uxor deceſſiſſet.* Sidonius de Maximo agens, tradit ipſum mox creaſſe Magiſtrum militum Avitum, virum quidem inſignem, & nobilibus præfecturis clarum. Tanto

(*a*) *Procop. de bello Vvandal. lib. 1.*

Avitus magiſter militum creatus.

autem Duce Maximus meditabatur Romanum Imperium in priſtinum vindicare: nam de eo agente in Galliis iſtas Sidonius:

——— *ſed perdita cernens*
Terrarum ſpatia Princeps jam Maximus, unum
Quod fuit in rebus, peditum, equitumque Magiſtrum
Te ſibi, Avite, legit.

Ita ipſe de electo a Maximo Duce Avito, peritia militari Aetio quidem impari, ſed probitate majore. Agebat tunc in Galliis Avitus Præfectum Prætorii, quem magiſtratum ſumma eum laude pluribus annis adminiſtraverat: eum & injunxit eidem Maximus legationem ad barbarorum Reges, ad fœdera eum illis paſciſcenda: uam ipſe apud Sidonium hæc ad illos pro concione fertur oraſſe:

Fœdus cum Barbaris,

Sed dum me noſtri Princeps modo Maximus Orbis
Ignarum, abſentem, procerum poſt mille repulſas
Ad lituos poſt jura vocat, voluitque ſonoris
Præconem mutare tubis: promptiſſimus iſtud
Arripui officium, vos, quo legatus adirem.
Fœdera priſca precor, &c.

De-

PAGIUS *empta, & nullo ex multitudine Regia ad ultionem tanti ſceleris accenſo. Ut autem hoc parricidium perpetratum eſt, Maximus vir gemini Conſulatus, & Patriciæ dignitatis ſumpſit Imperium, qui cum periclitanti Reipublicæ per omnia profuturus crederetur, non ſero documenta, quid animi haberet, probavit; ſiquidem interfectores Valentiniani non ſolum non plecterit; ſed etiam in amicitiam receperit, uxoremque ejus Auguſtam amiſſionem Viri lugere prohibitam, intra pauciſſimos dies in conjugium ſuum tranſire coegerit. Sed hac incontinentia non diu potitus eſt; nam poſt alterum menſem nunciatur ex Africa Genſerici Regis adventus, multiſque nobilibus ac popularibus ex Urbe fugientibus, cum ipſe quoque data cunctis abeundi licentia, trepide vellet recedere, ſeptuageſimo ſeptimo adepti Imperii die a famulis Regiis dilaniatus eſt, & membratim dejectus in Tiberim ſepultura quoque caruit.* Idacius in Chronico tradit. Valentinianum necatum anno *ætatis ſuæ XXXVI. & regni XXXI.* Quare in lucem prodierat anno CDXIX. non vero anno antecedenti, ut ſuo loco oſtendi. Hujus cædis diem docuit nos Chronologus Anonymus a Cuſpiniano editus, qui ab hoc anno, quo Proſper Chronicon ſuum abſolvit, uſque ad Odoacris Regnum in Italia magno nobis ſubſidio erit. Chronographus iſte ſub hujus anni Coſſ. ait: *Poſt interitum Valentiniani Imp. levatus eſt Maximus Imperator XVI. Kal. Aprilis & occiſus eſt pridie Idus Junias & intravit Genſericus Romam, & prædavit eam dies XIV. & levatus eſt Imperator in Galliis Avitus VI. Idus Julias, & everſa eſt Sabaria a terramotu VII. Idus Septembris die Veneris.* Sed loco, *XVI. Kal. Aprilis*, legendum, *VI. Kalend. Aprilis*, & loco die *VII. Idus Septemb.* legendum, *V. Idus Septemb.* qui dies hoc anno littera Dominicali B. notato, cum feria VI. concurrebat.

III. Maximus tyrannus occiditur. Occiſus eſt itaque Valentinianus *VII. Kal. Aprilis*, ſeu die XXVI. menſis Martii, & *Maximus* die inſequenti ejuſdem menſis nuncupatus Imperator; cum Marianus Scotus in Chronico tradat, Maximum altera die, a cæde Valentiniani quæ ibi errore Librariorum cum *XIII. Kal. April.* copulatur, Imperium ſumſiſſe. A die autem XXVII. Martii ad diem duodecimum Junii, ſeu *Pridie Idus Jun.* LXXVII. dies interiiciuntur. Quare recte ſcribit Victor Tununenſis in Chronico, hujus captivitatis LXXV. die *Avitum* in Galliis Imperium conſecutum eſſe, Sed ubi habet, *Maximum* Imperium tenuiſſe *diebus LXVII.* legendum, *diebus LXXVII.* quia ſc. Librarius unum denarium omiſit. Marcellinus in Chronico, qui ait, Maximum tertio tyrannidis ſuæ menſe periiſſe, & Idacius in Chronico, qui eundem occiſum affirmat, *vix quatuor regni ſui menſibus expletis*, numero rotundo loquuntur, alterque menſes quatuor numerat; & alter aliquot dies negligit. In Nummis apud Mediobarbum, Maximus modo dicitur FL. ANICIUS MAXIMUS, modo PETRONIUS MAXIMUS P. F. AUG. & in Nummo aureo Muſei Parneſiani pag. 314. DN. PETRONIUS MAXIMUS P. F. AUG. in altera parte, VICTORIA AUG. infra, COMOB.

IV. A num. V. ad XV. *Proſper* proxime poſt laudata verba ſubjungit; *Poſt hunc Maximi exitum* con-

Dedere illi dexteram, ſpeſque magna meliorum illaxit temporum, ſi licuiſſet.

VI. Eudoxiæ proditio. Verum foris cautus, intus ſocors Maximus, cito nimis Eudoxiæ credens, ſe ipſum perdidit & Imperium. Subdit enim Procopius: *Ejuſque tandem amore, dum una dormiret, faſſus eſt, ſe virum interfeciſſe. Quare illa exacerbata, prius animo de ultione viri cogitans, multo magis ob ejus verba & animum impudicum detectum ad vindicandum facinus eſt incenſa. Ubi igitur illuxit, Carthaginem mittit rogatum Genſericum, ut viro necem ab impio tyranno ulciſci velit, ipſam vero indigna ab eodem pati, Imperium occupatum, omnia perditum iri. Addit quoque pro officio illud facturum, ſi afflictæ auxilium ferat, cum in amicitia ſocietateque Valeatiaiani eſſet; e Conſtantinopoli nullam eſſe ſpem, Theodoſio jam extincto, & Marciano imperante. Genſericus igitur avaritia in primis permotus, ſpeque opum maxime conſequendarum ingenti claſſe in Italiam adnavigans, Romam, nullo adverſante, facile ingreditur. Maximum e veſtigio Romani fugientem inſectati, lapidibus obruunt, membratimque diſcerpunt.* Hic finis Maximi, cum menſes

Maximi Imp. obitus. tantum duos & dies aliquot imperaſſet. De quo quidem hic Sidonii Apollinaris egregie philoſophantis deſcribamus epi-

(a) Sidon. l. 2. ep. 13. ſtolam, quam ad Serranum, qui eum laudaverat, reddidit verbis iſtis (a):

VII. Sidonii epiſtola de ſtatu Maximi. *Epiſtolam tuam nobis Marcellinus Rogatus exhibuit, homo peritus, virque amicorum; quæ primoribus verbis ſalutatione libata, reliquo ſui tractatu, qui quidem grandis eſt, patroni tui Petronii Maximi Imperatoris laudes habebat: quem tamen tu pertinacius aut amabilius, quam rectius, vertuſque feliciſſimum appellas: propter hoc quippe, cum per ampliſſimos faſcium titulos fuerit evectus uſque ad Imperium. Sed ſententiæ tali numquam ego aſſentior, ut fortunatos putem qui Reipublicæ præcipitibus ac lubricis culminibus inſiſtunt. Nam dici nequit, quantum per horas fert in hac vita miſeriarum vita felicium illorum (ſi tamen ſic ſunt pronunciandi, qui ſibi hoc nomen ut Sylla præſumunt) nimirum qui ſupergreſſi jus faſque commune, ſummam beatitudinem exiſtimant ſummam poteſtatem, hoc ipſo ſatis miſeriores, quod parum intelligant inquietiſſimo ſe ſubjacere famulatui: Nam ſicut hominibus Reges, ita Regibus dominandi deſideria dominantur.*

Hic ſi omittamus antecedentium Principum cauſas, vel ſequutorum: ſolus iſte peculiaris tuus Maximus maximo nobis documento potuit eſſe: qui quamquam in arcem Præfectoriam, Patriciam, Conſularemque intrepidus aſcenderat; eoſque quos geſſerat magiſtratus, ceu recurrentibus orbitis, inexpletas intraverat: cum tamen venit omnibus viribus ad Principalis apicis abruptum, quamdam poteſtatis immenſæ vertiginem ſub corona patiebatur, nec ſubſtinebat dominus eſſe, qui non ſuſtinuerat eſſe ſub domino. Denique require in ſupradicto (Maximo ſcilicet) *vitæ prioris gratiam, potentiam, diuturnitatemque atque diverſo principatus paulo amplius quam bimeſtris, originem, turbinem, finem; profecto invenies hominem beatiorem prius fuiſſe, quam beatiſſimus æſtimaretur.* VIII. Quando Maximus felix.

Igitur ille, cujus anteriae Epiſtolæ, mores, pecunia, faſces, pompæ, litteræ, patrimonia & patrocinia florebant; cujus ipſa ſic denique ſpatia vitæ cuſtodiebantur, ut per horarum diſpoſitas clepſydras explicarentur: is nuncupatus Auguſtus, ac ſub hac ſpecie Palatinis luminibus inclusus ante crepuſculum ingemuit, quod ad vota pervenerat. Cumque mole curarum priſtinæ quietis tenere dimenſum prohiberetur, veteris actuum regulæ legibus renunciavit: atque proſpexit pariter ire non poſſe negotium Principis, & otium Senatoris. Nec fefellerunt futura mœrentem: nam cum cæteros aulicos honore tranquilliſſime percurriſſet, ipſam aulam turbulentiſſime texit* inter tumultus militum, popularium, fœderatorum: quod & exitus prodidit novus, celer, acerbus, quem* IX.

* limitibus.

Se infelicem Maximus novit cum Imperium ſumpſit.

* rexit.

PAGIUS

Roma a Genſerico devaſtata. *tamſeſtim ſecuta eſt multis digna lacrymis Romana captivitas, & Urbem omnis præſidio vacuam Genſericus obtinuit, occurrente ſibi extra portas Sancto Leone Epiſcopo, cujus ſupplicatio ita eum Deo agente lenivit, ut cum omnia poteſtatis ipſius eſſent, tradita ſibi civitate, ab igne tamen & cæde, atque ſuppliciis abſtineretur. Poſt quatuordecim igitur dies ſecura & libera ſcrutatione omnibus opibus ſuis Roma vacuata eſt; multaque millia captivorum, prout quique aut ætate aut arte placuerunt, cum Regina & filiabus ejus Carthaginem abducta ſunt.* Marianus in Chronico prodit, Genſericum Vaodalorum Regem vacuam omni præſidio Romam obtinuiſſe *IV. Idus Julii Feria III.* die nempe duodecima menſis Julii, in quam feria tertia hoc anno littera Dominicali B inſignito cadebat. Die itaque XXV. aut XXVI. ejuſdem menſis, qui XIV. erat ab ejus ingreſſu, *Genſericus* Urbem reliquit.

V. Eudoxia Aug. cum duabus filiabus in captivitatem abducta. Auctor Chronici Alex. ſub hujus anni Coſſ. ait: *Et Occupavit Urbem Genſericus Afrorum Rex uxoremque Valentiniani Eudoxiam & filias illius geminas Placidiam & Honoriam ſecum abduxit, quas paulo poſt Leo Imperator e ſervitute redemit. Honoriam retinuit Genſericus filio ſuo Hunerico deſponſam.* Verum filia minor natu Valentiniani non *Honoria*, ſed *Placidia* vocabatur, major natu *Eudocia* erat, quam non ſolum Auctor Chronici Alexand. ſed etiam Peiſcus Rhetor pag. 42. *Honoriam* H onorichi conjugem appellat. Priſcus tamen pag. 74. ait, Genſericum Regem non ante familiam Valentiniani liberaſſe, *quam majorem natu filiarum Valentiniani, Eudociam nomine, Honorico filio deſponderet.* Quare Eudocia ma-

quem cruentavit fortuna diu lenocinantis perfidus finis, quæ virum, ut ſcorpius, ultima parte percuſſit.

X. Damoclis ſcribitur caſus.

Dicere ſolebat vir litteratus atque ob ingenii merita Quæſtorius partium certe bonarum pars magna Fulgentius, ore ſe ex ejus frequenter audiſſe, cum peroſus pondus Imperii, veterem deſideraret ſecuritatem: Felicem te (ait) Damocles, qui non uno longius prandio regni neceſſitatem toleraviſti. Iſte enim (ut legimus) Damocles provincia Siculus, urbe Syracuſanus, familiaris tyranno Dionyſio fuit. Qui cum nimis laudibus bona patroni, ut cætera ſcilicet inexpertus, efferret: Vis, inquit Dionyſius, hodie in hac menſa bonis meis ac malis pariter uti? Libenter, inquit. Cum ille confeſtim lætum clientem, quamquam attonitum, plebejo tegmine erepto, muricis Tyrii ſeu Tarentini conchiliato ditat indutu; & renitentem gemmis, margaritiſque aureo lecto, ſericatoque toreumate imponit. Cumque pranſuro, Sardanapalitium in morem, panis daretur e Leontina ſegete confectus; inſuper dapes cultæ ferculis cultioribus apponerentur; ſpumarent falerno gemmæ capaces, inque cryſtallis calerent unguenta glacialibus: hinc ſuffita cinnamomo ac thure cœnatio ſpargeret peregrinos naribus odores, & madeſcentes nardo capillos circumfuſa florum ſerta ſiccarent; cœpit ſupra tergum ſic recumbentis vibrare mucro deſtrictus e lacunaribus, qui videbatur in jugulum purpurati jam jamque ruiturus: nam filo equina ſeta ligatus, & ita pondere minax & acumine gulam formidoloſi Tantaleo frenabat exemplo, ne cibi ingreſſi per ora, per vulnera exirent. Unde poſt mixtas fletibus preces, atque multimoda ſuſpiria, vix abſolutus, emicatomque proſiliens, illa refugit celeritate divitias, deliciaſque regales, quæ ſolent appeti: reductus ad deſideria mediocrium, timore ſummorum, & ſatis cavens ne beatum ultra diceret duceratque, qui ſeptus armis ac ſatellitibus, & per hoc raptis incubans opibus, ferro preſſus, premeret aurum. Quapropter ad ſtatum hujuſmodi, domine frater, neſcio an conſtet tendere beatos: patet certe miſeros pervenire. Hactenus Sidonius ad Serranum ſuum, egregie ſane philoſophatus de vita Maximi. Sed jam quæ reliqua ſunt hiſtoriæ lugubris proſequamur.

XI. Eudoxia vocans in Urbem Vvandalos dat pœnas.

Una Eudoxia furens femina Orbem ſimul cum Urbe proſtravit, cum eam Uvandalico gladio volens libenſque ſubjecit, barbaro nimium credens, fidenſque: ignorans infelix ſe cum filiabus fore captivam. De his enim iſta Procopius (a): *Genſericus vero Eudoxiam ſimul cum Eudocia & Placidia ejus ex Valentiniano filiabus cepit, gazamque omnem Imperatoriam in navibus poſitam ſecum in Africam tulit: ac ſiqua erant Romæ decora, itemque Jovis Capitolini tegularum ex ære auratarum partem dimidiam abripuit. Unam vero ex his navibus, ubi ſtatuæ fuerant, tempeſtate periiſſe dicunt, cæteras incolumes in Africam delatas.* Hæc de direpta Urbe Procopius, ex innumeris perpauca recenſens. Conſtat (b) ſiquidem inter alia vetera monumenta hactenus aſſervata, vaſa illa Hieroſolymitani templi a Tito Romam tranſlata, a Genſerico eſſe ablata, atque delata in Africam: quæ poſtmodum per Juſtinianum Imperatorem belli jure vendicata, Conſtantinopolim tranſlata fuiſſe, ſuo loco dicemus:

(a) Procop. de bello Vvandal. lib. 1.

(b) Procop. de bello Vvandal. lib. 2. Niceph. li. 15. c. 11. & Juſtinian. de Offic. Præf. Prætor. Afric.

XII.

Sed & de capta hoc anno Urbe a Uvandalis, ſimulque & de nece Maximi, Sidonius hos habet (c) verſus, cum Aviti Imperatoris laudes celebrat, ſui temporis res geſtas tractans, atque Romam alloquens:

(c) Sydon. in Panegyric. Aviti Imp.

Interea incautam furtivis Vvandalus armis
Te cupit: infidoque tibi Burgundio ductu
Extorquet trepidas mactandi Principis iras.
Heu facinus! in bella iterum, quartoſque labores.
Perfida Eliſea crudeſcunt claſſica Byrſa.
Nutritis quod fata malum! Conſcenderat arces
Evandri Maſſyla phalanx, monteſque Quirini

Mar-

PAGIUS

mariti nomine Honoria nuncupata. Evagrius lib. 2. cap. 7. Procopius lib. 1. de Bell. Vandal. cap. 5. Theophanes & alii, qui ejus matrem *Eudoxiam* appellant, eam *Eudociam* vocant. Quare non audiendos Cedrenus, a quo *Eudocia* nominatur *Eudoxia*. Procopius ibidem tradit *Placidiam* alteram Valentiniani Aug. filiam, jam uxorem fuiſſe *Olybrii* in Romano Senatu clariſſimi, quando cum *Eudoxia* matre & Eudocia ſorore in Africam a Genſerico Rege abducta eſt, quod Theophanes, Cedrenus, & Zonaras etiam ſcripſere: Priſcus vero, & Evagrius locis citatis teſtantur, Placidiæ, cum Olybrio conjugiam non niſi poſtquam Placidia a *Genſerico* ad Marcianum Imp. cum matre remiſſa eſt, peractum eſſe. Verum Cyrillus Monacus in Vita S. Euthymii abbatis a Procopio ſtat, ut mox videbimus, cujus ideo ſententia præferenda; cum ſit Auctor accuratiſſimus, & Priſcus ambigue loquatur, ut ex ejus verbis anno CDLVII. num. XIV. referendis liquebit.

VI. Eas in libertatem aſſeri Martianus & Avitus Impp. petunt.

Marcianus Romanorum Orientalium Imperator, inquit Priſcus pag. 73. *ad Genſericum poſt Romam ab eo, Avito imperante, dirutam Legatos miſit, qui juberent ab Italia vaſtitate abſtinere, & uxorem Valentiniani, & ejus filias in captivitatem abductas libertati reſtituere. Sed Legati, re infecta, in Orientem reverſi ſunt, neque quicquam eorum quæ a Marciano imperata fuerant facere, aut liberare mulieres valuit. Quamobrem Marcia-*

Marmarici preſſere pedes Rurſumque revexit.
Quæ captiva dedit quondam ſtipendia Barche,
Exilium Patrum, &c.

XIII.
(a) Evagr. l. 2. c. 7.
(b) Niceph. l. 15. c. 11.
(c) Paul. Diacon. lib. 15.
Vvandali pepercere primariis Baſilicis.

Incenſam a Genſerico Urbem, Evagriue tradit (*a*): ſpectacula tantum combuſta, ait Nicephorus (*b*). Habet autem auctor Miſcellæ (*c*), occurſu ſancti Leonis liberatam Urbem a cæde atque incendio: *Genſericus* (inquit) *continuo vacuam præſidio civitatem capit; & occurſu Leonis Papæ mitigatus ab incendio, cædibus, atque ſuppliciis Urbem immunem ſervavit: omnibus tamen opibus ablatis, multa inde captivorum millia cum Auguſta Eudoxia & ejus filiabus Carthaginem revexit.* Adde his amplius, coercitum pariter a S. Leone Genſericum fuiſſe ne in theſauros trium præcipuarum baſilicarum manus injiceret, direptis cæteris: quod & certo exemplo docuimus in obitu Valentiniani. Sane quidem poſt cladem Uvandalicam remanſiſſe integra vaſa a Conſtantino tribus illis majoribus baſilicis donata, quæ in Leone leguntur in libro de Romanis Pontificibus fidem faciunt iſtis verbis: *Hic renovavit poſt cladem Uvandalicam omnia miniſteria ſacrata argentea per omnes titulos de conflatis hydriis ſex, duas baſilicæ Conſtantinianæ, duas baſilicæ beati Petri Apoſtoli, duas beati Pauli Apoſtoli, quas Conſtantinus Auguſtus obtulit, quæ penſaverunt ſingulæ libras centum.* Hæc ibi: ex quibus intelligere poſſumus, pepercisse Uvandalos tribus primariis Romanæ urbis baſilicis, titulos autem tantum prædatos eſſe: quod quidem ſumma admiratione dignum eſt, truces barbaros, eoſdemque Arianos majoribus peperciſſe baſilicis, in quibus immenſitas theſaurorum recondita erat, a Conſtantino collata. Duraſſe autem Urbis direptionem diebus quatuordecim, Iſidorus in hiſtoria Vvandalorum affirmat: ſed illud male, quod habet Valentinianum poſt direptionem Romæ relictum, quem liquet ante eſſe necatum. Periiſſe autem naufragio direptas opes affirmant.

XIV.
(d) Procop. de bello Vvandal. lib. 1.
Quid de Eudoxia & filiabus.
(e) Evag. l. 2. c. 7.
(f) Niceph. l. 15. c. 11.

Sed miſeros captivos delatos Carthaginem proſequamur: ait de illis iſta Procopius (*d*): *E captivis mulieribus Eudociam Honorico filio, Placidiam vero Olybrio nobili Senatori Romano locavit: quam Placidiam ſimul cum Eudoxia mater rogante Leone Imperatore, qui poſt Marcianum ſucceſſit, Conſtantinopolim miſit.* Hæc de his Procopius: eadem Evagrius (*e*) ſed nuptias Placidiæ cum Olybrio, non per Genſericum, ſed per Marcianum Conſtantinopoli eſſe contractas, cum illuc, capta Urbe, Olybrius confugiſſet, teſtatur: eademque Nicephorus (*f*) qui tamen errare conſpicitur, dum vivente Pulcheria hæc facta eſſe affirmat. Exhibuit tamen iſtam humanitatem barbarus, ut Placidiam cum Eudoxia matre Conſtantinopolim honorifice miſerit, ut cognovit eam jam ante invaſam Urbem eſſe deſponſatam Olybrio, qui, Urbe capta, profugus Conſtantinopolim ſe contulerat. Iſta Nicephorus. At quod ad nuptias Eudociæ cum Honorico ſpectat, ſuo loco dicemus.

XV.
(g) Victor de perſ. Vvandal. lib. 1.
Quid erga captivos Epiſcopus Carthagin.

Quod vero ad reliquos captivos pertinet, quanta charitate eos proſecutus fuerit Deogratias Epiſcopus Carthaginenſis, Victor his narrat verbis (*g*): *Illo igitur Epiſcopo conſtituto, factum eſt, peccatis urgentibus, ut urbem illam quondam nobiliſſimam atque famoſam, decimoquinto regni ſui anno Genſericus caperet Romam: & ſimul exinde Regum multorum divitias cum populis captivavit. Quæ dum multitudo captivitatis Africanum attingeret littus, dividentibus Uvandalis & Mauris ingentem populi quantitatem (ut moris eſt barbaris) mariti ab uxoribus, liberi a parentibus ſeparabantur. Statim ſategit vir Deo plenus & carus univerſa vaſa miniſterii aurea vel argentea diſtrahere, & libertatem de ſervitute barbarica liberare, & ut conjugalia fœderata manerent, & pignora genitoribus redderentur. Et quia loca nulla ſufficiebant ad capeſſendam multitudinem tantam, baſilicas duas nominatas & amplas Fauſti & Novarum eorum lectulis atque ſtraminibus deputavit, decernens per ſingulos dies, quantum quis pro merito acciperet. Et quia*

Y ple-

PAGIUS

cianus iterum literas ad Genſericum ſcripſit per Bledam Legatum. Erat autem Bleda Epiſcopus hæreſeos Genſerici. Vandali enim Chriſtianorum cultum, & Religionem amplexi fuerant. Hic ubi ad Genſericum acceſſit, atque alienum a ſua Legatione perſpexit, in verba ſuperbiora cœpit. Non bene ceſſurum, licet illi ſecunda res animos facerent, ſi bellum cum Romanorum Imperatore contraheret. Sed neque ulla verborum lenitas quantumvis a Legato uſurpata, neque incuſſus timor illum ad ullam animi æquitatem, aut moderationem, ut mulceret redderet, pertrahere potuerunt. Bledam enim irrita Legatione remiſit, & curſus in Siciliam & proxima Italiæ loca exercitum immittens, omnem regionem vaſtavit. Avitus quoque Romanorum Occidentalium Imperator ad eum Legatos miſit, qui monerent, ut fœderum pridem cum illo initorum meminiſſet, ut & ea ſibi obſervanda ſtatueret, ſin minus ſe, & domeſtico exercitu, & auxiliaribus copiis fretum, bellum apparaturum. Majoriano imperante Eudoxia cum Placidia a Genſerico Conſtantinopolim remiſſa fuit, ut infra videbimus.

VII.
Perſecutio Vandalica.

A num. XV. ad XVIII. Victor Vitenſis lib. 1. de Perſecut. Vandal. quam crudeliter Genſericus alios captivos habuerit, & quanta charitate *Deogratias* Epiſcopus Carthaginenſis eos proſecutus fuerit, aarrat, additque: *functus eſt autem*

eo

*pleroſque inſuetudo navigii, & crudelitas captivitatis afflixerat, non parvus inter eos numerus fuerat ægrotorum: quos ille beatus Antiſtes, ut nutrix pia, per momenta ſingula cum medicis circuibat, ſequentibus cibis, ut inſpecta * vena, quid cui opus eſſet, illo præſtante, daretur. Sed nec nocturnis horis ab hoc opere miſericordiæ feriabatur, ſed pergebat currens per ſingulos lectos, ſciſcitans qualiter ſe quiſque haberet. Ita ſe tradiderat omnino labori, ut nec defeſſis membris, nec carioſæ jam ſenectuti parceret.*

* ſecta.

XVI. Ariani invidia commoventur.

Quo livore Ariani ſuccenſi, dolis eum quamplurimis voluere ſæpius enecare. Quod credo, prævidens Dominus, paſſerem ſuum de manibus accipitrum voluit liberare. Cujus exitum ita Urbici captivi planxerunt, ut tunc ſe putarent magis tradi manibus barbarorum, quando ille perrexit ad cælum. Functus eſt autem eo ſacerdotio annis tribus. Cujus amore & deſiderio populus attentus potuerat membra digni corporis rapere, niſi conſilio prudenti dum evocatur aeſcente multitudine ſepeliretur. Hæc de Epiſcopo Deogratias atque Romanis captivis Victor. Porro honorifica memoria tabulis Eccleſiæ publicis ejuſdem ſanctiſſimi viri commendata, certa die annis ſingulis rediviva undecimo Kalendas Aprilis peragi conſuevit.

XVII. In ordinatorem Episcopi Carthag. quid Ariani.

Sed quod impii agere non valuerunt in ſanctum, quem ab oculis eorum Deus eripuiſſet, converterunt in ipſius ordinatorem Thomam, de quo iſta mox idem ſubiicit Victor: *Et quia tacendum ſemper non eſt de impietatibus hæreticorum, nec verecundum poteſt eſſe, quod ad laudem proficit patientis: ordinator quidam memorati ſacerdotis, nomine Thomas, dum variis inſidiis ab eis ſæpius arctaretur, quodam tempore venerabilem ſenem in publica facie catomis * ceciderunt: quod ille non ad opprobrium, ſed ad mercedem computans gloriæ ſuæ, in Domino lætabatur,* Hæc Victor. At quid ſit catomis cædere, vel catomum cædi, conſule noſtras Notas ad Romanum Martyrologium (a). Porro defuncto Deogratias Epiſcopo Carthaginenſi, impius barbarus Genſericus, uſquedum vixit, nullum alium

* catomum.

(a) Martyrol. Rom. die 15. Junii.

PAGIUS

eo Sacerdotio annis tribus. Paulo poſt ſcribit: *Et quia tacendum ſemper non eſt de impietatibus hæreticorum, nec verendum poterit eſſe, quod ad laudem proficit patientis Ordinatur quondam memorati Sacerdotis* (Epiſcopi ſc. Deogratias) *nomine Thomas, dum variis ab eis inſidiis ſæpius arctaretur, quodam tempore venerabilem ſenem in publicam faciem catomis ceciderunt.* Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum ad diem XV. menſis Junii, plura habet de intelligentia *catomi*, tandemque concludit, remanere adhuc integram de *catomo* quæſtionem. Verum, ut obſervat *Ducangius* in Gloſſario ſuo, *catomis* genus virgæ fuiſſe, videtur innuere vetus interpres Juvenalis ad Sat. III. *Quia aut catomis cædebantur, aut quia manibus vapulabant cuncti per civitatem.* Ita enim legendum, ut oſtendit Ducangius, *ubi catomis cædi, & manibus vapulari*, diverſa eſſe innuuntur. Certe Papias *catomos virgas ferreas interpretatur: Breviloquus* etiam *flagella ex virgis ferreis facta*, vel *flagella ex virgis in modum ſcoparum, quibus*, inquit, *utuntur Religioſi in Capitulis.* Chiffletius in editione Victoris Vitenſis ſecutus editionem Colonienſem anno MDXXXV. curatam, & Codicem MS. Cartuſiæ Portarum, hunc Thomam Epiſcopum fuiſſe Carthaginenſem, & ſic legendum, contendit: *Ordinatur quidam in Sacerdotium nomine Thomas. Qui dum variis* &c. Sed non dubito, quin hæc lectio mendoſa ſit. Præterquam enim quod pleræque editiones Victoris, quæ Chiffletianam anteceſſere, eidem lectioni contrariæ ſunt, & in Calendario antiquiſſimo Eccleſiæ Carthaginenſis a Mabillonio Tom. III. Veter. Analect. publicato, in quo nulli Sancti nec dum Fulgentius Epiſcopus reperiuntur ii, poſteriores, qui in Vandalorum perſecutione ſub Hunnerico paſſi ſunt, nullius Thomæ Epiſcopi mentio fiat (licet alii ſancti Epiſcopi Carthaginenſes ibidem memorentur) alia MSS. Victoris aliis editionibus ſuffragantur. In Codice Colbertino num. 905. legitur: *Quod ad laudem proficit patienter ordinat quondam Sacerdotio nomine Thomas, dum variis*, &c. Qui tamen locus etiam corruptus eſt. In alio Codice Colbertino n. 5746. *Ordinatur quondam Sacerdos nomine Thomas, qui dum variis*, &c. In Codice ejuſdem Bibliothecæ, num. 3119. *Ordinatus quondam Sacerdos nomine Thomas dum variis*, &c. Sed ex his nihil certi erui poteſt.

VIII. Thomas non fuit Episc. Carthaginenſis.

Fruſtra Chifflctius in Elucidationibus ad Victorem cap. 23. opinionem ſuam his conjecturis probare conatur: *Si Deogratias Epiſcopum ordinavit Thomas, ipſe ergo Epiſcopus fuit. Si fuit Epiſcopus non quomodo Sedem ejus appellavit Victor, ut in aliis ſolet? Ad hæc ſi Thomas cum aliis duobus Epiſcopis ſecundum antiquos canones Epiſcopum Deogratias conſecravit, quomodo ſolitarie ejus Ordinator diceretur? Denique ordinata ante triennium Epiſcopo Deogratias, quomodo extra propriam Sedem contra canones tandiu Carthagine reſtitiſſet?* Verum leves hæ conjecturæ. *Thomas* enim anno currenti, quo *Deogratias* ad Deum migravit, propter cauſas nobis ignotas Carthagine fuit; Solitarie autem eum nominat Victor, quia ex tribus Epiſcopis qui conſecrationi Deogratias interfuere, Thomas fuerat *Ordinator*, ſeu Conſecrator, ut loquitur Pontificale Romanum; duo vero alii a Victore non nominati, Aſſiſtentes tantum, quo pacto Pontificale Romanum mentionem ſemper facit Conſecratoris, & duorum Aſſiſtentium, quos nunquam Conſecratores appellat. Neque opus erat, ut Sedem ejus idem Hiſtoricus appellaret, ſed tantum, ut quæ paſſus eſſet, narraret. Victor ſcribit, Carthaginenſem Eccleſiam per annos XXIV. ſine Epiſcopo fuiſſe. Quare cum pax Eccleſiæ Carthaginenſi anno CDLXXIX. reddita fuerit, & hoc anno *Genſericus* poſt captam Romam in Orthodoxos Africæ ſævierit, neque initium *Deogratias* ab anno CDLIII, neque ejus Martyrium ob hoc anno removeri poſſunt. In laudato Calendario Eccleſiæ Carthaginenſis *ad Nonas Januar.* legitur: *Depoſitio Sancti Deogratias, & Eugenii Epiſcoporum*, qui dies vel ad ejus mortem, vel ad ejus Tranſlationem

alium paſſus eſt in locum defuncti Carthaginenſem Epiſcopum ſubrogari. Sed quomodo graſſari cœpit gravior in Catholicos perſecutio, dicemus anno ſequenti.

XVIII. Eudocia Auguſta ex afflictione redditur Orthodoxa.

Profuit gravis iſta afflictio & captivitas Eudoxiæ Auguſtæ & filiarum ejus, matri Eudociæ itidem Auguſtæ, uxori quondam Theodoſii Junioris, Hieroſolymis agenti. Etenim cum ita imbibiſſet Eutychianam hæreſim, ut reſipiſcentibus cæteris, ipſa obſtinata perſiſteret; his attrita flagellis, tandem reddita menti, quam hactenus foviſſet hæreſim eſt deteſtata: id in primis operante ſanctiſſimo viro Euthymio, de quo plura ſuperius. At quomodo ſe hæc habuerint, Cyrillum monachum eadem fideliſſime deſcribentem audiamus. Ubi enim ejuſdem Eudociæ conatus recenſuit adverſus Catholicam fidem, eam inſtigante ſubdolo illo Theodoſio ex monacho pſeudoepiſcopo, iſta ſubdit (a): *Poſtquam vero injuſtitia aggreſſa eſt Theodoſium, & ille quidem procul abeſt* (ſive fuga lapſus, ſive in exilium deportatus) *Juvenalis autem ſuam ſedem recepit; & ea diſſolvuntur quæ Eccleſiæ afferebant moleſtiam: Valerii fratris & Olybrii generi* (cui, ut dictum eſt, deſponſata erat filia Eudoxiæ Placidia) *ſæpe mittuntur litteræ ad Imperatricem Eudociam hac de cauſa, ut Eutychianiſtarum relicta communione, ſequatur ea quæ decreta fuerant ab Eccleſia Catholica. Illa autem primum quidem cunctabatur & differebat mutationem; neque ſciebat quemadmodum dimitteret ea quæ ſibi viſa fuerant. Poſtquam vero intellexiſſet ſuum generum* (nempe Valentinianum Imperatorem) *fuiſſe interemptum in Urbe, filiamque & ejus filias eſſe in poteſtate hoſtium, & captivas abductas Carthaginem, corde valde ſauciata, & rerum cariſſimarum amiſſione ea eſſe repenſa arbitrata, invenit calamitatem magiſtram ejus quod recte habet: Ipſa enim* (inquit b) *tua diſciplina me docebit. Et ad rectam & veram fidem per illam reducta, ſtatuit deinceps viris divinis vacare, ab eis inſtrui, & uti ducibus ad ſalutem.*

(a) Cyrill. in Vita S. Euthym. apud Sur. die 20. Januar.

(b) Pſal. 17.

XIX.

Et ideo Anaſtaſium Corepiſcopum cum quibuſdam aliis, qui ei ſerviebant, mittit Antiochiam, ad Simeonem χιωνίτην*, id eſt, columnam habitantem, qui erat multo altius ſublatus virtute, quam columna, & vere totius Orbis miraculum: ei ſcopum cordis ſui per litteras ſignificans, rogenſque ut ab illo rurſus acciperet, quænam ſua eſſet ſententia. Quidnam autem reſpondit? Scias* (inquit) *quod malignus videns opus tuarum virtutum, expetivit te, ut cribraret* (c) *ſicut triticum, & per peſtiferum illum Theodoſium tuam corrupit animam. Sed eſto bono animo: non enim defecit fides tua. Mihi autem hoc ſuccurrit admirari, quod cum ſit tibi fons propinquus, ipſum quidem deſpicis, procul vero quæris eamdem aquam haurire: habes enim divinum Euthymium, cujus ſequens doctrinam, non errabis a ſalute. His auditis, non fuit negligens Eudocia, neque ſupina in boni inquiſitione: ſed cum ſtatim de viro inquiſiviſſet, & intellexiſſet ei eſſe prohibitum ad civitatem aliquam accedere, turrim in ſolitudine, quæ vergit ad Orientem, in altiſſimo ædificat promontorio, quod non pluſquam triginta ſtadia diſtat a Laura. Et illa quidem in eam aſcendit, ut nullo prohibente, frueretur ad ſatietatem doctrina Euthymii.*

Legatos mittit Eudocia Aug. ad Simeonem Stylitam.

(c) Luc. 22.

XX.

Statim autem mittit ad eum quærendum Coſmam Crucis cuſtodem, & qui a me ſupra dictus eſt, Anaſtaſium Corepiſcopum. Illi autem cum ardenti mandato æque vehemens ad parendum ſtudium attendiſſent, in Lauram quidem protinus perveniunt. Cum vero accepiſſent eum non adeſſe, ſed jamdiu tranſiiſſe in Ruban, locum eremi ſecretiorem: *nec ſic quidem a cœpto deſtiterunt: ſed cum ſimul beatum accepiſſent Theoctiſtum, ad eum abeunt, & eum vehementer ſimul orant & obſecrant, & tandem perſuadent, ut ad turrim veniat, ubi nunc eſt ædificatum Scholarii monaſterium.*

XXI. Eudocia Aug. ad pedes S. Euthymii.

Cum autem eum vidiſſet Imperatrix Eudocia, non leviter aſpexit, ſed ut qui in æſtate aquam ſitit, ad illius pedes præ gaudio procidens: Nunc cognovi (inquit) *quod Deus me viſitavit. Ille autem cum eam ſolita impertiiſſet benedictione: Sed oportet* (inquit) *o filia, te tibi deinceps attendere, & in futurum diligenter cavere: Nam quoniam vel parum abducta fuiſti una cum Theodoſio, propterea tibi moleſta eveniunt in rebus cariſſimis. Sed ut per totam vitam abſtineas ab hac a ratione aliena contentione; oportet te præter*

PAGIUS

nem referendus; uterque enim *depoſitionis* nomine ſæpe ab Antiquis expreſſus, ut mille exemplis liquet. Huc revocanda quæ anno CDLII. num. VII. de inſtituta Romæ poſt hanc cladem feſtivitate diximus.

IX. Eudocia Aug. redit ad Catholicam Eccleſiam.

A num. XVIII. ad XXIV. Cyrillus Monachus in Vita S. Euthymii Abbatis nuper a Pougeto Benedictino Græce & Latine publicata, de converſione Eudociæ Auguſtæ Theodoſii Jun. viduæ, quæ Hieroſolymis morabatur, hæc habet: *Illa variis litteris a fratre ſuo Valerio, & Olybrio ſua filia genero acceptis,* (*quibus monebatur, ut ab Eutychianiſtarum communione diſcederet, & Catholica Eccleſiæ communicaret, & maxime ob moleſta negotia, quæ ipſi acciderant,* nempe genero ſuo Romæ tunc occiſo, *indeque filia & nepotibus in Africam captivis ductis*) *gravi dubitatione agitabatur*. Sed loco *Nepotibus*, vertendum *Neptibus*, Eudocia ſc. & Placidia Eudoxiæ Auguſtæ filiabus. Narrat poſtea Cyrillus, Eudociam Auguſtam a Sancto Euthymio converſam, plurimos Laicos & Monachos, quos

tres ſanctas & œcumenicas Synodos, nempe Nicænam quæ convenit adverſus Arium, & Conſtantinopolitanam quæ ipſa quoque congregata fuit adverſus Macedonium, & Epheſinam priorem adverſus Neſtorium, accipere etiam decretum quod fuit editum ab ea quæ nunc fuit congregata Chalcedone; & cum te ſeparaveris a communione Dioſcori, Juvenali Hieroſolymitano Archiepiſcopo omnino communicare, & cum eo omnino conſentire. Cum hæc quidem dixiſſet, & precatus eſſet pro Imperatrice, & deinde ei vale dixiſſet, recedit.

XXII. *Illa autem ſtatim re ipſa eſt executa ea quæ mandata fuerant, ſanctamque ingreſſa civitatem, Juvenali & Catholicæ communicavit Eccleſiæ; magnamque & frequentem induxit multitudinem monachorum & laicorum, ut quæ ſicut diſſenſionis, ita etiam communionis optimum fuit exemplum. Quorum fuit etiam unus Archimandrita Eleutherius. Nam Gerontius* (quem vidimus Præfectum Melaniæ monaſterio) *in malo maluit conſeneſcere, & non ſibi ſolum, ſed multis quoque aliis fuit cauſa interitus: cui etiam ſimilem & ſimiliter ducentem ad exitium duo quidem ingreſſi ſunt Elpidii conventum Marianus & Romanus, & conſtruxit uterque monaſteria, unus autem circa ſanctam Bethlehem, alter vero in vico Theocorum.*

Monaſteria præficiuntur Catholici. *Et beata quidem Eudocia accerſit e Laura fratres cuſtodis Crucis, nempe Chryſippum & Gabriellium, & effecit ut ordinarentur presbyteri. Et Chryſippus quidem cum fuiſſet in presbyteratu inſignis, reliquit ſcripta ſua, digna quæ mandarentur memoriæ: Gabriellio autem committit præfecturam monaſterii Stephani protomartyris.*

XXIII. Baſſa reddita Catholicæ. *Baſſa autem pia & Deo amabilis cum Andream fratrem Stephani Jamnææ Epiſcopi e Laura acceſſiviſſet, eum paſtorem effecit & præfectum monaſterii, quod ab ea fuerat ædificatum: ædificatum autem fuit in nomine Menna martyris.* Hactenus de his Cyrillus: quibus intelligas non Eudociam Auguſtam tantum redditam pietati, ſed & per eam monaſteria, quæ fuerant hæreſi maculata, fidei Catholicæ reſtituta eſſe: cujus exemplo id ipſum tunc Baſſa clariſſima femina præſtitit: hæc namque illa, ad quam ſancta Pulcheria (ut vidimus) ſcribens, iſtud ipſum litteris expetierat. Iſthæc autem ex Cyrillo recitata ferme omnia etiam Nicephorus (a) habet; ſed nos maluimus e fonte petere, ab auctore nimirum qui in res temporum ſuorum ſcribens præſens interfuit. Sic igitur maximo Dei beneficio factum eſt, ut femina potens, hæreſi valde labefactata; tandem ea vexatione excitaretur, & ad bonam frugem per ſanctiſſimos patres Simeonem atque Euthymium perduceretur, facta & ipſa plurimis cauſa ſalutis. (a) Niceph. l. 15. c. 13.

Hoc eodem anno, a cede Maximi interſtitio duodetriginta dierum interregni elapſo, in Galliis Avitus, qui Magiſter militum a Maximo creatus fuerat & Præfectura Prætorii Galliarum a Valentiniano donatus, legatum tunc apud Gothorum Regem Theodericum agens, ab exercitu, adnitentibus Gothis, Imperator acclamatur: immo primum Gothorum Regem nomen illi Auguſti detuliſſe, magnaque ſimul Romanæ Reipublicæ ſpondiſſe, Sidonius docet his verſibus cum hæc Theodoricum dixiſſe refert: XXIV. Avitus creatus Imperator.

Teſtor, Roma, tuum nobis venerabile nomen,
Et ſocium & de Marte genus, vel quicquid ab ævo,
(Nil te mundus habet melius, nil ipſa Senatu)
Me pacem ſervare tibi. Vel velle abolere
Quæ noſter peccavit avus: quem fuſcat id unum,

Quod

PAGIUS Theodoſius deceperat, in Catholicam communionem reduxiſſe. Cum vero *Olybrius* Eudoxiæ Auguſtæ gener ibidem appelletur, apparet, *Placidiam* ante ſuam captivitatem deſponſatam fuiſſe, indeque forſan factum, ut ex Scriptoribus, alii tradiderint *Olybrium* eam, antequam in Africam duceretur, conjugem duxiſſe; alii vero id tantum contigiſſe, poſtquam a ſervitute liberata eſt, neglectis ſc. ſponſalibus.

X. *Avitus fit Imperator in Galliis.* Ad num. XXIV. Idacius in Chronico anni Abrahami, 2472. qui Kalendis Octobris ſuperioris Chriſti anni inchoatur, poſtquam Valentiniani & Maximi cædem narravit, ait: *Ipſo anno in Galliis Avitus, Gallus civis, ab exercitu Gallicano & ab Honoratis primum Toloſæ, dehinc apud Arelatum Auguſtus appellatus Romam pergit & ſuſcipitur. Uſque ad Valentinianum Theodoſii generatio tenuit Principatum.* [1] Turonenſis lib. 2. cap. 11. de Avito ſcribit: *Avitus unus ex Senatoribus, &, ut valde manifeſtum eſt, civis Arvernus.* Iſidorus vero in Chronico Gothorum de Theuderico Viſigothorum Rege habet: *Qui pro eo quod Imperatori Avito ſumendi Imperialis faſtigii cum Gallis auxilium præbuiſſet, ab Aquitania in Spanias cum ingenti multitudine exercitus, & cum licentia ejuſdem Imperatoris ingreditur.* Verum Theuderici victoria & Rechiarii cædes ad annum ſequentem pertinent, ubi de utraque agemus. Porro Onuphrius in Faſtis ſcribit, poſt *Maximi* interitum fuiſſe interregnum dierum XVIII. in Chronico vero dierum XXVIII. quam ultimam ſententiam amplexus eſt Baronius, ſed utramque ex dictis rejiciendam liquet.

Marius Epiſcopus Aventicenſis, qui ob hoc annum Chronicon ſuum, poſt Baronii mortem publicatum, exorditur, ait: *Levatus eſt Avitus Imperator in Galliis, & ingreſſus eſt Theodoricus Rex Gothorum Arelate cum fratribus ſuis in pace.* Sidonius Apollinaris in Panegyrico Avito Au- XI.

NOTÆ [a] AVITI Imperium auſpicatur a die 6. Id. Julias Author fragmenti Faſtorum Bollandianorum, qui tamen ſuo more plurima congerit ſub Conſulibus non propriis. MANSI

Quod te, Roma, capit. Sed dii ſi vota ſecundant,
Excidii veteris crimen purgare valebit
Ultio præſentis: ſi tu, Dux inclyte, ſolum
Auguſti ſubeas nomen. Quid lumina flectis?
Invitum plus eſſe decet, &c.

Compoſitis in hunc modum rebus, & jam cum Gothis ſancita firmiſſima pace, tum militum tum Galliarum procerum omnium animis in unum conſpirantibus, ab iiſdem acclamatus eſt Imperator, licet invitus atque reluctans. Erat Avitus domi militiæque ſpectatus, nobiliſſimo ortus genere, orator egregius, juris conſultiſſimus, laboriſque bellici haud expers; cujus res geſtas Sidonius perſtrinxit paucis in Panegyrico, anni ſequentis exordio in Conſulatus auſpicatione verſibus edito. Quomodo autem Imperium depoſuerit, ſuo loco anno ſequenti dicturi ſumus.

XXV. Marcianus Imp. vindicat clerum in priſtinam libertatem.

Tantam illatam Occidentali Imperio cladem longe poſitus Marcianus Imperator contemplatus, doluit, & ingemuit, quod nec ſatis tunc ſibi virium eſſet, nec temporis, vel occaſionis (jam Uvandalis præda onuſtis reverſis in Africam) tantis malis occurrere; quibus jam perpetratis non eſſet ſibi integrum, ne fierent, præcavere. Sed qui prudens erat, religionis contemptum conſiderans interceſſiſſe, cujus cauſa ruinam & caſum Imperium paſſum eſſet; cum intelligeret Valentinianum divinam in ſe ipſum iram concitaſſe, ſimulac ſanctionem edidit adverſus Eccleſiaſticam immunitatem: ſed & Principes haud impune in religionem peccare ſolere, docuiſſet Theodoſii prædeceſſoris exemplum: his monitus ipſe prudens, haud ſibi ſatis viſum fidei Catholicæ ſe exibuiſſe patronum, ſed & perſonas etiam Eccleſiaſticas priſtinæ reſtitui voluit jurium libertati, antiquatis legibus illis adverſus libertatem Eccleſiaſticam ab aliis Imperatoribus antea promulgatis, quibus & interdicebatur clericis ne quid ex teſtamento relictum a viduis caperent: Itaque iſto ad Palladium Præfectum Prætorio reſcripſit (a):

(a) Marc. Novel. tit. 5.

XXVI. Marcianus abrogat leges adverſus Clericos latas.

Sæpe materiam ſcribendis ferendiſque legibus negotia inopinato exorta ſuppeditant; & aut novas conſtitui ſanctiones, aut durius & aſperius latas faciunt abrogari. Æqualis enim in utroque æquitas eſt, vel promulgare quæ juſta ſunt, vel antiquare quæ gravia ſunt. Nuper cum de teſtamento clariſſimæ memoriæ Hipatiæ, quæ inter alios virum religioſum Anatolium presbyterum in portione manifeſta bonorum ſuorum ſcripſit heredem, ampliſſimo Senatu præſente, tractaret pietas mea; & dubium videretur, an vera eſſe deberent hæ voluntates viduarum, quæ teſtamento ſuo aliquid his clericis relinquunt, qui ſub prætextu religionis hujuſmodi feminarum domos adeunt: Cum lex divæ memoriæ Valentiniani, & Valentis, & Gratiani, Eccleſiaſticos, vel eos qui ſe continentium volunt nomine nuncupari, nihil quacumque liberalitate viduarum extremo judicio permittat adipiſci: contra vero hæc divæ memoriæ Valentiniani, Theodoſii, & Arcadii conſtitutio legeretur: Inſpicientibus & æſtimantibus nobis latoris animum, viſum eſt juſta ac rationabili pœnitentia priorum conſtitutionum vigorem antiquare voluiſſe. Nam cum in prima lege viduarum tantummodo mentio facta ſit, in ſecunda autem tantummodo diaconiſſarum; intelligitur, eam conſtitutionem, quæ viduarum & diaconiſſarum meminit, de lege utraque dixiſſe.

XXVII. *Quod cum de voluntate latoris & de ſanctione legis nobis videretur: univerſum teſtamentum nobis juſſimus relegi atque replicari: & cum repertum fuiſſet alias quoque partes ejuſdem voluntatis ita juſte & prudenter inſtitutas, ut nullum bene de ſe meritum neglexerit, multa ſacroſanctis Eccleſiis, multa pauperibus, multa monachis religionis intuitu, multa captivorum redemptioni commota miſerabili eorum ſorte* con-

PAGIUS

Avitus non erat Præfectus Prætorio quando dictus eſt Imperator.

Auguſto ſocero ſuo dicto prodit, *Avitum a Maximo Imperatore inſtitutum fuiſſe Magiſtrum peditum atque equitum, & honore illo ſuſcepto ad Viſigothos properaſſe, præmiſſo Meſſiano Patricio, qui non bellum illis, ſed pacem offerret, Toloſamque ingreſſos, Avitum Theodoricum Regem Viſigothorum, & Fridericum Theodorici fratrem, ibique Avitum nuncupatum Imperatorem. Quare is Toloſa Arelatum profectus eſt cum Theodorico Rege & ejus fratribus, ibique pax cum Romanis ſancita.* Baronius ſcribit, *Avitum Præfecturam Galliarum gerentem renunciatum eſſe Imperatorem, eumque illam Præfecturam pluribus annis adminiſtraſſe, quod ex Panegyrico Sidonii citato colligi putat.*

Ex quo Militia poſt munia trina ſuperbam
Præfectura apicem quarto jam culmine rexit.

Verum, ut ait Sirmondus in Notis ad illum Panegyricum, falluntur, qui ex hoc loco Avitum ter Magiſtrum militum, quater Præfectum Prætorio fuiſſe augurantur. Neque enim *Avitus*, quem Sidonius loquentem inducit, hoc aſſerit; ſed dicit tantum ſibi poſtquam triplici jam bello, non ſine honoris titulo militaſſet, quarto loco Præfecturam obtigiſſe. Præfectura autem *Aviti* incidit in annum Chriſti CDXXXIX. ut ibidem oſtendit Sirmondus ad n. CCXCVI.

XII. *Edictum Marciani in favorem Eccleſ.*

A num. XXV. ad XXIX. *Marcianus* hoc anno Quinquennalibus ſuis dicato deceſſorum ſuorum exemplo, ea memorabilia reddere voluit, eamque ob rem perſonas Eccleſiaſticas priſtinæ reſtitui juſſit jurium libertati, antiquatis legibus adverſus libertatem Eccleſiaſticam ab aliis Imperatoribus promulgatis, quibus & interdicebatur Clericis, ne quid ex teſtamento relictum a vi-

Digitized by Google

contulerit, multa libertis ſuis eadem latorum ſibi obſequiorum contemplatione præſtiterit; alteram quoque partem inſtitutionis, in qua Anatolium presbyterum reliquit hæredem, advertimus ordine fuiſſe diſpoſitam. Ea enim mobilia quæ plurimis juſta ac pie reliquit, per hunc voluit univerſa compleri; ut non ſolum heredis, ſed etiam diſpenſatoris fungatur officio. Ideoque hujuſmodi clariſſimæ memoriæ Hipatiæ voluntatem etiam in ea parte, qua Anatolium presbyterum inſtituit heredem, mea auctoritate firmavi.

XXVIII. Conceſſa facultas donandi clericis.

Sed ne in poſterum, vel ex prioribus conſtitutionibus, quarum fecimus mentionem, & quas nunc præcipio penitus abrogari, vel ex præſentis negotii dubitatione aliquid forte relinquatur ambiguum; ſecuritati vel fiduciæ morientium providentes, generali perpetuoque victura hac lege ſancimus, ut ſive vidua, ſive diaconiſſa, ſive virgo Deo dicata, vel ſanctimonialis mulier, ſive quocumque alio nomine religioſi honoris vel dignitatis femina nuncupetur, teſtamento, vel codicillo ſuo, quod tamen alia omnis juris ratione munitum ſit, Eccleſiæ, vel Martyrio, vel clerico, vel monacho, vel pauperibus aliquid vel ex integro, vel ex parte in quacumque re vel ſpecie crediderit relinquendum; id omnibus modis ratum ſignatumque conſiſtat, ſive hoc inſtitutione, ſive ſubſtitutione, ſive legato, aut fidei commiſſo per univerſitatem, vel ſpecialiter, ſive ſcripta, ſive non ſcripta voluntate fuerit relictum, omni in poſterum de ejuſmodi negotio ambiguitate ſummota: donationibus etiam vel qualibet liberalitate tam viduarum, quam diaconiſſarum, ſive virginum quæ Deo dicatæ ſunt, vel ſanctimonialium, quæcumque in Eccleſiam, vel Martyrium, vel clericum, vel monachum, vel pauperes collata fuerint; pari robore firma eſſe præcipio, Palladi parens cariſſime Auguſtorum. Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua, ea quæ generalis legis hujus ſanctione decrevi, edictis ex more propoſitis, ad omnium notitiam faciat pervenire. Data decimo Kalendas Majas, Conſtantinopoli, Anthemio viro clariſſimo Conſule. Hæc Marcianus, cum jam potuerit reſciviſſe Valentiniani, necem: menſis enim ſpatio per veredarios perferri ſolitas Roma litteras Conſtantinopolim, ſuperius demonſtratum eſt. Probavit hæc ca-

PAGIUS

e viduis caperent. Marciani Novellam datam X. *Kalendas Maias Conſtantinop. Anthemio V. C. Coſ.* recitat Baronius.

XIII. *S. Leonis Epiſtola de Paſchate hujus anni.*

Hoc anno S. Leo Epiſtolas tres ſcripſit, quas Queſnellus ex codice MS. Cardinalis Grimani eruit. Prior eſt ad Marcianum Aug. ordine CXII. qua reſpondet Leo ſe illi jam pridem gratias per literas egiſſe, ſeque Alexandrinorum ſecutum ſententiam, quam Occidentalium partium Epiſcopis ſignificavit: *Eadem occaſione*, inquit, *qua Pietatis veſtræ apices veneranter accepi, debita ſalutationis verba exolvo, & inſufficienter gratias ago, quod de Sacratiſſimo die Paſcha Sacerdotali ſollicitudine Pietas veſtra me commonuit: licet dudum in hac obſervantia regula me acquieſcere ſim profeſſus, eumdem diem venerabilis Feſti omnibus Occidentalium partium Sacerdotibus intimaſſe, quem Alexandrini Epiſcopi declaravit inſtructio id eſt, ut anno præſenti VIII. Kalendas Maii Paſcha celebretur, omiſſis omnibus ſcrupulis propter ſtudium unitatis & pacis.* Data eſt Epiſtola *III. Idus Auguſta Valentiniano VIII. Conſule*, ubi poſt vocem *Idus*, nomen menſis deeſt. Proſper, qui Chronicon ſuum hoc anno ſequentibus verbis claudit, oſtendit ſe a ſententia Alexandrinorum alienum fuiſſe: *Eodem*, inquit, *anno Paſcha Dominicum die VIII. Kalendas Maii celebratum eſt pertinaci intentione Alexandrini Epiſcopi, cui omnes Orientales conſentiendum putaverunt: quamvis Sanctus Leo XV. Kalendas Maii potius obſervandum proteſtaretur. Extant ejuſdem Papæ Epiſtolæ ad clementiſſimum Principem Marcianum datæ, quibus ratio veritatis ſolicitata evidenter patefacta eſt. Ex quibus Catholica Eccleſia inſtrui poteſt, quod hæc perſuaſio ſtudio unitatis & pacis tolerata ſit, potius quam probata; nunquam deinceps imitanda; ut quæ exitialem attulit offenſionem, omnem in perpetuum perdat auctoritatem.*

XIV. *Duæ Legationes Joannis Decurionis in Ægyptum diſtinguendæ.*

Alia Epiſtola ordine CXIII. data eſt ad Julianum Epiſcopum Coenſem *V. Idus Maii, Valentiniano octies Conſule.* Queſnellus, loco *V. Idus Maii*, reponit, *V. Idus Martii*, quod Valentinianus Aug. jam die *XVI. Kal. Aprilis* interfectus fuiſſet. Verum licet Conſules mortui eſſent, eorum tamen nominibus Acta publica conſignata fuiſſe certum, ideoque illa emendatio rejicienda. Ea in Epiſtola dicit Leo, ſibi ab eo ſignificari: *Joannem ſpectabilem Virum & in fidei ſinceritate laudabilem ad Ægyptum cauſa fidei fuiſſe directum, qui quantum paci emendationique profuerit, cum primum redierit, ſcire me faciat.* Hunc Joannem eumdem eſſe, ac Joannem illum Decurionem, cui Marcianus Aug. literas ſuas ad Alexandrinos monachos perferendas dedit, quæ parte III. Concilii Chalced. cap. 8. referuntur, exiſtimat Queſnellus, indeque deducit, *Joannem* ad Alexandrinos miſſum, non anno CCCCLII. ut ibi num. XXIV. ſcribit Baronius, ſed currenti, vel ſub præcedentis finem. Verum ex lectione illius Epiſtolæ Marciani ad Monachos Alexandrinos per *Joannem Decurionem* miſſæ, conſtat eam datam, tum cum maxime *Theodoſius Monachus* divina ſimul & humana jura violaret: & tamen S. Leo Epiſtola ad Marcianum Aug. *V. Idus Januarii, Aetio & Studio Coſſ.* anno ſc. CCCCLIV. ei gratias egit pro ſedatis Palæſtinæ motibus, & reſtituto in ſuam ſedem Juvenali Epiſcopo; quæ Epiſtola de qua ſuperius egi, ordine eſt XCIX. Quare Legatio Joannis Decurionis in Orientem adverſus Theodoſium Monachum anno CCCCLII. aut inſequenti miſſa. Epiſtola vero quam Leo hoc anno ad Julianum Epiſcopum Coenſem ſcripſit, diverſa eſt a priori: nec enim tandiu *Julianus Coenſis* diſtuliſſet ſignificare *Leoni*, quantum Joannes paci & emendationi profuiſſet; quod tamen nondum hoc anno illi ſignificaverat, ut ex laudatis verbis patet. Certe poſt Concilium Chalcedonenſe Ægyptus non ſemel turbata ab iis, qui Eutychis partes ſequebantur. Ter-

Digitized by Google

XXIX. eadem Juſtinianus, ſuoque Codici voluit intexuiſſe (a)

Sed jam finem hujus anni rebus geſtis impoſituri, haud prætereundum putamus, quod tradit Caſſiodorus (b), in hunc uſque annum, quo a Genſerico Urbs depopulata eſt, S. Proſperum Chronicon perduxiſſe; quod etiam affirmat Gennadius (c), dum ait uſque ad Valentiniani obitum ea ſcriptione Proſperum perveniſſe. Ex quibus redarguas qui eum ad Leonis Senioris Imperatoris tempora ſcripſiſſe tradunt: antiquioribus enim & res ſuorum temporum ſcribentibus major debetur fides. Cum alioqui ſciamus, quod curſum extat Proſperi Chronicon, decurtatum ſe plane mutilatum eſſe; cum nonniſi uſque ad ſextum Conſulatum Valentiniani cum Nomo, annum Domini quadringenteſimum quadrageſimumquintum, tempora digeſta habeat; ut plane decem annorum ſpatia interciſa noſcantur. Proſperi Chronicon.

Red-

(a) l. generali lege Cod. de Epiſcop. & Cleric.
(b) Caſſiodor. Inſtit. divin. lect. c. 17.
(c) Gennad. de Vir. illuſtr. c. 84.

PAGIUS

XV. *Cavet Leo, ne hæreſis in Urbe Conſtantinop. revaleſcat.* Tertia Leonis Epiſtola ordine CXIV, data eſt ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolit. *tertio Idus Martii, Valentiniano Auguſto VIII. Conſule*, eaque Leo eum hortatur, ut inſtanter incumbat, ne hæreticorum reliquiæ in urbe Conſtantinopolitana latentes nimia lenitate foveantur, ac revaleſcant. Loquitur Leo de *Caroſo*, & *Dorotheo*, pro quibus e ſuis Monaſteriis ablatis gratias agit Marciano Aug. Epiſtola hoc anno ſcripta, de qua mox egimus, *de Caroſo, & Dorotheo*, inquit Leo, *qui hæretica pravitate in multorum perniciem damnatos turbantur errores, gaudeo Pietatem veſtram ſaluberrime præcepiſſe, ut ablati a Monaſteriis ſuis apud eos degere juberentur, quibus nocere non poſſent.* Caroſum Archimandritam in Synodo Chalcedonenſi Monachi Eutychianæ partis principem factionis habuerant; auditi in Synodo fuerant, rejectique. Tum percuſſa hæreſi per ſpeciem aſſenſi Synodo ſunt metu excommunicationis. Nihilo tamen meliores facti Monachorum fidem corrumpere non deſtiterant. Leo de his ad Marcianum ſcripſerat, ut liquet ex Epiſtola ejuſdem ad Marcianum Aug. de correctione Anatolii, quæ ordine eſt CVII, data *IV. Kalend. Junii, Attio & Studio VV. CC. Coſſ.* ſuperiori ſc. anno, Marcianus ſeditioſos Monachos alio transferri juſſerat, ut ex Epiſtola Leonis hoc anno ad Marcianum ſcripta mox oſtendimus. *Caroſus* aut pœna, aut conſcientia victus confeſſionem fidei ediderat congruentem Concilii decretis; nec tamen admiſſus ad communionem ab Anatolio. De quo negotio Leo ad Julianum in Epiſtola, quam hoc anno ad eum dedit, ait: *Significas Caroſum in fidei confeſſione correctum; ſed ita contra fratrem Anatolium in ſimultate neſcio qua permanere, ut propter ipſius diſcordiam etiamnunc a communione decidat.* Hic obiter obſervabis, tres Leonis Epiſtolas ſolo *Valentiniani*, Edictum vero *Marciani* ſolo Anthemii Conſulatu notata eſſe quia ſc. hoc tempore Orientales ſolum ſuum Conſulem, Occidentales vero ſolum Occidentalem plerumque in Actis publicis apponebant.

XVI. *Concilium Arelatenſe III.* Anno incerto celebratum III. Concilium *Arelatenſe*, a Sirmondo poſt Baronii mortem in lucem editum. Ei præfuit *Ravennius* Arelatenſis Epiſcopus, qui cum ante annum CDLXI. vita functus ſit, ut Hilari Papæ ad Leontium Ravennii ſucceſſorem literæ, a Baronio eo anno recitatæ docent, conſequens eſt, ante eum Chriſti annum hoc Concilium coactum eſſe. Vir doctus ſuſpicatur, illud anno CDL. vel inſequenti congregatum eſſe hac præſertim conjectura, quod hoc Arelatenſe Concilium a Chalcedonenſis Oecumenici determinatione in aliquibus deflexerit, quod non eſſent auſi Patres Arelatenſes, ſi poſt memorati Concilii celebrationem congregati fuiſſent. Synodi cogendæ cauſa controverſia fuit, quæ inter *Fauſtum* Abbatem inſulæ Lerinenſis & *Theodorum* Forojulienſem Epiſcopum verſabatur. *Theodoro* hac in cauſa juncti erant *Valerianus* Cemelenenſis, *Maximus* Rejenſis, aliique Epiſcopi. Statuit autem Synodus, ut Clerici ab Epiſcopo Forojulienſi, vel cui ipſe injungeret, ordinarentur. Ab ipſo Chriſma & Confirmatio peteretur; Clerici advenæ ad communionem vel ad miniſterium ſine ipſius præcepto non admitterentur; ipſe viciſſim *Theodorus* Laicæ congregationis Monaſterii curam omnem Abbati liberam relinqueret; neque ex ea quemquam, niſi Abbate petente Clericum faceret. Quæ formula deinceps apud alios Epiſcopos & Abbates ſervata eſt.

XVII. *Epiſcopatus Proſperi Aquitani fictitius.* Poſt hanc Synodum Sancti *Maximi* Rejenſis Epiſcopi nulla mentio occurrit, cui cum *Fauſtus* Abbas Lerinenſis in Epiſcopatum ſucceſſerit, & poſt annum quadringenteſimum ſeptuageſimum, ut infra videbimus, adhuc in vivis fuerit, liquet *Proſperum* Aquitanum numquam Epiſcopum Rejenſem fuiſſe. *Valerianus* Cemelenenſis ſeu Cemelenſis, qui laudato Concilio interfuit, varias Homilias ſcripſit, Epiſtolamque ad Monachos, quas Sirmondus publici juris fecit. *Valerianum* a Semipelagianiſmo Theophilus Raynaudus edita Apologia vindicavit. Jam a pluribus ſæculis *Cemela* deſtructa, & Epiſcopatus cum Nicienſi, qui Ebredunenſi Archiepiſcopo ſubeſt, conjunctus.

XVIII. *Britones & Saxones de Inſula imperio dimicant.* *Vortemerus* filius Vortigerni Britanniæ Regis videns *Hengiſtum* imperium Inſulæ ambire, patri, Britanniſque omnibus auctor fuit novam regnandi cupiditatem in radice extinguere, ne ſi porro ſerperet, evelli non poſſet. *Guortimer filius Vortigerni haud quaquam ultra diſſimulandum ratus, quod ſe Britoneſque ſuos Anglorum dolo perverti cerneret, ad expulſionem eorum mentem intendit, ſimulque patrem ad idem audendum incendit. Hoc igitur auctore poſt annos ſeptem adventus eorum, fœdus fœdatum, & per viginti annos frequenter levibus prœliis, ſed quater, ut Chronica tradit, ab omnibus copiis depugnatum*, inquit Malmesburienſis lib. 1. de Reg. Ang. cui ſuffragatur Huntindonienſis lib. 2. qui ait, *anno VII.* adventus Saxonum in Angliam, currenti ſc. (cum anno CDXLIX. in eam venerint) commiſſum eſſe prælium, in quo *Horſus* Hengiſti frater interfectus eſt, & *Vortimerus* Vir fortiſſimus *Hengiſtum* in fugam conjecit. Idem habet Weſtmonaſterienſis ad annum CDLV. & Wigornienſis ad eumdem Chriſti annum, ſed hic diſerte aſſerit, *Hengiſtum*, occiſo fratre, victoriam obtinuiſſe: & poſtea cum filio *Aeſia* regnare cœpiſſe. Wigornienſi conſentit Etheiwerdus cæteris antiquior, qui lib. 1. ſcribit: *Anno in ſexto poſt inierunt bellum Hengeſt & Horſa contra VVrthigernum in campo Egeleſthrep. Ibi interficitur Horſa, & Hengeſt cœpit regnare.*

I. REddunt Faſti conſulares præſentem annum Domini quadringenteſimum quinquageſimum ſextum notatum Conſulibus Joanne atque Varane ſeu Varare, ur Caſſiodori atque Marcellini Chronica docent. Verum Sidonius Apollinaris hujus temporis ſcriptor alterum Conſulum Avitum Auguſtum ponit in Panegyrico ipſi dicto Kalendis Januarii: qui enim anno ſuperiori creatum eum tradit Imperatorem, hoc anno Conſulatum adiiſſe his explicat verſibus:

Aviti Conſulatus.

Principis anterior jam Conſulis iſte coruſcat
Annus, & emerita trabeis diademata creſcant.

Oſtendit id ipſum in fine. ☞ Sed & de eodem Aviti Conſulatu vetus extat monumentum, ut nullum penitus de his dubitandi locus reliquus eſſe poſſit. In baſilica enim ſanctæ Agnetis via Numentana, ejuſmodi inſcriptio legitur inciſa lapidi pavimento inhærenti:

* CERONT.

LOCVS. CERONT. * PRESB. REQVIESCIT
IN DOMINO. CONS. EPARCHI AVITI V. C.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5949.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. CDXCIV. A. C. 456.

☉ 17. AG. ☽ 1. P. 8. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 456.

LEONIS PAPÆ 17.

MARCIANI 7.

AVITI 2.

I. Conſules. [1] HOc anno alii in Oriente, alii in Occidente Conſules fuere; in Oriente *Varanes* & *Joannes*, ut tam in Faſtis Græcis & Latinis legitur, quam in conſtitutione Cod. Juſtin. *de Epiſcopali audientia*, data *VIII. Kal. April. Varare & Joanne Coſſ.* ſed *Vararis* pro *Varane* corrupte hic legitur. Uterque Conſul a Marciano in Oriente creatus; in Occidente vero *Avitus* Conſul proceſſit de more novorum Imperatorum, ut non tantum ex Aviti Panegyrico a Sidonio Apollinari dicto, ſed etiam ex duabus inſcriptionibus a Sirmondo recitatis liquet. Marcianus duos Conſules deſignavit, quia *Avitum* non niſi poſt Legatos miſſos Imperatorem agnovit.

II. A num. I. ad VI. Idacius in Chronico anno Abrahami 2472. qui Kalend. Octobris ſuperioris Chriſti anni inchoatur, ſcribit: *Per Avitum,*

NOTÆ [1] COſſ. *Varanes & Joannes*. Vetus inſcriptio apud Fabrettum pag. 738. num. 486. ſed emendatior in Inſcriptionibus antiquis Etruriæ P. I. pag. 168. num. 154.

DEPOSITA. CANDIDA. DIE
ſic
Ϛ. IDVVM. MARKIIARVM
POST. CONSVL. IOHANNIS
ſic
ET. BARANAE. DIE. SOLIS.

Ex qua apparet, *Johannem*. & *Varanem* conſolatum geſſiſſe hoc anno 456. Extat hæc Inſcriptio Florentiæ in ædibus nobilium de Guiciardinis. Fabrettus exſcripſit MAIARVM, pro MARTIARVM. Recte porro anno poſt quam *Johannes* & *Varanes* conſules fuere, nimirum A. D. 457. *Sexto Idus Martii*, ſeu die *decima Martii Dominica* fuit; nam eo anno littera Dominicalis fuit F. quæ littera an. 457. in diem *decimam Martii* incidit. Victor: *Johanne*, & *Varane*. Marcellinus... .... & *Varano*. Forte ubi litura eſt, *Johannis* nomen ſcriptum erat. Proſper Vaticanus MS. *Johanne & Varane*. Inde ſequitur: *Avitus privatur Imperio*. Faſti Idatiani: *Avito Auguſto conſule*. Pagius ad hunc annum num. I. ſcribit, *Avitum* in Occidente Conſulem proceſſiſſe ex more novorum Imperatorum, ut ex Sidonii Apollinaris panegyrico, & ex lapidibus apud Sirmondum liquet. Lapis autem apud Sirmondum in Sidonium pag. 1192. Ex Æde S. Agnetis via Numentana eſt hujuſmodi.

LOCVS. GERONTI. PRES.
DEPOSITVS XIIII. KAL.
IVL. CONS.
EPARCHI· AVITI.

At Pagius hoc anno num. VI. obſervat, *Avitum* abdicaſſe XVI. *Kal. Ianii*. Cur ergo Romæ; XIV. *Kal. Iulii* in lapidibus ejus conſulatus ſignabatur? In nummis apud Mediobarbum, a Pagio quoque perpenſis ad hunc annum num. VII. *Avitus*, *Flavius Macilius Avitus Auguſtus* appellatur. GEORGIUS

Avitus deponit Imperium.

Sic igitur de Aviti Conſulatu nulla remanet dubitatio. Sed accidiſſe puto ut cum Imperio eidem abrogatus fuerit Conſulatus : *Hoc enim anno* (inquit Caſſiodorus in Chronico) *Placentiæ depoſuit Avitus Imperium* : Qui illud tenuiſſe tradit menſes decem & dies octo, licet Evagrius (*a*) octo tantum menſes ejus Imperio tribuat.

(*a*) *Evag. l.2. c.7.*

II. Porro de ejuſdem Imperii depoſitione diverſæ ſunt ſententiæ : peſte eum extinctum idem Evagrius tradit ; Nicephorus (*b*) autem fame vitæ impoſuiſſe terminum. Sed longe ab his abhorrent quæ de eo habet Gregorius Turonenſis his verbis (*c*) : *Avitus unus ex Senatoribus, & (ut valde manifeſtum eſt) civis Arvernus, cum Romanum ambiviſſet Imperium luxurioſe agere volens, a Senatoribus ejectus, apud Placentiam urbem Epiſcopus ordinatur. Comperto autem quod adhuc indignans Senatus vita eum privare vellet, baſilicam ſancti Juliani Arverni martyris cum multis muneribus expetivit. Sed impleto in itinere vitæ curſu, obiit, delatuſque ad Brivatenſem vicum, ad pedes dicti martyris eſt ſepultus.* Hæc ipſe Gregorius.

(*b*) *Niceph. l.15. c.11.*

(*c*) *Greg. Tur. hiſt. Franc. l.2. c.11.*

III. Cæterum ob odium in Maximum Imp. a populo occiſum, Avitus qui ab eo electus fuerat Magiſter militum, paſſus invidiam, Romano populo Senatuique perinfenſus redditus, haud ab eo receptus eſt Imperator : quamobrem quod nec ſibi ſatis virium in militibus, nec tuta fides ob odium conceptum in Maximum cui accepta ferebatur clades illata Urbi Avitum ſponte ſe abdicaſſe putamus. Ne autem errare contingat in nomine, & genere, alius Avitus vixit hoc tempore, idemque Sidonio ſanguine propinquus ad quem extat data ab eo epiſtola (*d*) cujus eſt exordium : *Multis quidem vinculis charitatis, &c.* qua quidem cum demonſtret ſe illius eſſe ætate æqualem, plane fateri neceſſe eſt, longe alium ipſum eſſe ab Avito qui purpuram induit : nam conſtat hoc tempore Sidonium plane adoleſcentem fuiſſe, qui teſtatur (*e*) ſe ſub Conſulatu Aſterii, qui incidit in annum Domini quadringenteſimum undequinquageſimum, ex nuper puero adoleſcentulum fuiſſe annorum puto ſexdecim vel circiter : cum tamen ex Panegyrico a Sidonio dicto ſatis appareat, Avitum Imperatorem, cum eſt creatus Auguſtus, fuiſſe emeritæ militiæ ſenem qui jam quater Præfecturam Prætorii Galliarum adminiſtraſſet longe ante, jamque ea, de qua idem Sidonius ſcribit, legatione apud Theodoricum Regem pro Maximo functus eſſet. Quomodo igitur qui æqualis Sidonio juvenis fuiſſe in ea epiſtola Avitus dicitur, ille eſſe potuit Imperator, quem ſcimus ejuſdem Sidonii aſſertione in Panegyrico dici ſenem ? Hæc ad ambiguitates

Avitus alius ab Imperatore.

(*d*) *Sidon. l.3. ep.1.*

(*e*) *Sidon. l.8. ep.6.*

PAGIUS

Marcianus Avitum Imperatorem agnoſcit.

tum, qui a Romanis & evocatus & ſuſceptus fuerat Imperator, legati ad Marcianum pro unanimitate mittuntur Imperii. Marcianus & Avitus concordes principatu Romani utuntur Imperii. Per Auguſtum Avitum Fronto comes Legatus mittitur ad Suevos. Similiter & a Rege Gothorum Theudoricus, quia fidus Romano eſſet Imperio, Legati ad eoſdem mittuntur, ut tam ſecum, quam cum Romano Imperio, quia uno eſſent pacis fœdere copulati, jurati fœderis promiſſa ſervarent. Remiſſis Legatis utriuſque partis, atque omni jure ratione violata Suevi Tarraconenſem Provinciam, quæ Romano Imperio deſerviebat, invadunt. In Hiſpaniis enim erant adhuc aliquæ Provinciæ, quæ Romanis parebant, quas *Avitus* conſervare volens, Legatos ad *Rechiarium* Suevorum Regem, qui in Gallæcia regnabat, miſit, ſed haud proſpero ſucceſſu.

III. Prœlium Viſigothos inter & Suevos habitum.

Tum Idacius ſubdit : *Legati Gothorum rurſum veniunt ad Suevos, poſt quorum adventum Rex Suevorum Rechiarius cum magna ſuorum multitudine regiones Provinciæ Tarraconenſis invadit ; acta illic depredatione, & grandi ad Gallæciam captivitate deducta. Mox Hiſpanias Rex Gothorum Theudoricus cum ingenti exercitu ſuo, & cum voluntate & ordinatione Aviti Imperatoris ingreditur. Cui cum multitudine Suevorum Rex Rechiarius occurrens duodecimo de Aſturicenſi Urbe milliario ad fluvium nomine Urbicum, tertio Nonas Octobris die, ſexta feria,* (hoc ſc. anno quo dies V. Octob. cum feria ſexta concurrit) *inito mox certamine ſuperatur : caſis ſuorum agminibus, aliquantis captis, plurimiſque fugatis, ipſe ad extremas Sedes Gallæciæ plagatus vix evadit ac profugus, Theudorico Rege cum exercitu ad Bracaram extremam civitatem Gallæciæ pertendente, quinto Kal. Novemb. die Dominico* (currenti ſc. Chriſti anno, quo dies Dominica cadit in diem XXVIII. menſis Octob.) *etſi incruenta ſit tamen ſatis mœſta, & lacrymabilis ejuſdem direptio civitatis. Romanorum magna agitur captivitas captivorum, Sanctorum Baſilica effracta, altaria ſublata atque confracta, virgines Dei exin quidem abductæ, ſed integritate ſervata ; Clerus uſque ad nuditatem pudoris exutus promiſcui ſexus cum parvulis de locis refugii ſanctis, populus omnis abſtractus, jumentorum, pecorum, camelorumque horrore locus ſacer impletur ſcripta ſuper Hieruſalem ex parte cœleſtis ira revocavit exemplar.* Hoc itaque anno Theodoricus Viſigothorum regnum uſque ad Suevorum regnum extendit.

IV. Rechiarius Suevorum Rex occiditur.

Poſtea Idacius anno Abrahami 2473. qui Kalend. Octobris præſentis Chriſti anni exorditur, ſcribit : *Rechiarius ad locum, qui Portucale appellatur, profugus Regi Theuderico captivus adducitur ; quo in cuſtodiam redacto, ceteris, qui de priore certamine ſuperfuerant, tradentibus ſe Suevis, aliquantis nihilominus interfectis, regnum deſtructum & finitum eſt Suevorum. Iiſdem diebus Rechimeris Comitis circumventione magna multitudo Vandalorum, quæ ſe Carthagine cum LXIX. navibus ad Gallias, vel ad Italiam moveat, Regi Theuderico nunciatur, occiſa per Avitum. Heſichius Tribunus, Legatus ad Theudoricum cum ſacris muneribus miſſus ad Gallæciam venit, nuncians ei id quod ſupra, in Corſica cæſam multitudinem Vandalorum, & Avitum de Italia ad Gallias Arelato ſucceſſiſſe. Orientalium naves Hiſpalim venientes per Marciani exercitum*

tollendas dicta ſunto. Porro quod ad Aviti Imperatoris abdicationem pertinet, hoc anno decimoſexto Kalendas Junii facta ponitur, fuiſſeque interregnum decem menſibus & diebus quindecim.

IV. Sed quid inter hæc qui ſuppetias cum auxiliaribus copiis pollicitus adeo liberaliter fuerat Theodoricus Gothorum Rex Avito? Audi S. Iſidorum (a): *Theodoricus pro eo quod Imperatori Avito ſumendi Imperialis faſtigii cum Gallis auxilium præbuiſſet, Aquitanias cum ingenti exercitu, & cum ingenti licentia ejuſdem Aviti Imperatoris ingreditur. Cui cum magna copia Rex Suevorum Rechiarius occurrens, duodecimo Aſturicenſis urbis milliario, apud fluvium qui Urbicus appellatur, inito mox certamine ſuperatus eſt, cæſis ſuorum agminibus, aliquantis captis, plurimiſque fugatis, ipſe poſtremum Rex telo ſauciatus fugit. Rechiarius vero ad locum Portuculæ profectus, Regi Theodorico captus adducitur. Quo perempto, cæteris, qui de priori certamine ſuperfuerant, ſeſe tradentibus, aliquantis nihilominus interfectis, regnum Suevorum pene deſtructum eſt & finitum. Reliqui Suevi qui remanſerant in extrema Gallicia Maſſylæ filium nomine Maſdrum ſibi Regem conſtituunt, regnumque reparatur Suevorum. Theodoricus autem de Gallicia in Luſitaniam victor ſuccedens, dum Emeritenſem urbem deprædari molitur, beatiſſimæ Eulaliæ martyris terretur oſtentis. Mox adverſis ſibi nunciis territus, de Emerita egreſſus, Gallias repetit, & partem exercitus cum ſuis ducibus iterum ad campos Galliciæ dirigit: qui cæſa Aſturicenſi regione, rurſum revertuntur in Gallias, &c.* Hæc Iſidorus: quæ quidem hoc anno cœpta, plurium annorum implevere curricula.

(a) *Iſidor. in Chron. Gothor.*

Theodoricus vicit Suevos.

V. Porro Sidonius (b) in epiſtola ad Agricolam, Theodoricum hunc mirifice celebrat, & cum animi tum corporis egregiam effigiem calami penicillo perſpicuam cunctis reddit; & quod ad religionis cultum pertinet, hæc habet quæ in Principe belligero admireris: *Antelucanos ſacerdotum ſuorum cœtus minimo comitatu expetit, grandi ſedulitate veneratur: quamquam (ſit ſermo ſecretus) poſſis animadvertere, quod ſervet iſtam pro conſuetudine potius quam pro ratione reverentiam.* Iſta quidem Sidonius, quod Theodoricus Arianus ſecta eſſet: addit alia plura optimo Principe digna: ut non mirum videatur, ſi dignus habitus ſit qui clariſſimi viri Sidonii Apollinaris laudibus celebraretur. Quod autem Theodoricus bella in Hiſpaniis converterit, ceſſerunt hæc percommode Childerico Francorum Regi, qui his diebus ſucceſſerat Moroveo, dum abſente Romano exercitu in Italiam ſecuto Avitum & Gothorum viribus in Suevos converſis, atque in Hiſpaniam opportuna occaſione tranſmiſſis, datum eſt Franchis, cum ſæpe fruſtra Gallias pertentaſſent, ut figerent tandem in eo ſolo feliciter regni radices. Jam enim diu ante, temporibus Aureliani Imperatoris (ut Flavius Vopiſcus (c) eſt auctor) Gallias invaſerunt, & repulſi ſunt; rurſumque tempore Juliani cum earumdem partes extremas attigiſſent, fuerunt ab eodem repreſſi (d). Inſuper (ut alias repentinas ab occaſione oblatas eorumdem graſſationes in eaſdem regiones dicere prætermittamus) ſub Valentiniano Majore una cum Burgundionibus magno exercitu rurſus Gallias invaſere, ſed æque rejecti: itemque ſub Valentiniano tertio in Gallias ſeſe intruſere; ſed per Aetium atque Majorianum (ut Sidonius (e) tradit) ſunt victi, Tauro & Felice Conſulibus, quod S. Proſper & Caſſiodorus affirmant. Demum vero iidem cum Attila ſeſe in Gallias immiſere, ut Sidonius (f) docet: diſceſſerint ne amplius, haud certum eſt. Liquet tamen, ab hujus anni tem-

(b) *Sidon. l. 2. ep. 2.*

(c) *Vopiſc. in Aurel.*

(d) *Caſſiod. in Chron. Conſ. Valentin. & Valentis.*

(e) *Sidon. in Panegyric. Majoriani.*

(f) *Sidon. in Panegyric. Aviti.*

PAGIUS *cæſas nunciat. Occiſo Rechiario menſe Decembri* (præſentis ſc. Chriſti anni) *Rex Theudericus de Gallacia ad Luſitaniam ſuccedit: Suevi qui remanſerunt in extrema parte Gallaciæ, Maſſilæ filium nomine Maldram ſibi Regem conſtituunt.* Dein Idacius anno Abrahami 2474. qui Kalend. Octobris ſequentis Chriſti anni exorditur, ait: *Avitus tertio anno poſteaquam a Gallis, & a Gothis factus fuerat Imperator, caret Imperio, Gothorum promiſſo deſtitutus auxilio, caret & vita.*

V. Quæ Idacius tribus variis annis refert, hic uno intuitu exhibenda eſſe duxi, ut ejus error in annis Aviti Imp. multiplicandis magis pateat. Sed obſervandum primo, Idacium qui Kalendis Octobris annum inchoat, anno Abrahami 2472. uno tenore recitare, quæ menſe Octobri acta ſunt in prælio inter Theodoricum & Rechiarium Reges geſto. Secundo, Jornandem lib. de Reb. Get. cap. 44. & Iſidorum tam in Chronico Gothorum, quam in Hiſtoria Suevorum idem prælium accurate narrare, ac teſtari Suevorum gentem pene cunctam uſque ad internecionem fuiſſe proſtratam. Tertio, Baronium, quia Idacii Chronicon, non viderat, perperam ſcripſiſſe *Avitum* a Senatu Romano receptum non fuiſſe Imperatorem. Quarto, errorem Idacii in annis tribus aſſignandis Avito manifeſte patere, tam ex inauguratione *Majoriani*, qui anno ſequenti dictus eſt Imperator Occidentis, quam ex Chronico accuratiſſimo a Cuſpiniano publicato, in quo ſub hujus anni Coſſ. legitur: *Occiſus eſt Remiſtus Patricius in Palatio Claſſis XV. Kal Octobris, captus eſt Imp. Avitus Placentia a Magiſtro militum Ricimere, & occiſus eſt Meſſianus Patricius ejus XVI. Kalendas. Junias.* Hæc tamen verba varie a Recentioribus explicantur.

Avitus Imperator depoſitur.

VI. Petavius in Rationario Temporum affirmat, Evagrium ſcripſiſſe Avitum imperaſſe menſes decem & dies octo; cum tamen Evagrius lib. 2. cap. 7. tantum dicat: *Poſt Maximum Avitus Romæ imperavit menſes octo.* Præterea Petavius

Chronicon Cuſpinianeum male expoſitum.

Childericus primus Franchorum regnat in Gallia.

tempore, cum res Romanæ collapſæ eſſent, & Gothis negotium eſſet cum Suevis, Franchos in Gallia ſuas firmaſſe ſedes, regnumque ſtabiliiſſe Pariſiis, dicto Childerico regnante, qui (ut dictum eſt) ſuccedit Moroveo, quem præceſſerat Clodio. Quinam autem hos anteceſſerint, obſcurum eſt: habuiſſe tamen gentem fortiſſimam ſemper Reges, ex Ammiano & aliis conſtat.

VI. Præſenti igitur anno, qui eſt primus a nece Maximi, cœptum apparet regnum Franchorum in Gallia: quibus cum conſentiat Sigebertus (a) nempe a nece Maximi regnare in Gallia cœpiſſe Childericum; errat tamen ponens poſt annum ſequentem ejus exordium, deceptus nimirum, dum ſequenti anno Maximum interfectum eſſe putavit. De Pariſiorum longa obſidione per Franchos mentio habetur in Actis (b) ſanctiſſimæ virginis Genovefæ, quæ miro modo periclitantem fame populum liberavit. Potitos vero tandem eſſe Franchos Pariſiorum civitate, & in ea Childericum ipſorum Regem ſedem firmaſſe, eadem Acta fidelia ſane teſtantur, quibus etiam ſignificatur, ipſum Regem etſi Ethnicum mirifice coluiſſe ſanctiſſimam virginem, auditis ingentibus ab ea ſolitis edi miraculis, adeo ut petenti aliquid virgini nihil auderet omnino negare. Sed accipe id ex his quæ in iiſdem Actis de rebus ab ea geſtis narrantur verbis iſtis: *Childericus Rex Franchorum, tametſi non eſſet Chriſtiana religione initiatus, virginem hanc ſanctiſſimam ſingulari veneratione proſecutus eſt: Nam cum aliquando quoſdam reos capitis pertinaci animi ſententia decreviſſet occidere; ne ſancta Genovefa precibus poſſet flecti ad miſericordiam, ex urbe egreſſus, juſſit portas occludi. Aut ubi ſancta Genovefa renunciatum eſt, Regem eos necandi gratia extra oppidum proceſſiſſe; mox illis veniam precatura, feſtina abiit. Atque adveniente illa ad portas obſeratas, confeſtim ei, ſtupefactis cuſtodibus, quaſi ad quoddam jubentis imperium, reſeratæ ſunt; ſicque ceptum carpens iter, ubi ad Regem pervenit, ne miſeri illi capite plecterentur, obtinuit. Ita illi jam jamque perituri, a præſentiſſimo mortis diſcrimine ſunt liberati.* Hæc ibi de rebus inter ſanctam Genovefam & Childericum Regem tranſactis, cum multa alia hæc oportuit præceſſiſſe, quibus tantam ſibi apud novum Re-

(a) *Sigebert. in Chron.*

(b) Extant *apud Sur. die 3. Jan.*

Childericus Rex mirifice coluit S. Genovefam.

PAGIUS vius ibidem, & in lib. 13. de Doct. Temp. ait laudatum Chronographum tradere Avitum *XIII. Kal. Octobris* captum fuiſſe; cum tamen Anonymus iſte illum diem ac menſem ad mortem Remiſci, de qua immediate ante loquitur, referat, perperamque in editione ejus Chronici poſt vocem *Claſſis*, interjecta diſtinctio fuerit, quæ poſt *XV. Kal. Octob.* apponi debet hoc modo: *Occiſus eſt Remiſcus in Palatio Claſſis XV. Kal. Octobris. Captus eſt Imp. Avitus Placentia a Magiſtro militum Ricimere, & occiſus eſt Meſſianus Patricius ejus XVI. Kal. Junias*, [1] Is quippe Anonymus in brevi, ſed exacto illo Chronico, diem ac menſem rebus, quas narrat ſemper poſtponit, ut v. g. cum de depoſitione *Aviti*, & de morte *Meſſiani* loquitur; qui mos ei ſolemnis eſt, ut ejus Chronicon legenti patebit. Recte itaque ſcribit Baronius, abdicationem Aviti hoc anno XVI. Kalend. Junii factam, fuiſſeque interregnum decem menſium, & dierum quindecim; cum *Majorianus* non niſi Kalendis Aprilis ſequentis Chriſti anni Imperator Occidentis renunciatus fuerit. Cumque *Avitus* die decima menſis Julii anni ſuperioris purpuram ſumpſerit, imperavit menſes decem & dies octo, & Evagrius erravit, cum ei tantum menſes octo attribuit. Theophanes cum ait, eum annos duos regnaſſe utrumque annum incompletum pro completo numerat. Verum in Idacio explicando major eſt difficultas.

VII. Valeſius in Notis ad laudatum Evagrii locum afferens hæc ejus verba: Avitus tertio anno poſteaquam a Gallis & a Gothis factus fuerat Imperator, caret Imperio, ait: „*Verum in MS. Codice, quo uſus eſt Jacobus Sirmondus hic locus ita legitur:* Tertio anno Avitus ſeptimo menſe poſteaquam a Gallis & a Gothis factus fuerat Imperator, &c. *Jacobus Sirmondus cum hæc duo ſimul ſtare non poſſe intelligeret*, has duas voces, ſeptimo menſe, *in editione ſua omiſit, melius facturus, ſi duas illas*, tertio anno, *expunxiſſet. Neque enim Avitus tres annos imperavit, ſed ſeptem duntaxat aut octo menſibus, qui ſub duobus Conſulibus occurrerunt.* Antea ſcripſerat Valeſius deceptum eſſe Sigonium, qui lib. 14. de Occidentali Imperio affirmavit, uno eodemque die Avitum purpuram depoſuiſſe, & Meſſianum necatum; *Licet*, inquit Valeſius, *vetus Chronologus id non dicat. Dies enim ille XVI. Kalendas Junias ad cædem Meſſiani refertur, non ad Aviti depoſitionem.* At nullum dubium eſſe debet, quin Chronographus iſte diem illum *XVI. Kal. Junias* referat, & ad depoſitionem Aviti, & ad cædem Meſſiani, cum captus eſt Avitus, interfecti. Neque enim exiſtimandum, Chronographum illum qui dies, quibus levati ſunt Aviti ſucceſſores, aut quibus depoſiti, aut demortui, diligenter notat prætermiſiſſe diem depoſitionis *Aviti*, & diei mortis *Meſſiani* meminiſſe. Verba itaque illa, de quibus queſtio eſt, in Idacium videntur inſarta. In Nummo apud Mediobarbum Avitus dicitur, FL. MÆCILIUS AVITUS, in alio, AVITUS P. A. P. F. AUG. id eſt, *Perpetuus Auguſtus, Pius, Felix Auguſtus.*

Altera ejuſdem Chronici expoſitio rejicitur.

Ad num. VI. *& ſeq. Meroveus* Francorum Rex annos decem, teſte Sigeberto in Chronico, regnavit, quem *Childericus*, ut ex ejus morte con- VIII.

NOTÆ [1] Chronicon quod Cuſpiniani dicitur, recenſum eſt a Bollandiſtis, & licet eadem ferme habet, ac prius illud Cuſpiniani, rectius tamen enunciat diem capti, & depoſiti Aviti; non enim legit 16. Kal. Junias, at 16. Kal. Novembris, quod cum calculo Petavii melius congruit. MANSI

Regem, & a religione Chriſtiana alienum, natura ferum, fiduciam comparaſſet.

VII. Vides quidem, & puto admiraris, lector, barbarum Regem, idolorum cultorem, hoſtem Romani nominis, invaſorem Galliarum, eumdemque (quod Gregorius ait) & moribus impudicum, tanto honore proſecutum eſſe virginem Chriſtianam, ut exertum & jam ad ictum ſublimem elatum gladium, veluti vetante numine, ejus rogatu cohibuerit, & incruentum vaginæ reddiderit. Ut plane ex his intelligas, quam longe deteriores Ethnicis ſint Hæretici, & quam longiſſime a piiſſima illa ſint Franchorum nobilitate degeneres ii, qui cum ſe profiteantur eſſe Fideles, vincuntur tamen in veneratione & cultu Sanctorum ab Ethnico Rege: Cui quidem pro munere illud videtur a Deo omnium remuneratore largiter impertitum, ut ſicut Ægyptiis obſtetricibus ob ſubtractos a nece Hebræorum infantes domus in præmium fuerunt ædificatæ (a), ita Regi Franchorum regnum (quod hactenus barbarorum nulli licuit) in nobiliſſima parte Galliæ ſtabiliretur, permanſurum tamdiu ipſum, quoadusque ejuſmodi in cultu Sanctorum pie jacta fundamenta permanſerint; periturum vero omnino cum eadem ipſa impie admodum fuerint hæretica pravitate revulſa. At de rebus Franchorum modo ſatis, de illis acturi frequentius ſuis locis.

(a) Exod. 1.

VIII. Vetiti ſunt eligi Epiſcopi. Hoc ipſo anno, vita functo (ut dictum eſt anno ſuperiori) Deogratias Epiſcopo Carthaginenſi viro ſanctiſſimo, qui ad preces Valentiniani a Genſerico permiſſus fuerat ordinari: nulla facta eſt Catholicis poteſtas alicujus in locum ejus ſubrogandi; quin ejus ordinatore Thoma (ut vidimus) ludibrio expoſito & verberibus affecto, remotioribus quoque provinciis dempta eſt facultas ordinandorum Antiſtitum. Sed hæc tam dira, quæ Africana Eccleſia hoc anno ad cumulum præteritorum malorum paſſa eſt, verbis Victoris (b) ea deſcribentis in medium afferamus: *Factum eſt* (inquit) *ut poſt obitum Epiſcopi Carbuginenſis, Zeugitanæ & Proconſulari provinciæ Epiſcopos interdiceret ordinandos; quorum erat numerus centum ſexaginta quatuor: Qui paulatim deficientes, nunc ſimul qui ſuperſunt, tres tantum eſſe videntur, Vincentius Gigitanus, Paulus Sinnaritanus, vero merito & nomine Paulus; & alius Quintianus, qui nunc perſecutionem fugiens, apud Edeſſem Syriæ * civitatem commanet peregrinus.*

(b) Victor, de perſ. Vvandal. lib. 1.

* Macedoniæ.

IX. De Maxima ſacra Virgine & ſociis. *Sed etiam martyria quamplurima eſſe probantur, confeſſorum autem ingens & plurima multitudo, ex quibus aliqua enarrare tentabo. Erant tunc ſervi cujuſdam Vvandali (fuit hic Vvandalus ex illis, quos Millenarios vocant) Martinianus, Saturianus, & eorum duo germani; erat & conſerva eorum quædam egregia Chriſti ancilla, nomine Maxima, corpore ſimul & corde decora* (ex capta nuper Urbe his Wandali omnes erant ditati ſervitiis.) *Et quia Martinianus armifactor erat, & domino ſuo ſatis videbatur acceptus, & Maxima univerſæ domui dominabatur; credidit Vvandalus, ut fideles ſibi magis memoratos faceret famulos, Martinianum Maximamque conjugali conſortio ſociare. Martinianus, adoleſcentulorum ſæcularium more, conjugium affectabat: Maxima namque jam Deo conſecrata humanas nuptias refutabat. At ubi ventum eſt ut cubiculi adirent ſecreta ſilentia, & Martinianus neſciens quid de illo decreverat Deus, maritali fiducia, quaſi cum conjuge cuperet cubitare: viva ei voce memorata famula Chriſti reſpondit: Chriſto ego, o Mar-*

PAGIUS. Moritur Meroveus Francorum Rex. conſtabit, excepit. Gregorius Turonenſis lib. 2. cap. 12. eum Merovei filium fuiſſe teſtatur, & ibidem ait: *Cum eſſet nimia in luxuria diſſolutus, ut regnaret ſupra Francorum gentem capit filias eorum ſtuproſe detrahere, illique ob hoc indignantes de regno eum eiiciunt. Comperto autem, quod eum etiam interficere vellent, Thoringiam petiit, relinquens ibi hominem ſibi carum, qui virorum furentium animos verbis mollibus mollire poſſet, dans etiam ſignum quando redire poſſet in patriam, id eſt, diviſerunt ſibi aureum, & unam quidem partem ſecum detulit Childericus, aliam vero partem amicus ejus retinuit, dicens: quandoquidem hanc partem ſibi miſero parteſque conjuncta unum effecerint ſolidum, tunc tu ſecuro animo in patriam repedabis. Abiens ergo in Thoringiam apud Regem Biſinum, uxoremque ejus Baſinam latuit: denique Franci hoc ejecto, Ægydium ſibi, quem ſuperius Magiſtrum militum a Republica miſſum diximus, unanimiter Regem adſciſcunt.* Superiori vero capite ſcripſerat: *Avito Majorianus ſucceſſit. In Galliis autem Ægidius ex Romanis Magiſter militum datus eſt.* Quare cum conſtet ex Chronico Cuſpinianeo, *Ricimerem* hoc anno Magiſtrum militum fuiſſe, ſequentique, eum pridie Kal. Martias Patricium creatum, & ipſo die factum eſſe *Majorianum* Magiſtrum militum, ac dein levatum Imperatorem *Kalend. April.* manifeſtum eſt, *Ægidium*, nonniſi ſequenti anno poſt diem primum Aprilis renunciatum eſſe Magiſtrum militum, & ſub finem citeriter æſtatis ejuſdem anni Francorum Principem dictum. Is enim Roma miſſus fuit, neque a Francis electus, niſi poſtquam ii magnam de eo opinionem concepere. Serius autem Francorum regimen non ſuſcepit; cum *annis octo* illud obtinuerit, annoque CDLXV. vivere deſierit. Quare *Cointius*, qui *Childerici* Regis initium recte cum hoc anno alligat, ejus e regno ejectionem, & *Ægidii* in ejus locum ſubſtitutionem hoc etiam anno contigiſſe perperam credidit. Mortem *Merovei* Sigebertus in annum CDLVIII. differt, & tempora Principum, qui tunc vixere, male pariter collocat.

IX. Perſecutio Vandalica. A num. VIII. ad XXX. Perſecutio Vandalica hoc anno continuata, & ſequentibus propagata;

Martiniane frater, membra mei corporis dedicavi, nec poſſam humanum ſortiri conjugium: habens jam cæleſtem & verum ſponſum: ſed dabo conſilium, ſi velis, poteris & ipſe tibi præſtare, cum licet, ut cui ego concupivi nubere, delecteris & ipſe ſervire. Ita factum eſt, Domino procurante, ut obediens virgini etiam adoleſcens ſuam animam lucraretur.

X. *Neſciente igitur Vvandalo, compunctus, atque ſpiritualis ſecreti commercium mutuatus* * *Martinianus, etiam ſuis fratribus perſuaſit, ut theſaurum quem invenerat haberent, utpote germani, communem: converſus eſt itaque cum tribus fratribus. Dei puella comitante, nocte clam egredientes, Tabraceno monaſterio, cui præerat tunc nobilis paſtor Andreas ſociantur: illa vero haud procul monaſterium incoluit puellarum. Sciſcitante igitur barbaro inquiſitionibus & muneribus crebris, quod geſtum erat, celari non potuit. Inveniens itaque jam non ſua ſed Chriſti mancipia, conjicit in vinculis, & variis tormentis Chriſti ſervos inſectatur, agens cum eis non tantum ut pariter miſcerentur, ſed, quod gravius eſt, per rebaptizationis cœnum fidei ſuæ ornamenta turparent. Pervenit hoc ipſum uſque ad notitiam Genſerici. Decernit Rex, ut tamdiu implacabilis herus ſervos affligeret, quamdiu illius ſuccumberent voluntati. Jubet in modum ſerrarum fuſtes robuſtos veluti palmatos cum ſtirpibus fieri, qui, quatientibus tergis, non ſolum oſſa confringerent, ſed etiam terebrantes aculei intrinſecus remanerent. Qui, dum ſanguis efflueret, & diſſipatis carnibus, viſcera nudarentur: ſequenti die, Chriſto medente, incolumes reddebantur. Hoc ſæpius ac multo factum eſt tempore, ut nulla plagarum veſtigia viderentur, ſancto Spiritu ſubinde curante.*

*mutatus. Confugiunt ad monaſterium.

XI. Maxima divinitus liberata. *Poſt hæc arctatur Maxima dira cuſtodia, cuſpidique crudeli extenditur. Cui cum Dei ſervorum non deeſſet frequentia viſitantium, videntibus cunctis, ingentium lignorum putreſcens ſoluta eſt fortitudo. Miraculum hoc & voce omnium celebratur, & nobis, ad quem cuſtodia pertinebat, cum ſacramento teſtatus eſt ita fuiſſe. Aſt ubi Vvandalus virtutem neglexit cognoſcere divinam, cœpit in domo ejus vindicatrix ira graſſari. Moritur ipſe ſimul & filii; familia, atque animalium quæcumque optima erant, pariter intereunt: remanſitque domina vidua marito, & filiis & ſubſtantia deſtituta. Servos Chriſti cognato Regis Seſaoni gratia muneris offert. Qui cum eos utpote oblatos cum gratulatione nimia ſuſcepiſſet: filios & domeſticos, ſanctorum merito, male cœpit dæmon variis motibus agitare. Ex ordine ille cognatus, ut geſtum erat, ſuggerit Regi. Decernit ſtatim Rex cuidam Gentili Regi Maurorum, cui nomen erat Capſur, relegandos debere transmitti. Maximam vero Chriſti famulam, confuſus & victus, propriæ voluntati dimiſit: quæ nunc ſupereſt virgo, mater multarum virginum Dei, nobis etiam nequaquam ignota.*

Pervenientes autem traduntur memorato Regi Maurorum commanenti in parte eremi quæ dicitur Caprapicti. Videntes igitur Chriſti diſcipuli multa apud Gentiles, & illicita ſacrificiorum ſacrilegia, cœperunt prædicatione & converſatione ſua ad cognitionem Domini Dei noſtri barbaros invitare, ut tali modo ingentem multitudinem Gentilium barbarorum Chriſto Domino lucrarentur, ubi antea nulla fama Chriſtiani nominis fuerat divulgata. Tunc deinde cogitatur, quid fieret, ut ager jam cultus & egraminatus vomere prædicationis, Evangelicum ſuſciperet ſemen, & imbre ſacri baptiſmatis rigaretur. Mittunt legatos per itinera diſtenta deſerti: perveniunt tandem in civitatem Romanam: rogatur Epiſcopus ut presbyterum & miniſtros credenti populo deſtinaret. Explet cum gaudio quod petebatur Pontifex: Dei conſtituitur Eccleſia, baptizatur multitudo maxima barbarorum, & de lupis grex fecundus multiplicatur agnorum. XII. Fides propagatur in Mauros;

Hoc Genſerico relatione ſua nunciat Capſur. De qua reſurgens invidia jubet famulos Dei, ligatis pedibus poſt terga currentium quadrigarum, inter ſpinoſa loca ſilvarum pariter introire; ut ducta & reducta dumoſis lignorum aculeis innocentium corpora carperentur, ita deligans, ut exitum ſuum invicem perviderent. Qui cum e vicino currentibus Mauris, ſeſe XIII. Dirum ſupplicium ſanctorum fratrum.

mu-

PAGIUS gata. Victor enim lib. 1. cap. 13. de Perſecut. Vandal. docet Arianos, dum *Paſchalis ſolemnitas ageretur* a Catholicis, eoſdem incendiſſe; alios evaginatis enſibus in Eccleſiam introiſſe; alios tecta conſcendiſſe, & per feneſtras Eccleſiæ ſagittas ſparſiſſe. Lector dum in Pulpito *Alleluja* cantaret, Sagitta in gutture transfixus eſt. Hujus Martyrum die quinta Aprilis in Martyrologio Romano conſignatur, quod ſi eo die paſſus ſit, cum anno CDLIX. in eum diem Paſcha inciderit, eo anno facinus illud perpetratum. Hinc Henſchenius ad diem V. Aprilis de Sanctis Martyribus Afris agens, ſcribit, melius factorum fuiſſe Baronium, qui perſecutionem Vandalicam hoc anno narravit, ſi in annum CDLIX. distuliſſet. Verum dupliciter errat Vir Doctiſſimus. Primo enim Sancti aliis diebus, quam quibus obierint, aut Martyrium conſummaverint, in Martyrologiis ſæpe memorati. Secundo, cum *Deogratias* Epiſcopus Carthaginenſis anno præcedenti e vivis abierit, & poſt ejus mortem Epiſcoporum ordinatio a *Genſerico* Rege prohibita fuerit, ut Victor loco laudato teſtatur, ac denique Eccleſia Carthaginenſis

Digitized by Google

mutuo conſpicarent, Vale ſibi in auguſto fugæ unuſquiſque ita dicebat: Frater, ora pro me: implevit Deus deſiderium noſtrum: taliter pervenitur ad regnum cælorum. Itaque orando atque pſallendo, gaudentibus Angelis, pias animas emiſerunt. Ubi uſque in hodiernum diem non deeſt ingentia mirabilia Jeſus Chriſtus Dominus noſter operari. Nam nobis beatus quondam Fauſtus Biaronitanus Epiſcopus atteſtatus eſt, cæcam quamdam mulierem illuminatum fuiſſe ubi ipſe aderat præſens. Hæc de martyribus & fide Chriſti in Mauritania Interiori propagata Victor. Claret adhuc vigetque horum ſanctorum martyrum in publicis Eccleſiæ tabulis memoria rediviva ſingulis annis decimaſexta die menſis Octobris, una cum Maxima horum bonorum omnium conciliatrice.

XIV. Cur mittant Romam.

Quod autem idem martyres ſuaſerint pro ſacris miniſtris legationem eſſe mittendam ad Romanum Pontificem, cum tamen illi provinciæ proxima eſſet Mauritania Cæſarienſis, quæ nondum erat exhauſta ſacerdotibus: inde conjicimus hos martyres ex Romana urbe fuiſſe captivos, & unde venerant, petiiſſe miniſtros: vel potius voluiſſe ex ipſo limpidiſſimo fonte petere Catholicæ fluenta doctrinæ. Conſtat autem Epiſcopos, qui his temporibus erant in Mauritania, a ſancto Leone Romano Pontifice admonitos eſſe, ut Eccleſiaſticam obſervantiam cuſtodirent. Etenim qui totius Eccleſiæ univerſalis curæ invigilabat, Potentium Epiſcopum delegaverat, qui in ea provincia de Epiſcopis inquireret, an juxta canones ordinati eſſent. Eſt de his ipſius ſancti Leonis epiſtola ad Epiſcopos per Mauritaniam Cæſarienſem conſtitutos, quæ hæc habet ſui exordio (a):

(a) Leo ep. 87.

XV. Cura propenſa S. Leonis de Eccleſia Mauritaniæ.

Cum in ordinationibus ſacerdotum quædam apud vos illicite uſurpata, crebrior ad nos commeantium ſermo perferret; ratio pietatis exegit, ut pro ſollicitudine, quam univerſæ Eccleſiæ ex divina inſtitutione dependimus, rerum fidem ſtuderemus agnoſcere, vicem curæ noſtræ proficiſcenti a nobis fratri & conſacerdoti noſtro Potentio delegantes, qui ſecundum ſcripta quæ per ipſum ad vos direximus, de Epiſcopis, quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet, inquireret, nobiſque omnia fideliter indicaret. Unde quia idem pleniſſime notitiæ noſtræ cuncta reſeravit, & ſub quibus qualibuſque rectoribus quædam Chriſti plebes in partibus provinciæ Cæſarienſis habeantur, ſincera nobis relatione patefecit: neceſſarium fuit, ut dolorem cordis noſtri, quo pro Dominicorum gregum periculis æſtuamus, datis nunc ad vos litteris promeremus, mirantes tantum apud vos per occaſionem temporis impacati, aut ambientium præſumptionem, aut tumultum valuiſſe popularem, ut indignis quibuſque & longe extra ſacerdotale meritum conſtitutis paſtorale faſtigium & gubernatio Eccleſiæ crederetur, &c. Porro hujuſmodi ordinationes Epiſcoporum fuiſſe oportuit ſecretas, ne ſcirentur a Genſerico Rege, qui (ut nuper vidimus) edicto vetuit defunctis novos ſubrogari ab illis Epiſcopos; niſi forte quod denegatum vidimus Zeugitanæ & Proconſulari Africæ provinciis, id permiſſum fuerit Mauritaniæ Cæſarienſi de qua agitur.

XVI. Cum bigamis nec tempore neceſſitatis Leo diſpenſat.

Sed illud plane admiratione dignum eſt, quod cum occaſione perturbati temporis indulgendum videri poſſet Eccleſiæ illi, quæ ex conflata perſecutione miniſtris videretur maxime indigere, ut aliqua ex parte rigor canonum relaxari poſſet; tamen Pontifex Leo nihil voluit prætermitti Eccleſiaſticæ diſciplinæ: quamobrem bigamos ordinatos, vel qui antea viduam uxorem accepiſſent, deponi voluit, nec quidem cum eis diſpenſandum putavit: cum alioqui incredibilis eſſet in Africa penuria Dei miniſtrorum. Si enim (ut ſuo loco ſuperius dictum eſt) temporibus ſancti Auguſtini, & Aurelii Epiſcopi Carthaginenſis, licet florentiſſimus tunc ſtatus eſſet Eccleſiæ Africanæ, ita tamen miniſtris indigens erat, ut illos ipſi a Romano Pontifice & ab Epiſcopo Mediolanenſi litteris expetierint: quanto indigentiorem illis eamdem Eccleſiam eſſe oportuit his temporibus Uvandalicæ perſecutionis urgentis? Et tamen cum bigamis idem Leo minime relaxandam cenſuram Eccleſiaſticam exiſtimavit. Agit inſuper in eadem epiſtola ſanctus Leo de Lupicino Epiſcopo, qui ad ſedem Apoſtolicam appellaverat, ac de aliis, quibus Romani Pontificis ſupremum in omnes Eccleſias jus & poteſtatem uſu frequenti exhibitum manifeſtat.

Illu-

PAGIUS

ſis per annos XXIV. ſine Epiſcopo fuerit, perſecutio anno ſuperiori inchoata, & ſequentibus continuata. Quod ſi anno dumtaxat CDLIX. Epiſcopos ordinare prohibitum fuiſſet, tantum temporis intervallum ante Eugenii Epiſcopi Carthaginenſis ordinationem non effluxiſſet, ut ſuo loco videbitur. Paſſi & alibi in Africa *Armogaſtes* Comes, *Archimimus* nomine Maſcula *Saturus* Regiæ Domus Procurator, aliique qui pro confeſſione fidei multa & gravia ſupplicia pertulere teſte Victore citato, ut videre eſt apud Baronium.

X. *Genſericus extra Africam etiam ſævit.*

Sed non tantum in Africa, verum etiam extra eam ſævIit *Genſericus*, ut legere eſt in Victore Vitenſi, qui libro laudato cap. 17. tredecim Provincias recenſet ejus perſecutione afflictas: *quæ vero*, inquit, *in Hiſpania, in Italia, Dalmatia, Campania, Calabria, Apulia,*

Si-

XVII. De Victore Cartennæ Epiſc.

(a) Gennadius de Scrip. Eccl. c. 77.

Illuſtrabat his temporibus eam provinciam Mauritaniæ Victor Cartennæ Epiſcopus, qui adverſantes & inſultantes exagitanteſque fidem Catholicam Arianos ſcripto libro redarguit: quem quidem neque intra parietes continuit edendum poſt obitum, ſed miſit ad Genſericum Regem, paratus oppetere pro fidei confeſſione martyrium. Meminit ejus lucubrationis Gennadius, & aliorum ipſius ſcriptorum his verbis (a): *Victor Cartennæ Mauritaniæ civitatis Epiſcopus ſcripſit adverſus Arianos librum unum longum, quem Genſerico Regi per ſuos audiendum obtulit, ſicut ex proœmio ipſius libri didici, Et de Pœnitentia publica librum unum, in quo & regulam vivendi pœnitentibus juxta Scripturarum Auctoritatem inſtituit: Ad Baſilium quemdam ſuper mortem filii librum conſolatorium ſpe reſurrectionis perfecta inſtructione munitum. Homilias etiam compoſuit multas, quas a fratribus ſalutis propriæ ſolicitis in libris digeſtas ſervari cognovi.* Hæc de Victore Gennadius.

XVIII. De Voconio Scriptore.

(b) Gennadius de Scrip. Eccl. c. 78.

Sed & exilivit in prælium pro domo Dei adverſus Arianos Voconius in eadem provincia Mauritaniæ Epiſcopus, de quo idem auctor hæc pauca (b): *Voconius Caſtellani Mauritaniæ oppidi Epiſcopus ſcripſit adverſus Eccleſiæ inimicos Judæos & Arianos & alios Hæreticos. Compoſuit etiam Sacramentorum egregium volumen.* Claruit & his ipſis temporibus iiſdem in Mauritania Pomerius ſcientia celebris: qui illinc recedens, Romam primum inde ſe in Gallias contulit, multaque ſcripſit, quæ Gennadius numerat; laudatque ſimul ejus vitæ mores ſanctiſſimos. Tot plane ſiderum illuſtrata radiis provincia illa fuit: quæ etſi nihil profuerunt Uvandalis, & ipſi Regi eorum Genſerico; conſtat tamen horum & aliorum ſanctorum Epiſcoporum labores Catholicis fuiſſe proficuos, utpote qui eorum claſſico ad ſubeundum pro recta fide martyrium animarentur; quod, cum occaſio exegit, egregie præſtiterunt. Siquidem quod pertinet ad Genſericum, tantum abfuit ut ex Martiniani ac fratrum martyrio & miraculis ullum pœnitentiæ ſignum oſtenderit; ut acerbius ferociuſque Catholicos exagitare perſeveraverit. Nam audi Victorem (c): *Accenditur* (inquit) *propter hæc adverſus Dei Eccleſiam Genſericus. Mittit Proculum quemdam in provinciam Zeugitanam, qui coarctaret ad tradendum miniſteria divina, vel libros cunctos Domini ſacerdotes: ut primo armis nudaret, ut ita facilius inermes hoſtis callidus captivaſſet. Quibus ſe non poſſe tradere clamantibus, ipſe rapaci manu cuncta populabatur, atque de palliis * altaris (proh nefas!) camiſias ſibi & femoralia faciebat. Qui tamen Proculus hujus rei executor, fruſtratim comedens linguam, in brevi turpiſſima conſumptus eſt morte.* Ita ultus eſt peſſimus dæmon, eum obſidens, Dei omnium creatoris injuriam. Sed pergit:

(c) Victor. de perſ. Vvandal. l. 1.

* pallis.

XIX. Valerianus Epiſc. egregius confeſſor

Tunc enim ſanctus Valerianus Abenſis civitatis Epiſcopus, dum viriliter, ſacramenta divina ne traderet, dimicaſſet; foras civitatem ſingularis juſſus eſt pelli: & ita præceptum eſt, ut nullus eum neque in domo neque in agro dimitteret habitare. Qui in ſtrata publica multo tempore, nudo jacuit ſub aere: annorum erat plus octoginta: quem nos tunc indigni in tali exilio meruimus ſalutare. Sed Valeriani defuncti ſenis memoria indita ſacris chartis die decimaquinta Decembris in Eccleſia perſeverat. Subdit autem:

XX. Paſchali die multi facti Martyres.

Quo tempore Paſchalis ſolemnitas agebatur, & dum in quodam loco qui Regia vocitatur, ob diem Paſchalis honoris, noſtri ſibimet clauſam eccleſiam reſerarent; comperĕrunt Ariani: ſtatim quidam presbyter eorum, Anduit nomine, congregata ſecum armatorum manu, ad expugnandam turbam accenditur innocentium. Introierunt evaginatis ſpathis, arma corripiunt, alii quoque tecta conſcendunt, & per feneſtras eccleſiæ ſagittas ſpargunt. Et tunc forte, & canente populo Dei, lector unus pulpito ſiſtens, Alleluiaticum melos canebat: quo tempore ſagitta in gutture jaculatus, cadente de manibus codice, mortuus poſt cecidit ipſe. Nam & alii quamplurimi ſagittis & jaculis in medio crepidinis altaris probantur occiſi. Nam qui gladiis tunc interempti non ſunt, poſtea pæ-

PAGIUS *Sicilia, Sardinia, Brutiis, Venetia, Lucania, Epiro Veteri, vel Hellada geſſerit, melius ibi ipſi, qui paſſi ſunt, miſerabiliter lugenda narrabunt.* Procopius lib. 1. de Bello Vandalico ejuſmodi incurſiones poſt Valentiniani Imp. obitum frequentiores fuiſſe refert; cum nempe præter Alanos Mauri quoque ſe ſe Vandalis, in his expeditionibus adjunxere. Genſericus, inquit, *Maurorum auxilio validior factus, poſtquam Valentinianus fatis conceſſerat, quoties vel redierat, nunc Siciliam, nunc Italiam populabundus vexabat, oppida alia in ſervitium trahens, diruens alia, cuncta rapinis exhauriens, donec inde ipſa vaſtitate locorum, rerumque penuria fugatus ad Orientis Imperatori ſubdita ſe vertit, Illyricumque omnem & Peloponneſum, eique adjacentes inſulas, aliaque Græci nominis invadit. Inde Italiam Siciliamque repetens, ſi quid nuper relictum fuerat, diripit.* Hinc Idacius, cujus verba num. IV.... recitavimus, refert ingentem victoriam ſub *Avito* Imp. de Vandalis reportatam, aſſeritque magnam eorum multitudinem a *Ricimere* circumventam & cæſam fuiſſe, qui *cum ſexaginta navibus ad Gallias vel Italiam moverat*; quod in Corſica inſula contigiſſe ibidem narrat.

XI. Cæterum Legatio miſſa a captivis Catholicis in Africa pro inſtitutione novellæ Eccleſiæ, quæ in cujuſdam Maurorum Regis ditione naſcebatur,

Digitized by Google

pœnis attriti, regio juſſu omnes pene necati ſunt, præſertim maturioris ætatis. Quorum omnium natalis dies coronis martyrum laureatus annuatim in Eccleſia celebratur Nonis Aprilis. Ad hæc Victor.

XXI. *Alibi namque, ſicut Thunazudæ contigit, Galibus, vico Ammoniæ, vel aliis in locis, tempore quo ſacramenta Dei populo porrigebantur, introeuntes maximo furore, Corpus Chriſti & Sanguinem pavimentis ſparſerunt, & illud pollutis pedibus calcaverunt.* Vides ad quam execranda & horrenda ſacrilegia inducantur infelices hæretici. Quæ autem his diebus Carthagine facta ſint, eumdem Victorem referentem audi, cum ſubdit:

XXII. Armogaſtis nobile certamen. *Ipſe enim Genſericus præceperat (ita perſuadentibus Epiſcopis ſuis) ut intra aulam ſuam, filiorumque ſuorum, nonniſi Arians per diverſa miniſteria ponerentur. Inter alios ventum eſt tunc ad Armogaſtem noſtrum. Cujus cum diu ac ſæpius tibias torquendo inmentibus confringerent chordis; & frontem, in qua Chriſtus vexillum ſuæ fixerat Crucis, rugatam, magiſque aratam extendentes atque mugientes diſtenderent nervi, ut fila aranearum, ſancto cælum reſpiciente, crepabant. At ubi tortores nervicas chordas diſruptas eſſe viderunt, allatis crebrius fortioribus chordis atque cannabinis, illo nihil aliud niſi nomen Chriſti invocante, illa omnia vaneſcebant. Sed & capite deorſum, dum ad unum penderet pedem, dormire quaſi ſuper lectum plumis ſtratis, omnibus videbatur.*

XXIII. *Quem cum Theodoricus Regis filius, qui ejus dominus erat, pœnis non valentibus, capite truncari juſſiſſet; a ſuo prohibetur Jocundo presbytero, dicente ſibi: Poteris eum diverſis afflictionibus interficere. Nam ſi gladio peremeris, incipient Romani martyrem prædicare.* Vides, lector, uſum loquendi, ut qui dicerentur Catholici, iidem Romani nominarentur: quod alias ſuperius eſt demonſtratum. Romani idem quod Catholici. Quod enim ad Arianos vel alios hæreticos ſpectat: cum more prædonum vendicarent ſibi Catholicum nomen: qui vere eſſent Catholici (quod eo potiſſimum diſcernerentur ſigno, nempe ſi communicarent cum Romana Eccleſia) eos appellare Romanos conſueverunt: non ſecus ac hodie recentiores hæretici uſurpantes ſibi & ipſi Catholicum titulum, Papiſtas nominant, quos ex coitione cum Romano Pontifice Eccleſiaſtica antiquitas ſemper novit eſſe Catholicos, & eo ſemper nomine nuncupavit: ut plane ipſorum confeſſione appareat eos vere eſſe Catholicos Orthodoxos, quos eo nomine celebrant, quo ſe illos infamare ac reddere viles putant. Sed proſequamur cœptum fortiſſimi Armogaſtis certamen.

Tunc (ſubdit Victor) *Theodoricus in Bizacenam provinciam ad fodiendas eum condemnat ſcrobes. Poſtea quaſi ad majus opprobrium, haud procul Carthagine, ubi ab omnibus videretur, paſtorem eum præcepit eſſe vaccarum. Inter hæc, Domino revelante, cum dormitionis ſuæ proximum cerneret diem, advocat quemdam Felicem venerabilem Chriſtianum, procuratorem domus filii Regis, qui Armogaſtem ut Apoſtolum venerabatur: dixitque illi: Tempus meæ reſolutionis advenit: Obſecro te per fidem quam utrique tenemus, ut ſub hac ſiliquæ arbore me ſepelire digneris, redditurus Domino noſtro, niſi feceris, rationem. Non quod ille curaret, ubi, aut qualiter ſuum ſepeliretur corpus; ſed ut illud demonſtraretur, quod ſervo revelaverat Deus. Reſpondit Felix, & dixit: Abſit a nobis, confeſſor venerabilis, ſed ſepeliam te in una baſilicarum cum triumpho, & gratia, quam mereris. Cui beatus Armogas: Non; ſed quod dixi, facturus es. Ille timens Dei hominem contriſtare, veraciter quod dixerat, promiſit ſe eſſe facturum. Statim intra paucos dies Comes bonæ confeſſionis de hac vita migravit. Feſtinavit Felix ſibi delegatum ſub arbore fodere ſepulcrum. Cui cum intextæ radices & ſoliditas aridæ telluris moram facerent, & calore angeretur, quod tardius ſancti membra corporis humarentur; tandem abſciſſis radicibus, multo altius terram cavans, conſpicit ſarcophagum ſplendidiſſimi marmoris præparatum, qualem forte nullus omnino habuit Regum.* Hucuſque de conſummato Argomaſtis agone Victor. XXIV. Armogaſtis exitus & ſepulcrum.

Vides, lector, eſſe divinæ curæ & providentiæ, ut confeſſores ſui, quos in cælo celebrat coram Patre, in terra condan- XXV.

PAGIUS *Epiſtola S. Leonis ad Mauros interpolata.*

tar, non pertinet ad præſentem annum, quo de ea agit Baronius nam XIV. Nam, ut obſervat Queſnellus in Notis ad Epiſtolam primam S. Leonis, Epiſcopis Africanis Mauritaniæ Cæſarienſis datam, quæ alias ordine erat LXXXVII. capta anno ſuperiori a Vandalis Roma, nihil potuit *Leo* poſt iſtam cladem circa Africanas Eccleſias ſtatuere & ordinare, quia, ut notat Victor citatus, poſt mortem Valentiniani, qui partem Africæ poſſederat, Genſericus *totius Africæ ambitum obtinuit.* Quare nulla ibi judiciorum forma, nullus conſecrationis Sacerdotalis ordo, de quibus loquitur Leo in ea Epiſtola, conſtitui potuit; ideoque ea, cum adhuc potiretur Mauritania Valentinianus, ſcripta. Tunc enim *Leo* ad hujus Provinciæ Epiſcopos Legatum vice ſua acturum deſtinavit *Potentium*, & litteras ad eoſdem dedit, ut de ordinationibus illicite celebratis, de violatis canonum regulis, & aliud hujuſmodi diligentius inquireret, & ad Apoſtolicam Sedem referret pleniſſime. Cum *Potentii* relationibus inſtructus fuiſſet *Leo*, eam Epiſtolam ad Africanos ſcripſit, in qua & moderationem eam ſervat, quæ congruebat tempori,

dantur honeſto ſepulcro; quod & in aliis factum ſæpe legimus: Ut vel ex his intelligas, quam pugnent contra Deum, qui in Sepulcra Sanctorum inſaniunt. Porro vincentis nomen athletæ inſeruit triumphantium martyrum choro Catholica Dei Eccleſia his ſolita nobilitari triumphis, cum perſecutione adverſariorum urgetur, quæ in ipſorum commemoratione victoriæ, certis diebus quibus exultavere victores, eorum coronas annuatim publico præconio exhibet venerandas: & ſicut de aliis facere conſuevit, ita clariſſimo Armogaſto, quarto Kalendas Aprilis, annis ſingulis digna perſolvit.

XXVI. Archimimi fruſtra tentata fides. Subdit Victor & reliquorum certamina martyrum iſtis verbis: *Sed nec quemdam Archimimum nomine Maſculan, debeo præterire; qui cum multis inſidiis promeretur, ut Catholicam amitteret fidem: ipſe eum Rex poſtea blandiendo affatibus ſæcularibus mutabat, promittens eum multis divitiis cumulandum, ſi voluntati ejus auditum facile commodaſſet. Qui cum fortis atque invictus maneret, jubet eum ſubire ſententiam capitalem: ita tamen callidus occulte præcipiens, ut ſi in illa hora vibrantis gladii pertimeſceret ictum, magis eum occideret, ne martyrem glorioſum feciſſet: ſi autem fortem in confeſſione conſpiceret, a gladio temperaret. Sed ille, ut columna immobilis, Chriſto ſolidante, effectus, confeſſor revertitur glorioſus. Et ſi martyrem invidus hoſtis noluit facere; confeſſorem tamen noſtrum non potuit violare.* Porro quod & iſte perſeverans in Chriſti ſemper confeſſione conſummavit agonem, eumdem inter Sanctos Deo caros, hominibus colendos, Catholica deſcripſit Eccleſia quarto item Kalendas Aprilis.

XXVII. Præclarum certamen Saturi. Sed audi ultimo loco poſitum viri clariſſimi Saturi illuſtre certamen; quod ſui ſplendore coruſcum abſque eloquentiæ fuco ita Victor enarrat: *Novimus & alium ea tempeſtate, nomine Saturum, qui cum lucidum eſſet membrum Eccleſiæ Chriſti, & pravitatem Arianorum libertate Catholica frequenter argueret (fuit hic procurator domus Hunerici) convenitur, accuſante Marivado quodam diacono, quem Hunericus infauſtus ſingulariter honorabat: Ut fieret Saturus Arianus promittuntur honores & divitiæ multæ, ſi faceret: præparantur ſupplicia dira, ſi nollet. Hac optione propoſita, ut ſi regalibus juſſis non obediret, primo factu diſcuſſione, & ante amiſſa domo vel ſubſtantia, diſtractis omnibus mancipiis ac filiis, uxor ipſius, ipſo præſente, camelario in conjugium traderetur. Quod ille plenus Deo, magis ut velociter præveniſſet, impios provocabat. Ob quam cauſam uxor ejus inducias viſu eſt ab iis qui exequebantur, neſciente marito, petiiſſe. Accedit ad maritum alia Eva, conſilio magiſtrata ſerpentis: Sed ille Adam non fuit, qui illecebroſa vetitæ arboris poma contingeret: quia non indigens, ſed Saturus vocabatur, ſaturatus ab ubertate domus Dei, & torrente deliciarum ejus potatus.*

XXVIII. *Advenit mulier ad locum, ubi maritus ſingularis orabat, conſciſſis veſtibus, crineque ſoluto, ſecum comitantibus filiis, unamque infantulam, quæ tunc lactabatur, manibus geſtans; quæ neſcientis projicitur ad pedes mariti: etiam ipſa ſuis genua complectitur ulnis, ſibilans vociferatione draconis: Miſerere mei, dulciſſime, ſimul & tui: miſerere communibus liberis; quos conſpicis ipſe: Non ſubjaceant conditioni ſervili, quos claro proſapia edidit generis noſtri: Non ſubjiciar ergo indigno & turpi conjugio, vivente marito, quæ mihi ſemper inter coævas plaudebam de Saturo meo: Cognoſcit Deus, quia invitus facturus es hoc, quod forte voluntarie aliquanti fecerunt. Cui ille, Job (a) ſancti voce reſpondit: Tamquam una ex inſipientibus mulieribus loqueris. Formidarem, mulier, ſi ſola eſſet hujus vitæ amabilis dulcedo: artificio, conjux, diaboli miniſtraris: ſi diligeres maritum, numquam ad ſecundam mortem attraheres proprium virum. Diſtrahant filios, ſeparent uxorem, auferant ſubſtantiam: mei Domini ego ſecurus de promiſſis verba tenebo (b): Si quis non dimiſerit uxorem, filios, agros, aut domum, meus non poterit eſſe diſcipulus. Quid ultra? diſcedente muliere cum filiis refutata, confortatur Saturus ad coronam, diſcutitur, exſpoliatur pœnis conteritur, mendicus dimittitur, interdicitur ei prodeundi acceſſus: totum ei tulerunt, ſtolam tamen baptiſmatis auferre non potuerunt.* Ita Saturus longo jugique martyrio auctiorem nobilioremque de adverſariorum perfidia revexit triumphum, qui & ſuæ victoriæ inſignibus velut trophæis erectis, in Eccleſiaſticis monumentis perpetuo permanſuris, vivens ſemper anniverſaria memoria perſeverat, quarto Kalend. Aprilis jugiter rediviva.

(a) *Job. 2.* Summa Satari conſtantia.

(b) *Matt. 19. Marc. 10.*

PAGIUS poſt, & eum exerit vigorem, qui reſcindendis corruptelis neceſſarius videbatur. Sed Leonis hæc Epiſtola variis aſſumentis amplificata fuit, ut docte probat Queſnellus, qui eam & cum interpolationibus & ſine eis repræſentat, & interpolatam fuiſſe oſtendit, tam ex variis MSS. quæ citat, quam variis rationibus, quæ mihi videntur rem evincere. MSS. ab eo productis addendum aliud ab eo non viſum, quod extat in Bibliotheca Colbertina num. DCCLXXXIV. ubi illa Leonis Epiſtola Epiſcopis Africanis Mauritaniæ Cæſarienſis ſcripta legitur ſine interpolatio-

XXIX. *Poſt hæc* (addit Victor) *Genſericus Eccleſiam Carthaginis claudi præcepit, diſſipatis atque diſperſis per diverſa exiliorum loca* (*quia Epiſcopus non fuerat*) *presbyteris & miniſtris. Quæ vix reſerata eſt, Zenone Principe ſupplicante per Patricium Severum, & ſic univerſi de exilia redierunt*. Sed de his ſuo loco. Porro hæc quidem hoc anno (ut vidimus) cœpta, in ſequentes ſunt propagata. At vero non Africa tantum paſſa dirum barbarum, acerbam perſecutorem ingemuit: ſed & aliæ Romani orbis provinciæ, cum ipſe annis ferme ſingulis valida claſſe ora maritima infeſtaret. Hinc idem Victor ad ea quæ ſunt dicta adiiciens corollarium, iſta ſubiicit: *Quæ autem in Hiſpania, Italia, Dalmatia, Calabria, Apulia, Sicilia, Sardinia, Brutiis, Lucania, Epiro, vel Hellade geſſerit, melius ibi ipſi qui paſſi ſunt miſerabiliter lugenda narrabunt*. Hactenus ipſe.

Inſulæ & loca maritima gravia paſſa à Genſerico.

XXX. Hoc eodem anno defuncto Maximo Epiſcopo Antiocheno, in locum ipſius Baſilius ſubrogatus eſt. At ne hoc de obitus Maximi tempore divinatio eſſe credatur, inde certum deducimus argumentum, quod cum conſtet aſſertione Nicephori, qui unus catalogum Epiſcoporum Antiochenorum recenſuiſſe ſcitur, ſediſſe Baſilium ſuffectum Maximo annis duobus, & qui illi ſubſtitutus fuit Acacius annum unum; addatque memorabilem cladem illam terremotus Antiochiam ſubruentis ſub Acacio contigiſſe; conſtet vero eamdem factam eſſe anno ſecundo Leonis Imperatoris, ut ſuo loco dicemus, cum idem Leo regnare cœperit anno ſequenti, & ab hoc anno uſque ad cladem illam tres intercedant inchoati anni, quibus impletur locus ſedis Baſilii & Acacii; dicendum utique eſt, anni hujus exordio Maximum eſſe ex hac vita ſubductum, cum ſediſſet annos ſeptem: quippe quem creatum vidimus anno Domini quadringenteſimo quadrageſimonono, cum Epheſi ſub Dioſcoro improbatum illud Epheſinum Concilium ageretur. Fuiſſe vero Baſilium Catholica fide præſtantem, litteræ Syrorum Epiſcoporum datæ poſtea ad Leonem Imperatorem ſignificant.

Obitus Maximi, & creatio Baſilii Epiſc. Antioch.

XXXI. Hoc item anno, dum Avitus cum Marciano regnaret: *Philippus presbyter* (inquit Gennadius) *optimus auditor Hieronymi, commentariorum in Job edidit ſermone ſimplici librum. Legi ejus familiares epiſtolas valde ſalſas, & maxime ad paupertatis & dolorum tolerantiam exhortatorias. Moritur Marciano & Avito regnantibus*. Hæc ipſe.

Se-

PAGIUS

laſionibus, quæ habentur in Collectione Dionyſiana, quaſque merito rejecit Queſnellus. Illud MS. eo magis faciendum, quo octingentorum eſt aut circiter annorum.

XII. Ad num. XXX. Mortem *Maximi* Epiſcopi Antiocheni, qui anno CDXLIX. Sedem illam adeptus eſt, recte hoc anno conſignavit Baronius ut liquebit ex his quæ in morte *Baſilii* ejus ſucceſſoris anno CDLVIII. in medium afferemus. Nicephorus in Chronico & Tabulæ Theophanis *Maximo* annos tantum quatuor attribuunt; ſed eum annos circiter octo ſediſſe conſtat. *Maximum* non hujus anni initio, ut ſcribit Baronius ſed ipſo in finem vergente, aut forſan ſequentis initio e vita migraſſe, liquet ex Epiſtola S. Leonis ad Baſilium ejus ſucceſſorem ſcripta, quam anno ſeq. num. V... referemus.

Maximus Epiſc. Antiochenus moritur.

XIII. *Gundeucus* & ejus frater *Chilpericus* Burgundionum Reges Regi Viſigothorum auxilio fuere adverſus Suevos, in prælio habito, & de quo mox egimus, ut teſtatur Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 44. Fines paulatim per vicina protulere, & primam Lugdonenſis, Maxima Sequanorum, Viennenſis, Alpes Graiæ & Penninæ, ac Provincia cis Druentiam eis tandem ceſſere, ſed non ante præſentem Chriſti annum, quo Marius Aventicenſis in Chronico ait: *Joanne & Varano Coſſ. Eo anno Burgundiones partem Galliæ occupaverunt, terraſque cum Gallis Senatoribus diviſerunt*. Quare hoc anno in univerſa Gallia Sequanica Dominatio Romanorum extincta, & progreſſu temporis pariter in regionibus præfatis. Falluntur itaque qui ens ante hoc tempus Burgundionibus paruiſſe arbitrati fuere. Burgundiones, qui huc uſque regiones ripis Araris & Rhodani proximas in poteſtate Romanorum, cum quibus pacem ſemper coluerunt, retinuerant, ab eorum ditionibus, quæ in Galliis ſupererant, defendendis non deſtiterunt, cum Gundeucus Rex in Epiſtola Hilari Papæ ad Leontium Epiſcopum Arelatenſem data, *Magiſter militum* appelletur, ut videre eſt apud Baronium anno CDLXIII. n. III.

Gundeucus & Chilpericus in Burgundia regnant.

XIV. *Hengiſtus* iterum hoc anno in Britones pugnavit, ſed infelici ſucceſſu, coactus eſt enim de reditu in patriam cogitare, ut novum inde ſupplementum peteret ad novi regni firmitatem: *Anno gratiæ CDLVI. Horſa defuncto, Saxones Hengiſtum fratrem ejus in regnum Cantiæ ſublimaverunt. Quo etiam anno ter contra Britones pugnaſſe legitur. Sed probitati Vortimeri reſiſtere non valens ad inſulam Tanet confugit, ubi quotidie prælio navali vexabatur. Tandem Saxones cimba ſua ingreſſi, relictis mulieribus & filiis in Germaniam redierunt*, inquit Florilegus. Eſt *Tanetos*, vulgo *Tanet*, inſula Angliæ in ora Cantii, vix anguſto freto ab ea diſſita. Idem habet Ethelwerdus lib. 1. qui addit: *Relicta tunc Cantia, quæ vulgo Kent nuncupatur, fugam dant in Lundonam Urbem*, quæ nunc Londinium dicitur. Recentiores Angliæ Hiſtorici referunt, hoc tempore omnes in Cantio ſacras ædes ſanguine profanatas, Moniales aliaſque Religioſas perſonas hominum violantia proſtitutas domibus boniſque exutas fuiſſe.

Saxones a Britannis fuſi fugatique.

JESU CHRISTI ANNUS 457.	LEONIS PAP. ANNUS 18.	LEONIS 1. MAJORIANI 1. IMPP.

I. SEquitur Chriſti annus quadringenteſimus quinquageſimus ſeptimus, Conſtantino & Rufo inſcriptus Conſulibus, quo Marcinnus Imperator ex hac vita migraſſe ponitur a Marcellino (*a*), & Caſſiodoro (*b*), & aliis: ex quibus corrigendus eſt Evagrius (*c*), qui eum imperaſſe tradit uſque ad Imperium Severi in Occidente regnantis; ſed & redarguitur ex epiſtolis S. Leonis Papæ ad Leonem Imperatorem ante Imperium Severi conſcriptis. Numerant vero annos Imperii Marciani ſex integros, menſes ſex, & dies duos. Anni quidem hujus exordio, nempe vigeſima ſexta Januarii defunctum eſſe Marcianum, Theodorua Lector (*d*) cum tradat, de eo iſta præmittit: *Marcianus ad ſupplicationes quæ in Campo fiebant, egreſſus, multa largitus eſt egenis: Anatolium vero Epiſcopum hortatus eſt, ut ſecundum conſuetudinem urbis illius Epiſcoporum, a Tauro uſque ad*

Marciani Imp. obitus.

(*a*) Marcellin. in Chron. (*b*) Caſſiod. in Chron. (*c*) Evagr. lib. 2. c. 8. (*d*) Theod. Lect. Collect. lib. 2.

Ann. Eccl. Tom. VIII. A a 2

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5950.

SÆC. V. Olymp. 509. An. V. C. 1210. Anno Eræ Hiſpan. CDXCV. A. C. 457.

☉ 18. F. ☽ 2. F. 31. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 457.

LEONIS PAPÆ 18.

LEONIS IMP. 1.

MAJORIANI 2.

I. Conſules. [1] COSS. *Conſtantinus* & *Rufus*, uterque Orientalis, [2] ut patebit ex inſcriptione anno CDLXIII. num. I. in medium afferenda, & ex his quæ num. XV. ex Priſco referemus. Præterea in Actione VI. Concil. Chalced. pag. 575. inter Viros illuſtres, qui Marcianum Synodum Chalcedonenſem ingredientem comitati ſunt, numeratur Expræfectus *Conſtantinus* & Excomes *Conſtantinus*. *Conſtantinus* autem hoc anno Conſul ter Præfecturam geſſit, ut mox dicemus, annoque CDXLVI. Theodoretus ſcripſit Epiſtolam ordine XLII. ad Conſtantium, Præfectum ſc. Prætorii. Græci paſſim Conſtantinum & Conſtantium promiſcue uſurpant, quamvis *Conſtantinus* hoc anno Conſul a Latinis ſemper Conſtantinus appelletur. *Rufi* Comitis mentio eſt in Epiſtola Theodoreti LXXIX. ad Anatolium anno CDXLVIII. data. In Epiſtolis undecim Divi Leonis hoc anno ſcriptis utriuſque Conſulis nomen legitur; *Conſtantinus* tamen ſemper præponitur, licet, ſi *Rufus* Conſul Occidentalis fuiſſet, ſemper poſtponeretur, ut vice verſa in Oriente, quando uterque Conſul nominabatur, Occidentali ultimus ſemper locus in Actis publicis aſſignabatur.

II. Leo Magnus ſuccedit Marciano. A num. I. ad VII. *Marcianum* ſub hujus anni Coſſ. mortuum eſſe Marcellinus & Caſſiodorus in Chronicis, aliique teſtantur. Theodorus Lector lib. 1. ſcribit: *Marcianus cum didiciſſet ea, quæ adverſus Romam & Imperatrices a Vanda-*

NOTÆ [1] COſſ. *Conſtantinus & Rufus*. *Flavii* prænomen *Conſtantino* tribuitur a Relando ex Inſcriptione apud Fabrettum pag. 577. num. LXX. de qua prius Noriſius Diſſertatione in Faſtos Conſulares Anonymi Vindebonenſis pag. XXXXIII. & ea aptiſſima, ut ioquit ibidem Noriſius, Eccleſiaſticis Annalibus illuſtrandis. Eſt autem.

NATU. SEVERI. NOMINE. PASCASIUS
DIES. PASCALES. PRID. NON. APRIL. N.
DIE. JOBIS. FL. CONSTANTINO
ET RUFO VV. CC. CONSS. QUI VIXIT
ANNORUM. VI. PERCEPIT
XI. KAL. MAJAS. ET ALBAS SUAS
OCTABAS. PASCAE. AD SEPULCRUM
DEPOSUIT. D. IIII. KAL. MAI. FL. BASILIO
V. C. CO.....

Noriſius linea ſecunda hujus Inſcriptionis omiſit litteram N. quæ poſt APRIL. habetur apud Fabrettum, omiſit & *Flavii* prænomen. Forte apographum negligenter exſcriptum Noriſio miſſum fuit. Hoc autem anno, ut adnotavit Noriſius, Luna XX. fuit die *trigeſima prima Martii*, qua die etiam Paſcha fuit, ut ex Victorii Canone liquet. Hinc *Pridie Nonas Aprilis*, quo natus eſt *Severus* A. D. 457. incidit in diem *Jovis*. Victor: *Conſtantino & Rufo*. S. Leonis Papæ epiſtola LXXVI. *Conſtantino, & Rufo*. In Faſtis Idatii hoc anno conſules omittuntur. In quibuſdam lapidibus, ut anno ſuperiore vidimus, hic annus per aliquot menſes præfert *poſt conſulatum Johannis, & Varanes*. Proſper Vaticanus MS. *Conſtantino & Rufo*. Inde ſequitur: *Moritur Marcianus. Levatur Leo, & Ravenna Majorianus*. Hinc utriuſque epigraphe in nummis:

D. N. LEO. PERPET. AUG. ET D. N. JULIUS MAJO
RIANUS. P. F. AUG. GEORGIUS

[2] EO quod uterque iſte Conſul forte Orientalis eſſet, ideo in faſtis Latinorum interdum annus iſte notabatur *poſt Conſulatum Varanis & Johannis*, qui Orientales licet Conſules fuerint, notiores tamen erant, & in Latinorum faſtos introducti. MANSI

Digitized by Google

ad Campum vectus ſupplicaret : Hic cum Marcianum peditem ingredientem videret, pedes & ipſe ſupplicavit. Ad hæc addit idem *auctor : Marcianus cognitis, quæ contra Romanam civitatem & Imperatrices ab Afris fierent, pro majeſtate Imperii commotus, ad bellum ſe paravit. Contigit autem, ut ad ſupplicandum in Campum cum egrederetur, vigeſimaſexta Jan. diem obierit.* Hæc Theodorus de tempore ejus obitus.

II. Marciani dignæ laudes.

Prædicatur & inter alias ejus virtutes digno præconio a Nicephoro effuſa in pauperes Marciani largitas, & in primis inculpata religio, propenſiſſimumque erga fidem Catholicam ſtudium, & in Imperii adminiſtratione prudentia, cujus tempore omnes barbari conticuerint : legum inſuper in eo laudatur inviolata cuſtodia, ut nihil præter fas ſibi conceſſum eſſe putaret ; unde non curaverit in canonum contumeliam ſancitum tueri de primatu ſedis Conſtantinopolitanæ in Concilio Chalcedonenſi decretum : celebratur & admiranda ejus tum corporis tum animi caſtitas ; ut non tantum ab alienis abſtinens fuerit, ſed quam accepit Auguſtam virginem conjugem, virginem pariter tranſmiſerit ad Chriſtum primum ejus ſponſum in cælis cum eo perpetuo regnaturam. Atque demum (ut una ſententia plura tamquam uno faſce perſtringam) vix ſit reperiri inter Conſtantinopolitanos Imperatores aliquis poſt Conſtantinum, qui cum Marciano conferendus videatur. Quod igitur robore bellico atque religione polleret, in numiſmatibus galeatus & dextera jaculum tenens exprimitur, ex parte vero altera inſignis Cruce gemmata Victoria collocatur, prout ex aureo numiſmate (*a*) hic tibi reddendum curavimus.

(*a*) *Extat apud Lælium Paſqualin. Romæ.*





III. Sed & ipſius pariter cedit laudi, quod adeo modeſtum & bene obſequentem (quod raro contigit) reliquit in omnibus Senatui exercitum, ipſumque Senatum adeo ſumma pace conjunctum animis, ut ipſo defuncto, quamvis legitimus deeſſet hæres, & plures eſſent tum in militia, tum in Senatu qui ſibi Imperii jura prætextu aliquo vendicare, vel tyrannice arripere potuiſſent ; ſumma tamen pace atque concordia tamquam ſi in illa florentiſſima olim Romana antiqua Republica tractaretur, qui optimus videbatur, ipſe a Catonibus eligeretur Auguſtus. *Sic eligitur* (inquit Nicephorus *b*) *communi Senatus calculo Leo Tribunitius Thrax ipſe quoque genere, Imperator Romanorum ſalutatus eſt, & a Patriarcha Anatolio diademate coronatus.* Hæc ipſe. Verum Ardaburius & Aſper filius, militiæ Magiſtri, videri voluerunt ipſius Leonis in Imperium promotores : quorum officium Leo non recuſavit, & ipſorum petitionibus annuit, ea arte e manibus Arianorum homi-

(*b*) *Niceph. l. 15. c. 15.*

Leonis Imper. electio.

PAGIUS *dalis ex Africa profectis, ſicut Imperatorem decebat commotus, ad bellum ſe paravit. Contigit autem, ut ad ſupplicationem procederet in campum die XXVI. Januarii * Ejus autem loco Imperator eligitur Leo oriundus ex Thracia dignitate Tribunus.* Valeſius in Notis ait : „ Poſt hæc verba, *die XXVI. Januarii* notandus eſt aſteriſcus „ quæ ſic ſuppleri poſſunt. *Sexto autem poſt die* „ *abiit e vita pridie Kal. Februarias*. Male apud Theophanem in Chronico ſcriptum eſt, „ *pridie Kal. Maias*. Id enim fefellit ipſe Theophanes, qui paulo poſt ſcribit, Leonem Marciano mortuo ſubrogatum fuiſſe menſe Februario. Ita Valeſius. Verum hæc emendatio cum loco mendoſo Theophanis innititur, & Auctorem Chronici Alex. ſub hujus anni Coſſ. contrarium habeat, minime admittenda. Hæc Chronici Alex. verba : *Hic Coſſ. obiit diem ſuum Marcianus Aug. Vixit annos LXV. & creatus eſt ab exercitu Imperator Leo Magnus menſe Peritio VII. Idus Feb. regnavit annos XVI.* Dies itaque natalis Imperii Leonis fuit ſeptima menſis Februarii, quo menſe etiam eum Imperium iniiſſe docet Theodorus Lector, qui in fine lib. 2. ait : *Leo Auguſtus imperare cœpit Indictione decima, menſe Februario, coronatus ab Anatolio Patriarcha.* Imperium ſuſceperat *Marcianus* die XXIV. menſis Auguſti anni CCCCL. quare imperavit annos ſex & menſes circiter ſex, quos Auctor Chronici Alex. neglexit, quoſve numerant qui ſcribunt eum annos ſeptem imperaſſe.

Ba-

minum exercitus robur eliciens, quod timebatur a Catholicis omnibus. At non prætereunda putamus, quæ de rebus ante Imperium geſtis tradita poſteris de Leone ſunt. Nicephorus enim de ejus rebus ante Imperium præclare tranſactis ejuſmodi narrationem inſtituit (a):

(a) Niceph. l. 15. c. 25.

IV. Leonis erga cæcum officium.

Leo iſte cum nondum divino nutu Imperiali dignitate exornatus, privatus degeret, & circa eum locum (ubi ſcilicet poſtea factus Imperator conſtruxit eccleſiam) *in hominem cæcum tota via errantem incidit: & vicem ejus miſeratus (erat enim vir bonus & miſericors & in rebus omnibus conſideratus & providus) manu eum duxit, oculi ei vicem præſtans, greſſumque ejus per loca plana dirigens, ſi quid in itinere ſpinarum aut duri eſſet, quod incedentem offendere poſſet, removit; atque ille quidem hunc ducebat, ille autem ſequebatur. Et jam itinere aliquanto confecto, prope cœnoſum hunc locum venerant; cæcuſque ille ſiti plurimum conficiebatur, & quia concideret, parum aberat: ita humor omnis in eo æſtu vehementiſſimo exaruerat. Itaque Leoni valde inſtitit, ut eoque crebrius contendit, ut ſiti ejus mederetur, & viæ laborem in umbra quapiam aliquantulum recrearet. Erat hoc inenarrabilis cognitionis & ſapientiæ Dei, quæ mirifice omnia inſtituit,*

V. De Leone ante Imperium miraculum.

Ille igitur miſericordia erga pauperem motus, denſam ſilvam omnem perluſtravit, & ſi quis aquæ humor ibi ſcateret, ſcrutatus eſt. Ut vero poſt fatigationem multam, infecta re ad illum rediit, & anxie admodum quiritaretur, quod miſero illi in tali caſu nihil ſolatii conferre poſſet; vocem incredibilem præter opinionem omnem ex alto ad ſe delatam audiit, quæ diceret: Non ita anxietate te macerari oportet, Leo; ecce aqua prope eſt. Proinde nova hac voce conſternatus, denuo undam inquirere inſtituit; ſed & ipſe cæcus prorſus fuit: circum enim eam verſabatur, minime tamen eam videbat, quod & ſilvæ denſæ opacitas ei obſtaret, & cœnum profundius illum inde removeret. Quapropter partim indignans, quod quem manu duxerat, cæcus ærumnam eam pateretur; partim vocem meam in animo fixam conſiderans, & aquam rurſus inveſtigans; denuo eam ipſam exaudiit ſuave quiddam & jucundum cœlitus ſonantem vocem. Nam & de nomine eum compellavit, & Imperialem dignitatem primo quoque ei tempore adventuram certo denunciavit, ita inquiens: Leo Imperator, denſum hunc & umbroſum lacum ingreſſus, turbidam aquam hauri, eaque ſitim hominis ægri reſice, & limum cœnoſum manibus cape, quo cæci oculos inungas. Quæ vero ſum, dudum hunc obtinens locum, eoque me oblectans, mox ſcies. Tu fac ut ædem hic mihi ſacram conſtruas, in qua identidem verſer & ſuaviter deambulem; in qua etiam precantibus omnibus, locumque hunc cum ardore & fide certa adeuntibus optata præſtem omnia. Neque quicquam eſt prorſus quod mihi adverſetur, & non continuo meæ poteſtati ceſſurum ſit, etiam ſi dæmon ſit, aut morbus qui omnem ſuperet medicinæ curam; aut aliud quicquam quod factura non ſim, dummodo rite pieque ſit petitum,

VI.

Verbis ejus Leo parens, cœnum & undam ad cæcum parumper jam curantem, ut in quo ſpiritus prope extinctus eſſet, attulit; & oculos ejus luto, non ſecus atque Salvator illius a nativitate cæci, linivit: Deinde etiam aquam præbuit. Oculos attrectanti ecce autem majeſtas, & magnificentia tua, o Dei Genitrix, ſe exhibet; & miſero illi aqua turbida & lutum, Siloe ſit. Confeſtim enim viſum recipit, & diuturnas abiicit tenebras, oculis præter ſpem omnem Solem, ſeu potius cœnum & lutum inſpiciens. Sicuti namque Sol primum, qui viſui lucem primus dat, ab eo conſpicitur; ſic tum lutum, quo lumen illi miniſtraverat, primum ab eo eſt conſpectum. Qua in re illud etiam admirandum fuit: nam quod oculis valentibus maxime adverſatur, id tam natura & vi ſua, depoſita, ſalutare eſt factum. Hæc Nicephorus de his quæ ante Imperium adeptum, de Imperio tamen adipiſcendo ſunt prænunciata Leoni: qui & de templo ibi Dei Genitrici Mariæ, ad fontem nuncupato, ab co-

De Eccleſia S. Mariæ ad fontem.

PAGIUS

III. *Leo Imp. condit templum Deiparæ ad Fontem dictum.*

Baronius ad pietatem *Leonis*, antequam imperaret, commendandam, refert ex Nicephoro lib. 15. cap. 25. eum aqua miraculoſe inventa ſiti, qua cruciabatur, liberatum eſſe, & Imperatorem nuncupatum, Eccleſiam eodem in loco in honorem Deiparæ conſtruxiſſe. Lambecius Tom. VIII. Biblioth. Cæſ. pag. 56. & ſeqq. multa habet de hac *miraculoſa* Inventione, de qua loquitur Nicephorus, & de primaria templi ſuper eum extructi origine, quæ ad Leonem Imp. non vero ad Marcianum Imp. ut perperam Goarus in Notis ad Codinum cap. 22. de Officiis Conſtantinopolitanis, referenda. Extant in Biblioth. Cæſarea ejuſdem Nicephori liber MS. *De origine, ſtructura & miraculis templi Beatiſſimæ Virginis Deiparæ ad Fontem*, ex quo aliqua refert Lambecius. Extat etiam ibidem ejuſdem Nicephori *Acoluthia* ſive *Officium Feſti dedicationis templi Beatiſſimæ Virginis Deiparæ* cognomine *Fontis* ſeu ad *Fontem* uno circiter ſtadio a terreſtribus Urbis Conſtantinopolitanæ diſſiti. Eidem *Acoluthiæ* inſertum eſt Nicephori Synaxarium, ſive Narratio ſuccincta *de origine, incremento & miraculis illius templi*, quam Lambecius integram recitat; in ea dicitur, Leonem nondum Imperatorem templum illud ædificaſſe, quod poſtea a Juſtiniano, Baſilio Macedone, Leone Sapiente, aliiſque ſequentibus Imperatoribus, propter plurima ibi edita miracula, diverſis temporibus amplificatum, exornatum atque

eodem, poſtquam factus eſt Imperator, erecto, hiſtoriam narrat. Quod autem referant plures, necem Aſparis & Ardaburii ipſius exordio Leonis Imperii patratam eſſe, manifeſte errare convincuntur auctoritate Marcellini, qui poſt annos tredecim id factum ponit: agemus ergo de his ſuo loco.

VII. Interea autem cum S. Leo Romanus Pontifex de electione Leonis Imperatoris nuncium accepiſſet, litteras ad eum, ex more gratulatorias dedit, ut ipſe teſtatur in litteris (a) ad eumdem ſecundo datis. Hortatus vero eſt idem S. Leo Leonem novum Imperatorem ad cuſtodiam ejus quam una cum Imperio acceperat a prædeceſſore Marciano Auguſto fidem Catholicam, defenſionemque Chalcedonenſis Concilii, quod tantopere hæretici cum in Ægypto, tum in Palæſtina labefactare conati eſſent. Leo Auguſtus igitur tanto excitatus claſſico, licet ſponte curreret, vehementius tamen in opus fertur.

(a) Leo ep. 73.

Leo Imp. Catholicam fidem tuetur.

Quamobrem nihil antiquius habuit quam fidei Orthodoxæ conſulere, & quibus eam valeret viribus obfirmare, atque ſolidius ſtabilire. Ad quod præſtandum ſalubre illud conſilium iniit, ut ſanctionem ampliſſimam ederet, qua ſignificaret, ſe confirmare omnia a prædeceſſoribus Imperatoribus adverſus hæreticos promulgata decreta, atque in primis quæ pro firmitate Chalcedonenſis Concilii haud pridem a Marciano Auguſto ſancita fuiſſent edicta.

VIII. Leo Imp. quid exigat a Metropolitanis.

Adjecit poſtea, ut ad Metropolitanos omnes Orientales litteras daret, quibus reliqui pariter admonerentur Eccleſiarum minores Epiſcopi, ut cujus eſſent fidei, redditis litteris facerent manifeſtum: ex quo alterum de duobus efficeretur, ut vel in hunc modum calculo omnium Orthodoxorum iterum ipſorum confeſſione Chalcedonenſe Concilium firmaretur, & perinde ac præſentes eſſent in Synodo ſua ſcriptione fidem Catholicam communirent; vel ex hoc qui eſſent hæretici, palam fierent, detectique rum ſententia Epiſcoporum, tum etiam legibus Imperatorum e gradu ſedeque protinus pellerentur. Horum omnium fidem faciunt litteræ Alexandrinorum & Ægyptiorum Orthodoxorum ad ipſum Leonem Imperatorem poſtea redditæ, in quarum exordio iſta narrantur (b):

(b) Extat inter epiſt. illuſtr. perſonar. pro Concil. Chalc. to. 2. Concil.

IX. *A ſuperna gratia modo divinitus confortatus, juſte non ceſſas pro communi utilitate cogitare, poſt Deum, cunctorum venerabilis Imperator. Quapropter etiam omnis fortitudo verborum, tuis vincitur actibus, quibus Divinitas exornatur; & verba ad hoc eis neceſſaria non ſunt, quibus opera facere noſcuntur indicium. Nuper enim electus a Deo & purpura exornatus, optimum judicaſti, propoſitum tuum magnum oſtendere, quem ipſe omnium Creator elegit, benignus initiis largitorem remunerando bonorum: quondo repente in ipſo principio, voce veſtra ex ſcripto procedente piiſſima, ad ſanctiſſimos Metropolitanos Epiſcopos, infrangibilem Eccleſiæ Catholicæ crepidinem roboraſtis, & priorum omnium piiſſimorumque Principum conſtituta pro Orthodoxa religione firmaſtis.*

De ſanctione Leonis Imper. pro fide Catholica.

X. *Inſuper & iis quæ nuper a ſanctæ memoriæ Marciano Principe noſtro ſancita ſunt, conſona decernentes, nihil aliud eſtis mercati, quam pacem omnium & ſtabilitatem Reipublicæ, frænantes linguas eorum, qui adverſus Eccleſias Chriſtianas conſurgunt, & blaſphemant Deum, aut in eum quocumque modo delinquunt. Injuria namque Dei manifeſta eſt hæreticorum abſcindentium ſemetipſos a rectæ fidei ſententia*. Quapropter hanc optime ſciens, venerabilis Imperator, maligni prolem exiſtere inſidiantis quieti ſanctarum Chriſti ſemper Eccleſiarum, eamque immutilatam pacem conſiſtere non ſinentis; recte providentiam tuam ſtuduiſti mox adhibere, ei per omnia reſiſtentem: quod eſt opus piiſſimorum Principum pro Orthodoxa fide pugnantium & reſiſtentium primitus molis extrinſecus venientibus, & animabus Fidelium adverſantibus.* Hæc de inſtitutione Leonis Imperatoris ipſo regni ſui exordio fidem Catholicam confirmantis, optimique Principis ſpecimen edentis, ſic poſteris relinquentis exemplum Imperatoribus, quodnam tantæ moli regiminis debeant ſubiicere fundamentum, ut ſit ab omni hoſtium turbine inconcuſſa atque ſtabilis permanſura. Sicut enim Catholicæ fidei confeſſioni neque ipſæ portæ Inferi, Domini promiſſione, valent obſiſtere; ita pariter ſuper eadem Imperium ſtabilitum, perſeveravit adverſus ingruentes adverſarios omnes, ſemper illæſum.

* licentia.

XI. Excidit autem cjuſmodi Leonis Imp. ſanctio, qua Deo ſui Imperii primordia conſecravit: ſed ſatis ad rei geſtæ hiſtoriæ veritatem conſequendam, hæc modo ex

PAGIUS

que reſtauratum eſt. Fons ille noſtro tempore adhuc ſupereſt, quem Turcæ pariter ac Chriſtiani tanta veneratione dignum experti ſunt, ut Χρυσοπηγὴ ſive *aureus* fons vulgo appellari meruerit, quod teſtatur Cruſius in Annotat. ad lib. 7. Turco-Græciæ, ubi refert Patriarcham Conſtantinopolitanum, eo in templo tanquam præcipuo concionari tempore Quadrageſimæ, quod etiam obſervat Goarus citatus. De hac Deiparæ ad Fontem Eccleſia plura habet etiam Ducangius lib. 4. Conſtantinopolis Chriſtianæ cap. 14. n. XIII.

A num.

Turbatur Eccleſia Alexandrina. ex litteris Alexandrinorum & totius Ægypti Orthodoxorum in medium adduxiſſe. At unde earum ſcribendarum litterarum occaſio eiſdem Orthodoxis Ægyptiis data fuerit, ex ipſis itidem petenda eſt. Dum enim hæc pro firmitate Catholicæ fidei Conſtantinopoli a Leone Imperatore omni ſtudio agerentur, contigit Alexandrinam civitatem una cum omnibus Ægypti provinciis turbis vehementioribus agitari, vexarique mirum in modum a factione Dioſcori, ex improviſo omnem quam per ſeptem ferme annorum ſpatium in ſtomacho continuerat, auxeratque in dies bilem, in ipſum ſanctiſſimum Alexandrinum Proterium evomente. Hæc autem quomodo ſe habuerint, jam narrare aggrediamur.

XII. Quæ nefaria patrata ab hæreticis Alexandrin. Cum Ægyptii illi hæretici, qui Dioſcori ſtudioſiſſimi erant, licet ſæpe moniti, numquam tamen reſipiſcere voluiſſent, & in exilium eam ob cauſam exturbati eſſent: ſimul ac defuncti Marciani nuncium accepiſſent, duce Timotheo olim ex monacho creato presbytero Alexandrino, venientes Alexandriam, adeo in ſanctum Proterium ejus ſedis Epiſcopum conſortes hæreſeos concitarunt, ut eundem occiderint, & in locum ejuſdem ipſum Timotheum ſubrogaverint. De quo quidem Timotheo hæc habet in primis Theodorus Lector his verbis (a): *Timotheus Ælurus, antequam occideretur Proterius nigra veſte indutus cellas monachorum circuibat, & unumquemque monachum ex nomine vocabat: Cum autem illi auſcultarent, unum ſe ex adminiſtratoriis ſpiritibus eſſe dicebat, ad hoc miſſum, ut cunctis ediceret, ne cum Proterio communicarent, ſed Timotheum Ælurum Epiſcopum deſignarent, hoc pacto cunctis ſeſe inſinuans.* Hæc Theodorus.

(a) Theod. Lector in Collect. l. 1.

XIII. Sed quomodo tantum nefas, & inauditum hactenus in ſanctiſſima illa Eccleſia ſacrilegium ſit perpetratum, cum in loco ſacro venerabilis baptiſterii, tempore ſacro, nempe majoris hebdomadæ prope Paſcha, vir ſanctiſſimus atque primus in Eccleſia Dei poſt Romanum Epiſcopus occiſus fuerit atque diſcerptus, enarrare progrediamur. Extat ea de re dicta epiſtola cleri Alexandrini & Ægyptiorum Epiſcoporum Orthodoxorum ad Leonem Imperatorem miſſa, qua cuncta quæ ab impio Timotheo facta ſunt exacte deſcribuntur.

Nos igitur ex ea, illa tantum quæ ad hiſtoriam ſpectant hic inſeremus. Eſt autem ejuſmodi epiſtolæ titulus (b):

XIV. *Oblatæ preces ab univerſis Epiſcopis noſtræ Ægyptiacæ diœceſis, & clericis ſanctiſſimæ veſtræ maximæ civitatis Alexandrinæ.* Epiſtola vero ſic exorditur: *A ſuperna gratia modo divinitus confortatus, &c.* Recitavimus ex ea ſuperius quæ ibi ſequuntur de edita ab Imperatore ſanctione adverſus hæreticos: quæ autem ad res Alexandriæ geſtas pertinent, ita ſe habent; ut primum doceant ſe Catholicæ fidei cultores eſſe, his verbis: *Hunc igitur animum te poſſidentem religioſum & tutorem humani generis, tantumque circa Chriſtum ſtudium demonſtrantem, adimus & nos importabilia mala paſſi, licet peccatores, Chriſti Pontifices quæ neque ſermonibus ſufficimus præſentare, nec lugere digne valemus. Quemadmodum autem noſtra ſit geſta calamitas, enarramus. Catholica ſiquidem intemerata & Apoſtolica fide in Nicæa a ſanctis trecentis decem & octo Patribus, poſita, & ubique firmata, & apud omnes verbum veritatis recte prædicantes habita, quam etiam unaquæque per tempora Orthodoxorum Epiſcoporum ad peremptionem quidem ſæpius exortarum contra rectam fidem vanarum quæſtionum, cuſtodiam vero recte confitentium Patrum firmavit atque roboravit. Simili quoque modo & Chalcedone ſanctum & univerſale Concilium congregatum dudum ſub pio functæ memoriæ Principe Marciano hanc inviolatam incontaminatamque ſervavit; abſcindens quidem zizaniæ peſtem a quibuſdam rectis ſuperſeminatam dogmatibus; confirmans autem venerabilis Nicænæ fideî (ſicuti diximus) Symbolum ſalutare, & figens inevertibiles terminos ſuper eum, ſicut gratia Spiritus ſancti dictabat; formamque conſtituit, per quam omnem adjectionem, omnem imminutionem adverſus confeſſionem rectam penitus abnegavit.*

(b) Extat inter epiſt. datas a diverſis pro Concil. Chalced.

Querelæ de Timotheo Aeluro.

XV. Profitentur ſe Orthodoxos. *Quapropter & noſtro Ægyptio Concilio acceſſario cum Archiepiſcopo noſtro ſanctæ memoriæ Proterio indubitanter ei conſentiente, & ea ſapiente; & unanimiter cum univerſis totius Orbis Chriſti ſacerdotibus, & præ omnibus cum ſuis ſanctis Epiſcopis, id eſt, Romano Leone, regiæ Conſtantinopoleos Anatolio, & Antiocheno Baſilio, & Juvenali Heroſolymorum, & omni-*

PAGIUS IV. *S. Proterius Epiſc. Alexand. occiditur.* A num. XII. ad XXVIII. S. *Proterius* Patriarcha Alexandrinus ab Eutychianis occiſus eſt, cum eſſet *ſalutaris Paſchæ feſtivitas*, inquiunt Ægyptii Epiſcopi in Epiſtola ad Leonem Auguſtum, ut videre eſt apud Baronium num. XIX. qui Epiſtolam illam recitat. Vel *primo Paſchalis celebritatis die*, inquit Theophanes, *magno Sabbato*, inquit Cedrenus, Liberatus tamen cap. 15. die, qua Cœna Domini celebratur; Tunenſis vero die, *qua Salvator noſter Dominus a Judæis eſt crucifixus*. Henſchenius multa habet de virtutibus S. Proterii Patriarchæ Alexandrini & Martyris ad diem XXVIII. menſis Februarii, quo colitur, miraturque Baronium, qui ſcribit omnes totius Orbis Eccleſias indelebilibus Notis nomen *Proterii* perpetuæ memoriæ commendatum ſolemniter accepiſſe, illud in tabulas Martyrologii Romani non retuliſſe, imo neque veniſſe in

& omnibus Orthodoxis Epiſcopis conſentiente: laborantibus nobis ſecundum ſanctum Apoſtolum pro Evangelica fidei firmitate, & in Chriſto ſapientibus cum noſtris Eccleſiis & civitatibus, & incommutata * pace Orthodoxi populi apud nos & apud Alexandrinam conſiſtentis, excepto Thimotheo, qui ſemetipſum ab Eccleſia Catholica fide diſrupit pariter, & abſcidit mox poſt Chalcedonenſe Concilium, dum tunc dignitate presbyterii fungeretur, cum quatuor aut quinque ſolis Epiſcopis & paucis monachis heretica Apollinaris & ejus ſimilium ſecta languentibus: propter quam damnati tunc regulariter a ſancta memoria Proterio & omni Ægyptiaco Concilio, etiam Imperiali nutu digne exilium ſunt experti.

* Incommoto.

XVI. Timotheus ſceleſtus nova tentat.

Hunc Timotheum malignus invenit arma ſua machinationis aptiſſima: quem novimus quidem boni cujuslibet extorrem, diabolica vero mentis ſolummodo inſtrumentum opportunum exiſtere. Qui dudum inhians in Epiſcopatum Alexandrinæ maxima civitatis (ſicuti rei eventus oſtendit) apparens, quod eum oportebat effugiſſe, ſi tamen ſaperet; bene proponens ſchema, quod vitare ſe primum doloſe fingebat: inſidiatuſque tranſitum ſanctæ memoriæ Principis Marciani, quo migravit ad Deum; blaſphemis vocibus impudenter adverſus eum inſurgens, & ſanctum & univerſale Concilium Chalcedonenſe anathematizans inverecunde, & vulgus populi ſeditioſorum & vilium congregans; denique contra ſanctas regulas, Eccleſiaſticam diſciplinam, & communem Rempublicam, legeſque coarmans irruit in Eccleſiam ſanctam Dei, habentem paſtorem, atque doctorem ſanctiſſimum noſtrum tunc fratrem Archiepiſcopum Proterium, & collectas ſolitas celebrantem, & orationes fundentem omnium noſtrum Salvatori Chriſto pro veſtra pietatis Imperio & Chriſtianiſſimo veſtro Palatio, congregatis in ipſa civitate magnificentiſſimis Judicibus & curia & plebe fideli, omnibuſque ſimul clero & monachis.

XVII. Hoc itaque malo procedente & vix adhuc facta die, dum in Epiſcopio ſecundum conſuetudinem degeret Deo amabilis Proterius; aſſumens ſecum Timotheus juſte condemnatos duos Epiſcopos & clericos ſimiliter, qui (ut diximus) in exilium fuerant habitare damnati, tamquam manus impoſitionem ſuſcepturus a duobus, nullo penitus Orthodoxorum Epiſcoporum ex diœceſi Ægyptiaca præſente, ut moris eſt in Alexandrinorum Epiſcoporum ordinationibus intereſſe (ut credit) adeptus eſt Pontificatus ſedem, adulterium aperte præſumens in Eccleſia proprium ſponſum habente & agentem in ea divina myſteria, & ſedem propriam regulariter exornantem.

Timotheus intruditus in ſedem Alexandrinam.

XVIII. Iſte optimus odibilem Deo & undique periculoſam differri non ſinens actionem, cum rabie quadam incomprehenſibili repente ſemetipſum inthronizavit, legem & ordinem Eccleſiaſticum, irrationabilem eam populi permixti eſſe confidens; & neque regulas Patrum, non legem Imperialem, non judicialem ſeveritatem mente percipiens, mox ordinationes effecit Epiſcoporum ſimul & clericorum, Epiſcopus ſine impoſitione manus exiſtens. Sed neque priorem habens presbyteratus ordinem baptiſma fecit, & omnes operationes, quæ ei nullatenus agere competebant, exercuit. His ita audacter & nefarie per eum quotidie procedentibus, poſt aliquot dies, dum alibi degeret, magnificus & glorioſiſſimus Dionyſius civitati adfuit laboranti, & egit quatenus peſtifer Eccleſiæ crudeliſſimus tyrannus etiam ab ipſa civitate recederet: quo facto Eccleſiæ & civitati communem utilitatem contulit.

XIX. Si ergo decurſis paucis diebus, dum commotio & rationabilis ira pro Timotheo concitaretur ab aliquibus contra ſanctæ memoriæ Proterium; nihil aliud erat quod faceret ille beatæ memoriæ, quam ut locum daret iræ (ſecundum quod ſcriptum eſt (a) & ad ſacrum baptiſterium ſe conferret, invaſionem fugiens contra ſuam concurrentium necem. In quo ſcilicet loco a barbaris & cunctis ferocibus hominibus timor fuit, etiam neſcientibus loci culturam & exinde gratiam emanantem. Tunc hi vero qui ab initio intentionem Timothei ad effectum perducere feſtinabant, neque in illis intemeratis locis eum ſalvari volentes, neque cultum loci metuentes, neque tempus, cum eſſet ſalutaris

(a) Rom. 12.

Graſſatio hæreticorum.

PAGIUS in cenſum aliorum Feſtorum Latinorum. Certe Græci in Menæis, & apud Maximum Cytheræum, *S. Proterii* Feſtum celebrant die XXVIII. menſis Februarii. *Timotheus Ælurus* Proterio adhuc vivente, Sedem ejus *invaſit*, ut teſtantur Theodorus Lector lib. 1. & Evagrius lib. 2. cap. 8. In Catalogo Patriarcharum Coptitarum ab aliquo hæretico Eutychiano compoſito, ex albo Patriarcharum Alexandrinorum expunguntur Orthodoxi Epiſcopi qui Dioſcoro non adhæſerunt, uti Proterius & alii.

V. Baronius varias S. Leonis Papæ Epiſtolas hoc anno recitat, quibus aliquæ addendæ ſunt a Queſnello publicatæ, quorum hic ſummarium referam. Poſt cædem Proterii *Anatolius* Conſtantinopol. Epiſcopus, ejus mortis nuncio accepto, anceps quid ageret, ſcripſit ad S. Leonem, docuitque quæ acta eſſent Alexandriæ, & tot tantiſque malis quærendo eſſe remedio ſignificavit. Sanctus *Leo* ad eum reſcripſit Epiſtolam quæ ordine eſt CXVI. in qua ait, *Marcianum* ſine interceſſione cujuſque repuliſſe omnes inſidias hæreticorum, *qui opportunitatem inveniſſe ſe temporis æſtimabant, quo ſanctæ Synodi Chalcedonenſis decreta caſſarent*. Addit, ſe Leoni Auguſto ſupplicaſſe, *ne in pervaſionem Alexandrinæ Eccleſiæ aliquid ulterius ſibi poſſit hæretica audacia vindicare*. Data eſt Epiſtola ſub hu-

Alexandrina & Antiochena Eccleſiæ paci S. Leo intentus.

taris Paſcha feſtivitas, nec ipſum ſacerdotium paveſcentes, quod eſt mediatio Dei & hominum. Hoc quod de Paſcha dicitur, de Cœna Domini intelligi debet, in qua id perpetratum fuiſſe, habet Liberatus (a) Diaconus. Sed pergunt:

(a) Liberat. Diac. in Brev. c. 15.

XX. Occiditur S. Proterius.

Perſuſſerunt inculpabilem virum, eumque crudeliter occiderunt etiam cum aliis ſex, & circumducentes ejus ubique cadaver vulneratum, crudeliterque trahentes per omnia pene civitatis loca inſenſibile corpus plagis ſine miſericordia verberabant, dividentes membratim eum, & neque parcentes interiora, more canum, guſtare illius viri, quem nuper habere ſe Dei & hominum mediatorem putaverunt: tradenteſque reliquum ejus corpus igni, etiam diſpergebant ejus cineres in ventos, ferocitatem beſtiarum omnium tranſcendentes. Horum ſiquidem omnium auctor fuit & ſapiens (ſi Deo placet) architectus Timotheus, primo ſiquidem adulter; poſtea etiam homicida, pene manibus propriis hoc nefas efficiens, & propterea condemnandus: quando agenti, qui jubet malum fieri, in ſupplicio proximus eſt.

XXI. Timotheus ſacrilegus exercet Pontificalia.

Adjecit etiam his malis ſine timore pejora, dum inique contra regulas operatur. Hactenus agit ſacra myſteria, qui neque communionem habere laicorum ſanctis canonibus poteſt, & gubernat quidem auctoritate ſua ſanctam Alexandrinum Eccleſiam; res autem ejus, ut ei viſum fuerit, male devaſtat; & habentes alimenta pauperes ab Eccleſia, ejus ſolatiis privat omnimodis, aliis hæc ſceleratiſſimis expendendo. Et aperte quidem Epiſcopos condemnatos quatuor, vel quinque contrarios Orthodoxæ fidei (ſicut diximus) exiſtentes, alios quidem ſecum habet, alios vero per civitates mittit, ut in eis Epiſcopos Orthodoxos perſequantur; ſed & alios ordinare non ceſſat. Eos autem qui regulariter conſiſtunt velut communicatores ſancti & univerſalis Concilii & ſanctæ memoriæ Proterii, anathematizat; & jam expulit omnem ſanctiſſimum urbis Alexandrinæ clerum communicantem ſimiliter generali Concilio & ſanctæ memoriæ Proterio Archiepiſcopo. Sed etiam clericos, qui in noſtris Eccleſiis, & a nobis ſunt ordinati, omnes velut hæreticos anathematizandos vere monſtravit. Orthodoxos vero ſenes, & ſanctæ memoriæ Theophilum Alexandrinorum civitatis Epiſcopum, & ſanctæ memoriæ Cyrillum, & beatæ memoriæ Proterium omnes antiquitus ordinatos, & (ut diximus) anathematizavit, & a ſacerdotio cuncto prohibuit.

XXII. Nomen Proterii abraſum a Diptychis.

Addidit etiam iſtis malis, quod ex venerabilibus Diptychis abſtulit quidem ſanctæ memoriæ Proterii vocabulum; poſuit vero ſuum nomen, & Dioſcori ab univerſali Concilio condemnati, cujus nec ordinationes ſuſcepit. Sic undique velut ebrius varia calliditate convincitur, & per ſingulas civitates & venerabilia monaſteria præcipit, ut nullus communionem ſuſcipiat aut ab Epiſcopis, aut a clericis qui communicatores ſunt aut fuerunt ſancti & univerſalis Concilii Chalcedonenſis & memoriæ venerandæ Proterii. Nec putat clericos qui a nobis ſunt ordinati, ſed pro illis alios jubet introduci, tam quos ipſe ordinat, quam quos alios facere jubet. Hinc igitur cunctas Ægyptiacæ diœceſeos ſanctas Eccleſias obtinente caligine atque mœrore, eiſque confuſione rerum in eis ſic exiſtentium cumulatis; coacti ſumus, contemnentes ſalutem propriam, multo itineris labore ſuſcepto, de civitatibus noſtris exire, & leporibus atque ranis formidoloſiorem agere vitam propter calumnias a Timotheo & aliis ei concordantibus contra nos ſingulos meditatas; & tamquam ad ſereniſſimum & imperturbatum portum, id eſt, ad veſtræ tranquillitatis veſtigia convolare: deſerentes conſacerdotes noſtros in quibuſdam latentes locis propter inſidias ab iis factas, nec valentes nobiſcum longa itinera peragrare: expectantes per nos veſtræ pietatis auxilia, unam eamdemque nobiſcum & ſimul cum Alexandrinis omnibus clericis habentes fidem.

XXIII.

Quia vero ſic aperta ſunt quæ quotidie a Timotheo præſumuntur, ut neque convictionibus, neque laboribus egeant ad probandum, quando ejus ſuperbia manifeſta eſt, & contra regulas Patrum, & contra ſanctiones Eccleſiarum, contraque ipſam Rempublicam, contra omnem cingulum & poteſtatem, (præſumimus autem dicere aperte) etiam contra veſtræ pietatis Imperium; ſupplicamus & deprecamur

PAGIUS

hujus anni Coſſ. *V. Idus Julii*. In Epiſtola CXVII. eadem die data ad Julianum Epiſcopum Coenſem & Aetium Presbyterum, utrique injungit Leo ut omni aſſiduitate a Leone Aug. *quem pro religionis Catholicæ munimento ſponte jam quædam præſtitiſſe* dicit, depoſcant, *ut in locum ſanctæ memoriæ Proterii probatiſſimus, & de cujus fide nequeat dubitari, conſtituatur Antiſtes*. In Epiſtola CXVIII. X. *Kal. Septembr.* ad Baſilium Epiſcopum Antiochenum data, queritur *Leo*, quod ejus ordinatio, non pro more, aut illius, ac Comprovincialium Epiſcoporum literis fuerit ſibi ſignificata: *Ordinationem quidem Dilectionis tuæ, ſecundum Eccleſiaſticum morem tuo vel fratrum noſtrorum Provincialium Epiſcoporum debueramus ſermone cognoſcere. Sed quia non defuerunt cauſæ quæ poſſent hanc diligentiam præpedire, & ſanctæ memoriæ Marcianus Princeps ſuis ſcriptis conſecrationem tuam nobis cognitam fecit*, &c. Quare *Maximus* Baſilii deceſſor anno ſuperiori jam affectu, vel currentis forſitan initio mortuus eſt, cum S. Leo die XXIII. menſis Auguſti queratur, *Baſilii* ejus ſucceſſoris ordinationem ſibi ab Epiſcopis Comprovincialibus ſigni-

veſtram Chriſtianiſſimam pietatem, ut Orthodoxam & intemeratam fidem, & integre ubique ſervatam, & indubitabiliter conſiſtentem, nulloque noſtrorum circa eam diſtropante, ſed (ſicut diximus) concordantibus nobis cum omnibus totius Orbis ſacerdotibus, non patiamini tyrannidem rectitudinem, fidei ſuſtinere, ſed vindicare potius ſanctas Patrum regulas in ordinem Eccleſiaſticum, civilemque diſciplinam, & ſanctorum, magnorumque Conciliorum diverſis temporibus pro Orthodoxa fidei vigore celebratorum injuriam. Et ſcribere dignemini ſanctiſſimo Romanæ civitatis Epiſcopo, quatenus hæc ei a veſtra tranquillitate nota fiant; necnon & Antiocheno, & Hieroſolymitano, & Theſſalonicenſium urbis Epiſcopo, & Epheſio, aliiſque quibus veſtræ viſum fuerit poteſtati: nam Archiepiſcopo hujus regiæ civitatis Anatolio declarata eſt noſtris libellis hujuſmodi cauſa: ut eorum ſanctitas certiſſime cognoſcens mala quæ provenerunt contra Orthodoxorum Eccleſias & Epiſcopos per Timotheum, veſtræ pietati renunciet quid in tantis malefactis, ſanctorum Patrum regulis ſit decretum. Et nunc ſanciat quidem veſtra potentia, ut qui ita vaſtavit Eccleſiaſticas ſanctiones, ab Alexandrinorum Eccleſia ſancta recedat, cui præſederat tyrannico modo, & non legitima diſpoſitione tentavit atque perfecit, tantarumque præſumptionum pœnæ ſubjaceat.

Petunt hæc fieri manifeſta Rom. Pontif. & aliis.

XXIV. De creando novo Epiſc. Alexand.

Deinde jubeat (ſicut ſancta Patrum regula præcipiunt, & antiqua conſuetudo tradit Ægyptiaca diœceſis) omnem Synodum Orthodoxam & communicatricem totius Orbis Epiſcoporum, quempiam ſanctæ vitæ eligere dignum ſacerdotio virum, & communicatorem venerabilis Concilii & veſtræ pariter pietatis; & qui ſedi ſancti Marci irreprehenſibilis eſſe videatur; quique poſſit vita Alexandrinum populum in ſanctitate atque juſtitia gubernare, noſque valeat veluti propria membra defendere, & ſit ad ſatisfaciendum idoneus verbo ſimul & doctrina ſecundum Apoſtolum (a), ut poſſit erudire reſultantes, & ad veritatem cum ſatisfactione reducere. Si vero (quod non credimus) poſtquam ſecuta fuerint hæc quæ poſcimus ſupplicantes, opus fuerit etiam Synodo, non pro cauſa fidei, quia (ſicut prædiximus) nullo modo dubitamus, ſed propter Timothei novitates & vanitates & nefandos actus; neque hoc evitamus, neque ſegnes ad hoc erimus, ſed potius confidentes accedimus: quia ipſa noſtra juſtitia defenſionem nobis apportat: quando nobis nullum ſermonem facientibus pro redargutione vel probatione eorum, ipſa quæ ab illis jam contra ſanctas regulas prave commiſſa ſunt, & hactenus perpetrantur pene vocem ſuam adverſus eos emittunt, nec occultari poſſunt.

(a) Tit. 1.

Cumque ipſe cum ſuis inſtanter uſque ad præſens, impudenterque deroget & anathematizet ſummos Archiepiſcopos, id eſt, Romanum Leonem, & Conſtantinopolitanum Anatoliam, & Baſilium Antiochenum, cunctumque Chalcedonenſe Concilium, omneſque totius Orbis Epiſcopos, & undique Orthodoxos clericos ſimul & laicos; hinc itaque veſtram tranquillitatem ſuppliciter exoramus, quatenus dum petitiones noſtræ perveniant ad effectum, ſancire jubeatis veſtræ ſyllabis pietatis, Timotheum ab appetita veſania prohiberi, ut nec ordinationes aliquas tamquam Epiſcopus faciat Epiſcoporum, ſeu clericorum, aut quorumlibet aliorum; neque collectas debeat celebrare, aut quodlibet aliud Epiſcopi opus efficere; vel contra noſtras civitates aut Eccleſias & adverſum eos aliquid tentare vel innovare: quoniam abſolute contrarius apparuit & Concilio & Catholicæ ſimul Eccleſiæ.

XXV. Sacrilegi Timothei mira procacia.

Sed ut neque res Alexandrinæ Eccleſiæ, ut viſum ei fuerat, diſpergat; ne (ſicut male putat) per pecunias ſuæ utilitati proſpiciat; ſed ut conſilio ſenioris cleri Alexandrinæ civitatis, præter eos ſcilicet qui ab ipſo nunc ſine judicio & contra regulas ordinati ſunt, conſtituat: qui etiam dudum judicium diligentia & favoris ſanctæ Eccleſiæ temporibus Patrum præcedentium præbuerunt, quatenus & providere rebus Eccleſiæ, & cuſtodire ejus redditus poſſit Domino. Hæc forma a veſtra pietate proferatur. Clericos vero univerſos honore dignos & in reverentia ſeneſcentes, qui ab eo ſunt (ſicuti jam diximus) expulſi, ſanciri præcipite, ſine

XXVI. Quid pro bonis Eccleſ. Alexandr. petant.

ſa-

PAGIUS

ſignificatam nondum fuiſſe. Quod ſi anni præcedentis initio *Baſilius* conſecratus fuiſſet, ei *Leo* tantam moram non objeciſſet.

VI. *Eccleſiarum Orientis S. Leo ſollicitus.*

Epiſtola CXIX. Ad *Euxitheum* Epiſcopum Theſſalonicenſem, & *Juvenalem* Hieroſolymorum X. *Kal. Septembr.* data, hortatur eos Leo, ut ſceleratis auſibus Eutychianorum, qui *Proterium* Alexandrinum Epiſcopum occiderant, ſtrenue reſiſtant, nec patiantur Synodum alteram congregari, ſed ſua Chalcedonenſi firmitas aſferatur. In Epiſtola CXX. ad *Julianum Coenſem* Epiſc. *Kalendis Septembris* data, mirari ſe dicit Leo eſſe aliquos, qui in Epiſtola ſua ad Flavianum eſſe quædam obſcura, vel ſenſu, vel ſermone ambigua calumnientur: *Quia*, inquit, *quidquid tunc a nobis ſcriptum eſt ex Apoſtolica & Evangelica probatur ſumptum eſſe Doctrina.* In Epiſtola CXXI. ad Actium Presbyterum Conſtantinopol. ſcripta, ſignificat S. Leo ſe ad Leonem Auguſtum, & *ad magnificum Virum Patricium Aſparem neceſſaria in cauſa fidei Scripta* tranſmiſiſſe, & exemplaria literarum, quas Galli atque Itali Epiſcopi ad ſe ſcripſerant, direxiſſe, ut ſciat illorum cum eo fidem unam eſſe. Epiſtola CXXIII. ſcripta *Epiſcopis ex Ægypto Catholicis apud Conſtantinopolim conſtitutis,*

da-

calamata ad ſuas eccleſias, in pace cele. brantes peo veſtra pietate ſolemnes ora. tiones, eum quiete ſervari, urbemque pa. ritee, & in ea ſanctas eccleſias conſtitu. tas, ad Chriſti gloriam & ſalutem & per. petuitatem veſtra Chriſtianiſſima pietatis: litteras dirigeates pro bis quæ poſemas ad magnificentiſſimum Dionyſium Ducem, necnon ad ſingularum provinciarum Judi. ces; quatenus ea quæ a veſtra manſue. tudine ſunt ſancita, & ſerventur, & ef. fectus contradaatur. Hactenus Epiſcopi Ægyptii & elerici Alexandriui ad Leonem Imperatorem.

XXVII. Scripſerunt iidem tunc etiam (ut dictum eſt) litteras ad Anatolium Conſtantinopolitanam Epiſcopam, quibas eadem quæ ſunt in litteris ad Leonem Imperatorem recenſent, adduntqae de virginum ſacrarum & monachorum monaſteriis ab eodem Timotheo proſanatis; itemque de ſede Proterii a Timotheo igne ſuccenſa: rogantes eumdem, ut ea quæ ſcripſerant, Romano Pontifici ſignificanda curaret: Quod quidem qaam diligentiſſime Anatolius præſtitit, ut ea litteris ipſius ſancti Leonis apparet, de quibus proxime dicturi ſumus.

XXVIII. Vidiſti, lector, & exhorruiſti ferale ſpectaculum, erudelo facinus, immane ſcelus, horrendam flagitiam, & ſacrilegium portentoſum, ſive ad perſonam, ſive ad locum, tempuſve reſpicias in nece Proterii perpetrata? aude conſideres, qualia eſſe ſoleant opera a fide Catholi-

Prævalet veritas.

ca deviantium impiorum. Sed licet irrumpat audacia, furatque temeritas, atque debacchetur ſolata licentia, graſſetur inſuper inſtænis, petfricta fronte, procacia; occidat, trahat, diſcerpat, comburat, & tenaes cineres ſpargat in ventum, atqae ne ejas nomen memoretur amplius, abradat e Diptychis: longe tamen ſecurior quibuſvis æreis tabulis Proterii nomen liber vitæ babet deſctiptum in cælis, & in terris non una rantam, ſed omnes totius Orbis Eccleſiæ indelebilibus notis perpetuæ memoriæ commendatum ſolemnitet acceperunt annis ſingalis magno præconio repetendum: quem ſciunt ſacerdotali corona decorum, martyrii ſplendentem purpura, partem in cælis eum ſanctis Apoſtolis accepiſſe.

XXIX. Intultus es pariter, neſcire in delinquendo terminam ſemel tranſgreſſam vallam fidei Catholicæ hæreſim: haud euim cruenta beſtia exatiari valuit nece Proterii, ſed debacchatur in clerum Alexandrinum; ſed & pervadit civitates omnes Ægypti, furit in Orthodoxos Epiſcopos, omnes e a piorat vicos, penetralia ſolitudinis penetrat, irruit in monaſteria, exagitans Catholicos omnes: nec his contenta limitibas, longius amens ſagittas emittit, intorquet furens anathematis jacula in Romanum Pontificem, quem pertimeſcit vindicem necis ſanctiſſimi viri, Judicem læſæ fidei, & ultorem omnium ſcelerum patratorum; ex quo intelligere valeas, unde emergat cornuta beſtia, qaæ cornibus petat ſupremum Eccleſiæ thronum; nimirum e portis inferi, inferorum ſatellitio conſtipata: quibus noſtri temporis infeliciſſimi hæretici ſatellites acceſſerunt, contendentes totis viribus, ne a ſuis majoribus crudelitate atqae perfidia ſapurentur. Sed ſtat ſui firmitare Chriſti promiſſio ſolidata, atqae ſupra firmam petram erecta, cum Petro dixit: *Super banc peteam ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non peævalebunt adverſus eam.* At reliqaa proſequamur.

Timothei mira procacia.

Non defuerunt hæretici partibus ſais: miſerunt & ipſi ad Leonem Imperatorem legatos, litteraſque dedere, in qaibus de nece ex vi publica illata ſancto Proterio nec verbum quidem, ſolum in eo inſiſtentes, ſedente Timotheo, pacem eſſe redditam Alexaudriæ, omniaque ſtatu tranquilliſſimo collocata. Sed & quod litteris Imperatoris omnes Metropolitani (at diximas) exigerentur profeſſionem fidei, quam profiterentur, ſcribere; idem quæ tum ipſi, tum Timotheus crederent, magna procacia iiſdem litteris adjunxeruut, quæ ſic ſe habent (a):

XXX. Legatio hæreticorum ad Leonem Imp.

(a) Inter ep. Vir. illuſtr. pro Conc. Chal.

XXXI. Ægyptii hæretici ad Leonem Aug.

Piiſſimo & Chriſtianiſſimo Imperatori Orthodoxo Leoni, Victori, Thriumphatoei, ſemper Auguſto, Epiſcopi & clerici Ægyptiaca diœceſis ab Epiſcopo Timotheo, Æluro deſtinati.

Scriptum eſt: Omni (b) petenti rationem eſſe eeddendam de ſpe quæ in nobes eſt: atqae multo magis piiſſimo atque Chriſtianiſſimo Peincipi. Nos itaque ſanctiſſimi & Deo amantiſſimi Patris noſtri Timothei litteras tranquillitati veſtræ detulimus gratiarum actione pleniſſimas: & quod Alexandrinorum magna civitas, auſpice Deo, ſub veſtræ pietatis Imperio pacem ba-

(b) 1. Pet. 3.

PAGIUS dataque eſt *V. Idus Octobr.* Eos Leo pro fide exturres conſolatur: & ut pro Incarnationis myſterio patienter adverſa tolerent, hortatur. Erant tunc ii Epiſcopi Conſtantinopoli, ut exponerent Leoni Imp. mala quæ perpeſſi Catholici eſſent. Quas omnes Leonis Epiſtolas Baronius non viderat.

VII. Cæterum Epiſtolæ CXVIII. & CXIX. eadem die datæ, quarum ultima ne verbum quidem habet, quod non legatur in priori, ſuſpectæ fidei ſunt, cum in utriſque hæc verba recitentur: *Certus ſum quod Clementiſſimus Imperator & Vir magnificus Patricius, cum omni cœtu illuſtrium Poteſtatum nihil in perturbationem Eccleſiæ patientur hæreticos obtinere, ſi paſtorales animos in nullo viderint fluctuare.* Idem judicium ferendum de Epiſtola CXXI. citata in qua habetur: *Nos pro diligentia noſtri & ad clementiſſimum Principem, & ad magnificum virum Patricium Aſparem neceſſaria in cauſa fidei Scripta*

Tres Epiſtolæ S. Leonis ſuſpectæ fidei.

habeat, cum quiete multa tam ipſa civitas quam ſanctiſſima eccleſia & venerabilia monaſteria gubernantur. Quia vero neceſſe viſum fuit etiam ſpem noſtram & fidem breviter veſtra manſuetudini declarare: ſuggerimus, nos trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum, qui in Nicæa civitate collecti ſunt, & per ſanctum ſpiritum ſunt locuti, Symbolum atque fidem tenere & cuſtodire, & neque augmentum Hæreticorum prætextus ſolitus. *aliquod neque imminutionem recipere.* Conſidera hic, lector, peculiare eſſe hæreticorum, quo decipiant ſimplices atque rudes, ſpeciem ſaltem aliquam induere Catholicæ formæ; atque ipſo primo cum eis congreſſu, illa prima verba habere in ore, ſe credere quod crediderunt Apoſtoli; Symbolumque ipſum Apoſtolicum redduat, ſive (ut iſti) Nicænum, ſed plane ſuo ipſorum illud ſenſu interpretarum, & diverſo prorſus ab eo, quem Eccleſia Catholica ob emergentes hæreſes declarans appoſuit: ſicque ut qui additionem reſpuunt, ipſi impia addant; & qui interpretationem Eccleſiæ renuunt, ipſi pro animi ſententia ad prava ſenſa illud diſtorqueant. Sed pergunt illi: *Ea namque quæ a ſancto Spiritu dicta atque conſcripta ſunt, fas non eſt aliquo modo retractari, nec augmentum aliquod nec imminutionem eis inferre, ſicut ſcriptum eſt:* (a) Prov. 22. *(a) Noli tranſponere terminos æternos, quos poſuerunt patres tui: quando neque interpretatione eget prædictorum ſanctorum Patrum fidei Symbolum, cum per ſe interpretatum ſit, & clare prædicet myſteria pietatis.*

XXXII. *Hanc ergo fidem firme & inconcuſſe atque immobiliter retinemus: hæc ad ſatiſfactionem perfectam manſuetudini tuæ ſuggerimus, & ita credimus tam nos, quam Deo amantiſſimus Archiepiſcopus noſter Timotheus. Hoc autem manifeſtum tuæ facimus pietati de prædicto Archiepiſcopo noſtro Timotheo, quia confidens de tua pietate, eidem Symbolo trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum, in quo baptizati eſtis, bonamque confeſſionem confeſſi, credere, & in eo perſiſtere, & ſpem ſalutis habere: & communicat tuæ pietati, & confitetur Orthodoxum ita ſapientem atque credentem, ut etiam collectas & ſine ſanguine ſacrificia celebret pro veſtra potentia. Quia vero ſatisfecimus præcepto veſtræ tranquillitatis, ſuppliciter exoramus, ut annuatis precibus noſtris, & Deo amantiſſimo & ſanctiſſimo Archiepiſcopo noſtro reſcribatis, & nos ad ejus ſanctitatem protinus dirigatis. Speramus enim, quoniam Deus, qui tuæ ſerenitati pium hoc donavit Imperium, pacemque in Alexandrina civitate diſpenſare dignatus eſt, veſtrum corroborabit amplius Imperium, majoremque pacem donabit cuncto terrarum orbi, & ſanctis Eccleſiis.*

Quia vero veſtra pietas imperavit, ut quemadmodum de Synodis ſapiamus, noſtram ſententiam faciamus manifeſtam: quoniam communicat Eccleſia Synodis in Epheſo celebratis; Synodum vero centum quinquaginta agnoſcimus: novimus autem quia beati Patres noſtri & Archiepiſcopi poſt Concilium & in Conſtantinopolitana Eccleſia congregati ſunt: Synodum autem Chalcedonenſem Eccleſia maxima civitatis Alexandrinæ non ſuſcipit. XXXIII. Hæc pro Timotheo ad Imperatorem. Sed dolo hæreticorum factum, ut iſtiuſmodi ſuis litteris ſubſcriptionem non appoſuerint, ut fecerant Orthodoxi: ſugillat enim id S. Leo (b) Romanus Pontifex, ut ſuo loco dicemus. (b) Leo ep. 75. Conſideraſti ne eorumdem hæreticorum perfidiam, profiteri eos Epheſina Concilia non unum ſub Cyrillo dumtaxat, ſed aliud ſub Dioſcoro nefandiſſimum, quod vel nominare ſaltem erubeſcere debuiſſent? Miſſas autem has fuiſſe litteras poſtquam de edenda a ſingulis fidei ſuæ profeſſione Leo Auguſtus Sacram dediſſet, ipſæ ſui narratione demonſtrant: quamobrem errare videtur Liberatus (c) Diaconus, dum habet poſt horum legationem ea de re fuiſſe ab Imperatore ſcriptas epiſtolas. (c) Liberat. Diac. Breviar. c. 15.

XXXIV. His omnibus acceptis litteris atque libellis, Leo Imperator Anatolio Epiſcopo Conſtantinopolitano legenda ea miſit, ad quem & hæc ſcripſit (d): (d) Extat inter epiſt. vir. illuſt. pro Conc. Chal. to. 3. Conc.

Quid ad Anatolium Imperator. *Imperator Cæſar piiſſimus Victor & Triumphator Maximus ſemper Auguſtus, Anatolio Regiæ civitatis Epiſcopo. Fuit meæ pietati in optatis, ut tam omnes ſanctiſſimæ Orthodoxæque Eccleſiæ, tum præterea civitates Reipublicæ Romanæ ſubjectæ ſumma tranquillitate fruerentur; nihilque accideret, quod quietum earum ſtatum perturbaret. Quæ autem turba nuper Alexandriæ contigerant, tuæ ſanctitati minime jam obſcurum arbitramur. Verum quo accuratius omnia intelligas, &* qua

PAGIUS *pta tranſmiſimus, quæ ſine dubio effectum congruum poterunt obtinere, ſi etiam cura veſtra pervigilet:* & ratio eſt quia Aſpar & Patricius ejus filius ſecta Ariani erant, & anno ſequenti quando Præſules Orthodoxi acceptis literis encyclicis, petierunt a Leone Imp. *ut Timotheus Ælurus* plecteretur, quam male affectus eſſet erga Eccleſiam Catholicam Aſpar demonſtravit. Theophanes enim ad annum III. Leonis Imp. ait: *Ut quæ nefarie perpetrata condignæ ſubiicerentur ultioni, ſtudium omne penes Imperatorem Gennadius adhibuit; adverſæ licet parti oppoſitus faveret Aſpar Arianus.* Quare nullo modo veriſimile eſt, S. Leonem prudentiſſimum Pontificem, & de quibuſcumque Conſtantinopoli agebantur, optime edoctum, contra Deceſſorum ſuorum morem, poſtulaſſe auxilium ab *Aſpare* viro Ariano adverſus Timotheum, cujus ille patrocinium ſuſceperat. Nec eſt quod quis in medium adducat exemplum Romanorum Pontificum

quæ cauſæ tanti tumultus, tantæque perturbationis extiterint, vere cognoſcens; exemplaria ſupplicum libellorum, quos ſanctiſſimi Epiſcopi & clerici a prædicta urbe & diœceſi Ægyptiaca Conſtantinopolim urbem Imperii primariam adventantes contra Timotheum ad meam pietatem attulerunt, quinetiam exemplaria ſupplicum libellorum, quos quidam etiam Alexandria a Timotheo ad noſtra caſtra venientes, noſtræ clementiæ tradiderunt, ad tuam pietatem miſimus: ad eum plane finem, uti quod factum ſit a Timotheo, quem & populus Alexandrinus, & cariules viri, ac cives, & naucleri ſibi propoſuerunt Epiſcopum, deque aliis rebus in ipſo ſupplicum libellorum corpore comprehenſis, & præterea de Chalcedonenſi Concilio, cui minime aſſentiuntur, ſicut libelli ſupplices infra poſiti declarant, tua ſanctitas proſpicere & intelligere poſſit.

XXXV. Conſuli mandat Epiſcopos. *Proinde tua pietas agat, ut omnes Orthodoxi & ſanctiſſimi Epiſcopi, qui in hac urbe primaria in præſentia commorantur, quinetiam omnes ſanctiſſimi clerici confeſtim apud te conveniant: ut omnibus rebus (quippe Alexandria, quæ uti in ſtatu tranquillo & pacato locetur maxima cura eſt, jam vehementer turbata eſt) diligenter tractatis, diſquiſitiſque; quid de eo, de quo ſupra diximus Timotheo; quid etiam de Concilio Chalcedonenſi, omni humano timore, gratia, & odio penitus depoſito, ſoloque Dei omnipotentis timore ante oculos ſtatuto (noſtis enim vos de hac re ſancta ejus & ſinceræ Divinitati rationem reddituros) quid, inquam, vobis videatur, plane ſignificetis: quo nos de omnibus per veſtras litteras certiores facti, edictum quod apposite illis conveniat, promulgare poſſimus.* Hactenus ad Anatolium Imperator: in quibus diligenter praxim obſerva in cauſis Eccleſiaſticis pertractandis, cum etiam ſi manifeſta & nefanda eſſent crimina, minime ſe ſolerent ingerere Imperatores, niſi conſultis prius Epiſcopis. Quid autem ad iſta reſcripſerit Anatolius, accipe (*a*):

(*a*) Extat inter epiſt. vir. illuſt. pro Conc. Chalced.

Piiſſimo & Chriſtianiſſimo Imperatori Auguſto Victori & Triumphatori Leoni, Anatolius Conſtantinopolitanus Epiſcopus.

XXXVI. *Orationi ſiquidem noſtræ opus eſt, Chriſtianiſſime & fideliſſime Imperator, ut non circa meditationem a diabolo provenientium rerum contra communem Eccleſiarum pacem occupemur. Quia vero (ſicut apparet) adverſarius non ſinit præſentem ſine fluctuatione navigare nos vitam: neceſſe eſt ſupernæ gratiæ gubernaculo uti oportere nos omnes, qui Deo auctore ſumus in ſacerdotio conſtituti, illius certaminibus obviantes. Unde etiam nunc in his quæ ſunt præſumpta in Alexandrinorum Eccleſia non quievi: ſed ſequens veſtræ tranquillitatis intentionem, volens & ſanctorum Patrum regulas non ſperni, & civilia jura ſervari, quod me facere congruebat, ſcilicet ſedem gubernantem hujus regiæ civitatis, egi: & hæc veſtræ pietati manifeſta ſiunt, per ea quæ ſcripſi tam Romano ſanctiſſimo & venerando Leoni Pontifici, quam omnibus cujuſcumque diœceſis Metropolitanis Epiſcopis: apud quos ingemui petulantiam contra ſanctorum Patrum regulas per pietatem, & facta ſceleſta Timothei, ſicut accuſationes adverſus eum veſtræ pietati & nobis ſcripta teſtantur: qui conculcavit Eccleſiaſticas functiones, & leges civiles; quique ſecundum quod ſcriptum eſt, malam potius partem libenter elegit, & quæ illis, quæ in rebus decentibus deficiunt, commodatur. Ait enim (b): Impius dum ceciderit in profundum malorum, ſpernit.*

Quid ad Leonem Aug. Anatolius.

(*b*) Prov. 18.

XXXVII. *Significavi nihilominus eis & de ſancto beatoque noſtro Concilio Chalcedonenſi quæ digna ſunt. Ergo quoniam aliis hæc convenienter expoſui, prolixior non extiti ut cum fiducia clarius de rebus præſentibus, meam poſſim publicare ſententiam. Notum igitur facio veſtræ tranquillitati, quod piiſſimis veſtris ſyllabis a nobis fieri præcepiſtis: quia conſtituo Timotheum quidem (quantum ad integritatem ſanctorum canonum, adverſum quos ſemper ea quæ geſſit & gerit, hactenus irritavit) in ordinatione ſacerdotii nullatenus eſſe dignum. Quomodo enim ſacerdos erit, qui ita a proprio Pontifice & ab omnibus totius Orbis ſacerdotibus ſponte ſemetipſum abrupit, & hæreticum per omnia demonſtravit, dudum ſe a ſancta & famoſiſſimo Chalcedonenſi Concilio ſeparando, & reverendiſſimos Epiſcopos Ægyptiacæ diœceſis, & clericos, necnon & Orthodoxorum multitudinem & monachorum Catholicæ fidei & ipſi univerſali Concilio communicantium, veluti hæreticos, ab Eccleſiis propriis expellendo: inſuper & aliarum multarum ma-*

Timotheus indignus judicatur Sacerdotio.

PAGIUS ſicum, qui poſtea Theodorici Italiæ Regis Ariani opem implorarunt, ubi enim ſuprema poteſtas penes hæreticos erat, nullum aliud reſtabat refugium. Præterquamquod Arianæ ſectæ Conſtantinopoli tunc depreſſæ plurimum referebat, ut *Homouſiani* in varias factiones ſcinderentur, quo eam erigere poſſent. Cum tamen ſtylus Leoninus videatur, magna mihi ſuſpicio eſt, nomina *Patricii* & *Aſparis* in locum aliquorum aliorum Magnatum ſubſtituta fuiſſe. Sic anno CDXX. oſtendi nomen *Arcadii* in locum *Theodoſii* a Librariis deſcribentibus librum de Promiſſionibus Divinis ſubrogatum fuiſſe; ſimilia alia exempla in hoc opere indicabimus. Tres citatæ Leonis Epiſtolæ ex Codice Cardinalis Grimani a Queſnello extractæ numquam antea lucem viderant; ſed eas Vir doctiſſimus non examinavit.

malarumque rerum auctor exiſtens, ſicut accuſationes adverſus eum oblatæ proclamant? Sed hic adverte, lector, hanc non eſſe Anatolii judicialem definitivamque ſententiam damnantis Timotheum Alexandrinum intruſum Epiſcopum (haud enim id partium ejus erat, ſed majoris ſedis Epiſcopi) verum potius ejuſdem fuiſſe ſuffragium in Timothei damnationem collatum per litteras, ut quæ de eo inferius dicenda ſunt, facile declarabunt. Sed pergit ad petitionem Imperatoris reſpondere quid de Chalcedonenſi Synodo ſentiat, atque ait:

XXXVIII. De rato habendo Concil. Chalced.

De Chalcedonenſi vero ſancto & univerſali Concilio hoc aperte pronuncio, quia tentare omnino retractare aliquid eorum quæ a Deo definita ſunt, hominum eſt inſidiantium ſolummodo Catholicæ Eccleſiarum Chriſti concordiæ, congaudentium turbis ac tumultui; quando Apoſtolica quidem & paterna dogmata olim nobis tradita, in eo roborata ſunt & confirmata: Nullum enim dogma rectitudini Eccleſiaſticæ contrarium illic peregrine aut noviter eſt probatum. Illa ſiquidem Deo amabilis & veneranda Synodus ex Imperiali tunc functione celebrata, ad peremptionem ſcandalorum, quæ tunc contra fidem intemeratam videbantur exorta, non aliam innovavit fidem, non peremit antiquitus exiſtentem, non adjecit aliquid confeſſioni olim contraditæ, non imminuit ea quæ ſemper cuſtoditur & ſalvat; ſed trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum Symbolum incontaminabile & inviolabile a domeſticis fidei cuſtodiri, & eis qui imbuuntur ab impietate cum errore trudi præcepit: necnon Synodos ſanctas & Orthodoxas poſt illam maximam ei conſonas exiſtentes, & pro illius confirmatione diverſis temporibus celebratas recte probavit; & ſolummodo (ſicut diximus) ſemen zizaniorum tum exortum exterminavit; ne ulla ex hoc malitiæ radix per eos qui inerudite contendunt, denuo pullularet, & puram intemeratamque noſtram fidem in aliquo noceret, quatenus ab hoc aliqui ſimplicium fœdarentur.

XXXIX. *Nunc igitur famoſiſſime & fideliſſime noſter Princeps, inſertæ tibi juſtitiæ congruit ſancire, ne quorumdam mala voluntas, ſeu hæretica pravitas cuncto orbi terrarum, & omnibus Chriſti ſacerdotibus unitis ſecundum Deum, & pacem habentibus, vexationis communis & contritionis fiat occaſio; & ſacris canonibus ſuum robur contra Timotheum ſpernentem eos per nos demonſtrantibus decernere, uti quæ neceſſaria ſunt, ut per veſtræ pietatis Imperium, ſicut in illis quoque contra talium rerum præſumpta provenire ſancitum eſt, hæc ſecundum legum ſeveritatem effectui contradantur, ad vindictam contemptarum Eccleſiæ ſanctionum, & innoxii ſanguinis, hoc eſt, ſanctæ memoriæ Proterii Orthodoxi Alexandrinæ civitatis Epiſcopi, ſicut viſum fuerit veſtræ tranquillitati, Chriſtianiſſime ac fideliſſime Imperator Auguſte, immaculata & intemerabili dextera.* Hactenus epiſtola Anatolii ad Leonem Auguſtum.

Porro idem Anatolius (ut rogatus fuerat ab Orthodoxis Alexandrinis, velut ipſe in nuper recitata epiſtola ad Imperatorem habet) de his omnibus quæ Alexandriæ accidiſſent adeo execranda certiorem in primis reddidit ſanctum Leonem Romanum Pontificem, ac demum publicis circularibus litteris totius Chriſtiani orbis Eccleſias. Quibuſcumque autem ſcriptum eſt a Leone piiſſimo Principe, ſimul cum ejus litteris ſunt annexæ duæ petitiones Epiſcoporum Ægypti, & eorum qui ex perſona Timothei Æluri preces obtulerunt, necnon ejuſdem Anatolii dictæ litteræ circulares ad Metropolitanos totius Orientis Epiſcopos, ut patet ex redditis ab iiſdem litteris ad Leonem Imperatorem. Cæterum quod ad Anatolium ſpectat, conſtat quidem ad eam functionem ab ipſo diaconum Aſclepiadem eſſe miſſum, ut tradit Liberatus. (a) Porro ipſe Romanus pontifex, acceptis ab Anatolio litteris, ad Leonem Auguſtum iſta mox ſcripſit (b): XL.

(a) Liberat. in Breviar. c. 15.
(b) Leo ep. 73.

XLI. Leonis Pap. epiſtola ad Imp.

*Officiis, quæ ad gratulationem Imperii pertinent, perſolutis; etiam hanc paginam neceſſariæ ſupplicationis adjeci, qua Catholicæ fidei divinitus præparatum favoris veſtri poſco præſidium. Nam talia in Alexandrina Eccleſia perpetrata, fratris & Coepiſcopi mei Anatolii relatione cognovi, ut omnis Chriſtiana religio ſentiat ſe impeti atque violari, niſi univerſali fidei veſtra devotione proſpiciatur; & memoratæ Eccleſiæ, quæ antea Catholicis fuit clara doctoribus, reddatur Chriſtiana libertas, ut ceſſantibus hæreticorum impugnationibus, Evangelica doctrina, quæ illic ante Dioſcorum viguit, unita cum totius Eccleſiæ pace reparetur. Quod opus virtutibus veſtris gloriæque conveniens celerem & Deo placitum habebit effectum, ſi apud ſanctam Chalcedonenſem Synodum de Domini noſtri * incarnatione firmata, nulla permiſeritis retractatione pulſari.*

* Chriſti.

XLII. *Quia in illo Concilio per Spiritum ſanctum congregato tam plene ac perfectis definitionibus cuncta firmata ſunt, ut nihil ei regulæ, quæ ex divina inſpiratione prolata eſt, aut addi poſſit, aut minui. Hoc autem etiam apud clementiæ veſtræ ſcientiam non ambigimus eſſe perſpicuum, ſi quidem (ut multorum ante relatione comperimus) moliciones hæreticorum, quæ contra prædictæ Synodi auctoritatem, conabantur inſurgere, nihil ex hoc permiſeritis audere. Unde quod negandum* il-

Digitized by Google

illis ſponte vidiſtis, glorioſum vobis eſt univerſali Eccleſiæ, me ſupplicante, concedere; & incommutabiliter perpetuoque præſtare, ut quæ ſecundum Evangelium Chriſti & prædicationis Evangelicæ veritatem ab omnibus retro ſæculis una fide, unaque intelligentia roborata ſunt, nulla ulterius poſſint actione convelli. Prout ergo miſericordia Dei, conſilio Spiritus ſui, mentem veſtræ pietatis inſtruxerit; ſanctæ primitus Alexandrinæ Eccleſiæ pacis reparationi conſulite; & per Catholicos ſacerdotes talem provideri jubete Pontificem, in quo & in actuum probitate, & in fidei perfectione nihil poſſit reprehenſibile reperiri: ut omnibus rite compoſitis, eadem ubique ſervetur prædicatio veritatis. Data ſexto Idus Junii, Conſtantino & Ruſo viris clariſſimis Conſulibus. Hactenus Leonis Papæ ad Leonem Imperatorem epiſtola.

XLIII. Scripſit etiam ad ipſum, a quo eadem de re acceperat litteras, Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum: quibus cum ejus laudet ſtudium, & Ægyptiis Orthodoxis legatis exhibitam charitatem; objurgat tamen, quod non ageret cenſura canonum in aliquos ex ſuæ ipſius Eccleſiæ clericis, qui cum adverſariis habere conſuetudinem dicerentur. Sed audi ipſum: *Illud* (inquit *a*) *ſane plurimum mihi diſplicere ſignifico, quod inter dilectionis tuæ clericos quidam eſſe dicuntur, qui adverſariorum conniveant pravitati, & vaſa iræ vaſis miſericordiæ miſceantur. Quibus inveſtigandis & ſeveritate congrua coercendis debet diligentia tua vigilanter inſiſtere; ita ut hi quibus prodeſſe non potuerit correctio, non parcat abſciſſio. Oportet enim nos Evangelici* (*b*) *meminiſſe mandati, quod ab ipſa veritate percipitur; ut ſi nos oculus, aut pes, aut dextera ſcandalizaverit manus, a compage corporis auferatur: quia melius ſit in Eccleſia carere membris, quam eam ipſis in æterna ire ſupplicia. Nam ſuperſtes extra Eccleſiam poſitis reſiſtimus, ſi ab iis qui intus ſunt, in eis quos decipiunt, vulneramur. Abjicienda prorſus peſtifera hæc a ſacerdotali vigore patientia eſt, quæ ſibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit, &c.* Hæc & alia ad Anatolium S. Leo: plane ſignificans, etſi quibuſlibet peccantibus præſto eſſe debeant ſacerdotes, ſpiritu lenitatis atque clementiæ fracta membra componentes, & patientia ſolidantes; adverſus tamen hæreticos atque fautores eorum abſque mora ſeveriori debere inſurgere diſciplina, & quam celerrime acriori medicamento, atque etiam ſectione, ſi opus ſit, uti, adverſus eos nimirum, quos ignorantia non excuſat, ſed perfidia obſtinata condemnat.

(*a*) *Leo ep. 76.*

Fautores hæreticorum inveſtigandi & coercendi.

(*b*) *Matt. 18. Marc. 19.*

XLIV. Sed & de iiſdem hæc ad Imperatorem: (*c*) *Sacerdotalem namque & Apoſtolicum tuæ pietatis animum etiam hoc malum ad juſtitiam ultionis debet accendere, quod Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ puritatem peſtilentes obſcurent, in qua inveniuntur clerici quidam hæreticorum ſenſui conſonantes, & intra ipſa Catholicorum viſcera aſſertionibus ſuis hæreticorum partem adjuvantes. In quibus deturbandis ſi frater meus Anatolius, cum nimis benigne parcit, ſegnior invenitur; dignamini pro fide veſtra etiam iſtam Eccleſiæ præſtare medicinam, ut tales non ſolum ab ordine clericatus, ſed etiam ab urbis habitatione pellantur, ne ulterius ſanctus Dei populus perverſorum hominum contagio polluatur.* Hæc de his S. Leo, ſuggillans plane clericos illos, qui licet fidem profiterentur Catholicam, (aliter autem nec licuiſſet illis in Eccleſia Catholica miniſtrare) hæreticorum tamen partibus faverent, foverentque ipſorum cauſam: quos ſane vel ex hoc ipſo eſſe ejiciendos, S. Leo præcepit. Sed ad hæc quid Leo Auguſtus?

(*c*) *Leo ep. 75.*

Leo Papa per Imperatorem agi vult, cum Epiſcopi deſunt officio.

XLV. S. Leonis Papæ litteris admonitus ardentiori animo hæreticis reſtitit, publiceque profeſſus eſt, ſe Chalcedonenſis Synodi eſſe cuſtodem. Teſtatur id ipſe S. Leo (*d*) ſe accepiſſe ex Anatolii litteris. Tamen quod cuperet Imperator omnes ſimul in unam concordiam Fideles uniri: miſſos a Timotheo legatos haud (ut par erat) ſprevit atque rejecit, nec in ipſum Timotheum ultus eſt, ſed petentibus illis cauſam agi debere in univerſali Concilio; factum perperam, ut moræ importunæ necterentur, dum de congregando iterum Concilio œcumenico tractaretur. Sic igitur Leo Auguſtus bono pacis illectus, ſed deceptus, de celebrando œcumenico Concilio aſſenſum præbuit; optavitque ad terminandas omnes quæ ubique eſſent in Eccleſia lites, præſentiam requiri debere Romani Pontificis; ad quem, ut præſto eſſet rogans litteras dedit, miſitque pariter utriuſque partis oblatos precum libellos ab Alexandrinis acceptos. His Imperatoris S. Leoni redditis litteris, conatus eſt Pontifex vehementer hujuſcemodi conatibus hæreticorum obniti atque penitus refragari: primum vero quod ad ſuum Conſtantinopolim adventum & ad celebrationem Concilii pertinet, hæc ad eum reſcripſit (*e*):

Concilium univerſale poſcunt hæretici.

(*d*) *Leo ep. 74.*

XLVI. *Litteras clementiæ tuæ, plenas virtute fidei & lumine veritatis, veneranter accepi: quibus cuperem, etiam in eo quod præſentiam meam pietas veſtra neceſſariam exiſtimat, obedire, ut majorem fructum conſpectu veſtri ſplendoris aſſequerer: ſed magis id vobis arbitror placiturum, quod eligendum ratio demonſtravit.* Nempe non opus eſſe novum rurſus Concilium œcumenicum cogere, & ſtatuta ſemel iterum tra-

(*e*) *Leo ep. 75.*

Quid ad Imperatorem de congregando Concilio S. Leo.

tractanda proponere. Hinc ſubdit: *Nam cum ſancto & ſpirituali ſtudio univerſam pacem Eccleſiæ muniatis; nihilque ſit convenientius fidei defendendæ, quam his, quæ per omnia, inſtruente Spiritu ſancto, irreprehenſibiliter definita ſunt, inhærere; ipſi videbimur bene ſtatuta convellere, & auctoritates, quas Eccleſia univerſalis amplexa eſt, ad arbitrium hæreticæ petitionis infringere: atque ita nullum colligendis Eccleſiis modum ponere, ſed data licentia rebellandi, dilatare magis, quam ſopire certamina.* Hæc S. Leo.

XLVII. Porro quod ejuſmodi Concilium expetiiſſent ii qui erant ex parte Timothei agentes Conſtantinopoli, ut hoc prætextu fovere juſtitiam viderentur, qui totius Eccleſiæ judicium implorarent; iſta idem S. Leo Pontifex eadem epiſtola ad Imperatorem addit: *Apud Chriſtianiſſimum igitur Principem, & inter Chriſti prædicatores digno honore numerandum, utor Catholicæ fidei libertate; & ad conſortium te Apoſtolorum ac Prophetarum ſecurus exhortor; ut conſtanter deſpicias ac repellas eos qui ſe Chriſtiano nomine privavere, nec patiaris parricidas ſacrilega ſimulatione de fide agere, quos conſtat fidem velle evacuare. Cum enim clementiam tuam Dominus tanta ſacramenti ſui illuminatione ditaverit, debes incunctanter advertere, regiam poteſtatem tibi non ſolum ad mundi regimen, ſed maxime ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam; ut auſus nefarios comprimendo, & quæ bene ſunt ſtatuta defendas, & veram pacem his quæ ſunt turbata reſtituas, depellendo ſcilicet pervaſores juris alieni, & antiquæ fidei ſedem Alexandrinæ Eccleſiæ reformando: ut correctionibus tuis Dei iracundia mitigata, regiæ civitati non retribuat, quæ antea admiſſa ſunt, ſed remittat.*

Quando nullo modo audiendi ſint hæretici.

XLVIII. *Conſtitue ante oculos cordis tui, venerabilis Imperator, omnes qui per totum Orbem ſunt Domini ſacerdotes pro ea tibi fide, in qua totius mundi eſt redemtio, ſupplicare: in qua re ſpecialiter ambiunt qui Apoſtolicæ fidei ſectatores Alexandrinæ Eccleſiæ præſident, agentes apud pietatem veſtram, ne hæreticos homines & merito pro ſua perverſitate damnatos uti ſua perſuaſione patiamini: cum ſive impietatem errorum aſpicias, ſive opus perpetrati furoris attendas; non ſolum ad ſacerdotii honorem admitti nequeant, ſed ab ipſo Chriſtiano nomine mereantur abſcindi. Nam (quod exorata pietatis veſtræ venia dixerim) quædam contagio ſplendorem veſtræ ſerenitatis obfuſcat, cum ſacrilegi parricidæ id audeant petere, quod nec innocentes liceat obtinere.* Hæc de his Leo. Intelligis hinc, lector, nonniſi conſentiente Romano Pontifice, eſſe juris Imperatoris œcumenica congregare Concilia: qui ſi reſiſtat, nihil penitus poſſe confici, ut modo vidimus accidiſſe.

Nequicquam indulgendum hæreticis Alexandr.

XLIX. Vides & caprioſos hæreticos ſub pulchræ pacis nomine detinuiſſe diutius Imperatorem, ne in ſævum parricidam & graſſatorem invaſoremque Eccleſiæ Alexandrinæ Timotheum (ut par erat) lege ageret; deluſiſſeque hactenus eidem ſub ſpecie Nicænæ fidei confeſſionis, oſtentantes ſe eſſe Catholicos. Sed & hanc omnem eadem epiſtola ſanctus Pontifex ipſorum aperuit impoſturam; nimirum cum docet, non ſatis eſſe ad perfectam confeſſionem his temporibus Nicænum tantummodo Symbolum profiteri, in quo non de humanitate Chriſti, ſed de divinitate potiſſimum actum eſſet; in Concilio vero Chalcedonenſi tractatum ſit de vera & perfecta Chriſti humanitate: atque proinde ſicut verum hominem & verum Deum Chriſtum unum confiteri Fideles debent, ita pariter aſtringi omnes utramque Synodum profiteri. Hinc illa accedit juſta conteſtatio ejuſdem Pontificis iiſdem in litteris ad Leonem præmiſſa (a).

Denudantur captiones hæreticorum.

(a) Leo ep. 75.

L. *Cum ergo* (inquit) *univerſalis Eccleſia per illius principalis petræ ædificationem facta ſit petra, & primus Apoſtolorum beatiſſimus Petrus voce Domini dicentis audierit (b): Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; quis eſt niſi Antichriſtus, aut diabolus, qui*

(b) Matt. 16.

PAGIUS VIII. A num. XLIX. ad LIV. Tum S. Leo *Kalendis Decembris* Epiſtolam CXXV. quæ alias erat LXXV. & recitatur a Baronio, ad Leonem Aug. ſcripſit, *Proterio* Epiſcopo Alexandrino occiſo, Timotheoque in ejus Sedem intruſo, Epiſcopi Orthodoxi, quibus nihil tutum in Ægypto, fuga & latebris ſibi conſulere cogitarunt. Ii quibus per ætatem licuit Conſtantinopolim profecti ſunt, & auctoritatem Imperatoris implorarunt contra furentem hæreſim. Hæretici pariter Legatos Conſtantinopolim miſere, & quæ eſſet ſua fides explicarunt; Nicænam Synodum & Epheſinam ſeſe accipere profeſſi; *Dioſcori* Pſeudo-Synodum Epheſinam prædicarunt, Conſtantinopoli habitam a *Flaviano* Synodum, cum Concilio Chalcedonenſi repudiarunt, *Timotheum* in Sede Alexandrina ab Imperatore confirmari poſcentes. Libellis Orthodoxorum complures Epiſcopi ſubſcripſerant; hæreticorum literis ſubſcriptiones nullæ. Utrorumque libelli inter Acta Concil. Chalced. reperiuntur parte III. num. XXII. & ſeqq. Baronius Relationes illas miſſas ex Ægypto ab Epiſcopis Orthodoxis credit. Sed ex dictis apparet, ab ipſis Ægyptiis Epiſcopis tum profugis Conſtantinopoli agentibus oblatas fuiſſe. Addit num. XXXIII. Relationes non datas Imperatori, niſi ad omnes Metropolitas miſſis literis: a quibus Imperator profeſſionem fidei poſcebat. Sed, ut inquit Queſnellus, hæc non conveniunt cum litteris Imperatoris, reſponſiſque Epiſcoporum, qui de Relationibus conceptis verbis agunt. Id etiam conſtat ex Epiſtola *Varadati* Monachi, & ex teſtimonio Liberati ipſius cap. 15. qui literas Imperatoris nonniſi poſt acceptas Relationes, miſſas commemorat.

Orthodoxi & hæretici Alexandria libellos ad Imperatorem mittunt.

Digitized by Google

Quis proprie Antichriſtus. *qui pulſare audeat inexpugnabilem veritatem? qui ſua in malitia inconvertibilis, perſeverans, per vaſa iræ & ſua apta fallaciæ, falſo diligentiæ nomine, dum veritatem ſe mentitur inquirere, mendacia deſiderat ſeminare. Atque contemnenda & evitanda merito, quæ ſibi incontinens furor & impietas cæca præſcripſit, ut dum diabolico inſtinctu in ſanctam Alexandrinam ſævit Eccleſiam, quales eſſent qui Chalcedonenſem Synodum retractari cupiunt, diſceretur: in qua nullo modo accidere potuit, ut a nobis contra ſanctam Nicænam Synodum ſcatiretur; quod hæretici mentiuntur, qui ſe fidem Nicæni Concilii tenere confingunt: in quo ſancti & venerabiles Patres noſtri contra Arium congregati, non carnem Domini, ſed divinitatem Filii homouſion Patri eſſe firmavere. In Chalcedonenſi autem Concilio adverſus Eutychianam impietatem definitum eſt, de ſubſtantia Virginis matris Dominum Jeſum Chriſtum ſumpſiſſe noſtri corporis veritatem.* Iſtis vero revelatis a ſancto Leone technis hæreticorum, ac pariter confutatis, idem ipſe arbiter ſedens, de utriuſque partis libellis oblatis judicans, quid demum Imperator agere debeat, admonet. Sed audi ipſum ad eumdem Imperatorem ad finem prope epiſtolæ iſta ſcribentem:

LI. De duobus oblatis libellis Leonis ſententia. *Oblatæ ſunt glorioſiſſimæ pietati veſtræ preces, quarum exempla veſtris litteris ſubdidiſtis. Sed in his quæ Catholicorum ſunt, deplorantium ſubſcriptio continetur: & quia cauſa probabilis eſt, fiducialiter nomina ſingulorum, vel dignitas ſui honoris aperitur. In illis autem, quas Orthodoxo Principi hæretica porrigere non formidavit obreptio, ſub incerto confuſæ univerſitatis vocabulo ideo certum nomen retrahitur, ne non ſolum paucitas perſonarum, ſed etiam meritum detegatur: latere enim ſibi utile æſtimant eorum quantitatem, quorum eſt qualitas judicata: nec incongrue, cujus loci homines ſunt, profiteri metuunt, qui meruere damnari. In una ergo Catholicorum ſupplicatio continetur; in alia hæreticorum commenta panduntur: Hic ſacerdotum Domini & totius Chriſtiani populi ac monaſteriorum defletur inverſio: ibi immanium ſcelerum continuatio demonſtratur; ut quod non licuit audiri, liceat dilatari. Nonne perſpicuum eſt, quibus pietas veſtra ſuccurrere, & quibus debeat obviare, ne Alexandrina Eccleſia, quæ ſemper fuit domus orationis, ſpelunca nunc ſit latronum?*

Manifeſtum quippe eſt, per crudeliſſimam immaniſſimamque ſævitiam, omne illic cæleſtium ſacramentorum lumen extinctum. Intercepta eſt ſacrificii oblatio, defecit chriſmatis ſanctificatio, & parricidialibus manibus impiorum omnia ſe ſubtraxere myſteria. Nec ullo modo ambigi poteſt, quid de his decernendum ſit, qui poſt nefanda ſacrilegia, poſt ſanguinem probatiſſimi ſacerdotis effuſum, & concremati corporis cinerem in contumeliam aeris cælique diſperſum, audent ſibi jus perverſæ dignitatis expetere, & Apoſtolicæ doctrinæ inviolabilem fidem ad Concilia provocare. Magnum ergo vobis eſt, ut diademati veſtro de manu Domini etiam fidei addatur corona, & de hoſtibus Eccleſiæ triumphetis: Quia ſi laudabile vobis eſt, adverſus gentes arma convertere, quanta erit gloria, ab inſaniſſimo tyranno Alexandrinorum Eccleſiam, in cujus contritione omnium Chriſtianorum eſt injuria, liberare? Hæc ſanctus Leo ad Leonem Auguſtum prope finem anni hujus, nempe Kalendis Decembris. Ad hæc uſque tempora potuerunt fallaciis ſuis implicatum tenere hæretici Imperatorem de indicendo Concilio, qui tandem his ſancti Leonis litteris a propoſito deſtitit. LII. De ulciſcendo in Timotheum.

LIII. Baſiliſcus fidei proditor. Aderat in Palatio Baſiliſcus, qui poſtea invaſit Imperium. Hic licet ſpecie tenus ſe Catholicum profiteretur, hoſtis tamen erat Chalcedonenſis Concilii, favebatque hæreticis clanculo: cujus putamus perſuaſione ita retardatum fuiſſe Leonem Imperatorem, & perſuaſum de novo celebrando Concilio. Sed Leonis Papæ prævaluit auctoritas, cujus impulſu tandem anno ſequenti (ut ſuo loco dicemus) Timotheum abiiciendum, & alium in ejus locum ſubrogandum præcepit. Addit ad hæc Evagrius (*a*): *Primum igi-*

(*a*) Evag. l. 2. c. 10.

PAGIUS rat. Quare Baronius eum deceptum fuiſſe perperam ſcribit.

IX. *S. Leo hortatur Anatolium, ut ſpem novæ Synodi cogendæ hæreticis amputet.* Duas alias *Leonis* Epiſtolas ex Codice MS. Cardinalis Grimani producit Queſnellus, quarum prior ordine CXXVI. data eſt ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, eaque ſine die & Conſule habetur. Hac *Leo* Anatolium hortatur, ut apud Imperatorem, quem primum laudat, pro comprimendis hæreticis ſtrenue agat; idque curet ut Chalced. Synodus firma permaneat; pax Eccleſiæ Alexandrinæ reſtituatur; parricidæ ab ea pellantur, & afflicti Ægypti Epiſcopi, qui Conſtantinopolim confugerant, adjuventur. Lætitiam quoque ſuam non diſſimulat, quod quatuor dumtaxat Epiſcopi *Timotheo* & ejus hæreſi adhæreant, eumque ſollicitat ut ſpem adimat hæreticis novæ Synodi cogendæ. Tandem eum vehementer arguit, quod *Atticum* paſſus ſit publice Conſtantinopoli adverſus fidem Chalcedone profeſſam diſſerere: *Et ideo*, inquit, *acrius moveo, neque amplius diſſimulandum eſſe proteſtor, ſi hominem peſtilentem, ulterius in tua habendum communione credideris; quem nos ſi fieri poteſt, emendari volumus, quam perire.* Idem dicit de *Andrea* impietatis Attici ſocio. *Atticus* quidem anno ſequenti Romam fidei confeſſionem miſit, ſed obſcuram, & ambage verborum implicatam, qua contentus non fuit Sanctus Leo, ut liquet ex Epiſtola CXXVIII. alias LXXVII. anno ſequen-

ti

tur Leo Epiſcopus antiquæ Romæ pro defenſione Concilii Chalcedonenſis ſcripſit, creationemque Timothei, utpote contra Eccleſiæ leges factum, improbavit. Quam Leonis epiſtolam Imperator per Silentiarium ejus mandata exequentem Timotheo Alexandrino Antiſtiti mittit: cui reſpondit Timotheus, & cum Concilium Chalcedonenſe, tum Leonis epiſtolam coarguit. Iſtarum epiſtolarum exemplaria extant in litteris Leonis Imperatoris generatim ad omnes ſcriptis. Hæc Evagrius.

LIV. Probant Metropolitani Concil. Chalced. Reliquum autem eſt, ut quæ Orientales diverſarum provinciarum Epiſcopi ad Leonem Imperatorem reſcripſerint videamus, cum Metropolitani ſinguli, quid de fide Catholica ſentirent, & de fidei decreto Concilii Chalcedonenſis, litteris ipſius fuiſſent interrogati. Rem ipſam Liberatus Diaconus his paucis abſolvit:

(a) Liber. Diacon. in Breviar. c. 15. tom. 2. Concil. (a) *Reſcribunt* (inquit) *Chalcedonenſem Synodum uſque ad ſanguinem vindicandam, eo quod non alteram fidem teneret, quam Synodus Nicæna conſtituit; Timotheum vero non ſolum inter Epiſcopos non haberi, ſed etiam Chriſtiana appellatione privari. Et hæ epiſtolæ, vel relationes Epiſcoporum omnium in uno codicis corpore poſitæ vocantur Encyclicæ.* Hæc Liberatus.

Extant triginta ſeptem provinciarum Metropolitanorum cum ſubſcriptione ſuorum Epiſcoporum epiſtolæ ea de re ſimul redditæ ad Leonem Imperatorem: quæ omnes eodem ſunt argumento ſcriptæ, in unam ſententiam conſpirantes in confirmando fidei decreto edito in Concilio Chalcedonenſi, atque damnatione Timothei pſeudoepiſcopi Alexandrini: de quibus hæc Evagrius (b): *Porro alii itidem Epiſcopi Chalcedonenſis Concilii firmiter adhæſere decretis & creationem Timothei conſentientibus ſuffragiis damnavere. At ſolus Amphilochius Epiſcopus Sydæ epiſtolam ſcripſit ad Imperatorem, in qua uti contra Timothei creationem graviter vociferatur, ſic Concilium Chalcedonenſe improbat: quæ res ſunt etiam a Zacharia Rhetore litteris mandatæ, ipſaque epiſtola Amphilochii in ejus libro poſita*, iſta Evagrius. Porro reperitur quoque poſt hæc ſcripſiſſe idem Leo Imperator ad ſanctiſſimos monachos Simeonem Stylitam & alios magni nominis anachoretas, ſed anno ſequenti potius, quam præſenti: Agemus de his itaque ſuo loco. LV.

(b) Evagr. l. 2. c. 10.

Amphilochius Sydæ Epiſc. Eutychianus.

Hoc

PAGIUS

ti ad eundem Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum data *XV. Kal. April.* ut videre eſt eo anno apud Baronium num. XIII. & ſeqq. Denique *Kalendis Decemb.* ad Epiſcopos Catholicos Ægypti apud *Conſtantinopolim conſtitutos* ſcribit Leo Epiſtolam ordine CXXVII. qua eos pro fide extorres conſolatur, promiſſa ſua apud Imperatorem actione.

X. *Codex Encyclius continens Epiſtolas ad Leonem Imp. ſcriptas.* Ad num. LIV. & ſeq. *Leo Imperator* poſtquam accepit libellos a Catholicis Epiſcopis Ægypti, quatenus mors *Proterii* vindicaretur, & ab iis quoque, qui ſtabant pro *Timotheo*, & petebant in irritum mitti decreta Synodi Chalcedonenſis, de hoc negotio ſcripſit ſingularum Metropolitanarum civitatum Epiſcopis, & iis qui in Monaſtica vita excellebant. Reſcripſere omnes, Chalcedonenſem Synodum uſque ad ſanguinem vindicandam eſſe, & Timotheum etiam Chriſtiana appellatione privandum, *& hæ Epiſtolæ vel relationes Epiſcoporum omnium in uno Codicis corpore vocantur Encyclia* inquit Liberatus in Breviario, quo etiam nomine ab omnibus Antiquis vocatur, ut oſtendit Baluzius in nova Collect. Concil. cujus ſtudio *Codex Encyclius* rurſus aſpexit lucem. Is Codex magno in honore apud Veteres habitus, diu neglectus fuit, hodieque vix cognitus erat. Compoſitus fuerat a quodam homine Græco, ac poſtea Latine juſſu Caſſiodori verſus ab Epiphanio Scholaſtico. Eum primus in lucem emiſit Surius, ſed mutato titulo: vocavit enim *Epiſtolas illuſtrium perſonarum* pro Concilio Chalcedonenſi. Tum Editores Romani Conciliorum multa inſeruerunt huic Collectioni, quæ ad illam non pertinent, quædam magni momenti detraxere; ac prætermiſere, tum Epiſtolarum ordinem mutavere. Editionem Romanam imitatæ erant poſteriores, & quæ in eo Codice deſcripta erant, permiſcuerant Collectioni illi, quam Editores Romani vocaverunt *Tertiam partem Concilii Chalcedonenſis*. His malis ope duorum MSS. medicinam attulit Baluzius & *Codicem Encyclium* in primum ſuum ſtatum reſtituit. Denique Editores harum Epiſtolarum hactenus prætermiſerunt annotationem de numero Epiſcoporum, qui Encyclias Epiſtolas ad Leonem Imp. ſcripſerant, quam his verbis expreſſam eſſe in MSS. teſtatur Baluzius. *Expliciunt Epiſtolæ Epiſcoporum numero quingentorum feliciter.*

XI. *Epiſtolæ illæ anno CDVIII. datæ.* Controverſia eſt de tempore, quo Epiſtolæ illæ ſcriptæ. Baronius eas ad præſentem annum retulit, quo paulo poſt mortem Marciani Imp. turbæ Alexandrinæ excitatæ. Verum cum Marcellinus in Chronico tradat, *Leonem Imp.* ſingulis Epiſcopis Orthodoxis miſiſſe Epiſtolas, quo ſibi quid de Concilio Chalcedonenſi ſentirent, indicarent, & Epiſtola Leonis Papæ ad Leonem Imp. ordine CXXV. de qua ſuperius egi, quæque dicitur data *Kal. Decembris*, nullam mentionem faciat literarum ab Imperatore ad Metropolitas ſcriptarum, apparet eum illas nondum tunc ſcripſiſſe, vel ſaltem Pontificem Romanum de eo conſilio edoctum non fuiſſe; ideoque tam eas ad Metropolitas, quam ad magni nominis Monachos literas datas, partim ſub ipſum finem currentis anni, partim anno inſequenti. Et ſane, inquit Baluzius citatus, negotium graviſſimi momenti, quod univerſam commovebat Eccleſiam, de quo Imperator ſcripſit ad univerſos Epiſcopos, qui Chriſti gregem regebant intra limites Imperii Romani, non videtur potuiſſe terminari intra eum annum, quo cœptum eſt; præſertim cum immenſum ſit ſpatium ab Alexandria Conſtantinopolim, & ex libellis Epiſcoporum Catholicorum Ægypti oblatis Leoni Aug. & Anatolio Epiſcopo Conſtantinopolitano, conſtet, multa a Timotheo Æluro præſumta eſſe in Ægyptiaca diœceſi, quæ intra modicum temporis ſpatium perfici non potuere. Præterea miſit Imperator Magiſtrianos per totum Orientem ut Liberatus ait, *per quos omnes illi Epiſcopi, qui Chalcedone fuerant congregati, quid Alexandria*

LVI. Majorianus Imp. Hoc item anno Ravennæ creatus eſt Imperator Occidentalis Imperii Valerius Majorianus, nepos illius Majoriani, de cujus genere iſta Sidonius (*a*):

(*a*) *Sidon. in Paneg. Majoriani.*

Fertur Pannoniæ qua Martia pollet Acbintus.
Illyricum rexiſſe ſolum cum tractibus Iſtri
Hujus avus. Nam Theodoſius quo tempore Syrmii
Auguſtum ſumpſit nomen, per utramque Magiſtrum
Militum, ad partes regni venturus Eoas,
Majorianum habuit.

Et paulo poſt:

Hunc ſocerum pater hujus habet vir clarus, & uno
Culmine militiæ ſemper contentus, ut unum
Caſibus in dubiis junctus ſequeretur amicum, &c.

Fuerat enim ob victos Franchos, & ſuperatos Alemannos jam Magiſter militiæ creatus, quæ omnia pluribus Sidonius cecinit: additque ſumma concordia creatum fuiſſe Imperatorem, annuentibus ſimul Senatu atque militibus & Leone Imperatore, dum ait:

———— ſimul ordine vobis
Ordo omnis regnum dederat, plebs, curia, miles,
Et collega ſimul.

Subdit de victoria, ſimulac creatus eſt Imperator, obtenta de Vvandalis, quos ad Campanum littus claſſis Genſerici Regis invexerat. Tu ipſum conſule: hæc nobis ſatis ad novi Imperatoris exordium conſignandum.

LVII. Juvenalis Epiſc. obitus. Hoc etiam anno defunctum eſſe Juvenalem Hieroſolymorum Epiſcopum, cum ſediſſet annos vigintiocto, Cyrillus monachus in Vita ſancti Sabæ Abbatis, res ſui temporis poſteris tradens, narrat his verbis (*b*): *Cum Saba in hoc quidem monaſterio annos decem tranſegiſſet, ætatis vero ageret annum decimumoctavum, quo Marcianus & Juvenalis, ambo pii & religioſi, ille ab Imperio, hic autem a Pontificatu morte deſiſtunt, &c.* Fertur idem Juvenalis ex majorum traditione, de Tranſitu Virginis libellum ſcripſiſſe: tradit hoc Nicephorus (*c*): Sed quod addit ſepulcrum Dei Genitricis ab eodem tranſlatum fuiſſe Conſtantinopolim, de inhærentibus ipſi lapidibus intelligendum puto; ſiquidem (ut ſuo loco dictum eſt) non in mobili lapide, ſed in montis rupe illud more Judæorum fuerat excavatum. Vacaſſe autem ſucceſſore Epiſcopo Hieroſolymitanam ſedem uſque in annum ſequentem, Acta (*d*) Quiriaci anachoretæ nos admonent, in quibus qui nonus numeratur annus Leonis Imperatoris, idem Anaſtaſii ſedis recenſetur octavus: adeo ut qui primus Anaſtaſii, idem Leonis fuerit annus ſecundus: agemus ergo de ejus creatione anno ſequenti.

(*b*) *Apud Sur. to. 6. die 5. Decembr.*

(*c*) *Niceph. l. 2. c. 23. & l. 15. c. 24.*

(*d*) *Apud Sur. die 29. Septem. to. 5.*

LVIII. Quo item anno Saba ille ſanctorum monachorum vertex, ubique egregia ſanctitate conſpicuus, in Palæſtinam perrexit adoleſcentulus ad magnum Euthymium, cum ageret annum ætatis ſuæ decimumoctavum, natus nimirum (ut idem Cyrillus tradit) ſub Theodoſii Minoris

PAGIUS *dria geſtum fuiſſet, agnoſcerent.* Illi poſtea congregati ſunt in ſua quique Provincia cauſam examinarunt, Epiſtolas Synodales ſcripſerunt ad Imperatorem. Quare verior videtur Scriptio Marcellini Comitis. Emin. Card. Noriſius in Differt. III. de Anno & Epochis Syro-Macedonum recte obſervat, has Epiſtolas hyemali tempore ad Metropolitas perveniſſe, quod Agapetus Rhodiorum, & Lucas Dyrrachii Archiepiſcopi reſcriptis num. XLV. id teſtentur. Verba Lucæ hæc ſunt: *Et maximam propter hyemis vehementiam noſtri ſolenniter curam habentes præcipitis, ut ſinguli noſtrum in regione propria de præſentibus rebus ſuam debeant proferre ſententiam.* Hæc autem ſine dubio fuit hyems, qua labente iniit annus Chriſti CDLVIII.

XII. *Majorianus fit Imperator Occidentis.* Ad num. LVI. Chronographus a Cuſpiniano editus ſub hujus anni Coſſ. ſcribit: *Ricimer Magiſter militum Patricius factus eſt pridie Kal. Martias, & factus eſt Majorianus Magiſter militum ipſo die. Levatus eſt Imperator Majorianus Kalendis Aprilis milliario VI. in campo ad Columellas.* Majorianus itaque feria ſecunda, quæ hoc anno incidebat in diem primum April. nuncupatus eſt Imperator, nondum ferente uſu ut hujuſmodi nuncupationes diebus Dominicis, aut ſolemnioribus Feſtis fierent. Creatus eſt autem Imperator Occidentis. Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis, aliqua ejus Numiſmata exhibet, in quorum antica legitur, DN. JULIUS MAJORIANUS P. F. AUG. Duo ſimilia aurea viſuntur in Muſæo Farneſiano pag. 314.

XIII. *Moritur Juvenalis Epiſc. Hieroſolyma.* Ad num. LVII. *Juvenalis* Hieroſolymitani Epiſcopi obitus anno tantum ſequenti contigit; cum in Vita Sancti Cyriaci Anachoretæ a Pougeto in Analect. Græcis publicata legatur: *Hieroſolymam venit jam decem & octo annos natus nono quidem Imperii Leonis Magni anno Pontificatus autem Anaſtaſii Hieroſolymorum Epiſcopi octavo.* Imperare cœpit *Leo* die ſeptima menſis Februarii præſentis anni; quare anno CCCCLXV. nonus Imperii ejus annus, & octavus Patriarchatus Anaſtaſii, qui Juvenali ſucceſſit, in curſu erant, & Anaſtaſius anno tantum Chriſti inſequenti ſedere cœperat. Præterea dicitur in Vita S. Sabæ a Cyrillo Monacho conſcripta, obiiſſe Sanctum *Euthymium* Abbatem anno XV. Anaſtaſii Patriarchæ Hieroſolymitani; *Euthymium* autem die XX. menſis Januarii anni quadringenteſimi ſeptuageſimi tertii ad Deum migraſſe. Quod verum non eſſet, ſi Anaſtaſius hoc anno ad Sedem Hieroſolymitanam evectus fuiſſet; eo

JESU CHRISTI ANNUS 458.	LEONIS PAP. ANNUS 19.	LEONIS 2. MAJORIANI 2. IMPP.

I. NOvus annus novis Conſulibus, ambobuſque novis Auguſtis, Leone & Majoriano, utriuſque Imperii ſumma lætitia aperitur, qui Chriſti Redemptoris numeratur quadringenteſimus quinquageſimus octavus. Porro Conſulatum Majoriani Panegyrico celebravit Sidonius Apollinaris: qui clariſſimus genere, litteris probe excultus, eodem tempore publicis meruit monumentis honeſtari, gemina nempe corona, donarique ſtatua in Foro Trajano: nam ipſe ad Firminum ſuum poſt alia hæc habet (*a*):

(*a*) *Sidon. l. 9. ep. 16.*

Sidonius donatus ſtatua & coronis.

Siſtimus portu, geminæ potiti
Fronde coronæ:
Quam mihi indulſit populus Quirini
Blattifer, vel quam tribuit Senatus:
Quam peritorum dedit ordo conſors
Judiciorum:
Cum meis poni ſtatuam perennem
Nerva Trajanus titulis videret
Inter auctores utriuſque fixam
Bibliothecæ.

Alludit Sidonius ad Forum Trajani, ubi hujuſmodi ſtatuæ collocari ſolitæ erant.

II. Majorianus autem, poſtquam adiit Conſulatum, hæc ad Senatum, cum eſſet Ravennæ, conſcripſit (*b*).

(*b*) *Majorian. Nov. tit. 3.*

Imperatorem me factum, Patres Conſcripti, veſtræ electionis arbitrio, & fortiſſimi exercitus ordinatione, agnoſcite. Adſit ordinationi omnium propitia Divinitas, quæ regni noſtri augeat pro veſtra utilitate & publica ſucceſſus, qui ad ſuſtinendi Principatus apicem non voluntate mea, ſed obſequio publicæ devotionis acceſſi; ne aut mihi ſoli viverem, aut ingratus Reipublicæ, cui natus ſum, ſub hac recuſatione judicarer. Dicatis quoque Jano Kalendis ſuſcepti feliciter Conſulatus ereximus faſces; at præſens annus naſcentis Imperii noſtri incrementa ſuſcipiens, noſtro etiam nomine ſignaretur. Favete nunc Principi, quem feciſtis; & tractandarum rerum curam participate nobiſcum: ut Imperium, quod mihi, vobis adnitentibus datum eſt, ſtudiis communibus augeatur. Præſumite juſtitiam noſtris vigere temporibus, & ſub innocentiæ merito proficere poſſe virtutes.

Majorianus ad Senatum.

III. *Nemo delationes metuat, quas & privati in aliorum moribus condemnavimus, & nunc ſpecialiter perſequimur. Nullus calumnias reformidet, niſi quas ipſe commoverit. Apud nos cum Patre Patricioque noſtro Richemere*, rei militaris pervigili cura Romani Orbis ſtatum, quem communibus excubiis & ab externo hoſte & domeſtica clade liberavimus, propitia Divinitate ſervemus. Peto inſtitutionis noſtræ vobis ineſſe notitiam, quam mihi amore veſtrum vitæ & periculorum quondam ſocios indubitanter expondeo. Enutrita*

* Ricimero.

PAGIUS

SÆC. V. Anno Æræ Hiſpan. CDXCVI. A. C. 458.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5951.

☉ 19. E. ☽ 3. P. 20. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 458.

LEONIS PAPÆ 19.

LEONIS IMP. 2.

MAJORIANI 2.

I. Conſules.

[1] COSS. *Leo Auguſtus, & Julius Majorianus Aug.* alter in Oriente, alter in Occidente & uterque propter Imperii initium Conſul creatus.

A num.

NOTÆ [1] COſſ. *Leo Auguſtus, & Julius Majorianus Aug.* Relandus habet: *Flavius Leo Aug. & Flavius Julius Majorianus Aug.* Inſcriptiones Baſilicæ S. Pauli via Oſtienſi num. 131.

PRIDIE. KAL. MAIAS
DN LEONE.

Fragmentum veteris lapidis in pavimento Baſilicæ S. Laurentii martyris extra muros Urbis, a me A. D. 1736. exſcriptum.

..... MIVIT. ET. REQ.
QVI. VIXIT. P. M. A. ....
.. G. LEONE. AVG. ......

Victor: *Leone Aug. Coſ.* Marcellinus: *Leone Aug. & Majorano*, ſeu ut Sirmondus legit, *Majoriano*. Faſti Idatii: *Majoriano Aug. & Ricimero*. Epiſtola LXXVII. S. Leonis data XV. *Kal. April. Leone & Majoriano Augg. Coſſ.* Proſper Vaticanus MS. ad annum a paſſione Domini CCCCXXXI. *Leone & Majoriano*. Nondum his, in nummis & lapidibus *Flavii* prænomen tributum legimus. *Julii* nomen vero *Majoriani* impoſitum vidimus. GEORGIUS

Digitized by Google

in totius Eccleſiæ ſalutem Spiritus ſanctus operetur, & quantum univerſorum Fidelium precibus ſit optandum, ut in omnem gloriam veſtrum extendatur Imperium, qui ſupra curam regum temporalium religioſæ providentiæ famulatum divinis & æternis diſpoſitionibus perſeveranter impenditis: ut ſcilicet Catholica fides, quæ humanum genus ſola vivificat, ſola ſanctificat, in una confeſſione permaneat; & diſſenſiones, quæ de terrenarum opinionum varietate naſcuntur, a ſoliditate illius petræ, ſupra quam civitas Dei ædificatur, abigantur. Hæc autem Dei munera ita divinitus demum nobis conferentur, ſi de his quæ præſtita ſunt, non inveniamur ingrati; & tamquam nulla ſint quæ adepti ſumus, contraria potius expetamus. Nam quæ patefacta ſunt quærere, quæ perfecta ſunt retractare, & quæ ſunt definita convellere; quid aliud eſt, quam de adeptis gratiam non referre, & ad interdictæ arboris cibum mortiferos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere?

VIII. Semel de fide ſancita in diſputationem non revocanda.

Unde quia ad pacem univerſalis Eccleſiæ, & ad cuſtodiam Catholicæ fidei cura dignamini ſollicitiore reſpicere; evidenter agnoſcitis, quod magnis hæreticorum utatur inſidiis, ut inter Eutychetis Dioſcorique diſcipulos, & eum quem Apoſtolica ſedes direxerit, diligentior, tamquam nihil fuerit ante definitum, tractatus habeatur; & quod totius mundi Catholici ſacerdotes in ſancta Chalcedonenſi Synodo probant, gaudentque firmatum, in injuriam etiam ſacratiſſimi Concilii Nicæni efficiatur infirmum. Quod enim noſtris temporibus apud Chalcedonem de Domini noſtri Jeſu Chriſti incarnatione firmatum eſt, hoc etiam apud Nicæam myſticus ille Patrum numerus definivit, ne Catholicorum confeſſio aut Unigenitum Dei Filium in aliquo crederet Patri imparem, aut eumdem qui factus eſt Filius hominis non veram carnis noſtræ atque animæ habuiſſe naturam. Deteſtandum ergo nobis eſt, perſeveranterque vitandum, quod fraus hæretica nititur obtinere: nec in aliquam diſceptationem pie & plene definita revocanda ſunt: ne ad arbitrium damnatorum ipſi de his videamur ambigere, quæ manifeſtum eſt per omnia Propheticis & Evangelicis & Apoſtolicis auctoritatibus conſonare.

IX. Quando in ſua perverſitate relinquendi hæretici.

Unde ſi qui ſunt, qui ab his, quæ cælitus ſunt conſtituta, diſſentiunt; ſuis opinionibus relinquentur, & ab unitate Eccleſiæ cum ea quam elegere perverſitate diſcedant. Nam nullo modo fieri poteſt, ut qui divinis audent contradicere ſacramentis, aliqua nobis communione ſocientur. Jactent ſe in ſui eloquii vanitate, & de argumentationum ſuarum verſutia, quæ inimica eſt fidei, glorientur: nobis placeat Apoſtolicis obedire præceptis, dicentibus: Videte (a) ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem ſeductionem hominum. Nam ſecundum eumdem Apoſtolum (b): Si quæ deſtruxi, & ædifico: prævaricatorem me conſtituo; hac ſe me ultionum conditionibus ſubdo, quas non ſolum auctoritas beatæ memoriæ Principis Marciani, ſed etiam ego mea conſenſione firmavi: quia ſicut ſancte veraciterque dixiſtis, Perfectio incrementum, & adjectionem plenitudo non recipit.

(a) Coloſſ. 2.

(b) Galat. 2.

X. Salubris S. Leonis ad Imperatorem admonitio.

Unde cum hoc ſciam, te, venerabilis Princeps, ſinceriſſimo veritatis lumine imbutum in nulla fidei parte nutare, ſed ſancto perfectoque judicio a pravis recta diſcernere, & a refutandis amplectenda dividere; obſecro, ne humilitatem meam de diffidentia putes eſſe culpandam: cum hæc mea cautio non ſolum univerſali Eccleſiæ conſulat, ſed etiam tuæ gloriæ famuletur; ne ſub Imperii tui tempore, & hæreticorum aucta videatur improbitas, & Catholicorum perturbata ſecuritas. Quamvis ergo multum per omnia de pietatis veſtræ corde confidam, & per inhabitantem in vobis Spiritum Dei, ſatis vos inſtructos eſſe perſpiciam, ut fidei veſtræ nullus poſſit error illudere: præceptioni tamen veſtræ in eo nitar obedire, ut aliquos de fratribus meis dirigam, qui apud vos præſentiæ meæ inſtar exhibeant; & quæ ſit Apoſtolicæ fidei regula, licet (ut dixi) vobis bene ſit nota, demonſtrent; patefacientes in omnibus & probantes, non eſſe omnino inter Catholicos computandos qui definitiones venerabilis Synodi Nicænæ, vel ſancti Chalcedonenſis Concilii regulas non ſequuntur: cum utrorumque ſancta decreta ex Evangelico & Apoſtolico ſit manifeſtum fonte prodire; & quicquid non eſt de irrigatione Chriſti, poculi eſſe viperei.

Per-

PAGIUS ordine CXXX. cujus inſcriptio; *Ad Epiſcopos & Clericos Catholicos ex Ægypto apud Conſtantinopolim conſtitutos:* ad quindecim Epiſcopos Sedium nominibus non memoratis directa eſt. Hujus nulla mentio in Annalibus, quia primum illam e tenebris eruit Queſnellus. In ea ſolatur S. *Leo* eorum exilium, monetque ne adventu Epiſcoporum Occidentalium perturbentur, quos rogatu Imperatoris Conſtantinopolim mittit, ad explanandas fidei quæſtiones, quæ nonnullorum animos pulſabant. Hos deinde excitat, ut conſtanter pro fide pugnare pergant, caveantque ne diſcordia res eorum dilabantur, atque iterum cum hæreticis manus conſerant, vel colloquii vel diſputationis ſpecie decepti.

III. *Petit ab Imperatore ut Ælurus Epiſcopatu dejiciatur.*

Tertiam Epiſtolam addidit *Leo* eadem die datam *Presbyteris, Diaconis & Clericis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ*. Ea ordine eſt CXXXI. Illis S. Leo fidei ſinceritatem gratulatur, hortaturque, ut eliminent ex ſuo cœtu, quos hæreſi infectos ſciant, ac *Atticum*, *Andreamque* ab officio dejici præcipit, niſi palam jurent in fidem

Chal-

XI. Non admittendos ad diſputationem hæreticos.

Permoſcat igitur pietas veſtra, venerabilis Imperator, hos quos ſpondeo dirigcados, non ad conſligendum cum hoſtibus fidei, nec ad certandum contra illos, a ſede Apoſtolica profectaros: quia de rebus & apud Nicæam & apud Chalcedonem, ſicut Deo placuit, deſinitis nullum audemus inire tractatum; tamquam dubia vel infirma ſint, quæ tanta per Spiritum ſanctum fixit auctoritas. Instructioni autem parvulorum noſtrorum, qui poſt lactis alimoniam cibo deſiderant ſolidiore ſatiari, miniſterii noſtri præſidium non negamus. Et ſicut ſimpliciores non ſpernimus, ita a rebellibus hæreticis abſtinemus, memores præcepti Domini dicentis: (a) Matt. 7. *(a) Nolite dare ſanctum canibus, neque miſeritis margaritas veſtras ante porcos. Nimis quippe indignum, nimiſque injuſtum eſt, eos ad libertatem diſceptationis admitti, quos ſignificat Spiritus ſanctus* (b) Pſ. 17. *per Prophetam dicens (b): Filii alieni mentiti ſunt mihi. Qui etiamſi Evangelio non reſiſterent, de illis tamen ſe eſſe monſtrarent,* (c) Tit. 1. *de quibus ſcriptum eſt (c): Deum ſe profitentur ſcire, factis autem negant:* (d) Geneſ. 4. *clamante adhuc juſti Abel (d) ſanguine adverſus impium Cain, qui increpatus a Domino non requievit ad pœnitudinem, ſed exarſit ad cædem. Cujus vindictam ſic Domini judicio volumus reſervari, ut improbus prædo & parricida crudelis in ſe ipſum recidat, & noſtra non teneat. Neque ſancta Eccleſia Alexandrina lamentabilem captivitatem patiamini ulterius prolongari: cui oportet fidei veſtræ, juſtitiæque præſidio ſuam reſtitui libertatem, ut per omnes Ægypti urbes dignitas Patrum & jus ſacerdotale reparetur. Data undecimo Kalendas Aprilis, Leone & Majoriano Auguſtis Conſulibus.*

XII. De Legatis a S. Leone miſſis.

Quod autem nulla in his de legatorum nominibus mentio habeatur, alias præter has litteras a Leone Pontifice datas exiſtimamus, quibus, ex more, de certis miſſis legatis & eorumdem commendatione ſit actum. Quinam autem hi fuerint, ex ejuſdem ſancti Leonis Papæ litteris (e) ad Gennadium Conſtantinopolitanæ ſedis hoc anno poſt Anatolium ſucceſſorem datis ſatis poteſt intelligi; miſſos nimirum fuiſſe Epiſcopos Domitianum & Geminianum; ſed quarum Eccleſiarum Epiſcopi fuerint, mentio ibi nulla eſt: Putatur tamen Geminianus ille fuiſſe ſanctitate clarus Mutinenſis Epiſcopus, quem ejus Acta habent claruiſſe temporibus Attilæ. Domitianum autem Epiſcopum, qui hoc tempore claruerit, invenimus neminem præter Catalaunenſem ſanctitudine æque conſpicuum, cujus eſt mentio in Concilio Turonenſi, & apud Venantium Fortunatum, ut notavimus in Romano Martyrologio, ubi utriuſque certi dies eorum natalibus habentur adſcripti. Porro hoc eodem anno ad eumdem Leonem Imperatorem ſanctus Leo Papa prolixiorem dedit epiſtolam de Verbi incarnatione conſcriptam, cum appendice ſententiarum ſanctorum patrum de eadem incarnatione vera certaque teſtantium: eſt ejus exordium (f): *Promiſiſſe memini, &c.*

(e) Leo ep. 100.

(f) Leo ep. 97.

Sed & eodem menſe Martii, quo (ut vidimus) ad Leonem Imperatorem recitatam nuper S. Leo ſcripſit epiſtolam, dedit aliam ad Anatolium (g) Conſtantinopolitanum Antiſtitem, redarguens eum: quod non eo modo quo decebat, hæreticos pœnitentes reciperet in Eccleſiam; & quonam modo eſſet eorum recipienda confeſſio, docet: quod & diligenter attende. Cum enim ſolius eſſet ſedis Apoſtolicæ juris, pœnitentes hæreticos recipere in Eccleſiam, ut hoc ipſum idem Anatolius Conſtantinopoli præſtare poſſet, delegaverat eidem ipſe Pontifex vices ſuas: quibus ille abuſus, Atticum quemdam presbyterum lapſum in hæreſim, ſpeciem quamdam pœnitentiæ præſeferentem, abſque legitima ſatiſfactione inter Catholicos eſſe patiebatur: cujus rei cauſa idem ſanctus Leo Papa commotus, litteris ad eum datis amice redarguit, hæc inter alias ſcribens (h): XIII.

(g) Leo. ep. 77.

(h) Leo ep. 77.

Admonui, ac ad negligentiam rectoris referretur, ſi quiſquam in Eccleſia Catholica ea prædicare præſumeret, quæ hæreticorum ſenſibus conveniret: Quod utrum veraciter fama jactaret, dilectionis tuæ inquirendum judicio delegavi: neque in aliquo honorem tuum læſi, cui diſcutienda ea quæ ad me erant perlata, commiſi. Ut ſcilicet Atticus presbyter, quem talia audere cognoveram, niſi perfecta ſe ſatisfactione purgaſſet, & non ſolum voce hæreticos, ſed etiam propria manus ſubſcriptione damnaſſet, a communionis gratia eſſet alienus. Qui ſcripta mittendo dubiæ fidei & profeſſionis incertæ, confirmavit magis, quam diluit, quicquid ad nos de eo fama pertulerat: cum ſi conſcien- XIV.

De Attico hæretico pœnitentiam ſimulante.

PAGIUS Chalcedonenſem. Hæc etiam Epiſtola primum a Queſnello edita, ſicuti & Epiſtola ordine CXXXIII. ad Leonem Aug. ſcripta. Recte exiſtimavit Baronius n. XII. aliam a LXXVIII. quæ nunc eſt CXXXII. Epiſtolam extitiſſe, qua ex more de *Domitiano*, & *Geminiano* Epiſcopis miſſis Legatis, & eorum commendatione ſit actum. Ea autem Epiſtola alia non eſt quam illa, de qua agimus data *XVI. Kalend. Septemb.* qua S. Leo Imperatori ſignificat, ſe miſiſſe *Domitianum & Geminianum* Epiſcopos vice ſua pro libertate Eccleſiæ acturos, qui ſupplicarent, non vero qui diſceptarent. In ea etiam Pontifex obſecrat, obteſtaturque Imperatorem ne renovandæ diſceptationis copiam permittat: neque de fide iterum agi: opem ferat Eccleſiæ Alexandrinæ & *Timotheum* nulla miſeratione ab Epiſcopatu Alexandrino dejiciat. Quare Le-

ci entiam ſuam voluiſſet probare ſinceram, non Eutychetem ſibi odioſum fuiſſe, ſed quod perfidiam ipſius reprobaret atque damnaret, debuerat confiteri: quia aliud ſunt humanæ etiam inter Catholicos ſimultates, aliud diabolici, quos fides Catholica damnat errores. Et paulo poſt, quonam modo recipiendus Atticus eſſet, docet his verbis:

XV. Quomodo recipiendus hæreticus pœnitens.

Prædictus autem Atticus ut ab omni ſuſpicione contraria liber appareat: quid in Eutychete anathematizet & damnet, evidenter oſtendat: & in damnationem erroris expreſſi, remota omni dubitatione, ſubſcribat; ita ut Chalcedonenſis Synodi definitionem de fide, cui etiam dilectio tua ſubſcribendo conſenſit, & quam Apoſtolicæ ſedis firmavit auctoritas profiteatur ſe per omnia ſervaturum, adjecta ſubſcriptione propriæ manus, quæ in Eccleſia, Chriſtiano populo præſente, recitetur: ut pro Catholica fide neque nos negligentes, neque ipſe ultra ſuſpectus habeatur. Hæc ſanctus Leo ad Anatolium, more majorum; ne videlicet homo in Eccleſiam peccans abſque Eccleſia, præſentia ſcilicet populi Orthodoxi, recipiatur: cujus quidem praxis plura ſuperius ſingulis ſparſa tomis exempla prodidimus.

XVI. Inter hæc autem Leo Imperator, conſulturus in omnibus Catholicæ fidei: etſi anno ſuperiori ex univerſo Orbe Orientali exegerat litteris ab Epiſcopis Catholicæ fidei confeſſionem, qua illi eum Chalcedonenſem Sinodum comprobarent, tum impudentem Timotheum condemnarent: adhuc puravit utile fore ad ſimplicium corda potiſſimum confirmanda, ne hæreticorum vacillarent impulſibus, & labefactarentur ictibus; ſi ſanctiſſimorum virorum, quos Deus innumeris miraculis illuſtraſſet, qui & vitæ mirifica ſanctitudine ubique ſplendeſcerent, ipſum Chalcedonenſe fidei decretum teſtificatione corroboraret; quod idem plane videri poſſet, ac ſi fidem Catholicam omnium ſcriptione & ſubſcriptione firmatam, etiam miraculis conſignaret. Quamobrem conſilium illud iniit, ut ſcriberet ad celeberrimi nominis ſanctos anachoretas, præcipue vero ad magnum illum adhuc ſuperſtitem Simeonem, quem ſuper omnes mortales columnæ incolatus evexerat, ac ſubinde ad alios, ad quos ſingulos dedit epiſtolas certis nuntiis.

Litteræ Imp. ad SS. Anachoretas.

XVII. Contigiſſe vero hujuſmodi ad ſanctos anachoretas legationem hoc anno, non autem ſuperiori, ex eo inducimur, quod redditæ ad Imperatorem litteræ datæ leguntur (ut dicemus) menſe Auguſti hoc anno ſecundo ipſius Leonis Imperatoris. De his autem agens Evagrius, hæc ait: (a) *Non diſſimiles ab eodem Imperatore ſcriptæ fuerunt literæ tum ad alios Epiſcopos, tum ad viros illuſtres, qui id temporis (ut ſupra demonſtratum eſt) vitam inopem in rebus omnibus ad victum neceſſariis deſtitutam egerunt: ex quorum numero Simeones, de quo ſuperius noſtra mentionem fecit hiſtoria, fuit; qui quidem primus omnium cœpit in columna habitare, illudque domicilii genus invenit: his adnumerati Baradatus & Jacobus Syrii.* Eſt horum illuſtris memoria apud Theodoretum in libro Sanctorum Deum amantium Patrum (b). Per Eutropium enim Magiſtrianum ad Syriæ anachoretas Imperatorem miſiſſe litteras, habet idem Baradatus in epiſtola ad ipſum reddita. Subdit vero Evagrius hæc inferius ſequenti capite: *Simeones item vir ſanctæ memoriæ binas de iiſdem rebus ſcripſit epiſtolas, alteram ad Leonem Imperatorem, ad Baſilium Antiochiæ Epiſcopum alteram. Quarum eam quæ eſt ad Baſilium, utpote brevem, in hac mea ponam hiſtoria, cujus hæc eſt ſententia:*

(a) Evag. l. 2. c. 9

(b) Theod. l. SS. Patr. c. 26. & 27.

Domino meo religioſiſſimo, ſanctiſſimo Deoque cariſſimo Baſilio Archiepiſcopo, Simeones humilis peccator, in Domino ſalutem:

XVIII. Epiſtola Simeonis Stylitæ ad Baſilium.

Jam opportune dicere poſſumus: Benedictus Deus, qui non amovit orationem noſtram & miſericordiam ſuam a nobis peccatoribus. Cum litteras veſtræ amplitudinis accepiſſem, admiratus ſum ſingulare ſtudium & pietatem Imperatoris noſtri ſanctiſſimi, quam non modo erga ſanctos Patres, verum etiam erga fidem ab illis confirmatam demonſtravit, declaravitque. Verum hoc non ex nobis donum (ut ſanctus loquitur Apoſtolus c) ſed ex Deo, qui per preces veſtras hanc propenſam illi largitus eſt voluntatem. Poſtea adjungit iſta: *Qua propter ego abjectus & vilis vermis, abortus monachorum, Impe-*

(c) Epheſ. 3.

PAGIUS

Legati quos ſanctus *Leo* mittere promiſerat, non niſi exeunte Auguſto Roma profecti ſunt.

IV. *Imperator literas Encyclias ad Metropolitas ſuos ſcribit.*

A num. XVI. ad XXVII. Autumavit Baronius, *Leonem* Imp. anno ſuperiori ad Metropolitas ſui Imperii literas encyclias miſiſſe, & currenti ad Monachos, quorum vita ſpectabilior, & fama major erat. Verum uno eodemque tempore illum ad Epiſcopos & Monachos ſcripſiſſe inſinuat Evagrius lib. 2. cap. 9. qui ait: *Scripſit circulares Epiſtolas ad omnes Orbis Romani Epiſcopos, & ad eos qui in vita Monaſtica excellebant, interrogans eos tum de Chalcedonenſi Synodo tum de ordinatione Timothei cognomento Aeluri.* Præterea Theophanes anno Incarnat. Secundum Alex. CDLII. qui Kalend. Septemb. ſequentis Chriſti anni inchoatur, ſcribit: *Hoc anno ad ſingulos omnium Provinciarum Epiſcopos literas dedit Imperator, ut propriam ipſi renunciarent ſententiam: num Chalcedonenſis Concilii decretis acquieſcerent, & de Aeluri promotione quid ſentirent? Sancto inſuper Symeoni Stylitæ & Bardæ Monacho, tum Jacobo miraculorum patratori ſcripſit, quaſi Deo rerum omnium Domino rationem reddituros, de controverſis rebus, ut judi-*

vatori ſignificavi, tum quid ipſe de fide ſexcentorum illorum & triginta ſanctorum Patrum Chalcedone in unum coactorum ſenſerim, tum me illi adhæreſcere, & ab eadem non recedere, utpote ſancti Spiritus afflatu demonſtrata & confirmata, affirmavi.

XIX. Cui ſtandum Conciliorum decretis.

Nam ſi Salvator adeſt in medio duorum vel trium in nomine ejus congregatorum; qui fieri poteſt, ut tam multorum, tamque ſanctorum Patrum non interſit Concilio: cum Spiritus ſanctus fuerit cum illis ab initio & poſtea? Quamobrem confortare & eſto robuſtus in veræ pietatis defenſione, non aliter atque Jeſus filius Nave ſervus Domini in populo Iſraelitico gubernando, tuendoque. Univerſo clero tuæ ſanctitati obſequenti, & populo benedicto ac fideli, a me, quæſo, ſalutem dicito. Hæc magnus ille ad Baſilium Antiochenum Epiſcopum. Intelligis, lector, quanti vir ille divinus, totius Orbis luminare reſplendens, miraculorum radiis ubique refulgens, quanti inquam fecerit ſacra Conciliorum decreta: ut plane per ipſum Deo ſacratum organum nonniſi Spiritum ſanctum eſſe locutum, quiſque, dummodo mentis ſit compos intelligat. Utinam ita his addere liceret & eam quam ſcripſit idem Simeon ad Leonem Imperatorem epiſtolam, cum tanti viri ſinguli apices quibuſvis gemmis pretioſiores extiterint. Functum vero eſſe legatione a Simeone ad Leonem Imperatorem Sergium monachum, per eumdemque miſſum cucullum ſuum ad eumdem Auguſtum, habent Acta S. Danielis cognomento Stylitæ: ſed quonam caſu eamdem veſtem ipſe Daniel (a) accipere metuerit, ſuo loco dicemus.

(a) *Apud Sur. die 11. Decembr.*

XX.

Extat autem epiſtola Baradati: de qua antequam agamus, hic deſcribamus quæ de eo Theodoretus poſteris tradidit, cum ait (b): *Is enim* (Baradatus ſcilicet) *excogitavit novas rationes exercendæ tolerantiæ. Nam cum primum quidem longo tempore ſe incluſiſſet in domuncula, ſola divina fruebatur contemplatione. Illinc cum occupaſſet rupem eminentem, & parvam quamdam arcam, nec juſta quidem ſymmetria corpori congruentem ex lignis conſtruxiſſet; in ea vitam degebat, deorſum aſſidue incurvari coactus. Non enim habebat altitudinem ejus longitudini juſta proportione convenientem. Non erat autem ea compacta aſſeribus, ſed erat aperta ſimiliter atque cancelli, & erat ſimilis feneſtris, quæ latiores habent ingreſſus luminis. Quocirca nec a pluviæ erat impetu libera, nec erat tecta a flamma Solis, ſed utraque non minus admittebat, quam alia quæ ſunt ſub dio: in hoc autem ſolo ea ſuperabat, quod accederet labor incluſionis.*

(b) *Theod. l. SS. Patr. c. 27.* De Baradato Anachoreta.

XXI. Theodoto Epiſc. obtemperat.

Cum autem longum tempus hoc modo tranſegiſſet, poſtea egreſſus eſt cedens precibus divini Theodoti, cui obtigerat Pontificalis ſedes Antiochena. Stat autem aſſidue manus ad cælum tendens, & univerſorum Deum laudans, totum corpus tunica pellicea contegens: circa naſum autem ſolum & os reliquit modicum ingreſſum ſpiritui, ut reſpiret, communem aerem excipiens, quod humana natura non poſſit aliter vivere. Omnem autem eum laborem ſuſtinet, cum non ſit corpore valde robuſto, ſed valetudinario & multis morbis obnoxio: fervens autem animi alacritas & divino amore incenſa cogit ut laboret qui non poteſt laborare. Jam vero ſapientia quoque & intelligentia ornatus, optime & interrogat & reſpondet, & ratiocinatur nonnumquam melius & potentius iis qui Ariſtotelicos legere labyrinthos.

XXII.

Cum ſit autem in ipſo ſummo virtutum faſtigio, non ſinit ut arrogantia ſimul efferatur ſpiritus, ſed jubet ipſum deorſum repere circa ipſum latus montis: ſcit enim, quantum ſibi damnum mens conciliat, quæ tumet & ardet inſolentia. Hæc eſt in ſumma ejus philoſophia: cui concedatur, ut creſcendo poſſit metam curſus attingere. Eſt enim communis piorum lætitia, horum, qui victoria potiti ſunt, gloria. Mihi autem detur, ut eorum ſuffultus precibus, non ſim procul ab hoc monte, ſed paulatim conſcendam, & me eorum contemplationis voluptate expleant. Hactenus de Baradato ſcripſit Theodoretus, dum adhuc ille viveret; cum & Syrorum ſibi notorum ſui temporis anachoretarum res geſtas poſteris tradidit. Reliquum vero eſt, ut cujus audivimus adeo præclara facta, avidius legamus & ſcripta: ſed prius conſideremus ætatem.

XXIII.

Qui enim ſub Theodoto majorem curſus ætatis partem Baradatus (ut vidimus) confeciſſet, hoc tempore ætate ſenem valde

PAGIUS *dicium fuerint, cunctos obteſtatur. Illi una voce communique ſenſu coactam Chalcedone Synodum Sanctam eſſe firmant,* &c. Sed Theophanes anno uno tardius rem iſtam narrat. Decepit Baronium depravata temporis nota, quæ legitur in Epiſtola Varadati, quem Theophanes *Bardam* vocat. In ea enim legitur: *Hæc cum tremore ſcripſi veſtræ Pietatis Imperio ſeptima & viceſima die Auguſti menſis anno ſecundo Imperii, Indictione decima.* Inde enim collegit Baronius, Leonem primo Imperii ſui anno ad Metropolitas, anno vero ſecundo ad Monachos ſcripſiſſe. Verum cum ſubſcriptio illa corrupta ſit, ut fatetur Cardinalis doctiſſimus num. XXIV. nihil inde deduci poteſt contra auctoritatem Evagrii & Theophanis. Indictio enim X. anno ſuperiori in curſu fuit uſque ad Kalend. Septemb. ideoque ea Epiſtola data eſſet menſe Auguſto illius

Chri-

de fuiſſe liquet. Ad hunc igitur Baradatum (ut ex Evagrio dictum eſt) Leo Auguſtus cum dediſſet epiſtolam, ut quid de fide in Chalcedonenſi Concilio firmata ſentiret, litteris declararet; paruit ipſe æque ac Simeon Stylita, ſcripſitque ad eumdem Imperatorem epiſtolam, quæ integra, mendoſa licet, adhuc extat inter epiſtolas Epiſcoporum ea de re ſcribentium ad eumdem Leonem Auguſtum: qua inter alia multa his verbis eumdem
(a) Extat to. 2. Conc. hortatur ad inſequendos hæreticos, ad ipſum Leonis nomen alludens (a):

XXIV. Quæ Baradatus ad Leonem Aug. *Audivimus quomodo incedunt lupi ſuper greges, & rapiunt oves ab ovilibus ſuis, & non metuunt a voce paſtorum. Quapropter repente, amice Leo, rugies, fiaſque eis valde terribilis; ut pro metu Leonis impetum fugientes, quod abripuerunt, de ſuo reddant. Sic ergo veſtram facere condecet pietatem, ut ſicut nomen eſt Imperii veſtri, ita prædicetur in toto mundo terribile pietatis ve-*
(b) Pſ. 47. *ſtræ decretum, cum ſcriptum ſit* (b): *Sicut nomen tuum Deus, ita & laudatio tua.*
(c) Prov. 19. *Sed & Salomon David filius ait* (c): *Similis eſt ira Regis furori leonis. Et Dominus omnipotens glorificavit nomen Leonis ſuper omnia quæ in terra ſunt, ut ſubiiciat omnes volentes extolli contra timorem Dei, &c.* Subdit etiam perſtans in leonis metaphora, quod ſicut leo inſurrexit vindex mandatorum Dei adverſus
(d) 3. Reg. 13. Prophetam (d) qui Dei præceptum fuerat prævaricatus; ita ipſe Leo Imper. exurgat armatus adverſus tranſgreſſores Chatholicæ fidei: *Sic decet* (inquiens) *nomen pietatis veſtræ terribilia ferre præcepta in omni terra contra eos qui præſumunt divina mandata corrumpere. Iſti enim ſunt filii Timothei, qui latenter egit iniqua, &c.* Poſt hæc autem de leonis ſimilitudine ad eum excitandum adverſus hæreticos inculcata, plura habens in deteſtationem perfidorum atque eorum anteſignani Timothei, ſubiicit ex divinis Scripturis Orthodoxæ fidei confeſſionem conſentientem Catholicæ pietati, cum exprobratione impietatis hæreticorum abiicientium Chalcedonenſe Concilium eo prætextu, quod nihil admittendum dicerent præter Nicænum fidei Symbolum: meminitque de redditis ad ipſum Imperatorem litteris eodem argumento conſcriptis: pluraque diſertiſſime diſputans & inculcans, plane quam veriſſimum eſſe declarat, quod de ipſo ſcribit Theodoretus, ipſum fuiſſe ſermone atque doctrina præſtantem. De tempore autem

ſcriptæ ab eo hoc annu epiſtolæ, in fine iſta habet, cum ſalutationem apponit: *Hæc cum tremore ſcripſi veſtræ pietatis Imperio, ſeptima & vigeſima die Auguſti menſis, anno ſecundo Imperii, Indictione decima* *, &c. Vides, qualis ac quan- * undecima.
tus anachoreta ad excitandum adverſus hæreticos Imperatorem, claſſicum occinat.

At cum plurium ſanctorum monacho- XXV. De litteris ad alios Anachoretas datis.
rum Syriam incolentium, tum Jacobi etiam Syri admirabilis ſanctitate viri litteræ in eamdem ſententiam ad Leonem Imperatorem datæ deſiderantur. Quam autem hic extiterit ſanctitate eximius, prolixam narrationem proſecutus eſt Theodoretus. Tu ipſum conſule: longa nimis eſſet digreſſio cuncta de eo ab ipſo deſcripta narrare: invenies quidem mira. De eodem meminit & Theodorus Lector in Collectaneis; & ad tollendam dubitationem, vel errorem eorum qui putarunt hunc eumdem eſſe cum Niſibeno
illo Jacobo, hæc ait (e): *Sciendum eſt,* (e) Theod. Collect. l. 2.
Jacobum illum, qui miraculum hoc circa fontem & puellas operatus eſt, non eſſe eum qui ad Encyclicam reſcripſit. Hic Niſibenus Conſtantii temporibus vixit. Verumtamen ille alius Jacobus magnus erat & clarus miraculis, ſicut Theodoretus in ſua hiſtoria dicit. Urnam Theodoretus magno Jacobo ad ſepulturam paravit, ipſum autem Theodoretum prius mori contigit: in eadem tamen & ipſo magnus Jacobus eſt reconditus, Hæc Theodorus: quem ſi legiſſet Nicephorus, vel aliter rem accuratius perpendiſſet, haud in errorem lapſus eſſet, ut diceret (f) Jacobum hunc (f) Niceph. l. 15. c. 22.
Syrum, ad quem Encyclicam Leo ſcripſit, fuiſſe Jacobum Niſibenum, quem longe ante hæc tempora conſtat ex hac vita migraſſe.

Quod vero ſpectat ad circulares datas XXVI. De aliis ſanctis monachis, ad quos Leo Imperator ſcripſit.
litteras ad eos qui erant in Syria monachos præſtantiſſimos: haud putandum præteriiſſe Leonem Auguſtum alios ſanctiſſimos viros in aliis provinciis agentes; ſed ipſe Evagrius patria Epiphanienſis proximorum tantum meminit ſanctorum virorum, ad quos ſcripſit Imperator: cum haud dubium eſſe debeat, ad alios aliarum provinciarum celebres ſanctiſſimos anachoretas ipſum eadem in cauſa dediſſe litteras, præcipue vero ad eos qui incolerent Syriam Palæſtinam, ut inter alios ad magnum illum Euthymium, & cæteros ſuperius nominatos monachos celeberrimos; itemque ad admirandum illum Auxentium degentem in Bithynia æque ſanctiſſimum virum, quem alias confirmaſ-

PAGIUS Chriſti anni, quo annus primus, non vero ſecundus Leonis Imp. obtinebat. Præterquam quod *litteræ encyclia* nondum tum miſſæ ſunt ab Imperatore, multo minus reſponſa Epiſcoporum & Monachorum ad illum. Dicit quidem Baronius, loco *Indictionis X.* reponendam eſſe, *Indictionem XI.* Sed præterquam quod hæc mendatio certa non eſt, non inde ſequitur, Imperatorem præcedenti anno ad Epiſcopos, præſenti vero ad Monachos literas dediſſe.

ſe ſuo elogio ſub Marciano Concilium Chalcedonenſe, ſuperius dictum eſt. Rurſus etiam ſcripſiſſe ad admirabilem Danielem Stylitam, probe notum Conſtantinopolitanis, & in primis Anatolio ejus civitatis Epiſcopo, quem antea ægra valetudine laborantem curarat, nemo jure poterit dubitare. Sic igitur voluit Leo Auguſtus contra omnium adverſantiam hæreticorum calumniam ſacroſanctum Concilium Chalcedonenſe in omnibus cuſtoditum ac veluti munitionibus obfirmatum, ut ſic os penitus oblatranti occluderet impietati.

XXVII. Terræmoſus Antiochenus. Hoc item anno (ut ſuperius diximus) defunctus eſt Baſilius Epiſcopus Antiochenus, anno nimirum ejus ſedis ſecundo; in cujus locum fuit ſubrogatus Acacius, ſub quo hoc præſenti anno memorabilis clades accidit ea terræmotu Antiocheno. Tradit autem ſub anni ſequentis Conſulibus Marcellinus, cladem hanc ſcriptam fuiſſe ab Iſaac ejus Eccleſiæ presbytero, viro diſerto: ait enim (a): *Iſaac Antiochenæ Eccleſiæ presbyter ſcripſit Syra ſermone multa, præcipue adverſus Eutychianos & Neſtorianos: ruinam quoque Antiochiæ elegacarmine planxit, quemadmodum Ephræm monachus Nicomediæ lapſum.* Hæc Marcellinus: eadem quoque Gennadius (b). Sed audi de eodem terræmotu Antiocheno hæc dicentem Evagrium (c):

(a) *Marc. in Chron.*

(b) *Gennadius de Script. Eccleſ. c. 66.*

(c) *Evagr. l. 2. c. 12.*

XXVIII. *Secundo* (inquit) *anno Imperii Leonis ingens terræmotus & conquaſſatio Antiochiæ accidit: ante cujus initium quidam e populo ejuſdem urbis ſatis ſupra modum inſanire & omnem belluinam feritatem ſuperare viſi ſunt, quaſi proœmium ejuſmodi cladibus præbituri.* Hæc ipſe: ſed quod ſubdit computans annos a civitate illa condita uſque ad præſens tempus, numeratque annos ſex ſupra quingentos; errorem putamus in numerum irrepſiſſe: cum civitas illa (ut auctor eſt Euſebius in Chronico) condita ſit anno duodecimo Seleuci, qui regnare cœpit eodem quo mortuus eſt Alexander anno, Olympiade centeſima quarta; præſens vero annus ponatur ſub Olympiadis trecenteſimæ nonæ anno ſecundo. Cum autem idem ibi tradat, id factum eſſe hoc anno ſecundo Leonis Auguſti, cum ætatis annum ageret quinquageſimumſextum; plane indicat ipſum creatum Imperatorem anno ſuæ ætatis quinquageſimoquarto.

XXIX. De cauſa tantæ cladis. Sed unde tanta urbi Antiochenæ clades? Non aliunde quidem ea manaſſe videri poteſt, quam ea impietate hæreticæ pravitatis. Confertam ſane fuiſſe civitatem illam Apollinariſtis & Neſtorianis, quæ dicentur, inferius demonſtrabunt. Etenim neque ex hac tam ingenti clade, abjecta ſcoria, Eccleſia illa purgari valuit. Quod enim Neſtorius diu ibi degens, malum ſemen ibidem ſevit, ſub Joanne Neſtorii fautore in meſſem crevit, & ſecundo proventu eſt congregatum in horrea impietatis. Sic igitur non ſera vindicta fuit Antiochenis magna ex parte hæreſi depravatis.

XXX. De Clade per terræmotum illata. Sed proſequamur de eodem terræmotu Evagrii narrationem: quem cum ipſe anno ſecundo Imperatoris accidiſſe tradat, id factum dicit decimaquarta die menſis Septembris, hora quarta noctis: lugubre plane ſpectaculum præbens, terrorem ingentem ſpectantibus & horrorem incutiens: cum non una civitas, ſed machina ipſa mundi videretur penitus ruitura: *Hic quidem* (inquit) *omnes fere ædes urbis nova diſturbavit: quæ urbs a multis hominibus incolebatur, nullaque ejus pars deſerta fuit aut neglecta, ſed tota Imperatorum magnificentia, aliorum alias in ea re ſuperare contendentium, exquiſite elaborata conſtructaque. Quinetiam prima & ſecunda Palatii domus dejecta, aliis ſtantibus una cum adjuncta balneo, quod cum ante nulli fuiſſet uſui, jam in ſuea calamitate neceſſario propter clades quæ reliquis balneis obtigerunt, civitati ab-*
luen-

PAGIUS V. *Moritur Baſilius Epiſc. Antiochenus.* Ad num. XXVII. *Baſilius* Epiſcopus Antiochenus, qui exeunte anno CDLVI. aut inſequentis initio Patriarcha Antiochenus renunciatus fuerat, quique, ut legitur in Chronico Nicephori & in Tabulis Theophanis, *annos duos* ſedit, hoc anno vitam cum morte commutavit. Hunc enim uſque ad præſentem annum perveniſſe oſtendunt literæ Leonis Imp. ad eum ſcriptæ, & a Baronio num. XVIII. & ſeq. recitatæ. Quis ei in Epiſcopatum ſucceſſerit, divinare facile non eſt, Antiquis inter ſe non conſentientibus. Nicephorus enim in Chronico Epiſcopos Antiochenos hoc ordine recenſet: *Baſilius annis II. Acacius quo præſidente Urbs corruit, anno uno. Martyrius annis XIII.* &c. Et tamen in Tabulis Theophanis poſt *Baſilium* ponitur *Martyrius*, cui anni XIII. attribuuntur, & in Chronico Victoris Tununenſis nulla etiam *Acacii* mentio fit; ſed in Chronico illo ad Conſulatum VI. Leonis Imp. legitur poſt *Alexandrum* ſediſſe *Martyrium*. Ad hæc anno ſuperiori, quo terræ motus Antiochenus accidit, ut ſtatim videbimus, *Baſilius* Eccleſiam Antiochenam regebat. Quare ſi *Acacius* Baſilio ſucceſſit, id fuit poſtquam Antiochia terræ motu jam concuſſa fuerat, & hoc in capite Nicephorus erravit, ut non raro in aliis Factis Hiſtoricis.

VI. *Antiochia terræ motu concuſſa.* A num. XXVIII. ad XXXI. Evagrius lib. 2. cap. 12. de terræ motu Antiocheno ſcribit: *Anno ſecundo Imperii Leonis, ingens terræ motus ac ſuccuſſio contigit Antiochiæ, cum quædam a populo civitatis illius facta eſſent plena furoris ac dementia, &c. Accidit autem ingens hæc calamitas anno quingenteſimo ſexto a condita Urbe Antiochia circa horam noctis quartam, die quarto decimo menſis Gorpiæi, quem Romani ſeptembrem vocant imminente die Dominica, Indictione undecima. Sextus hic terræ motus accidiſſe dicitur, trecentis quadraginta & ſeptem annis elapſis ab illo terræ mo-*

lunda inſervivit. Everſa etiam porticus ante Palatium, & lucus qui Tetraphylus dicebatur, & turres Circi prope januas, & quaſdam etiam porticas ex illis egredientes, aliquam item partem balneorum Trajani, Severi & Hadriani concuſſit, diruitque: aliam quoque viciniam, quæ Oſtracina dicitur, una cum porticibus, & Nymphæum (ſic enim nominatur) proſtravit: quorum ſingula accurate a Joanne Rhetore narrantur. Ait porro, tum civitati de tributis mille auri talenta ab Imperatore eſſe condonata, tum civibus etiam vectigalia, qui ea clade afflicti erant; tum denique ab eodem curam de publicis ædificiis reficiendis eſſe ſuſceptam. Hactenus de his Evagrius. Addit Nicephorus: *Ea tempeſtate Thracia etiam, & Helleſpontus, Jonia omnis, & quæ vocantur Cyclades inſulæ concuſſæ ſunt, ædificia vero plura in Gnido & Coo collapſa.* Dirutum Cyzicum in Helleſponto poſitum terræmotu, ſub anni ſequentis Conſulibus Marcellinus narrat.

XXXI. Inter hæc autem contigit, ut ſanctiori Antiſtite Conſtantinopolitana Eccleſia ornaretur, Anatolio ſublato de medio, qui hoc anno, cum jam ſediſſet annos octo & totidem menſes, ex hac vita deceſſit. Qualis autem iſte fuerit, Dei judicio relinquitur judicandus: illud conſtat, non per portam ingreſſum, ſed aliunde in ovile ovium aſcendiſſe, cum ab interfectore ſanctiſſimi Flaviani Dioſcoro fuerit Epiſcopus ſucceſſor indigniſſimus ordinatus: ſcimus pariter eumdem ſæpeſæpius diverſis ex cauſis redargutum fuiſſe a ſancto Leone Romano Pontifice, maculatumque potiſſimum tolerantia hæreticorum, quos adſcitos inter clericos, opus fuit juſſione ejuſdem ſancti Leonis expelli; ut non ſit mirum, ſi tanto fulti præſidio iidem hæretici invaluerint in Oriente. Cæterum ipſum videri voluiſſe Catholicum, ex ſcriptis ipſius ſatis liquido conſtat: verum ut qui magnam cum Dioſcoro olim iniiſſet familiaritatem, cui & ſedem illam acceptam ferebat, haud adverſus hæreticos (ut par erat) ardore Catholicæ fidei inſurrexit. Anatolii Epiſc. Conſtantinop. obitus.

Leo autem Imperator defuncto Anatolio, omnem adhibuit diligentiam, ut vir pius nulla ſuſpicione labefactatus, omnique macula purus, ſanctus, atque doctus illi ſubrogaretur Epiſcopus. Cumque in hoc nonnihil eſſet collaboratum, rem ipſam XXXII.

PAGIUS *motu, qui Trajani temporibus contigerat. Nam ille quidem terræ motus ſub Trajano accidit anno CLIX. ex quo Civitas libera & ſui juris fuerat appellata. Hic autem Leonis Auguſti temporibus contigit anno ſexto & quingenteſimo, ut produnt Scriptores diligentiſſimi.* Annos Antiochenos inchoat Evagrius a Kalendis Septembris, ut Diſſert. de Periodo Græco-Romana oſtendi. Quare cum Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni cœperit annus Antiochenus DVI. & terræ motus factus fuerit die XIV. menſis Septemb. Indictione XI. & die Sabbati, ad ſuperiorem Chriſti annum, quo dies XIV. Septembris in Sabbatum cadebat, omnino retrahendus eſt. Dupliciter tamen Evagrius erravit. Primo in eo quod ait hunc terræ motum Urbem Antiochenam evertiſſe anno II. Imperii Leonis; anno enim ſuperiori menſe Septembri, currebat adhuc annus Leonis *primus*. Secundo perperam ſcribit Evagrius, a terræ motu, qui ſub Trajano fuit ad eum, de quo agitur, intercurriſſe annos CCCXLVII. Nam imperante *Trajano* Antiochia terræ motu concuſſa *Meſſala & Pedone Coſſ.* anno ſc. Chriſti CXV. ideoque & anno Antiocheno centeſimo ſexageſimo quarto; cum poſt menſem Septembrem Trajano imperante ille terræ motus acciderit, ut eo anno oſtendi. Quare ab illo terræ motu, ad illum, qui ſub Leone factus eſt, fluxere anni trecenti & quadraginta tres, non vero quadraginta ſeptem, ut habet Evagrius, ex cujus verbis apparet, eum de intervallo, quod inter hos duos terræ motus exſit, parum edoctum fuiſſe, cum ſcribat: *Sextus hic terræ motus accidiſſe dicitur.*

VII. *Sed anno ſuperiori.* Præterea Theophanes anno primo Leonis, annoque Incarnat. ſecundum Alex. CDL. quem utrumque a Kalendis Septemb. ſuperioris Chriſti anni exorditur, ait: *Hoc anno Maximo terræ motu Antiochia facto tota ferme Civitas corruit.* Idem habet Cedrenus ad annum primum Leonis. Quare cum Antiochia die XIV. Septemb. terræ motu conquaſſata fuerit, is ad annum præcedentem retrahendus. Denique Emin. Cardin. Noriſius in Diſſert. III. de anno & Epochis Syro-Macedonum cap. 6. citat Chronicon Joannis Malelæ, qui ſcribit: *Imperante Leone divinæ iræ viciſſitudinem quartum paſſa eſt Antiochia magna Septembris XIII. die Dominica illuceſcente, anno Eræ ejuſdem Antiochiæ quingenteſimo ſexto, ſub Conſulatu Patricii.* Opus ſuum ſcripſit Malela ante finem Imperii Juſtiniani, ſaltem ad illud uſque tempus produxit. Is in nullo diſcrepat ab Evagrio, præterquam in nota Conſulari male appoſita; cum *Patricius* anno tantum ſequenti Magiſtratum geſſerit. Nam dies XIII. Septembris manifeſto Librariorum errore poſitus eſt pro XIV. Denique Malela *quartum* illum terræ motum appellat, quia duos ab Evagrio numeratos negligit, ut ſæpe fit ab aliis Scriptoribus in id genus ſupputationibus. Sic enim *quarta* v. g. Eccleſiæ perſecutio a quibuſdam appellatur *quinta*. Exiſtimat tamen Card. Noriſius loco citato, hunc terræ motum ad hunc annum pertinere, & *Malelam* falſos characteres appoſuiſſe, ac ſuſpicatur, Evagrium itidem falſas notas *Dominicæ imminentis*, ac *Indictionis XI.* de ſuo addidiſſe. Verum hæ Cardinalis Doctiſſimi conjecturæ non videntur admittendæ; cum Evagrio & Malelæ, Theophanes & Cedrenus ſuffragentur. Nititur etiam Card. Noriſius in auctoritate citata Nicephori in Chronico, qui ait, *Acacium*, quando Antiochia corruit, Urbi præfuiſſe; cumque *Baſilius* ejus deceſſor ante hunc annum non obierit, hunc terræ motum ab anno, quo *Acacius* Epiſcopatum iniit, removendum non eſſe arbitratus. Verum vel hæc notatio in Nicephorum inſerta, vel ipſemet in ea hallucinatus eſt; cum Auctores ſe antiquiores, quique varias temporis notas adhibuere, habeat adverſantes, & incertum ſit, an *Acacius* Baſilium exceperit.

A num. XXXI. ad XXXIV. Baronius *Anatolii* Patriarchæ Conſtantinopolitani mortem recte VIII.

ipſum Deo gubernante, ex ſententia accidit, ut virtutibus inſignis Gennadius eligeretur Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus; de cujus electione hæc Theodorus (a): *Mortuo Anatolio, Gennadius Eccleſiæ presbyter eligitur, ſuffragatore Acacio orphanorum nutritore. Deſignavit autem Gennadius Marcianum Oeconomum, ad Eccleſiam, relicta Catharorum ſecta, tranſlatum: qui mox atque Oeconomus eſſet factus, quæ in unaquaque Eccleſia offerebantur, ab ejus loci clericis auferri decrevit, donec * magna Eccleſia cuncta illius acciperet*. Hæc Theodorus de Marciano Oeconomo: eadem verbis iſtis dilucidius apud Nicephorum (b): *Conſtituit* (inquit) *ut quæ in Eccleſia quacumque loco muneris offerrentur, ea ut loci cujuſque clerici ferrent: cum ad id tempus Eccleſia Catholica ſeu univerſalis, dona hujuſcemodi omnia tuliſſet*: plane ſignificans, uſurpaſſe majorem Eccleſiam oblationes aliarum minorum ſibi ſubditarum Eccleſiarum; ſub Gennadio vero factum, ut quique clerici ſuarum Eccleſiarum oblationibus fruerentur, ita cohibente avaritiam primariæ Eccleſiæ miniſtrorum, ſubjectarum ſibi Eccleſiarum oblationibus inhiantium.

(a) Theod. Lect. Collect. l. 2.

Gennadius Epiſc. Conſtantinop. eligitur.

* neque.

(b) Niceph. l. 15. c. 22.

Invaluerat quidem mirum in modum in illa Eccleſia avaritia, ſed & creverat ſimoniaca labes; quam anno ſequenti cum Synodali, tum Imperiali decreto exciſam eſſe, ſuo loco dicturi ſumus, ubi agemus de Concilio provinciali Conſtantinopoli eo tempore congregato præſentibus Apoſtolicæ ſedis legatis. Simulac enim Gennadius thronum illum conſcendit, ad XXXIII.

ſa-

PAGIUS

Obitus Anatolii Epiſc. Conſtantinop.

cte quidem hoc anno conſignavit, ſed res Anatolii tractavit ſubiracundior, quod auctor fuiſſet Canonis XXVIII. de privilegiis Sedis Conſtantinopolitanæ. Verum pleniſſime ejus famam vindicat Andreas Chevillerus Diſſert. in Synodum Chalcedonenſem *de Formulis fidei ſubſcribendis*, cap. 2. num. VIII. & ſeqq. poſt celebratum Latrocinium Epheſinum, quo vir ſanctiſſimus *Flavianus* damnationem reportavit, exſus poſtea, & nefario Eutychianorum ſcelere trucidatus. *Anatolius* ſubſtitutus eſt in Sedem Conſtantinopolitanam. De nova conſecratione ſcripſit Theodoſius Auguſtus ad S. Leonem; qui ſtatim poſtulavit ab Anatolio ſubſcriptionem communi fidei, quia hunc de fide & ſchiſmate ſuſpectum putabat, ut videre eſt in Epiſt. LII. alias XXXIII. ad Theodoſium Aug. Leo ubi accepit Anatolium fidei formulæ ſubſcripſiſſe, ad eum ſcripſit Epiſtolam LX. tam novo quam veteri ordine, datam *Idib. April. Adelphio V. C. Coſ.* anno ſc. CDLI. *Gaudemus in Domino*, inquit, *& in dono gratiæ ipſius gloriamur: quia ſicut dilectionis tuæ literis & fratrum noſtrorum, quos Conſtantinopolim miſeramus relatione cognovimus, ſequacem te Evangelicæ eruditionis oſtendis, ut per Sacerdotis probabilem fidem merito præſumamus, quod tota Eccleſia eidem credita, nec rugam cujuſque erroris ſit habitura, nec maculam, &c. In qua ſocietatem tuæ dilectionis amplectimur, & Geſtorum quæ ſumpſimus ſeriem neceſſariis, ſicut oportuit, munitam ſubſcriptionibus approbamus*, &c. quibus verbis, ſc. *neceſſariis ſubſcriptionibus*, indicare videtur Leo non unicam fuiſſe Anatolii ſubſcriptionem, ſed multiplicem, ſubſcripſiſſe nimirum ſine ulla reluctantia, & Epiſtolæ ad Flavianum & breviori Formulæ & præterea enarraſſe fidei propriam Profeſſionem. Addit his Chevillerus ſequentia.

IX. *In quo peccatum ejus ſitum fuit.* Paululum inſpiciendum eſt, quantum eſſet illud *Anatolii* peccatum, quo tantam meruerat Eccleſiæ ſeveritatem, ut media via nulla relinqueretur, ſed aut ſubſcribendum, aut ab ea neceſſario exolandum. Inprimis illud eſſe videtur, quod fuiſſet *Conſtantinopoli Apocriſiarius Dioſcori*, ut refert Liberatus cap. 12. aut ut habet Nicephorus in Chronico, *Presbyter & Reſponſalis Eccleſiæ Alexandrinæ*. Sed maxime id ei Probro erat, quod poſt Conciliabulum Epheſinum, pulſo & necato ſancto Antiſtite *Flaviano*, conſecratus fuiſſet ab Epiſcopis ejuſdem cum *Dioſcoro* factionis. Ex qua cum hæreticis familiaritate pronum erat, de ejus fide judicare, eam ſc. aliam non eſſe quam quæ eſſet *Dioſcori*, & Ordinatorum: Attamen ſi res æqua lance ponderetur, ex eo cum hæreticis commercio nihil aliud concludi debet niſi ſuſpectum fuiſſe de novitate. Eum vero duntaxat ea de cauſa aſſeveranter pronunciare hæreticum, & Eutychianiſtam fuiſſe, ſeverioris eſt arbitri. Neque in tota Eutychianorum cauſa invenitur aliqua *Anatolii* interlocutio, ſcriptura ulla qua in hæreſim ſuffragatus ſit: in eo duntaxat reus quod hæreticorum amicus eſſet, & amplo beneficio, ab iiſdem donatus.

Hæc ſola ratio fuit, cur Leo Magnus interdum in Epiſtolis ſuis XXXIX. & XLIV. juxta veterem ordinem, aut LIX. & LXIII. juxta novum, perhibeat damnati olim dogmatis reſp... X. *Sanam doctrinam professus eſt.*

divinum aſſertorem fuiſſe. Ipſemet Leo duobus in locis indicat undenam hauſerit, quod de Anatolio alibi dixit, hæreſim docuiſſe. Primus eſt ex Epiſtola ad eundem Anatolium LXXX. & juxta veterem ordinem LIII. *Deceſſore tuo beatæ memoriæ Flaviano propter defenſionem Catholicæ veritatis ejecto, non immerito credebatur, quod Ordinatores tui contra ſanctorum Canonum Conſtituta viderentur ſui ſimilem conſecraſſe: ſed adfuit miſericordia Dei, in hoc te dirigens atque confirmans, ut malis principiis bene uterevis, & non te judicio hominum, ſed Dei provectum benignitate monſtrares.* Alter ex Epiſtola ad Marcianum Aug. LXXXIV. veteri vero ordine LVII. *Anatolii Epiſcopi Ordinationem, ſicut ſcientia Dei teſtis eſt ſuſpectam quod fatendum eſt, mihi fecerant Conſecrationis ejus Auctores; nec diſſimilem ab eligentibus arbitrabar Electum; ſecutumque eſt, ut dum communione Apoſtolicæ Sedis exiſteret alienus diu dandis ad eum Epiſtolis pacis me abſtinerem; ſed cum illi Pietatis veſtræ teſtimonium ſuffragetur*, &c. Inde manifeſtum eſt, a Leone non alia de cauſa dictum fuiſſe *Anatolium* aſſertorem novi dogmatis, niſi quia manuum impoſitionem conſecutus fuerat a Schiſmaticis. Sed hæc probabilis duntaxat conjectura; quam proceſſus temporis diluit omnino, dum *Anatolius* alius inventus non eſt quam Catholicus & Orthodoxus, ut anno CDLI. n. XXXVII. & ſeqq. fuſe oſtendimus. Anatolio ſucceſſit S. *Gennadius* Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Presbyter.

Ad

Digitized by Google

ſananda illata vulnera tum ab hereticis, tum a pravis clericis labefactantibus Eccleſiaſticam diſciplinam, adjecit animum; ſimulque ad impurum illum invaſorem Eccleſiæ Alexandrinæ pellendum, una cum legatis Apoſtolicæ ſedis a Leone Pontifice miſſis, omne ſtudium curamque prudenter adhibuit. Ad hæc autem omnia præſtanda, Concilium in ſequentem annum Conſtantinopoli celebrandum indixit, de quo ſuo loco dicendum.

XXXIV. Anaſtaſ. Epiſc. Hieroſol. creatus.

Hoc eodem anno ſecundo Leonis Imperatoris (ut anno ſuperiori dictum eſt) in locum Juvenalis Hieroſolymorum Epiſcopi ſuffectus eſt Anaſtaſius ex presbytero illius Eccleſiæ vaſorum cuſtode: ordinatus quidem, ſecundum Apoſtolum, præcedentibus prophetiis. Quænam autem hæ fuerint, accipe a Cyrillo in rebus geſtis (a) S. Euthymii Abbatis ab eo conſcriptis, qui ait: *Sequenti autem anno Juvenalis quidem Patriarcha, XIV.* * *anno ejus Patriarchatus, ex hac vita excedit: Anaſtaſius vero communi omnium ſuffragio ad ſedem illius promovetur, de quo Euthymii fuerunt prædictiones, & de eo veræ promiſſiones. Quarum is ſtatim recordatus, Phidum, qui in Lauram cum ipſo acceſſerat, & illas audierat prædictiones, ordinat diaconum, & rurſum ad magnum illum mittit Euthymium una cum cuſtode Crucis, & prophetiæ ſignificans eventum, & rogans, ut ſibi permitteretur ad eum deſcendere. Is autem hæc dat reſponſa: Ego quidem ſemper deſidero veſtram videre perfectionem, & ſic lucrum conſequi ſpirituale: ſed prior quidem veſter adventus erat ab omni turba remotus, & ſeparatus ab omnibus negotiis; nunc autem veſtri magiſtratus magnitudo dat vobis alium locum, & ordinem, Deo ita volente: quamobrem longe meam ſuperat imbecillitatem veſtra ſcilicet præſentia. Rogo ergo te, ne amplius vexeris hoc iter ſuſcipiendo: ſin minus, ego quidem te venientem prompto & alacri animi ſtudio accipiam; & deinde neceſſe erit ut non poſſim alios amplius repellere; nec potero amplius deinceps hic verſari, ut qui ab eorum qui accedunt, hic ſim comprimendus multitudine.* Hæc ad Anaſtaſium Patriarcham S. Euthymius: cujus de eo præcedentes prophetias, quas te cupere ſcio, lector, ex eodem auctore hic deſcribamus.

(a) Extant apud. Sur. die 20. Januarii.

* XXVIII.

XXXV. Prædictiones Euthymii de Epiſcopatu Anaſtaſii.

Euthymium (inquit Cyrillus) *videre valde deſiderabat Anaſtaſius, cujus fidei credita erat cuſtodia ſacrorum vaſorum ſanctæ reſurrectionis eccleſiæ, eratque Coreps eopus, fuitque ſimul diſcipulus & imitator ſancti Paſſarionis. Cum ergo teneretur tanto ejus videndi deſiderio, Phido Joppes Epiſcopo, & Coſmæ, cujus munus erat cuſtodire Crucem, illam pulchram communicat cupiditatem. Cumque eos aſſumpſiſſet, quinetiam quoque Phidum Phidi Epiſcopi nepotem (erat autem is adhuc ætate juvenis & in chorum lectorum cooptatus, qui etiam Cyriaco hæc tradidit & narravit,) cum eis proficiſcitur ad magnum Euthymium. Poſtquam autem fuerunt jam prope Lauram, ab aliis quidem, cum nondum perveniſſet, ignorabatur. Euthymio vero arcano quodam modo aperuit Spiritus. Cum vero ſtatim vocaſſet Lauræ Oeconomum Chryſippum: Sint (inquit) tibi parata quæ ſunt ad recipiendos hoſpites neceſſaria: Ecce enim ſimul cum fratre tuo ad nos venit etiam Patriarcha. Cum autem ipſi jam adveniſſent, diviniore quadam contemplatione magnus correptus Euthymius colloquebatur & diſſerebat cum Anaſtaſio, tamquam cum Patriarcha Hieroſoly-*

PAGIUS

XI. *Anaſtaſius fit Patriarcha Hieroſolymorum.*

Ad num. XXXIV. ad XXXVII. Cyrillus Monachus in Vita S. Eutymii Abbatis Tom. I. Analect. Græcorum publicata, de Jovenalis Patriarchæ Hieroſolymitani morte, & electione Anaſtaſii ejus ſucceſſoris, pag. 70. hæc habet: *Octogeſimo tertio Magni Euthymii ætatis anno Juvenalis Archiepiſcopus cum quadraginta quatuor annos in Patriarchatu impleſſet, e vita migravit, Anaſtaſius vero, de quo ſæpe mentio facta, univerſi populi ſuffragio in Sedem Jacobi evectus eſt initio menſis Julii.* Verum, ut advertit illius Vitæ Editor in Notulis ad Vitam ſancti Cyriaci Anachoretæ, quæ in eodem Tomo legitur, errores duo in laudatum locum irrepſere: loco enim LXXXIII. legendum, LXXXI. cum certum ſit, *Euthymium* natum eſſe *IV. Gratiani Auguſti Conſulatu*, ut docet Cyrillus initio Vitæ S. Euthymii, anno ſc. Chriſti CCCLXXVII. a quo ad currentem anni ætatis Euthymii LXXXI. tantum numerari poſſunt, etiamſi quis contenderet cum Baronio *Juvenalem* anno ſuperiori obiiſſe, quod in Vita S. Sabæ, quæ habetur apud Surium V. Decembris, dicatur Juvenalis eodem anno, quo Marcianus Imperator, mortuus eſſe. Secundo, loco XLIV. legendum, XXXIV. cum *Juvenalis* circa annum Chriſti CCCCXXIV. Epiſcopus Hieroſolymorum dictus ſit, ut ſuo loco dictum, & quamcumque de ejus initio ſententiam tuearis, tam diuturnam Sedem *Juvenali* attribuere non poſſis. Cum porro in Vita S. Euthymii *Anaſtaſius* dicatur *Cuſtos ſacrorum vaſorum Sanctæ Reſurrectionis, & Chorepiſcopus*, liquet, verum eſſe quod ſuo loco diximus, *Joanne* ſc. Eccleſiam Hieroſolymitanam regente, *Praylum*, qui poſtea ei ſucceſſit, *Chorepiſcopum* etiam fuiſſe. Denique in Vita Latina S. Euthymii Cyrillo Monacho attributa, qua Baronius uſus, dicitur *Juvenalis* obiiſſe *XIV. anno ejus Patriarchatus*, ubi vides numerum quartum ubique ſervatum fuiſſe, aliquali argumento, *Juvenalem* anno Sedis XXXIV. ad Deum migraſſe.

XII. *Floret Euthalius Epiſc. Sulcenſis.*

Scripſit hoc anno Euthalius Diaconus, poſtea Sulcenſis Epiſcopus Opus ſuum in Epiſtolas Divi Pauli, quod cum aliis ab eo in Scripturam ſacram editis nuper e Bibliotheca Vaticana eruit & in lucem Romæ emiſit Doctiſſimus Laurentius Alexander Zacagnius ejuſdem Bibliothecæ Præfectus. Ipſe Euthalius in editione Epiſto-

lymorum. Atque qui aderant quidem omnes admirabantur.

XXXVI. Epiſc. Hieroſolymorum humilis veſtitus.

Chryſippus vero quoque ipſe obſtupefactus, & ad aurem ſe inclinans Euthymii: Sed non eſt (inquit apud nos Patriarcha, o venerande Pater: hic autem eſt ſacrorum vaſorum cuſtos Anaſtaſius. Vides quiſnam ſit ejus veſtitus? oſtendens ejus veſtes: ea autem erant ſplendida & ſerica: quas quidem (inquit) non eſt fas Hieroſolymitanum Patriarcham induere. Ad imitationem enim primi ejus Eccleſiæ Epiſcopi qui ſindone tantum ſimplici induebatur, ſancti Jacobi fratris Domini & in ipſius Domini in eo loco crucifixi memoriam, factum eſt, ut Hieroſolymitani Epiſcopi haud circumſpecte veſtiti incederent, ſed viliori habitu quam illius Eccleſiæ clerici, qui ſericis etiam (ut vides utebantur indumentis. Sed pergit Cyrillus: *Cum aliquo autem tempore ſe repreſſiſſet ſenex, & veluti ad ſe rediſſet: Sed mihi crede, fili, inquit: hunc vidi candida veſte indutum, & quali decet indui Patriarcham; & exiſtime me non eſſe deceptum. Sed quod Deus præſcivit, id ad finem quoque deducet. Sunt enim ejus chariſmata minime pœnitenda. Ille ergo hæc quidem dixit, multis audientibus: & conſecutus fuit verum eventus.* Hactenus de his ibi.

Hoc item anno, qui primus Gennadii Conſtantinopolitani Epiſcopi numeratur, facta eſt tranſlatio reliquiarum ſanctæ Anaſtaſiæ martyris, impulſu Marciani Oeconomi, Gennadio id ſuadente Leoni Imperatori, collocatæque ſunt in eccleſia ab eodem Marciano nobiliter erecta Conſtantinopoli ſuper ædiculam Anaſtaſiæ, ita nominatum locum illum, ubi primum hoſpitatus S. Gregorius Nazianzenus proſtratam fidem erexit, unde Anaſtaſiæ nomen accepit; id ipſi Gregorio divino revelante Spiritu, fore aliquando, ut ædicula illa in baſilicam ingentem conſurgeret. Hæc quidem facta eſſe hoc anno, non ſuperiori primo Leonis Imperatoris (ut vult Cedrenus) ideo affirmamus, quod ſententia Theodori (*a*), Nicephori (*b*), & aliorum, eam tranſlationem factam liquet ſub Gennadio Patriarcha. De ipſius autem templi dedicatione agemus anno ſequenti. XXXVII.

(a) Theod. Collect. li. 2. in fin.
(b) Niceph. l. 14. c. 30. & Cedr. in Compend.

Chri-

PAGIUS ſtolarum Divi Pauli, pag. 536. tempus his verbis deſignat, & Zacagnius in præfatione num. LI. exponit; *præciſius deſignavi tempus martyrii Pauli Apoſtoli. Et a Conſulatu quarto quidem Arcadii, tertio vero Honorii* (ab anno nempe CCCXCVI. Eræ noſtræ vulgaris) *uſque ad præſentem hunc Conſulatum primum Leonis Auguſti* (ſc. uſque ad annum ejuſdem Eræ CDLVIII.) *Indictione XII.* (legendum, Indictione XI. ut reliqui characteres demonſtrant) *Epiphi menſis die V.* (apud Romanos vero tertio Kal. Julii) *Diocletiani vero annum CLXXIV. ſunt anni LXIII. ita ut omnes anni a Salvatoris noſtri adventu, uſque ad modo memoratum annum* (ſc. Conſulatum primum Leonis Auguſti, annumque Eræ noſtræ CDLVIII.) *ſint anni CCCCLXII.* quia nempe Euthalius annos Chriſti quadriennio antevertit, Chriſto annos triginta tres vitæ completos tribuit, ejuſque mortem ponit in Conſulatu duorum Geminorum quæ opinio tunc communiſſima erat, anno ſc. Eræ vulgaris viceſimo nono. Ex quo patet hunc Commentarium cur renti anno in Lucem prolatum, hactenuſque Chronologos omnes in tempore quo Euthalius floruit conſignando cæcutiiſſe. Vixit ultra annum quadringenteſimum nonageſimum, cum Opus ſuum in Actus Apoſtolorum Athanaſio juniori cognomento Celete ſeu Herniuſo Alexandrino Epiſcopo hujus nominis II. dicaverit, qui eo anno ſacris infulis decoratus fuit, ut ibidem n. XXIV. monſtrabimus. Licet Euthalium hæreticum fuiſſe ejus Opera non oſtendant, cum tamen Patriarchæ hæretico hunc ultimum ſuum librum dicarit, eum Catholicum extitiſſe certum non eſt, præſertim cum tunc Concilii Chalcedonenſis occaſione Catholici ab Hæreticis in ea diœceſi tantopere abhorrerent. Ex his corrigendus inter alios Guillelmus Cave in Hiſtoria Literaria Scriptorum Eccleſiaſticorum, ubi ait eum Opus ſuum in Epiſtolas D. Pauli ſcripſiſſe anno CCCXCVI. ſexaginta videlicet & amplius ante hunc annis, quem errorem in Supplemento ſeu in ſecunda parte ejuſdem Hiſtoriæ Literariæ non emendavit.

JESU CHRISTI ANNUS 459.	LEONIS PAP. ANNUS 20.	LEONIS 3. MAJORIANI 3. IMPP.

I. Concilium Conſtantinopolitanum.

CHriſti annus quadringenteſimus quinquageſimus nonus novis aperitur Conſulibus Ricimere atque Patricio: cum Conſtantinopoli, præſentibus Apoſtolicæ ſedis legatis, exoptatum diu a Leone Imp. celebratum eſt Concilium, non quidem oecumenicum, ut petebat, ad quod omnes convocarentur Epiſcopi, ſed ex proximis tantum provinciis, Gennadio adnitente Conſtantinopolitanæ ſedis Epiſcopo, fidei Catholicæ & Eccleſiaſticæ diſciplinæ acerrimo vindice atque cuſtode: qui inter alias deformitates cum nactus eſſet Eccleſiam illam ſimoniaca labe detarpatam, ad eam penitus evellendam, aliosque pravos mores extirpandos, Synodum colligi feſtinavit, interfuit huic Synodo numerus ſeptuagintatrium Epiſcoporum, præſenteſque fuere (ut dictum eſt) Apoſtolicæ ſedis legati a S. Leone miſſi (cum anno ſuperiori Imperator eos expetiiſſet) Domitianus atque Geminianus Epiſcopi, quos conſtat Conſtantinopoli uſque ad ſequentem ſaltem annum commoratos eſſe, prout litteræ S. Leonis Papæ ad eundem Gennadium datæ declarant (a).

(a) Leo ep. 200.

Ann. Eccl. Tom. VIII.

Perierunt quidem hujus Synodi Acta, ut nonniſi canon unus adverſus Simoniacos datus reperiri poſſit. Actum vero in ea eſſe de abolenda penitus Eutychiana hæreſi, nulla poteſt eſſe dubitatio: Etenim ipſe Leo Auguſtus ejus rei cauſa expetierat præſentiam S. Leonis Romani Pontificis: quam cum obtinere minime licuiſſet, at ſaltem legatos e Latere ipſe mitteret, exoravit: quibus miſſis, etſi ab eodem S. Leone non valuerit impetrare ut oecumenica Synodus haberetur, egit tamen ut ex finitimis ſaltem provinciis Concilium cogeretur. Ubi autem convenere Patres, ex more, primum omnium actum eſſe de firmando fidei decreto in Chalcedonenſi Concilio edito, quod frequentibus ictibus hæretici concutere atque penitus diſiicere conabantur; recitat aſque ibidem fuiſſe omnes epiſtolas illas cum ab Epiſcopis Orientis, tum etiam a ſanctiſſimis Anachoretis conſcriptas, in primis vero Romani Pontificis litteras eo argumento anno ſuperiori datas: omnes puto conſentient abſque aliqua controverſia: cum (ut dictum eſt) ea potiſſimum ex cauſa hæc fuerit Syno- II. Quæ acta in Synodo.

E e dus

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5951.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. CDXCVII. A. C. 459.

☉ 10. D. ☽ 4. P. 5. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 459.

LEONIS PAPÆ 20.

LEONIS IMP. 3.

MAJORIANI 3.

I. Conſules.

[1] COSS. *Patricius* & *Fl. Ricimer*; Pater Orientalis, & filius *Aſparis* anno CDXXXIV. Conſulis ac frater *Ardaburii* qui anno CDXLVII. Conſulatum in Oriente geſſit. De *Aſpare* & ejus filiis ſuo loco ſermo erit. *Ricimer* in Occidente creatus, ubi anno CDLVII. Magiſter militum fuit, ut eo anno diximus. Is *Fl.* dicitur lib. 4. cap. 7. Romæ Subterraneæ in inſcriptione ibi relata.

A num. I. ad IX. Concilium Conſtantinopolitanum a *Gennadio* Patriarcha Conſtantinopolitano celebratum adverſus *Simoniacos*, cujus extat tantum Epiſtola Synodica & circularis a Baronio recitata, certam epocham non habet; cum in eo nullus reperiatur temporis character ex quo illa deduci poſſit. In fine ejuſdem Epiſtolæ hæc verba leguntur: *Huic Epiſtolæ cum ipſo Gennadio ſubſcripſerunt etiam ſeptuaginta tres*. Sed recte notavit Labbeus, hæc forte verba Balſamonem addidiſſe Epiſtolæ Synodali. Baluzius enim in nova Collect. Concil. pag. 1452. refert ex vetuſto codice MS. Bibliot. Cæſ. cujus meminit Lambecius Tom. VIII. ſubſcriptiones Epiſcoporum, quæ deſunt in laudata Epiſtola Synodica, quæ numero ſunt LXXXI. Cum Gennadio Epiſtolæ ſubſcribunt decem & octo alii Metropolitæ. Cumque nulla ibi *Domitiani* ac *Geminiani* Epiſcoporum, quos S. Leo Legatos in Orientem miſit, mentio ſit, non videtur admittenda conjectura Baronii, qui autumavit, præſentibus Apoſtolicæ Sedis Legatis hoc Concilium habitum. II. Concilium Conſtantinopolitanum.

NOTÆ [1] C*oſſ. Patricius*, & *Fl. Ricimer*. Reineſius Cl. XX. pag. 976.

LOCVS. MACEDONIES
QVAE. VIXIT. ANNOS. P. M.
XXX. DEPOSITA. PRID. IDVS
MAR. FL. RICIMERE. CONSS.

Victor: *Patricio & Ricimero*. Marcellinus....... *& Ricimere*. Faſti Idatii: *Richimero*, *& qui de Oriente*; ſupple, *nunciatus fuerit*. *Patricius* Leontiæ Leonis Auguſti filiæ ſponſus, creatus eſt Cæſar A. D. 468. deinde an. 471. ſubtractus eſt, incertum an occiſus fuerit. Proſper Vaticanus MS. *Recimere*, *& Patricio*. Qui utriſque *Flavii* prænomen indant, nullum vetuſtum exhibent pro *Patricio* teſtem. GEORGIUS

dus convocata. Sed quod ipſa Acta Synodalia, quæ hæc oſtenderent, periere, illud ſaltem unum quod Synodi hujus fragmentum ſupereſt, recitemus, relictum tanquam fortem arietem ad demoliendas ſimoniacas molitiones: ſic enim ſe habet quæ tunc ab eadem Synodo ſcripta eſt epiſtola Circularis (a):

(a) *Apud Theod. poſt Nomoc. & tom. 1. Bibl. ſanct.*

III. Quid adverſum Simoniacos ſtatutum ſit.

Religioſiſſimo & ſanctiſſimo in ſacris comminiſtro N. Gennadius, & quæ in Chriſti amante regia civitate Conſtantinopoli coacta eſt ſancta Synodus.

Cum Dominus & Deus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus ſuis diſcipulis Evangelii prædicationem credidiſſet, eoſque per univerſum terrarum orbem inter homines ad docendum miſiſſet, aperte juſſit, ut quod gratis accepiſſent, eis quoque gratis darent, non aurum vel argentum, aut alias omnino materiales & terrenas facultates pro eis acquirentes: Cæleſtibus enim & ſpiritualibus donis nulla eſt cum terrenis & temporalibus commutandi ratio. Hoc autem præceptum non ſolum illis, ſed etiam nobis per illos dedit quos in illorum gradum & locum ſubſtituere dignatus eſt: oportet, ſicut illi tunc, nos quoque nunc accurate & diligenter ſervare, nec in iis quæ technas ſophiſticas non admittunt, uti ſophiſtica calliditate, nec aleam periculoſam jacere. Gratis (inquit b) accepiſtis, gratis date: Non poſſidentes (c) æs, neque aurum, neque argentum in zonis veſtris. Simplex eſt & aperta hujus mandati ratio, quæ nihil habet varium, nihil quod non ſit facile & explicatum, nihil quod ſophiſtica expoſitione egeat. A me (inquit) accepiſtis dignitatem ſacerdotis: Si mihi pro ipſo parum quid vel magnum ſolviſtis, & hoc a me venditum eſt; vos quoque ipſum aliis vendite: ſi autem gratis accepiſtis, vos quoque gratis date. Quid hoc eſt mandato apertius? Quid autem iis qui parent, utilius? Væ illis re vera qui Dei donum acquirere, vel illud pro pecunia dare, in animum inducunt: In fel enim amaritudinis & vinculum iniquitatis ii (juxta ſancti Petri ſententiam d) a ſua malitia comprehenſi ſunt.

(b) *Matt. 10.*
(c) *Marc. 6.*
(d) *Act. 8.*

IV. Canon Concil. Chalc. adverſus Simoniacos.

Unde & ſanctorum & beatorum patrum ſanctæ & magnæ Synodi œcumenicæ Chalcedone congregatæ huic legi Dominicæ convenit canon, qui ſic a nobis aperte iiſdem verbis editus eſt:

Si quis Epiſcopus pecuniis ordinationem fecerit, vel non venalem gratiam ad venditionem deduxerit, & pecuniis ordinaverit Epiſcopum, vel Coepiſcopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel aliquem eorum qui in clero connumerantur, vel pecuniis provehat Oeconomum, vel Defenſorem, vel Paramonarium, vel omnino aliquem ex clero propter ſuum turpe lucrum: qui hoc aggreſſus eſſe convictus fuerit, de proprio gradu veniat in periculum; & qui ordinatur, nihil ex ordinatione, vel promotione, quæ fit inſtar mercaturæ, juvetur, ſed ſit alienus a dignitate, vel curatione, quam pecuniis aſſecutus eſt. Si quis autem his turpibus ac nefariis lucris ſequeſter, interceſſorve apparuerit; is quoque ſi ſit clericus, a primo gradu excidat; ſi autem laicus, vel monachus, anathematizetur. Quæ ſequuntur, tamquam Theodori verba ſint, diverſo hoc charactere habentur exarata: ſed eorumdem Patrum Conſtantinopoli hoc anno congregatorum epiſtolæ Encyclicæ convenire, neminem puto inficias iturum: quæ ſic ſe habent:

V. Ejuſdem epiſtolæ verba.

Pulcherrima & valde pia ſunt hujus canonis ſanctorum Patrum præcepta, quæ omnem invaſionem ſatanicam, diabolicumque conatum, qui in donum ſpirituale intenditur, repellit & reſcindit. Nullo enim modo vult ordinationis promotionem pecuniis aut fieri, aut ſuſcipi, nec ab eo qui illam exercet, nec ab eo qui ordinationis promotionem accepit: ſed nec ante tempus ordinationis, nec poſt dari pecunias concedit: omnium enim in hac quoque re eſſe ſordes, munerumque corruptionem pronunciat.

VI. Galatæ Simoniaci.

Quoniam tamen, iis ita aperte prohibitis, quidam ſunt in Galatarum Eccleſia deprehenſi propter turpe lucrum & avaritiam hæc ſalutaria & humana præcepta negligere & tranſgredi; eo quoque ipſa nobis renovare viſum eſt cum hac ſancta Synodo, quæ in hac regione, Nova Roma, nunc agit: ut ſine omni penitus inventione, & omni prætextu, callidoque commento impiam hanc & odioſam, quæ neſcio quomodo in ſanctiſſimas Eccleſias ſubiit, conſuetudinem omnino exſtinguamus; ut, cum pura & abſque ulla cauponatione eorum qui ordinantur, renunciatio ab Antiſtitibus facta fuerit, gratia Spiritus ſancti ſuperne veniat. Quibus neſcio ut per pecuniam promotionem facientibus, & manu non pure operante, ad eum qui promovetur accedit, ſecundum vocem Evangelii, & non potius retrahatur gratia ſancti Spiritus.

VII.

Sciat ergo, o vir religioſiſſime & omni ex parte ſanctiſſime, quod quicumque hujus convictus fuerit Epiſcopus, vel Corepiſcopus, vel Viator, vel presbyter, vel diaconus, vel quivis alius ex canone, vel ex laicis, communi Antiſtitum decreto, communique ſententia condemnatus eſt, ſicut de hoc quoque ſanctorum Patrum præcedens canon loquitur. Oportet enim gratiam ſemper eſſe gratiam, & argentum apud eam nequaquam intercedere. Sit ergo & ab omni ſacerdotali dignitate & miniſterio alienus, & anathematis loco ſubjectus, qui & ſe per pecunias acquirere exiſtimat, & qui eam pecunia habere pollicetur, ſive ſit clericus, ſive laicus ſi-

ve

ve hoc facere convincatur, ſive non: quia fieri non poteſt, ut conveniant quæ convenire nequeunt, nec ut Mammona Deo conſentiat; vel ut qui ei ſerviunt, Deo ſerviant. Domini (a) *eſt ſententia, cui contradici non poteſt: Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ.*

(a) Matt. 6.

VIII. *Nos in his pro viribus conſulentes, & eis cedentes**, *cum eo qui hæc dixit, adverſus eos qui in iis peccant, ſententiam protulimus. Tua ſanctitas curam gerat, omni adhibita diligentia, ut hæc per tranſcripta exemplaria innoteſcant & ſanctiſſimis Epiſcopis qui tibi ſubſunt, & προεδρευταῖς, & aliis omnibus: ut in uno ſpiritu & una anima omnes ſimul conſtipati Chriſtiani adverſus communem inimicum, Dei auxilio, poſſimus avaritiæ radicem, quæ ab illo in nobis inſita eſt, cum omnibus eorum malorum germinibus exſcindere. Omnem quæ tecum eſt in Chriſto fraternitatem ſalutamus. Fortis exiſtens in Chriſto, ora pro nobis, ſanctiſſime frater.* Poſt epiſtolam hæc ibidem ſequuntur: *Huic epiſtolæ cum ipſo Gennadio ſubſcripſerunt etiam ſeptuagintatres.* Sed ponuntur ibi Metropolitanorum Antiſtitum tantummodo nomina, videlicet:

* credentes.

Joannes Epiſcopus metropolis Heracleæ.
Anaſtaſius Epiſcopus metropolis Ancyræ.
Eunomius Epiſcopus metropolis Nicomediæ.
Petrus Epiſcopus metropolis Nicææ.

Reliquorum autem nomina deſunt: at tantummodo hæc ſunt quæ ex nobiliſſima Synodo remanſerunt. Cæterum exciſis licet Simoniæ malæ arboris ramis, ex occultis radicibus iterum infelices propagines pullularunt: adeo ut opus fuerit, non poſt multos annos, ut quos Eccleſiaſtica cenſura non terruit, Imperator in officio contineret: ſed de his ſuo loco dicturi ſumus.

IX. Qui autem ſolertiſſimus fuit una cum Catholica fide etiam Eccleſiaſticam diſciplinam ſartam tectam relinquere, ipſe Gennadius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, haud impune ſivit Eccleſiaſticos conculcari canones: in quorum cuſtodiam non Epiſcopos tantum & Imperatorem, ſed ſanctos ipſos cum Deo in cælo degentes coadjutores, & delinquentium ultores adhibuit. Pavendum plane de his extat exemplum a Theodoro (b) Lectore primum, ac ſubinde a Nicephoro (c) recitatum, de clerico eccleſiæ ſancti Eleutherii martyris: quem cum Gennadius ſæpe admonuiſſet, ut pravorum morum uſum relinqueret, & miniſterio cui mancipatus fuerat, & ordini quo inſignitus erat, vitam conſentaneam inſtitueret: cum vero in admonendo & corrigendo eum operam (ut dicitur) & impenſam perderet; martyrem ejus vel emendatorem, vel ultorem interpellavit. Res geſta deſcribitur non ſolum a Theodoro Lectore, atque Nicephoro, ſed & a Cedreno, & aliis, at copioſius a Sophronio, iſtis verbis primo, unde acceperit, fideliter narrante (d):

(b) Theod. Collect. l. 1.
(c) Niceph. l. 15. c. 23.
(d) Prat. Spirit. c. 245.

X. *Acceſſimus ad cœnobium, quod dicitur Salama, nono ab Alexandria milliario diſtans, invenimuſque illic duos presbyteros ſenes, qui dixerunt nobis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſe eſſe presbyteros. Narrabantque nobis de beato Gennadio Conſtantinopolitano Patriarcha, quod fuerit mitiſſimus & mundus corpore, multumque continens. Dicebant & hoc nobis de ipſo: Quod cum moleſtaretur a pluribus de quodam clerico nimis delinquente, Chariſio nomine: accerſivit eum Patriarcha, ipſumque emendare conatus eſt. Cum vero nihil increpando proficeret, permiſit eum cum paterna & Eccleſiaſtica cenſura flagellari. Poſtquam vero didicit in nullo meliorem fieri neque per verba, neque per flagella (vacabat enim homicidiis & magicis præſtigiis) miſſa quodam Apocriſario ſuo, juſſit ut diceret ſancto martyri Eleutherio (erat enim lector in ipſius Oratorio Chariſius) Miles tuus, ſancte Dei Eleutheri, multum peccator eſt: aut emenda illum, aut excide. Venit igitur Apocriſarius in Oratorium; & ſtans ante altare, & intendens ad ſepulcrum martyris, extendenſque manum ſuam, ait martyri, Patriarcha Gennadius ſignificat vobis, ſancte Chriſti martyr Eleutheri, per me peccatorem, quia miles tuus multum peccat: Aut emenda illum, aut præcide eum. In craſtinum vero mortuus inventus eſt ſcelerum opifex Chariſius.* Hactenus ibi.

Quid Gennadius in Chariſium.

XI. Quod rurſum pertinet ad Gennadii ſtudium de reſtituenda Eccleſiaſtica diſciplina, addit poſt hæc Nicephorus (e) numquam eum voluiſſe ordinare aliquem ſacerdotem, qui Pſalterium David non ſemper haberet in ore: ut plane exegerit in clero monaſticam obſervantiam.

(e) Niceph. l. 15. c. 23.

XII. Hoc item anno, ubi primum Epiſcoporum Synodus Conſtantinopoli habita ad finem-

Encænia Anaſtaſiæ.

PAGIUS III. A num. XII. ad XVI. Exiſtimavit Baronius ab iiſdem Epiſcopis, qui Concilio Conſtantinopolitano interfuere, factam eſſe celeberrimam Dedicationem Eccleſiæ Sanctæ *Anaſtaſiæ*, a Sancto Marciano Presbytero, & poſtea Eccleſiæ, Conſtantinopolitanæ Oeconomo conſtructæ. Illam narrat Metaphraſte in Vita Sancti Marciani cap. 5. apud Bollandum, ad diem X. Januarii, quo colitur, ubi ea dicitur facta a *Gennadio* Patriarcha Conſtantinopolitano, qui anno tantum ſuperiori ad eam dignitatem evectus eſt. Verum res non caret difficultate; Socrates enim, qui ante annum CDL. Hiſtoriam ſuam abſolvit, lib. 5. cap. 7. de exiguo Oratorio a Gregorio Nazian

Conſtantinopoli Eccleſia S. Anaſtaſiæ dedicatur.

finem perducta eſt, ab eiſdem Epiſcopis celeberrima facta eſt dedicatio nobilis eccleſiæ a Marciano erectæ, nomine Anaſtaſiæ, egregli Magni illius Gregorii Nazianzeni monumenti. Moris namque fuit celebrare Encænia tempore Synodorum, cum videlicet plurimi Epiſcopi conveniſſent in unum, prout innumera ſuperius diverſis locis exempla recitata declarant. Quæ vero acciderint, in ejuſmodi dedicatione baſilicæ, ipſius Marciani Acta demonſtrant, quæ ſic ſe habent, (a) poſt enarratam ejuſdem templi amplitudinem, & ſacrorum vaſorum eidem collatorum præſtantiam:

(a) Extant apud Sur. to. 1. die 10. Januarii.

XIII. *Omnibus autem convenientibus, novi quidem templi (ut par eſt) Encænia celebrantur, & dies quoque, qua ipſa martyr certamen conſummavit, ipſa, inquam, Decembre. Vocabant autem ad Encænia & fideles Imperatores, & ſacrum Senatum, & omnem (ut ſemel dicam) civitatem. Oportebat autem, quod latebat, Marcianum eo die videri, qualis eſſet moribus, qualis virtute, & quantum ſe ultra mandata extendebat. Nam cum tota concurreret civitas, & egentes una cum ea quodam pacto attraherentur; pauper quidam accedeat ad hunc virum egregium (ii enim exquiraut & diſtuut benignas & clementes animas, non ſecus atque hi qui laborant, medicos) accedens ergo, reſpexit ad ejus dexteram, & petiit ut acciperet aliquod medicamentum famis. Ille autem (tunc enim nihil geſtabat in ſinu, ſed re vera habebat intra animæ ſinum benignitatem multam & clementiam) cum remotus fuiſſet ab omnibus, & locum aſpexiſſet valde latentem, nullo autem alio niſi unica tegeretur tunica, quod quidem fuit ei tota vita familiare, ut duabus non uteretur tunicis, cum ſic ſe haberet vir divinus, etſi facile erat, excuſando egeſtatem, repellere ſupplicationem; nam quod nihil portabat, teſtes habebat omnia intuentes oculos: Ille perinde ac ſi non daret, fieri non poſſet ut non Deo afferret moleſtiam, cum ſe ea ipſa, quæ ſola indutus erat, veſte exuiſſet, dat egenti prompto & alacri animo: & de cætero habebat ſolam veſtem ſacerdotalem & penulam, qua corpus contegebat; quam etiam undequaque contrahens, cupiebat, quantum fieri poterat, latere, & id quod factum fuerat, omnium celare oculos.*

Marciani Oeconomi charitas.

Poſtquam autem fuerunt intra ædem ſacram (ei autem divinum celebrare ſacrificium juſſit primus ſacerdotum) ille quidem penulam ſimiliter contrahebat & complecabat, cupiens (ut diximus) etiam latere. Qui autem aderant, & una cum eis Pontifex, cum oculos in eum defixiſſent, vident quoddam novum & arcanum miraculum, & propemodum iis ſolum credibile qui aſpexerunt. Vident eum intus indutum eximia quadam veſte regia, & auro nitenti intertexta; quæ tunc etiam magis apparebat in manibus, quando eos, qui accedebant, Divino corpore impertiebat. Hæc videntes alii quidem apud ſe mirabantur, alii autem aliis quoque enunciabant, nonnulli quidem ut admirantes, nonnulli vero (ut eſt veriſimile) etiam invidentes. Qui etiam apud ipſum Pontificem Gennadium accedentes, tanquam exiſtimantes eum neſcire, quæ eum ſcire maxi- XIV. De Marciano miraculum.

PAGIUS

zianzeno conſtructo, in quo Orthodoxi conventus ſuos agebant, loquens, ait: *Cui poſtea Imperatores cum maximam Baſilicam adjunxiſſent, Anaſtaſia ei nomen indiderunt*: Sozomenus vero qui eodem circiter tempore, quo Socrates Hiſtoriam ſuam abſolvit, lib. 7. cap. 5. de eodem Oratorio verba faciens, inquit: *Sequenti tempore præ cæteris Regiæ Urbis Eccleſiis illuſtris hæc fuit, & nunc quoque eſt, non ſolum ob ſtructuræ elegantiam atque amplitudinem; verum etiam ob aſſiduas, quæ ex Divini Numinis præſentia illic percipiuntur utilitates*. Quare *Sanctæ Anaſtaſiæ* templum, antequam Socrates & Sozomenus Hiſtorias ſuas in lucem darent, non ſolum conſtructum; ſed etiam dedicatum erat; per iſta enim tempora Eccleſiarum dedicationes, iis ædificatis, differri, interimque in iis Sacra Myſteria peragi, mos non ferebat. Examinarunt hanc difficultatem Bollandus loco citato. Hermantius in Vita S. Gregorii Nazianzeni, & Papebrocius tam in Notis ad vitam S. Gregorii Nazianzeni ad diem IX. Maii, quam in Vita S. Iſidori in inſula Chio, ad diem XV. menſis Maii. Ipſemet in Differt. Hypatica part. 2. cap. 14. num. X. & in Prolegomenis ejuſdem Differt. num. XXXVI. in ea diſcutienda plurimam operam poſui. Sed neque ea quæ illi neque quæ ipſemet in medium tunc attuli, eam ſolvunt; cum ipſe ea Encænia in annum CDLVIII. illi vero tardius facta ponant.

IV. Cum itaque Socrati & Sozomeno hac in re fides denegari non poſſit, & Vita S. Marciani ſive a Metaphraſte, quod Allatius in Diatriba *de Simeonum ſcriptis pag. 76.* non exiſtimat ſive ab aliquo Auctore antiquiori, a quo eam accepit, ſcripta, nihil complectatur, quod eam ſuſpectam reddere debeat, nunc mihi pene certa ſtat ſententia, *Gennadii* nomen in eam Vitam ab aliquo ſciolo intruſam fuiſſe, aut e margine in textum, quod non raro fit, irrepſiſſe eamque dedicationem Theodoſio Jun. imperante, anno aliquo ejus Decennalibus, aut id genus Feſtis deſtinato, peractam. Metaphraſte enim in illa cap. 3. narrans, quoddam miraculum in illis Encæniis patratum, mentionem facit Pontificis, ejus nomine non memorato, & paulo poſt ait: *Ad ipſum Pontificem Gennadium accedentes*, ac dein nominat tantum Pontificem vel Patriarcham tacito ejus nomine. Quare Patriarchæ illius nomen Metaphraſtem latuit, illudque ſecunda manu additum. *Gennadii* nomine rejecto, Socrates, qui Conſtantinopoli, ubi ea dedicatio facta, Hiſtoriam ſuam ſcripſit, Sozomenus, & Metaphraſte inter ſe egregie conveniunt; alio-

Non a Gennadio, ſed a Maximiano vel Proclo.

quin

Digitized by Google

ximæ volebant, ei renunciabant: deinde etiam ei conabantur detrahere, & movebant calumnias adverſus bonam illam animam. Et ille ſe ipſum quoque dicebat vidiſſe, modum autem ignorare, & ſe de eo re vera dubitare.

XV. *Poſtquam autem a Marciano fuit impoſitus finis ſacrificio, eum accerſit Patriarcha, & eum, ſecundum convenient, de veſte reprehendit, dicens, eam magis Imperatoribus convenire, quam ſacerdotibus. Ille autem magis animi dubius, quam is qui dubitabat, procidit ad pedes illius, & in eos multas effundens lacrymas, negabat omnino id quod dictum fuerat, &*

Detegitur miraculum. *dicebat deceptos fuiſſe ejus oculos: Tale quid enim vel ſolum cogitaſſe, aperta eſt inſania. Ad hæc Patriarcha (ſtultum enim exiſtimabat, & a ratione aperte alienum propriis non credere oculis) manu propria ſtatim tangens, relaxat ipſe penulam cum veſte ſacerdotali; & de cætero miraculum videbatur & dicebatur: Nam illa quidem aurea quæ ante videbatur tunica, nuſquam erat: nudus autem ſanctus videbatur, ſicut erat, exceptis his indumentis ſacerdotalibus: nudus, inquam, qui vere aureis virtutis tunicis, quæ ſub aſpectum non cadunt, tegebatur. Hoc Pontificem quidem adducit in admirationem; in admirationem etiam adducit Imperatores, cum jam fama ad eos perveniſſet,* Leonem nimirum & Irenem Auguſtum; *clarum autem erigit trophæum ſimul & adver-*

* Arii. *ſus malignam & ſceleratam Eutychetis * inſaniam, quæ (proh dolor!) uſque ad id tempus defendebatur ab aliquibus.* Hæc ex Actis Marciani Oeconomi viri ſanctiſſimi: reliqua autem de ipſo ſuo loco dicemus opportunius. Tali namque meruerunt nobilitari miraculo Encænia illius Anaſtaſiæ, Gregorii olim Nazianzeni ſedis, ab ipſo plurimis laudibus celebratæ.

Aucta eſt etiam eodem Gennadii Epiſcopi tempore Conſtantinopolitana Eccleſia nobiliſſimo cœnobio monachorum Acœmetarum, hoc eſt, Inſomnium; in quo plurima multitudo habitans monachorum juges die noctuque pervigiles Deo laudes offerret, tripartito tempore, & monachis ſibi invicem ſuccedentibus. Vocati ſunt iidem, Studitæ, a Studio viro clariſſimo, qui ejuſmodi monaſterium erexit: de quo iſta Nicephorus (*a*): *Ejuſdem Gennadii Epiſcopatus tempore, Studius vir præclarus Roma Conſtantinopolim pervenit, & ſancto Præcurſori templum erexit, in quod monachos ex domicilio eorum, qui ἀκοίμητοι, hoc eſt, Inſomnes dicuntur, induxit. Horum domicilium Marcellus diviniſſimus conſtruxerat, in quo perpetuis carminibus nunquam non hymni Deo canebantur; ſodalitate monachorum eam ob rem in tres cœtus diviſa. In ea quoque mandra Joannes Calybites monachum egit.* Hæc Nicephorus. XVI. Monaſterium Studitarum erectum. (*a*) Niceph. l.15. c.23.

Quod vero ad ſtudium monaſterii conditorem pertinet: non ſolum ſuo ipſius clarus fuit munere Conſulatus, ſed majorum ſuorum quoque magiſtratibus inſignis. Temporibus namque Majoris Theodoſii claruit Studius Præfectus Prætorio, ad quem exstat luculenta S. Ambroſii epiſtola (*b*) ad ejus conſultationem reſpondentis, qua ipſius ſumma religio inno- XVII. (*b*) Ambroſ. ep.58.

te-

PAGIUS quin Socrates & Sozomenus a Metaphraſte diſſentiunt, nec inter ſe conciliari poſſunt.

V. *Quod ex Theodoro, Sozomeno & Metaphraſte inter ſe ſolidatis eruitur.* Confirmant hanc noſtram conjecturam tam Theodorus lector lib. 1. quam Metaphraſte laudatus. Ille enim ſcribit: *Mortuo Anatolio, Gennadius Presbyter Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ in ejus locum ſubſtituitur: ſimul nominato quorundam ſuffragiis Acacio, Orphanotrophii Propoſito. Porro Gennadius Oeconomum Eccleſiæ conſtituit Marcianum*; quare Gennadius Epiſcopatus ſui initio *Acacium* Curatorem declaravit Orphanotrophii, qui locus erat, in quo pueri parentibus orbati paſcebantur, & *Marcianum* Magnæ Eccleſiæ Oeconomum. Hunc autem Eccleſiam Sanctæ Anaſtaſiæ ante ſuum Oeconomatum, & conſtruxiſſe, & dedicari curaſſe, tradit Metaphraſte cap. 1. ubi inquit: *Refertur etiam in numerum Sacerdotum. Deinde etiam fit Oeconomus Magnæ Eccleſiæ communi ſuffragio, non vim afferens, ſed invitus, ut non tam honoratus, quam eos honorans, qui eum prætulerant. Sed hæc quidem poſtea. Modo autem cum ei admodum juveni creditum eſſet Sacerdotium*, &c. Tum cap. 2. ſcribit, Marcianum templum magnificum Sanctæ Anaſtaſiæ extruxiſſe, & cap. 3. illud dedicatum fuiſſe, ac denique cap. 5. aſſerit Marcianum templum Sanctæ *Irenes*, aliaque ædificaſſe, poſtquam *ei etiam fuiſſet tradita Magnæ Eccleſiæ diſpenſatio*, Quamobrem Eccleſia Sanctæ Anaſtaſiæ ante Epiſcopatum Gennadii & Marciani Oeconomatum condita, & dedicata, ut eruitur ex Metaphraſte, & manifeſte inſinuant Socrates & Sozomenus, qui docent in eadem, ſua ætate, plura facta eſſe miracula. Non dubium itaque quin nomen *Gennadii* in Acta Sancti Marciani intruſum fuerit, quemadmodum *Aſterii* nomen in Acta ſancti Aretæ Martyris & ſociorum, ubi antea patriarchæ Alexandrini nomen tantum legebatur, ut anno DXXIII. oſtendemus. De Eccleſia Sanctæ *Anaſtaſiæ* legendus Ducangius lib. 4. Conſtantinopolis Chriſt. cap. 7. num. III. qui cap. 9. num. XIX. agit de *Orphanotropheo*, cujus mentionem facit Lex Cod. Juſtin. 35. *de Epiſcopis & Clericis*, docetque *Zoticum*, qui ibidem dicitur *beatiſſimæ memoriæ*, primum *hujuſmodi pietatis officium* inveniſſe, huicque *Niconem* in cura Orphanotrophii ſucceſſiſſe. Quare cum laudata Lex data ſit an. CDLXIX. Zenone ſc. & Marciano Coſſ. apparet, *Acacium*, qui Gennadio in Epiſcopatum Conſtantinopol. ſucceſſit fuiſſe unum ex primis Orphanotrophis. *Zoticus* colitur in Mæneis ad diem ult. Decemb.

A num. XVI. ad XIX. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLV. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti CDLXII. exorditur, ſcribit: *Hoc anno Præcurſoris templum Studius extruxit, & traductos ex Inſomnium manſione Monachos in eo poſuit.* Idem habet Cedrenus ad VI. *Florent Monachi Acœmitæ.*

an-

Digitized by Google

teſcit. Porro hunc de quo eſt ſermo, ante quinquennium eum Aetio Conſulatum geſſiſſe, Faſti produat Conſulares: ea enim aobiliſſima omnium digaitate inſigaire voluit Studium novum Conſtantinopolis colonum Marcianus Imp. anno Domini quadeingenteſimo quinquageſimoquarto. In Oriente quidem ipſum creatum fuiſſe Conſulem, ex eo liquet, quod Actium collegam conſtet eſſe ereatum in Occidente. Divino plane eonſilio accidit, ut religioſiſſimus Senator cum bonia ſuis Roma migrarit Conſtantinopolim, ita præreptus a ventura per Vvandalos infereada Urbis captivitate. Hunc quidem qui Conſulatum geſſit, eumdem eſſe cum Studio qui condidit monaſterium, Suidas affirmat, cum de alio ab eo erecto ædificio hæc ait (a): *Idem Studius Princeps ædem Archiſtrategi Nacoliæ condidit, in qua extant verſus heroici.*

(a) *Suid. in hiſtor.*

Studius illuſtrem ædem condidit, celeriterque ſuorum
Laborum præmium reperit, Conſulares faſces adeptus.

Ante quidem excidium Uebis per Gothos illatum Studiorum familiam tranſlatam Conſtantinopolim, inde potes intelligere, quod reperitur (b) Studius Præfectus urbis Conſtantinopolis ſub Conſulatu Honorii ſexto & Ariſteneti, anno Domini quadringeateſimo quatto. At de Studio hactenus: de Studitis vero monachis ſuo loco pluribus dicendum. Ad ſextum autem Imperatoris annum illud abſolutum eſſe cœnobium, Cedrenus habet.

(b) *l. 15. C. de Epiſc. & Cleric.*

XVIII. Alexander auctor Acœmetarum.

Cæterum quod ſpectat ad Acæmetarum monachorum inſtitutum, non fuit ejus Marcellus auctor, ſed propagator: verum Alexander Abbas, ejuſdemque Marcelli inſtitutor religioſum illum cultum invenit, prout ejuſdem Marcelli Acta (c) teſtantur. Succeſſit vero Alexandro in præfectura monaſterii Joannes Marcelli collega, cum ne crearetur Abbas, Marcellus ipſe inde receſſiſſet, ſed poſt Joannem præeſſe cœnobio compulſus. Porro ſub ipſo Marcello plura ædificante monaſteria, laudabile inſtitutum illud ſemper Deum laudantium longe lateque diffuſum eſſe, ejus Vitæ Acta teſtantur.

(c) *Extant apud Sur. die 29. Decembr.*

Martyrius Epiſc. Antioch.

Hoc eodem anno Acacius Epiſcopus Antiochenus, cum ſediſſet annum dumtaxat, ex hac vita deceſſit: in cujus locum ſubrogatus eſt Martyrius, de cujus ſedis annis in ejus obitu dicturi ſumus.

XIX. Quod autem ad hujus anni res geſtas in Occidente pertinet, obrutæ pene noſcuntur eſſe ſilentio, niſi tantum quod ſub anni hujus Conſulibus data habetur S. Leonis decretalis epiſtola (d) ad Epiſcopos Campaniæ, Samnii, atque Picœni de ſervanda antiqua traditione Eccleſiæ, ut nonniſi Paſchæ & Pentecoſtes tempore, citra neceſſitatem, ſanctum baptiſma miniſtraretur, præmiſſis catechiſmis & exorciſmis, jejuniis atque aliis, quæ ſacrum baptiſma præcedere ſolerent. Sed & illi etiam occurrere ſtuduit corruptelæ, cum prætextu magis fructuoſæ pœnitentiæ, confeſſionem peccatorum quæ ſolita erat eſſe ſecreta, quidam in publicam convertebant: quem pravum uſum ſanctus Leo removit, jubens omnino fieri eam ex more ſecretam. Eſt autem hujuſmodi ipſius de confeſſione publica tollenda decretum;

(d) *Leo ep. 80.*

XX. Secretam & non publicam confeſſionem eſſe debere.

Illam etiam contra Apoſtolicam regulam præſumptionem, quam nuper agnovi a quibuſdam illicita uſurpatione committi, modis omnibus conſtituimus ſubmoveri (de pœnitentia videlicet, quæ ita a Fidelibus poſtulatur) ne de ſingulorum peccatorum genere libellis ſcripta profeſſio publice recitetur, cum reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis ſacerdotibus indicare confeſſione ſecreta. Quamvis enim plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubeſcere non veretur; tamen quia non omnium hujuſmodi ſunt peccata, ut ea, qui pœnitentiam poſcunt, non timeant publicare; removeatur tam improbabilis conſuetudo, ne multi a pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubeſcunt, aut metuunt inimicis ſuis ſua facta reſerare, quibus poſſunt legum con-

PAGIUS annum VI. Leonis Imp. Quare citius quam par erat, hujus Monaſterii conditum recitavit Baronius. De eo plura congerit Ducangius lib. 4. Conſt. Chriſt. cap. 4. num. XV. traditque Studianum monaſterium nunc extare, ſed tranſlatum eſſe in delubrum Mahumetanum. *Acœmeti* autem ii appellati, non quod inſomnes & conniventes oculis, perpetuis ſe vigiliis exercerent, ut quidam ſcripſere, ſed quod divina in eorum Eccleſiis hymnologia non intercideret, nullaque hora vacaret a laudibus Divinis; quam perpetuam pſalmodiam in quædam Galliarum Cœnobia poſtmodum introductam, ſuis locis dicemus. Hujus Ordinis olim in Eccleſia Orientali celeberrimi Fundator extitit Sanctus *Alexander*, cujus Vitam ab Auctore Monacho Acœmeto ejus diſcipulo ſcriptam edidit Bollandus ad diem XV. Januarii. Ex ea diſcimus, *Alexandrum* annos quinquaginta in Religioſæ vitæ exercitatione poſuiſſe, & antea annis aliquot militiam ſecutum eſſe. Poſtquam vero in eremum Syriæ ſeceſſit, *Rabulam*, qui poſtea Epiſcopus Edeſſenus fuit, ad fidem Chriſtianam convertit, aliosque multos. Primum ſui Ordinis Cœnobium ad Euphratem, ubi diſcipulos congregaverat, erexit, eique per annos viginti præfuit. Ad cujus normam alia ab ejus diſcipulis ipſo vivente condita. Demum Conſtantinopolim venit, ubi Monaſterium ædificavit, ibique obiit circa annum CDXXX. Hoc colligit Bollandus ex ejus Vita cap. 6. ubi dicitur, *Alexandrum* Antiochiam veniſſe, cum *Theodotus* illius Urbis Epiſcopatum ge-

conſtitutione percelli. Sufficit enim illa confeſſio, quæ primum Deo offertur, tum etiam ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt provocari, ſi populi auribus, non publicetur conſcientia confitentis. Hæc ipſe: qui dum ait, contra Apoſtolicam regulam iſta præſumi, plane inſinuat ex Apoſtolica traditione probatam haberi in Eccleſia ſecretam peccatorum confeſſionem. At de his ſuperius actum eſt pluribus. Jam tranſeamus ad anni ſequentis res geſtas.

Se-

PAGIUS gereret, & paulo poſt Conſtantinopolim veniſſe, ubi & mortuus eſt. *Theodoſius* autem vixit uſque ad annum CDXXIX. Poſt Alexandri deceſſum Monaſterium in Bithyniam tranſlatum eſt a ſancto *Joanne Calybita* ejus ſucceſſore, ut legitur, in Vita Sancti Marcelli Abbatis, qui ab eo ſacrum habitum ſuſcepit, & tertius Acœmetorum Monaſterio præfuit. Sub Sancto Marcello ea colendi Dei ratio late ſparſa eſt, quando *Studius* qui anno CDXLIV. Conſulatum geſſit, *Roma Conſtantinopolim venit, & Divo Præcurſori templum erexit*, inquit Nicephorus lib. 15. cap. 23. A Studio orti *Studitæ*, qui adverſus Imperatores Iconoclaſtas glorioſe decertarunt: De *Acœmetis* videndus etiam Ducangius in Gloſſario mediæ & infimæ Latinitatis.

Idacius in Chronico anno Abrahami 2475. qui Kalend. Octobris ſuperioris Chriſti anni inchoatur, ſcribit *Suevos* inter ſe diviſos fuiſſe, aliosque *Frantanem*, alios vero *Maldram* Regem appellaſſe, ſed Frantane mortuo, Suevos cum *Maldra* pacem iniiſſe; poſt biennium *Maldra* interfecto inter *Frumarium*, & *Remiſmundum* ortam fuiſſe de regni poteſtate diſſentionem; ſed anno Abrahami 2481. *Frumario* demortuo *Remiſmundum* omnibus Suevis præpoſitum fuiſſe, qui licet pacem cum Viſigothis ſanxiſſet *Conimbriam* tamen diripuit & *Uliſipponam* occupavit. Ita Hiſpania modo a Viſigothis, modo a Suevis, per hæc tempora miſere devaſtata & Suevorum regnum ad magnas anguſtias redactum. VII. *Series Regum Suevorum*.

Digitized by Google

I. SExageſimus ſupra quadringenteſimum volvitur annus Domini, notatus Magni & Apollonii Conſulatu. Eſt mentio Magni Conſulis apud Gennadium, ubi agit de Fauſto, atque ait (a): *Scripſit poſtea ad Felicem Præfectum Prætorii & Patriciæ dignitatis virum, filium Magni Conſulis jam religioſum, epiſtolam ad timorem Domini hortatoriam.* Hæc ipſe: at de Felice inferius.

(a) Gennad. de Scrip. Eccl. c. 85.

II. Leo Imp. expellit Timotheum Alexandr.

Hujus anni exordio Leo Auguſtus impulſus Synodicis decretis Concilii ad finem anni ſuperioris Conſtantinopoli (ut vidimus) celebrati, jam peractis Encæniis, juſſit invaſorem Alexandrinæ Eccleſiæ Timotheum inde ejici, dato ad hoc certo reſcripto ad Ducem Auguſtalem, qui curaret exacte negotium. Sed quæ de his habet Liberatus Diaconus, hic reddamus, ait enim (b): *Scripſit Imp. Leo Duci Alexandriæ Stylæ, ut pelleret quidem ab Epiſcopatu omnibus modis Timotheum, inthronizaret autem alium decreto populi, qui Synodum vindicaret. Juſſione ſuſcepta, Dux Styla fecit quæ fuerant imperata. In exilio relegatur Timotheus Ælurus Cherſonæ arcta cuſtodia, & cum eo Petrus hæreticus; & pro Proterio Timotheus cognomento Solofaciolus, ſive Albus, Epiſcopus conſtituitur.* Hæc Liberatus. Quæ quidem primum omnium (quod ad tempus ſpectat) hoc anno & non ante facta eſſe (ut habet Cedrenus (c) anno ſuperiori) ut affirmemus, monent litteræ ſancti Leonis Romani Pontificis ad Leonem Imperatorem hoc anno datæ decimoquinto Kalendas Julias, quibus ut de recenti facto gratias agit de expulſo invaſore Timotheo, cum necdum creatus ejus ſucceſſor eſſet Solofaciolus: ut plane appareat hoc eodem anno ejectum fuiſſe Timotheum, & non ante.

(b) Liberat. Brevi c. 15.

(c) Cedr. in Comp. anno tertio Leonis.

III. De Timotheo invaſore ſedis Alex. ſimulate agente.

Sed in eo corrigendus eſt Liberatus, dum ait, eum ſtatim relegatum eſſe Cherſonam, vel quod ſcribit Cedrenus, miſſum in Paphlagoniam primum, deinde vero relegatum in Cherſoneſum, vel (ut alii habent) in Oaſim. Nam conſtat ejuſdem ſancti Leonis Romani Pontificis litteris dicta die hoc anno ad Gennadium datis, eumdem Timotheum permiſſum fuiſſe venire Conſtantinopolim ſub ſpecie quadam abdicandæ hæreſis, & recipiendi Chalcedonenſis Concilii: iſta enim ſpecioſa larva ſeſe impius per ſuos, quos penes Imperatorem, Conſtantinopoli habebat, intrudere in eam urbem conatus eſt, re vera tamen, ut edita profeſſione Catholica, reſtitueretur in Alexandrinam Eccleſiam. De his autem cum tam Gennadius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, quam etiam ibi adhuc agentes Apoſtolicæ ſedis legati Domitianus & Geminianus Epiſcopi reddidiſſent certiorem ſanctum Leonem, ipſe mox ad eumdem Gennadium iſta reſcripſit (d):

(d) Leo ep. 100.

IV. S. Leo admonet de Timotheo Gennadium.

Dilectionis tuæ litteris & fratrum Coepiſcoporumque noſtrorum Domitiani & Geminiani ſermone agnovi, Timotheum, poſtquam Eccleſia Alexandrina civitatis expulſus eſt Conſtantinopolim (nonnullis hoc fidei adverſariis agentibus) venire permiſſum: ut (quantum datur intelligi) quia univerſorum Domini ſacerdotum ſententiis coarctatur, invitus ſaltem ad Catholicum ſe dogma convertat; ut (tanquam propter hanc tantummodo culpa videatur ejectus) hæretica perverſitatis errore damnato, doctrina Apoſtolica, ut ad Alexandrinam redeat Eccleſiam, acquieſcat: cum illi

---

PAGIUS

SÆC. V. Anno Æræ Hiſpan. CDXCVIII. A. C. 460.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5953.

☉ 20. CB. ☽ 5. P. 27. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 460.

LEONIS PAPÆ 21.

LEONIS IMP. 4.

MAJORIANI IMP. 4.

I. Conſules. [e] COSS. *Magnus & Apollonius.* Primus Occidentalis fuit, indeque Epiſtolæ *S. Leonis* Papæ hoc anno datæ *Magnum* ſemper primo loco exhibent. Eum fuiſſe domo Narbonenſem liquet ex Carmine XXIII. Sidonii Apollinaris, ubi ejus ſæpe mentionem facit. In Propemptico prodit, *Probum & Felicem*, de quibus infra, ejus filios extitiſſe. *Apollonius* in Oriente creatus; memoratur enim in Allocutione Marciani Imp. ad Synodum Chalcedonenſem. Apud Baluzium in Nova Concil. Collect. pag. 1388. dicitur *Expræfectus Urbis*, ſed rectius in aliis editionibus dicitur tantum *Expræfectus*; cum ex variis Novellis eidem inſcriptis, illum Præfectum Prætorio Orientis fuiſſe conſtet.

II. *Timotheus Ælurus Epiſcopatu Alex. dejectus.*

A num. II. ad IX. Victor Tununenſis ſub hujus anni Coſſ. ait: *Timotheus Epiſcopus interfector Proterii Epiſcopi, Leonis Principis præcepto vi a Sede Alexandrina raptus Eccleſia Cherſonam exilio relegatur: & poſt menſes quinque eidem Alexandrinæ Eccleſiæ, alius pro eo Timotheus Solophaciolus Synodi Chalcedonenſis defenſor, Epiſcopus*

NOTÆ [e] COſſ. *Magnus, & Apollonius.* Faſti Idatii, & Victor: *Magno & Apollonio.* Marcellinus: *Apollonio & Magno.* Proſper Vaticanus MS. *Magno & Apollonio.* GEORGIUS

illi, etiam ſi Catholicus probaretur, hoc vehementer obſiſtat, quod vivente Epiſcopo, tantæ ſedis invaſor, & auctor apparuit inauditæ crudelitatis admiſſæ.

V. De pellendo Timotheo, & creando novo Epiſ. Alex. Leo agit.

Et ideo dilectio tua ſolicitudine, qua claret, enitì, & elaborare debebit, ne cum tam nefario homine ſermo aliquis privatim vel publice miſceatur; neve ſub ſpecie correctionis ejus, quorumdam conventui præbeatur occaſio; neve redeundi integram capiat libertatem, de quo jam edictis ſuis Princeps Chriſtianiſſimus judicavit. Omni igitur labore & circumſpectione pervigili unitati Eccleſiaſticæ profuturus, enitere, frater cariſſime, ut ſpes ſuffragatoribus ipſius adimatur, & Alexandrinis ex clero ſuo Catholicus Epiſcopus ſecundum morem veterem per Orthodoxos Epiſcopos conſecretur. Quia parricida ille non aliter a ſuis defenſoribus deſeretur, niſi Alexandrina Eccleſia, quæ Patrum honori & ſuæ reſtituenda eſt libertati, rectorem ſanandis omnibus, quæ male geſta ſunt probatiſſimum fuerit conſecuta. Datum decimoquinto Kalendas Julias, Magno & Apollonio Conſulibus, per Philoxenum Agentem in rebus. Hæc ſanctus Leo: ex quibus in primis erroris redarguas, qui dixerunt Timotheum relegatum fuiſſe, arctaque cuſtodia, ne effugeret, cuſtoditum. Eadem quoque die, de ſubrogando in locum Timothei alium Epiſcopum, ita ſcripſit ad Leonem Imperatorem (a):

(a) Leo ep. 99.

VI. Leo Papa ad Leonem Imp.

Si glorioſum pietatis veſtræ in fidei defenſione propoſitum tanta proſequi laude cupiamus, quanta rerum ipſarum magnitudo depoſcit; inveniremur impares in actione gratiarum, ſi noſtri tantum oris anguſtiis univerſalis Eccleſiæ gaudia celebremus. Sed dignus illius remuneratio veſtris actibus meritiſque ſervabitur, in cujus cauſa & ſpeciali excellitis animo, & optato triumphatis eventu gloriæ. Sciat igitur clementia veſtra omnes Eccleſias Dei cum laude exultare pariter & lætari, quod ab Alexandrina Eccleſia jugo improbus parricida depulſus eſt; & populus Dei, cui prædo nefarius incubabat, in antiquam fidei libertatem redactus, poteſt jam in ſalutis viam fidelium ſacerdotum prædicatione revocari, cum videat omne ſeminarium venenorum cum ipſo auctore projectum. Nunc ergo quia hoc conſtanti propoſito & magna mente peregiſtis: conſummato operi fidei illud adjungite, ut de Catholico illius civitatis Præſule, quod Deo placeat, decernatis, qui nulla damnatæ toties impietatis ſit infectus aſpergine: ne fortaſſe tectum vulnus ſub ſpecie obductæ cicatricis increſcat; & plebs Chriſtiana, quæ, vobis agentibus, aperte ab hæreticorum perverſitate liberata eſt, lethalibus iterum obnoxia ſit venenis.

VII. Excludendus Timotheus a ſpe recuperandæ ſedis.

Vides autem, venerabilis Imperator, & evidenter agnoſcis, quod in perſona de cujus abſciſſione agitur, non ſola eſt fidei integritas intuenda, quæ etiam ſi ullis correctionibus profeſſionibuſque purgari & in integrum valeret qualibet conditione reſtitui; nequaquam tamen quæ ſceleſte cruenteque commiſſa ſunt, poſſunt probabilium verborum proteſtationibus aboleri: quia in Pontifice de hoc (maxime tamen tantæ Eccleſiæ ſacerdote) non ſufficit ſanus lingua & ſermo labiorum; & nihil prodeſt, ſi Deus voce prædicatur, & mens impietate convincitur. De talibus enim per Apoſtolum ſanctus Spiritus loquitur (b): Habentes ſpeciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et iterum alibi (c): Deum profitentur ſe ſcire, (b) Tim. 3. (c) Tit. 1. *factis autem negant. Unde cum in omni Eccleſiæ membro & integræ fidei veritas & bonorum operum plenitudo quæratur; quanto magis in ſummo Pontifice debent utraque præcellere, quia alterum ſine altero non poteſt cum Chriſti corpore compaginari? Nec neceſſe eſt nunc omnia, quæ Timotheum execrabilem faciunt, enarrare; cum copioſe atque manifeſte in totius mundi notitiam, quæ per ipſum ac propter ipſum ſunt geſta, proceſſerint: & ſi quid ab incompoſito vulgo contra juſtitiam perpetratum eſt, in hujus omnia verticem confluant, cujus deſideriis manus furentium ſervierunt: Unde ſi etiam in profeſſione fidei nihil hic negligat, nihil fallat; aptiſſimum gloriæ veſtræ eſt, ab hoc appetitu illum prorſus excludere: quia in tantæ urbis Antiſtite univerſa Eccleſiæ membra debent ſancta exultatione gaudere; ut vera pax Domini non ſolum prædicatione fidei, ſed etiam morum clarificetur exemplo. Datum decimoquinto Kalendarum*

PAGIUS

pus ordinatur. Quare inter expulſionem Timothei Aeluri, & electionem Timothei Solophacioli, aliquot menſes interceſſere; quod & indicat Leo in Epiſtola CXXXVIII, alias C. ad Gennadium Epiſcopum Conſtantinopolitanum a Baronio recitata. Data ea *XV. Kal. Julias*, in qua dicit, accepiſſe *ſe*, Timotheum (Ælurum ſc.) ab Eccleſia Alexandrina expulſum fuiſſe, hortaturque, *ut Alexandrinis ex Clero ſuo Catholicus Epiſcopus ſecundum veterem morem per Orthodoxos Epiſcopos conſecretur*. Non eodem itaque tempore *Aelurus* Epiſcopatu dejectus, & *Solophaciolus* ordinatus; quod & ex Epiſtola ejuſdem Pontificis eadem die ad Leonem Aug. data, & a Baronio etiam recitata, manifeſtum fit. Cumque Evagrius lib. 3. cap. 4. prodat, Aelurum in exilio *octodecim annos* tranſegiſſe; quod Nicephorus lib. 16. cap. 1. etiam habet, apparet illum ſub poſtremis anni præcedentis menſibus relegatum, annos illos XVIII. utrimque incompletos numerandos eſſe, & Tunnenſem res duobus annis geſtas uno tenore recitaſſe. *Aelurum* enim anno CDLXXVI. a Baſilisco tyranno in Sedem Alexandrinam reſtitutum fuiſſe, infra videbi-

rum Juliarum, Magno, & Apollonio Coſſ. per Philoxenum Agentem in rebus.

VIII. Timotheus Ælurus relegatur.

Hæc cum accepiſſet Imperator, obſequens Romano Pontifici, & Timotheum relegari præcepit, & ſucceſſorem Proterii a clero Alexandrino eligi, & ab Ægyptiis Epiſcopis, more priſtino, ordinari. Ad hoc quidem tempus, quæ de relegatione Timothei & electione ſucceſſoris Epiſcopi Alexandrini a Liberato Diacono vel aliis dicta ſunt, referri debent. Porro de ſucceſſore Proterii, item Timotheo nominato, hæc idem auctor habet: (a) *Hic quidem Timotheus Catholicorum Epiſcopus vixit ſine ſeditione. Quievit enim Alexandrina Eccleſia toto tempore Leonis & Zenonis, donec Baſiliſcus arripuit tyrannidem, &c.* Quæ autem poſt hæc renovatæ ſunt turbæ, ſuo loco dicemus.

(a) Liberat. Diac. in Brev. c. 15.

Timotheus Epiſcop. Alexandr.

IX. De Legatione miſſa Alexandria Romam.

Ordinatus itaque Orthodoxus Epiſcopus Eccleſiæ Alexandrinæ Timotheus, ſtatim, more majorum, de ſua ordinatione una cum Catholicæ fidei profeſſione litteras dedit ad ſanctum Leonem Romanum Pontificem, miſſis ad hoc legatis Daniele presbytero atque Timotheo diacono: præſtiterunt id ipſum ejuſdem Alexandrinæ Eccleſiæ clerus, necnon Ægypti Epiſcopi Orthodoxi, qui Timothei ordinationi interfuerunt: ad quos ſingulos perbreves extant redditæ ab eodem Leone epiſtolæ, atque in primis ad Timotheum recens creatum Epiſcopum ita conſcriptæ (b):

(b) Leo ep. 102.

X. (c) Rom. 8. Epiſtola S. Leonis ad Timotheum Epiſc. Alexandr. (d) Pſ. 33.

Evidenter apparet, ſub Apoſtolicæ ſplendore ſententiæ (c), quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum; & divina diſpenſatione pietatis, ubi excipiuntur adverſa, ibi donantur & proſpera: quod Alexandrinæ Eccleſiæ experimenta demonſtrant, in qua multos ſibi patientiæ theſauros humilitas, modeſtia, & tolerantia congregavit: quia (d) juxta eſt Dominus iis qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſalvabit: glorificata in omnibus inclyti Principis fide, per quem dextera Domini fecit virtutem, ne in thronum beatorum Patrum, Antichriſti diutius ſederet opprobrium, cujus impietas nemini magis quam ſibi nocuit: quia etſi aliquos ad ſocietatem facinoris impulit, ſe tantum denique inexpiabiliter cruentavit. Unde de eo, quod inſtitutu fidei in fraternitatem tuam, cleri, & plebis, atque omnium Fidelium egit electio, univerſam mecum Eccleſiam Domini gaudere reſcribo: atque hos benignitas divina pietatis multiplicata gratia confirmet, exopto: ita ipſi per omnia tua devotione famulante, ut etiam eos qui veritati aliquatenus reſtiterunt, reconciliandos Deo per Eccleſiæ preces inſtanter acquiras, & ſacramento Catholicæ fidei, cujus ſoliditas nullam diviſionem recipit, ſollicitus rector adjungas: illum imitatus verum piumque paſtorem, qui animam ſuam (e) poſuit pro ovibus ſuis, & errantem (f) unam ovem non flagellis coercuit, ſed ad ovile proprium ſuis humeris reportavit.

(e) Joan. 10. (f) Luc. 15.

XI. (g) 1. Cor. 3. De reducendis lapſis.

Agat ergo dilectio tua, frater cariſſime, ne vel Neſtoriani dogmatis, vel Eutychiani erroris ullum in Dei populo poſſit veſtigium reperiri. Quia (g) nemo poteſt fundamentum ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus: qui univerſum mundum non reconciliaret Deo patri, niſi per fidei regenerationem omnes in noſtræ carnis veritate ſuſciperet. Cum ergo ſcribendi opportunitates, quibus fraternitas tua utatur, extiterint: ſicut neceſſarie & ex more feciſti, ut per filios noſtros Danielem presbyterum & Timotheum diaconum ordinationis tuæ ad nos ſcripta dirigeres; ita omni tempore in hoc officio perſeveres, ut de proventibus pacis ſæpe (quantum fieri poteſt) ſollicitudini noſtræ mittantur indicia; ut per alterna colloquia ſentiamus, quia Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Datum decimoquinto Kalendas Septembris, Magno & Apollonio Coſſ. Hæc ad Timotheum ſanctus Leo.

XII.

Ad Epiſcopos etiam ejus ordinatores eadem die idem Pontifex Leo ſcripſit epiſtolam. Portaverant hi pondus diei & æſtus, & perſecutionis tempore adverſus Timotheum ſedis illius invaſorem infracti ſteterant & inconcuſſi. Horum igitur cum S. Leo litteras de Catholico ordinato Antiſtite accepiſſet, eiſdem adgratulans, iſtas reddidit (h):

(h) Leo ep. 103.

Leo Epiſcopus Theophilo, Joanni, Athanaſio, Abrahæ, Danieli, Joanni, Paphnutio, Murſeo, Pannlvio, & Petro Epiſcopis Ægyptiis.*

* Joanc.

Epiſt. Leonis Pap. ad Epiſcopos Ægypti.

Litteris fraternitatis veſtræ, quas ad me filii noſtri Daniel presbyter & Timotheus diaconus detulerunt, cognoviſſe me gau-

PAGIUS

debimus. Hinc *Timotheo Æluro* anni duo, tam in Chronico Nicephori, quam in tabulis Theophanis, aſſignantur, & Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLI. de Timotheo Æluro agit, annoque Alexandrino CDLII. de Timotheo Solophaciolo in ejus locum ſubſtituto. Liberatus cap. 15., ait, ſcripſiſſe Leonem Imp. Duci Alexandriæ *Stilæ*, ut pelleretur ab Epiſcopatu Timotheus, & cap. ſeq. ſubdit: *Juſſione ſuſcepta Dux Stila, fecit quæ fuerant imperata, & exilio relegatur Timotheus Ælurus Cherſonæ arcta cuſtodia, & fit pro Proterio Timotheus cognomento Solophaciolus, ſive Albus.* Quod etiam habent Cedrenus, & Tununenſis citatus. Baronius quidem dicit, contrarium liquere ex Epiſtola Leonis ad Gennadium, in qua Sanctus Pontifex queritur, quod *Æluro* permiſſum fuerit venire Conſtantinopolim. Verum cum ex Eva-

grio

gaudeo, quod glorioſi & venerandi Principis fides Propheticis, & Evangelicis unita doctrinis ad ſanctos & Deo placitos diſpoſitionum ſuarum devenit effectus: ut cruentiſſimo Alexandrinæ Eccleſiæ pervaſore dejecto, & in longinquiora tranſlato, dignum ſua gubernatione rectorem totius civitatis mereretur electio, ad cujus vos conſecrationem nullus ambitus traheret, nulla ſeditio impelleret, nulla inquitas incitaret; ſed in medio conſtituta meritorum ſanctitate, cum cunctis non dubitaret præponere, quem ſibi univerſitas cuperet præſidere. Unde reddita populis Chriſtianis Dei pace gaudentes, commendamus vobis invicem veſtri operis dignitatem: ut religioſe per omnia ordinatus Antiſtes fraterno ſe vivere experiatur aſſenſu, & ad abolenda ſcandala, quæ error hæreticus excitaverat, cooperatione veſtra gaudeat adjuvari.

XIII. Salubres admonitiones.

Excluſa enim qui imitator diaboli fuit, & in veritate non ſtetit, male utens ſpecio pervaſi honoris & nominis; congruit ut Alexandrina Eccleſia eum veneretur, & diligat, quem & probitate morum, & integritate Catholicæ fidei dignum tanto ſacerdotio comprobavit. Cui mutuæ Charitatis plenum animi noſtri præbemus affectum, cohortantes, fratres cariſſimi, & fiducialiter exigentes, ut in prædicatione verbi, in eruditione præcepti, illam formam cuſtodiatis charitatis, ſine qua nullæ poſſunt prodeſſe virtutes. Quod autem fratri & Coepiſcopo noſtro Timotheo de revocandis iis, qui a veritatis itinere deviantes, inconſultius ſe ferociuſque geſſerunt, ſcriptum eſſe cognoſcitis; dilectio quoque veſtra ad curam ſuam intellegat pertinere: ut quia late ſeſe peſtilens illa ægritudo diffudit, ubique omnibus eadem adhibeatur medicina vulneribus: ut per diligentiam paſtoralem in cunctis Eccleſiis Domini ovile reparetur, & per ſolicitudinem charitatis atque doctrinæ omnes Chriſti oves unum ſentiant habere paſtorem. Data decimoquinto Kalendas Septembris, Magno & Apollonio Coſſ.

XIV. De modeſtia & charitate Orthodoxorum.

Vidiſtine, lector, quales eſſe ſoleant Orthodoxi vincentes? non efferri ſuperbia, nec ad vindictam acceptarum injuriarum impelli, ſed omnia in eos qui ſuperati ſunt emolumenta convertere: ut plane appareat, non contra impios, ſed contra impietatem potius bellum geſſiſſe, immo & pro ipſorum ſalute dimicaſſe: cum omni abolita injuriarum memoria, memores tantum ſint, quibus valeant modis omnibus, illis ſubvenire atque prodeſſe. Ita plane filii pacis, quos non odium & vindicta, ſed charitas & benignitas movet ad bellum. Ut vel ex hac ſaltem partes valeas pios ab impiis, atque ab hæreticis Orthodoxos diſcriminare: cum innumeris exemplis, Eccleſiæ præſertim Alexandrinæ, videas illos rerum poteſtatem ſemel nactos, ſtatim furentes in Orthodoxos inſurgere, arma ſumere, & in eos excitare alios undique hoſtes, ſacra diſpergere, cruentare manus, & (quod latronum ac furum eſt) mactare gregem & perdere. Sed gratulantem adhuc ſanctum Leonem clero Alexandrino de novi veri paſtoris electione audiamus ut qui ejus lugubres in afflictionibus querelas mœrentes audivimus, adgaudentes pariter, tantæ lætitiæ comparticipes ſimus: his enim verbis per litteras eos alloquitur (a):

(a) Leo ep. 102.

XV. Leo Papa ad clerum Alexand.

Gaudeo exultanter in Domino de piiſſimo quem inter vos habetis affectu; dum (ſicut ſcripta veſtra manifeſtant) & paſtor gregem & grex oſtenditur amare paſtorem. Soliciti ergo invicem (ſicut Apoſtolus ait: (b) obſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis, properate ad fructum veſtræ pervenire patientiæ. Quid enim dignius aut velle poteſtis, aut agere, quam ut, auxiliante Dei gratia, glorioſiſſimi Principis fide ad profectum ſolidiſſimæ pacis utamini, remota procul ea beſtia, quæ vineam plantationis Dominicæ (ſicut pſalmus Propheticus (c) canit) ſingulari feritate vaſtabat? Quia ergo in ovili Dominico nec furum jam inſidiæ, nec latronum timentur incurſus; redeat univerſitas veſtra in concordiam, & magiſterio Spiritus ſancti illa in omnibus unitas expetatur, propter quam dicit Apoſtolus (d): Non quærens quod mihi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalvi fiant. Id ipſum dicant & ſentiant omnes: nulla ſint ſenſuum diſputationumque certamina.

(b) Epheſ. 4.

(c) Pſ. 79.

(d) 1. Cor. 10.

XVI. Salubris admonitio.

Quod uſque ad Catholicos Præſules in Alexandrina Eccleſia diſcipuli veritatis didicerunt, atque docuerunt, eadem a cunctis Fidelibus confeſſione promatur: quia varietatem veritas (quæ eſt ſimplex atque una) non recipit. Si quos autem cujuslibet ordinis Chriſtianos impia hæreticorum conturbavere mendacia ad ſatisfactionis remedia provocate, & in ſpiritu manſuetudinis cum benignitate corripite: quia (ſicut ait beatus Apoſtolus Petrus (e) non tardat Dominus promiſſum, ſed patienter agit propter nos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam converti. Agendum ergo eſt, ne difficultas veniæ curationem faciat tardiorem. Data decimo quinto Kal. Septembris

(e) 2. Pet. 3.

PAGIUS

grio laudato conſtet, Aeluri exilium anno ſuperiori cœpiſſe, potuit Leo Imperator eo etiam anno illi facultatem facere Conſtantinopolim veniendi, & agnita ejus pertinacia in exilium illum remittere, quod factum fuiſſe exiſtimo; ideoque Liberatum, & alios a Sancto Leone non diſſentire.

A num.

bris, Magno & Apollonio Coſſ. Hæc S. Leo: eſt hæc noviſſima earum quæ extant ipſius Epiſtolarum: contigit enim ipſum anno ſequenti hac vita defungi: quem his Dominus prævenit benedictionibus dulcedinis, ut antequam ex hac vita migraret, in priſtinum ſtatum reſtitutam videret Eccleſiam Alexandrinam, pro cujus ſalute atque concordia diutius tantopere laborarat.

XVII. (a) Cedr. in Compend. an. 4. Leon. Obitus Simeonis Stylitæ. Hoc ipſo anno (a) quarto nempe Leonis Imperatoris magnus Simeon ille Stylita, Orbis miraculum, ex hac vita migravit. Hoc quidem nomine Theodoretus eum honorat, ubi ait: *Simeonem illum inſignem, magnum illud Orbis terrarum miraculum, ſciunt quidem omnes qui parent Romano Imperio; norunt autem Perſæ quoque & Indi & Æthiopes; quinetiam ad Scythas atque Nomadas fama pervadens ejus in laboribus ſubeundis deligentiam docuit & philoſophiam.* Sed inferius addit, eumdem notum fuiſſe Occidentalibus & Borealibus omnibus, Britannis, Gallis, & Hiſpanis. Quod vero ad ejus ætatem longævam pertinet; ipſum ultra centeſimum annum ætatem propagaſſe, inde facile colliges, quod jam columnam aſcenderat vivente Meletio Epiſcopo Antiocheno, qui mortuus eſt anno Domini trecenteſimo octogeſimo primo: a quo tempore uſque in hanc diem numerare licet annos octoginta uno minus. Verum cum eum inviſit Meletius, haud putamus minorem fuiſſe annis triginta. Porro qui ipſius adhuc viventis aliqua ſcripſit, proſecuturus poſt ejus obitum reliqua, Theodoretus, accidit ut præmoreretur ipſe, relicto Simeone ſuperſtite; unde & factum eſt ut maxima tanti viri rerum geſtarum pars remanſerit obvoluta ſilentio: etenim nondum exegerat in columna annos duodetriginta, cum Theodoretus ejus res geſtas conſcripſit; cum tamen conſtet pluſquam octoginta annos eumdem incoluiſſe columnam.

Hunc velut ſupra eminentem thronum in media Syria extulit Deus hoc deploratiſſimo ſæculo perſpicuum cunctis doctorem Orbis, ut omnes addiſcerent in tot tantiſque tenebroſis anfractibus hæreſum, illam vero eſſe Catholicam fidem, quam humanus Angelus illis credendam inſinuaret, crebriſque miraculis confirmaret. Ita plane conſulendum fuit vel imperitia, ſimpliciboſque, vel reliquis omnibus qui ſacra Concilia recipienda renuerent, & ſanctorum Patrum decreta & Eccleſiæ traditiones negligerent; ut fuit Eudocia Auguſta, quæ in hæreſim Eutychianam prolapſa, per Simeonem hunc ſalutem invenit; & alii plurimi ejuſdem erroris vel aliarum hæreſum ſectatores, perſuaſi omnes, haud falſam poſſe docere fidem, cujus dictis omnipotens ipſe Deus jugi miraculorum operatione ſubſcriberet: ut merito tum ad ſui ipſius, tum aliorum ſalutem, eumdem Simeonem, quid de fide ſentiret, Leo Imperator (ut vidimus) conſuluerit. XVIII. Simeon orbis concionator.

XIX. Jure igitur Chriſtianus Orbis, qui viventis (ut dictum eſt) coluit nomen, & eſt veneratus imagines, memoriam defuncti majoribus eſt proſecutus honoribus, annis ſingulis ejus diem natalem celebrandum inſtituens ſive diem tranſlationis; cum videlicet venerandum ipſius corpus paulo poſt obitum Conſtantinopolim tranſlatum fuit, ita eodem præcipiente Leone Imperatore maxime pio: qui & digne

PAGIUS III. *Moritur S. Symeon Stylita.* A num. XVII. ad XXII. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLIII. qui Kalend. Septembr. hujus Chriſti anni incipitur, ait: *Eodem anno quievit Simeon Magnus Stylita; cœtus Monaſtici celebratiſſimus, qui ejuſmodi virtutis exemplum factus pra reliquis anteſignanus, exhibuit.* Idem habet Cedrenus ad annum IV. Leonis Imp. Sanctus *Simeon Stylita* colitur in Martyrologio Romano, aliiſque Latinis die V. Januarii; in Menologio vero Græcorum & Menæis die prima menſis Septemb. ut videre eſt apud Bollandum ad diem V. menſis Januarii, ubi Vitas tres hujus Sancti repræſentat, monetque Simeonem Stylitam Seniorem, de quo hic agimus, male confuſum fuiſſe a quibuſdam cum Sancto *Simeone Stylita Juniore*, qui refertur in Martyrologio Romano die III. menſis Septembr. Colitur hic a Græcis die XXIV. Maii, & floruit tantum ſæculo ſequenti, de quo ibidem agemus. Simeonis Stylitæ Senioris Vitam ſcripſit Antonius ejus diſcipulus. Aliam ejus vitam ex veteribus MSS. Latinis exhibet Bollandus, tertiamque a Metaphraſte elucubratam. Egit etiam de Simeonis virtutibus Theodoretus in Hiſt. Religioſa anno CDXLV. a ſe in lucem emiſſa. In ſecunda Vita S. Simeonis cap. 9. legitur: *Poſt multos annos, imminente die obitus ſui, factum eſt una die hoc eſt, ſexta Sabbati, inclinavit ſe ad orationem, ſicut conſuetudo erat ei, & migravit ad Dominum*, ideoque S. Simeon anno quadringenteſimo ſexageſimo primo, quo feria ſexta incidit in primum diem Septembr. mortuus eſt. Nam Antonius laudatus cap. 8. ejus Vitæ aſſerit etiam eum die *Paraſceves* animam Deo reddidiſſe. Antiqui quidem diem ejus mortis non notarunt, ſed dies primus Septembris a Græcis electus videtur; quia in eum mors ejus inciderat. De ejus corporis Tranſlatione Antiochiam, vide annum CDLXXI.

Garnerius in Auctario Oper. Theodoreti Diſſert. II. cap. 5. examinat celebrem quæſtionem de anno quo *Simeon Stylita* in columnam aſcendit, & de tempore, quo in ea ſtetit, obſervatque Baronium tria narrare de Simeone, quæ non ſolum cum omnibus Vitæ ejus Scriptoribus, & cum Theodoreto, ſed & cum ipſomet Baronio pugnant. Credidit enim Cardinalis doctiſſimus, viſitatum fuiſſe Simeonem, poſtquam in columnam jam aſcendiſſet, a Sancto *Meletio* Antiocheno Epiſcopo, qui anno CCCLXXXI. e vivis exceſſit. Probat id auctoritate Theodoreti, qui ait: *Cum admirandus Meletius, qui Antiochenæ regionis, tunc Epiſcopatum regebat, vir prudentia & intelligentia clarus, ingeniique* IV. *De annis quibus in columna vixit.*

fo-

gne quidem in ejus honorem nobilem ibidem erexit eccleſiam, ut in Actis Danielis Stylitæ narratur (a): Hunc tandem accepit magnus Simeon poſt mortem honorem, quem viventem ab Imperatore Marciano ſæpe privato habitu conventum, Suidas tradit: litteris vero pios omnes Imperatores eum frequentaſſe & coluiſſe, quæ dicta ſunt ſuperius, ſatis docent. Cæterum ſolemnem pompam exhibitam a cælitibus ipſa die, qua triumphans cælum conſcendit, non unus Daniel, longe licet abſens, agnovit, ſed & celeberrimus ille Auxentius (b), de quo plura ſuperius narrata ſunt, cum eſſet in Bithynia, intellexit, ut eorumdem Acta ſignificant.

(a) *Apud Sur. die 11. Decemb.*

(b) *Apud Sur. die 4. Febr.*

XX. At ſicut Elias Eliſæum Spiritus reliquit hæredem & virtutum imitatorem; ita Simeon Danielem monachum, quem prædictionibus & divinis viſionibus ad ejuſmodi angelicum arripiendum vitæ inſtitutum adhortatus eſt, ſibi ſubſtituiſſe viſus eſt ſpiritualis hæreditatis legitimum ſucceſſorem. Paulo enim ante ejus obitum idem Daniel inſtar Eliſæi, ſicut ille pallium eſt conſecutus Eliæ, ipſe cucullum Simeonis per Sergium diſcipulum ad Leonem Imperatorem miſſum, ſed ab illo non acceptum, accipere meruit: ita plane Divino conſilio factum eſt, utpote quod Simeonis hæres ſpiritus & virtutis in editione ſignorum eſſet: Accidit autem in eodem die quo idem Simeon ex hac vita deceſſit. Ubi vero illum Daniel accepit a Sergio, eidem deceſſum Simeonis ſibi revelatum patefecit; & magna fiducia, ceu paternam aditurus hereditatem, constructam apud Oſtia Ponti columnam aſcendit: cum adverſantem ſibi mox expertus eſt inter alios S. Gennadium Conſtantinopolitanum Antiſtitem, rei novitate perculſum, ſubverentem quidem, ne inflatus homo ſuperbia, æmulatione magni Simeonis impulſus, inde humanam captaret auram, & ea arte ſibi gloriolam compararet: ſed ſignis divinitus editis ſatis tandem perſuaſus eſt, Danielem Dei amicum, non humana id tentaſſe præſumptione, ſed Dei conſilio niti, ejuſque imperio regi, Spiritu agi, & ejus ope fulciri. Ita ſane decuit margaritam probari, quod nimia ſui magnitudine, impoſturæ ſuſpicionem augebat.

Daniel columnam aſcendit.

XXI. Cæterum etſi hoc anno columnam conſcendit: haud tamen in monaſtica profeſſione tyro dicendus erat, qui eam ab anno duodecimo ſuæ ætatis feliciter fuerat auſpicatus; & jam in ea militia veteranus, præ-

PAGIUS *ſolertia ornatus, ſupervacaneum diceret, ferrum eſſe; cum adorationis vincula corpori inicienda voluntas ſufficeret: ceſſit, & admonitioni ejus paruit, acciteque Fabro, vinculum ſolvi juſſit.* Hoc teſtimonio Baronius innixus tria pronunciat. I. conventum fuiſſe a *Meletio* aliquo Antiocheno Epiſcopo Simeonem, cum jam aſcendiſſet in columnam, II. hunc a quo conventus eſt, Meletium non differre a Magno Meletio III. in columna ſtetiſſe Simeonem pluſquam octoginta annos, Vitamque ipſius a Theodoreto ſcriptam eſſe, cum nondum expleſſet vigeſimum-octavum ſtationis annum.

V. Verum ultimum nullo modo ſtare poteſt. Nam ſi octoginta annos *Simeon* columnam incoluit; & hoc anno mortuus eſt, ut ſcribit Baronius neceſſe eſt, ut aſcenderit columnam anno CCCLXXX. aut etiam citius: neceſſe quoque, ut ſcripſerit, Theodoretus Simeonis encomium anno CDVIII. cum nondum eveniſſent, quæ de *Simeone* narrat Theodoretus, eum ſc. ad ſe quos converteret, mittere ſolitum, ut Sacerdotalem benedictionem acciperent. Theodoretus enim ante annum CDXXIII. Epiſcopus renunciatus non eſt. Sed quomodo, quod ait Baronius de Meletio Simeone inviſente, cum jam aſcendiſſet in columnam, convenit cum Theodoreti narratione de Meletio Simeonem inviſente, ferreamque catenam auferri ſuadente? Id enim Theodoretus apertis verbis tradit, accidiſſe antequam in columnam aſcendiſſet: *Tribus*, inquit, *in domuncula tranſactis annis ad celeberrimum hunc montis verticem venit, maceriam circunduci præcipiens, catenaque ferrea viginti cubitorum fabricata, ejuſque capite ad ſaxum ingens affixo, altero ad dextrum pedem illigato, ut extra limites illos, nec ſi vellet, egredi poſſet invitus manſit, talem aſſidue animo agitans & quæ ſupra cælum ſunt, contemplari annitens. Mentis enim volatum vinculum illud non impediebat. Cum vero admirandus ille Meletius &c.*

S. Symeon annis XL. in columna ſtetit.

VI. In eo denique quod ſcribit Baronius *Simeonem* in columna ſtetiſſe pluſquam octoginta annis, diſſentit ab omnibus antiquis ſcriptoribus, Theodoreto, Antonio Simeonis diſcipulo, & Evagrio Hiſtorico. De Theodoreto id jam oſtenſum eſt. Antonius vero, & Evagrius totam ita narrant Aſceticæ Simeonis vitæ Hiſtoriam, ſive inter Monachos, ſive in domuncula, ſive in mandra, ſive in columnis primum depreſſioribus, deinde altioribus, ut non plures quam quinquaginta ſex aut ſeptem annos complexa ſit, Simeonque in columnam, poſt detractam catenam aſcenderit circiter annum Chriſti CDXX. atque ita modo humiliorem, modo excelſiorem, inhabitaverit, quadraginta circiter annorum ſpatio. Quoad *Meletium*, Garnerius & Bollandus laudati exiſtimant eum fuiſſe Chorepiſcopum ſub *Theodoto* anno CDXX. Epiſcopo Antiocheno cui commiſſa erat regionis illius, in qua fuit Symeonis Mandra, inſpiciendæ regendæque ſub Primate cura, quod videntur verba Theodoreti innuere, *qui Antiochena regionis tunc Epiſcopatum regebat*. Quæ nemo de Epiſcopo urbis proprie dixerit; dixerit vero apposite de Chorepiſcopo. Sed hoc definire videtur Canon X. Antiochenus, qui eſt de *Chorepiſcopis* conſtitutis in vicis vel pagis. Oſtendit enim non paucos fuiſſe ejuſmodi *Chorepiſcopos*, quibus diſtributa erat cura Eccleſiarum extra civitatem poſitarum, quorumque ad munus pertinebat invigilare omnibus, quæ ad pietatem pertinerent. Sancto *Simeoni Stylitæ*, ſucceſſit Sanctus *Daniel*, qui poſt Simeonis mortem in columnam aſcendit. Sancti Danielis Stylitæ Vita extat apud Surium ad diem XI. Decembris.

Inviſit eum non Meletius Epiſc. Antiochenus ſed Meletius Chorepiſcopus.

Ad

Præfectus meruerat eligi monachorum, ſed renuit. Qui igitur jam perfectiſſimo ſtudio omnia expleſſet officia monachorum, recumbenti illi in noviſſimo loco, a Domino dictum eſt: *Amice aſcende ſuperius*. Quæ vero inter Danielem, & Imperatorem, & Eudoxiam, cum eiſdem innotuiſſet, tranſacta ſint, dicemus anno ſequenti, quo accidiſſe probantur. Errare autem qui conſcenſum Danielis in columnam ad annum Leonis Imperatoris octavum referunt (ut Cedrenus) Acta ipſius oſtendunt.

XXII. Eudociæ Aug. obitus. Hoc item anno Eudocia Auguſta Theodoſii Junioris relicta conjux, in Palæſtina, ubi a viri obitus tempore vitam tranſegit, defuncta eſt. De qua iſta apud Nicephorum (a) ex antiquioribus prodita ſunt monumentis: *Poſtremo templum amplitudine & forma præclarum ex ipſis fundamentis admirando illi & primo diacono ſimul & martyri Stephano, ſtadio uno ab Hieroſolymis, Eudocia erexit: quo in loco a perſecutoribus Domini ſaxis obrutus ille, immarceſcibilem coronam reportaſſe dicitur. In quo templo & ipſa, aliquo poſt tempore, cum ad immortalem migraſſet vitam condita eſt, quarto Magni Leonis Imperii anno, cum piam Deo placitamque exegiſſet vitam. Defuncta eſt autem ætatis ſuæ ſexageſimoſeptimo anno: nam viginti annos nata Imperatori Theodoſio conjuncta eſt: & in aula Imperiali & una cum Auguſta Pulcheria vigintinovem tranſegit; ipſa ſola abſque Pulcheria Imperium annis ſeptem adminiſtravit. Porro Hieroſolymis undecim tranſegit: ex eo tempore quatuor vixit annos, univerſalis Synodi Chalcedonenſis Acta non probans; poſtquam autem Synodi ejus decreta rata grataque habuit, alios etiam tranſegit quatuor, & tandem mortua eſt.* Hæc Nicephorus. Sed præſtat audire Cyrillum de his quæ ipſi hoc eodem anno ante ejus obitum contigerunt. Dum enim res geſtas ſanctiſſimi viri Euthymii oratione proſequitur, de Eudocia Auguſta poſt alia ejuſmodi inſerit orationem, res ſuæ ætatis, quas conſpexiſſe potuit, poſteris tradens (b):

(a) Niceph. l. 14. c. 39.

(b) Apud Sur. die 20. Januarii.

XXIII. *Beata autem Eudocia cum quamplurima templa Deo ædificaſſet, Gerontocomiaque & Ptochotrophia, quæ ne facile quidem poſſunt numerari, pie conſtruxiſſet; juſſit in quodam ex eis templis, quæ erant ab ea ædificata, quod eſt ſacrum Petro Principi Apoſtolorum, ſitum eſt autem e regione Lauræ Euthymii, non diſtans minus quam viginti ſtadia, ciſternam valde profundam ſimul & latam gratia alicujus uſus neceſſarii conſtrui. Cum autem aliquando veniſſet ad eam ſpectandam, videt Lauram Euthymii poſitam in media ſolitudine, & quemadmodum cellæ fratrum erant a ſe invicem ſejunctæ: & cum illud Scripturæ apud ſe cogitaſſet (c): Quam pulchri ſunt pedes Jacob, tabernacula Iſrael: & ex eo animo eſſet valde compuncta: ad eum ſtatim mittit Gabriellium, rogans Euthymium, ut ſibi permitteretur ad eum accedere, & frui illius ſermone atque doctrina: & ſimul etiam Lauræ, eique dare redditus habebat in animo: cauſa autem erat, ut fratribus daretur ſufficiens rerum neceſſariarum ſuppeditatio. Ille vero eam ſic prius compellat. Cum tuus deceſſus ſit in foribus, cur ſolicita es, o filia, & diſtraheris circa plurima? Illa ſunt tibi ſolum parata, quæ pertinent ad exceſſum ex hac vita. Noſtri autem ne memineris quantum ad redditus & pecunias; ſed communis Domini memineris, apud quem ro-*

Eudocia quid noviſſime cum Euthymio.

(c) Num. 24.

PAGIUS VII. Obitus Eudociæ Aug. Ad num. XXII. & ſeqq. In Vita S. Euthymii Abbatis, quam vere ſcripſit Cyrillus Monachus, quamque nuper ex MSS. Codicibus publicavit Pougetus Tom. I. Analect. Græc. narrata Eudociæ Auguſtæ converſione, de qua ſupra locuti ſumus, legitur de Eudocia Auguſta: *Beata Eudocia Eccleſias quamplurimas Chriſto ædificavit, tot vero monaſteria pauperum & ſenum hoſpitia, ut mee, non ſit facultatis ea numerare*, &c. *Gabrielium Sancti Stephani Præfectum ad magnum Euthymium miſit, rogans, ut veniret illiuſque oratione & doctrina frueretur. Verum magnus Euthymius hæc ipſi nunciavit: Te me in carne viſuram, ne amplius ſperaveris. Tu vero, o filia, quid diſtraheris circa plurima? Exiſtimo te ante hyemem ad Dominum migraturam. Igitur te ipſam per hanc æſtatem collige, & ad exitum prepara*, &c. *Porro ſanctam Urbem celerrime petiit*, (ſc. Eudocia), *accerſitoque Archiepiſcopo, ea quæ magnus Euthymius dixerat, narravit, & imperfectum Sancti Stephani Protomartyris templum decima quinta die menſis Junii dedicari, curavit, ampluuque proventum illi aſſignavit, & Gabrielium totius diœceſis Dominum conſtituit. Omnes quoque alias Eccleſias a ſe conditas dedicandi cauſa perluſtravit, ſingulis ſufficienti proventu aſſignato. Quatuor vero menſibus poſt dedicationem expletis religioſo & Deo accepto modo diſpoſita, in manus Dei ſpiritum commendavit, menſe Octobri vigeſima decima quarta, Indictione*, anno ſc. currenti, quo dies XV. menſis Junii cum feria quarta concurrit, nullave Quinquennalia, aut id genus Feſta edita. Sed cum hæc dedicatio, ſicuti & omnium aliarum Eccleſiarum ab illa conditarum quarum Cyrillus meminit, extra ordinem facta ſit, non dies Dominicus, aut annus aliquis Quinquennalium Imperatoris ſolemnitate nobilitatus eligendi fuere. Baronius Eudociæ Auguſtæ obitum recte hoc anno conſignavit, ſed in eo quod ait, Eccleſiam Sancti Stephani Protomartyris dedicatam eſſe die *XV. Januarii*, deceptus eſt a Metaphraſte in Vita Sancti Euthymii, quæ uſque ad noſtra tempora attributa fuerat Cyrillo Monacho, ab ipſo etiam Cotelerio in Monum. Eccl. Græc. Tom. II. & a Bollando ad diem XX. menſis Januarii.

VIII. Eudocia ſcriptis clara. *Eudocia* exemplo *Faltonia Proba* illuſtris feminæ compoſuit ex Græcis Homeri carminibus admirabili induſtria plurimas veteris ac novi Teſtamenti Hiſtorias, ſervata pedum menſura, & Homerici carminis majeſtate, quod Opus in com-

Digitized by Google

rogamus at noſtri potius recorderis.

XXIV. *His illa auditis, his duobas affectionibus bifariam diviſum habuit animum, admiratione & animi ægritudine: illud quidem magni Euthymii tribuens præſcientiæ, & quemadmodum quod ipſa animo ſuo agitabat, ille longo ante ſpatio intelligat: hoc autem propterea, quod ipſa a ſua ſpe excidiſſet. Volebat autem ei pecunias relinquere & redditus, ut diximus. Hinc vero venit ad ſanctam civitatem, & cum Anaſtaſium accerſiſſet Patriarcham, & ei expoſuiſſet quæ a divino audiviſſet Euthymio, ea fecit quæ illi priori cogitationi reſpondebant, & erant plane fraterna. Et primum quidem Stephani protomartyris Chriſti templum, quod nondum erat plene conſtructum, dedicat quatodecimo menſis Januari: deinde cum ei etiam multum tribuiſſet redditaum, & ejus curam dediſſet Gabriello; neque alias quoque neglexit eccleſias quæ ab ea ædificatæ fuerant: ſed eas quoque valde diligenter obibat, & dedicans, & ſufficientem redditum unicuique tribuens. Cum quatuor autem menſes jam præteriſſent poſt dedicationem, ipſa quoque, humana vita relicta, excedit ad Dominum.* Hactenus Cyrillus res Eudociæ proſecutus. Hunc tandem felicem finem conſecuta eſt Eudocia Auguſta: de qua (vero dixerim) plane miraculum contigit, ut femina potens in hæreſim lapſa, diuque in ea verſata, reſipuerit, demumque fauſto fine clauſerit diem extremum.

An-

PAGIUS compendium redactum, *Homero-Centones* ab ipſa inſcriptum. Extat illud tam Græce quam Latine, legiturque in Bibliotheca Patrum. Meminit etiam Eudociæ Photius in Biblioth. cod. CLXXXIII. & ſeq. narratque eam ſcripſiſſe, *Metaphraſim in Octateuchum* metrice, & *in Zachariam, & in Danielem, & libros tres in Cyprianum Martyrem*. Addit hac occaſione Photius Hiſtoriam converſionis atque Martyrii SS. Cypriani & Juſtinæ, ideoque non de Cypriano Epiſcopo Carthaginenſi, ſed de alio Cypriano etiam Martyre locuta eſt Eudocia in ſua Metaphraſi, quæ non extat. Plura de ejus Operibus Oudinus in Supplem. de Script. Eccleſiaſt.

IX. *Britones a Saxonibus vexati novam Britanniam in Galliis inſtituunt.* Hoc circiter tempore *Britones* aliqui, quorum regionem Angli & Saxones occuparant, in Gallias transfretarunt, ibique Sedem fixerunt. In Concilio enim primo, in Urbe Turonenſi ad Ligerim fluvium ſita, celebrato *Manſuetus* Epiſcopus Britonum inter tertiæ Lugdunenſis comprovinciales memoratur. Præterea Sidonius lib. 1. Epiſt. VII. inter arcana Arivandi Præfecti Prætorio Galliarum conſilia & capita accuſationis CCCCLXVIII. ei intentatæ illud numerat: *Britannos ſuper Ligerim ſitos oppugnari oportere, cum Burgundionibus jure gentium Gallias dividi debere, quod utrumque Gothorum Regi perſuaſum cupiebat*. Sirmondus in Notis ad illum Sidonii locum, Britannos illos recte interpretatus *Armoricos*, horumque Regem *Riothimum* fuiſſe ſcribit. Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 45. ait: *Euricbus Veſegotharum Rex crebram mutationem Romanorum Principum cernens, Gallias ſuo jure niſus eſt occupare. Quod comperiens Anthemius Imp. protinus ſolatia Britonum poſtulavit. Quorum Rex Riothimus cum XII. millibus veniens, in Biturigas Civitatem Oceano & navibus egreſſus ſuſceptus eſt. Ad quos Rex Veſegotharum Euricus innumerum ductans exercitum advenit; diuque pugnans, Riothimum Britonum Regem, antequam Romani in ejus ſocietate conjungerentur, ſuperavit. Qui ampla parte exercitus amiſſa cum quibus potuit fugiens, ad Burgundionum gentem vicinam, Romanis in eo tempore fœderatam advenit.*

X. *Serius Armoricam occuparunt.* Hinc Turonenſis lib. 2. cap. 18. *Britanni de Biturica a Gothis expulſi ſunt, multis apud Dolenſem vicum peremptis*. Caſtrum Dolenſe ſitum erat in territorio Bituricenſi, in quo, ſæculo milleſimo conditum fuit inſigne monaſterium Monachorum, ut videre eſt apud Mabillonium ſæculo V. Ord. S. Benedicti pag. 83. & apud Hadrianum Valeſium in Notitia Galliarum, voce *Dolenſis vicus*. Britanni ſuper Ligerim ſiti temporis progreſſu, *Minoris* hodiernæ partes occuparunt, tandemque Armoricam omnem, quæ uſque ad Ligerim antiquitus non protendebatur. Hinc Minoris Britanniæ inferioris incolæ etiamnum eadem lingua ac Cornubiæ & Walliæ Provinciarum Angliæ incolæ fere utuntur: hi enim *Autochtones*, & nullo modo Anglo-Saxones, aut Scoti origine exiſtunt. Civitates Venetum Coriſopitum, Oſſimorum, & Diablintum ſæculo tantum ſequenti *Britanniæ Minoris* nomine appellatæ. Rhedones & Nannetes, qui liberi erant, Clodoveus M. Francorum Rex anno incerto in ſuam poteſtatem redegit, ut infra videbimus. A Gregorio lib. 4. cap. 4. ante ultimos annos *Clotarii* Regis Francorum hujus nominis primi, *Armorica* Minor Britannia non appellatur, ut videre eſt lib. 4. c. 20. Denique Nannetenſis & Rhedonenſis Epiſcopatus ante Carolum Calvum Franchorum Regem minori Britanniæ non adiuncti, ut legitur apud San-Marthanos. Vide quæ anno CCCLXXXIII. de minori Britannia in medium attuli.

XI. *Diſſenſio inter Suevorum Reges exorta.* Idacius in Chronico anno Abrahami 2478. qui Kalend. Octobris ſequentis Chriſti anni exorditur, ait, *Maldram* Suevorum Regem, qui fratrem anno antecedenti occiderat, merito periiſſe interitu *in fine menſis Februarii: Maldra* interfecto inter *Frumarium* & *Remiſmundum* ortam eſſe de regno diſſenſionem. Addit Idacius *Majorianum* menſe Maio ingreſſum eſſe Imperatorem in Hiſpanias, indeque in Italiam rediiſſe. Sed numeri in Idacio, Librariorum oſcitantia, per hæc tempora corrupti. Ex dicendis enim anno ſequenti liquebit, hæc ſerius in Idacio collocanda fuiſſe. Dicit denique is Chronographus *Gaiſericum* Vandalorum Regem a *Majoriano Imp.* per Legatos pacem poſtulaſſe.

I. *Majoriani mors, & Severi Imperium.* ANnus Chriſti agitur quadringenteſimus ſexageſimuſprimus, Conſulibus Severino & Dagalaipho: quo Majorianus Imperator apud Dertonam Hiſpaniæ civitatem fraude Severi necatur, qui poſt eum tyrannice invaſit Imperium. Hæc quidem Marcellinus ſub hujus anni Conſulibus, necnon Caſſiodorus, qui item affirmat id factum immiſſione Ricimeri Magiſtri militum Gothi hominis & Ariani, cujus ope idem Severus in Imperium eſt exaltatus. Quoto autem die vel menſe hæc acciderint, antiquorum (quod viderim) cum nullus prodat, haud acquieſcendum putavimus recentiori auctori (*a*) pro animi ſententia annos, menſes, & dies tum Majoriano, tum Severo etiam præſcribenti. Nobis autem religio plane ſit, quicquam abſque majorum auctoritate firmare. Porro de ejus ſepulcro hi extant Ennodii verſus:

Cum præſtat gravior buſtum Fortunæ petitum
Contulit exuviis, Majoriane, tuis.
Nunc indignis pyramidum jam * *proſpice moles,* * vel tu.
Vilia Principibus linque ſepulcra piis.

Sic igitur Majoriano laudatiſſimo Imperatore ſublato, plane concidit Occidentale, quod ei innitebatur, Imperium: cujus ruinæ illa certior cauſa præceſſit, quod Gotho homini & hæretico Ariano Ricimero creato Magiſtro militum, malæ creditæ fuere vires Imperii, ut exitus declaravit: docuit enim ſæpe experimentum, magno damno hæreticos admiſceri II.

(*a*) *Panvin. de Roman. Imp. & in Faſt.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5954.

SÆC. V. Olymp. 310. Anno Eræ Hiſp. CDXCIX. A. C. 461.

☉ 11. A. ☽ 6. P. 16, April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 461.

HILARI PAPÆ 2.

LEONIS IMP. 5.

SEVERI IMP. 1.

I. *Quinquennalia Majoriani.* [1] COSS. *Severinus & Dagalaiphus;* ille in Occidente, ut ſtatim videbimus, hic in Oriente creatus. De Dagalaipho Theophanes ad annum XIV. Anaſtaſii Imp. ſcribit, eum e Dyageſthea Ardaburii filia, & Aſparis nepti ſuſcepiſſe *Areobindum*, qui ab Anaſtaſio Imp. Dux Orientis, & Præfectus exercitus adverſus Gothos eo anno miſſus eſt: filium vero fuiſſe *Areobindi*, qui Theodoſii Jun. temporibus in præliis adverſus Perſas inclaruit. *Majorianum* Occidentis Imperatorem *Quinquennalia* hoc anno Arelatis edidiſſe, oſtendit Sidonius lib. 1. Epiſt. XI. qui narrata ſua Arelatem profectione, ubi Majorianus habitabat, ſcribit: *Poſtridie juſſit Auguſtus, ut Epulo ſuo Circenſibus ludis intereſſemus. Primus jacebat cornu ſiniſtro Conſul ordinarius Severinus*, &c. De hoc magnifico convivio, ex quo diſcimus, qui olim accumbendi ordo ſervatus fuerit in conviviis, legendi Sirmondus in Notis, & Lambecius Tom. IV.... Biblioth. Cæſ. pag. 13. Porro in Diſſert. Hypatica part. II. cap. 1. num. XXIV. & alibi oſtendi Imperatores in Quinquennalibus Viros illuſtriores ſplendidiſſimis epulis excepiſſe ſolitos: quam etiam in rem Pollio in Gallieno cap. 9. loquens de Decennalibus hujus Imperatoris, inquit: *Conviviis & epulis depulſis, alias dies publicis voluptatibus deputabat.* Quare Sidonius quando ait abſolute, *Epulo ſuo*, & de ludis Circenſibus loquitur, innuit Majorianum tunc *Quinquennalia* edidiſſe, quorum mentionem Sidonium facere, obſervavit etiam Savaro in Notis ad citatam Epiſtolam. Anno DXXXI. num. II. nummum referam, in quo hæc ſolemnia memorata.

Ad num. I. & ſeq. Diem emortualem Majoriani Imp. & natalem Severi ejus ſucceſſoris docet nos Chronographus a Cuſpiniano editus, qui ſub hujus anni Coſſ. ſcribit: *Depoſitus eſt Majorianus a Patricio Ricimero Dertonæ, IIII. Nonas Auguſti, & occiſus eſt ad fluvium Hyram VII. Idus Auguſti, ac levatus eſt Imperator Dominus Severus XIII. Kal. Decembris.* Baronius reprehendit Onuphrium, quaſi pro animi ſententia annos menſes & dies tum Majoriano, tum etiam Severo præſcriberet. Verum *Onuphrius* ex egregio illo Chronico a ſe etiam edito hæc deſumpſit. Porro dies XIX. menſis Novembris, ſeu *XIII. Kalend. Decemb.* cum Dominica hoc anno concurrit, ideoque dies Dominica ad ſimiles inaugurationes, jam eligebatur. Marius in ſuo Chronico addit, *Severum* Ravennæ levatum eſſe Imperatorem. *Ricimer*, qui Majorianum depoſuit, alius non eſt, quam qui a triennio collega Patricii in Conſulatu fuit. Idacius in Chron. ſcribit, *Majoria-* II. *Majoriano occiſo Severus Imperator dicitur.*

NOTÆ [1] COſſ. *Severinus & Dagalaiphus*. Inſcriptio Nolana apud Blanchinum in Præfat. tom. I. ad Anaſtaſium Bibliothecarium num. XXVI.

S A C R A E. V I R G I N I S
D E P. I V S T I. V. I D V S. N O B E B R.
P L. S. S E V E R I N O. V. C. C O N S.

Victor: *Gadalaifo & Severino*. Marcellinus: *Dagalaifo & Severino*. Faſti Idatii: *Severiano, & qui de Oriente*. Vide Sidonium lib. I. epiſt. XI. Proſper Vaticanus MS. *Severino & Gadalaifo*. Sequitur: *Moritur Maiorianus, Levatur Severus*. GEORGIUS

ſceri Catholicis; quod nulla ſit (ut ait Apoſtolus (a) conventio lucis ad tenebras.

(a) 2. Cor. 6.

III. S. Leonis Papæ obitus. Eodem etiam anno, ſub iiſdem Conſulibus, tertio Idus Aprilis moritur S. Leo Romanus Pontifex, cum ſediſſet annos vigintiunum minus diebus trigintaduobus. Redarguitur vero erroris Marcellini Chronicon, dum anno ſuperiori Leonis Papæ obitum ponit: Etenim cum reperiantur ab eo datæ epiſtolæ anno qui hunc præcedit, menſe Auguſti; & ſit omnium ſententia, ipſum vita functum menſe Aprilis; certum eſt non ante præſentem annum id contingere potuiſſe. Hic quidem ob excellentem virtutem, doctrinam, & in cura paſtorali vigilantiſſimum ſtudium, a majoribus, Magnus cognomento jure meritoque meruit appellari.

IV. De quo cum ſint nonnulla antiquis tradita monumentis, quæ nequeant certis ejus ſedis annis adſcribi, hic in ejus obitu referemus: atque in primis quæ de eo habet ſanctus Gregorius Papa in epiſtola ad Conſtantinam Auguſtam his verbis (b): *Cognoſcat autem tranquilliſſima domina quia Romanis conſuetudo non eſt, quando Sanctorum reliquias dant, ut quicquam tangere præſumant de corpore; ſed tantummodo in pixide brandeum mittitur, atque ad ſacratiſſima Sanctorum corpora ponitur: quod elevatum in eccleſia, quæ eſt dedicanda, cum veneratione reconditur: & tanta per hoc ibidem virtutes fiunt, ac ſi illuc ſpecialiter eorum corpora deferantur. Unde contigit, ut beatæ recordationis Leonis Papæ temporibus (ſicuti a majoribus traditur) dum quidam Græci de talibus reliquiis dubitarent: prædictus Pontifex hoc ipſum brandeum allatis forficibus inciderit, & ex ipſa inciſione ſanguis effluxerit.* Hæc S. Gregorius. Unde autem acceperit recens auctor (c), qui rem diverſe ab ipſo Gregorio narrat, non invenimus.

(b) Greg. l. 3. ep. 30. Miraculum de inciſo brandeo.

(c) Sigebert. in Chron. an. 441.

V. At hic opportune deſcribamus veterem Eccleſiæ morem ponendi vela vel ſudaria ſupra Apoſtoli Petri ſepulcrum, ut ea reciperent benedictione locupletata. Meminit ejus Gregorius Turonenſis, qui de ipſa baſilica Vaticana iſta præmittit: (d) *Quatuor ordines columnarum valde admirabilium numero nonagintaſex habens. Habet etiam quatuor in altari, quæ ſunt ſimul centum, præter illas, quæ Ciborium ſepulcri ſuſtentant. Hoc enim ſepulcrum ſub altari collocatum, valde earum * habetur. Sed qui orare deſiderat, reſeratis cancellis quibus locus ille ambitur, accedit ſuper ſepulcrum; & ſic feneſtella parvula patefacta, immiſſo introrſum capite, quæ neceſſitas promit, efflagitat. Nec moratur effectus, ſi petitionis tantum juſta proferatur oratio. Quod ſi beata auferre deſiderat pignora, palliolum aliquod momentanea (nempe ſtatera) penſatum jacit intrinſecus: deinde vigilans ac jejunans, devotiſſime deprecatur, ut devotioni ſuæ virtus Apoſtolica ſuffragetur. Mirum dictu, ſi fides hominis prævaluerit, a tumulo palliolum elevatum, ita imbuitur divina virtute, ut multo amplius quam prius penſaverat, ponderaret*

(d) Greg. Turonen. Miracul. l. 1. c. 28. De Eccleſia & ſepulcro S. Petri.

* rarum.

PAGIUS *vianum* e Galliis Romam redeuntem fraude interfectum eſſe.

III. *Dies & menſis obitus S. Leonis M.* A. num. III. ad XIII. Dies ac menſis quibus *S. Leo Magnus* ad Deum migravit, hactenus in obſcuro fuere, licet de ejus mortis anno nunquam controverſia fuerit. Hac quidem ætate fere ubique S. Leoni Papæ II. dies Junii XXVIII. Sacra habetur, ſed in antiquis Eccleſiæ monumentis non ille, ſed *Leo M.* ea die colitur; præterquamquod Sancti Martyrologiis, aliis ſæpiſſime diebus, quam quibus e vivis abiere, inſcripti, & in Eccleſia culti. Quare dies emortualis hujus Sanctiſſimi Pontificis non in Faſtis Eccleſiaſticis quærendus fuit, ſed ex Sedis ejus duratione eruendus. Cumque ex dictis de duratione Sedis Bonifacii I. Cæleſtini I. & Sixti III. ac ex interpontificio, quod poſt Sixti III. mortem fuit, perſpicuum fiat, Leonem M. die vigeſima ſecunda menſis Septembris anni CDXL. Pontificem Romanum conſecratum fuiſſe, mors ejus, quod huc uſque omnes latuit, contigit pridie Nonas menſis Novembris, ſeu die quarto ejuſdem menſis. Ut enim habent MS. Anaſtaſii Thuaneum, nunc in Bibliotheca Colbertina aſſervatum, ipſius Sancti Leonis epitaphium non producendum, Ordericus lib. 2. Hiſt. Eccleſ. Auctor fuſioris Chronici veterum Pontif. Luitprandus, Abbo Floriacenſis Abbas, Gotfridus Viterbienſis in Chron. pag. 339. Honorius Auguſtodunenſis, Catalogus Palatino-Vaticanus, variique alii catalogi, tam a Viris doctis, quam a nobis publicati, Sanctus Leo ſedit *annos viginti unum menſem unum, & dies tredecim*, a quibus dies emortualis excluditur. Multi quidem Codices Anaſtaſiani ſupra annos & menſem unum, habent dies XXVI. ſed manifeſto Librariorum errore. Ad hæc cum *S. Hilari*, ejus ſucceſſoris ordinatio, die XII. menſis Novembris, ut mox videbitur, peracta fuerit, & Anaſtaſius tradat, poſt Leonis mortem vacaſſe Sedem *dies ſeptem*, quod & in omnibus ejus exemplaribus MSS. ac in Chronicis Luitprandi, Orderici, & Abbonis Abbatis, ac variis Catalogis noſtris habetur, apparet, non alio die, quam quarto menſis Novemb. Sanctum Leonem vita functum, & diem ejus emortualem non minus ab illo interpontificio, quam ab ejus Sedis duratione, quod non raro fit, excludi.

IV. *Qua die antiquitus cultus fuerit.* Verum eſt, *Sanctum Leonem M.* in nullo Martyrologio diei quartæ menſis Novembris adſcriptum fuiſſe; ſed hoc illi commune cum Sancto Leone II. Sancto Benedicto Monachorum Occidentis Patriarcha, & variis illuſtribus ſanctis Epiſcopis, Martyribus ac Virginibus; indeque evidentiſſime patet, vulgarem opinionem, quæ per tot ſæcula obtinuit, quæque etiamnum a multorum animis evelli vix poteſt, Sanctos ſcilicet iis, quibus coluntur diebus, ad cœlos evo-

ret: & tunc ſcit qui levaverit, cum ejus gratia ſumpſiſſe quod petiit. Multi enim & claves aureas ad reſerandos cancellos beati ſepulcri faciunt, qui ferentes pro benedictione, priores accipiunt, quibus infirmitates tribulantium medeantur. Omnia enim fides integra præſtat. Sunt ibi & columnæ miræ elegantiæ candore niveo quatuor numero, quæ Ciborium ſepulcri ſuſtinere dicuntur. Hactenus ille: quæ, ut facilius intelligas quæ de S. Leone ex Gregorio Papa ſunt enarrata, hic tibi ſpectanda proponimus.

VI. (a) Prat. ſpirit. c. 149.

Rurſum vero apud Sophronium hæc de eodem Leone ſcripta leguntur (a): *Cum deſcendiſſet Abbas Amos Hieroſolymam, & Patriarcha ordinatus eſſet; venerunt omnes monaſteriorum eremi Abbates, ut adorarent eum: inter quos adfui & ego cum Abbate meo. Capitque Patriarcha dicere Patribus: Orate pro me, Patres: magnum enim onus & intollerabile mihi injunctum eſt, ſacerdotiique dignitas me terret immodice. Petri & Pauli ſimilium eſt regere rationales animas: Ego autem infelix & peccator ſum: plus enim quam cætera timeo ordinationis ſarcinam. Nam inveni ſcriptum, quia beatiſſimus & æqualis Angelis Leo Papa, qui Romanorum Eccleſiæ præfuit, quadraginta dies perſeveravit ad ſepulcrum Apoſtoli Petri, vigiliis & orationibus inſiſtens, petenſque ab Apoſtolo, ut pro ſe apud Deum intercederet, ut dimitterentur ſibi peccata ſua. Impletis diebus quadraginta, apparuit ei Apoſtolus Petrus, dicens ei: Oravi pro te; & dimiſſa ſunt tibi omnia peccata tua, præter quam impoſitionis manuum. Hoc ſolum abs te requiretur, ſive bene, ſive fortaſſe male egeris.* Hæc ibi.

Quid revelatum Leoni viventi.

VII. Sed quid eſt: Omnia tibi ſunt dimiſſa peccata præter manuum impoſitionem? Num peccata ex parte dimitti poſſunt? minime gentium, ſi ad culpam referas. Cæterum quo ad pœnam dici debent dimiſſa fuiſſe S. Leoni peccata. Quod enim facile ſit in his peccare etiam prudentem Epiſcopum, jure S. Apoſtolus (b) monet ita Timotheum: *Nemini cito manus impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis.* Illis ergo remanebat S. Leo delictorum pœnis obligatus, quæ illi perpetraſſent, qui ab eo indigni promoti fuiſſent ad ordines. Tunc namque dicuntur Præſules communicare peccatis alienis, dum indignis conferunt honores & miniſteria. Hinc ſibi timens Propheta Rex ait (c): *Ab alienis parce ſervo tuo:* Quod ſi hæc (d) fiunt in viridi, quid fiet in arido? Leone quis ſanctior atque prudentior, ut tantum periculum liber tranſiliat?

Quomodo pars dimiſſa peccatorum. (b) 1. Tim. 5.

(c) Pſ. 18. (d) Luc. 23.

VIII. Explodi-tur de Leone fabella.

De eodem ſanctiſſimo Pontifice quædam indigna Chriſtianis auribus irrepſit ſine ulla majorum auctoritate jactata fabella, quæ a recentioribus tamen nonnullis abſque delectu cuncta conſarcinantibus, & ſive ſit vera, vel falſa, minime diſquirentibus, vel ſaltem leviter dubitantibus ſcriptis aſſeritur: nempe S. Leonem, cum formoſa mulier ejus manum eſſet exoſculata, paſſum quid oblectationis humanæ ob eam cauſam in ſe ipſum ultorem, ad excidendam dexteram ferro armaſſe ſiniſtram: ſed oranti ipſi ad Dei genitricis imaginem, ab eadem ſectam manum fuiſſe reſtitutam. At nugæ ſunt iſtæ, & garrularum fabulæ vetularum. Quod enim S. Joanni Damaſceno contigit, cum ab Iconoclaſta Leone mutilatus eſt dextera, & ſanatus a Virgine: inverſa hiſtoriæ veritate, Leo Papa præciſus manu jactatur, & a Deipara eadem reſtitutus aſſeritur. Sed faceſſant commenta iſtæc, quorum imago picta, juſſu Clementis Papæ Octavi, conſultis viris doctis abradi juſſa eſt, quod nulla penitus reperta ſit veritate ſubnixa, vel ſaltem veri ſimilitudine colorata ſed leviſſime in vulgus ſparſa, inſtarque ſom-

PAGIUS

evolaſſe, locum impoſterum habere non poſſe. Feſtum S. Leonis M. ſeu ejus Natale primum aſſixum fuit *IV. Idus* Novemb. ſeu diei decimæ ejuſdem menſis, quo notatur in Martyrologio Hieronymiano a Florentinio publicato, qui in Notis ait, in Kalendario Hieronymiano Canonic. Lucenſium perantiquo *Novemb. quarto Idus Sancti Leonis Papæ* celebritatem reponi, & huic conſonare Martyrologium Rabani, qui ad IV. Idus Novemb. habet; *Romæ depoſitio ſancti Leonis Epiſcopi;* quæ Henſchenius ad diem XI. menſis April. in Comment. prævio ad Vitam S. Leonis M. notat etiam legi apud Notkerum, & in MSS. Martyrologiis Vaticano S. Petri, Atrebatenſi, Divionenſi, Tornacenſi, Lætienſi, item Monaſterii S. Cyriaci, ac in vetuſtis MSS. Altempſiano, duplici Trevirenſi S. Maximini, & tertio S. Martini, item in duplici Leodienſi, ſc. S. Lamberti & S. Laurentii, Bruxellenſi S. Gudilæ, & aliis. Ex quibus tam Florentinius, quam Henſchenius deducendum exiſtimabant, S. Leonem M. eo die demortuum.

V. *Ejus Reliquiæ antiquitus bis tranſlatæ.*

Non multo poſt Sancti Leonis M. mortem duæ Reliquiarum ejus *Tranſlationes* factæ, altera *III. Idus April.* ſeu die undecima illius menſis, altera *IV. Kal. Julii*, ſeu die XXVIII. menſis Junii. Utriuſque meminit Beda, qui anno DCCXXXV. vitam cum morte commutavit. In genuino enim ejus Martyrologio ad diem III. Idus April. legitur: *Romæ Leonis Papæ & Confeſſoris;* & rurſus ad IV. Kal. Julii: *Ipſo die S. Leonis Papæ.* In antiquiſſimo Martyrologio a Joanne Frontone publicato, & ut ipſe judicat, medio circiter ſæculo octavo ſcripto, ad IV. Kalend. Julias habetur: *Tranſlatio corporis beati Leonis*, ſed ad III. Idus Aprilis nulla ejus mentio. Ad utramque diem in variis antiquis Martyrologiis, etiam memoratur, & in aliquibus dicitur *depoſitus*, in aliquibus vero habetur: *Natale S. Leonis Papæ.* Porro Auctores Eccleſiaſticos *depoſitionis* & *natalis* nomine ſæpe Tranſlationes Sanctorum deſignare paſſim in hoc Opere oſtendi. Quæ-

ſomniorum effuſa, ut ſolent nugæ reliquæ ab otioſis effingi. Deſcriberem hic, quæ ad refellendam fabulam hanc, juſſus conſcripſi, ſi id alicujus ponderis quæſtio, & non quæ ſua levitate evaneſcit, exigeret.

IX. Deſcriptio S. Leonis. Jam vero quæ de eodem S. Leone in libro de Romanis Pontificibus ab Anaſtaſio ſcripta leguntur, adiiciamus: præter illa enim quæ ſuperius certis locis ſunt collocata, de ſcriptis ab eo epiſtolis hæc ibi habentur:

Hic beatiſſimus Leo Archiepiſcopus multas epiſtolas fidei miſit, quæ hodie Archivo Eccleſiæ Romanæ recondita tenentur. Hic firmavit frequenter ſuis epiſtolis Synodum Chalcedonenſem: ad Marcianum Auguſtum epiſtolas duodecim: Ad Leonem Auguſtum epiſtolas tredecim: Ad Flavianum Epiſcopum epiſtolas novem: Ad Epiſcopos per Orientem epiſtolas octodecim, per quas fidem Synodi confirmavit. Et inferius: *Hic renovavit baſilicam Petri Apoſtoli, & fecit ibi cameram, quam & ornavit. Et beati Pauli baſilicam poſt ignem divinum,* cum videlicet tacta fulmine incenſa eſt, *renovavit: fecit & cameram in eadem ſimiliter, & in baſilica Conſtantiniana.* Sed dilucidius de opere S. Leonis in baſilica S. Pauli hæc habet Hadrianus Papa in epiſtola ad Carolum Magnum Imperatorem:

X. A S. Leone exornatæ imaginibus Eccleſiæ. *Item de ſacro quarto Concilio egregius atque mirificus prædicatur S. Leo Papa: qui & ipſe fecit Eccleſias, quas in muſivo ex diverſis hiſtoriis, ſeu imaginibus pingens decoravit: magis autem in baſilica S. Pauli Apoſtoli, arcum ibidem majorem faciens & in muſivo depingens Salvatorem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & ſecum vigintiquatuor ſeniores, nomine ſuo verſibus decoravit: & a tunc uſque hactenus fideliter a nobis venerantur.* Hæc Hadrianus ad Carolum. Porro ipſa Salvatoris imago cum dictis vigintiquatuor ſenioribus ſuper majorem arcum ab ipſo ad ſuffulciendum veterem arcum ſuperadditum muſivo opere elaborata, adhuc extat, ſeniorum vero imagines nonnihil paſſæ jacturam. Facta hæc autem expenſis Gallæ Placidiæ, docet inſcriptio ſuperius in ejuſdem Gallæ obitu recitata. Reliquos vero, qui nomine Leonis reperiuntur ibi tituli, ſive ſupra baſilicæ januam, ſive in columna dextera majoris arcus, ſcias eſſe Leonis Papæ Tertii.

Sed rurſus apud eumdem auctorem de eodem de quo eſt ſermo Leone hæc ſequuntur: *Fecit quoque baſilicam S. Cornelio Epiſcopo & martyri juxta cœmeterium Calliſti, via Appia.* Et paulo poſt: *Hic conſtituit monaſterium apud B. Petrum Apoſtolum. Hic conſtituit, ut infra actionem ſacrificii diceretur: Sanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam, &c.* Et inferius: *Hic etiam conſtituit & addidit ſuper ſepulcra Apoſtolorum ex clero Romano cuſtodes, qui dicuntur Cubicularii:* quos modo dicimus Capellanos: Cubiculum enim idem fuiſſe apud antiquos, quod hodie apud nos Capellam, notavimus in Romano Martyrologio: cum alioqui & aliquos ex Cubiculariis fuiſſe laicos homines, doceat Ordo Romanus. Subditur vero ibidem: *Hic fecit ordinationes quatuor per menſem Decembrem in* XI.

PAGIUS VI. *Prima S. Leonis M. Tranſlatio III. Idus Aprilis facta.* Quænam ex his duabus Tranſlationibus prius peracta fuerit, non ſatis exploratum; licet enim *Sergium* hujus nominis primum prioris auctorem fuiſſe paſſim tradatur, vix tamen hoc mihi perſuadere poſſum. Is enim menſe Decembri anni DCLXXXVII. ad cathedram Sancti Petri evectus eſt, annoque inſequenti IV. Kal. Julii, ut mox videbimus, corpus Sancti Leonis in decentiorem locum tranſtulit. Quod ſi hæc prima Sancti hujus Pontificis Tranſlatio fuiſſet, Auctor libri Pontificalis Anaſtaſius Bibliothecarius vulgari errore creditus, qui circa initium octavi ſeculi Romanorum Pontificum Vitas vulgavit uſque ad Gregorium ſecundum, in Sancto Leone M. non ſcripſiſſet; *Sepultus eſt apud Baſilicam B. Petri Apoſtoli, tertio Idus Aprilis;* nam cum nunc certum eſſe debeat, Leonem magnum menſe Novembri ſpiritum Deo reddidiſſe, evidens eſt, hunc Scriptorem, quod ei in more poſitum, ad diem ejus Tranſlationis reſpexiſſe, ideoque & eam, quæ III. Idus April. facta, illam præceſſiſſe, quæ ejus ætate a Sergio I. peracta fuerat. Præterea cum utraque Tranſlatio ante Bedæ mortem contigerit, veroſimile non eſt, poſt quadraginta circiter annos corpus Sancti Leonis iterum tranſlatum fuiſſe.

Sed difficultatem dirimere videtur Codex MS. Virdunenſis cœnobii Sancti Vitoni Euſebii Hiſtoriam continens, in quo poſt Damaſi verſus, uti nos docet Mabillonius Tom. III. Analect. pag. 431. referuntur quædam epitaphia ſub hoc titulo: *Iſta epitaphia inventa ſunt in Eccleſia Sancti Petri*, quæ ſunt Leonis Magni, Boniſacii Papæ, item alterius Boniſacii. In epitaphio vero Sancti Leonis mentio fit de ejus Tranſlatione per *Sergium Papam* facta, & poſt epitaphium depoſitus memoratur *III. Id.* menſis nomine obliterato; tranſlatus autem IV. Kal. Jul. Epitaphium illud editum eſt a Baronio num. XI. ut correctius extat apud Queſnellum in diſſert. I. de Vita & Reb. geſtis S. Leonis Magni, ubi ſingulari diligentia collegit, quæ Martyrologia multa, Breviaria, & Miſſalia de die mortis S. Leonis Magni habent. Sed illud Epitaphium tam apud utrumque, quam apud alios ſine additamento Codicis Vitoniani legitur, quia ante Mabillonium lucem non viderat. Hæc hujus additamenti de S. Leone verba: *Sedit in Epiſcopatu annos XXI. menſem I. dies XIII. Depoſitus eſt III. Idus... & iterum tranſlatus huc a beato Papa Sergio IV. Kal. Jul. indict. I.* Ubi injuria temporum vox *Aprilis* deleta fuit. Sedente Sergio I. bis indictio prima obtinuit, anno nempe DCLXXXVIII. VII. *Secunda IV. Kalend. Julii.*

urbe Roma, presbyteros octoginta unum, diaconos triginta unum, Epiſcopos per diverſa loca centum octogintaquinque. Qui etiam ſepultus eſt apud beatum Petrum Apoſtolum tertio Idus Aprilis. Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies ſeptem. Hæc ibi

☞ Extat ejuſdem S. Leonis ſepulturæ inditum epitaphium, non cum modo ſepultus eſt, ſed cum tranſlatum eſt ejus venerandum corpus a Sergio Papa, quod ſic ſe habet (*a*): *(a) Antiq. Inſcript. in Append. pag. 1170. num. 4.*

Leonis epitaphium.

HUJUS APOSTOLICI PRIMUM EST HIC CORPUS HUMATUM
QUOD FORET ET TUMULO DIGNUS IN ARCE PETRI
HUNC VATUM PROCERUMQUE COHORS QUOS CERNIS ADESSE
MEMBRA SUBEGREGIA SUNT ADOPERTA DOMO
SED DUDUM UT PASTOR MAGNUS LEO SEPTA GREGEMQUE
CHRISTICOLAM SERVANS JANITOR ARCIS ERAT
COMMONET E TUMULO QUOD GESSERAT IPSE SUPERSTES
INSIDIANS NE LUPUS VASTET OVIIE DEI
TESTANTUR MISSI PRO RECTO DOGMATE LIBRI
QUOS PIA CORDA COLUNT QUOS PRAVA TURBA TIMET
RUGIIT ET PAVIDA STUPUERUNT CORDA FERARUM
PASTORISQUE SUI JUSSA SEQUUNTUR OVES
HIC TAMEN EXTREMO JACUIT SUB MARMORE TEMPLI
QUEM JAM PONTIFICUM PLURA SEPULCRA CELANT
SERGIUS ANTISTES DIVINO IMPULSUS AMORE
NUNC IN FRONTE SACRÆ TRANSTULIT INDE DOMUS
EXORNANS RUTILUM PRETIOSO MARMORE TUMBUM
IN QUO POSCENTES MIRA SUPERNA VIDENT
ET QUIA PRÆMICUIT MIRIS VIRTUTIBUS OLIM
ULTIMA PONTIFICIS GLORIA MAJOR ERIT. ☜

Ad

PAGIUS annoque DCCIII. [1]. Si ratio diei Dominicæ habita fuerit, ea Tranſlatio die XXVIII. menſis Junii anni DCLXXXVIII. facta, ſi vero Apoſtolorum Petri & Pauli Vigiliæ, quæ celeberrima erat, ad quemnam ex illis duobus annis ea pertineat, incompertum.

VIII. *Hæc in Sacramentarium Gregorii M. intruſa.* His obſtare videtur Sacramentarium Sancti Gregorii Magni initio ſæculi Septimi humanis erepti, in quo ad IV. Kalendas Julii annotatur *Natale S. Leonis Papæ:* inde enim ſequitur, *Sergium* I. Sancti Leonis corpus eadem die, qua olim tranſlatum fuerat iterum tranſtuliſſe. Verum illud Sacramentario additum fuiſſe jam ſuſpicati ſunt Viri eruditi, innixi Codice Remenſi ab Hugone Menardo laudato, a quo ea verba abſunt. Certe egregium illud antiquitatis monumentum interpolatum fuiſſe negari non poteſt, cujus rei inſigne exemplum deduco ex Walafrido Strabo, qui in lib. de Reb. Eccleſiaſt. ſcribit: *B. Gregorius, in diſpoſitione Officiorum anni infra Quadrageſimam, quintam feriam vacantem dimiſit: ut, quia feſtiva erat veluti Dominica, etiam Officio diei Dominicæ celebris haberetur. Quæ quinta feria, quoniam poſtmodum cœpit, ut cæteræ jejuniis applicari; Gregorius Junior* (ſic Gregorius II. appellatus) *ſtatuit eam Miſſis & orationibus eſſe ſolemnem* (ideſt ſuas ſibi ſoli habere proprias Miſſas, uti cæteræ per Quadrageſimam feriæ habent) *& undecumque colligens, ejuſdem diei augmentavit Officia.* Ad quæ verba Reinoldus Dehnius Vir doctiſſimus e Societate Jeſu a paucis annis demortuus apud Papebrocium in conatu Chronico-Hiſt. in Gregorio II. ſcribit: *Colligo hinc in Sacramentario Gregorii Magni, Orationes ad Ferias quintas Quadrageſimæ, ut certe Gregorii I. non eſſe, ſic forte Gregorii junioris eſſe: de quibus tamen Angelus Rocca, in ſuis ad eum librum ſcholiis, cum alia Gregorium Magnum auctorem non agnoſcentia diligenter annotaret, monere nos omiſit.* Leonis itaque Magni Tranſlatio in Gregorii M. Sacramentarium inſarta nullum negotium faceſſere debet.

IX. *A tempore Gregorii XIII. Feſtum S. Leonis M. XI. diei April. aſſixum.* Poſt duplicem S. Leonis Magni Tranſlationem ejus nomen in Calendariis & Martyrologiis aſfixum, modo diei XI. menſis Aprilis, modo diei XXVIII. Junii, modo diei X. Novembris, quia uno eorum in aliquibus Eccleſiis, alio vero in nonnullis annuo cultu celebrabatur. Martinus Polonus, qui Chronicon ſuum perduxit uſque ad annum MCCLXXVII. teſtatur, ſuo tempore S. Leonem M. IV. Kal. Julii cultum fuiſſe: *Hic etiam*, inquit, *ſepultus eſt apud Baſilicam S. Petri Apoſtoli, cujus Feſtum fit in vigilia Apoſtolorum*, ideſt die XXVIII. menſis Junii. Eccleſiæ autem Romanæ conſuetudo Martinum latere non potuit; cum in ea Nicolao III. Pontificatum gerente Pœnitentiarii munus obierit. Ad hæc S. Antoninus, qui anno MCDL. florebat, in ſecunda ſui Chronici parte hæc de Sancto Leone Magno ſcribit: *Celebratur hujus Sancti Feſtum in vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli.* Tandem Galeſinius in Martyrologio Romano Gregorii XIII. auctoritate edito, Venetiiſque anno MDLXXVIII. typis dato, Feſtum Sancti Leonis II. cum die viceſimo octavo Junii copulavit, & in Notis ad eum diem aſſerit ſe ea in re ſecutum eſſe Platinam & Onuphrium ſe antiquiores, & cum illis etiam Sancti Leonis M. mortem diei III. Idus Aprilis aſſixiſſe. Quod utrumque a Baronio in altera Martyrologii Romani editione ſervatum. Vide dicenda in morte Leonis II.

Quæſ-

NOTÆ [1] S*Edente Sergio I. bis Indictio prima obtinuit, anno nempe 688. annoque* 703. Memoria lapſus eſt Pagius, nam anno 703. Joannem VI. jam triennio regnantem in Critica ad eundem annum conſtituit. Igitur tranſlatio Corporis S. Leonis Papæ ad annum 688. omnino referenda eſt. Mansi

XII. Ad poſtremum vero quod invenimus nobile monumentum, nempe cuſum, numiſma æreum in S. Leonis Papæ memoriam, cum imagine & nomine S. Petri a parte altera, altera vero nomine expreſſo ipſius S. Leonis (quod de aliis ante eum Romanis Pontificibus non reperitur) hic tibi expreſſum formis reddendum curavimus. Extat ipſum quidem in Archivo rerum antiquarum mei perneceſſarii viri diſerti, Lelii Paſqualini Canonici S. Mariæ Majoris: præfefert namque omnem cum antiquitate ſinceritatem, ut nec leviſſimæ ſuſpicioni ſubjaceat impoſturæ.

Numiſma S. Leonis.





De quo ſi quis meam roget ſententiam, puto illud eo tempore cuſum, quo ab Attila Hunnorum Rege cum exercitu imminenti, fultus præſidio S. Petri Apoſtoli, Urbem (ut diximus) liberavit. Sed dicet aliquis: Quid ſuper humerum clavis? Utique alluſum eſſe ſcias ad vaticinium Iſaiæ, quo hæc ſub figura de Chriſto dicuntur (a): *Dabo clavem domus David ſuper humerum ejus: & aperiet, & non erit qui claudat; & claudet, & non erit qui aperiat:* cujus clavis pariter mentio nit in Apocalypſi (b): quo ſimbolo ſignificaretur Chriſti poteſtas ſancto Petro collata. Habes etiam & ex cuſa S. Petri imagine, quales eſſe ſolerent tonſuræ ſacerdotum, quas coronas vocamus. Non omittimus de S. Leone, quod auctor fuit Placidiæ Auguſtæ, ut exornaret baſilicam S. Pauli (quod & ſuperius ſuo loco dictum eum de eadem baſilica fuſius tractatum eſt.) Sed

(a) *Iſai.* 22.

(b) *Apoc.* 3.

PAGIUS X. *Nova opinio de die emortuali S. Leonis M. refellitur.*

Queſnellus loco citato, quem Papebrocius etiam laudatus ſecutus eſt, exiſtimavit Sanctum Leonem M. *III. Kal. Novemb.* ſeu die XXX. menſis Octobris ad ſuperos abiiſſe; quod ad eam diem in antiquo Calendario Tom. X. Spicilegii Dacheriani edito habeatur; *Depoſitio Sancti Leonis Papæ*. Verum eum in nullo alio Calendario aut antiquo monumento idem legatur, non dubito, quin iſtud in uſum tantum alicujus diœceſeos exaratum fuerit, ibique *depoſitionis* nomine intelligendum ſit Feſtum aut Natale Sancti Leonis Magni; ſerius enim S. Leonis II. nomen Martyrologiis inſcriptum, & de eo Officium Eccleſiaſticum celebratum. Die decima menſis Novembris qua Sanctus Leo M. per plura ſæcula cultus fuit, nulla ejus Tranſlatio facta, & tamen in Martyrologio Rabani ut ſupra vidimus, ad eum diem dicitur: *Romæ depoſitio ſancti Leonis Epiſcopi*. Die XIV, Martii, ut videre eſt apud Henſchenium laudatum, *S. Leo Papa Officio IX. Lectionum* celebrandus præſcribitur in Calendario Miſſalis mixti ſecundum Regulam B. Iſidori dicti Mozarabes: quo etiam die memoratur in MS. Attrebatenſi Martyrologio, & in Breviario MS. Monteoſi S. Waldetrudis; & in MS. Adone Monaſterii S. Laurentii apud Leodienſes, ſequenti die XV. Martii reperitur etiam *Leo Papa*. Hinc tamen male deduceretur, Leonem M. alterutro menſis Martii die ad cœleſtem vitam tranſiiſſe, quia, ut hæc, quibus verbis cœpi, abſolvam, Martyrologiis aliis ſæpe diebus, quam quibus obiere, Sancti affixi.

XI. *Ultima S. Leonis Tranſlatio.*

Corpus S. Leonis Magni eo in loco, ubi a *Sergio I.* repoſitum fuerat, uſque ad diem viceſimum quintum menſis Maii anni milleſimi ſexcenteſimi ſeptimi requievit: eo enim anno tranſlatum eſt a Paulo V. in Altare Beatæ Mariæ, quod viſitur in Baſilica Sancti Petri, ut conſtat ex Hiſtoria hujus ultimæ Tranſlationis die XXVII. Maii illius anni factæ, quam Henſchenius citatus ex MS. Catalogo Eccleſiæ S. Petri refert. In ea dicitur, corpus S. Leonis Magni ante hanc Tranſlationem conditum fuiſſe in capſa lignea, *quæ continebatur intra nobilem & pulchrum tumbam, &c. in qua ſiquidem capſa ex uno ligno fabrefacta, quieſcebat corpus ſanctiſſimi Leonis Magni Papæ primi a Sergio I. reconditum*. Paulo poſt ibidem legitur: *Sacrum ipſum corpus una cum oſſibus aliorum Leonum, ſecundi, tertii, & quarti, ſolenni ritu in novum templum tranſlatum fuit, memorata die XXVII. Maii, Dominica infra octavam Aſcenſionis MDCVII. poſt cantatas Veſperas*. Corpus itaque S. Leonis Magni ter tantum tranſlatum fuit, diebus ſc. XI. Aprilis, XXVIII. Junii, & XXVII. menſis Maii, quorum duo priores ejus dies emortuales a pluribus perperam exiſtimatos fuiſſe quæ mox in medium adduxi, demonſtrant. Ex illis etiam conſtat, diem XXX. Octobris, & diem X. menſis Novembris referri non poſſe, neque ad ejus mortem, neque ad aliquam ejus Tranſlationem.

XII. *Opera S. Leonis.*

Baronius num. XII, Nummum repræſentat, in cujus antica legitur: SCS PETRVS, in poſtica circa effigiem: D. N. LEONI PAPÆ: quod

S. Leo Placidiæ Aug. auctor exornandæ S. Pauli baſilicæ, & S. Laurentii. Sed & curavit pariter idem S. Leo ut eadem Placidia baſilicam S. Laurentii in agro Verano in meliorem formam reſtitueret & ornaret. Eſt namque de his vetus inſcriptio, quam his deſcribendam curavimus (a):

(a) Antiq. Inſcript. in append. pagin. 1175. num. 2.

GAUDET PONTIFICIS STUDIO SPLENDERE LEONIS
PLACIDIÆ PIA MENS * OPERIS DECUS OMNE PATER
DEMOVIT DOMINUS TENEBRAS UT LUCE CREATA
HIS QUONDAM LATEBRIS SIC MODO FULGUR INEST
ANGUSTOS ADITUS VENERABILE CORPUS HABEBAT
HUC UBI NUNC POPULUM LARGIOR AULA CAPIT
ERUTA PLANITIES PATUIT SUB MONTE RECISA
ESTQUE REMOTA GRAVI MOLE RUINA MINAX.

Ad poſtremum vero quod apud Valfridum legitur de S. Leone, ſepties vel novies Miſſarum ſolemnia eadem die celebraſſe: de Tertio Leone potius, quam de Primo accipiendum eſt; cum alioqui ipſe Leo in epiſtola ad Dioſcorum tradat, ex juſta cauſa ſæpius ſacrificium eadem die iterare licere.

XIII. De tempore autem vacationis ſedis ſancti Leonis, quod traditur vacaſſe dies ſeptem, certus deprehenditur error; cum ex Concilio Romano ſub Hilaro Papa Leonis ſucceſſore conſtet, ſubrogationem Hilari contigiſſe menſe Novembris: Habent enim ipſa Concilii Acta, conveniſſe eo tempore Romæ Epiſcopos celebrandi cauſa natalis diei ipſius Pontificis. Porro per natalem diem, qui ſolemniter Romæ agi ſolitus erat Romani Epiſcopi, nonniſi ordinationis ejus in Summum Pontificem intelligi debere diem, S. Leonis Papæ ea de re ſermones habiti (Hilarus Papa creatus.)

tj

PAGIUS quod Numiſma eo tempore cuſum putat, quo ab Attila Urbem S. Leo liberavit. Nicolaus Alemannus in diſſert. de Lateranenſibus Parietinis, & poſt eum alii putarunt illud ad Leonem III. referendum eſſe, quod Domini titulus in poſtica expreſſus, non Leoni I. ſed Leoni III. conveniat, cui Romæ *Dominium* Carolus Magnus Francorum Rex & Imperator primum largitus eſt. Verum ſedente Leone IX. numiſma illud cuſum, uti ex ejus figura colligitur. Præterquam quod ſuperſunt alia ejuſdem Pontificis; nulla vero Leonis III. Monumentum, quovis ære perennius ſibi vivens poſuit *Leo Magnus* ſuis numquam interituris lucubrationibus, quas Queſnellus cum variis MSS. contulit, ejus Epiſtolas ordine Chronologico digeſſit, varias, quæ numquam lucem viderant, e tenebris eruit, ac quot quot ad S. Leonem datæ ſunt ab aliis, ejuſdem litteris inſeruit, quia iis melius intelligendis ſæpe neceſſariæ ſunt. Quantopere autem Chronicus Epiſtolarum hiſtoricarum ordo, & memoriam adjuvet, & enodandis graviſſimis difficultatibus proſit, quotidiana monſtrat experientia.

XIII. *Aliqua ei perperam attributa.* Capitula tamen de *Gratia & libero voluntatis arbitrio*, Epiſtolam *ad Demetriadem*, & duos *de Vocatione omnium Gentium* libros, quos S. Leoni attribuit Queſnellus, jure merito Sancto Proſpero Aquitano vindicat Antelmius in diſſert. de Oper. Sanctorum Leonis M. & Proſperi Aquitani; quod de duobus prioribus tractatibus jam ſuo loco oſtendi. Sed quoad duos ultimos *de Vocatione* libros, ipſemet Queſnellus non modo fatetur, nullos uſpiam ſub Leonis nomenclatura reperiri codices aut editos, aut MSS. ſed etiam omnes ab octingentis circiter annis *Proſperi* nomine inſigniri. Ad hæc Auctor librorum illorum Semipelagianis objicit, quod impia dogmata profiterentur. Secundo, quod ea pertinacius quandoque defenderent. Tertio quod, calumnias & inſidias adverſantibus ſtruerent. Et quarto, quod per imperitiam ſuperbiam vel pravitatem peccarent. Quæ eſt accuſationum ſumma in pauca contracta. Quod ſi Leo, *Cæleſtino* ſedente, dum adhuc ipſe Romanæ Eccleſiæ Diaconus erat, hos libros ſcripſit, qui fieri potuit, inquit Antelmius ut Pontificatum adeptus, ac ea auctoritate potens factus, qua uno verbo poterat tam periculoſa dogmata conterere, clariſſimiſque ingeniis doctrinarum omnium virtutumque laude commendandis, inter ſe ſumma contentione digladiantibus ſilentium indicendo, Eccleſiæ pacem procurare qui, inquam fieri potuit, ut *Leo* ex Diacono Pontifex factus in alterum mutatus conticuerit, & Schiſma, quod dum in inferiori miniſterio penes Romanos Pontifices deteſtatus fuerat, & Scriptis impugnarat, taciturnitate latius ſerpere paſſus ſit.

Certe errorem, quem in Diaconatu conſtitutus noverat proſcripſeratque, jam renunciatus Pontifex ſolemnia anathematis decreto percuſſiſſet, & eandem ſedulitatem in Semipelagianos impendiſſet, quam in Pelagianos, de quibus in Epiſtola ad Epiſcopum Aquileienſem, in horum cauſa, data, quæ alias erat LXXXVI. nunc ordine VI. ait: *Damnent apertis Profeſſionibus ſuis ſuperbi erroris auctores, & quidquid in doctrina eorum univerſalis Eccleſia exhorruit, deteſtentur*, &c. *Cavendum ergo Dilectioni tuæ, magnaque diligentia providendum ne per hujuſmodi homines extincta dudum ſcandala ſuſcitentur, & de exciſo olim dogmate, aliquod in Provincia tua ejuſmodi germen oriatur*, &c. Et tamen Leo Pontifex factus, nihil adverſus Semipelagianos ſcripſit, geſſitque, immo eos variis honorificiſque reſcriptis dignatus eſt. Quare auctor non poteſt eſſe librorum de *Vocatione omnium Gentium*, in quibus Semipelagianorum dogmata propalantur, & damnantur, ſed verus eorum parens *Proſper*, qui Semipelagianis eadem exprobrat, quæ in Proœmiis Reſponſionum ad Objectiones Gallorum, & Vincentii, in Epiſtola ad Rufinum in libro contra Collatorem & in Carmine de *Ingratis*, quamquam alia via abiens, & non tam quæſtiones refutans, quam proponens ac componens. (*Libri de Vocatione Gentium ſunt Proſperi.*)

XIV. Ad num. XIII. & ſeq. Ex interpontificio, quod poſt mortem Leonis fuit, & ex die natali *Hilari* natione Sardi ejus ſucceſſoris, non ſolum initium & finis Leonis, Sixti III. Cæleſtini I. & Bonifacii I. magis ſtabiliantur & confirmantur; ſed etiam eorum, qui poſt Hilarum hoc ſæculo ſederunt Chronotaxis certo ſtatuitur, dummodo Hilari mors ſuo anno red- (*Hilarus ſuccedit Leoni Magno.*)

da-

ti manifeſte declarant. Par eſt igitur, de tempore creationis Hilari, Concilii Actis & ipſius Papæ epiſtolæ potius acquieſcere, quam numero dierum incerto auctore ſignato; cum præſertim aſſertorem hujus veritatis dignum chronographum habeamus Marianum Scotum, qui pridie Idus Novembris ordinationem Hilari Papæ ponit.

XIV Hilarus confirmat decretum fidei. Qui vero poſt S. Leonem ſubrogatus eſt Hilarus fuit natione Sardus, patre Criſpino genitus: quem olim diaconum idem S. Leo legatum una cum collegis (ut dictum eſt) miſerat Epheſum ad Concilium ibi œcumenicum ſub Theodoſio celebrandum. Simulac autem Hilarus in Romanæ Eccleſiæ Apoſtolica ſede conſedit, memor ſe tanti eſſe Pontificis ſucceſſorem, ſub quo adverſus hæreticos certans, vicem ejus agens, primos ordines duxerat; nihil antiquius habuit, quam, quæ tanto labore eſſent contra hæreticos conſtituta, eadem ſarta tecta firmaque atque cuſtodita relinquere. Quamobrem epiſtolam Encyclicam ſcripſit de damnatione Neſtorii & Eutychetis, & confirmatione trium præcipuorum œcumenicorum Conciliorum: id enim in rebus ab eo geſtis, in ipſo earum ingreſſu ita deſcribitur: *Hic fecit decretalem & per univerſum Orientem ſparſit epiſtolam de fide Catholica, confirmans tres Synodos, Nicænam, Epheſinam, & Chalcedonenſem, & tomum ſancti Archiepiſcopi Leonis: & damnavit Eutychetem & Neſtorium, & omnes eorum ſequaces, & omnes hæreticos, confirmans dominationem & principatum ſanctæ ſedis Catholicæ & Apoſtolicæ.* Hæc ibi: atque de Hilaro modo ſatis.

Quod vero ad res Orientis ſpectat: hoc ipſo tempore, cum ſancti Danielis, qui columnam aſcenderat anno (ut vidimus) ſuperiori, miraculorum editione fama celebris innoteſceret; Leo Imperator eum cœpit magno honore habere, & interdum etiam viſitare, cujus & ad Deum precibus maſculam prolem ex Verina conjuge obtinuit: quomodo autem hæc ſe habuerint in rebus ab eo geſtis fideliter ſcriptis ita narratur (a): *Magnus Leo, qui Romanum quondam regebat imperium, naturam autem regere non poterat, ſed proles ei deerat maſcula, quid facit? Confugit ad Deum omnium Dominum, apud ipſum Daniele uſus interceſſore. Ille vero paruit, & anno ſequenti parituram eſſe uxorem protinus ſignificavit. Res vero ut dixerat, ſucceſſit: natura ceſſit precibus, non ſolum ad hoc ut daret filium, ſed ad hoc etiam ut daret illo tempore, quo Sancti os divinum prædixerat. Sic ille Daniel non ſolum erat filius precationis, ſed per preces dabat aliis ut haberent filios.* Hæc ibi. Verum tranſtulit infantem Deus e terreni regni ſucceſſione ad fruitionem regni cœleſtis, occulto judicio, ſed tamen ipſi infanti proficuo. Cæterum haud levis ſuſpicio eſt, ſubductum fuiſſe ex hac vita arte Ariadnæ ſororis nequiſſimæ feminæ, Zenonis uxoris, inhiantis Imperio, & malorum omnium, quibus afflictata eſt Orientalis Eccleſia, ſubdolæ concinnatricis. Subdit vero mox auctor de Eudoxia uxore Valentiniani Auguſti, quæ cum filiabus captiva ducta fuerat a Genſerico Wandalorum Rege in Africam, atque inde una cum filia Placidia conjuge Olybrii miſſa Conſtantinopolim. XV.

(a) Apud Sur. die 11. Decembr.

Leo Imp. obtinet filium.

PAGIUS datur; hujus enim conditionis defectu hactenus horum Pontificum tempora perturbata. Cum itaque poſt S. Leonis mortem vacavit Sedes *dies ſeptem*, *Hilarus* die duodecima menſis Novembris [1], in quam hoc anno Dominica cadebat, ordinatus eſt, quod Marianus Scotus in Chronico in antiquo aliquo monumento notatum invenit; ait enim: *Hilarus Papa XLVI. poſt Petrum ordinatur II. Idus Novembris*, ideſt, die XII. Novemb. Baronius, qui mortem Divi Leonis die *XI. April.* conſignavit, quique Marianum Scotum in Hilari principio collocando ſecutus eſt, interpontificium uſque ad ſeptem menſes integros productum fuiſſe, & ſeptem dies, qui in Anaſtaſio leguntur, mendoſe deſcriptos credidit. Verum ipſemet Annaliſta doctiſſimus probat *Hilarum* die XII. Novembris conſecratum fuiſſe ex Concilio Romano anno CDLXV.

Cum

NOTÆ [1] SAlva, quam debeo, tantis Viris reverentia, vix credo Hilarum die 12. Novembris hujus anni Pontificem renunciatum fuiſſe, idque colligo ex Epiſtola ejus ad Leontium Arelatenſem, quem de ſua electione faciens certiorem rogat, ut Coepiſcopis Provinciæ ſuæ eam renunciet, Data eſt illa anno ſequenti die 25. Januarii. Quis profecto credat, Pontificem duos integros menſes, & ſemis nuncium illud diſtuliſſe? Nec obſtant quæ notat ex Baronio Pagius, Hilarum ſcilicet in Epiſtola ad Tarraconenſes ſignificaſſe Epiſcopos qui die 19. Novembris in Concilio Romano coiverunt, eo conveniſſe occaſione Natalis ſui celebrandi; forte enim ut citius aliquanto venirent, rerum in eo Concilio tractandarum multitudo perſuaſit. Certum eſt inſuper, Concilium illud productum fuiſſe uſque ad diem 30. Decembris, ut ex eadem Synodica ad Tarraconenſes ea die data, recte Binius in notis ad eamdem Epiſtolam colligit: hujus autem moræ, non alia potior cauſa apparet, quam quod forte dies Natalis Hilari, quæ facile circa id tempus recurrebat, expectaretur. Neque ex eo quod initium Hilari retrahendum cenſeo uſque ad diem 30. vel potius 31. Decembris, quæ anno illo Dominica fuit, quidquam inferre audeo contra diem obitus S. Leonis a Pagio conſtitutam; forte enim interpontificium diuturnius, quam quod ab Anaſtaſio notetur, interceſſit. Nec enim novum eſt Anaſtaſium in hiſce errare. MANSI

XVI. *Eudoxia Auguſta ad Danielem.* *Cum (inquit) fama erga Sanctum ubique prædicaretur, ad eum venit etiam imperatrix Eudoxia, nuper ſervata ex Africa: & magnam quidem ei reverentiam, multum autem tribuens honorem, & rogans ipſum Danielem ut deſcenderet quidem de columna, ad ſuu vero locu veniret & cohabitaret: Sunt autem (dicebat) ea quidem multa, & amica ſilentio, & quæ poſſint aliquam præbere conſolationem. Ille vero bonum ejus mentem accipiens & laudans, ſtatuit non tranſmigrare, ſed in eo loco perſeverare in quo fuerat a Chriſto plantatus.* Iſta ibi de Eudoxia, quæ depravato textu nominatur Eudocia: nam quæ fuit hoc nomine Imperatrix conjux Theodoſii Junioris, ipſa jam (ut vidimus) defuncta Hieroſolymis erat: alia autem Eudocia filia Eudoxiæ Auguſtæ retenta fuit in Africa a Genſerico in conjugem Hunerici ejus filii; ipſa vero Eudoxia dimiſſa libera eſt proficiſci ad filiam Olybrio nuptam Conſtantinopolim, ubi & diem clauſit extremum.

XVII. Quod autem duæ reperiantur Eudoxiæ, eædemque Auguſtæ, prior Arcadii uxor, poſterior vero Theodoſii Junioris filia ex Eudocia, uxor Valentiniani tertii hujus nominis Imperatoris: priorem illam dictam eſſe cognomento Liciniam cum antiquarius magni nominis nobis aſſereret, errandi tribuit occaſionem: cæterum ex litteris (a) ipſius Eudoxiæ ad Theodoſium datis adverſus Dioſcorum & Eutychetem pro ſancto Leone Romano Pontifice ſatis aperte apparet, non illam, ſed Juniorem dictam fuiſſe Liciniam Eudoxiam. Priorem vero Eudoxiam omnes ferme Juliam cognomento nominant: Eudociam autem Junioris Eudoxiæ matrem, Æliam cognominatam fuiſſe, vetera numiſmata docent: Quod quidem cognomen deductum videri poteſt a Flaccilla Auguſta Theodoſii Majoris uxore, quæ Ælia dicta reperitur. Quarum quidem Auguſtarum hic tibi ſimul ex numiſmatibus formas reddere laboravimus, atque in primis Æliæ Flaccillæ coniugis Theodoſii Senioris, a qua Auguſtæ poſteriores Æliæ nominatæ videntur.

Duæ Eudoxiæ.

(a) In præambul. Concil. Chalced.

(b)





(b) Ex num. Lælii Paſqual.

Quod autem ſubditur cuſum numiſma, eſt Æliæ Eudociæ Auguſtæ Theodoſii Junioris uxoris, matris vero Eudoxiæ Auguſtæ conjugis Valentiniani Imperatoris.

Quam

PAGIUS CDLXV. ſub die XV. Kalendarum Decembrium celebrato, ut habent Acta vulgata, die ſcil. XVII. menſis Novembris. Nam in præcepta, quod Epiſcopis Eccleſiæ Tarraconenſis dedit *III. Kal. Januar.* ſeu die XXIX. Decembris illius anni, dicit Hilarus: *Lectis in Conventu fratrum, quos Natalis mei feſtivitas congregarat, literis veſtris.* Indeque recte deducit *Baronius*, Natale Hilari Papæ non longe remotum fuiſſe a die XVII. menſis Novembris, quo Concilium illud Romanum habitum fuit aliquot poſt annos ordinationis ejus, quam nomine *Natalis* expreſſam fuiſſe certum eſt. Quare inde etiam intelligere poterat, mortem S. Leonis non diu ante diem XVII. menſis Novembris, ac diem ordinationis *Hilari* contigiſſe; nec per pacatiſſima illa Eccleſiæ tempora poſt obitum S. Leonis dilatam fuiſſe electionem ſucceſſoris, ideoque & Anaſtaſium intra ſeptem dies interpontificium accurate reſtrinxiſſe. Denique ordinatio *Hilari* in diem XVII. Novembris ab Henſchenio citato differri non potuit, ſine ejus Deceſſorum & Succeſſorum Chronologiæ depravatione, ut tam ex dictis, quam ex dicendis evidenter patebit. Nunc ad res Britanicas venio.

XV. *Britones a Saxonibus magis in dies vexantur.* *Interea*, inquit Malmesburienſis lib. 1. de Reg. Angl. *Hengiſtus vitio quodam humani ingenii, ut quo plus habeas plus ambias, fraude ſubornata generum ad Convivium cum CCC. ſuorum invitat; cumque frequentioribus poculis invitatos, ad tumultum animaſſet, & unumquemque ex induſtria falſo dicacitate perſtringeret, primo ad jurgia, mox ad arma ventum eſt. Ita Britones ad unum jugulati animas inter vina evomuere. Rex ipſe captus datis tribus Provinciis, libertatem redemit, ſervitium exuit.*

XVI. *Concilium Turonenſe.* Concilium *Turonenſe* I. hoc anno habitum, ut anno CDLXXXII. videbitur.

(a) Ex num. mus. Lælii Paſqual.

(a)





Quam vero vidiſti Crucem intra coronam, eam ſuper frontem geſtaſſe Auguſtas, alias diximus, & ſequentis nummi forma declarat, quæ eſt Liciniæ Eudoxiæ Auguſtæ conjugis Valentiniani, errore aliquando poſita pro Eudoxia Auguſta Arcadii uxore: ſed cur non & ipſa Ælia dicta, ignoratur.





JESU CHRISTI ANNUS 462.	HILARI PAP. ANNUS 2.	LEONIS 6. SEVERI 2. IMPP.

I. QUadringenteſimus ſexageſimusſecundus Chriſti annus clarus duobus Auguſtis Leone ſecundum & Severo Conſulibus illuceſcit, ſed ſcriptorum inopia obſcurus omnino redditus. Quid enim certi ſub hoc anno factum ſit, nil plane eſt, niſi quod Cedrenus (*a*) ex antiquioribus tibi memoriis iſta prodit. *Hoc anno ſexto Leonis Imperatoris, Conſtantinopoli pictori cuidam aggreſſo Chriſtum forma Jovis pingere, manus exaruit. Eum facinus confeſſum Gennadius Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſanavit*: Hæc eadem habet Theodorus Lector (*b*), atque Nicephorus (*c*). Ex quo plane facto duo ſunt Eccleſiæ exempla relicta, & ut ſacræ Imagines pie ſancteque reddantur; & ut peccata quantumvis enormia confeſſione purgari per ſacerdotem quærantur; cum ex ſigno quod foris apparuit redditæ ſanitatis, purgatam intrinſecus animam a reatu, intelligi poſſit.

(*a*) Cedr. in Comp.
(*b*) Theod. Lector Collect. lib. 2.
(*c*) Niceph. l. 15. c. 23.

II. ☞ Anni hujus initio, nempe menſe Januario, qui ſuperiori anno menſe Novembri creatus eſt Pontifex, Hilarus Papa litteras de ſua creatione ſcripſit ex more ad omnes Eccleſias. Extat inter alias ejuſdem Pontificis litteras epiſtola quam eo argumento dedit in Gallias ad Leontium Epiſcopum, quam una cum cæteris ex ſæpe dicto veteri codice Arelatenſis Eccleſiæ hic tibi edendam curavimus: eſt hujuſmodi:

III. Epiſtola Hilari Papæ ad Leontium Epiſc. Arelat. de ſua creatione.

Dilectiſſimo fratri Leontio Hilarus.

Quantum reverentiæ in Spiritu Dei qui ſubditos ſibi inhabitat ſacerdotes, B. Petro Apoſtolo & ſedi ipſius deferatur omnibus arbitror eſſe compertum, quibus paternarum traditionum incorrupta cuſtodia eſt: quos cum volumus de noſtræ ordinationis primordiis gratulari, opera quæ in nos divinæ pietatis dignatio oſtendit, ſanctitati tuæ duximus indicanda: ut ipſe primum pro eo quem in nobis invicem ſemper impendimus, præſtante Domino, læteris affectu: deinde ut diſpoſitione tuæ fraternitatis omnibus per univerſam provinciam fratribus & conſacerdotibus innoteſcat, quod humilitatem meam dextera Domini viſitare dignata ſit, & in Apoſtolicæ ſedis regimen non pro merito, ſed pro ſua gratiæ abundantiſſima largitate commiſerit. Proinde frater cariſſime, quod ſanctitati tuæ (præſenti ſermone patefecimus, in omnium noſtrum quemadmodum diximus) notitiam deferre digaberis: ut ſupplicaturi Domino noſtro Jeſu Chriſto, ſicut exultationis gaudia, ita

---

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5955.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. D. A. C. 462.

☉ 23. G. ☽ 7. P. 1. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 462.

HILARI PAPÆ 2.

LEONIS IMP. 6.

SEVERI IMP. 2.

I. Conſules. [1] COSS. *Leo Aug. II. & Vibius Severus Aug.* hic propter Imperii initium, ille propter *Quinquennalia* Conſul renunciatus.

II. Ad num. II. & ſeqq. *Hilarus* Papa hoc anno litteris *VIII. Kalend. Februar. D. N. Severo Auguſto Conſule*, datis, ſuam creationem Leontio Epiſcopo Arelatenſi ſignificavit, quæ Epiſtola circularis fuit, de more & conſuetudine ad omnes Eccleſias tranſmiſſa. Baronius in margine ait, In Faſtis præponi Leonem Aug. & addi Severum; quod quidem verum eſt; ſed in Occidente plerumque ſolo Occidentali Conſule Acta, aliaque monumenta notabantur, & vice verſa in Oriente. Porro ex ea Hilari ad Leontium Epiſtola liquet, *Ravennium* paulo ante hunc annum vita functum, eique Leontium ſucceſſiſſe. In Dyptichis Eccleſiæ Arelatenſis a Mabillonio Tom. III. Analect. pag. 432. ex veteri Codice MS. deſcriptis poſt *Ravennium* memoratus *Leontius*, nulla facta mentione *Auguſtalis*, quem tamen Saxius in Pontificio Arelatenſi inter Antiſtites illius Urbis numeravit, quod ejus memoria ſit in Martyrologio Bedæ attributo. Verum *Auguſtalis* nomen in vero Bedæ Martyrologio non legitur, & ſi Epiſcopatum Arelatenſem geſſiſſet, in laudatis Di-

Hilarus PP. monet Epiſcopos de ſua creatione.

NOTÆ [1] COſſ. *Leo Aug. II. & Vibius Severus Aug.* De *Severi Auguſti primo conſulatu*, Inſcriptio apud Fabrettum pag. 757. quam nos attulimus ad A. D. 452. Inſcriptiones Baſilicæ S. Pauli via Oſtienſi n. 47.

Cum PARAVIT. CONS. DN. SEVERI.

Victor: *Leone Aug. II. Viviano Coſſ.* Marcellinus: *Leone Aug. II. ſolo coſ.* Faſti Idatii: *Severo & Leone Auguſtis*. Proſper Vaticanus MS. *Leone Aug. & Severo Aug.* Epiſtolæ S. Hilari Papæ, Concil. tom. IV. pag. 2039. & 2043. D. N. SEVERO. *Auguſto conſule*. Epiſtola Leontii Arelatenſis ad eumdem *Hilarum* Papam data eſt: *Severo Aug. Conſule*. In nummis *Severus* D. N. LIBIVS SEVERVS PERPET. AVG. vocatur, perperam in Coſſ. hujus anni apud Pagium legitur *Vibius*. GEORGIUS

*ita profutura univerſali Eccleſiæ oratio-num ſuarum nobis vota conjungant. Do-minus te incolumem cuſtodiat, frater ca-riſſime. Dat. II. Kal. Febr. domino Se-vero * Aug. Cauſſ.* His datis litteris ad Leontium, paulo poſt, ubi eas nondum redditas accepiſſet, idem Pontifex iſtas adjecit:

* In Faſtis præponitur Leo Aug. & additur Severus item Aug.

IV. Aliæ litteræ ejuſdem ad eumdem.

Dilectiſſimo fratri Leontio, Hilarus.

*Dilectioni meæ, quæ circa Eccleſias Gal-licanas, omneſque in eis Domini ſacerdo-tes etiam in inferiori gradu poſitos abun-dat, multum accedit augmenti, quod per verum & ſpectabilem populum filium no-ſtrum ſermonis tui ad me ſunt delata prin-cipia. Ex quo tamen conjicio, paginam meam, quam dudum de Epiſcopatus mei primordiis miſi, necdum traditam tibi fuiſ-ſe cum ſcriberes, de qua utique non ſi-luiſſes, niſi prolatorem aliqua cauſa tur-daſſet. Unde quod & conſuetudo poſcebat & charitas, jampridem me executum ſigni-fico: & hoc ipſis litterarum exemplaribus, quæ direxi, plenius noſſe vos cupio, ut officio fraterno in nullo intelligatis fuiſ-ſe me deſidem: & ita viciſſim frequentan-dis ſtudeamus alloquiis, ut vicem nobis communis præſentiæ ſcribendi cura compen-ſet, frater cariſſime. Acceptis itaque com-munis * tui gratiam periiſſe non paſſus es, & quod eis ſolicitudine intentum te eſſe cognoſco, ut cuſtodiendis paternorum ca-nonum regulis ſtudere me cupias; quo de-ſiderio nihil concipi ſalubrius poteſt, quam ut in una Eccleſia, cui oportet nec ma-cula aliquid meſſe, nec ruga, una ſit in omnibus obſervantia diſciplinæ. Cui ſi aliquid eruditionis aut correptionis ad-dendum eſt, rectiſſime per veſtram dili-gentiam conſuletur, ſi quemadmodum es dignatus ſcribere, tam inſtructa ad nos fuerit perſona directa, quæ inquiſitionem noſtram plene ex omnibus poſſit inſtruere. Expondeo enim, quantum gratia Dei do-nat, ut expondeam hoc me ad univerſa-lem ſacerdotum Domini concordiam provi-ſurum, ut omnes non ſua audeant quære-re, ſed quæ ſunt Chriſti ſtudeant obtine-re. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime.* Accidit autem poſt hæc, ut cum Hermes quidam intruſiſſet ſe in Ec-cleſiam Narbonenſem, acriter Hilarus re-prehenderet Leontium Epiſcopum, datis ad eum litteris iſtis:

Dilectiſſimo fratri Leontio, Hilarus. V.

Miramur fraternitatem tuam ita legis Catholicæ immemorem eſſe, ut quæque ini-qua & contra Patrum noſtrorum ſtatuta in provincia quæ ad monarchiam tuam pertinet, ſi ipſe aut non vis, aut non po-tes, etiam nec nos ſilentii tui taciturni-tate permittas corrigere. Siquidem quod & rumore cognovimus, & quantum dili-genter a diacono Joanne, qui a magnifi-co viro filio noſtro Frederico litteris ſuis inſinuatus eſt, requiſivimus, quod iniquiſ-ſima uſurpatione quidam Hermes Epiſco-patum civitatis Narbonenſis execrabili au-ctoritate præſumpſerit. Quam rem decue-rat ſanctitatem tuam ut nobis in veſtigio indicares. Qua de re, frater cariſſime, monemus, ut fides adhibeatur aſſertis, ſe-

PAGIUS Diptychis nomen ejus omiſſum non fuiſſet, Holſtenius quidem in Animadverſionibus ad Martyrologium Romanum ad *VII. Idus Septemb.* ait, in MS. Reginæ Sueciæ legi. *Arelato S. Auguſtalis*, ſed hoc intelligendum de loco ejus ſepulturæ, non vero de ejus Sede Epiſcopali. Verum enim exiſtimo quod in Chron. Fl. Lucio Dextro male attributo ad an. CCCLXXXIV. & ad an. CCCLXXXVIII. legitur. Hæc prioris loci verba: *S. Auguſtalis Epiſcopus Illiberritanus moritur in Gallia, dum Catholicorum cauſa illic diu immoratur.* In poſteriori hæc habentur: *S. Auguſtalis Illiberritanus Epiſc. Arelate moritur, ac in Sanctorum numerum relatus eſt cujus memoria colitur VII. Septemb.* Hoc quidem Chronicon ſub nomine Lucii Dextri, qui Sancti Hieronymi tempore vixit, & cujus Opus a multis ſæculis deperditum, a non multis annis confictum fuit, & qui illud ſuppoſuit diem cultus Sancti Auguſtalis a vulgari Bedæ Martyrologio mutuatus eſt, ſed quod ait eum Eliribetanum Epiſcopum fuiſſe, & in Gallia animam Deo reddidiſſe, ab illius Eccleſiæ monumentis accepiſſe videtur. Quemadmodum itaque *Cyrus* Cotyæi Epiſcopus, Smyrnenſis Epiſcopus creditus fuit, quod in ea Urbe e vivis exceſſerit, uti anno CDXLVII. num. VI. & ſeq. monſtravimus, ſic *Auguſtalis* propter eamdem rationem Epiſcopus Arelatenſis a quibuſdam exiſtimatus. Cæterum Auguſtalem numquam Epiſcopum Arelatenſem extitiſſe certum eſſe debet.

III. *Aliqua Chronica ſuppoſititia.*

Præter Chronicon *Flavii Dextri*, ſubdititium etiam Chronicon, quod Auctor in Præfatione fingit eſſe *continuationem omnimodæ Hiſtoriæ quam fecit Fl. Lucius Dexter*, illudque *Maximo* Cæſaraguſtæ Epiſcopo, qui Chronicon ſcripſerat, ut videre eſt apud Baronium anno DLXXXIV. num. VIII. attribuit. Idem judicium ferendum de Chronico *Luitprando* Ticinenſi Diacono, ac dein Cremonenſi Epiſcopo affícto, ac de alio, Chronico, quod ſub *Juliani Petri* nomine a non multis annis lucem vidit; ſunt enim hæc ſcripta recentia ad conciliandam Dextri Chronico auctoritatem adornata. De illis inter alios legendus Bollandus in præfatione ad Vitas SS. Tomi I. Februarii cap. 4. De genuinis *Luitprandi* libris anno DCCCCLIX. mentionem faciemus.

IV. *Templum S. Joannis Præcurſoris CP. ædificatur.*

Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLV. qui Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni inchoatur, ait, *Studium* hoc anno templum Præcurſoris extruxiſſe pro Monachis Acœmetis: Theophanis verba anno CDLIX. num. VI. .... quo de hujus templi fundatione agit Baronius, retulimus. Hujus templi celeberrimi ædificatio Quinquennalium Leonis Imp. indicium eſt.

V. *Britanni in Cambriam ſe ſe recipere coacti.*

Geſta in Britannia his verbis recitat Weſtmonaſterienſis: *Anno gratiæ CDLXII. Saxones Vortigerno Regi mortem comminantes, ligaverunt eum, petieruntque civitates, atque munitiones ſuas pro vita. Quibus illico, quicquid affectaverant, conceſſit; ut vivus abſcedere ſineretur. Quod cum juramento confirmatum fuiſſet, ſolve-*

runt

poſita excuſatione, ad nos tam dilectionis tuæ, quam fratrum noſtrorum, aut per portitorem litterarum, aut per quem ipſi elegeritis, ſubſcriptam manuum veſtrarum relationem transmittatis: ut quid definire poſſimus, recurrenti pagina poſſitis agnoſcere. Dominus te incolumem cuſtodiat; frater cariſſime. Dat. III. Non. Novembr.

At de his & aliis idem Hilarus Papa ejuſmodi dedit litteras ad Metropolitanos diverſarum provinciarum his verbis:

VI. *Dilectiſſimis fratribus Epiſcopis provinciæ Viennenſis, Lugdunenſis, Narbonenſis Primæ, & Secundæ, & Alpium Apenninarum, Hilarus Epiſcopus S.*

Quamquam notitiam dilectionis veſtræ, quanta vel qualia in Narbonenſi ac Biterrenſi Eccleſia dudum ſint admiſſa non lateant, & præſumptionis improbitas ad nos uſque perveniens proculdubio regionibus manifeſta ſit Gallicanis: Apoſtolicæ tamen ſolicitudinis intereſt culpas in noſtro deprehenſas examine non tacere: ne per incongruum ſilentium cum inique agentibus habere videamur conniventiæ portionem. Olim igitur urbium Præſides prædictarum ſanctæ memoriæ deceſſori meo non minus quam nobis etiam tunc attulerunt dolores illicitis petitionibus audendo proſequi, quod vix apud patientiam noſtram ſola neceſſitatem potuit deploratione liniri. Quibus enim (ſicut etiam vos probatis factis) conſtat exemplis, & quæ non objurgatione digniſſimum eſt, quod ſanctorum Patrum decretis, & ipſis repugnat canonum inſtitutis? Cum ideo ſe frater jam & Coepiſcopus noſter Hermes a Narbonenſi Eccleſia credidit jure ſuſcipi, quia indigne a Biterrenſibus, quibus ordinatus eſt, dicebat excludi. Quod ſi vere hoc in ſe factum doleret, & legitimo remedio ſubvenire propriæ ſciſſet injuriæ, vindictam magis debuit ſperare perpeſſis, quam veniam perpetratis. Denique ſi nunc ſaltem communi omnium Domini ſacerdotum utatur animo, ſi imitetur exemplum, ſi ad hæc quæ Eccleſiaſticæ quietis contemplatione utcumque ſopita ſunt, oculis cordis intendat, & pro totius Eccleſiæ pace vel fide quæ ſunt multipliciter rata conſideret; nihil eſt profecto, quod non etiam ipſe reprehendat, & erubeſcat ſibi nunc quod in altero laudabiliter improbarit.

Scimus enim, & jamdiu de memorati VII.
fratris converſatione nihil habemus ambiguum, cum anteacta vitæ ipſius curſum & retro ante poſitum noſtro revolventes animo, hos illum quos in eo arguimus incurriſſe potius, quam fugiſſe exiſtimemus exceſſus. De quibus præſidente fratrum numeroſo Concilio ex diverſis provinciis ad diem natalis noſtri in honorem beati Petri Apoſtoli per Dei gratiam congregato, præſidentibus fratribus & Coepiſcopis noſtris Fauſto & Auxanio, atque agentibus plurimis quæ vigorem reſpiciunt auctoritatemque judicii, id a nobis pacis amore eſt conſtitutum, ut in ſententia, quam ſub adverſione utriuſque legationis inde directæ, Chriſto Domino noſtro inſpirante, protulimus, neque charitas Evangelicæ indulgentiæ, neque Apoſtolica virga defuerit diſciplinæ: namque in totum nec remittere nos fecit indulgentia, nec affectio coercere. Ei qui nunc Ecclecleſiæ Narbonenſi præſidere permittitur, ordinandorum Epiſcoporum ob hæc quæ prave facta ſunt, ſuſtulimus poteſtatem: quam ita ad fratrem & Coepiſcopum noſtrum Conſtantium Uceticæ Eccleſiæ Antiſtitem, quia æve honoris Primas eſſe dicitur, pertinere cenſuimus, ut ſi ſuperſtite Herme Epiſcopo defunctus fuerit, illum hæc cura reſpiciat, quem repererit Epiſcopalis ordo Primatem: Herme autem Epiſcopo deficiente, faciendorum mos Antiſtitum Narbonenſi mox reddatur Eccleſiæ, quem non civitas, ſed cauſa præſumptionis amiſit.

Unde veſtræ fraternitatis in Domino ſin- VIII.
cera dilectio ſolicitudinem paſtoralis curæ in ſuis ſedibus partita nobiſcum commiſſarum ſibi Eccleſiarum diligentia, vigilanter exerceat; & eorum taliter quæ in Narbonenſi provincia emerſere, meminerit, ut deteſtetur factum potius, quam ſumat exemplum. Quod ita deinceps eſſe nolumus, ſicut novimus non fuiſſe. Itaque fratres cariſſime, neceſſariis ſtudiis eſt agendum, ne error, quem juvante Chriſto Domino noſtro nuper abolevimus, aut in ſimiles, aut in novos unquam prodire poſſit exceſſus: quod utique non aliter poterit præcaveri, niſi ſtatuta venerandorum canonum in faciendis conventibus, quos hactenus omitti fecit certa neceſſitas

PAGIUS *runt eum: atque Urbem Londinenſem primo adeuntes ceperunt. Deinde Eboracum & Lindocolinum, nec non & VVintoniam quæque Provincias devaſtantes, graſſanteſque, ſubito cives invaſerunt; quaſi lupi oves, quas Paſtores deſeruerunt. Eccleſias & Eccleſiaſtica omnia ad ſolum uſque deſtruebant; Sacerdotes juxta altaria trucidabant, Sacras Scripturas igne concremabant; ſuper Sanctorum Martyrum ſepulturas cumulos terra congerebant. Viri Religioſi, qui ab hac clade evadere potuerunt, ſpeluncas, & nemora, atque deſerta montium, & collium prærupta Sanctorum Reliquias portantes petierunt. Cum ergo tantam cladem inſpexiſſet Vortigernus inſcius quid contra nefandam gentem ageret, ſeceſſit in partes Cambria, & ſeſe in Oppidum Generium incluſit.* Videant Proteſtantes Angliæ, quam alieni ſint ab antiquis Britannis, cum quibus dicunt ſe ſe in omni controverſia idem ac illos ſentire; dum interim cum infideli Saxone Sanctorum Reliquias, quas Britanni religioſiſſime ſervarunt, dehoneſtant, & Barbarorum more, flamma, ferroque violant, ut eis exprobrant noſtri Controverſiſtæ.

Bri-

tas, exequamur: in quibus poſſint pro emergentium neceſſitate cauſarum ad Eccleſiaſticæ obſervantiam diſciplinæ, & quæ ſecus facta fuerint corrigi, & ſequenda conſtitui.

IX. *Per annos itaque ſingulos ex provinciis, quibus potuerit congregari, habeatur Epiſcopale Concilium: ita ut opportunis locis, atque temporibus ſecundum diſpoſitionem fratris & Coepiſcopi noſtri Leontii, cui ſolicitudinem in congregandis fratribus delegavimus, Metropolitanis per litteras ejus admonitis, celebretur: Ut ſi quid uſquam vel in ordinandis Epiſcopis, vel presbyteris, aut cujuſlibet loci clericis faciendis contra præcepta Apoſtolica reperiatur admiſſum, aut in eorum converſatione quippiam reprobatur communi omnium auctoritate reſecetur. In ea præcipue celebritate conveniatur, quæ præſidente Chriſto Domino noſtro & veneranda ſit ſanctis, & formidanda perverſis. Nec cuiquam licebit a regulis evagari, quas ſibi juxta canonum definitiones unita fraternitas in commune præfixerit, cum imminente quotannis examine, ita ſinguli actus ſuos dirigunt, ut his diſcuſſio judicii optari magis debeat, quam timeri. In dirimendis ſane gravioribus cauſis, & quæ illic non potuerint terminari, Apoſtolicæ ſedis ſententia conſulatur.*

X. *Illud etiam non poſſumus præterire, quod ſolicitudine diligentiore curandum ſit, ne præter Metropolitanorum ſuorum litteras aliqui ad quamlibet provinciam audeant proficiſci: quod etiam in omni genere officii clericalis per ſingulas debet Eccleſias cuſtodiri. Quibus e contrario hac ratione proſpicimus, ut ſi hoc impetrare per aliquam non meruerint ſimultatem, cum duobus Metropolitanis provinciarum, quæ congruæ ſunt, Arelatenſis Epiſcopus cuncta diſcutiens, pro cauſæ qualitate obſervanda conſtituat: nec in injuriam alterius alienum clericum ſuſcipi præter teſtimonium propriæ Antiſtitis ſecundum canonum ſtatuta præcipiet. Singuli autem fratres univerſique cognoſcant parendum eſſe præſentibus conſtitutis, quibus etiam commonitio noſtra denunciat, in eos Chriſti Domini noſtri judicium minime defuturum, qui declinando ſuperba rebellione conventus, conſcientiæ ſuæ teſtimonio confutantur ſacerdotalis innocentiæ fiduciam non habere.*

XI. *Præterea ejuſdem fratris libellus oblatus eſt nobis, quo perhibet parochias Arelatenſis Eccleſiæ a prædeceſſore ſuo Hilario in alias (quod non licuit) fuiſſe tranſlatas, petens illas priſtino juri noſtra auctoritate reſtitui. Sed moderaminis Apoſtolici memores fraternitati veſtræ querelam ipſius remiſimus audiendam, ut in veſtro conventu ea quæ a nobis ſcripta ſunt allegentur, & quæ Eccleſiaſticis regulis congruant decernantur. Simul etiam ſuper hoc univerſam fraternitatem volumus eſſe commonitum, ne prædia quæ neque deſerta neque damnoſa ſunt, & ad Eccleſiam pertinent, ex quibus plurimorum conſueverit neceſſitatibus ſubveniri, aliquo jure in alterum transferantur, niſi prius apud Concilium alienationis ipſius cauſa doceatur: ut quid fieri debeat, communi omnium deliberatione tractetur. Dominus vos incolumes cuſtodiat, fratres cariſſimi. Dat. III. Non. Decembr.* Porro has omnes Hilari Papæ epiſtolas integras edendas curavimus, quod hactenus numquam cuſas ſciamus: accepimus vero ipſas ex codice ſæpe citato Arelatenſis Eccleſiæ, ubi extant & aliæ ejus epiſtolæ, ſed quod ſequentibus annis datæ appareant, ſuo loco ponemus. ☞

Qui

PAGIUS VI.

Inde ſæpe in Saxones irruerunt.

Britanni e Cambria, ſeu Wallia ſæpe ſæpius poſtea egreſſi provocaverunt *Saxones* & multo infortunio docti peritius arma tractare cœpere; etiam aliquando deviceerunt: ſæpe amiſſas Provincias receperunt, & pluſes adhuc annos Regis Britanniæ nomen nunc adverſo, nunc ſecundo Marte, ſervarunt. Hinc Beda lib. 1. cap. 16. *At ubi hoſtilis exercitus, exterminatis diſperſiſque Inſulæ indigenis, domum reverſus eſt cœperunt & illi paulatim vires animoſque reſumere, emergentes de latibulis, quibus abditi fuerant, & unanimi conſenſu auxilium cæleſte precantes, ne uſque ad internecionem uſquequaque delerentur. Utebantur eo tempore Duce Ambroſio Aureliano, Viro modeſto, qui ſolus forte Romanæ gentis præfatæ tempeſtati ſuperfuerat, occiſis in eadem parentibus Regium nomen & inſigne ferentibus.*

JESU CHRISTI ANNUS 463.	HILARI PAP. ANNUS 3.	LEONIS 7. SEVERI 3. IMPP.

I. Baſilii Conſulatus.

QUi ſequitur annus quadringenteſimus ſexageſimuſtertius, Cæcina Decio Baſilio, & Vibiano Conſulibus adnotatur. Extat quidem præclara memoria Baſilii Conſulis, dum eum Sidonius comparat (a) cum Avieno, qui ante annos octo Conſulatum geſſerat cum Valentiniano Auguſto ſeptimum eo magiſtratu fungente. Agens enim de Senatu Romano ejus temporis iſta ait: *Erant quidem in Senatu plerique opibus culti, genere ſublimes, ætate graves conſilio utiles, dignitate elati, dignatione communes: ſed ſervata pace reliquorum, duo faſtigiatiſſimi Conſulares Gennadius Avienus & Cæcina Baſilius præ cæteris conſpiciebantur: ii in ampliſſimo*

(a) *Sidon. l.1. ep.9.*

PAGIUS SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DI. A. C. 463.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5956.

⊙ 14. F. ☽ 8. P. 21. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 463.

HILARI PAPÆ 3.

LEONIS IMP. 7.

SEVERI IMP. 3.

I. *Conſules.* [1] COSS. *Fl. Cæcina Baſilius & Vivianus*, ut habent Caſſiodorus Marius Aventicenſis, Auctor Chronici Alexandrini, aliique Faſtorum Conditores. Errat Marcellinus in Chronico, ubi *Vivianum & Felicem* proponit. *Baſilius* Conſul Occidentalis fuit, quem Sidonius lib. 1. Epiſt. 9. Cæcinam Baſilium appellat, [2] & e familia Deciana ortum fuiſſe docet. *Vivianus*, qui in aliquibus Faſtis *Bibianus* dicitur, Conſul in Oriente creatus, indeque ejus ſolius Faſti Heraclſani meminere. *Viviani* mentionem facit Candidus in Excerptis pag. 18. quemadmodum & Malchus Rhetor pag. 70. quem a *Viviano* Conſule diverſum non eſſe exiſtimo. Emin. Card. Noriſius in Faſtis Conſularibus, quos e MS Biblioth. Cæſ. eruit, pag. 43. exhibet egregiam Inſcriptionem, quæ unica Paſchalia Feſti characteribus inſignita, Annales Eccleſiaſticos mirifice illuſtrat.

NATU. SEVERI NOMINE PASCASIUS
DIES PASCALES PRID. NON. APRIL.
DIE JOBIS CONSTANTINO
ET BUFO VV. CC. CONSS. QUI VIXIT
ANNORUM VI. PERCEPIT
XI. KAL. MAJAS. ET ALBAS SUAS
OCTABAS PASCHÆ AD SEPULCRUM
DEPOSUIT D. IIII. KAL. MAI. FL. BASILIO
V. C. CO.

Hanc inſcriptionem erudite Card. Noriſius explicat, ex eaque deducit, Romanam Eccleſiam cum Alexandrina in die Paſchatis decernendo hoc anno conveniſſe. Ibi enim legitur, *percepit XI. Kal. Maias*, id eſt, die XXI. menſis Aprilis hujus anni Baſilii Conſulatu notati, qua die puer *Paſchaſius* annos natus ſex percepit baptiſmum, quæ vox ibidem ſubintelligitur. Cum vero inſequenti hebdomade, de more Eccleſiæ albas veſtes ferret, demortuus, *eaſdem in octava Paſcha ad ſepulcrum depoſuit die IV. Kal. Maii*, ſeu die XXVIII. menſis Aprilis. *Paſchaſius* ibidem natus dicitur *diebus Paſchalibus, pridie Nonas Aprilis, die Jovis, Conſtantino & Rufo Coſſ.* anno ſcil. CDLVII. quo Paſcha celebratum eſt die XXX. Martii. & dies Jovis Natalis Paſchaſii fuit dies IV. menſis Aprilis. His aliiſque a Card. Noriſio obſervatis addo, ideo Epitaphii conditorem duos Conſules anni CDLVII. memoraſſe, quia uterque Orientalis fuit, & in Occidente, quando uterque Conſul Orientalis erat, uterque etiam de more in monumentis publicis nominabatur, & viceverſa in Oriente, vel utriuſque nomen tacebatur, & formula *Poſt Conſulatum* adhibebatur. Ex eo itaque quod *Baſilius*, qui hoc anno Conſulatum geſſit, ſine *Viviano* collega ibi exprimatur, eum Occidentalem Conſulem fuiſſe innoteſcit. Quando enim in Occidente unius Conſulis mentio fiebat, ſolius Occidentalis nomen apponebatur, & viceverſa. Nec eſt quod Mabillonius in lib. de Studiis Monaſticis dicat, ideo ſolius Conſulis Occidentalis Epitaphii conditorem meminiſſe, quia menſe Aprili nomen Conſulis Orientalis nondum in Occidente nunciatum erat. Baronius enim num. IV. refert Epiſtolam Hilari Papæ ad Leontium Epiſcopum Arelatenſem, quæ dicitur data *VI. Id. Octob. Baſilio V. C. Coſ.* Cum tamen menſe Octobri Viviani Conſulis Orientalis nomen in Occidente neminem lateret.

II. *Romana Eccleſia cum Alexandrina in die Paſchatis convenit.*

Ad

NOTÆ [1] C*Oſſ. Fl. Cæcina Baſilius, & Vivianus.* Inſcriptio apud Fabrettum pag. 577. de qua nos ad A. D. 457 habet in fine IIII. KAL. MAI. FL. BASILIO. V. C CONS. Marcellinus: *Vibiano & Felice.* Faſti Idatii: *Baſilio & Gadalpho* (forte vitio librarii *Gadalaiſi* nomen irrepſit. Proſper Vaticanus MS. *Baſilio & Bibiano.* Sidonius lib. I. epiſt. IX. *Cæcinam Baſilium* nominat, ut & Græca Inſcriptio apud Boiſſardum P. V. pag. 99. *Flavium Vibianum* memorat, non tamen conſulem. Hinc apud nonnullos recentiores conſules hujus anni ita exhibentur: *Fl. Vivianus, & Cæcina Decius Praſilius Felix.* Mendoſe tamen. GEORGIUS

[2] NOn ſolum Baſilius iſte, ſed & alter Baſilius anno 480. Conſul Cæcinæ nomen præferebat, ut non obſcure docet Inſcriptio apud Gruterum pag. CLII. 8. in qua de hoc Baſilio legas: *Ex proſapia Deciorum Cæc. Mav. Baſilio Decio V. C. & inl. expf. Urbe exppo* (ex Præfecto P.) *Exron. Ord. Pat.* (Patritio) Hinc autem non male colligeremus, Baſilium Conſulem anni 480. hujus Baſilii hoc anno Conſulis filium fuiſſe, cum filii Parentum ſuorum nomina ſuis addere non raro ſolerent. MANSI

mo ordine, ſepoſita prærogativa partis armatæ, facile poſt purpuratum Principem principes erant, &c. Comparat eos ſimul, & in quibus alter alteri præſtaret, enarrat: ſed ad commendationem hujus hæc ait: *Avienus ad Conſulatum felicitate, Baſilius virtute pervenerat*. Sed & de Baſilii familia paulo poſt addit: *In hoc* (inquit) *Corvinorum familia Deciana præferebatur*.

II. (a) Marian. Scot. in Chron. Hilarus Papa Cyclum novum curat per Victorinum.

Sub hoc anno (*a*) Hilarus Papa conſiderans Theophili Alexandrini Epiſcopi Cyclum jam in declivum labentem, abſolvendum anno Chriſti quadringenteſimo octogeſimo, de novo conſcribendo calculo provinciam injunxit Victorino Aquitano, qui hujus facultatis habebatur omnium hoc tempore facile princeps. Præſtitit ille quidem quod a Romano Pontifice injunctum fuit opus, ſcripſitque Cyclum annorum quingentorum triginta duorum: expertus eſt tamen poſtea adverſantem ſibi Victorem Epiſcopum Capuanum, cui magis Beda tribuit: ſed de controverſiis iis ſuo loco dicendum erit. Hæc de Victorino complures teſtantur. Gennadius temporis hujus ſcriptor de ipſo ita habet (*b*): *Victorinus natione Aquitanus, calculator ſcripturarum*, invitatus a S. Hilaro urbis Romæ Epiſcopo, compoſuit Paſchalem curſum indagatione cautiſſima poſt quatuor priores, Hippolytum, Euſebium, Theophilum, & Proſperum; & protendis annorum ſeriem uſque ad quingenteſimum trigeſimumſecundum, ita ut quingenteſimo trigeſimotertio anno Paſchalis reincipiat ſolemnitas eodem menſe & die, eadem & Luna, qua primum paſſio, & reſurrectio Domini facta eſt*. Hæc Gennadius.

(b) Genn. de viris illuſtr. c. 88. * temporum.

III. Poſitum hic erat in priori editione Concilium Arauſicanum poſterius, ubi collocatum erat a veteri Conciliorum collectore. Verum ab ipſo erratum vel ſero cognovimus, ſicut ab aliis eodem errore deceptis, qui eamdem rationem temporis inierunt. Quamobrem in ſequentem Tomum reponendum ſuo loco curavimus, ubi Lector exactam de his cunctis redditam rationem, inveniet.

IV. ☞ Hoc eodem anno data reperitur in Gallias epiſtola ab Hilaro Papa ad Leontium Arelatenſem Epiſcopum adverſus Mamertum Epiſcopum Viennenſem, quod extra ſuam Metropolim Epiſcopum ordinaſſet: quæ ex codice Arelatenſi accepta ſic ſe habet:

Dilectiſſimo fratri Leontio, Hilarus.

Qualiter contra ſedis Apoſtolicæ veniens conſtituta ſacerdotalem modeſtiam Mamertus Epiſcopus Viennenſis exceſſerit, dilectionis tuæ debuimus relatione cognoſcere, ut auſibus talibus maturum & juxta Eccleſiaſticum ordinem regularem congruum judicium proferremus. Quantum enim filii noſtri viri illuſtris Magiſtri militum Gunduicii ſermone eſt indicatum, prædictus Epiſcopus invitis Dienſibus, & qui ad Eccleſiarum ejus numerum, quem ei Apoſtolicæ ſedis deputavit auctoritas (ſicut in ſcriniis noſtris legimus) minime pertinebant, hoſtili more (ut dicitur) occupans civitatem, Epiſcopum conſecrare præſumpſit. In quo, frater cariſſime, ſi ita eſt, quam multiplex culpa ſit, pronunciare poſſumus, niſi judicii (ut diximus) & moderatio nobis eſſet & ordo ſervandus. Atque ideo memor ſolicitudinis quam dilectioni tuæ ſcis eſſe commiſſam, quicquid nunc ad notitiam noſtram brevi inſinuatione delatum eſt, in conventu Synodali, qui

PAGIUS III. *Victorius ſcribit Cyclum ſuum DXXXII. annorum.*

Ad num. II. *Victorius Aquitanus* Cyclum ſuum DXXXII. annorum, non hoc anno, ſed anno CDLVII. quo *Hilarus* adhuc Urbis Romæ Archidiaconus erat, compoſuit, ut liquet ex præfatione, in qua Victorius dicit, Conſules tunc extitiſſe *Conſtantinum* & *Rufum*, qui anno CDLVII. Faſtis nomen dedere. Canonem illum Paſchalem poſt Baronii mortem promulgavit Bucherius in Opere de Doct. Temp. & pluribus expoſuit. Editus eſt occaſione Paſchatis anni CDLV. de quo magna Orientales inter & Occidentales contentio fuerat. Sanctus enim *Leo*, ne quid impoſterum ſimile contingeret, per quempiam e ſuis talium intelligentem, Paſchalem Canonem novum conſcribi voluit, negotiumque *Hilaro* tunc ſuo Archidiacono, & poſtea in Petri Sede ſucceſſori commiſit. Bucherius cap. 2. ait Victorium Clero Romano veroſimiliter adſcriptum fuiſſe, cum eum *honorabilem & dilectiſſimum fratrem*, Hilarus Romanus Archidiaconus appellet. Verum quia hæc quandoque laudum præconia Viris piis ac religioſis adſcribebantur, non tam id ex his colligi debet epithetis, quam ex iis quæ vice verſa Hilaro reddit ipſe Victorius, quem *Dominum vere ſanctum ac venerabilem in Chriſto fratrem* appellat, inquit Antelmius in Differt. VIII. de Oper. SS. Leonis & Proſperi num. VI. *Fratris* enim nomine Laici quamvis inſignes & religioſi Eccleſiæ Miniſtros, & inter eos minus Eccleſiæ Archidiaconum nuncupaſſent. Præterea *Hilarus* in Epiſt. ad Victorium ait: *Quapropter dilectiſſime frater, tanta rerum ambiguitate permotus, tuæ Dilectionis ſtudio fidenter INJUNGO, ut per otium diligenter inquiras vel unde ſupradicta diverſitas oriatur*, &c. Quæ profecto verba Superioris auctoritatem exprimunt, qua quantumlibet gradu ſublimis, *Hilarus* haud dubie uſus non fuiſſet, erga alios extra Cleri Romani ſubjectionem conſtitutos. De Cyclo Victorii doctiſſime differit Emin. Card. Noriſius in Differt. *de Paſchali latinorum Cyclo annorum LXXXIV.*

IV. *Annus mundi inchoat a die Paſſionis.*

Periodi Victorianæ caput ab anno Chriſti vulgari XXVII. cui *Victorius* Paſſionem illigavit, annoque Mundi ſecundum LXX. Interpretes 5229. ineunte, deduci oſtendit Victorius, cum ait, ſuam ſe Periodum a Chriſti Paſſione incipere, ut videre eſt in Prologo Paragrapho X. Rurſus primo anno Canonis ejus Paſchalis apponitur: *Crucifixio Chriſti Coſſ. duobus Geminis*

qui ſecundum ſtatuta noſtra annis ſingulis te ſibi præſidente eſt congregandus, diſcutere quæ ſunt acta debebis, & a prædicto rationem facti ſui ſub univerſo cœtu fraternitatis exigere: ac deinde omnium litteras noſtræ intimare notitiæ; ut, quod ſancto Spiritu dictante, faciendum eſt, ad comprimendos conatus illicitos ordinemus. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Data VI. Id. Octobr. Baſilio V. C. Conſ. Eodem quoque argumento alias, quæ ſequuntur, litteras dedit ad Epiſcopos Galliarum his verbis:

V. *Dilectiſſimis fratribus Epiſcopis provinciæ Viennenſis, Lugdunenſis, Narbonenſis Primæ & Secundæ, & Alpinæ, Hilarus Epiſcopus.*

Etſi meminerimus fraternitatem veſtram ea quæ a nobis ſunt ſtatuta retinere, nec aliquid ex his diſſimulare quæ ſcripſimus, ut ſcilicet pro diſciplina Eccleſiaſtica & pro cauſis quæ inter Domini ſacerdotes oboriri plerumque non dubium eſt, Synodalia quotannis Concilia, quorum maxime in fratre & Coepiſcopo noſtro Leontio Arelatenſis Eccleſiæ ſummam placuit eſſe, celebrentur; nec aliud fieri poſſe credamus, quam quod pro communi Domini domo noſtra ordinatio vobis placitura conſtituit: tamen repetitis litteris eadem nunc quoque obſervanda decernimus, præcipue cum graviſſima Viennenſis civitatis Epiſcopus involvatur offenſa, in injuriam fratris & Coepiſcopi noſtri Leontii Dienſibus Antiſtitem conſecrando. De cujus facta vindicta contra ſententiam differentes relatione fratrum quæ interim fuerant viſa reſpondimus. Sed quoniam tanti exceſſus majorem nobis ſolicitudinis materiam detulerunt; hæc ad univerſam charitatem veſtram etiam per fratrem & Coepiſcopum noſtrum Antonium ſcripta direximus: quibus admonita communis omnium ſolicitudo procuret, ut quiſquam fratrum in alterius proruptarus injuriam tranſcendat terminos a venerandis Patribus conſtitutos.

VI. *Unde omnia quæ a vobis ſunt per fratres & Coepiſcopos noſtros Fauſtum & Auxanium definita roborantes, congregationes annuas ordinante fratre & Coepiſcopo noſtro Leontio admonitis Metropolitanis (quod ſæpe dicendum eſt) iis locis celebrare dignemini, ad quæ conveniendi nulla ſit cuiquam commeantium difficultas. Cui diligentiæ etiam proviſio adhibenda eſt, ut opportunitas quemadmodum locorum, ita conſtituatur & temporum: ut inexcuſabilior, quiſquis tam neceſſariter & ſalubriter conſtitutum noſtrum negligendum putaret, appareat, fratres cariſſimi. Illius autem confirmationem, quem Viennenſis Epiſcopus alienum & ad ſe minime pertinentem graviter ordinare præſumpſit, fratris & Coepiſcopi noſtri Leontii relinquimus voluntati, quem confidimus non præter humanitatem penſare quæ juſta ſunt. Deus vos incolumes cuſtodiat, fratres cariſſimi.* ☞

VII. Hoc eodem anno, qui ſeptimus numeratur Leonis Imperii, Eliſæi Prophe-

PAGIUS *nis*, ut legitur pag. 15. ejuſdem Canonis; ubi tamen Victorius perperam Conſulatum duorum Geminorum, qui in annum Dionyſianum XXIX. certo incidit, in annum XXVIII. retrahit. Præterea Paragrapho IX. ait Victorius: *Paſſum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum peractis VCC, XXVIII. annis ab ortu mundi, eadem Chronicorum relatione monſtratur. Quod geſtum, inchoante XXIX. anno non poteſt dubitari.* Loquitur de Chronico Euſebii, cujus annos mundanos eo ſolo diſcrimine adhibet Victorius, quod Euſebius eos a Kalend. Octobris, ipſe a die Paſſionis arceſſat. Addit *Victorius* alios characteres, qui primum annum Canonis Paſchalis ſui in annum Chriſti XXVIII. certo conjiciunt. Eo Chriſti anno Euſebius annum mundi 5228. a Kalendis Octob. orditur, qui tamen annus Chriſti juxta Victorium, qui annos mundi a die Paſſionis init, eſt annus mundi Euſebianus 5229. quis exiſtimavit, Chriſtum paſſum eſſe *VI. Kalend. April.* ſeu die XXVI. menſis Martii ejuſdem Chriſti anni, quo feria ſexta in diem XXVI. Martii incidebat. Licet autem *Victorius* annos mundi Euſebianos, ſeu ſecundum LXX. Interpretes, a Paſſione auſpicetur, annos tamen Canonis ſui Paſchalis inchoat *a Kalendis Januariis*, quod aliquos Viros doctos decepit, ut alibi demonſtro.

V. *Tranſlatio Eliſæi Prophetæ.* Ad num. VII. Theophanes ad annum Incarnat. ſe annum Alex. CDLVI. qui Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni inchoatur, ait, Tranſlationem corporis *Eliſæi* Prophetæ Alexandriam factam eſſe *V. Idus Maias*, die ſc. undecimo menſis Maii, ideoque anno Chriſti ſequenti, quo dies XI. Maii in Dominicam incidit. Eo quidem anno, quo etiam Sigebertus in Chron. hanc Tranſlationem narrat nulla Quinquennalia aut id genus Feſta exhibita; verum quæ de more fiunt, mutationi ſubjacent, ideoque occurrunt quædam Sanctorum Tranſlationes, quæ præter morem factæ fuere. Tranſlatæ porro Reliquiæ Sancti *Eliſæi* e Palæſtina, ut prodit Cedrenus.

VI. *Chronicon Idacii depravatum.* Idacius in Chronico anno Abrahami 2480. qui Kalend. Octobris hujus Chriſti anni orditur ait: *in Provincia Gallæcia videntur ſigna diverſa. Era DVI. Nonas Martias pullorum cantu, ab occaſu Solis, Luna in ſanguinem plena convertitur. Idem dies ſexta feria fuit.* Character Feriæ & Eræ Hiſpanicæ annum Chriſti quadringenteſimum ſexageſimum ſecundum certo indicant, quo Conſtantinopoli contigit Eclipſis Lunaris, quam Petavius lib. 8. de Doct. Temp. pag. 846. computat. Ex quo ſequi videtur, Idacium aliter ac a nobis ſuo loco explicatum, annos numerare. Verum Viri doctiſſimi quos, hic locus in tranſverſum egit, animadvertere debuerunt, Chronicon Idacii per hæc tempora, quoad annos depravatum eſſe, & quod ſi præfatus Abrahami annus, anno Chriſti CDLXII. quo ea Eclipſis accidit vel inciperetur, vel deſineret, quidquid in hoc Chronico legitur, extra proprios annos conſignatum foret, quod nullus dixerit. Quare annus Abrahami 2480. ſextus Leo-

(*a*) *Cedr. Ann. hoc an. 7. Leonis Aug.*

tæ (*a*) oſſa e Palæſtina Alexandriam ſunt tranſlata. Cæterum ſepulcrum ejus apud Sebaſten exiſtens ſub Juliano Apoſtata profanatum eſſe, ſuperius dictum eſt.

PAGIUS

nis Imp. & ſecundus Severi Imp. qui eidem Abrahamitico anno in eo Chronico reſpondent, poſt eam Eclipſim collocandi erant, & ſic verum Idacius ſcripſiſſet. Certe adeo per hæc tempora Idacii Chronicon depravatum, ut eo anno Abrahami referat terræ motum Antiochenum qui anno Chriſti CDLVII. contigit, & *Eudoxia* Valantiniani Imp. uxori libertatem a *Genſerico* Rege conceſſam ſcribat; cum tamen id ante quinquennium factum ſit.

Petrus Fullo Eccleſiam Antiochenam turbare cœpit, ut anno CDLXXIII. n. III. videre eſt.

JESU CHRISTI ANNUS 464.	HILARI PAP. ANNUS 4.	LEONIS 8. SEVERI 4. IMPP.

I. Perſecutio Evarici Regis Gothorum.

NOvi Conſules Ruſticus & Olybrius novum annum Chriſti quadringenteſimum ſexageſimumquartum aperuere: quo tum Hiſpania, tum Gallia a novo Rege Gothorum Evarico aſſlictati diriſſime cœperunt. Hoc enim anno morte ſublato Theodorico Gothorum Rege, frater ejus Evarix ſive Evaricus regnum capeſſit, ut Iſidorus auctor eſt (*a*), dum ait: *Anno Imperii Leonis octavo Evaricus*, pari ſcelere, quo frater, ſuccedit in regnum annis decem & octo: in quo honore provectus & crimine, ſtatim bello deſævit, parteſque Luſitaniæ deprædatur: qui prius capta Pampilona, Cæſaraugustam invadit, totamque Hiſpaniam Superiorem obtinuit. Tarraconenſem etiam nobilitatem, quæ ei repugnaverat, exercitus irruptione peremit. In Gallias autem regreſſus, Arelatum & Maſſiliam urbes capit, ſuoque regno utramque ſubjecit.* Et paulo poſt: *Sub hoc rege Gothi legum inſtituta ſcriptis habere cœperunt: nam antea tantum moribus & conſuetudine tenebantur.* Hæc Iſidorus, paucis complectens ejus cunctas in regno res geſtas. Quæ autem ſpectant ad perſecutionem illatam ab Evarico Galliarum Eccleſiis, dicemus anno Domini quadringenteſimo ſexageſimo-octavo, redditurі ſingula ſuis temporibus.

(*a*) *Iſidor. Chron. Gothor.*
* Evarix.

II. Hoc eodem anno, qui Conſtantinopolitanæ urbis præceſſit incendium, Leo Auguſtus cum plurimum eos coleret, quos Deo ſciebat amicos, præ cæteris veneratus Danielem Stylitam (quem cum admirandum vitæ inſtitutum, tum frequentium miraculorum editio non vicinæ tantum Conſtantinopoli, ſed reddiderant Orbi notum) una cum Gennadio Patriarcha inviſit, qui ad eum ordinandum presbyterum perrexit; quod & præſtitit, licet illo diutius reluctante. Tunc & ipſe Daniel Gennadio futurum prædixit incendium urbis, quod ut anteverteret jejuniis atque precibus admonuit, ſignificans & prædicens id ipſum Imperatori. Hæc quidem fuſius ipſius Danielis Acta fideliter ſcripta: ex quibus memoria dignum illud de Leone Imperatore ab auctore narratum, ipſius verbis, ne quid additirium putet lector, hic deſcribemus: ait enim de ipſo Leone Auguſto Danielem adeunte (*b*).

Daniel futurum prædicit incendium.

(*b*) *Acta Daniel. apud Sur. die 11. Decem.*

III. Leo Imp. quantum ſit veneratus Danielem.

Cum non ingentes, qui ſunt Imperii proprii, ſumpſiſſet ſpiritus, ſed didiciſſet, quantum ſit virtus Imperio præſtantior; ipſe quoque Imperator ad eum aſcendit, ſuper columnam videlicet; & perinde ac ſi re-

---

PAGIUS
SÆC. V.
Anno Eræ Hiſp. DII.
A.C. 464.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5957.

☉ 25. ED. ☽ 9. P. 12. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 464.

HILARI PAPÆ 4.

LEONIS IMP. 8.

SEVARI IMP. 4.

I. *Conſules.* [1] COSS. *Ruſticus*, vel, ut ab aliis vocatur, *Ruſticius*, & *Fl. Anicius Olybrius*, uterque in Oriente renunciatus. Poſterior in Occidente poſtea imperavit, ut ſuo loco dicetur. Priorem eum eſſe exiſtimo, de quo Zonaras in Leone Auguſto: *Legionibus ejus Præfectus fuit Ruſticius, Vir ſtrenuus & rei militaris peritiſſimus, in cujus mortui locum ſuffecit Verina uxoris fratrem Baſiliſcum.* Quod etiam habet Suidas, in voce Βασίλειος.

II. *Interitus Theodorici Viſigothorum Regis.* Ad num. I. Idacius in Chronico, Anno Abrahami 2483. qui Kalend. Octobris anni Chriſti CDLXVI. inchoatur de morte Theoderici Viſigothorum Regis loquens, ait: *Per Theuderitum Sallu Legatus mittitur ad Remiſmundum Suevorum Regem qui reverſus ad Gallias, eum a fratre ſuo Eurico reperit, interfectum, Euricus pari ſcelere, quo frater ſuccedit in regnum.* Idacium de majori parte illius anni Abrahamitici intelligendum, & Theodoricum anno CDLXVII. peremptum eſſe indicat Marius Aventicenſis in Chronico ſub illius anni Coſſ. *Eo anno*, inquit, *inter-*

NOTÆ [1] C*oſſ. Ruſticus, ſeu Ruſticius, & Fl. Anicius Olybrius* Fabrettus pag. 567. n. 257.

..\\.PACE PRAETESTATA VIRGO
....D. AUG. CONS. RUSTICI. ET. OLYBRI
....PACE. DEP. V. ID. MART.
....BASILISCI. ET. HERMINERICI.

Editus eſt & hic lapis a Montefauconio in Diario Italico pag. 161. Inſcriptiones Baſilicæ S. Pauli via Oſtienſi n. 99. & 355. RUSTICIO. V. C. CONS. Victor: *Olybrio & Ruſtico.* Marcellinus: *Ruſtico & Olybrio.* Faſti Idatii. D. N. *Olybrio.* Hujus *Anicii Olybrii* ſtemma vide apud Montefauconium in Palæographia Græca pag. 207. Epiſtola Hilari Papæ P. C. *Baſilii* V. C. COS. Proſper Vaticanus MS. *Olybrio & Ruſtico.* Item in eodem codice, ubi poſt Proſperi Chronicon ſequitur epitome temporum una cum Paſchali tabula, legitur: *uſque ad conſulatum Olybrii & Ruſtici.* GEORGIUS

regium faſtum ac ſupercilium reliquiſſet inferius, & ſe exuiſſet, ſe quidem humi proſternit, tangit autem ſacros illius pedes, quaſi hoc faciendo magis honoraretur, quam quod eſſet Imperator. Quos cum tetigiſſet, impletur admiratione ſicut prius Gelaſius: erant enim illi pedes valde tumentes & omnino ſcatentes ulceribus; eratque ſimul horribile & miſerabile, illos videre tangere. Tunc etiam Imperator donat eum baſi geminarum columnarum quas ipſe poſuit, duplicem etiam columnam nominans. Hæc ibi: Subdit quæ terribilia poſt anni unius circulum Conſtantinopoli contigere; nos vero ſuo loco dicturi ea ſumus anno ſequenti. Potuiſſet quidem hujuſcemodi officiis divinum placare numen Imperator, atque venturam cladem antevertere; niſi peccatis id exigentibus populus illam e Dei manibus extorſiſſet inviti. Et quod jam completa erat iniqui-
(a) Geneſ. 19. tas Sodomorum (a), non intercedit Abraham: obliviſcitur, inquam, Gennadius, quod monuerat Daniel, publicas indicere preces, & jejunia biduana per hebdomadas ſingulas imperare. Sicque namque Deus ultionem immiſſurus in peccatores venia indignos, illud præmittere
(b) Iſai. 29. ſolet, quod loquitur per Iſaiam (b): *Miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis: claudet oculos veſtros: Prophetas & principes veſtros, qui vident viſiones, operiet.* Etenim tum Gennadius, tum Imperator, quæ audierant de clade incendii a viro ſanctiſſimo, omnino ea oblivioni mandarunt.

IV. Quod pertinet ad res Eccleſiaſticas hoc eodem anno, qui etiam notari conſuevit poſt Conſulatum Baſilii, datum legitur decretum Hilari Papæ adverſus Viennenſem Epiſcopum, cui ejuſmodi præpoſita eſt inſcriptio:

Præceptum Hilari Papæ de Eccleſia Dienſe, ubi Epiſcopus indebite a Viennenſi Epiſcopo ordinatus eſt.

Dilectiſſimis fratribus Victuro, Ingenuo, Idacio, Euſtaſio, Fontejo, Viventio, Eulalio, Fauſto, Auxanio, Proculo, Auſonio, Paulo, Memoriali, Cæleſtio, Projecto, Eutropio, Aviciano, Urſo, & Leontio, Hilarus.

Sollicitis admodum nobis, & ex his quæ proxima ad nos relatio certa detulerat, multa expectatione ſuſpenſis, litteræ dilectionis veſtræ, frater & Coepiſcopo noſtro Antonio, quem dignum tanta legatione probamus interpretem, deferente, ſunt traditæ, quæ nos ab ipſis contextus ſui contriſtavere principiis: nam qui requieſcere ſollicitudinem noſtram, & magna ex parte relevari in his quæ a ſanctæ memoriæ deceſſore meo de Viennenſi Epiſcopo præfixa ſunt, credebamus; evidenti aſſertione cognovimus, & non ſine dolore miramur, definitiones illas a Mamerto Epiſcopo nunc potuiſſe tranſcendi, per quas Eccleſia privilegium probarat acquiri: cum præcipue ſancti fratris & Coepiſcopi noſtri Leontii moderatis formam continentiæ præbere debuerit ambienti: aut ſi ſpiritu æmulationis inflatus eum (quod non oportuit) arbitratus eſt negligendum deceſſoris ſui ſaltem inſtructus exemplo, illius imitaretur temperantiam, cujus honore perfungitur: nec tranſgrediendo violaret, quod jam nunc, niſi patientiæ moderamina teneremus, poſſet amittere. Cui umquam profuit mens rebellis? aut quem ſuperbiæ non inclinavit elatio? Altior eſt humilitatis gratia, cui paupertate ſpiritus ad præmium promiſſæ beatitudinis iter regni cæleſtis aperitur. Nec perfunctorium prævaricator exiſtimet eſſe quod fecit, ſi eruditus doctrinis Eccleſiaſticis,

PAGIUS

interfectus eſt Theodoricus Rex Gothorum a fratre ſuo Eurico Toloſæ. Iſidorus in Chronico Gothorum, & Jornandes de Reb. Get. cap. 44. Theodoricum *annos tredecim* regnaſſe produnt, quibus aliquot menſium appendicula addenda. Perperam tamen idem Iſidorus conjungit initium Eurici, ſive Evarici cum Era DIV. & anno Imperii Leonis octavo: Era enim DIV. in annum Chriſti CDLXVI. convenit & annus VIII. Leonis præſenti anno inchoatur.

III. *Finis Regni Alanorum in Galliis.* Hoc anno Principatus *Alanorum* inter Rhodanum & Ligerim ſitus finem accepit. Caſſiodorus enim in Chronico ad Ruſtici & Olybrii Conſulatum ſcribit: *His Coſſ. Rex Alanorum Beorgor apud Bergomum a Patricio Ricimere* (ſeu Ricimere) *peremptus eſt.* Chronographus a Cuſpiniano editus refert, eum occiſum Bergomi *ad pedem montis, VIII. Idus Februarias.* Marcellinus in Chronico hujus Regis mortem etiam hoc anno recitat. Quare nullus dubito, quin Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 45. hallucinatus fuerit, cum loquens de Anthemio, menſe Auguſto anni CDLXVII. Imperatore renunciato ſcribit: *qui veniens, illico Ricimerem generum ſuum contra Alanos direxit, & Regem eorum Beorgum in primo ſtatim certamine ſuperato, internecioni proſtravit.* Chronographus enim Cuſpinianeus, Jornande in ratione temporum longe accuratior. Jornandis error inde proceſſit, quod cum *Ricimer* Anthemio Imperante exercituum Imperii ductor fuerit, quod geſtum eſt *Severo* Imperium adminiſtrante, attribuerit Anthemio; cum tamen *Ricimer* a Severo Patricius renunciatus fuerit, & antea Magiſter militum extiterit. Primus Alanorum in Galliis regnantium Princeps *Goarus* fuerat, ſed Regnum quod ille inchoarat, cum *Beorgo* extinctum, quod nemini antea obſervatum.

Idacius in Chronico anno Abrahami 2480. qui Kalend. Octobris ſuperioris Chriſti anni inchoatur, ait: *Agrippinus Gallus & Comes & civis Ægidio Comiti Viro inſigni inimicus, ut Gothorum mereretur auxilia, Narbonam tradidit Theoderico. Adverſus Ægidium Comitem utriuſque militiæ, virum, ut fama commendat, Deo bonis operibus complacentem in Armoricana Provincia Fretiricus frater Theuderici Regis inſurgens, cum his, cum quibus fuerat ſuperatus occiditur.* Quod IV. *Ægidius Comes Francos vexit.*

con-

quid uterque mereatur, agnoſcit: cum alter ſecundum propheticam vocem (a) in medio Dominicæ domus habitare prohibetur; alter, ſuſcipiente ſe Domino, ſemper junctus aſſeritur, cujus conſolatione ſalvatur. Poſſent venerabilium veterum multa replicari, quæ juxta veritatem dicta monſtrantur: ſed ab eadem cauſa quæ ſe ut loqueremur injecit, recentiora ſunt exempla ſumenda. Non dignitatem Viennenſis Eccleſiæ Mamertus Epiſcopus meminit Arelatenſis Antiſtitis quondam tranſgreſſione creviſſe, & pro corrigendis quæ perperam gerebantur, inviolabili poſtea definitione compoſitum, ne alter inglorius, alter in totum veteri honore per vitium prædeceſſoris reperiretur exutus.

(a) Pſal. 100.

V. *Sicuti ergo & veſtræ dilectionis relatio, & fratris & Coepiſcopi noſtri Antonii inſinuatio reſeravit, claret prædictum privilegia certis concluſa terminis velle perdere plus volendo. Qui abuſus fratris & conſacerdotis Leontii moderantia, Dienſibus contra fas Epiſcopum, etiam ſi eſt meritus, non timuit conſecrare: In quo factum ejus convenerat ſic reſolvi, ut juxta earum quæ perpetrata ſunt qualitatem non ſine jactura proprii ordinis etiam illum a ſacerdotali conſortio ſubmoveri ceneret, quem creavit indebite; quemque indigniſſime feciſſe convincitur, correctum juſta ultione ſentiret: nec conceptæ audaciæ incuſtigata temeritas licentiæ ſe peperiſſe putaret exemplum.*

Verum ad Eccleſiarum quietem tantæ tranſgreſſionis vulnera memores Apoſtolicæ ſapientiæ, curari volumus ante fomentis, ut corporis noſtri membrum forte ſanandum in integritatem priſtinam per mitiora medicamenta revocetur: nec credatur negligi, quod interim non monetur adſcindi. Prævia medendi ſemper auſteritatis eſt lenitas, nec omnis ferro ſtatim culpa compeſcitur, aut inexplorato, vel quod facile prodeſſe poſſit offertur: nunc enim temporis opportunitas, nunc languentis neceſſitas, nunc medicinæ ipſius & modus eſt quærendus, & qualitas: ut omnis per ſapientium facta in vitiis reprimendis ſollicitudo curantis gaudeat reparatione quod ſalvat: nec careat moderatione, quod reſecat. VI.

His igitur veſtra fraternitas graviter prudenterque perpenſis, alia apud nos diſſimulare poſſe non exiſtimet: in quorum ſe maxime contumeliam, qui non immerito pulſatur, erexit: fratri enim noſtro Leontio nihil conſtitutum a ſancta memoriæ deceſſore meo juris potuit abrogare, mi- VII.

PAGIUS contigiſſe anno ſuperiori teſtatur Marius in Chronico ſub illius anni Coſſ. ſcribitque, *Ægidium* cum Viſigothis pugnaſſe *inter Ligerim & Ligerecinum* juxta Aureliam, ibique interfectum fuiſſe *Fridericum* Gothorum Regem. At *Fridericus* non Gothorum Rex, ſed frater Theuderici Regis Gothorum fuit, ut recte ſcripſit Idacius, qui anno Abrahami 2481. Kalend. Octobris præſentis Chriſti anni inchoato, habet: *Menſe Maio ſupradicti viri Ægydii Legati per Oceanum ad Vandalos tranſeunt, qui eodem curſu Septembri menſe revertuntur ad ſuos: decimo tertio Kalendis Auguſti die, ſecunda feria, in ſpeciem Lunæ Quintæ, Sol de lumine ſuo ab hora tertia in horam ſextam cernitur minoratus.* Paulo poſt: *Ægidius, moritur, alii dicunt inſidiis, alii veneno deceptus. Quo deſiſtente, mox Gothi regiones invadunt, quas Romano nomini tuebatur.* Dies XIII. Kalend. Auguſti, ſeu dies XX. menſis Julii hoc anno in feriam ſecundam incidit, annoque ſequenti, quo juxta ſupputationem Idacii Sol obſcuratus eſt, cum feria tertia concurrit. Quare vel numeri in Idacio corrupti, vel ipſemet erravit in tempore hujus Eclipſis. Petavius enim lib. 8. de Doct. Temp. pag. 848. oſtendit hoc anno, die Julii XXII. feria ſecunda, revera Conſtantinopoli Solis defectionem contigiſſe. Ideoque *Ægidii* Comitis mors ad ſequentem annum pertinet.

V. *Moritur Ægidius Comes.* Paulinus in Vita Sancti Martini Epiſcopi Turonenſis, qui ſe ſcribente *Ægidium* vixiſſe indicat, hunc appellat Procerem, virtute animi magnum, ſed probitate & fide majorem, in quo uno omnia Galli reponerent. Aimoinus lib. 1. cap. 7. affirmat eum; obiiſſe *Sueſſione*, quo ſe ſe receperat. Auctor vero de Geſtis, Francorum cap. 8. ait; *Ceperunt Franci Agrippinam Civitatem ſuper Rhenum, vocaveruntque eam Coloniam, multumque populum Romanorum a parte Ægidii occiderunt ibi. Ægidius vero exinde per fugam lapſus evaſit. Venerunt autem Treveris Civitatem ſuper Fluvium Moſellam, vaſtantes terras illas, ipſamque Urbem ſuccendentes ceperunt. Eo tempore mortuus eſt Ægydius Dux Romanorum, tyrannus.* Rorico lib. 1. Coloniam Agrippinam ab ipſo Rege *Childerico* captam ſcribit, ſed quia *Childerici* reditum e Turingia mors Ægidii non multo poſt ſecuta eſt, videtur ea Civitas a Francis expugnata, Childerico in Franciam nondum reverſo. *Ægydio* ſuccedit filius *Syagrius*, qui *Sueſſione* conſtituit Sedem Regni ſui, ſeu potius Præfecturæ, ut addit Auctor de Geſtis Reg. Franc. cap. 8. Verum ut jam ex Idacio diximus Ægidio mortuo, regiones, quas Romano nomini tuitus fuerat, Gothi invaſere.

VI. *Childericus in regnum Francorum reſtituitur.* Ægidius Francus rexerat annos VIII. poſtquam hi *Childericum* Regem expulerant, ſed *Childericus* in regnum reſtitutus eſt ante mortem Ægidii, & cum eo bellum geſſit. Turonenſis lib. 2. cap. 12. ejus reſtitutionem his verbis narrat: *Cum octavo anno regnaret* (ſc. Ægidius), *amicus ille fidelis, pacatis occulte Francis, nuncios ad Childericum cum parte illa diviſi ſolidi, quam retinuerat, mittit. Ille vero certa cognoſcens indicia, quod a Francis deſideraretur, ipſis etiam rogantibus a Toringia regreſſus, in regnum ſuum eſt reſtitutus*, ideoque hoc Chriſti anno, qui octavus eſt a dejectione Childerici. Auctor de Geſtis Reg. Franc. cap. 7. fuſius idem narrat. Regnarunt itaque ſimul aliquo tempore *Childericus* & *Ægidius*, ſed in diverſis Galliæ partibus; cum uti diximus, *Syagrius* poſt patris mortem adhuc regnaverit, & idem Gregorius poſt laudata verba ſtatim ſubdat: *His ergo regnantibus ſimul, Baſina* (Regina Thuringiæ) *relicto viro ſuo, ad Childericum venit, &c. At ille gaudens eam ſibi in conjugio copula-*

nibil valait quod bonori ejus debetur offerri: quia Chriſtianorum quoque Principum lege decretum eſt, ut quicquid Eccleſiis earumque rectoribus pro quiete omnium Domini ſacerdotum atque ipſius obſervantia diſciplinæ in auferendis confuſionibus Apoſtolicæ ſedis Antiſtes ſuo pronunciaſſet examine, veneranter acciperent, tenaciterque ſervare cum ſuis plebibus, ubertas veſtra cognoſceret, nec umquam poſſent convelli, quæ & ſacerdotali Eccleſiaſtica præceptione fulcirentur & regia.

VIII. *Unde, fratres cariſſimi, præſumptionem prædicti, quæ in fratris & Coepiſcopi noſtri Leontii proceſſit injuriam, ita convenit tolerare digna nunc interim ultionis immunem, ut ſi tranſgreſſor remediis abutitur ſatisfactionis & veniæ, nec culpam præſentis exceſſus curandam futuræ obſervantiæ ſedulitate promittit, redeunte querimonia, eo privilegia Viennenſis Eccleſiæ ad Arelatenſem Antiſtitem transferuntur exemplo, quo migravere principio. Unde moderationis noſtræ nomen tenentes, ad Veranum fratrem & Coepiſcopum noſtrum ſcripta direximus, ut prædictum de noſtra delegatione conveniat, quatenus quod de eo retuleritis agnoſcat: quia onerosum eſſe non debet delinquentem fratrem de propriis exceſſibus increpare, quibus præceptum conſtat frequenter ignoſcere. Neceſſe eſt autem, ſi nullum correctionis ejus indicium ſumpſerimus, quod illa eſt profeſſione retinendum, quam definitione ſedis Apoſtolicæ periculo ordinis ſui obſervandam ſemper ſine ulla deinceps tranſgreſſione ſectetur, ad Arelatenſem Eccleſiam eaſdem quatuor civitates, quarum non fuit aut non fuerit Mamertus Epiſcopus, ordinatione eſſe revocandas. Quod etiam tunc oportebit fieri, ſi ullus umquam poſt eum, quem nunc charitate corripimus, & ulterius ab illicitis confidimus abſtinere, præſumptionis hujus imitator extiterit. De hoc ſane, qui licet indebite Dienſibus cognoſcitur ordinatus, juſtitiæ ratione cenſuimus, ut ſacerdotium ejus fratris & Coepiſcopi noſtri Leontii confirmetur arbitrio, a quo rite debuit conſecrari. Deus vos cuſtodiat, fratres cariſſimi, ævo longiore. Dat. VI. Kalend. Mar. P. C. Baſilii V. C. Conſ.* Non mireris, lector, Romanum Pontificem Hilarum, adverſus Mamertum adeo vehementer inſurgere, virum (ut declararunt eventa) ſanctitate inſignem: in his enim quæ contentioſi fori ſunt, perfacile eſt quemque decipi. Perſimile etiam S. Leoni accidit, qui in S. Hilarium eadem ferme ex cauſa accerrime invectus eſt. Quis neſciat ſæpe accidere, ut falſis accuſationibus

PAGIUS *lavit: quæ concipiens peperit, filium vocavitque nomen ejus Clodoveum.* Poſt Ægidii mortem Childericus Franciæ fines paulatim amplificavit.

VII. *Agrippinus de proditione accuſatus.* Sed redeo ad *Agrippinum Comitem*, quem Idacius, cujus verba mox recitavi, ſcribit *Narbonam* Imperii Romani orbem Theodorico Viſigothorum Regi prodidiſſe. Hinc enim Queſnellus Tom. II. Oper. Sancti Leonis Diſſert. 5. part. 1. cap. 9. deducit, Vitam ſancti *Lupicini* Abbatis Monaſterii Jurenſis in Burgundia, quæ dicitur a Monacho Jurenſi ſcripta, ſuſpectæ fidei eſſe, quod is cap. 3. tradat, Agrippinum apud Imperatorem falſo accuſatum & divinitus ſervatum, licet Idacius, qui hoc tempore in Gallicia vivebat, contrarium ſcribat: *Vir quondam illuſtris Agrippinus*, inquit Anonymus Jurenſis, *ſagacitate præditus ſingulari, atque ob dignitatem militiæ ſæcularis Comes Galliæ a Principe conſtitutus, per Ægidium tum Magiſtrum militum callida malitioſaque apud Imperatorem arte fuerat offuſcatus, eo quod Romanis faſcibus lucens, Barbaris procul dubio faveret, & ſubreptione clandeſtina Provincias a publica niteretur ditione dejicere, eumque, ut diximus, antequam poſſet in communis puritatis aſſertione veris falſa proſternere, nidoſi viroſi accuſatione turpaverat. Mox præcepta Imperatoria inflammata præcipiunt, uti Reipublicæ inimicum Romano regia ſeveritate plectendum, Magiſter militum qui accuſaverat, deſtinaret.* Subdit Anonymus, Agrippinum ad Imperatorem Romam profecturum petiiſſe ab Ægidio Sanctum Lupicinum fidejuſſorem, & ubi Romæ fuit, *Hilperico Patricio* (qui frater erat Gundeuci, & uterque Burgundiæ Rex) præſentatum fuiſſe, ac ſcito Senatu juſſiſſe Imperatorem Agrippinum *indiſcuſſum atque inauditum capitalem mox ſubire ſententiam*. Retruſus deinde in carcerem Agrippinus, ubi a Lupicino ſibi apparente evadendi e carcere modum doctus eſt. Quod ubi Lupicini juſſu Imperatori ac Patricio nunciatum fuit, *nec mora præſentatur Auguſto eſt*, (nempe Severo Agrippinus) *publicata accuſatione, ſuſpicione ſolutus eſt, atque ad Gallias repedavit.*

Quæ ejuſdem rei narratio valde ab ea diverſa, quam mox ex Idacio retulimus. Verum jam anno CCCCXLV. Vitam Sancti *Lupicini* genuinam & ſinceram eſſe demonſtravi. Nec mirum videri debet quod *Ægidius*, qui ab Idacio laudatur, ab Anonymo illo vituperetur; cum non deſint alii, qui Ægidium exagitent. Præterea Idacius, qui anno circiter CCCCLXXI. Chronicon ſuum publicavit, *Agrippinum* Romæ innocentem declaratum fuiſſe ignorare potuit; cum eadem res, præſertim occulta, uti erat proditionis crimen, ab Auctoribus etiam æqualibus ſæpe diverſimode narretur, & hæc de qua agitur geſta ſit in Galliis ac Romæ, & Idacius in Hiſpaniis viveret. Immo quando Anonymi narratio in aliqua ejus parte nutaret, inde tantum inferri poſſet, Monachum Jurenſem, qui ſæculo ſequenti floruit in Galliis, quo ad factum particulare certa documenta nactum non eſſe. Supra vidimus ſanctum *Honoratum* Epiſcopum Maſſilienſem acta Romæ inter *Leonem* Magnum & *Hilarium* Epiſcopum Arelatenſem non bene calluiſſe, eaque aliter quam ſanctus Leo, retuliſſe. Quare ex ea narratione, quæ cum Idaciana in omnibus non congruit, nihil inferri poteſt adverſus ſinceritatem Vitæ Sancti Lupicini. Denique neminem movere debet quod anno ſuperiori *Gundeucus* Burgundiæ Rex *Magiſter militum* ab Hilaro Papa in litteris datis *VI. Id. Octob.* appelletur, ut ibidem apud Baronium num. IV. videre eſt, quia Burgundionum Reges Magiſtri militum quaſi hæreditarii erant VIII. *Ab Idacio reus, ab Anonymo Jurenſi innocens dicitur.*

nibus & ſurreptionibus aures Pontificum repleantur, & cum putant agere quod juſtum appareat, exagitent innocentem? Sed de his ſatis.

Inſi-

PAGIUS erant, & præterea alius ab Imperatore, ut in Hiſpaniis, aliiſque ditionibus ad tempus creabatur. Et hæc cauſa fuit, cur *Chilpericus* ſeu *Hilpericus* Burgundiæ Rex, paſſim *Patricius* nuncupatus interfuerit judicio Agrippini de proditione accuſati, quia ſcilicet frater erat Gundeuci Magiſtri militum, ad quem pertinebat cognoſcere de hujuſmodi crimine, quo vir militaris inſimulabatur. Sic in Galliis quandoque duo Præfecti Prætorio fuere, ut patet ex Auſonio in gratiarum actione ad Gratianum, cum e Conſulatu decederet recitata, ubi prodit Heſperium filium *ad Præfecturæ collegium* Gratiani beneficio ſecum conjunctum fuiſſe.

I. INſigni calamitate notatus præſens annus quadringenteſimus ſexageſimusquintus, Conſtantinopolitanæ urbis conflagratione, novo Conſule nequiſſimo Baſiliſco, hæreticorum fautore præcipuo, aperitur, collega ei conjuncto in Occidente a Severo Auguſto Herminerico Gotho, opera Ricimeri Ariani. Qui igitur magiſtratu duorum hæreticorum, alterius Conſulis Ariani, alterius vero Eutychiani, incipit annus, memorabilia ſecum mala vexit. *His enim Conſulibus* (inquit Marcellinus) (a) *Conſtantinopolis magno invaſa incendio, facile fœdata deplangitur*. Hæc ipſe. Sed accipe iſta fuſius narrata ex Danielir Stylitæ, qui cuncta prædixit, fidelibus Actis (b):

(a) *Marc. in Chron. ſub his Coſſ.*
(b) *Apud Sur. die 11. Decembr.*

II. Incendium urbis Conſtantinopolitanæ. *Jampridem quidem* (inquit auctor) *principium habebat anni ambitus, & menſis inſtabat quem Romani vocant Septembrem, in quo magni martyris Mamantis feſtum pii celebrant. Veſpere ergo, quando feſtum a piis præparatur, & tota nocte agitur vigilia, finem accipit magni Danielis prophetia. Et repente in maxima atque regia civitate incipit incendium; quod uſque adeo eſt excitatum, & adeo invaluit, ut fere univerſam contriverit civitatem. Nam cœpit quidem a muro qui eſt prope mare, quem etiam nominant navale; pervenit autem uſque ad forum Conſtantini, & pertigit ad portum Juliani, quaſi mediam cinxiſſet civitatem. Quo in loco & comprehenſa ſunt univerſa corpora: quæcumque vero fuere comprehenſa, facile perierunt. Et ſic paſtus ignis in maximam crevit flammam. Eratque malum inexpugnabile: quippe cum quicquid ad opem ferendam afferebatur, argueretur nihil proficere. Quapropter multas quidem domos, multa autem templa, virorumque & mulierum proſerpſit depaſcens multitudinem: multi vero partibus & membris corporis, quæ invaſerat ignis ſtatim mutilabantur, erantque ſemiuſtulati, & media parte cæſi, miſerabiliores iis qui omnino cum ſuis perierant.*

III. Conſtantinopolitani ad Danielem confugiunt. *Erat ergo periculum, ne quod vulgo celebratur Orbis terræ miraculum, Conſtantini inquam civitas cerneretur pati ſimilia incendio Sodomorum. Vix tandem, ut in tanto malo, eis venit in mentem S. Danielis prædictio; & credunt fore, ut illius ſolum precibus malum vincatur. Hinc factum eſt, ut ad eum magna celeritate currerent, ille quidem pecuniæ deflens privationem, hic ſervorum, alius domus, alius amicorum, & hic quidem cognatorum, ille vero uxoris & ſuorum filiorum, alius autem omnium facultatum. Propter quæ Sanctum tanto dolore affecere, ut totus repletus lacrymis, eos damnaret*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5958.

SÆC. V. Olymp. 311. Anno Eræ Hiſp. DIII. A. C. 465.

☉ 26. C. ☽ 10. P. 28. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 465.

HILARI PAPÆ 5.

LEONIS IMP. 9.

SEVERI IMP. 4.

I. Conſules. [1] COSS. Fl. *Baſiliſcus* & *Hermenericus*, ut habent omnes Faſti, uterque in Oriente creatus. Baſiliſcus frater erat Verinæ Auguſtæ; *Hermenericus* vero filius Aſparis an. CCCCXXXIV. Conſulis, frater *Ardaburii* an. CCCCXLVII. Conſulis, ac etiam Patricii, qui anno CCCCLIX. Conſularem dignitatem geſſit. Candidus enim in Excerptis ſcribit: *Aſpar genere Alanus erat, a pueritia militiam ſecutus, qui ternis nuptiis totidem filios, Ardaburium, Patricium, Hermenericum, duaſque filias ſuſtulit*. Quare perperam Onuphrius Hermenericum Conſulem Occidentalem facit. Baſiliſcus infra n. V. dicitur Fl.

II. *Incendium Urbis Conſtantinopolitana.* A num. I. ad X. Auctor Chronici Alex. ſuo hujus anni Coſſ. incendium, quo Conſtantinopolis conflagravit, his verbis narrat, diemque quo contigit, nos edocet: *Poſt dies triginta ex vindicta Numinis conflagrarunt in Urbe octo regiones, menſe Gorpiæo II. Septemb. die Mercurii, Indict. III. cum celebraretur memoria S. Mamantis*. Evagrius lib. 2. cap. 13. notat iſtud incendium ac-

NOTÆ [1] C*Oſſ. Fl. Baſiliſcus, & Hermenericus*. Lapis apud Fabrettum pag. 567. quem anno ſuperiori dedimus. Inſcriptiones Baſilicæ S. Pauli via Oſtienſi n. 129.

......BASILISCO. V. C. *Conſ.*

Item num. 436.

....CONSULAT...... ARMINERICO
ET BASILISCO VV. CC.

Victor: *Hermin*, mendoſe pro *Hermenerico*, & *Baſiliſco*. Marcellinus: *Baſiliſco, & Herminerico*. Epitome temporum in Codice Gennadii Vaticano: *Herminirico & Baſiliſco*. *Defunctus eſt Severus*. GEORGIUS

naret negligentia, quod ipſo eis multum teſtificante & prædicente, malum pœnitentia vitare non curaverint: ut qui in patiendo ſolum fuerint Ninivitæ, non autem in pœnitendo. Hæc dicens, illis quidem ſic ſuadebat curam gerere orationis & jejunii. Quinetiam ipſe quoque manus in cælum tollens, illinc implorabat auxilium. Et poſt orationem, cum eis dixiſſet finem calamitatis, eos dimiſit: Poſt ſeptem, (inquit) dies ceſſabunt minæ ignis. Sieut ille dixit, & res eſt conſecuta: ſeptimo enim die non erat amplius ignis. Tunc & alios, & eos qui gerebant magiſtratus, quinetiam & ipſum Imperatorem inceſſit metus & ſecum aſſumpta Imperatrice fit ſupplex beato Danieli, pro eo quidem quod præterierat, miſericordiam; ſecuritatem autem in futurum poſtulans. Hæc ibi de incendio.

IV. (a) Evagr. l.2. c.13. Sed & Evagrium audi mali origine deſcribentem (a), fuiſſe nimirum immiſſiones per angelum malum: nam ait: Fertur, dæmonem quemdam maleficum & conſceleratum mulieris gerentem ſimilitudinem ſive mulierem egentem, quæ victum manibus quæritabat, (utrumque namque dicitur) circiter tempus quo lucernæ accendi ſolent, lucernam in forum detuliſſe quaſi aliquid ſalſamenti empturam; depoſitaque ibi lucerna, ſe inde ſubduxiſſe flammam lucernæ ſtupam occupaſſe, maximum excitaſſe incendium, ædificiumque in foro poſitum, dicto citius, combuſſiſſe, atque ædificia alia in proximo ſita, non modo quæ facile incendi poterant, verum etiam quæ erant ex lapidibus conſtructa, depaſcentem, facile abſumpſiſſe.

Per malum dæmonem incendium immiſſum.

V. Quod quidem incendium duraſſe ad quatriduum, nulliſque viribus comprimi potuiſſe, per urbem mediam totam pererrans a Septentrionali regione ad Auſtralem uſque omnes domos ad quinque ſtadia in longum, in latum ad quatuordecim ſtadia penitus vaſtaſſe; nullumque ædificium vel publicum, vel privatum, nullas columnas, nullos denique fornices ex lapidibus ſtructos toto illo ſpatio quo graſſabatur, omnino reliquiſſe, ſed omnem durum concremaſſe materiam, perinde ac ſi fuiſſet res perfacilis ad incendendum. Hanc cladem in Boreali urbis regione, in qua navale eſt, a via Bovis (hoc enim nomine eſt) uſque ad vetus templum Apollinis oberraſſe: in Auſtrali autem, a portu Juliani ad ædificia eccleſiæ, quæ Concordiæ nomine nuncupatur, non multum diſtantia, graſſatam: in media civitate, a foro Conſtantini ad Tauri forum uſque miſerabile ſpectaculum & cum primis horrendum ante omnium oculos poſuiſſe: nam quæcumque urbis loca in ſublime cum ſumma pulchritudine erecta fuiſſent, aut quæ ad magnificentiam & ſingularem præſtantiam affabre elaborata, aut ad publicos, privatoſque uſus extructa; acervatim veluti in montes colleſque invios & abruptos aggregata fuiſſe, atque confertos omni materiæ genere ſic priorem deformaſſe effigiem, ut nec ab eorum habitatoribus internoſci poterat, qui locus hic vel ille ante fuiſſet. Hæc Evagrius, in eo a ſuperius dictis tantum diſcrepans, dum quatuor dumtaxat dies incendium perduraſſe tradit, cum alii ſex ponant.

VI. At minime prætereundum eſt ingens tunc temporis editum a ſancto Marciano miraculum. Cum enim dominans ſua potentia vaſtum incendium depaſturum eſſet quam nuper erexerat, atque Deo dicaverat, ingentem baſilicam Anaſtaſiam; ipſe, ne id fieret, precibus averterit. Nam in rebus ab eo geſtis hæc leguntur: (b) Incendium, quod non multa habuit ſimilia, exitio dabat Roſtra Domini (hoc etiam nomine nuncupata eſt baſilica Anaſtaſiæ, quod in eo loco Gregorius Nazianzenus pulpitum ad conciones erexiſſet.) Nam cum ignis apprehendiſſet loca quæ ſunt ad mare Boreale, totam urbem cingebat; & ſic ſerpens ferociter uſque ad mare quod eſt in Meridie, depaſcebat omnia quæ intercedebant. Conſequenter ergo hanc quoque ſacram ædem ignis comprehendebat impetus. Unuſquiſque ergo, propriis neglectis calamitatibus, ad templum acriter procedebat igni, qui non cernebatur eorum inflammatis animis. (b) Apud Sur. die 10. Januarii.

VII. Homo autem Dei Marcianus nihil perterritus, & ne ſi quidem eum in orbem circumſideret ignis, nihil faciens, ſed fidei in Deum credens omnia cedere, ſacris ae- Mascianus incendium ſuperat.

PAGIUS accidiſſe, circa id tempus, quo lucernæ accendi ſolent, ideoque nocte inter diem primum & ſecundum menſis Septembris interjecti. Hoc autem anno feria quarta, ſeu dies Mercurii incidit in diem primum Septembris, ideoque in Chronico Alexandrino loco menſe Gorpieo II. Septemb. legendum, menſe Gorpieo, I. Septemb. quo etiam die, nempe in Vigilia Sancti Mamantis, Metaphraſte in vita Sancti Danielis Stylitæ, dicit incendium iſtud accidiſſe Veſpere, quando Feſtum (nempe Sancti Mamantis Martyris), a piis præparatur, & tota nocte agitur Vigilia, repente in maxima & Regia civitate incipit incendium, quod uſque adeo eſt excitatum, & adeo invaluit, ut fere univerſam contriverit civitatem, &c. apud Baronium legenda. Feſtum Sancti Mamantis, Latini die XVII. Auguſti, Græci die ſecunda Septembris celebrant. Theophanes ſcribit, incendium illud accidiſſe Septembris menſis die ſecundo; qua in re ab aliis non differt, quia incendii initium factum fuit nocte diei ſecundæ Septemb. Erravit tamen Theophanes in eo, quod incendium illud eccitat anno Incarnat. ſecundum Alex. CCCCLIV. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti CCCCLXI. auſpicatur. Valeſius in Notis ad lib.2. cap.13. Evagrii, dicit, hunc Hiſtoricum eandém ac Theophanes opinionem ſecutum eſſe, quod

accepiis Evangeliis, in ſummum tectum aſcendit; & ſtans in medio flammæ, & ſe convertens ad preces: Chriſte Deus (dicebat) Deus patrum noſtrorum, qui (a) Abrahæ ſacrificium ſuſcepiſti, & quem ei ex promiſſione præter ſpem tribuiſti filium, præter ſpem a cæde liberaſti: qui etiam in fornace Babilonica (b) tres pueros captivos eo effeciſti potentiores: ipſe nunc quoque, Domine, hanc tuam domum conſerva, ne lædatur ab igne: & ne concedas, ut opus tuum, quod nos multo labore & tanto perfecimus deſiderio, ignis deſtruat; ne adhuc pergat inimicus adverſus nos inſolenter gloriari; nec ora Arianorum qui ſunt nobis propinqui, nos probris appetant: ſed nunc quoque oſtende aliquid dignum tua benignitate & majeſtate, ad gloriam tui nominis, & ad noſtram, qui veritati credimus, gloriationem & exultationem.

(a) Geneſ. 22.
(b) Dan. 3.

VIII. *Hæc cum ille diceret, una cum verbis effluebant lacrymæ, & oſtendebant eum intus extabeſcere. Deinde cum ſubjunxiſſet, Amen: videbant omnes fere qui aderant, primum quidem ignem ſibilantem circa totam ædem, & in illam veluti facientem impetum, deinde vero recedentem, & veluti repreſſum a quadam inexpugnabili & fortiſſima virtute. Certe hæc quoque ſacra ædes, quomodo divinorum puerorum aliquando corpora, tota illæſa, tota intacta in tanto (o Chriſte Salvator) igne eſt conſervata.* Hactenus de his auctor. Sed ne tota periret civitas hoc incendio, preces quoque ſancti Marcelli Archimandritæ viri ſanctiſſimi a Deo obtinuiſſe, qui res ab eo geſtas conſcripſit teſtatur, a quo & ejuſdem incendii vaſtitas deſcribitur (c): ſed ſatis quæ ſupra iiſdem conſentientia ſunt dicta ſufficiant.

(c) Apud Sur. die 29. Decemb.

IX. Deformata admodum remanſit civitas tanto per tot dies exuſta incendio, adeo ut pene fuerit eadem ex integro conſtruenda. Quamobrem Zeno Imperator, qui Leoni ſucceſſit in Imperium, conſtitutionem de privatis ædificiis promulgavit (d), qua conſultum fuit in poſterum, ne ſi contingeret domum aliquam conflagare, vicini quoque domum continentem flamma depaſceret: etenim ſtatuit, ut ædificans domum, duodecim pedes ſpatii relinquere debeat inter proprias & vicini ædes, ad ſecoritatem ab igne præſtandam, & alia hujuſmodi. Habetur ibi mentio de domibus combuſtis, ut uſque ad centum pedes altas inſtaurare liceat. Apparet quidem ex nova hac reſtauratione Conſtantinopolitanæ urbis domos omnes in Inſulæ formam fuiſſe redactas, quæ undique pedibus duodecim a vicini æde diſtarent. Inſuper ibi meminit Imperator de Leonis Imperatoris eodem argumento conſtitutione his temporibus edita: quarum quidem legum ſanciendarum quæ cauſa præceſſerit, ex jam dictis ſatis habetur expreſſa.

(d) l. 12. C. de priv. ædif.
De nova ædificandi ratione.

Ad affligendum vero peccantem populum haud ſufficiens viſa eſt iſta una vindicta, ſed Deus alias ſuperaddidit. Conferta civitas hæreticis erat; illis vero præſertim qui ob gratiam Imperatoris foris fidem Catholicam profiterentur, intus autem Eutychetem atque Dioſcorum haberent incluſum. Sed & Arianorum ſicut increbreſcebat numerus, ita erat & ſoluta licentia patrocinio aulicorum potentium, in quorum manu poſt Imperatorem ſumma rerum eſſe videbatur. Fuere hi Aſpar & Ardaburius Præfecti militibus, quorum magna erat penes omnes auctoritas. Ut merito Deus incendio tradiderit civitatem, in qua impietas, invito licet Imperatore, ſibi ſolium collocaverat. Sed quæ mala incendium ſecuta ſint, his addamus, & primum de Imperatore in magno vitæ diſcrimine collocato. Suppeditant enim hæc nobis Acta Danielis abunde, quæ de his iſta habent, quibus ipſa hiſtoria texitur (e):

X. Ariani & Eutychiani Conſtantinop. abundant.

(e) Apud Sur. die 11. Decemb.

XI. *Jam quidem poſt autumnalem converſionem, mutato tempore, erat hiems, & hiems major, quam ut eam poſſit explicare oratio: quæ tamen ſuperabatur ab invicto generoſi Danielis animo. Cadebant autem imbres plurimi, & ventorum erat procella vehemens.* De his puto imbribus imminentibus Nicephorum intelligere, ubi multa ſimul quæ diverſis temporibus contigerunt, in unum congerit, atque ait: (f) *Conſtantinopoli vero & in provincia Phrygia imbres immenſi, & in quartum diem jugibus aquis cælitus fluminum more deſcendentibus, duraverunt; montes in-*

(f) Niceph. l. 15. c. 20.

PAGIUS quod memorato terræ motu Antiocheno anno CCCCLVII. facto, loquatur de incendio Conſtantinopolitano, & tradat, συνέβη δὲ, &c. nempe conflagrationem Urbis Conſtantinopolitanæ non longo tempore, poſt terræ motum Antiochenum accidiſſe. Verum in his loquendi modis tempus exprimentibus, explicandis tam hic, quam alibi non raro Vir doctiſſimus, aliique paſſim hallucinantur, non animadvertentes ſimiles loquendi formulas magnam latitudinem habere, & quandoque non tantum decem aut duodecim, ſed etiam plures annos deſignare, ut variis in locis hujus Criticæ inſinuavi, ad varios errores, qui invaluere, eliminandos.

III. Eccleſia Anaſtaſiæ incendio liberata.

Theodorus Lector hujus etiam incendii meminit lib. I. atque: *His temporibus magnum extitit incendium die ſecundo Septembris. Quod a Neorio exorſum, uſque ad Eccleſiam Sancti Thomæ Apoſtoli, quæ Amantii dicitur, pervenit. Marcianus vero Oeconomus, cum in tectum S. Anaſtaſiæ conſcendiſſet, Evangeliorum Codicem manu geſtans, precibus & lacrymis ædem illæſam ſervavit.* Sancti Thomæ Apoſtoli Ædes, quæ *Amantii* appellabatur, mentio eſt in Hiſtoria Tranſlationis Reliquiarum Sancti Chryſoſtomi, quæ habetur in Mæneis ad diem XXVII. Januarii ejuſ-

Imbrium prodigioſa frequentia.

planiciem deciderunt, & vici maximi diluvio perierunt. Ex quibuſdam purgamentorum copia in quibuſdam lacubus inſulæ extiterunt, ſituti in Boane, quæ ad Nicomediam eſt, accidit. Hæc ipſe de pluviis. De vi autem magna ventorum, Acta iterum repete Danielis; in quibus hæc ſequuntur:

XII. Leo Imp. inviſit Danielem.

Venti vero inter ſe agitabant ſeditionem, & multi ſimul ſpirabant, & adeo violenti & immanes, ut ferreas anſas columnarum, quæ duas columnas inter ſe committebant & conjungebant, & Danielem in altum ferebant, violenter evellerent. Et inferius, ſummum Danielis vitæ diſcrimen moviſſe ait Imperatorem; ut ad eum inviſendum obequitaret. Sed quid tunc illi magni periculi acciderit, audi; *Noverat* (inquit auctor) *Imperator quæ juſto Danieli acciderant, & contendit ad videndum columnam, partim quidem pœnas ſumpturus de his qui anſas non effecerant firmas & validas, partim vero, ut tuto eas de cætero committeret. Sed illos quidem magni Danielis manſuetudo eripit a minis Imperatoris mortem eis minantis. Deſcendenti autem de monte Imperatori non parvum accidit periculum: Nam cum quidam metus equum forte fortuna turbaſſet, quem ille aſcenderat, iſque conterritus pedes erexiſſet anteriores, ſupinus quidem cecidit ſtatim humi: jacebat equus ſupinus autem etiam cum eo Imperator; id vero quod ante ſtabat ſuper ſellam regiam, frontem contrivit Imperatori, & quæ erat in capite coronam procul expellit; quo tempore contigit eas quæ in ipſa erant margaritas aliam alio diſpergi. Sed Daniel quoque cum oratione prævenisset malignum, a mala morte ſervat Imperatorem, & ſic reverſus fuit ſine periculo.* Subdit vero auctor, quomodo ea occaſione contigerit Arianum hominem ad Catholicam fidem converti, ſic dicens:

XIII. Comes ſtabuli Arianus fit Catholicus.

Equiſo Imperatoris (ut eum vulgaris & conſueta lingua vocat) Comes equorum, vel Comes ſtabuli, *omni quidem anteriori tempore laborabat nefaria Arii inſania: Tunc autem & Imperatoris timens periculum, & ne quod acciderat ei iram concitaret, curſu venit ad Sanctum. Ille vero non ſolum eum metu ab Imperatore, ſed etiam mala pollicitus eſt ſe eſſe liberaturum opinione, quæ eſt quovis alio periculo gravior. Hæc audivit equiſo; & cum mitibus placidiſque ejus ſuaſionibus opinionem Arii abjuraſſet, ea ſenſit quæ Orthodoxi. Atque Sanctus quidem ſcribit ad Imperatorem, quod & Jordanes (id enim illi nomen fuit) abnegata deceptione, in rectis incedit dogmatibus, & quod propter hoc ipſum eſt juſtiſſimus: qui etiam huc ad me venit, ut a te veniam conſequeretur.* Hoc litterarum magni Danielis eſt argumentum, ad quem Imperator ita reſcripſit:

XIV. Epiſt. Leonis ad Danielem.

Periculi quidem mei cauſa non alius fuit, quam ipſe mihi, qui ſic auſus ſum aſcendere ante oculos tuos, & non pedes procul abii a ſacra columna. Ego autem deinceps diligenter cavebo. Jordani vero non modo non iraſcor; ut etiam valde lætor, quod meus ex equo lapſus eſt cauſa fuerit, ut qui jacebat, ſurgeret. Hæc Leo ad Danielem. Sed pergit auctor:

XV. Rex Lazorum inviſit Danielem.

De cætero autem tanta erat Imperatoris in Sanctum reverentia, ut non ſolum ipſe honoraret eum iis quæ oportebat, ſed etiam aliis eum tamquam rem cœleſtem oſtenderet. Itaque cum paulo poſt contigiſſet Regem Lazorum venire ad Imperatorem Romanorum, cauſa faciendi fœderis; aliis quidem prætermiſſis, eum vero accipiens & ducens ad Sanctum: Hoc eſt (inquit) *mei Imperii miraculum. Ille autem uſque adeo obſtupuit, ejus videns tolerantiam atque fortitudinem, ut non ſolum Sanctum, ſed etiam columnam, in qua erat poſitus, cum lacrymis adorans, multas voces emitteret barbarus valde eruditæ mentis, ut qui multa didicerat. Age tibi gratias, dicens, Rex cæleſtis, quod qui ad terrenum Regem veneram, cæleſtem hujus viri vitam oſtenderis, & dignum me cenſueris, qui eſſem ſpectator talium myſteriorum.* Hæc ipſe. At de his hactenus.

XVI.

Hoc pariter anno nono Leonis Imperatoris, celebris fama Quiriacus anachoreta Hieroſolymam petens, in Laura ſanctiſſimi viri Euthymii Abbatis primordia auſpicatus vitæ monaſticæ, ad magnæ virtutum molis ædificium conſtruendum fundamenta jecit. Extant ejus Acta (*a*) & quidem mirifica, quæ & aliqua ex parte Cyrillus in rebus geſtis Euthymii ſimul

(*a*) *Apud Sur. die 29. Septemb.*

PAGIUS

ejuſque etiam meminit Theophanes, cum de hoc incendio loquitur. Quare licet Zonaras in Juſtino Thrace tradat, eam ab *Amantio* Eunucho ſacri cubiculi Præpoſito, Anaſtaſio imperante, extructam fuiſſe: *Amantius* tamen illam ſolum reædificaſſe exiſtimandus, ut ait Ducangius in Conſtantinopol. Chriſt. lib. 4. parag. 5. ubi plura de hac ſacra æde habet. Vita Sancti *Marciani* Presbyteri & Oeconomi Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ a Metaphraſte ſcripta extat apud Bollandum ad diem X. menſis Januarii.

IV. *Prima Sanctitatis fundamenta jacit Cyriacus.*

Ad num. XVI. Vita Sancti *Cyriaci* Anachoretæ legitur apud Metaphraſten ſine Auctoris nomine, indeque eam Baronius Cyrillo Monacho adſcripſit. Verum Cyrillus ejus Scriptor eſſe non poteſt, cum in ea de illo mentio habeatur. Quare Pongetus Monachus Benedictinus, qui eam Græce Latineque edidit Tom. I. Analect. eam ideo tantum Metaphraſte attribuit quod verus ejus parens ignoretur. Certe Allatius in Diatriba *de Simeonum Scriptis* pag. 124. & ſeqq. ubi varias Vitas a Metaphraſte vere conſcriptas ab aliis ei attributis diſcernit, nullam

ſimul intexuit. Agit de eodem Cedrenus, ſed ſub anno Leonis Auguſti ſeptimo. Jam vero ad res Occidentalis Eccleſiæ tranſeamus.

XVII. Natalis Rom. Pon. celebritas. Hoc eodem anno, ſub iiſdem Conſulibus, decimoctavo Kalendas Decembris, ab Hilaro Papa habita eſt Romæ Synodus. Convenerant enim eo tempore Romæ quadragintaocto Epiſcopi ad natalem diem ipſius Romani Pontificis, ex more, ſolemniter celebrandum pridie Idus Novembris, ut ex epiſtola Synodali data ad Epiſcopos Tarraconenſis provinciæ conſtat: de quo quidem priſtino uſu ſuperius dictum eſt in Anaſtaſio Papa auctoritate ſancti Paulini. Hujus igitur occaſione Epiſcoporum conventus, Hilarus Papa Romæ Synodum habuit. Cum enim ex diverſis provinciis, more majorum, miſſæ eſſent Romam ad ipſum Pontificem ab Epiſcopis & Synodis congregatis variæ conſultationes, ex Hiſpania nimirum, & Gallia: has omnes cum Epiſcopis qui Romæ convenerant, communicare voluit conſueta modeſtia Rom. Pontificis qui eas poterat ſolus abſolvere. At reliqua omnia quæ in hac Synodo fuerint pertracta, ipſa quæ extant Acta ſignificant, quæ ſic ſe habent, prælocuto ita in primis Hilaro Papa (a):

(a) Extant tom. 3. Concil.

XVIII. Romanum Concilium. *Quoniam religioſus ſancto Spiritu congregante, Conventus hortatur, ut quæcumque pro diſciplina Eccleſiaſtica, neceſſaria ſunt, cura diligentiore tractemus: ſi placet, ea quæ ad ordinationum tenorem pertinent, juxta divinæ legis præcepta & Nicænorum canonum conſtituta, ita adjuvante Domino in omne ævum menſura ſolidemus: ut nulli fas ſit ſine ſtatus ſui periculo, vel divinæ conſtitutionis, vel Apoſtolicæ ſedis decreta temerare. Quia nos, qui potiſſimi ſacerdotii adminiſtramus officia, talium tranſgreſſionum culpa reſpiciet, ſi in cauſis Dei deſides fuerimus inventi: quia meminimus, quod timere debemus, qualiter comminetur Dominus negligentiæ ſacerdotum: Siquidem reatu majore delinquit, qui potiori honore perfruitur; & graviora facit vitia peccatorum ſublimitas dignitatum.* Hæc prælocutus Hilarus in Synodo coram Epiſcopis, tria ad rectam ordinandorum clericorum diſpoſitionem decreta ſubjecit: quibus recitatis, hæc ſecuta eſt acclamatio omnium Epiſcoporum: *Exaudi Chriſte, Hilaro vita: dictum eſt ſexies. Hæc confirmamus, & hæc docemus: dictum eſt octies. Hæc tenenda ſunt: hæc ſervanda ſunt: dictum eſt quinquies. Doctrinæ veſtræ gratias agimus: dictum eſt decies. Iſta ut in perpetuum ſerventur, rogamus: dictum eſt quindecies. Iſta per ſanctum Petrum ut in perpetuum ſerventur, optamus: dictum eſt ſepties. Hæc præſumptio numquam fiat: dictum eſt decies. Qui hæc violaverit, in ſe veniet: dictum eſt ſepties.* Has ſolas a Patribus ingeſtas acclamationes eſſe more majorum ad inſinuandam Epiſcoporum omnium in decretis a Romanis Pontificibus ſanciendis ſpontaneam favorabilemque conſenſionem.

Poſt hæc autem idem Hilarus Papa in medium protulit conſultationem ex Hiſpania miſſam ab Epiſcopo Tarraconenſi. Etenim Acta iſta ſubjiciunt: *Et facto ſilentio, Hilarus Epiſcopus dixit: Præterea, fratres, nova & inaudita (miſſis de Hiſpania epiſtolis ſub certa relatione pervenit) in quibuſdam locis perverſitatum ſemina ſubinde naſcuntur. Denique Epiſcopatum, qui nonniſi meritis præcedentibus datur, non divinum munus, ſed hæreditarium putant eſſe compendium: & credunt, ſicut res caducas atque mortales, ita ſacerdotium velut legataria, aut teſtamentario jure poſſe dimitti. Nam plerique ſacerdotes mortis confinio conſtituti, in locum ſuum feruntur alios, deſignatis nominibus, ſubrogare, ut ſcilicet non legitima expectetur electio, ſed defuncti gratificatio pro populi habeatur aſſenſu. Quod quam grave ſit, æſtimate.* XIX. Conſultatio Tarraconenſium Epiſcoporum.

Cum hæc ab Hilaro Papa de Hiſpaniarum Eccleſiis ingeſta per litteras Epiſcopi Tarraconenſis Eccleſiæ audis; in memoriam revoca, quæ anno ſuperiori iiſdem de Hiſpanis ex S. Iſidoro dicta ſunt; nimirum tremendo ac terrifico Dei judicio datas Gothis furentibus devaſtandas: ut plane qui ſecundum illud Propheticum dixerant (b): *Venite, hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei:* imprecationem ejuſdem prophetæ ultricem ſenſerint mox iſta ſubdentis: *Deus meus, pone illos ut rotam, & ſicut ſtipulam ante* XX.

(b) Pſal. 82.

PAGIUS ... lum Sancti Cyriaci Vitæ mentionem facit. Ex ea diſcimus, tempus ejus ortus fuiſſe ſub finem Imperii Theodoſii Jun. anno ſc. CDXLVIII. ante diem V. menſis Martii, ut in morte ejus explicabimus, ideoque *Cyriacum*, non hoc anno, ut putavit Baronius, ſed inſequenti Hieroſolymam veniſſe, unde profectus eſt ad Lauram Sancti *Euthymii* Abbatis, qui illum ad Sanctum *Geraſimum* juxta Jordanem miſit, cum quo per aliquot annos ſanctiſſime vixit: hæc Metaphraſte de Cyriaco verba: *Jam decem & octo annos natus, nono quidem Imperii Leonis Magni anno Pontificatus autem Anaſtaſii Hieroſolymorum Epiſcopi octavo*, ideoque hoc Chriſti anno. De Cyriaco infra ſermo redibit.

V. Concilium Romanum ſub Hilaro PP. A num. XVII. ad XXXI. Concilium Romanum, *Hilaro* Papa ſedente celebratum in Baſilica Sanctæ Mariæ, correctius, quam antea fuerat editum eſt a Chriſtiano Lupo in fine Tom. I. Epiſtolarum Caſinenſium: ibique dicitur habitum, *Flavio Baſiliſco & Hermenerico Viris clariſſimis, ſub die XVI. Kalendas Decembris.* In editione vero Labbeana, *ſub die XV. Kalendarum Decembrium*, ſub die XIII. in Appendice

Digitized by Google

faciem venti: ſicut ignis qui comburit ſilvam, & ſicut flamma comburens montes, ita perſequeris illos in tempeſtate &c. Verum etſi penes aliarum Hiſpaniæ provinciarum Epiſcopos ſolutus eſſet vigor Eccleſiaſticæ diſciplinæ, certe quidem in Tarraconenſi provincia vigebat cuſtodia legum: In quas cum quis enormiter deliquiſſe inventus eſſet; ſtatim omnibus in unum coeuntibus audita ejus cauſa, deferebatur ad Romanum Pontificem: quod his diebus bis factum, ex litteris ab ipſis Romam miſſis intelliges.

XXI. Hilarus igitur in poſterum conſulturus, iſta ſubjecit: *Atque ideo, ſi placet, etiam hanc licentiam auferamus: ne (quod turpe dictu eſt) homini quiſquam putet deberi, quod Dei eſt. Ut autem quod ad nos perlatum eſt, ad veſtram etiam poſſit pervenire notitiam: Hiſpanorum fratrum & Coepiſcoporum noſtrorum ſcripta legantur.* Recitatæ ſunt primum litteræ ultimo loco datæ, poſtea vero quæ primitus ſcriptæ fuerant: priores enim de Silvano Calaguritano Epiſcopo querelam habebant, poſteriores vero cauſam Nundinarii Epiſcopi Barchinonenſis & ejus ſucceſſoris Irenæi continebant. At nos, pro more noſtro de his quæ primo loco ſunt ſcriptæ, primum agamus.

XXII. Aſcanius itaque Tarraconenſis Epiſcopus, & qui cum eo convenerunt omnes provinciæ illius Antiſtites in litteris ad Hilarum Papam adverſus Silvanum ita ſcripſerunt:

Domino beatiſſimo & Apoſtolica reverentia a nobis in Chriſto colendo Papæ Hilaro, Aſcanius Epiſcopus & univerſi Epiſcopi Tarraconenſis provinciæ.

* Declaret Hiſpani Epiſc. quantum colant Rom. Pon. *Etſi nulla extaret * neceſſitas Eccleſiaſticæ diſciplinæ, expetendum re vera nobis fuerat illud privilegium ſedis veſtræ, quo ſuſceptis Regni clavibus poſt reſurrectionem Salvatoris per totum Orbem beatiſſimi Petri ſingularis prædicatio univerſorum illuminationi proſpexit. Cujus Vicarii principatus ſicut eminet, ita metuendus eſt ab omnibus & amandus. Proinde nos Deum in vobis primitus adorantes, cui ſine querela ſervitis, ad fidem recurrimus Apoſtolico ore laudatam, inde reſponſa quærentes, unde nihil errore, nihil præſumptione, ſed Pontificali totum deliberatione præcipitur.* Habes, lector, ſatis perſpicue declaratum cum pluribus aliis, tum hoc quod modo recitatur, exemplo, quanta obſervantia Hiſpaniarum Epiſcopi ſint ſemper proſecuti Romanum Pontificem, e cujus ſede ſe Evangelium accepiſſe ſcirent. Sed audi de Silvano eorumdem narrationem.

*Cum hæc ita ſe habeant: eſt tamen inter nos falſus frater; cujus præſumptionem ſicut diutius tacere non licuit, ita & loqui futuri judicii neceſſitas imperavit. Silvanus quidem Epiſcopus Calaguræ in ultima parte noſtræ provinciæ conſtitutus, divinationes * ſibi indebitas uſurpando, humilitatem noſtram ad hoc uſque perduxit, ut contra ejus vaniſſimam ſuperſtitionem ſedis veſtræ unicum remedium flagitemus. Hic namque jam ante ſeptem aut octo amplius annos, poſtponens Patrum regulas, & veſtra inſtituta deſpiciens, nullis petentibus populis Epiſcopum ordinavit: cujus præproperum factum exiſtimantes fraterna & pacifica poſſe admonitione ſanari, profecit in pejus. Denique contra vetuſtatem canonum, contra Synodi conſtituta, alterius fratris noſtri presbyterum, ſpiritu tantum præſumptionis accenſus, in eodem loco, qui illi fuerat deſtinatus, cui invita & repugnanti impoſuerat manus, & qui noſtra jam cætui fuerat aggregatus, Epiſcopum fecit. Hinc factum eſt, ut de ejus miſerrima temeritate ad nos Cæſaraugustanæ urbis Epiſcopus frater noſter univerſa referret, cujus diligentia & ſollicitudo admodum proſpexerat, ſi in aliquo profuiſſet. Siquidem cunctis in vicina poſitis Epiſcopis ne ſe ſchiſmatico adjungerent, frequentiſſime contradixit: ſed obſtinatione damnabili totum, quod erat illicitum, & quod nobis pudor eſt dicere, non erubuit ſolus ille committere.* XXIII. * ordinationes. Silvani cauſa.

Proinde quia his præſumptionibus quæ unitatem dividunt, quæ ſchiſma faciunt, velociter debet occurri; quæſumus ſedem veſtram, ut quid ſuper hac parte obſervare velitis, Apoſtolicis affatibus inſtruamur: quatenus fraternitate collecta prolatæ XXIV. Cauſas Epiſcoporum ad Rom. Pon. deferri.

PAGIUS Codicis Dionyſiani, & in Moguntino. Actum in eo de Diſciplina Eccleſiaſtica & de Hiſpaniarum Eccleſiis, ut fuſe explicat Baronius. *Maximus* Taurinenſis Epiſcopus huic Concilio ante omnes ſubſcripſit, etiam ante *Ingenuum* Ebredunenſem & Mediolanenſem Metropolitas, quia ſc. prior illis ordinatus fuerat. Quare cum ex XLIV. Epiſcopis qui huic Concilio interfuere, antiquior fuerit, non videtur dubitandum quin hic *Maximus* Taurinenſis Epiſcopus idem ſit, ac ille, qui regnante Marciano, anno CDLIII. Synodicæ Euſebii Mediolanenſis ad Leonem M. Epiſtolæ ſubſcripſit. Errare itaque exiſtimandum, qui duos ejuſdem nominis hoc ſæculo Taurinenſes Epiſcopos fuiſſe, arbitrantur. Erravit & Gennadius in deſignando Sancti Maximi obitus anno, cum ait: *Moritur Honorio & Theodoſio Juniore regnantibus*, id eſt, ante annum Chriſti CDXXIII. quo *Honorius* vitam cum morte commutavit. Miræus, pro *moritur*, reponit, *floruit*. At priorem lectionem præfert vetuſtiſſimus Codex Corbejenſis, litteris Franco-Gallicis ſcriptus, cujus mentionem facit Mabillonius in Muſæo Italico, ac in Præfatione ad duodecim hujus Sancti ſermones, quos publici juris fecit, ubi & de aliis ejus ſermonibus ac ſtylo diſſerit: Baronius dicit, huic Concilio interfuiſſe XLVIII. Epiſcopos

latis in medium venerandæ Synodi conſtitutis, contra rebellionis ſpiritum veſtra auctoritate ſubnixi, quid oporteat de ordinatore & de ordinato fieri, intelligere, Deo adjuvante, poſſimus. Erit profecto veſter triumphus, ſi Apoſtolatus veſtris temporibus, quod ſancti Petri cathedra obtinet, Catholica audiat Eccleſia, ſi novella zizaniorum ſemina ſentiat extirpata. Et ſubſcriptio. *Orantem pro nobis ſanctam Apoſtolatum veſtrum jugi ævo divina conſervet æternitas.* Hactenus prior data in Silvani cauſa Synodi Tarraconenſis epiſtola: ex qua antiquam vides cuſtoditam praxim, nimirum cauſas Epiſcoporum ſolitas deferri ad Romanum Pontificem.

XXV. De cauſa Irenæi Epiſcopi. Poſterior vero data ab iiſdem ex alio Epiſcoporum Conventu epiſtola in cauſa Irenæi, primo loco recitata eſt, in qua mentio habetur de datis antea litteris in cauſa Silvani: a qua diverſa erat cauſa ipſius Irenæi Epiſcopi Barchinonenſis. Hunc vir digniſſimus Nundinarius Epiſcopus Barchinonenſis hæredem paucorum bonorum inſtituens, optare ſe dixit, ut in locum ſuum idem Irenæus ordinaretur qui erat alterius Eccleſiæ Epiſcopus. Ejus quidem ultimæ voluntatis elogium & populus & clerus, ſimulque comprovinciales Epiſcopi ratum habuere, immo & annuiſſe ponitur Metropolitanus Antiſtes ob Eccleſiæ illius utilitatem, & merita decedentis & ſuccedentis Epiſcoporum. His enarratis in epiſtola ad Romanum Pontificem, ejuſmodi petitionem adjecerant: *Ergo ſuppliciter precamur Apoſtolatum veſtrum, ut humilitatis noſtræ decretum, quod juſte a nobis videtur factum, veſtra auctoritate firmetis.* Intelligis, Romanæ tantummodo ſedis Epiſcopi fuiſſe diſpenſare in iis quæ contra canones præſumpta eſſent; nec Concilio provinciali tantam fuiſſe auctoritatem, ut inconſulta Apoſtolica ſede id præſtare potuiſſet. Quid autem ad hæc qui Romæ convenerant Patres? Primo quidem publicis acclamationibus, inde vero ſingulorum ſententiis, quæ ab illis Epiſcopis probata fuerant, ſunt exploſa. In acclamationibus vero, inter alia, illud quinquies dictum: *UT SERVETUR ANTIQUITAS ROGAMUS.* Digna plane tanto Conſeſſu ſententia qua tamquam valido mucrone confoditur quicquid umquam vel contra fidem vel contra Eccleſiaſticam fuerit diſciplinam præſumptum.

De his autem omnibus quæ Synodali fuerunt ſententia definita, ſcripta eſt ab ipſo Hilaro Papa epiſtola decretalis ad Aſcanium & reliquos provinciæ Tarraconenſis Epiſcopos, data tertio Kalendas Januarii, Baſiliſco & Herminerico Conſulibus: ut plane appareat, ab exordio Synodi cœptæ decimoquinto Kalendas Decembris, uſque ad datas has litteras tertio Kalendas Januarii, intercurriſſe menſem unum & dies duodecim, tantoque temporis ſpatio Synodum perduraſſe: cujus aliquæ deeſſe videntur Actiones, ut inter alia, quæ ab adverſaria parte pro Silvano Epiſcopo allata fuiſſe, idem Hilarus Papa in dicta epiſtola docet: quæ fuerant ejuſmodi, ut eamdem Pontificem ad diſpenſandum cum eodem Silvano permoverint, ne videlicet diro ſchiſmate ſcinderetur Eccleſia. Non ſic quidem cum Irenæo quem ad ſuam Eccleſiam Hilarus redire præcepit: quibus intelligas, quam indigno animo tulerint Romani Epiſcopi ſedium mutationem. Dedit & de his idem Hilarus Papa privatim alias ad eumdem Aſcanium Tarraconenſem Epiſcopum litteras, quæ iiſdem Actis acceſſerunt appendix. In hac inſuper Synodo ad Eccleſiæ univerſalis ædificationem conſtitutionem ediſſe Hilarum Papam, habent ejus vitæ Acta his verbis: *Fecit conſtitutum de Eccleſia in baſilica ad ſanctam Mariam, Conſulatu Baſilici & Herminerici, decimoſexto Kalendas Decembris.* Quid enim per conſtitutum intelligatur, ſuperius dictum eſt. XXVI.

XXVII. De Maximo Epiſc. Taurinenſi. Quod vero inter quadragintaocto Epiſcopos qui Synodo interfuerunt, primo loco ponatur Maximus Epiſcopus Taurinenſis poſt Romanum Pontificem; non id quidem accidit ſedis prærogativa, cum digniores illic eſſent Epiſcopi Metropolitani, ut inter alios Eccleſiæ Mediolanenſis Antiſtes: ſed id factum ſcias prærogativa ætatis in Epiſcopatu agentia: hic namque mos vetus, ut qui plures annos ageret in Epiſcopatu, vel Archiepiſco-

PAGIUS. nos: ſed in exemplari a Labbeo, & in altero a Lupo publicatis numerantur tantum XLIV. & in utroque deeſt nomen Epiſcopi Mediolanenſis.

VI. Ejus diei natalis occaſione celebratum. Concilium iſtud Romanum congregatum eſſe occaſione diei natalis, ſeu diei Ordinationis Hilari Papæ, ipſemet inſinuat in præcepto univerſis Epiſcopis Tarraconenſis Eccleſiæ dato, in quo ait: *Lectis in Conventu fratrum, quos natalis mei feſtivitas congregarat literis veſtris.* Ordinatus fuit Hilarus ſecundo Idus Novemb. ut anno CDLXI. vidimus; is autem dies, qui tunc in Dominicam, hoc anno in feriam ſextam incidit: Quare Epiſcopi eo die congregati initium faciunt a divino cultu, in eoque perſeverant duobus ſequentibus diebus, ſabbato nempe & die Dominica. Quibus confectis *hortantur Papam, ut quæcumque pro diſciplina Eccleſiaſtica ſunt, cura diligentiore tractet*, quemadmodum initio Actorum Synodalium legitur; iterumque coeunt ſequentibus diebus, & ea conſtituunt ac decernunt, quæ in Epiſtola ad Tarraconenſes ipſemet Hilarus exponit. Iſtum Majorum morem egregie illuſtravit Tentzelius in Schediaſmate *de Natalitiis Epiſcoporum*, citatque Garnerium in Diſſert. IV. de Synodo V. gene-

ſcopatu, priorem ſibi in Synodis locum vindicaret, etiam ſi alioqui dignitate ſedis eſſet inferior, ſalva tamen Patriarchalium prærogativa ſedium. Maximum autem Taurinenſem plurimos egiſſe in Epiſcopatu annos, ex eo poteris intelligere, quod de ipſo agens Gennadius (a) qui his vivebat temporibus, claruiſſe eum tradit Honorio & Theodoſio Juniore regnantibus, licet cuſi codices habeant eum obiiſſe diem ſub iiſdem Auguſtis. Sed quomodo id fieri potuit, ut ſub Theodoſio mortuus dicatur, ſi idem Maximus ſubſcriptus Concilio Mediolanenſi ſub Marciano Imperatore (ut vidimus b) celebrato, & hoc anno interfuiſſe, ſediſſe, & ſubſcripſiſſe Romanæ Synodo primo, loco poſt Romanum Pontificem reperitur? Ut non ſit qui obtendere poſſit alium hunc Maximum Taurinenſem ab illo fuiſſe: nam ut primo loco ſederit atque ſubſcripſerit, non (ut dictum eſt) aliunde, quam ex provectiore in ſede ætate potuit contigiſſe. Unde ne dicamus adeo manifeſte in rebus ſui temporis Gennadium hallucinatum, mendum in codicem irrepſiſſe dicendum erit: ſicut nuper factum vidimus, dum in fronte ſcriptorum ipſius Maximi, quæ Romæ, ſunt edita, Gennadii textus illud accepit additamentum de anno quo mortuus eſt nimirum ab Orbe redempto quadringenteſimo vigeſimo: putavit id ſibi licere Galeſinus qui edidit. Propagata eſt autem ad poſteros ſumma gloria ejuſdem Maximi memoria, cujus & dies natalis anniverſaria commemoratione recurrit ſeptimo Kalendas Julii. Vixit hoc item tempore alius Maximus, & ipſe inter ſanctitate claros adnumerandus, Epiſcopus Toloſanus, de quo paulo poſt dicturi ſumus.

(a) Genn. de vir. illuſt. c. 40.

(b) Epiſt. Conc. Mediolan. apud S. Leonem poſt ep. 52.

De ætate Maximi errores corriguntur aliorum.

XXVIII. Qui vero poſt Maximum primo ponitur loco Ingenuus Ebredunenſis Epiſcopus, idem conqueſtus eſt apud ipſum Hilarum Romanum Pontificem de uſurpatis quibuſdam ſuæ diœceſeos juribus. Extat de his epiſtola ejuſdem Hilari Papæ ad Leontium, Veranum, & Victorium Epiſcopos, quibus delegat cauſæ cognitionem & inſtaurationem jurium Ebredunenſis Epiſcopi Metropolitani Alpium maritimarum. Adverſus autem eos, qui inſana cupiditate connixi in hoc laborant ut ſuæ diœceſis fines dilatent, eſt ejuſdem Hilari Papæ in eadem epiſtola, aurea illa ſententia: *Expectatio fructus noſtri miniſterii non in latitudine regionum, ſed in acquiſitione ponitur animarum.* Hæc & alia ibi Hilarus digna Pontifice tantæ ſedis. Porro Leontius primo loco poſitus inter Epiſcopos, quibus cauſa committitur, etſi cujus Eccleſiæ Antiſtes fuerit, nulla ſit mentio: ſcias tamen iſtum ipſum laudatum ab Hilario Arelatenſi in funebri oratione de S. Honorato Epiſcopo prædeceſſore: quem Forojulienſem Epiſcopum, eumdem opinor eſſe ad quem extant Sidonii Apollinaris litteræ.

XXIX. Sed quod polliciti ſumus de Maximo Toloſano Epiſcopo dicere, non prætereat: Hic his temporibus, ex Palatino invitus renitens, nolenſque cogitur a populo fieri Epiſcopus. Ad quam ſacerdotii dignitatem aſſumptus, qualenam ſpecimen ediderit ſanctiſſimi ſacerdotii, accipe quæ de eo obiter Sidonius ſcribit ad Turnum (c), cum eidem occurrit neſciens creatum Epiſcopum: *Ut* (inquit) *veni, occurrit mihi ipſe, quem noveram anterius corpore erectum, greſſu expeditum, voce liberum, facie liberalem; multum ab antiquo diſſimilis, habitu vers gratas, pudor, color, ſermo religioſius, coma brevis, barba prolixa, tripodes ſellæ, Cilicum vela foribus appenſa, lectus nihil habens plumæ, menſa nihil purpuræ, humanitas ipſa ſic benigna quam frugi, nec ita carnibus abundans, ut leguminibus: certe ſi quid in cibo unctius, non ſibi ſed hoſpitibus indulgens.*

(c) Sidon. l. 4. ep. 24.

XXX. *Cum ſurgeremus, clam percunctor aſtantes: Quod genus vitæ de tribus arripuiſſet ordinibus Monachum ageret, an clericum, pœnitentemve? Dixerunt, nuper impacto ſacerdotii fungi, quo recuſantem factioſe ligaſſet civicus amor.* Hæc de Maximi mutatione ubi electus eſt Epiſcopus Toloſanus: a quo diſcant, qui in Eccleſiaſticam dignitatem aſſumpti nobiles & divites, de ſacerdotio majoris luxus captant occaſionem, ut in eccleſiam Chriſti transferant regios apparatus; vel (quod deterius eſt) qui ignobiles ad Epiſcopatum accedentes & pauperes, mox Sybariticas quærunt delicias. Quantum autem temporis Maximus iſte ſederit, ignoratur: conſtat tamen, Concilio Aurelianenſi non Maximum, ſed Leontium ejus ſucceſſorem haberi ſubſcriptum.

XXXI. Hujus pariter anni Conſulibus, Severus Imperator dolo Ricimeris in Palatio ve-

PAGIUS nerali cap. V. num. II. ubi demonſtrat morem tuliſſe ut poſt rem divinam die dominico cite procuratam, inchoarentur Synodi, cujus rei aliqua exempla afferemus anno DLIII. num. IX. Refellit etiam Tenizelius Queſnellum in Differt. I. ad Opera Leonis M. ad annum CDLXI. num. IV. ubi non animadvertit, Natalis Hilariani feſtivitatem hoc anno prius celebratum, quam Concilium ad res Eccleſiaſticas ordinandas habitum. Plura ibidem habet Tenizelius de ſermone ſacro habito, vel ab Epiſcopo cujus Natalis celebrabatur, vel ab aliis in laudem ejus, & ut oſtendat, inter præcipua Feſta in qualibet urbe Epiſcopali reputatum eſſe Epiſcopi Natalem anniverſarium. Non ſolum enim Pontifices Romani, ſed & alii omnes Epiſcopi diem natalem ſuum celebrabant.

VII. Ad num. XXXI. Chronographus a Cuſpiniano

Severus Imp. occiditur. veneno peremptus eſt. Hæc Caſſiodorus, cui conſentit Marcellinus. Perobſcuræ quidem res Severi Auguſti remanſere; duæ autem ab ipſo editæ extant conſtitutiones, quarum poſterior hoc anno data habetur ſeptimo Kal. Octobris. Ex quibus redarguas eum qui divinatur (a) Severum hoc anno defunctum decimooctavo Kalendas Septembris. Abrogatam ex parte fuiſſe a Severo, in iis ſcilicet quæ ſpectabant ad moniales & viduas, conſtitutionem Majoriani Auguſti, de qua ſuo loco dictum eſt, inſcriptio indita priori ab eo editæ conſtitutioni demonſtrat. Poſt obitum vero Severi factum eſſe interregnum per annum & menſes aliquot, itidem Caſſiodorus affirmat, dum creationem Anthemii poſt ſequentis anni Conſules ponit.

(a) Panv. in Faſt.

XXXII. Uvandalorum incurſio. Obfuit multum Italiæ ejuſmodi interregnum, & frequens iſte mutatio Auguſtorum; eo quo factum eſt, ut Uvandali regnantes in Africa crebrius Romana littora incurſerent. Hinc Sidonius in Panegyrico Anthemio dicto;

——— *Quemcumque creavit*
Axe meo natum, confeſtim fregit in illo
Imperii Fortuna rotas. Hinc Uvandalus hoſtis
Urget, & in noſtrum numeroſa claſſe quotannis
Militat excidium, converſoque ordine fati,
Torrida Caucaſeos infert mihi Byrſa furores.
Præterea invictus Ricimer quem publica fata
Reſpiciunt, proprio ſolus vix marte repellit
Piratam per rura vagum, &c.

Ad hæc fortaſſe alluſit Maximus (b) Taurinenſis, ubi ait: *Non ſpirituales, ſed etiam carnales nobis (qui ſunt barbari) piratæ non deſunt.*

(b) Maxim. ſer. de non timend. Barb.

XXXIII. Cæterum non hujus tantum tempore interregni iſta Genſericus aggreſſus eſt, ſed cœptam diu ante piraticam ob ipſo Valentiniani obitu quotannis exercuit, de qua iſta Procopius (c): *Poſt mortem Valentiniani, aliquot annos, veris initio, continuo longas fecit prædando & populando incurſiones, nunc in Siciliam, nunc in Italiam, civitates inſuper partim diripiendo, partim ſolo æquando: ubi vero omnia delevit, ad Orientis converſus Imperium, Illyricum omne ſimul & Peloponneſum, hiſque adjacentes inſulas cum reliqua Græcia invadit. Ad Italiam rurſum Siciliamque reverſus, quicquid erat reliqui diripuit. Verum quondam, cum e Carthaginis portu paſſis velis ſoluturus eſſet; interrogatus a nauclero, quo tendere populabundus vellet reſpondiſſe: Quo Deus impulerit; adeo ex nulla cauſa in obvios quoſcumque hoſtiliter ferebatur.* Hæc Procopius. Porro ita formidabilis factus erat Genſericus piratica claſſe, ut Alexandria etiam fuerit timore concuſſa. Etenim habent hæc Acta (d) Danielis Stylitæ: *Quædam fama in omnes gentes manavit, Genſericum Regem Uvandalorum bellum gerere adverſus Romanos magno apparatu & majori audacia, & quod magna manu perveniat Alexandriam, eam ſibi volens belli facere præmium. Non parum ergo animo angebatur magiſtratus & ipſe Imperator: Qui cito cucurrit ad confectum medicamentum animi ægritudinis, & ſancto Danieli famam ſignificat. Ille vero tamquam non prævidens, ſed videns oculis ea quæ erant ventura, dixit protinus:* Non *ſolum Genſericum Alexandriam*

(c) Procop. de bello Uvandal. l. 1.

(d) Apud Sur. die 11. Decembr. Uvandali tentarunt Alexandriam.

PAGIUS

Moritur Severus Imperator. no editus ſub hujus anni Coſſ. ſcribit: *Defunctus eſt Severus Imperator Romæ XVIII. Kalend. Septemb.* Baronius dicit, Onuphrium divinare diem *Severi* emortualem. Verum Onuphrius illum accepit a Chronico hujus Anonymi in fine Faſtorum ſuorum a ſe poſt Cuſpinianum publicato. Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 45. ſcribit Severum Romæ *anno tertio Imperii ſui* obiiſſe, neglecto ſc. quarto, qui incompletus fuit.

VIII. Vandali Siciliam & Italiam incurſant. Ad num. XXXII. & ſeqq. Vere ſcribit Baronius interregnum, quod poſt Severi Imp. mortem fuit, multum obfuiſſe Italiæ, indeque Vandalos crebrius Imperii littora incurſaſſe. Idacius enim in Chronico ad annum Abrahami 2481. qui Kalend. Octobris ſuperioris Chriſti anni inchoatur ait: *Vandali per Marcellinum in Sicilia cæſi effugantur ex ea.* Præterea Priſcus Rhetor pag. 42. de Genſerico inquit: *Ab Orientalibus partem bonorum Valentiniani obtinuerat Honorio nomine quæ Honoricho ejus filio nupſerat, atque hanc belli renovandi occaſionem ſingulis annis uſurpabat. Itaque ſimul atque ver appetiit, infeſto exercitu Siciliam, & Italiam invaſit, & Urbes quidem Italorum præſidiis firmatas non facile oppugnavit, ſed oppida militibus, qui reſiſterent, deſtituta circumveniens evertit, & diripuit. Nec enim ad omnia quæ Vandalorum invaſioni patebant, tuenda ſufficere poterant, propterea quod hoſtium multitudine opprimebantur. Denique copiis navalibus carebant, quas cum a Romanis Orientalibus petiiſſent, non impetrarunt, quia fœdus cum Genſerico fecerant. Ea res diviſa ſc. Imperii adminiſtrandi ratio, magno detrimento Romanorum Occidentalium fuit.*

IX. Moritur Frumarius Suevorum Rex. Refert etiam Idacius, *Frumario* Suevorum Rege mortuo, *Remiſmundum* omnibus Suevis in ſuam ditionem regali jure revocatis pacem elapſam reformaſſe, cum Galliciis ſcilicet, ut habet Iſidorus in Chronico Suevorum Era DII. qui Chriſti annus eſt CDLXIV. Addunt Iſidorus & Idacius, *Frumarium* Legatos fœderis ad *Theudericum* Regem Gothorum miſiſſe, a quo etiam per Legatos & arma & conjugem, quam haberet accepit.

X. Gallia variis bellis afflicta. Turonenſis lib. 2. cap. 18. varia, quæ diverſis annis a tempore mortis *Ægidii* & ſequentibus annis contigere, narrat, atque: *Childericus Aurelianis pugnas egit; Odoacrius vero cum Saxonibus Andegavos venit, magna tunc lue po-*

pu-

Digitized by Google

drıam non eſſe occupaturum; ſed in omnibus etiam aliis, re infecta, damum eſſe reverſurum. Omnino nihil opus eſt adjicere id quod evenit, iis qui virum norunt. Factum eſt autem non multo poſt, ſicut Divina Daniel lingua prædixit. Hæc ibi.

XXXIV. Poſt hanc autem prædictionem, eodem petente Daniele curaſſe Leonem Imperatorem translationem reliquiarum magni illius Simeonis Stylitæ ex Syria in Thraciam, eadem Acta habent: ſed quoto anno id Leonis Imperatoris acciderit, haud facile ſit aſſerere. Ea dicta autem Alexandrinorum turbatione accepta occaſione, Leo Auguſtus comparandi claſſem adverſus Uvandalos conſilium inire cœpit, quod perfecit tertio abhinc anno, ut ſuo loco dicemus. Tranſlatio S. Simeonis Stylitæ.

In.

PAGIUS *pulum devaſtavit. Mortuus eſt autem Ægidius, & reliquit filium Syagrium nomine. Quo defuncto Odoacrius de Andegavo & aliis locis obſides accepit. Britanni de Biturica a Gothis expulſi ſunt, multis apud Dolenſem vicum peremptis. Paulus vero Comes cum Romanis ac Francis, Gothis bellum intulit, & prædas egit. Veniente vero Odoacrio Andegavos, Childericus Rex ſequenti die advenit, interemptoque Paulo Comite, Civitatem obtinuit.* Ægidius anno Chriſti currenti vitam cum morte commutavit, ut anno ſuperiori oſtendimus. *Britanni* vero Riothimo Rege in Gallias ingreſſi ſunt, *Anthemio*, qui pridie Idus April. anni CDLXVII. Imperator Occidentis renunciatus eſt, regnante, & ab *Eurico* Viſigothorum Rege prælio victi Biturigas ſe ſe recepere. Quare hoc circiter anno *Odoacrius* Saxonum Dux in Gallias venit, ibique novum Principatum inſtituit, qui ſæculo ſequenti adhuc durabat. Exiſtimo *Paulum Comitem*, qui Andegavi, quæ Urbs ad Ligerim ſita, aliiſque quibuſdam vicinis Oppidis dominabatur, bellum cum Romanis & Francis adverſus Viſigothos non geſſiſſe, niſi poſt illum Chriſti annum & Francos illos non *Childerici* Regis, ſed *Rignomeris* Cenomannenſis Reguli, cujus ſubditi Franci a Turonenſi lib. 2. cap. 42. vocantur, ſubjectos fuiſſe. *Childericus* enim Aurelianum aliaſque Urbes Romanis parentes ſibi ſubiicere conabatur. Hæc difficultatem non habent; ſed reliqua quæ Turonenſis refert, non parum obſcura, ideoque tam a veteribus quam a recentioribus rerum Francicarum Scriptoribus non bene interpretata.

XI. *Saxones in Galliis conſident.* Unus Auctor Anonymus de Geſtis Francorum cap. 8. in ſenſum Turonenſis penetraſſe videtur; morte enim Ægidii Comitis recitata ait: *Tunc Childericus Rex commotu magno exercitu hoſtium uſque Aurelianis Civitatem pervexit, terras quoque illas vaſtavit. At Onagrius* (legendum, Odoacrius) *Saxonum Dux cum navale hoſte Andegavis Civitatem venit; magna tunc cæde populum vaſtavit. Adonagrius itaque de Andegavis, vel de aliis Civitatibus obſides accepit. Redeunte quoque Adonagrio* (legendum, Adouacrio vel Odoacrio utrumque enim dicitur) *de Andegavis Childericus Rex cum Francorum exercitu ibidem advenit, interfecto Paulo Comite, qui in ipſa Civitate præerat, ipſamque Urbem cepit.* Sed loco, *de Andegavis* legendum, *Andegavos*, ut locus laudatus Turonenſis manifeſte indicat. Exiſtimo *Childericum & Odoacrium* in hoc adverſus Paulum bello fœdere conjunctos fuiſſe, & non multo poſt currentem annum Urbem Andegavenſem in poteſtatem *Childerici* Regis veniſſe, non tamen Aurelianenſem, ut quidam volunt: cum id Turonenſis non aſſerat, & Auctor de Geſtis Francorum prodat eum tantum prædas egiſſe & territorium devaſtaſſe. Cæterum *Saxones*, qui in Galliis conſedere, inter mare Britannicum & Ligerim fluvium commorabantur in tractu Armoricano, finibuſque Baiocaſſium; indeque Turonenſis in lib. 5. cap. 10. eos *Saxones Bajocaſſinos* appellat. Venantius vero Fortunatus in lib. 3. Carminum Felicem Nannetum, quæ urbs ad Ligerim poſita, Epiſcopum Saxones manſueſeciſſe & multos eorum Chriſtianis myſteriis initiaſſe tradit. Sedere cœpit *Felix* circa annum DLX. Denique Carolus Calvus in Capitulis Silvacenſibus Tom. II. Capitularium Reg. Franc. pag. 69. num. VII. refert, in illis regionibus unam fuiſſe *Otlingam Saxoniam* appellatam, aitque, *miſſi in Aprincato* (id eſt, Abrincas) *Conſtantino* (Conſtantiam) *Bagiſino* (Baiocas) *Corilſo, Otlinga Saxonia, Oxmiſo* (Oximum) *& in Liſuino*, corrupte pro pago Liſuvino aut Lexovienſi.

JESU CHRISTI ANNUS 466.	HILARI PAP. ANNUS 6.	LEONIS IMP. ANNUS 10.

I. INgreditur Chriſti annus quadringenteſimus ſexageſimus ſextus, altero (ita dixerim) pede claudicans, cum nonniſi unus Conſul Leo Auguſtus tertius creatus ſit in Oriente: in Occidente autem cum nullus eſſet Imperator, nulla eſt a Senatu habita ratio Conſulis eligendi. Cum igitur tum Caſſiodorus, tum Marcellinus unum tantum Conſulem hoc anno eſſe creatum dicant; undenam a recentiore chronographo (*a*) additio collegæ Fabii, Titiani? ſed nec teſta aliquo id probat, neque conjectura ſaltem veriſimili.

(*a*) *Panvin. in Faſt.*

II. Lex lata de Eccleſ. immunitate. Hoc ipſo anno Leo Imperator ultima die Februarii de immunitate confugientium ad Eccleſiam ampliſſimam edidit ſanctionem; cum novo caſu divinitus oſtenſum eſſet, magno periculo aſylum Eccleſiæ violari. Rem geſtam habent Acta Marcelli Acœmetarum Archimandritæ ſanctiſſimi his verbis deſcriptam (*b*): *De Ardaburii & Aſparis, quæ erat illo tempore potentia, nihil eſt, dicendum, neque de crudelitate æquali potentia atque adeo majori* (erant ambo Ariani potentiſſimi, utpote longo tempore militiæ præfecturis inſigniti, ipſi quoque Imperatori timendi.) *Hic ergo qui adeo potens erat & crudelis Ardaburius iraſcebatur cuidam ex iis, qui erant in ejus poteſtate, nomine Joanni. Ille vero omnibus aliis, atque adeo ipſo Imperatore prætermiſſis, ut qui non eſſent ſatis potentes unum novit refugium, Marcelli tabernaculum* (ipſum videlicet Acœmetarum cœnobium:) *& id ſubit, & in eo latet, tanquam ſub aliquo tuto propugnaculo. Ille autem cum reſcivisſet, petebat (ad ipſum miſſis) hominem ſibi tradi. Cum vero non obtemperaret, cœpit minari. Cum Marcellus autem minas non curaret, ei vim attulit; miſſiſque militibus & qui viribus valebant (erant multi numero) juſſit quærere eum qui confugerat, & ſi non pareret, uti armis. Atque ille quidem cum ſic juſſiſſet, eos dimiſit. Illi autem profecti, & verbis, uti juſſi erant, uſi; quoniam non parebat, monaſterium circumſidebant. Hæc facta ſunt veſpere. Magnus vero Marcellus rogavit eos, an vellent manere, & ſe eis dixit alimenta daturum. Cum autem manſiſſent, ſuppeditavit alimenta: & res ita quidem tranſiit uſque ad veſperum.*

(*b*) *Ex Metaphr. Sur. die 29. Decembr.*

III. S. Marcellus non vult tradere perfugam. *Cum autem nox advenisſet, qui foris quidem erant, enſes jam quatiebant terribiliter. Monachi autem hæc videntes & audientes, Sanctum circumſiſtentes pro enſibus cum verbis feriebant: Quid ergo, dicentes, Tibi omnes propter unum peribimus? idque morte violenta & acerba? Et tuis filiis erit tibi præferendus externus? Et tibi a fundamentis cum templo peribit monaſterium? Non dimittes, non citò prabebis eum, qui quæritur, qui malis huc pervenit pedibus? Cum ſic per totam noctem eum & hoſtes & amici etiam acriter invaderent, tempuſque fruſtra contereretur, & ſupplex non traderetur: mane autem ſtatuiſſent milites uti gladiis, & jam eſſent aggreſſuri: tunc Chriſti athleta ſuum objecit potentiam. Eis vero præter opinionem apparet adverſaria, non*

Ll pha-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5959.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DIV. A. C. 466.

☉ 17. B. ☽ 55. P. 17. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 466.

HILARI PAPÆ 6.

LEONIS IMP. 10.

I. Decennalia Leonis Imp. [1] COSS. *Leo Aug. III. & Tatianus*, uterque in Oriente creatus. Reprehendit Baronius Onuphrium, qui initio Faſtorum pag. 63. aſſerit, in Occidente *Ti. Fabium Tatianum* Conſulem proceſſiſſe, quia id ſine teſte ab eo ſcriptum credebat. Verum tam Chronographus Cuſpinianeus, quam Marius in Chronico hoc anno profitentur Leonem Aug. III. & Tatianum. In eo tantum peccavit tamen Onuphrius, quod loco *Tatiani Titianum* proponit, & deinde, quia eum in Occidente nuncupatum ſcribit. In Oriente enim eum Conſulem dictum, deduco ex Priſco in Excerptis, qui antequam de incendio Urbis Conſtantinopolitanæ loquatur, ait: *Legationem ad Vandalos ſuſcepit Tatianus in Patriciatus dignitatem cooptatus*, a Leone ſc. Imp. Tatiani etiam mentio apud Candidum in Excerptis pag. 58. editionis Luparæ, & ſorte apud Theophanem pag. 89. quem eum eſſe, qui hoc anno Conſulatum geſſit, non videtur dubitandum. Conſulatus a Leone ob ejus *Decennalia* ſuſceptus.

II. A num. II. ad X. *Leo Imp.* ſuorum Deceſſorum more in Decennalibus ſuis Edictum in favorem Ec-

NOTÆ [a] *COſſ. Leo Aug. III. & Tatianus.* Vetus lapis, Romæ Subter. tom. II. pag. 418. & apud Reineſium pag. 967.

DEPOSITVS. VII. IDVS. MAIAS
LEONE. AVG. III.

Epitome temporum in Codice Gennadii Vaticano: *Leone Aug. ter.* In his omnibus, *Tit. Fabius Tatianus* præteritur, quem tamen hujus anni conſulem perhibent Onuphrius, & Pagius. GEORGIUS

Digitized by Google

phalanx quidem, ſed divina quadam & cæleſtis potentia in orbem ab igne circumſcripta, & arma inexpugnabilia, nempe Crucis Chriſti imaginem in medio ferens, longe magis refulgentem quam ignis qui erat circumcirca. Hæc ergo terribilis potentia, quæ apparuerat, ex ipſo faſtigio monaſterii emittebat gravia tela adverſum milites, quæ quidem erant ignis fulgura intolerabilia. Quibus cum non ſolum reſiſtere, ſed nec eu quidem contra intueri poſſent: gladios in terram projecerunt, & ipſi ceciderunt; & voces ad Deum placandum accommodatas, prout quiſque poterat, emittebant. Quas cum hi qui intus erant ſenſiſſent, canere cœperunt, & fuerunt ipſi quoque teſtes miraculi quod evenerat præter opinionem. Hoc effecit, ut crudeliſſimus Ardaburius ſuorum morum obliviſceretur; & cauſa fuit, ut præter ſententiam benignus videretur ira in Joannem remiſſa. Hactenus ibi.

Fulminibus repelluntur milites.

IV. Hujus itaque rei tam inſigniter geſtæ occaſione factum putamus, ut Leo Imperator egregiam illam, quam diximus, ſanctionem pro confugientibus ad eccleſias promulgaverit hoc ipſo anno, cum tertium ageret Conſulatum, ita reſcribens ad Erithreum Præfectum Prætorio (a):

(a) l. 6. C. de his qui confug. ad Eccleſ.

Sanctio Leonis Imper. de Eccleſ. immunitate ſervanda.

Præſenti lege decernimus per omnia loca valitura (excepta hac urbe Regia, in qua nos divinitate propitia degentes, quoties uſus exegerit, invocati, ſingulis cauſis atque perſonis præſentanea conſtituta præſtamus) nullos penitus, cujuſcumque conditionis ſint de ſacroſanctis Eccleſiis Orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, protrahi confugas: nec pro his venerabiles Epiſcopos, vel religioſos Oeconomos exigi, quæ ab ipſis debentur. Vides Leonem Imperatorem antiquaſſe penitus veterem ſanctionem, cujus a nobis quinto tomo mentio facta eſt, qua jubebatur, ut Epiſcopi ſolvere tenerentur, quod creditoribus deberet debitor ad Eccleſiam fugiens, niſi eum redderent: cujus rei cauſa S. Auguſtinus debitor conſtitutus, collectam indixit, ut diſſolveret, quod non dando confugam debitorem, æs alienum contraxerat. Sed pergit Imperator: *His, qui hoc moliri, aut facere, aut nuda ſaltem cogitatione, aut tractatu auſi fuerint tentare, capitali, & ultimi ſupplicii animadverſione plectendis.*

V. *Ex his ergo locis, eorumque finibus, quos anteriorum legum præſcripta ſanxerunt, nullos expelli aut ejici aliquando patimur: nec in ipſis Eccleſiis reverendis ita quemquam detineri atque conſtringi, ut ei aliquid victualium rerum, aut veſtis negetur, aut requies.*

Sed ſi quidem ipſi refugæ appareant in Eccleſia publice, & ſe in ſacris locis oſtendant quærentibus conveniendos: ipſis ſervata locis reverentia, Judicum, quibus ſubjacent, ſententiis moneantur, reſponſum daturi, quale ſibi quiſque perſpexerit convenire.

VI. *Quod ſi in finibus Eccleſiaſticis latitant, religioſus Oeconomus, ſeu Defenſor Eccleſiæ, vel certe quem his negotiis commodiorem auctoritas Epiſcopalis elegerit, reconditam latentemque perſonam decenter ſine ullo incommodo monitam intra fines Eccleſiæ, ſi invenitur, præſentet.*

Cum autem monitus fuerit in publico privatove contractu actione civili, in ejus ſit arbitrio ſive per ſe, ſive (ſi magis elegerit) inſtructo ſolemniter procuratore directo, in ejus Judicis, cujus pulſatur ſententiis, examine reſpondere.

Sed ſi hoc facere detrectet, aut differat, Judiciorum legumque ſolitus ordo ſervetur. Itaque ſi res immobiles poſſidet: poſt edictorum ſolemnium citationem, ex ſententia judicantis, uſque ad modum debiti, bonorum ejus ſive prædiorum traditio, ſive venditio celebretur.

VII. *Quod ſi res mobiles habet, eaſque extra terminos occultat Eccleſiæ, ſententia judicantis, & executoris ſolicitudine perquiſitæ, quocumque loco occulentur, erutæ, pro æquitatis tramite, modoque debiti, publicis rationibus, privatiſque proficiant. Sane ſi intra fines habentur Eccleſiæ, vel apud quemlibet ex clericis abſconditæ, ſive depoſitæ fuiſſe firmantur: ſtudio & providentia viri reverendiſſimi Oeconomi, ſive Defenſoris Eccleſiæ diligentia inquiſitæ, hæ quolibet modo ad ſacroſanctam Eccleſiam pervenientes proferantur; ut pari æquitatis ordine, iiſdem ex bonis fiſco, vel Reipublicæ, ſive creditoribus, & quibuſcumque juſtis petitoribus ad modum debiti conſulatur. Sicubi depoſitæ, vel commodatæ dicuntur: inquirendi talem volumus eſſe cautelam: ut, ſi ſola ſuſpicione apud aliquem adſerantur abſconditæ, de ſua etiam conſcientia ſatisfacere auctoritate venerabilis Antiſtitis jubeatur: adjicientes, quod ea, quæ de principalibus perſonis decrevimus, in cauſis fidejuſſorum, ſive manda-*

PAGIUS

Leo Imp. de Eccleſia in ſuis Decennalibus bene meretur.

Eccleſiarum promulgavit, decernens, ut qui a creditoribus vexati ad Eccleſias confugerent, inde expelli non poſſent. Datum illud pridie *Kal. Mart. Leone A. Coſ. III.* Marcellinus quidem, Auctor Chronici Alex. & Faſti Heracliani præferunt Conſulatum Leonis III, cum particula excluſiva hoc modo, *Leone III. ſolo*. Verum idem Marcellinus, & Faſti Heracliani ſecundum Leonis Aug. Conſulatum cum eadem particula excluſiva edunt, licet certum ſit, *Severum* Auguſtum ſimul cum eo Conſulem proceſſiſſe. Hinc itaque intelligimus, eum loquendi modum male a conditoribus Faſtorum non raro adhibitum, movere nos non debere. Porro Baronius ex-

datorum, ſeu rerum ad eos pertinentium, vel familiarium, & ſociorum, ſeu participum, & omnino in iiſdem cauſis obnoxiorum perſonis præcipimus obſervari: ſcilicet ſi ipſos quoque ſecum confugæ intra Eccleſiarum terminos habere voluerint: ut eorum quoque bonis publica debita privataque ſolvantur: & per eos rerum, ubicumque poſita ſunt, procedat inquiſitio. Et hæc quidem de ingenuis liberiſque perſonis.

VIII. *Sane ſi ſervus, aut colonus, vel adſcriptitius, familiaris, ſive libertus, & hujuſmodi aliqua perſona domeſtica, vel conditioni ſubdita, conquaſſatis rebus certis atque ſubtractis, aut ſe ipſum furatus, ad ſacroſancta ſe loca contulerit; ſtatim a religioſis Oeconomis ſive Defenſoribus, ubi primum hoc ſcire potuerint per eos videlicet, ad quos hoc pertinet, ipſis præſentibus pro Eccleſiaſtica diſciplina & qualitate commiſſi, aut ultione competenti, aut interceſſione humaniſſima procedente remiſſione veniæ, & ſacramenti interventione ſecuri, ad locum ſtatumque proprium revertantur: rebus, quas ſecum habuerint, reformandis. Diutius enim eos in Eccleſiis non convenit morari: ne patronis ſeu dominis per ipſorum abſentium obſequia juſta denegentur, & ipſi per incommodum Eccleſiæ egentium & pauperum alantur expenſis.*

IX. *Inter hæc autem quæ ſedulo ad religioſi Oeconomi ſive Defenſoris Eccleſiæ ſolicitudinem curamque reſpiciunt, erit etiam illud obſervandum, ut ſingulorum intra Eccleſias confugientium perſonas, cauſaſque inceſſanter conquirant: deinde Judices, vel eos ad quos cauſæ & perſonæ pertinent, inſtantius inſtruant, & æquitatis convenientia diligentius exequantur. Dat. prid. Kal. Mart. Leone Aug. III. Coſ.* Hactenus conſtitutio Leonis Imp. qui ſe Judicem & vindicem in his quæ Conſtantinopoli acciderent, voluit conſtituere, ut magis timere diſcerent cives irritare præſentem Imperatorem qui per ſuos Præfectos adeo ſevere, nec niſi pœna capitis ſtatuiſſet crimen puniri. Potuit idem hæc ſanciendo habuiſſe reſpectum ad eminentiſſimos viros Aſparem & Ardaburium, quibus Imperium ferebat acceptum: ne in eos videretur eſſe commotus, atque voluiſſe ſubiicere judicio Præfectorum. Cæterum ubi occaſionem nactus eſt opportunam (haud prætermiſit juſtiſſime idem Princeps ulciſci: ut plane apparuerit, prudentiæ fuiſſe, aliquando diſſimulaſſe; juſtitiæ autem, impios barbaros contumelioſos in omnes e medio ſuſtuliſſe. At de rebus Orientalibus hactenus.

Sub eodem Leonis Auguſti tertio Conſulatu ſecundus abſolvitur annus, quo Evaricus Rex Gothorum regnare cœpit; cum & Hiſpaniis incurſione vaſtatis, deſcendit in Gallias, atque Arvernum obſedit. Cum vir clariſſimus Ecdicius, Dei virtute confiſus, magno miraculo, ingentem hoſtium numerum, ſummamque ipſorum potentiam, longe diſpari paucitate militum atque virium, ſuperavit, non quidem caſu tentata, (ut ſolet dici) fortuna, neque temeraria furentis Ducis audacia, ſed ingenti ſpe ex Divinitatis invocatione concepta: cujus nutu unus vincit & perſequitur mille, & duo fugant decem millia: nimirum quia Deus (*a*) vendidit eos, & Dominus concluſit illos. Ita namque Sanctorum precibus redimi ſolet inſperata victoria, quæ humanam ſuperet expectationem & vires. Hæc vero quomodo ſe habuerint, Sidonius refert in epiſtola ad eumdem Ecdicium data, cum poſt multos annos eamdem civitatem Arvernenſem a Gothis iterum afflictari contigerit, dum rogat eum ut patriæ periclitanti opem ferat. Erat enim Ecdicius filius Aviti Imperatoris, natus & educatus Arvernis, ut idem Sidonius eadem epiſtola narrat, qui poſtquam cunabulis jure naturæ debita, quæ recenſet, eidem in memoriam revocavit, mox ſubdit de civium omnium deſideriis, quibus ejus præſentia quam avidiſſime expetebatur: ingeritque opportune glorioſum facinus hoc tempore editum, quod & exacte deſcribit. Sed accipe hæc tanta verbis ipſius (*b*):

X. Evaricus Rex Gothorum fugatur.

(*a*) Deut. 32.

(*b*) Sidon. l. 3. ep. 3.

XI. Ecdicius cum paucis fugat Gothos.

Non enim poteſt umquam civicis pectoribus elabi, quam te, quantumque nuper omnis ætas, ordo, ſexus, de ſemirutis murorum aggeribus conſpicabatur: cum interjectis æquoribus in adverſum perambulatis, & vix duodeviginti equitum ſodalitate comitatus; aliquot millia Gothorum, non minus die quam campo medio (quod difficile ſit poſteritas creditura) tranſiſti. Ad nominis tui rumorem, perſonæque conſpectum, exercitum exercitatiſſimum ſtupor obruit, ita ut præ admiratione neſcirent Duces partis inimicæ, quam ſe multi, quam te pauci comitarentur. Subducta eſt tota protinus acies in ſupercilium

PAGIUS exiſtimat, *eam* legem a Leone Imp. emiſſam occaſione *Ardaburii*, Viri in aula potentiſſimi, qui cum militem quendam, qui ad Monaſterium *Acæmetarum* confugerat, vi extrahere tentaret, qui ad hoc miſſi ſunt, miraculo fuere repulſi, ut legitur in Actis Sancti Marcelli Acæmetarum Conſtantinopol. Archimandritæ. Verum incertum, quo anno miraculum illud patratum fuerit; certum vero Imperatores in Decennalibus edictis ſuis de Eccleſia bene mereri ſolitos eſſe.

III. *Arvernum a Viſigothis obſeſſum.*

A num. X. ad XIV. Baronius Urbis *Arvernenſis* obſidionem hoc anno narrat, quia exiſtimavit *Euricum* anno CCCCLXIV. Gothorum Regem creatum fuiſſe. Verum is annon tantum ſequen-

vallis abrupti, quæ cum prius applicata oppugnationi, te viſo, non eſt applicata congreſſui. Interea tu caſis quibuſque optimis, quos acerrimos agminis non ignavia ſed audacia fecerat, nullis tuorum certamine ex tanto deſideratis: ſolus planitie quam patentiſſima potiebare, cum tibi non daret tot pugna ſocios, quot ſolet menſa convivas. Hinc jam per otium in urbem reduci quid tibi obviam proceſſerit officiorum, plauſuum, fletuum, gaudiorum, magis tentant vota conjicere, quam verba reſerare. Siquidem cernere erat, refertis capaciſſimæ domus atriis, illam ipſam feliciſſimam ſi pati redditus tui ovationem *, *dum alii oſculis pulverem tuum caperent, alii ſanguine ac ſpumis pinguia lupata ſuſciperent.* Et inferius:

* devotionem.

XII. Alia res ab Ecdicio fortiter geſtæ.

Taceo deinceps collegiſſe te privatis viribus publici exercitus ſpeciem, parvis extrinſecus majorum opibus adjutum, & infrenes hoſtium ante diſcurſus coercuiſſe, propulſaſſe. Taceo te, aliquot ſupervenientibus, cuneos maſtaſſe turmales, ex numero tuorum vix binis, ternisve poſt prælium deſideratis: & tantam calamitatis adverſæ partis inopinantis certaminibus inflictam, ut occulere cæſorum numeroſitatem conſilia deformiore meditarentur: Siquidem quos humari nox ſubducta prohibuerat, decervicatis liquere cadaveribus; tamquam minoris indicii foret, quam villis agnoſci crinitum, dimiſiſſe truncatum. Qui poſtquam luce revolata intellexerunt furtum ruinæ ſuæ crudeli vilitate patuiſſe; tum demum palam officiis exequialibus occupabantur, non magis cladem fraude, quam fraudem feſtinatione celantes. Sic tamen quod nec oſſa tumultuarii ceſpitis mole tumulabant, quibus nec exutis veſtimenta, nec veſtitis ſepulcra tribuebant, juſte ſic mortuis talia juſta ſolventes. Jacebant corpora undique locorum plauſtris convecta rotantibus: quæ, quoniam percalſis indeſinenter incumberes, raptim ſuccenſis concluſa domiciliis culminum ſuper labentium rogalibus fragmentis funerabantur. Hæc & alia de Ecdicii bellica virtute Sidonius.

XIII. S. Martini invocatione ſæpe victor Ecdicius.

Cæterum tanta hæc nonniſi ope divina precibus Sanctorum implorata Ecdicium præſtare conſuevisse, plane declarant quæ de eodem habet Gregorius Turonenſis in tractatione de miraculis S. Martini, verbis iſtis: *Ecdicius* (licet, Ægidius, deprávate legatur) *quoque cum obſideretur ab hoſtibus, & excluſo a ſe ſolatio, turbatus impugnaretur; per invocationem beati viri* (S. Martini videlicet) *fugatis hoſtibus, liberatus eſt. Idque dæmoniacus in medio Eccleſiæ, ipſa hora qua geſtum fuerat, eſt profeſſus, S. Martini obtentu hoc fuiſſe conceſſum.* Hæc ipſe.

Hunc autem Ecdicium, cujus ſunt adeo præclara facinora, quem ex Sidonio diximus fuiſſe Aviti Imperatoris filium, eundem quoque germanum Papianillæ uxoris Sidonii fuiſſe apparet ex ejus epiſtola (*a*) ad ipſam data.

(*a*) *Sidon. l.5. ep. 16.*

XIV. Hoc eodem anno S. Proſper Regienſis ☞ in Gallia Narbonenſi ☜ Epiſcopus ex hac vita migravit, cum ſediſſet annos ſaltem vigintiquatuor: Qui enim (ut dictum eſt) interfuiſſe reperitur Vaſenſi Concilio ſub Conſulatu Dioſcori, anno Domini quadringenteſimo quadrageſimoſecundo, & ad hunc uſque annum (ut ejus Acta teſtentur) ſupervixit, plane eum annorum expleſſe numerum dicendus eſt. Meminit ejuſdem Marcellinus ante duos annos. Erat Regienſis ſedes hoc tempore nobilis ☞ in Gallia Narbonenſi ☜ cu-

PAGIUS

quenti Gothorum Regnum ſuſcepit, & nonniſi Hiſpaniis incurſione vaſtatis in Gallias venit, annoque incerto *Arvernum* obſedit, quod tunc hoſtium manus evaſit, quo illud tempore in Gothorum poteſtatem venerit, accurate infra explicabimus.

IV. *Proſper Aquitanus nunquam fuit Epiſc. Regienſis.*

Ad num. XIV. & XV. Ante Sirmondum ita omnibus perſuaſum erat, *Proſperum* Aquitanum Epiſcopum Regienſem in ſecunda Provincia Narbonenſi fuiſſe, ut Ludovicus Donius Dattichi Epiſcopus Regienſis tranſlatus poſtea ad Epiſcopatum Auguſtodunenſem, Præſul pietate & doctrina clariſſimus anno MDCXXXV. nomen Sancti *Proſperi*, uti Epiſcopi Regienſis in Officiis propriis *ſuæ* Eccleſiæ, a ſe tunc editis, collocari voluerit ad diem VII. Kalend. Julii, quo Martyrologium Romanum Proſperi Epiſcopi Regienſis mentionem facit. Verum Proſper Aquitanus, neque Regii in Gallo-Provincia, neque Rhegii in Æmilia Epiſcopus fuit. Antiqui enim, qui de eo locuti ſunt, eum appellant, vel *virum divinum*, vel *virum religioſiſſimum*, ſed nunquam Epiſcopum. Præterea in Epiſtola Synodica Euſebii Epiſcopi Mediolanenſis ad S. Leonem Papam anno CCCCLI. data, inter Epiſcoporum ſubſcriptiones legitur, *Faventius Epiſcopus Regienſis Eccleſiæ.* Denique Victorius, & ipſe Aquitanus, ſicuti Proſper, in Epiſtola ad Hilarum Urbis Romæ Archidiaconum Canoni ſuo Paſchali præfixa, Euſebium Cæſarienſem Epiſcopum, & Hieronymum Presbyterum appellat, ſed de Proſpero ait tantum: *His, quæ a ſancto & venerabili Viro Proſpero*, &c. Tum *cujus tenorem Vir venerabilis, Proſper ſecutus*, &c. Quare anno CCCCLVII. quo ea Epiſtola ſcripta Proſper Epiſcopus non erat, ſed *Fauſtus*, quem certum eſt deceſſorem immediatum S. Maximi fuiſſe, & plures annos poſt currentem vixiſſe, ut ex dicendis conſtabit. *Maximus* autem anno CCCCXXXIII. Epiſcopatum Regienſem inierat, quod etiam nunc in controverſiam vocari non poteſt.

V. *Officium de S. Proſpero Regii olim ignotum.*

Fuit itaque Sanctus Proſper *Notarius* tantum S. Leonis Papæ, quod primus ſcripſit Ado in Chronico, ubi inquit: *Sed & Proſper Notarius B. Leonis*, *ſeu*, ut habet Codex MS. Bibliothecæ Colbertinæ: *Sed & Proſper Aquitanicæ regionis Notarius B. Leonis*, adeo ut mirum ſit, inquit Anteimius in Diſſert. de Oper. SS. Leonis & Proſperi, Diſſert. V. Chriſtianum Lupum, in Diſſert. I. de Appell. cap. 24. hoc negaſſe ea ratione, quod tantum munus non videatur cecidiſſe

cujus meminit Sidonius in epiſtola (*a*) ad ſanctum Patientem Lugdunenſem Epiſcopum, primamque ponit poſt Arelatenſem. Cui quidem poſt deceſſum S. Proſperi datus eſt Epiſcopus ſanctus Maximus Abbas monaſterii Lerinenſis, & poſt eum Fauſtus ibidem ex Abbate ejuſdem cœnobii eſt creatus Antiſtes: adeo ut qui ſucceſſit Maximo in præfectura monaſterii Lerinenſis, idem ſubrogatus eidem fuerit in Epiſcopatu Eccleſiæ Regienſis. Hinc & idem Sidonius ad Fauſtum (*b*):

(*a*) Sidon. l.6.ep.12.

(*b*) Sidon. carm. Eucbar. ad Fauſtum.

——— fuit qui Maximus ille,
Urbem ta cujus monachus, Antiſtes, & Abbas
Bis ſucceſſor agis celebrans quoque laudibus illis.

Sed quando id contigerit, ut Maximo Fauſtus fuerit Epiſcopus ſubrogatus, ſuo loco dicemus.

XV. Quod vero ad S. Proſperi ſcripta pertinet: qui vivens in acie jugiter ſtetit pugnans adverſus hæreticos Pelagianos, poſt obitum non caruit eorum morſibus. Etenim Gennadius & ipſe Pelagianorum aſperſus ſordibus, de Proſperi ſcriptis agens, hæc ait (*c*): *Legi & librum ejus adverſus Collatoris opuſcula ſub perſona Caſſiani. Quæ Eccleſia Dei ut ſalutaria probat, ipſe infamat.* Ita ipſe, ſugillans plane ſanctum Proſperum, quod adverſus Caſſianum ſcripſerit, cujus opera falſo jactat ab Eccleſia Catholica eſſe probata. Sed dicat, quænam iſta eſt Eccleſia Dei, quæ opuſcula Caſſiani ut Catholica probat? Certe non dicenda Catholica, ſed Pelagianorum Eccleſia: nam ſi vere Catholica de his conſulatur Eccleſia, audi quid os Eccleſiæ Catholicæ loquatur Gelaſius: *OPUSCULA CASSIANI PRESBYTERI GALLIARUM APOCRYPHA*, Hæc eſt de Caſſiani opuſculis cenſura Gelaſii, quem auſcultare magis quam Gennadium, decet hominem Chriſtianum. At de operibus Caſſiani pluribus actum eſt ſuperius: hæc tantum ad redarguendum Gennadium notam inurentem ſanctiſſimo atque doctiſſimo Patri, Galliarum ornamento, ſunt dicta. Laudatur tamen a Gennadio Proſperi dictio, utpote (ut ait) ſcholaſtica atque nervoſa: eadem de eo Marcellinus in Chronico: ſed magno errore ibi pro nervoſa, habet, verboſa. Cæterum in omnibus quæ ad dogmata ſpectant, ſatis ad laudem Proſperi, dum litteris Cæleſtini Romani Pontificis commendatur, cum redarguuntur ab eo Eccleſiæ Gallicanæ presbyteri illi, qui S. Auguſtini ſcripta contra Pelagium impugnabant. Mentio eſt de alio ab hoc diverſo Proſpero apud Sidonium, quem dicit fuiſſe Epiſcopum Aurelianenſem. Hoc, ne quis fallatur in nomine, oportuit etiam ſuperius admonuiſſe.

(*c*) Genn. de Script. Eccl. c.84. Redarguitur Gennadii calumnia.

XVI. Epiphanius Epiſ. Ticinenſis.

Hoc eodem anno vita ſancto viro ſanctiſſimo Criſpino Epiſcopo Ticinenſi, ſubſtitutus eſt in locum ejus ſanctitate non impar, ſed doctrina longe celebrior Epiphanius, de quo plura inferius dicturi ſumus. Hoc quidem anno hunc ſedere cœpiſſe, ex Ennodio diacono Ticinenſi colligitur, dum de ipſo agens, annum octavum ejus ſedis numerat ſub Nepote Imperatore. Sed & ſcias, hoc eodem ſæculo alium claruiſſe Epiphanium, quo Caſſiodorus (*d*) uſus eſt Græcorum ſcriptorum interprete: Ab eo enim tranſferri curavit Græcorum hiſtorias, Euſebii, Sozomeni, Socratis atque Theodoreti, necnon ſcripta Didymi in Proverbia Salomonis, ſimulque S. Epiphanii Salaminæ in Cypro Epiſcopi tractatum in Cantica canticorum, & alia plura, ut ipſe teſtatur: quem & amicum, diſertiſſimumque

(*d*) Caſſiod. Inſtit. div. lect. lib.1. c.5.& 17.

PAGIUS diſſe *in Laicum Monachum*, quod referre, confutare eſt. Vidi alias, dum Regii eſſem, Librum *Choralem* magnis characteribus exaratum anno MDXLV. cui titulus: *Veſperale Pſalterii ſecundum uſum Eccleſiæ Reiienſis*, in quo recitantur nomina Sanctorum Eccleſiæ Regienſis, & aliquando antiphonæ propriæ; ſed ibi nulla Proſperi mentio. Ibidem vidi aliam librum minoris molis, in quo continentur omnia Officia propria Sanctorum Eccleſiæ Regienſis a quadringentis & amplius annis exaratum, cujus initium eſt: *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen. Incipiunt Inſtitutiones Reiienſis Eccleſiæ Cathedralis, & totius Epiſcopatus ejuſdem, compoſitæ anno Domini M° CC° LXXXXIIII. a Reverendo in Chriſto Patre D. P. Dei gratia Reiienſi Epiſcopo, qualiter per totum annum divinum Officium dici debeat quibuſcumque temporibus atque horis.* In illis vero *Inſtitutionibus* a Petro de Millia Epiſcopo Regienſi conditis, *Proſperi* nomen non legitur argumento evidenti cum tunc temporis Regii Epiſcopum, in ea civitate creditum non fuiſſe, ubi nec etiam hodie in Officiis propriis illius Eccleſiæ locum habet, licet Regii in Æmilia adhuc inter illius civitatis Epiſcopos in Officiis propriis memoretur. Annus hujus Sancti emortualis incertus.

VI. S. Epiphanius fit Epiſcopus Ticinenſis.

Ad num. XVI. Sanctum *Epiphanium* Ticinenſem Epiſcopum currenti anno ad eam dignitatem evectum eſſe, accurate ſcripſit Baronius; ſed quia Sirmondus in Notis ad Ennodium hujus Sanctis Præſulis Vitæ Auctorem Epiphanii coævum, ejus Epiſcopatum ad annum ſequentem differt, Baronii opinio, ut huic controverſiæ finem imponam, magis confirmanda erit anno CCCCXCIV. ubi de quarta ejus Legatione, annoque CCCCXVI. quo de ejus morte agemus. Sufficit hic obſervaſſe ex Ennodio citato attigiſſe jam beatiſſimum Virum *octavum in Sacerdotio annum*, cum ſecundam Legationem ſuſcepit, ut pacem inter *Nepotem* Imperatorem & *Euricum* Regem Gothorum conſtitueret. Quare cum *Nepos* VIII. Kalend. Julias anni CCCCLXXIV. Imperium inierit, annoque inſequenti menſe Auguſto ex eo deturbatus fuerit

que virum appellat: cujus opera bibliothecam ſuam ex Græcis ſcriptoribus in Latinum converſis ornavit. Hæc de duobus hujus temporis viris egregiis Epiphanii. De Ticinenſi autem, qui infulas ſacerdotales vitæ etiam egregia decoravit ſanctitate, ſæpe inferius dicturi ſumus.

Elapſo

PAGIUS rit, apparet *Epiphanium* menſe circiter Decembri hujus anni Epiſcopum renunciatum eſſe; cum ante Septembrem anni CCCCLXXIV. Legatio illa obita non fuerit, ut infra videbimus. Eam vero in annum inſequentem reiici non poſſe, ex dicendis in morte ejus certo liquebit.

VII. *Aurelius Ambroſius Rex a Britannis declaratus.* Degebat hoc tempore *Vortigernus* Britannorum Rex in Occidentali Parte Britanniæ inter prærupta montium & ſylvarum, omnibus exoſus, eoque, anno incerto, demortuo, rerum ſumma *Aurelio Ambroſio* delata Cleri, Principum, populique ſuffragio. Spelmannus Tom. I. Conciliorum Angliæ ad annum CCCCLXV. ſcribit, ad novi Regis inaugurationem convocatum eſſe Concilium, quod vocat, *Concilium Cimbricum, ſive circa montes Erir apud Ordovices*, quia Weſtmonaſterienſis ad illum Chriſti annum de Ambroſio ait: *Sublimatus autem, Eccleſias ad ſolum uſque deſtructas, ut potuit, reparare vacavit. Erat largus in muneribus dandis, ſedulus in divinis obſequiis, modeſtus, mendaces cum ſuis adulationibus poſtponens, pede fortis, Equo fortior, & ad regendum militares exercitus peritus; talibus inſignitus virtutibus, celebris & famoſus longinquis etiam regionibus habebatur.*

JESU CHRISTI ANNUS 467.	HILARI PAP. ANNUS 7.	LEONIS 11. ANTHEMII 1. IMPP.

I. Anthemius Imp. ELapſo jam anno ſine Romano Conſule & ſine Auguſto Occidentalis Imperii, qui ſequitur ordine quadringenteſimus ſexageſimus ſeptimus Chriſti annus duobus ex more aperitur Conſulibus, ambobus Flaviis, Puſæo atque Joanne, & novum eſt nactus Imperatorem Anthemium Juniorem filium Procopii, nepotem Senioris Anthemii. Ita namque tranſactum eſt inter Ricimerem, cujus nutu pendebat Occidentale regnum, & Leonem Imperatorem, ut Græcus Romam mitteretur Auguſtus, cujus filiam ſibi Ricimer deſponſaret: de his enim ita Sidonius (a):

(a) *Sidon. in Panegyric. Anthem.*

Anthemium concede mihi: ſit partibus iſtis,
Auguſtus, legumque Leo mea jura gubernet:
Quem petii patrio veſtiri murice: natam,
Gaudeat Euphemiam ſidus divale parentis.
Adiice praterea privatum ad publica fœdus.
Sit Socer Auguſtus genero Ricimere beatus:
Nobilitate micans eſt vobis regia virgo, &c.

Una autem cum Ricimere conſpiraſſe pariter Romæ Senatum in petendo a Leone Imperatore Anthemium Imperatorem Evagrius auctor eſt (b), dum ait, legationem ea de re ex Senatuſconſulto miſſam Conſtantinopolim: idemque affirmat Nicephorus (c).

(b) *Evagr. l. 2. c. 18.*

(c) *Niceph. l. 15. c. 11.*

II. Peſtis Romæ. Sed malis (ut ita dicam) auſpiciis contigit Anthemii adventus in Occidentem; ſiquidem hoc anno ingenti laboratum eſt peſte, cujus meminit Gelaſius Papa in Andronicum ſcribens adverſus eos, qui Lupercalia ab Urbe non auferenda contenderent: nam ait: *Quando Anthemius Imperator Romam venit, Lupercalia utique gerebantur, & tamen peſtilentia tanta ſubrepſit, ut toleranda vix fuerit.* Hæc Gelaſius. Et quid mirum ſi ſecum peſtem vexit Romam Anthemius, qui contagia hæreticorum ſecum duxit in Occidentem? Quantumlibet autem hunc ipſum Imperatorem alii laudent, certe quidem hac ex parte ſinceræ pietatis (quæ maximopere in Chriſtiano Imperatore requiritur) gloria caruiſſe videtur. Etenim ſecum in Urbem intulit Macedonianos hæreticos qui continuo miſcere cuncta, & conventicula ſeorſum agere aggreſſi ſunt: adeo ut niſi Hilarus infracto pectore continuo reſtitiſſet, candor Romanæ fidei ſordibus hæreſis infici periclitaretur.

III. Hæc autem talia tantaque ab Hilaro Papa præſtita, perpetua digna memoria, penitus excidiſſent, niſi Gelaſius Papa ſcribens ad Dardanos obiter attigiſſet, his verbis (d): *Papa Hilarus Anthemium Imperatorem, cum Philotheus Macedonianus ejus familiaritate ſuffultus diverſarum conciliabula nova ſectarum in Urbem vellet inducere; apud beatum Petrum Apoſtolum palam, ne id fieret, clara voce conſtrinxit; in tantum, ut non ea facienda, cum interpoſitione juramenti idem promitteret Imperator.* Hæc Gelaſius. Novit plane Anthemius & perſpicuo didicit ex-

(d) *Gelaſ. ep. 11.*

Hilarus Papa reſiſtit Anthemio.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5960.

SÆC. V. An. V. C. 1220. Anno Eræ Hiſpan. DV. A. C. 467.

☉ 18. A. ☽ 12. P. 9. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 467.

HILARI PAPÆ 7.

LEONIS IMP. 11.

ANTHEMII IMP. 1.

I. *Conſules.* [1] COSS. *Puſæus & Joannes*, ut omnes Faſti habent, uterque in Oriente creatus; anno enim ſuperiori, nullus fuit Imperator in Occidente, & *Puſæus* memoratur hoc anno in Chronico Alex. diciturque fuiſſe *Præfectus Prætorio & Conſul* in Urbe Conſtantinopolitana. *Joannem* eum eſſe puto; de quo Procopius lib. 1. Hiſt. Vandal. cap. 6. ſcribit; fuiſſe Legatum *Baſiliſci* in prælio navali adverſus *Genſericum* habito, qui cum capi navim cerneret, poſt egregia facinora edita, ſe ſe armatum in mare dejecit.

II. *Anthemius fit Imperator Occidentis.* A num. I. ad IV. Marcellinus in Chronico ſub hujus anni Coſſ. ſcribit: *Leo Imp. Anthemium Patricium Romam miſit, Imperatoremque conſtituit. Ravennam Civitatem terra motus deterruit.* Chronographus a Cuſpiniano editus ſub hujus anni Coſſ. habet: *Levatus eſt Imperator Dominus Anthemius Romæ prid. Idus Aprilis.* Caſſiodorus in Chronico addit, eum ſuſcepiſſe Imperium tertio ab Urbe milliario in loco Brontotus. Auctor libri de publicis ædificiis Conſtantinopolis, prodit eum, antequam in Occiden-

NOTÆ

[1] COſſ. *Puſæus & Joannes*. Victor: *Buſeo & Johanne*. Marcellinus: *Puſeio & Joanne* Epitome temporum in Codice Gennadii Vaticano anno a Paſſione Domini CCCCXL. *Puſeo & Johanne. His conſulibus Antemius Imperator efficitur.* His a quibuſdam *Flavii* prænomen tribuitur, quemadmodum & *Anthemio*, quem *Flavium Julium Anthemium* appellant; in nummis vero D. N. ANTHEMIUS PERPET. AUG. tantum dicitur. GEORGIUS

experimento, haud ea facilitate, qua Conſtantinopoli, plantari Romæ hæreſes poſſe: cum duo viliſſimi nebulones Eutyches primum, ac deinde Petrus Ælurus, novas illic ſerendo hæreſes, univerſam Orientalem Eccleſiam zizaniis implevissent. Romam vero allatæ cum pompa, præcedente Imperatoris ſatellitio, hæreſes, tamquam fœnum tectorum cito citius, antequam exorirentur, penitus aruerunt, Hilaro ipſo Pontifice reſiſtente. Hoc poſtremum edidit ipſe paſtoralis vigilantiæ ſpecimen, & bene perfunctæ Pontificiæ dignitati dignum appoſuit corollarium.

IV. *Hilari Papæ obitus.* Hoc namque anno, quarto Idus Septembris idem Hilarus Pontifex moritur, cum ſediſſet [annos quinque] menſes decem minus duobus diebus. Ita ex antiquis Martyrologiis, in quibus dicta die inter Sanctos ejus dies natalis inſcribitur. Præter illa autem quæ de rebus ab eo præclare geſtis ſuperius dicta ſunt de mirifica ejus munificentia erga divinum cultum exhibita Anaſtaſius Bibliothecarius ex vetuſtioribus accepta monumentis hæc poſteris ſcripta tradidit, de ſacris locis ab eo excitatis ita exordiens: *Munificentia Hilari Papæ.* *Hic fecit Oratoria tria in baſilica Conſtantiniana Baptiſteris, ſancti Joannis Baptiſtæ, & ſancti Joannis Evangeliſtæ, & ſanctæ Crucis, omnia ex argento & lapidibus pretioſis ornavit. Confeſſionem autem ſancti Joannis Baptiſtæ fecit ex argento penſantem libras centum, & Crucem auream. Et in ambobus Oratoriis januas areas argento clauſas. In Oratorio vero ſanctæ Crucis fecit Confeſſionem, ubi lignum poſuit Dominicum, & Crucem auream cum gemmis penſantem pondo librarum viginti. In Confeſſione fecit januas ex argento penſantes libras quinquaginta. Supra Confeſſionem arcum aureum, qui penſat libras quatuor* *, *quem portant columnæ onychinæ & eo loci ſtat Agnus Aureus, qui penſat libras duas.* De luminaribus vero iſta ſubdit.

*quatuordecim.

V. *Coronam auream ante Confeſſionem Pharum fecit cum delphinis penſantem libras quinque: lampades aureas quatuor penſantes libras duas. Nymphæum & Triporticum ante Oratorium ſanctæ Crucis, ubi ſunt columnæ miræ magnitudinis, quæ dicuntur Hecatopenta. Lacus, & conchas cibariacas duas, cum columnis porphyreticis ſtratis aquam fundentes. Et in medio lacum porphyreticum cum concha cibariaca in medio aquam fundente, circumdata a dextris & a ſiniſtris in medio cancellis areis, & columnis cum faſtigiis & epiſtyliis undique ornatis ex maſſivo, & columnis Aquitanicis tripolitis & porphyreticis.*

VI. *Ante Confeſſionem beati Joannis poſuit coronam argenteam penſantem libras viginti, pharum cantharum penſantem libras vigintiquinque. Item ad ſanctum Joannem intra ſanctum fontem, lucernam auream cum mixis luminum decem, penſantem libras quinque: cervos argenteos tres fundentes aquam, penſantes ſingulos libras triginta: turrim argenteam cum delphinis penſantem libras ſexaginta: columbam auream penſantem libras duas. In baſilica Conſtantiniana pharos cantharos argenteos pendentes ante altare decem, penſantes libras viginti: ſcyphum aureum penſantem libras ſex: alium ſcyphum aureum penſantem libras quinque: calices aureos quinque, penſantes ſingulos libras ſingulas: ſcyphos argenteos quinque, penſantes ſingulos libras ſingulas: ſcyphos argenteos quinque, penſantes ſingulos libras decem: calices miniſteriales viginti, penſantes ſingulos libras duas. Amas argenteas quinque, penſantes ſingulas libras decem.* Hæc ibi.

VII. Porro ex omnibus his ornamentis nihil hodie ſupereſt: ipſa autem Oratoria ſancti Joannis Baptiſtæ & Joannis Evangeliſtæ remanent in parietibus integra, quæ exornantur modo liberalitate Clementis Papæ Octavi. Oratorium vero ſanctæ Crucis, cujus S. Gregorius meminit, uſque ad Sixti quinti tempora (ut ſuperius dictum eſt) integrum abſque tamen ornamentis permanſit: quod incaute dirutum Roma deflevit. Sed proſequamur reliqua munificentiæ Hilari Papæ: ſubdit enim Anaſtaſius: *Fecit ad beatum Petrum Apoſtolum ſcyphum aureum penſantem libras quinque: alium ſcyphum aureum cum gemmis praſinis & hiacynthinis penſantem libras quatuor: calices argenteos miniſteriales decem, penſantes ſingulos libras duas: Amas argenteas*

duas

PAGIUS dentem proficiſceretur, Conſtantinopoli ex domo ſua Eccleſiam feciſſe. Auctor Chronici Alex. ſub hujus anni Coſſ. ſcribit: *Hoc anno imperavit Anthemius, & Romam profectus. Illius imagines laureata Conſtantinopolim per Pherentium Præfectum Urbi illata ſunt.* De imaginibus Imperatorum legendus Gothofredus in Comm. leg. unicæ Cod. Theod. *de Imaginibus Imperialibus* ubi plura de iis congerit. De Procopio Anthemii patre egi anno CCCCXXII. num. XII.

III. A num. IV. ad XIII. Baronium Papebrocium, aliosque hactenus decepit Marcellinus in Chronico, qui ſub hujus anni Coſſ. *Simplicii* ſucceſſoris Hilari Papæ initium recitavit. Nam Sancti Hilari obitus anno tantum ſequenti contigit, iſque non annos quinque & aliquot menſes, ut omnes Recentiores ei attribuere, ſed *annos ſex, menſes tres, dies decem*, Eccleſiam Romanam adminiſtravit, ut liquet tam ex Anaſtaſio, Orderico lib. 2. Luitprando Abbone Floriacenſi, & Honorio Auguſtodunenſi, quam ex Catalogo Vaticano-Palatino, ſex Catalogis noſtris, Reginone, Hermanno Contracto, aliiſque, niſi ubi numeri mendoſe deſcripti. Ma- *Hilari Papæ obitus.*

gia.

duas, penſantes ſingulos libras decem.

VIII. *Ad beatum Laurentium martyrem ſcyphum aureum cum gemmis praſynis & hiacynthinis penſantem libras quatuor: lucernam auream mixorum decem penſantem libras quinque: ſcyphum aureum puriſſimum penſantem libras quinque: lampades aureas duas penſantes ſingulas libras: pharum cantharum aureum penſantem libras duas: turrim argenteam cum delphinis penſantem libras vigintiquinque: ſcyphos argenteos tres, penſantes libras vigintiquatuor: calices miniſteriales duodecim, penſantes libras duas: altare argenteum penſans libras quadraginta: lampades argenteas decem penſantes libras viginti: Amas argenteas duas, penſantes ſingulas libras decem. In baſilica beati Laurentii martyris pharos cantharos argenteos decem, penſantes libras decem: cantharos aereos vigintiſex: Miniſteria ad baptiſmum, ſive ad pœnitentiam argentea penſantia libras decem: pharos æreos quinquaginta.*

IX. *In urbe Roma conſtituit miniſteriales, qui circuirent conſtitutos ſtationes: ſcyphum aureum anſatum, vel ſtationarium, penſantem libras octo: ſcyphos per titulos vigintiquinque, penſantes libras decem: Amas argenteas vigintiquinque, penſantes libras decem: calices miniſteriales quinquaginta, penſantes ſingulos libras duas. Hæc omnia in baſilica Conſtantiniana, vel ad ſanctam Mariam conſtituta recondidit.* Hactenus de ornamentis & miniſterialibus inſtrumentis. De ædificiis vero iſta addit:

Hic fecit monaſteria ad S. Laurentium, & balneum, & Prætorium S. Laurentio. Fecit autem Oratorium S. Stephani in Baptiſterio Lateranenſi. Fecit autem & bibliothecas duas in eodem loco. Ad Lunam vero monaſterium in Urbe conſtruxit. Hic fecit ordinationem unam in urbe Roma per menſem Decembrem, creavit presbyteros vigintiquinque, Epiſcopos per diverſa loca vigintiduo. Qui etiam ſepultus eſt ad S. Laurentium in crypta juxta corpus beati Sixti. Et ceſſavit Epiſcopatus ejus dies decem. Hæc ibi ex antiquioribus monumentis exſcripta. Ut plane ex his ſaltem appareat, quæ fuerint divitiæ Romanæ Eccleſiæ, cujus adeo profuſæ eſſent expenſæ in vaſis ſacris & ornamentis Eccleſiarum. ☞ De eodem Hilaro Papa vetus inſcriptio emerſit, quam his addendam putavimus: ſic ſe habet (*a*): X.

(*a*) *Antiq. Inſcript. in appen. pa. 1163. n. 11. * properate.*

AD FONTEM VITÆ HOC ADITU PROPERANTE * LAVANDI
CONSTANTIS FIDEI JANUA CHRISTUS ERIT.
HIC LOCUS OLIM SORDENTIS TUMULI SQUALORE
CONGESTUS SUMPTU ET STUDIO CHRISTI FAMULI HILARI
EPISCOPI JUVANTE DOMINO TANTA RUDERUM MOLES
SUBLATA QUANTUM CULMINIS NUNC VIDETUR AD
OFFERENDUM CHRISTO DEO MUNUS ORNATUS ATQUE
DEDICATUS EST. ☜

XI. Simplicius Papa. Cum igitur poſt obitum Hilari (ut dictum eſt) ſedes vacaſſet dies decem, vigeſima die Septembris creatus eſt Simplicius Tiburtinus Caſtini filius: Cui invigilandum fuit tum domi, tum foris. In Urbe enim ſub Græco quidem (ut vidimus) Imperatore, haud ſatis tuto Catholica fides conſiſtere videbatur. In Oriente vero ſerpebat ſicut cancer; ſæpe curatum, numquam ſanatum Eutychianæ hæreſis apoſtema. Quæ autem fuerint hujus ſanctiſſimi viri certamina, annis ferme ſingulis ejus Pontificatus dicturi ſumus. Monemus antea lectorem, quod ad hæc tempora collocanda eſſent quæ ſcribit Gregorius Turonenſis (*b*) de

(*b*) *Greg. Tur. de Glor. confeſſ. c. 63.*

PAGIUS rianus Scotus in Chronico, qui nos diem ejus natalem edocuit, recte etiam, diem ejus emortualem notavit. Scribit enim: *Hilarus Papa obiit IX. Kalend. Martii*, id eſt, die XXI. menſis Februarii, ad quem diem Bollandus ait, eum adſcriptum eſſe Florario SS. & Maurolyci, Galeſinii, Caniſii, Martyrologiis, variiſque Kalendariis, & Greveni ad Uſuardum Auctario. Non itaque *Hilarus* depoſitus eſt die decima menſis Septembris, quo in Martyrologio Romano colitur, quove ſepultum dicit Anaſtaſius, ſed eo die ejus corpus tranſlatum; cum anni ſex, menſes tres, & dies decem, quibus Romanæ Eccleſiæ præfuit, die XXI. menſis Februarii anni Chriſti CDLXVIII. abſolvantur. Poſt mortem ejus ceſſavit Sedes non dies *decem*, ut habent Anaſtaſius, Auctor auctioris Catalogi Pontificum Roman. & veteris Catalogi noſtri, ſed dies tantum *quatuor*, ut ex ipſomet Anaſtaſio in morte *Simplicii* videbimus. Ordinatus eſt itaque Sanctus *Simplicius natione Tiburtinus*, die vigeſima quinta menſis Februarii anni inſequentis, qui biſſextilis fuit, in quam Dominica cadebat. Scribit Turonenſis lib. de Gloria Confeſſ. cap. 63. filiam *Leonis Imp.* curatam a dæmone Romæ a Diacono Eccleſiæ Lugdunenſis, quod Baronius in dubium revocat, quod exiſtimet *Leonem* nullam aliam filiam habuiſſe, quam *Ariadnam* Conſtantinopoli commorantem. Verum præter *Ariadnam Zenonis* uxorem, ſuſcepit etiam ex Verina *Leontiam* Marciano filio Anthemii Imperatoris Occidentalis uxorem conjunctam, ſed hæc numquam Romæ fuit, ideoque hoc miraculum *Simplicio* Romæ ſedente, &

de filia Leonis Imperatoris curata a dæmone Romæ a diacono Eccleſiæ Lugdunenſis, ſi ejus narratio certa veraque aſſertione conſiſtaret: ſed quoniam nulla de filia Leonis Auguſti memoria habetur, niſi de Ariadna nupta Zenoni, eademque Conſtantinopoli commorante; quæ ab eo narrata ſunt, haud adeo certa firmaque fide ſubſiſtunt: ad ipſum igitur abſque invidia auctorem (ſi ea cupit ſcire) lectorem reiicimus.

XII. Quod vero ad Simplicium Papam ſpectat; quæ ipſo Pontificatus exordio contigerunt, hic dicamus. Simulac enim Conſtantinopoli auditum eſt in locum Hilari Papæ ſubrogatum fuiſſe Simplicium, Leo Imperator quod obtinere non valuit a Leone Romano Pontifice, nec ab Hilaro ſucceſſore, a Simplicio Papa impetrare ſategit, ut rata haberentur decreta ab Epiſcopis Synodi Chalcedonenſis, quæ pertinebant ad privilegia Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ. Verum & ipſe Simplicius vehementius reſtitit, obſtititque ejus conatui, miſſo ad hoc Probo Epiſcopo Canuſino legato Conſtantinopolim. Teſtatur id Gelaſius in epiſtola ad Dardaniæ Epiſcopos iſtis verbis (a): *Eaque nihilominus etiam ſub ſanctæ memoriæ Papa Simplicio legatum ſedis Apoſtolicæ ſanctæ memoriæ Probum Canuſinæ urbis Epiſcopum, Leone Principe tunc petente, præſentem docuiſſe nullatenus poſſe tentari; neque his prorſus præbuiſſe conſenſum. Atque ideo non civitatis cujuſlibet reſpiciunt qualitatem, ſed modum diſpenſationis Eccleſiaſticæ paterna traditione firmatum convenienter obſervant.* Hæc Gelaſius.

(a) Gelaſ. ep. 12.

XIII. Hoc item anno Sidonius Apollinaris e Galliis ubi degebat, litteris (ut ipſe teſtatur ad Heroniam ſcribens (b)) novi Imperatoris Anthemii vocatus, in Urbem ſe contulit, atque interfuit nuptiis Ricimeris. Quomodo autem in via ægrotans, ſanus factus ſit, ſimulac obvia limina Apoſtolorum ſupplex intravit, ipſe narrat in eadem epiſtola, verbis iſtis exordiens ab occaſione languoris: *Egreſſus, lævo Picentes, dextero Umbros latere tranſmiſi. Ubi mihi Calaber Atabulus, ſeu peſtilens regio Tuſcorum, ſpiritu aeris venenatis flatibus inebriato, & modo calores alternante, modo frigora, vaporatum corpus infecit. Interea febris, ſitiſque penitiſſimum cordis medullarumque ſecretum depopulabantur; quarum aviditati non ſolum amœnia fontium, aut abſtruſa puteorum (quamquam hæc quoque) ſed tota illa vel vicina vel obvia fluenta, id eſt, vitrea, Fucini, gelida Clitumni, Anienis cerula, Naris ſulphurea, pura Fabaris, turbida Tiberis (metu tamen deſiderium fallente) pollicebamur. Inter hæc patuit & Roma conſpectui, cujus mihi non ſolum Thermas, verumetiam Naumachias videbar epoturus.*

(b) Sidon. l. 1. ep. 5.

XIV. *Ubi priuſquam vel pomœria attingerem, triumphalibus Apoſtolorum liminibus affuſus, omnem protinus ſenſi e membris*

PAGIUS & *Anthemio* Imperante, factum eſſe non potuit. Quare apparet Turonenſem, Virum piiſſimum, varia miracula narrare, quæ incertis rumoribus didicerat. Porro Hilarus Papa duo Oratoria conſtruxit, videlicet S. Joannis Baptiſtæ, & B. Joannis Evangeliſtæ, e regione hinc inde diſpoſita, quæ ornavit, omnia ex argento & lapidibus pretioſis, retro Baſilicam Salvatoris. Fecit & in eodem loco Bibliothecas duas. Hæc autem omnia in Baſilica Conſtantiniana ad S. Mariam conſtituta repoſuit, uti narrat Joannes Diaconus junior in Libello de Eccleſia Lateranenſi §. 12. & ſeq. ubi & plura habes de multis donis ab eo oblatis.

IV. Leo Imp. Arianos exagitat. Auctor Chronici Alex. ſub hujus anni Coſſ. de Leone Imp. ſcribit: *Idem religioſiſſimus Imperator diebus Dominicis ceſſari ab opere præcepit eaque de re ſanctiſſimam legem rogavit, uti nulla tibia, nulla cithara, aliudve inſtrumentum muſicum die Dominico caneret, ſed omnia ceſſarent; omneſque mortales ferias agitarent. Idem Imperator Leo acerrime perſecutus eſt Arianos Exocionitas, Edictoque promulgato, ubique vetuit illos habere Eccleſias, omneſque conventus illorum penitus ſuſtulit.* Legenda lex ult. Cod. Juſtin. *de feriis*, data *Zenone & Marciano Coſſ.* anno ſcil. CDLXIX. quæ eſt de ſanctificandis Feſtis diebus, & prohibendis ſcenicis ſpectaculis ad quam pertinet, quod hic habet de eadem prohibitione, Auctor Chronici Alex. Porro *Exocionitæ* ab Anaſtaſio, aliiſque memorati, Ariani erant; ita dicti, quod Conſtantinopoli in loco *Exocionio* appellato conventus ſuos agerent, ut obſervat Ducangius in Conſtantinopoli Chriſt. lib. 2. parag. 16. num. XXXVIII. ubi probat, *Exocionium* fuiſſe partem muri Conſtantiniani, ita vocatam, quod priuſquam Urbis producerentur muri a Conſtantino Magno, hoc in loco columna eſſet, cui hujus Imperatoris ſtatua inſiſtebat. Diruto Conſtantiniano muro, manſit loco *Exocionii* appellatio, & celebris potiſſimum fuit Exocionii tractus, quod in eo habitarent Ariani, ex quo a Theodoſio Magno, una cum Patriarcha *Demophilo* Urbe migrare, & extra Urbem conventus ſuos agere compulſi ſunt. Ex hinc enim Ariani *Exocionitæ* paſſim nuncupati apud veteres Scriptores.

V. Euricus Hiſpanias Galliaſque aggreditur. Hoc anno *Theodericus* Viſigothorum Rex qui pacem cum Romanis ſemper coluerat, & pugnans contra Suevos in Hiſpaniis regnantes Principatum ſuum plurimum dilatarat, occiſus eſt a fratre ſuo *Eurico*, ut anno CDLXIV. n. II. .... oſtendimus. In eo *honore provectus ſtatim Legatos ad Leonem Imp. dirigit* Euricus, qui *crebram mutationem Romanorum Principum cernens Gallias ſuo jure niſus eſt occupare*, inquit Jornandes de Reb. Get. cap. 45. qui addit *Anthemium* Imperatorem protinus auxilia Britonum poſtulaſſe, eorumque Regem *Riothimum* in Urbem Bituricenſem veniſſe, ſed prælio victum ab Eurico, fugiſſe ad Burgundionum gentem vicinam, quæ Romanis fœderata erat, de quo prælio anno CLX. num. IX. locuti ſumus. Qua ratione ad hoc bellum Princeps iſte Arianus Orthodoxis infenſiſſimus motus fuerit, indicat Sidonius lib. 7. in Epiſt. I. ad Mamertum Epiſcopum

Digitized by Google

bris male fortibus exploſum eſſe languorem. Poſtque cæleſtis experimenta patrocinii, conductæ diverſoris parte ſuſceptus, atque etiamnum hæc inter jacendum ſcriptitans, quieti pauxillum operam do; neque adhuc Principis aulicorumque tumultuoſis foribus obverſor. Interveni etenim nuptiis Patricii Ricimeris, cui filia perennis Auguſti in ſpem publicæ ſecuritatis copulabatur. Hæc de ſe Sidonius; qui poſterioribus litteris ad eumdem datis, (a) exceptum ſe hoſpitio Pauli Romani præfectorii viri clariſſimi, doctrinaque eminentiſſimi, tradit: de quo hæc ad poſtremum poſt multa præconia: *Illud* (inquit) *in eo ſtudiorum omne culmen antevenit, quod habet huic eminenti ſcientiæ conſcientiam ſuperiorem.* Vivebant & hoc ipſo tempore alii quamplures viri Senatorii tum eloquentia præſtantes, tum etiam poeticis facultatibus nobiles, quorum idem Sidonius meminit in carmine ad Felicem.

(a) Sidon. l.1.ep.9.

PAGIUS pum Viennenſem data: *Rumor eſt Gothos in Romanum ſolum caſtra moviſſe. Huic ſemper irruptioni nos miſeri Arverni janua ſumus. Namque odiis inimicorum hinc peculiaria fomenta ſubminiſtramus, quia quod necdum terminos ſuos ab Oceano, in Rhodanum Ligeris alveo limitaverunt ſolam ſub ope Chriſti moram de noſtra tantum obice* (obex feminino genere a coævis Scriptoribus dictus) *patiuntur. Circumjectarum vero ſpatia, tractumque regionum jam pridem Regni minacis importuna devoravit impreſſio.* Conſilium itaque *Eurici* Regis erat, Imperii ſui limitem promovere, & quicquid Oceanum inter, Rhodanum & Ligerim, interjacet, occupare. Quia vero *Arverni* in Regis Ariani poteſtatem venire nolebant, & fortiter a Romanis ſtabant, hæc ad ſanctum Mamertum ſcribit Sidonius anno circiter quadringenteſimo ſeptuageſimo. Iſidorus tamen in Chronico Gothorum refert, *Euricum*, ſtatim ac in ſolium evectus fuit, *Pampilonam* & *Cæſarauguſtam* miſſo exercitu cepiſſe, ac Tarraconenſem Provinciam exercitus irruptione evertiſſe, indeque in Gallias rediiſſe. Quare quæ Baronius anno CDLXVI. a num. X. ad XIV. de Urbis Arvernenſis obſidione ab Eurico facta, habet, ante annum CDLXX. non contigere, & *Euricus* Regni ſui initio Hiſpanias & Gallias affixit.

JESU CHRISTI ANNUS 468.	SIMPLICII PAP. ANNUS 1.	LEONIS 12. ANTHEMII 2. IMPP.

I. CHriſti Redemptoris annus quadringenteſimus ſexageſimuſoctavus unius tantum iterati Conſulatus Anthemii nota habetur inſcriptus: nam Sidonius, qui Romæ exiſtens in hoc ejus Conſulatu carmen habuit Panegyricum, hæc de ſecundo hoc Anthemii Conſulatu (a):

(a) *Sidon. in Paneg. Anthem. in princip.*

Annum pande novum, Conſul vetus, & ſine faſtu
Scribere bis Faſtis.

Collega enim in primo Conſulatu acceſſerat ante annos tredecim Valentiniano Auguſto octavum Conſuli. Cum vero Romæ probe cognita eſſet Sidonii excellentia in carminibus edendis: quonam modo a Baſilio Exconſule viro eminentiſſimo rogatus fuerit in novi Conſulis ipſius Auguſti laudem aliquid ex more canere, ipſe in poſteriori epiſtola ad Heronium data declarat his verbis: (b) *Ilicet dum per hunc ampliſſimum virum aliquid de legationis Arvernæ petitionibus elaborabamus: ecce & Kalendæ Januariæ, quæ Auguſti Conſulis mox futuri repetendum Faſtis nomen aperiebantur. Tunc Patronus: Eja (inquit) Solli meus, quamquam ſuſcepti officii mole graveris: exeras vela in obſequium novi Conſulis veterem muſam, voiconm quippiam vel tumultuariis fidibus carminantem.* Hæc ipſe. Porro præſtitit egregie Sidonius, quod fuit a Baſilio poſtulatum; cujus petitione ſe tunc ab eodem Imperatore Præfecturam obtinuiſſe, teſtatur. His conſentiunt quæ idem Sidonius habet in epiſtola ad Firminum his ſapphicis;

(b) *Sidon. l. 1. ep. 9.*

Quamquam poſt viſus prope poſt biluſtre
Tempus, accepi cupiens honorem
Qui Patrum ac plebis ſimul unus olim
Jura gubernat,

Plane ſignificans ſe poſt decennium a Majoriani Conſulatu, quo Romæ fuit, iterum remeaſſe illuc, potitumque honore Præfecturæ. Contigit Majoriani Conſulatus anno Domini quadringenteſimo quinquageſimooctavo.

Hoc pariter anno, dum idem Sidonius adhuc moraretur in Urbe, Arvandus Galliarum Præfectus querelis pulſatus plurium virorum illuſtrium, juſſus eſt venire Romam ad dicendam cauſam: de cujus judicio ejuſdem Sidonii extat epiſtola ad Vincentium data. Haud vero levis fuit accuſatio, qua criminis læſæ majeſtatis conſtitutus eſt reus, poſtulatuſque judicio, nimirum quod Galliarum partes Romano ſubjectas Imperio clam prodere tentaſſet Evarico Gothorum Regi, II.

tum

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5961.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DVI. A. C. 468.

☉ 1. GF. ☽ 13. P. 32. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 468.

SIMPLICII PAPÆ 2.

LEONIS IMP. 12.

ANTHEMII IMP. 2.

I. *Conſules.* [1] COSS. *Anthemius Aug. II.* ſine collega, ut in omnibus Faſtis legitur, qui Conſul proceſſit ob Imperium anno ſuperiori ſuſceptum.

A num. II. ad XVIII. Baronius pluribus narrat ex Sidonio lib. 1. Epiſt. VII. caſum *Arvandi* Galliarum Præfecti, qui læſæ Majeſtatis conſtitutus eſt reus & poſtulatus judicio quod, Galliarum partes Romano Imperio ſubjectas, clam prodere tentaſſet *Evarico* Viſigotorum Regi, Romanorum ac etiam Catholicorum hoſti. Nomen Arvandi Caſſiodorus, Marianus Scotus, Sigebertus & alii interpolarunt, & varie corruperunt. Immo in Chronico Caſſiodori ad Conſulatum Marciani & Zenonis anno ſequenti geſtum legitur: *His Coſſ. Ardaburius Imperium tentans juſſu Anthemii exilio deportatur*, ubi loco *Ardaburii*, legendum, *Arvandus*, qui ab Anthemio exilio eſt mulctatus, non vero *Ardaburius*, qui in Imperio Orientali vixit, & ibi interfectus eſt. Refert ibidem num. XI. Baronius caſum *Serenati* Præfecti Galliarum ſceleſtiſſimi,

II. *Caſus Arvandi & Serenati Præfectorum Galliæ.*

NOTÆ [1] COſſ. *Anthemius Aug. II. ſine collega.* Inſcriptio apud Fabrettum pag. 757. n. 626.

POSITUS. VII. IDUS. MAIAS
ANTHEMIO. III. COS.

Perperam exſcriptum fuiſſe III. pro ITE. COS. animadvertit Blanchinus. Victor: *Leone IV. & Anthemio* II. Marcellinus: *Anthemio Aug. II. ſolo coſ.* Faſti Idatii: *Auguſto II. Anthemio conſule.* Sidonius epiſt. IX. lib. 1. *Ecce Kalendæ Januariæ quæ Auguſti* (Anthemii) *conſulis mox futuri repetendum faſtis nomen opperiebantur.* *Epitome* temporum in Codice Gennadii Vaticano: *Antemio Aug. bis.* GEORGIUS

tum rerum Romanorum, tum etiam Catholicæ pietatis infenſiſſimo hoſti. Porro totius rei geſtæ ſeriem quam exactiſſime ipſe Sidonius ad Vincentium ſcribens enarrat: res ſane digna auditu, in qua complura invenias impreſſa veſtigia antiquitatis: eſt autem hujuſmodi ad eum data epiſtola (a):

(a) Sidon. l.1. ep.7.

III. Arvandi cauſa.

Angit me caſus Arvandi, nec diſſimulo quia angat. Nam hic quoque cumulus accedit laudibus Imperatoris, quod amare palam licet & capite damnatos. Amicus homini fui ſuperquam morum ejus facilitas varietaſque patiebantur. Teſtatur hoc, propter ipſum nuper mihi invidia conflata, cujus me paulo incautiorem flamma detorruit. Sed quod in amicitia ſteti, mihi debui. Porro autem in natura ille non habuit diligentiam perſeverandi: libere queror, non inſultatorie: quia fidelium conſilia deſpiciens, fortunæ ludibrium per omnia fuit. Denique non eum aliquando cecidiſſe, ſed tam diu ſtetiſſe, plus miror. O quotiens ſæpe ipſe ſe adverſa perpeſſum gloriabatur, cum tamen nos ab effectu profundiore ruituram ejus quandoque temeritatem miſeraremur: definientes non eſſe felicem, qui hoc frequenter potius eſſe quam ſemper judicaretur. Sed gubernationis ſuæ ordinem expoſcis. Salva fidei reverentia, quæ amico etiam debetur afflicto, rem breviter exponam.

IV. *Præfecturam primam gubernavit cum magna popularitate, conſequentemque cum maxima populatione. Pariter onere depreſſus æris alieni, metu creditorum ſucceſſuros ſibi optimates æmulabatur. Omnium colloquia ridere, conſilia rimari, officia contemnere, pati de occurrentum raritate ſuſpitionem, de aſſiduitate faſtidium, donec odii publici mole vallatus, & prius cinctus cuſtodia, quam poteſtate diſcinctus, captus deſtinatuſque pervenit Romam. Illico tumens quod proſpero curſu procelloſum Tuſciæ litus enavigaſſet, tamquam ſibi bene conſcio ipſa quodammodo elementa famularentur; in Capitolio cuſtodiebatur ab hoſpite Flavio Aſellio Comite ſacrarum largitionum, qui adhuc in eo ſemifumantem Præfecturæ nuper extortæ dignitatem venerabatur.*

V. *Interea legati provinciæ Galliæ Tonantius Ferreolus Præfectorius Afranii Syagrii Conſulis e filia nepos, Thaumaſtus quoque & Petronius, maxima rerum verborumque ſcientia præditi, & inter principalia patriæ noſtræ decora ponendi, prævium Arvandum publico nomine accuſaturi cum Geſtis decretalibus inſequuntur. Qui inter cætera quæ ſibi provinciales agenda mandaverant, interceptas litteras deferebant, quas Arvandi ſcriba correptus dominum dictaſſe profitebatur. Hæc ad Regem Gothorum charta videbatur emitti, * pacem cum Græco Imperatore diſſuadens, Britannos ſuper Ligerim ſitos impugnari oportere demonſtrans, cum Burgundionibus jure gentium Gallias dividi debere confirmans: & in hunc ferme modum plurima inſana, quæ iram Regi feroci, placido verecundiam inferrent.* * eniti.

VI. *Hanc epiſtolam læſæ majeſtatis crimen ardenter Juriſconſulti interpretabantur. Me & Auxanium præſtantiſſimum virum tractatus iſte non latuit, qui Arvandi amicitias quoquo genere incurſas, inter ipſius adverſa vitare, perfidum, ignavum, barbarum computabamus. Deferimus igitur nihil tale metuenti totam perimachiam, quam ſummo artificio acres & flammei viri occulere in tempus judicii meditabantur: ſcilicet ut adverſarium incautum, & conſiliis ſodalium repudiatis, ſibi ſoli temere fidentem profeſſione reſponſi præcipitis involverent. Dicimus ergo, quid nobis, quid amicis ſecretioribus tutum pateretur. Suademus nihil quaſi leve fatendum, ſi quid ab inimicis etiam pro leviſſimo flagitaretur: ipſam illam diſſimulationem tribuloſiſſimam fore, quo facilius ſecuritatem perſuaſionis inferrent. Quibus agnitis, proripit ſeſe; atque in convicia ſubita prorumpens: Abite, degeneres (inquit) & Præfectoriis patribus indigni, cum hac ſuperforanea trepidatione: mihi (quia nihil intelligitis) hanc negotii partem ſinite curandam: Satis Arvando conſcientia ſua ſufficit: Vix illud dignabor admittere, ut advocati mihi in actionibus repetundarum patrocinentur. Diſcedimus triſtes, & non magis injuria, quam mærore confuſi. Quis enim medicorum*

Arvandi mira procacis.

PAGIUS ſimi, ex Sidonio lib. 2. Epiſt. I. ubi pluribus in eum invehitur, aitque; *Exultans Gothis, inſultans Romanis, illudenſque Præfectis colludenſque Numerariis, Leges Theodoſianas calcans, Theodoricianaſque proponens, veteres culpas, nova tributa perquirit.* Sirmondus ad hunc Sidonii locum recte obſervat, *Theodoſianas* Leges eſſe Romanas redactas in Codicem Theodoſianum, qui tum in Galliis vigebat, *Theodoricianas* vero Gothicas a Theodoricis Regibus Gothorum denominatas. Licet enim cum hæc ſcriberet Sidonius Gothis Galliarum partem occupantibus præfuerit Euricus, Sidonius tamen leges, quibus hi ſubdebantur, *Theodoricianas* dicere maluit ob paronomaſiam cum Theodoſianis. Ex quibus deducit Sirmondus, cum *Euricus* in Iſidori Chronico legum inſtituta, Gothis primus tradidiſſe dicitur, hoc non ſic eſſe accipiendum, quaſi ante *Euricum* leges Gothicæ nullæ fuerint; ſed quod earum Corpus & Codicem primus collegeris *Euricus*; quod perſpicue docent verba ejuſdem Iſidori in Leuvigildo Rege. Porro quæ Baronius a num. XII. ad XVIII. ex Salviano presbytero Maſſilienſi lib. 5. de Providentia, deplorante res Gallicanas, non tantum ab ipſis Præfectis; ſed etiam ab omnibus eis ſubjectis miniſtris labefactatas & pauperes a potentioribus preſſos refert, ſpectare non poſſunt ad præſentem

rum jure moveatur, quotiens deſperatum furor arripiat?

VII. *Inter hæc reus noſter aream Capitolinam percurrere albatus, modo ſubdolis ſalutationibus paſci, modo crepantes adulationum bullas ut recognoſcens, libenter audire, modo ſerica & gemmas & pretioſa quæque involucra rimari, & quaſi mercaturus * trapezitarum inſpicere, prenſare, depretiari, devolvere, & inter agendum multum de legibus, de temporibus, de Senatu, de Principe conqueri, quod ſe, non priusquam diſcuterent, ulciſcerentur.* * mercaturus.

VIII. * in Tractatorium. Damnatur Arvandus criminis majeſtatis. *Pauci medii dies, & intrat Prætorium * frequens Senatus (ſic poſt comperi: nam inter iſta diſceſſerum) procedit noſter ad Curiam, paulo ante detonſus punicatuſque; cum accuſatores ſemipullati atque conſcerpti nuncios a Decemviris opperirentur, & ab induſtria ſqualidi prærepuiſſent miſero debitam miſerationem ſub invidia ſordidatorum. Citati intromittuntur: partes (ut moris eſt) e regione conſiſtunt. Offertur Præfectoriis ante propoſitionis exordium jus ſedendi. Arvandus jam tunc infelici impudentia concita gradu mediis prope Judicum finibus ingeritur. Ferreolus, circumſiſtentibus latera collegis verecunde ac leniter in uno ſubſelliorum capite conſedit: ita ut non minus legatum ſe quam Senatorem reminiſceretur; plus ob hoc poſtea laudatus, honoratuſque, dum hæ & cui procerum defuerant, affuerunt: conſurgunt partes, legatique proponunt. Epiſtola poſt provinciale mandatum, cujus ſupra mentio facta eſt, profertur: atque cum ſenſim recitaretur, Arvandus necdum interrogatus, ſe dictaſſe proclamat. Reſpondere legati, quoniam valde nequiter conſtaret, quod ipſe dictaſſet. At ubi ſe furens ille, quantumque caderet ignarus, bis terque repetita confeſſione transfodit: acclamatur ab accuſatoribus, conclamatur a Judicibus, reum ſe læſæ majeſtatis confitentem teneri. Ad hoc, & millibus formularum juribus id ſancientibus jugulabatur. Tum demum laborioſus tarda pœnitudine loquacitatis impalluiſſe perhibetur, ſero cognoſcens poſſe reum majeſtatis pronunciari etiam eum, qui non affectaſſet habitum purpuratorum.*

IX. *Confeſtim privilegiis geminæ Præfecturæ, quam per quinquennium repetitis faſcibus rexerat, exauguratus, & plebejæ familiæ non ut additus, ſed ut redditus, publico carceri adjudicatus eſt. Illud ſane ærumnoſiſſimum (ſicut narravere qui viderant) quod quia ſe ſub atratis accuſatoribus exornatum ille politumque Judicibus intulerat; paulo poſt cum duceretur, addictus miſer, nec miſerabilis erat. Quis enim ſuper ſtatu ejus nimis inflecteretur, quem videret accuratum delibutumque latomiis aut ergaſtulo inferri? Sed ut judicio vix per hebdomadam duplicem comperendinato, capite mulctatus, in inſulam conjectus eſt ſerpentis Epidauri: ibi uſque ad inimicorum dolorem devenuſtatus, & a rebus humanis veluti vomitu Fortunæ nauſeantis exputus, nunc ex vetere Senatuſconſulto Tiberiano triginta dierum vitam poſt ſententiam trahit, uncum & gemonias & laqueum per horas turbulenti carnificis horreſcens. Nos quoque quidem, prout valemus, abſentes præſenteſque vota facimus, preces ſupplicationeſque geminamus, ut ſuſpenſo ictu jam jamque mucronis exerti, pietas Auguſta ſeminecem (quamquam publicatis bonis) vel exilio muneretur. Illo tamen, ſeu expectat extrema quæque, ſeu ſuſtinet, infelicius nihil eſt, ſi poſt tot notas inuſtas contumeliaſque aliquid nunc amplius quam vivere timet. Vale.* Obſervuſti, puto, untiqui formam judicii, de quo eſſent complura notundu: ſed quod rendamus alio, eu iſtiuſmodi facultatis curioſis exquiſitoribus derelinquimus. Spectuſti tamquem in ſcenu rragœdium, dignum humanæ miſeriæ monimentum: quo & illud pariter admonemur, peccatu hominum in putrutores ipſorum quibuſvis accuſutoribus acriora inſurgere teſtes & vindices.

Quid autem poſtquam hæc ſcripſit Sidonius, Arvundo contigerit, nuſquam meminit: cæterum ex Caſſiodori emaculuto loco accipere licet, Sidonii preces a Deo exauditas, flexumque eſſe Imperatoris animum, ut miſerum ſub luqueo & unco periclitantem, rruhendum per ſcalas gemonias, proiiciendumque in Tiberim, expuventem abſolverit, utque exilii pœnu compenſurit. Id, inquam, teutus Caſſiodori in Chronico nobis inſinuur, ſi quis eum in priſtinam veritatem, copioſa corruptione, reſtituat: qui ſic ſe hubet ſecundum depravatam veterem editionem, ſub unnı ſequentis Conſulibus: *Arabundus Imperium tentans, juſſu Anthemii, exilio deportatur.* Hæc ibi: ſed qui putavit emendare, enormius deturpavit, dum habet loco. Arabundi, Ardoburium; motus fortaſſe, quod his temporibus Arduburius potentiſſimus viveret, qui puiſatus eſt crimine majeſtatis: at ille non euuiavit, verum omnium ſententiu occidi meruit; nec quidem Romæ, ſed Conſtantinopoli; neque ub Anthe- X. Caſſiodori locus emaculatus.

PAGIUS tem Galliarum ſtatum; cum Salvianus libros illos circa annum quadringenteſimum quadrageſimum abſolverit, ut eo anno oſtendi. Ibi itaque Salvianus mala luget, quibus Gallia affliсta fuerat annos aliquot, antequam Opus illud abſolveret, eaque rapacitati Præfectorum & Judicum attribuit.

by

themio, ſed a Leone Imperatore talia paſſus: ut plane appareat, loco, Arabundus, eſſe reſtituendum, non Ardaburius, ſed Arvandus. Quibus etiam intelligas, Arvandum hoc anno e Præfectura Galliarum amotum atque damnatum, anno ſequenti in exilium deportatum. At magno Galliarum accidit infortunio, ut non unum Arvandum proditorem pati contigerit, ſed plures: ſiquidem haud modeſtior vel fidelior fuit ille Præfectus, nomine Seronatus. Ita plane infelix populus vel ſub barbarico gladio captivus ingemiſcebat, vel ſub ſceleratorum Præfectorum ſecuribus logens lamentabatur.

XI. Sed audi alias Sidonii de Seronato in Galliis Præfecto querelas, cum ad Ecdicium ſcribit, ut periclitanti patriæ ſub

(a) Sidon. l. 2. ep. 2. Seronatus Præfectus ſceleſtiſſimus. diro tyranno ſubveniat (a): *Rediit* (inquit) *ipſe Catilina ſæculi noſtri in peremptoribus, ut ſanguinem fortunaſque miſerorum, quas ille ſibi ex parte propinaverat, hic ex aſſe miſceret. Sciotote in eo per dies ſpiritum diu diſſimulati furoris, aperiri: aperte invidet, abjecte fingit, ſerviliter ſuperbit, indicit ut dominus, exigit ut tyrannus, addicit ut Judex, calumniatur ut barbarus; tota die a metu armatus, ab avaritia jejunus, a cupiditate terribilis, a vanitate crudelis, non ceſſat ſimul furta vel punire, vel facere palam, & ridentibus convocatis: ructat inter cives pugnas, inter barbaros litteratas epiſtolas, ne primis quidem apicibus ſufficienter initiatus, publice a jactantia dictat, ab impudentia emendat: totum quod concupiſcit, quaſi comparat; nec dat pretia, contemnens, nec accipit in-*

*inſtrumenta. *ſtrumenta*, deſperans: in conſilio tacet, in Concilio jubet, in Eccleſia jocatur, in convivio prædicat, in cubiculo damnat, in quæſtione dormitat: implet quotidie*

*hoſtibus. *ſilvas fugientibus, villas hoſpitibus*, altaria reis, carceres clericis: exultans Gothis, inſultans Romanis, illudenſque Præfectis, colludenſque numerariis, leges Theodoſianas calcans Theodoricianaſque proponens: veteres culpas, nova tributa perquirit.* Hæc & alia Sidonius, rogans Ecdicium, quantocyus his occurrere: quæ quidem his Anthemii temporibus accidiſſe, in fine declarat. Verum & hunc prodentem Gothis Gallias, conſtat majeſtatis judicio poſtulatum, ſcelus

(b) Sidon. l. 7. ep. 7. capite luiſſe: nam idem Sidonius (b): hæc de eo ad Græcum Epiſcopum: *Illi amore Reipublicæ, Seronatum barbaris provincias propinantem, non timuere legibus tradere, quem convictum deinceps Reſpublica vix præſumpſit occidere.* Hæc Sidonius.

XII. (c) Iſidor. in Chron. Goth. Æra 504. Sed ex his illud obſerva, non Evaricum primo (ut Iſidorus (c) habet) jura Gothis ſcripta dare cœpiſſe, ſed Theodoricum ejus prædeceſſorem, quas Sidonius Theodoricianas leges appellat. Non ergo ſub Evarico Gothi legum inſtituta (ut ait) ſcriptis habere cœperunt, ſed ſub Theodorico ejus prædeceſſore. Theodoricus Gothorum legiſlator.

Vidiſti Galliarum Præfectos Gallias peſſumdantes: ut jam Sidonii teſtificatione certius compertas habeas Salviani (d) Maſſilienſis iſta lugentis effuſas lacrymas, utpote potiſſimas cauſas, cur excluſis Romanis, barbari potiti ſint Galliis. Sed audi de his ejus lugubres voces, intuere madidas genas, attende ſuſpiria intercepta ſingultibus, cum deplorat res Gallicanas, non ab ipſis tantum Præfectis, ſed ab omnibus eis ſubjectis miniſtris labefactatas: Nam accipe: *Non* (inquit) *Judices ſolum* infauſta iſta peragunt, *ſed etiam Judicibus obſequentes. Quæ enim ſunt non modo urbes, ſed etiam municipia atque vici, ubi non quot curiales fuerint tot tyranni ſint? quamquam forte hoc nomine ſibi gratulentur, quia potens & honoratum etiam videtur: nam & latrones gloriantur, ſi atrociores admodum quam ſunt, eſſe dicantur. Quis ergo (ut dixi) locus eſt, ubi non a principalibus civitatum viduarum & pupillorum viſcera devorentur, & cum his ferme ſanctorum omnium? nam & hos quaſi viduas & pupillos habent, quia tueri ſe aut pro ſtudio profeſſionis ſuæ nolunt, aut innocentia atque humilitate non poſſunt: nemo itaque totus horum eſt.* Et poſt multa id genus, de iiſdem Judicibus: Quæ paſſæ Galliæ a Præfectoriis. (d) Salv. l. 5. de vero judicio.

XIII. *Qui in ſimilitudinem immanium beſtiarum, non rexerunt traditos ſibi, ſed devoraverunt: nec ſpoliis tantum hominum (ut plerique latrones ſolent) ſed laceratione etiam & (ut ita dicam) ſanguine paſcebantur. Ac ſic actum eſt, ut latrociniis Judicum ſtrangulati homines & necati, inciperent eſſe quaſi barbari, quia non permittebantur eſſe Romani. Acquieverunt enim eſſe quod non erant, quia non permittebantur eſſe quod fuerant: coactique ſunt ſaltem vitam defendere, quia jam libertatem videbantur penitus perdidiſſe.* Et poſt aliqua: *Sed quid poſſunt aliud fieri miſeri, qui aſſiduum, immo continuum exactionis publicæ patiuntur excidium; quibus imminet ſemper gravis, & indefenſa proſcriptio: qui domos ſuas deſerunt, ne in ipſis domibus torqueantur: exilia petunt, ne ſupplicia ſuſtineant? Leviores his hoſtes quam exactores ſunt; & res ipſa hoc indicat: ad hoſtes fugiunt, ut vim exactionis evadant.* Ac poſt multa, hæc in eodem argumento verſatus: Hoſtes benigniores quam magiſtratus.

XIV. *Ubi enim, & in quibus ſunt, niſi in Romanis tantum hæc mala? Quorum injuſtitia tanta, niſi noſtra? Franci enim hoc ſcelus neſciunt: Hunni ab his ſceleribus immunes ſunt: nihil horum eſt apud Vvandalos, nihil horum apud Gothos. Tam longe enim eſt ut hæc inter Gothos bar-*

Cur Romani a Gothis victi.

barbari tolerent, ut ne Romani quidem qui inter eos vivunt iſta patiantur. Itaque illic Romanorum omnium votum eſt, ne umquam eos neceſſe ſit in jus tranſire Romanorum: una, & conſentiens illic Romanæ plebis oratio, ut liceat eis vitam quam agunt agere cum barbaris. Et miramur, ſi non vincuntur a noſtris partibus Gothi cum malint apud eos eſſe, quam apud nos Romani. Itaque non ſolum transfugere ab eis ad nos fratres noſtri omnino nolunt ſed etiam ut ad eos confugiant, nos relinquunt. Et quidem mirari ſatis non poſſumus, quod hoc non omnes omnino faciunt tributarii pauperes & egeſtuoſi: niſi quod una cauſa tantum eſt, qua non faciunt; quia transferre illuc ſegulas atque habitatiunculas ſuas, familiaſque non poſſunt &c. Plurimus quidem in his deplorandis eſt Salvianus.

XV. Unde illud intelligas profuiſſe Romano Imperio, ne ſimul cunctis Galliarum provinciis potiti ſint Gothi, nimirum non Romanorum dilectione accidiſſe, ut ſe Galli ſub eorum dominio continerent, ſub quo aſſiduo gemerent atque lugerent; ſed id factum amore Catholicæ fidei, cum Evuricus Rex Gothorum Arianus eſſet Catholicorum dogmatum acerrimus impugnator, & ea ſectantium perſecutor. Bene ergo ceſſit Romano Imperio Regis barbari tanta perfidia: dum adituri populi Gothos, quo effugerent Præfectorum intolerabilis latrocinia, revocarentur timore prodendæ Catholicæ fidei. Hincque accidit, ut ad Francos potius, quam, ad Gothos, Hunnos, Burgundiones, Suevos, vel Vvandalos (quos omnes Gallias invadentes Ariana hæreſis comitabatur) Gallorum ſtudia ſe converterint; quod Catholicis populis tutior ſedes eſſet apud Gentiles veræ licet religionis ignaros, quam hæreticos Catholicæ religionis everſores atque perſecutores.

XVI. Potentiores opprimunt pauperes.

Quomodo autem occaſione iniquorum atque rapacium Præfectorum pauperes Galliarum a potentioribus premerentur, eumdem rurſum Salvianum auſculta, qui inter lugendum & iſta deplorat: *Veniunt* (inquit) *plerumque novi nuncii novarum epiſtolarum a ſummis ſublimitatibus miſſi, qui commendantur illuſtribus paucis ad exitia plurimorum. Decernuntur his nova munera, decernuntur nova indictiones: Decernunt potentes, quod ſolvant pauperes: decernit gratia divitum, quod perdat turba miſerarum: ipſi enim in nullo ſentiunt quod decernunt. Sed non poſſunt* (inquit) *non honorari, & liberalius accipi, qui fuerint a majoribus miſſi. Eſtote ergo vos divites primi in conferendo, qui eſtis primi in decernendo.* At tantum abfuit ut id præſtarent, ut non modo quid penderent ſed & ex pauperum penſitatione non ſolum bonis ipſorum violenta diſtractione potirentur, ſed & ipſas perſonas in miſerandam redigerent ſervitutem; cum non habentes unde ſe alerent, in villas ſe transferrent potentium, ubi ex colonis, mutato ſtatu, ſervi penitus redderentur. Sed Salvianum attende:

XVII. *Et quidem* (inquit) *quia ita infelix neceſſitas cogit* (ut ſcilicet in alieno rura coloni ſe traderent, qui ſua jam perdidiſſent) *ferenda utcumque erat extrema ſors eorum, ſi non eſſet aliquid extremius. Illud gravius & acerbius, quod additur huic malo ſervitutis * malum. Nam ſuſcipiuntur ut advenæ, fiunt præjudicio habitationis indigenæ: & exemplo quodam illius maleficæ potentis, quæ transferre homines in beſtias dicebatur; ita & iſti omnes, qui intra fundos divitum recipiuntur, quaſi Circæi poculi transfiguratione mutantur. Nam quos ſuſcipiunt ut extraneos & alienos, incipiunt habere quaſi proprios: quos eſſe conſtat ingenuos, vertunt in ſervos. Et miramur ſi nos barbari capiunt, cum fratres noſtros nos facimus eſſe captivos. Nihil ergo mirum eſt, quod vaſtationes fiunt atque excidia civitatum. Diu id plurimorum oppreſſione elaboravimus, ut captivando alios, etiam ipſi inciperemus eſſe captivi &c.* Habes igitur quam ampliſſimis notis apertiſſime demonſtrari, juſtiſſimo Dei judicio permiſſum occupari a barbaris Gallias, pellique Romanos. Sed jam de his hactenus.

* ſervitutum. Pauperes redacti in ſervitutem.

XVIII. Pagani novis edictis exagitati.

Quod vero ad res pertinet Orientales quod non hæreticis tantum, ſed & Gentilibus idololatris abundarent civitates, Leo Imperator adverſus eoſdem hoc

PAGIUS III. *Prior expeditio Romanorum adverſus Vandalos infauſta.*

A num. XVIII. ad XXVI. De ingenti exercitu, quem Leo Imp. adverſus *Genſericum* Regem in Africam miſit, hæc habet Theophanes, quem Baronius non viderat, ad annum Incarnat. ſecundum Alex. CDLXI. qui Kal. Septemb. currentis Chriſti anni exorditur; *Hoc anno Leo Imp. ingentem Claſſem & valide inſtructum exercitum adverſus Giſericum, qui Africam obtinebat, emiſit. Giſericus quippe defuncto Marciano multa mala intulit in Provincias Romanæ ditioni ſubjectas, prædis abactis, pleriſque in captivitatem miſſis, & everſis paſſim Civitatibus. Quibus excandeſcens Imperator naves ex toto Oriente centies mille contraxit, ipſaſque militibus & armis plene munitas adverſus Giſericum deſtinavit. In eam Claſſem mille & trecenta auri centenaria expendiſſe narrant. Itaque Ducem & Præfectum inſtituit Baſiliſcum Verinæ Auguſtæ fratrem, Conſulis munere jam perfunctum, & frequentibus in Scythas per Thraciam victoriis clarum. Is confluente in auxilium ex occiduo mari navium non pœnitenda manu, cum Giſerici Claſſe frequentiores conflictus exercuit, pleraſque naves in profundum demerſit, & ipſam tandem Carthaginem potentia ſuperavit. Demum donorum illecebris, & vi pecuniarum inefcatus priorem impetum remiſit, & ſpontaneus denique prout Hiſtoria Thrax Perſicus commiſit, profligatur. Referunt alii Aſparem & Arda-*

hoc anno edidit ſanctionem, qua vetuit ne qui Chriſtianus non eſſet, cauſas agere in judiciis præſumeret (a). Hujus autem edendæ ſanctionis cauſa illa præceſſiſſe videtur, quod accidiſſe ante hæc, Cedrenus tradit, ut Iſocaſius Quæſtor, qui philoſophum etiam profiteretur, cum delatus eſſet apud Judicem cultor Gentilitiæ ſuperſtitionis, coram Puſæo Præfecto Prætorio cauſam dicturus, cavillo quodam judicium eluſiſſet. Reperitur præterea his temporibus, quibus cum Anthemio Leo imperabat, aliam inſuper ſanctionem (b) adverſus paganos ab eodem eſſe promulgatam. Sed & hoc anno eveniſſe Marcellinus habet in Chronico, ut Dux exercitus Marcellinus, ſive Marcellianus, homo Paganus a ſuis occiſus fuerit, alioqui de Republica benemeritus. Meminit Marcelliani hujus Procopius, cum de comparata a Leone Auguſto ingenti claſſe adverſus Vvandalos in Africa degentes agit. Hæc quidem de claſſe hoc anno facta eſſe, cum quæ de nece Marcelliani ſunt dicta docent, tum Cedrenus adſtipulator accedit. Procopius autem rem geſtam ſic narrat (c):

(a) l. 15. C. de Epiſc. audient.

(b) l. 8. Cod. de Pagan.

(c) Procop. de bell. Vvandal. l. 1.

XIX. Leo Imp. claſſem parat adverſus Vvandalos.

Talem igitur Imperator Conſtantinopolitanus audaciam Genſerici incurſantis Orientales oras *peroſus contra Vvandalos movere decrevit. Cujus exercitus terreſtris fertur ad millia centum fuiſſe, claſſis autem magnitudinem undiquaque ex omni Græcia collectam habuit: in milites & nautas ſumptus ingentes oſtendit, eo quod contra barbaros procul ituri eſſent. Ferunt enim millia trecenta fruſtra hoc bello erogaſſe: Et ut victoriam de Vvandalis minime aſſequeretur, claſſis Præfectum Baſiliſcum miſiſſe* (quem diximus fuiſſe Eutychianum hæreticum, & illorum patronum) *Verinæ conjugis fratrem Imperio tunc maxime fidum, quod tutum ſibi fore arbitrabatur, Aſparis durante amicitia. Ipſe enim Aſpar, quod ſecta eſſet Arianus, Imperator eſſe non voluit: Leonem tamen fallere potuit, cui paulo poſt inſidias viſus eſt tendere, metuens, ne ex victoriæ Vvandalica ſucceſſu elatus, non æquus ei, tum cæteris Imperii rebus foret. Quapropter multa Baſiliſco diſcedenti mandaſſe, cum ut bellum duceret ſuaſiſſet, fertur.* At quid boni eventus ſpei concipi potuit, cum Duces primarii eſſent hæretici? Sed pergit:

Ductores exercituum hæretici.

XX. *Leo vero jam Anthemium Senatorem opibus & genere magnum ad Imperium Occidentale ſuſcipiendum miſerat, ut Vvandalorum bello auxilio foret. Genſericus vero Olybrio item Senatori potentiſſimo pollicetur, ut ſi una conſpirent, ei Occidentis Imperium ſimul cum Valentiniani filia Placidia ſe daturum. Quo fretus majores aſſumpſit ſpiritus, audaciuſque omnem Imperii ditionem vexavit. Erat ea tempeſtate in Dalmatia quidam Marcellianus notus Aetio, vir admodum probus, qui poſt Aetium interfectum, ad Imperatorem redire recuſavit, res in ea parte novas excitando: eaque fuit potentia, ut nemo reſiſtere auderet. Leo igitur hunc metuens, omnibus modis ſibi conciliatum in Sardiniam miſit, ut eam a Vvandalis liberaret: quod & breviter & facile factum. Heraclius interea Byzantio cum claſſe in Africam veniens apud Tripolim Vvandalos vicit, navibuſque dimiſſis cum exercitu pedeſtri adverſus Carthaginem tendit: A Carthagine non minus ducentis octoginta ſtadiis diſtans applicuit, ubi Mercurii templum antiquitus conditum fuit: quod ſi minime cunctatus, inde e veſtigio Carthaginem advolaſſet, ipſam proculdubio cepiſſet.*

De Marcelliano & Heraclio.

XXI. *Genſericus autem, ubi Sardiniam ac Tripolim captas audivit, ſimulque Baſiliſci claſſem ingentem animadvertit: Leonem Imperatorem, ut admodum inexpugnabilem, formidare cœpit. Tantam itaque victoriæ occaſionem amiſit Ducis ſive tarditas, ſive ignavia, ſeu etiam proditio. Genſericus autem Baſiliſci ſocordiam nactus, hæc geſſit: In primis ſubditos omnes velociter cum navibus quibus poteſt armat, partim viris vacuas mittit; ut repente adnavigantes, cum inſtrumentis ac munitionibus ſint præſto parati: interimque legatos ad Baſiliſcum mittit rogatum, uti quinque dierum ſpatio prælium ſuperſedeat, donec quidnam facturus ſit, tempus habeat deliberandi, an Imperatori obtemperet ac cum eo conveniat. Ferunt quidem hanc auri corruptione nactum opportunitatem fuiſſe. Et hæc quidem hoc modo ſe habuere.* Hactenus Procopius, a quo multa quidem eſſe prætermiſſa liquet.

Baſiliſci proditio ingens.

XXII. Atque primum quod ad numerum navium pertinet, magnam ſane admirationem legentibus affert Nicephorus (d), dum tradit, paratam tanto tempore tan-

(d) Niceph. l. 15. c. 27.

PAGIUS *Ardaburium Arii ſectatores, cum ob id maxime ad Imperii faſtigium minime poſſent pervenire, Leonem qui tunc eorum Procurator erat, ad Imperium evexiſſe, quaſi rerum omnium ſummam poſthac adminiſtrare præſtolatos. Ab eorum ſpe cum animum averteret Imperator, rectam ejus gubernande rationem labefactare, & in pejus trahere contendebant, & Baſiliſco Imperium ſe pollicebantur tradere, ſi modo Claſſem cum toto exercitu Giſerico, qui una cum ipſis Arianas opiniones ſequebatur, proderet. Qua de cauſa Baſiliſcum ad exercitum prodendum inclinaſſe dicunt. Tum Giſericus dolos meditatus naves haſtilibus ſimiles materia ad ignem facili replevit, remque noctu molitus, dum Romani dormirent incuſtoditi, ipſas e terra vento exinde aſpirante in Romanam Claſſem emiſit, adeo ut multa quidem navigia igne conſumpta defecerint, alia vero periculo ſubducta in Siciliam reverterentur: atque ita demum Baſiliſci dolus, cum ne ullum amplius in toto exer-*

toque impendio claſſem continuiſſe numerum navium mille atque centum. Sed & illud funeſtum ex Baſiliſci proditione factum, cum claſſes ambæ ad prœlium diſpoſitæ eſſent: ipſum nimirum abſque pugna navem prætoriam, qua vehebatur, proram vertere, & claſſe ſubduci juſſiſſe, tamquam fuga labentem: quo viſo, & reliquas naves prætoriam eſſe ſecutas; & ſic quam præ manibus victoriam certam haberent, hoſtibus infeliciter ab eo traditam eſſe: ſed quaſi parva hæc damna fuiſſent, additum ut cum poſt fugam abſque ſolerti cuſtodia eſſet relicta claſſis, eademque reperta abſque præſidio, ab inſequenti Vvandalica claſſe incenſa fuerit.

XXIII. Cur conſpirarit cum Aſpare & Ardaburio Baſiliſcus. Porro hæc omnia in gratiam Aſparis & Ardaburii qui in Leonem infenſo animo erant, Baſiliſcum eſſe operatum conſtat, cum ab eo pollicitationem accepiſſet Imperii; quam implere nequiſſent, ſi ex ſententia Leoni res proſpere cederent. In aliquam igitur eum neceſſitatem conjiciendum illi dicebant, ut poſſent ipſi adverſus eum anguſtia preſſum, novum qui ſubſiſteret, erigeret protinus Imperatorem. Fuiſſe autem hæc tradunt inter eos pactionis jure tranſacta; ut Ariani ipſi Duces, & potentia cæteris eminentes, Baſiliſco conferrent Imperium; ille vero rependeret, ut Arianis ſuam ipſorum liceret propagare perfidiam. Cujus rei cauſa iidem Duces Ariani Genſerico Vvandalorum Regi Ariano & Arianæ hæreſis ardentiſſimo defenſori occulto patrocinati ſemper fuerant, & hactenus opem ferre non deſinerent: quorum dicta ex cauſa, aſpirabat votis im-
(a) Niceph. l. 15. c. 27. plus Baſiliſcus. Hæc ea Nicephoro (a) habes & aliis. Amiſſa autem claſſe, jactura pariter facta eſt exercitus, qui jam abſque obice prope Carthaginem victor acceſſerat, animo conſternatis ipſis Ducibus atque militibus, cum viderent, omni amica claſſe funditus perdita, tanto ſe eſſe præſidio deſtitutos.

XXIV. Hæretici procul pellendi. Videſne, lector, quanto periculo, quantaque jactura ſinantur hæretici in aula verſari, quantoque graviori diſpendio, publicarum rerum eiſdem adminiſtratio concedatur, & maximo omnium damno expeditio bellica, in qua rerum vertitur ſumma, credatur; cum certum ſit, averſos ſemel a Deo homines Eccleſiæ perduelles omnia agere proditorie & hoſtiliter? Atque ſimul attende, quanto ſit detrimento Reipublicæ nimia Imperatorum facilitas in tolerandis hæreticis, ſeſe omnibus dolis atque ſallaciis inſinuantibus & intrudentibus: quod ſuo maximo damno Leo expertus eſt Imperator; dum quem averſari ac procul abjicere hominem debuiſſet, quem ſciret haud Chalcedonenſis Concilii aſſentiri decretis; affinitatis tamen plus, quam veritatis habita ratione, ipſum conjugis ſuæ Verinæ germanum perfidum Baſiliſcum in ſui totiuſque Romani Imperii interitum, ſerpentis inſtar, in ſinu ſovit & aluit. Quam par fuiſſet Chriſtiano Imperatori agere exemplo David illa di-
centis (b): *Nonne qui oderunt te, Do-* (b) Pſal.
mine, oderam, & ſuper inimicos tuos ta- 138.
beſcebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti ſunt mihi. Fruſtra namque legibus exagitabat hæreticos, & erigere conabatur collapſam in Oriente Catholicam fidem, dum domi retineret contraria ſcripta dantem, & fidem Catholicam pedibus proculcantem. Sed quid poſt hæc?

Summi ſceleris ſibi conſcius, & aper- XXV.
tiſſimæ proditionis reus ab omnibus cum Baſiliſcus
reverſus eſſet Conſtantinopolim, concla- a Verina
matus, profugus inſtar Cain, impius Ba- liberatus.
ſiliſcus, ad aſylum Catholicæ Eccleſiæ, quam ſæpius violarat, concito gradu confugit: Quem ſoror ejus Verina Auguſta liberavit, amandavitque hominem ignominia circumſeptum maledictiſque jugiter impetitum Perinthum Thraciæ, ubi ageret: hæc ex Nicephoro. Leo autem in auctores ſceleris Aſparem & Ardaburium, cum anſa daretur, quam quærebat, in animum duxit ulciſci: quando autem id perfecerit, ſuo loco dicemus.

Sed etſi proditione hæretici hominis XXVI.
res nautica periit, & claſſicus apparatus Rex Hun-
inſtar nubium in auras diſſolutus penitus norum oc-
fuit: alia tamen ex parte, in qua non ciſus.
ab hæretico Duce prælium agebatur, in Hunnorum Regem Attilæ filium Denſicem nomine, patrem ferocia ſuperantem, ducatu inſoleſcentem, res dextere confecta eſt: adeo ut tota illa omnibus metuenda potentia, præter expectatio-

PAGIUS

exercitu lateret, manifeſte deprehenſus. De ſecunda expeditione Vandalica anno ſequenti ſermo erit.

IV. *Ingens pecunia in hoc bello conſumta.* Hiſtoricus, quem citat Theophanes, alius non eſt, quam Priſcus Rhetor cujus tantum Excerpta ſuperſunt, qui Librarii errore *Perſicus* dicitur. De hujus belli apparatu extat illuſtris locus apud Suidam, in voce Χαρίζω ubi ait: *Candidus Hiſtorio-Graphus ait, Leonem Macellam, qui poſt Marcianum imperavit, in expeditione adverſus Vandalos infinitam pecuniæ vim conſumpſiſſe. Nam, ut teſtantur ii, qui pecuniam illam adminiſtrarunt, per Præfectos quidem Prætorio impenſa ſunt auri librarum quadraginta ſeptem millia: cum ſumptus abunde ſuppeterent, partim ex bonis proſcriptorum, partim ex ærario Imperatoris Anthemii.* Valeſius in Notis Evagrii lib. 2. cap. 16. recte ſcribit, corruptum eſſe Auctoris nomen, & hæc ſcripta fuiſſe a Candido Iſauro in lib. 1. Hiſt. indeque apparet, Hiſtoriam Candidi, cujus tantum ſuperſunt Excerpta, Suidæ ætate nondum deperditam fuiſſe.

V. Ad num. XXVI. Auctor Chronici Alex. ſub hu-

tionem, fuerit divina ope protrita. Superatis enim illis, ipſoque eorum Rege occiſo, ejus caput in conto Conſtantinopolim magna gloria omniumque lætitia delatum eſt. Hæc quidem de capite Regis habet Marcellinus ſub hujus anni Conſulibus. Quod autem tanta hæc leviſſime attigerunt hiſtorici, inde factum puto, quod (ut ait Evagrius *a*) Priſcus Rhetor ejus temporis ſcriptor hujuſmodi bella adverſus Scythas (quos Hunnos dicimus) quam exactiſſime proſecutus eſſet: ſed periit hiſtoria ipſa.

(a) *Evagr. lib. 2. c. 14. 16.*

PAGIUS

Interitus filii Attilæ.

hujus anni Coſſ. habet; *Genſericus Attilæ filius ab Anagaſto Magiſtro militum in Thracia cæſus eſt, cujus caput delatum Conſtantinopolim, dum Circenſes agerentur per medium circum geſtatum eſt, & in palo ſuſpenſum: cujus ſpectandi cauſa multis diebus univerſa Civitas egreſſa eſt.* Sed error in nomen irrepſit: filius enim Attilæ a Priſco cap. 44. ubi deſcribit bellum, quod Romanis intulit, vocatur *Dengiſich*, a Marcellino ſub anni ſequentis Coſſ. *Denzicer*, & a Jornande de reb. Get. cap. 53. *Dinzic*. Indeque per corruptionem *Genſericus* in Chronico Alexandrino dictus eſt.

Hoc anno *Hilarus* Papa e vivis exceſſit, ut anno ſuperiori n. III. vidimus.

I. ANnus qui ſequitur Domini quadringentesimus ſexageſimusnonus Zenonem generum Imperatoris & Marcianum Conſules habuit: quo Leo Aug. haud ignarus proditionis Ducum Arianorum, & cum Genſerico factæ colluſionis cum potentiſſimæ jactura claſſis, & amiſſione victoris exercitus, de proditoribus ſumpturus pœnas, interim itam conceptam decoquit io ſtomacho; quod in opprimendo vi Aſparem ejuſque filios, periculoſa alea jaceretur. Quamobrem arte artem fallere, & proditores proditione perſtringere, ſagaci conſilio ſtuduit; ac proinde tamquam minime conſcius rerum quæ inter ipſos & Baſiliſcum atque Genſericum tranſactæ eſſent, eoſdem majoribus frequentat officiis; uſque adeo, ut filio Aſparis Patricio ſive Patriciolo nominato, filiam ſuam ſponderet conjugem, eumdemque Cæſarem nominaret: hunc enim, & non alterum Aſparis filium Ardaburium creatum fuiſſe Cæſarem tum Marcellinus in Chronico, tum etiam Acta Marcelli Archimandritæ, atque Cedrenus ſignificant; licet Nicephorus & ante eum Evagrius (*a*) Cæſarem creatum tradant Ardaburium, Patricium dignitate, non nomine proprio dictum.

Filius Aſparis creatus Cæſar.

(*a*) *Evag. l.2. c.16.*

II. Jam enim ab ipſo Leonis Imperatoris exordio exigebat Aſpar ut filius ejus Cæſar crearetur, idque tamquam ex pactis conventis, quod Aſpar feciſſet ut Leo evaſerit Imperator. Accidiſſe vero aliquando tradunt, ut cum id Aſpar expoſceret, diceretque comprehenſa ejus veſte: *Imperator, tali purpura amictum non licet mentiri* reſponderit Imperator: *Sane hoc quoque Imperatorem decet, nemini cedere, aut ſubditum eſſe, maxime cum incommodo Reipublicæ fuerit*. Hæc habet Nicephorus (*b*) & Cedrenus, qui hæc omnia doloſe acta eſſe hoc anno a Leone Imperatore cognoſcere potuerunt ex dictis lucubrationibus Priſci; nimirum hujuſmodi inter eos tum initum conjugium nonniſi fallendi artem, & decipiendi fuiſſe conſilium. Ut vero tantam diu cupitam dignitatem filio ſuo Aſpar conſequi poſſet; quod impedimento eſſe videbatur Ariana perfidia, primum voluit eam a filio, Cæſare creando, damnari; ſed & ſe ipſum etiam ad id perſuaſum oſtendit. Cedrenus enim hæc de his: *Eodem anno Aſparis filius Patricius Cæſar a Leone creatur, ac Alexandriam mittitur; quia Aſparem ab Ariana ſecta abduxerat, & ſibi benevolum reddiderat*. Hæc ipſe, ſed anno ſuperiori, nempe duodecimo Leonis Imperatoris. Nicephorus item tradit, laboraſſe Leonem Auguſtum, ut eos ab hæreſi abſtraheret Ariana.

Quo tendat Leonis conſilium.

(*b*) *Niceph. l.15. c.27. & Cedren. in Comp. an. 1. Leon. Imp.*

Cæterum ex Actis S. Marcelli liquet, deſignatum eſſet Cæſarem filium Aſparis, cum adhuc eſſet Arianus, & ob eam cauſam magnas turbas excitatas fuiſſe Conſtantinopoli. Sed audiamus rem geſtam accurate in iiſdem Marcelli Actis expreſſam his verbis (*c*): *Cum multa accidiſſent inter Ardaburium & Imperatorem, quæ inter ſe ipſos inimicitiam alebant & ſuſpiciones; ex utriuſque quidem unum eſt odium. Cum autem utrique magnum in ſe invicem immineret periculum, neutri autem eorum facilis erat victoria; convertuntur ad communia ineunda fœdera,* III.

(*c*) *Extant apud Sur. die 29. Decembr.*

Tumultus populi ob novum Cæſarem.

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5962.

SÆC. V. Olymp. 312. Anno Eræ Hiſpan. DVII. A. C. 469.

☉ 2. E. ☽ 14. P. 13. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 469.

SIMPLICII PAPÆ 2.

LEONIS IMP. 15.

ANTHEMII IMP. 3.

I. Conſules. [1] COSS. *Zeno* & *Marcianus*, uterque Orientalis; prior gener erat Leonis Imp. poſterior Anthemii filius qui poſtea *Leontiam* ejuſdem Imperatoris filiam, natu minorem uxorem duxit, ut infra videbimus.

II. A num. I. ad VII. Theophanes ad annum Incarnat. ſecundum Alex. CDLXI. qui Kalend. Septembr. Superioris Chriſti anni inchoatur, ait: *Hoc anno Patricius Aſparis filius quem Leo Cæſarem crearat, ut ab Arii pravis opinionibus Aſparem avocaret, & de Imperio bene mereretur, cum magno apparatus oſtentatione miſſus eſt Alexandriam*. Tum anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXII. qui Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni cœpit, ſcribit: *Hoc anno Leo Im. Zenonem militia in Oriente Magiſtrum, & proprium generum, urgente belli neceſſitate in Thraciam miſit, & ex proprio ſatellitio alium exercitum ad ſuppetias ferendas ei colligi mandavit. Milites a eade Leonis ſuaſibus Aſparis inferenda leviter erraverunt. Periculum enim ſuboderatus Serdicam Thraciæ Urbem fuga elapſus ſaluti conſuluit: ex quo Aſpar Leoni ſuſpectus habetur*. Quare Patricius jam Cæſaream dignitatem obtinuerat: poſt hoc enim

Zeno in Thraciam miſſus.

NOTÆ [1] C*Oſſ. Zeno & Marcianus*. Aliqui habent: *Fl. Zeno Iſauricus, & Fl. Marcianus*. Victor. *Zenone, & Marciano*. Marcellinus.......... & *Marciano*. Epitome temporum in Codice Gennadii Vaticano. *Marciano & Zenone*. GEORGIUS

ra, nempe ut Aſparis quidam filius, frater autem Ardaburii, cum duxiſſet uxorem filiam Imperatoris, Cæſar crearetur. Hoc autem qui accepiſſet, eſt alius (ut dixerit quiſpiam) Subimperator: Eſt enim ei & aurata purpura, & alia inſignia Imperii, niſi quod aurea corona non habet omnia inſignia Imperii. Hæc ibi. Verum ſi de Cæſaris nominatione primam originem, cauſam, & ſignificationem ſcire cupis, conſule quæ habet Cicero ad Atticum (*a*). Pergit vero auctor de Cæſaris dignitate, & poteſtate: *Is itaque accepta hac dignitate, cum viveret quidem Imperatore erat omnia facturus communiter: eo autem mortuo, ipſe primus & ſolus accepturus Imperium, & tamquam debita ſibi ſceptra ſuſcepturus. Ea res vero non parum conturbabat Eccleſiam, ſi rurſum ſit Imperium Arianus invaſurus. Aſpar enim & filii & tota domus Arii inſaniam mirum in modum amplectebantur.*

(*a*) Cic. ad Att. l. 14. epiſt. 8.

IV. *Cum itaque omnes eſſent pleni tumultu, communiter convenerunt, & ducibus Geladio & Marcello,* viro ſanctiſſimo monaſterii Acæmetarum Archimandrita, de quo ſuperius mentio facta eſt, *venerunt ad Hipodromum, ut ab inhoneſto & indigno hoc cœpto arcerent Imperatorem: qui ipſe quidem ad hoc erat prompto & alacri animo, ſed cedebat tempori Aſparis & Ardaburii. Cum ergo ſic paratus eſſet Chriſti exercitus, eis quoque Deus oſtendit Ducem, & tantum intereſſe inter ſanctum Marcellum Acæmetarum Abbatem & alios ſacerdotes atque Pontifices, quantum inter exercitus Ducem & Imperatorem, atque adeo (ſi velis) inter militem & Ducem. Hoc fuit evidens ſignum: Nam inter ambulandum, videbant ii qui digni erant ea videre, juvenem quidem ſtatura maximum, forma autem pulcherrimum, & zona cintum aurea, aſpectu quidem tam candidum, ut nivem videretur ſuperare; tam lucidum autem, ut luce coruſcaret: Lana vero erat tunica, eaque nive candidior. Eum ergo videbant a ſiniſtris ſimul cum magno Marcello ambulantem veluti quemdam ſatellitem ſimul terribilem, & manum veluti ſupponentem ſuſtinuiſſe ſenem, & cum maxima reverentia non deſtiſſe ei inſervire.*

Viſio de Angelo comitante ſanctum Marcellum.

Viſio tamen (ut auctor ait) non omnibus manifeſta, ſed teſtibus præordinatis a Deo. At pergit:

Cum autem ingreſſi eſſent in eum locum in quo ſolebat ſedere Imperator: erat quidem ſic quoque Marcellus omnia iis qui erant Eccleſiæ, quinetiam libere loquebatur ad Imperatorem; & illis addebat animum, & quodammodo eos hortabatur ad certamen pro Chriſto ſuſcipiendum. At illi quidem cum omnia effeciſſent propter quæ venerant quidem erant ut Aſparis filius aut rectam diſceret opinionem, aut dignitatem Cæſaris non acciperet: hæcque cum illis pollicitus eſſet Imperator; lætantes exierunt. Ille vero rurſus adoleſcens & altiſſimus & ſplendidiſſimus viſus eſt adhuc adeſſe, & verſari cum Marcello. Cum vero eum deduxiſſet uſque ad portas, de cætero evanuit ab oculis. De quo nullus dubitavit ex his qui viderant, ſed evidens omnibus fuit, eum fuiſſe Dei miniſtrum virili habitu indutum, qui miſſus fuerat, ut eſſet cuſtos & ſatelles Marcelli, qui ab eo fuit habitus tanto honore. V.

Hæc quidem, qui puriores oculos habuerunt, comites ſancti Marcelli videre meruerunt, quæ cæteris erant occulta; quibus plane ſignificatum eſt, piis pro fide certantibus Angelos ad miniſterium præſto eſſe. Teſtatur & Zonaras (*b*), clericos & monachos conveniſſe Imperatorem, & exclamaſſe contra eum, ut Cæſar Catholicus crearetur. *Hand ita poſt* (ſubdit Auctor) *acceperunt finem ea quæ idem Marcellus prædixit.*

(*b*) Zonar. Annal. t. 3.

At quænam fuerit iſta ex accepta viſione prædictio: accipe: *Cum ſe poſt orationem ſomno aliquando dediſſet, ei apparuit viſio illa: erat autem hujuſmodi. Pugnabant inter ſe leo & draco: ſed draco quidem cum eſſet ingentis magnitudinis, cauda leonem verberabat & torquebat; leo vero dolebat quidem, & ad ſe defendendum excitabatur, & draconem obiens, ina-* VI.

De Leone cum Dracone pugnante viſio.

PAGIUS enim facinus Leoni inviſus fuit. Currenti autem anno Zenonem in Thraciam miſſum, confirmat Auctor Vitæ Sancti Danielis Stylites cap. 40. ubi ait: *Leo eum honore Conſulatus afficit. Deinde etiam eum mittit adverſus Barbaros, qui populabantur Thraciam. Ille autem ſimul cum iis, qui ejus Imperio parebant, Principibus ad velox auxilium, nempe B. aſcendit Danielem. Ille vero prophetice effatur, & prædixit illæſum reverſurum Zenonem, & aliquos quidem ei eſſe poſtea ſtructuros inſidias* (anno nempe CCCCLXXVI.) *eum autem inſidiis fore ſuperiorem.* Quare Zeno ante annum CCCCLXXVII. quo in Imperium reſtitutus, Deum habuit propitium, & Religionem Catholicam tuitus eſt.

III. Poſtea Theophanes anno CCCCLXIII. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti CCCCLXX. exorditur, ait: *Hoc anno Leo Imp. Heraclium Edeſſenum Flori Exconſulis filium, & Marſum Iſaurum Viros armis ſtrenuos, cum exercitibus ex Ægypto, Thebaide, & eremo collectis adverſus Giſericum miſit. Iſti ex improviſo Vandalos aggreſſi Tripolim & alias Lybiæ Civitates plurimas receperunt, & gravius multo, quam antehac navali prælio Baſiliſcus, Giſerici vires attriverunt: adeo ut de pace cum Imp. Leone facienda Legationem mittere pararet: eamque demum a Leone obtinuit, cum nimirum Baſiliſci, Heraclii & Marſi opera ad ſtruendas Aſpari inſidias indigeret. Aſpar ſiquidem, ut præmiſi, Imperatori propter eam, qua circumvallatus erat, poteſtatem, ſuſpectus Imperatoris dolo paulo poſt neci traditur cum filiis Ardaburio & Patricio, quorum hunc, ut Aſparem ſibi demereretur, Cæſarem olim declaraverat Imperator.* Eſt hoc ſecundum bellum Vandalicum ſatis feliciter geſtum, cujus unus Theo-

Genſericus Rex a Romanis victus cum illis pacem init.

niter depugnabat, & eum nihil lædebat; quouſque ipſe quidem defeſſus plagis, humi totus jacebat afflictus & imbecillus. Repræſentabat viſio tantum illum Leonis Imperatoris, cum anno ſuperiori dolo Aſparis florentiſſimus in Africam miſſus exercitus periit, & claſſis relicta eſt Genſerico comburenda. Sed ſubdit: *Inde cum ſe rurſum leo paululum recreaſſet, & veluti a quodam ſomno ſurrexiſſet, magno vehementique impetu in draconem inſiliit, eumque pronum in ventrem proſtravit. Hoc cum divinus vidiſſet Marcellus, & accuratiſſime conjeciſſet, prædixit haud ita poſt Aſparem & Ardaburium eſſe cum tote genere interimendum ab Imperatore.* Et inferius: *Haud ita multo poſt acceperunt finem ea quæ prædixit.* Nimirum ſequenti anno. Agemus itaque de his fuſius ſuo loco.

VII. Hoc item anno Leo Imperator ad conciliandam ſibi in ſummo rerum diſcrimine Divinitatem, menſe Decembris, de ſanctificandis feſtis diebus, prohibendiſque in eiſdem Circenſibus, ſceniciſque ſpectaculis, ejuſmodi promulgavit ſanctionem (*a*):

(*a*) *l. ul. C. de feriis.* De feſtis dieb. Leonis conſtitutio.

Dies feſtos Majeſtati altiſſimæ dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactionum vexationibus profanari. Dominicam itaque diem ita ſemper honorabilem decernimus venerandum, ut a cunctis executionibus excuſetur. Nulla quemquam urgeat admonitio, nulla fidejuſſionis flagitetur exactio, taceat apparitio, advocatio deliteſcat: ſit ille dies a cognitionibus alienus, præconis horrida vox ſileſcat, reſpirent a controverſiis litigantes, & habeant fœderis intervallum: ad ſeſe ſimul veniant adverſarii non timentes, ſubeat animos vicaria pœnitudo, pacta conferant, tranſactiones loquantur.

VIII. Spectacula vetita diebus feſtis. *Nec hujus tamen religioſi diei otia relaxantes, quemquam patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die ſibi vendicet ſcena theatralis, aut Circenſe certamen, aut ferarum lacrymoſa ſpectacula. Et ſi in noſtrum ortum aut natalem celebranda ſolemnitas inciderit, differatur. Amiſſionem militiæ, proſcriptionemque patrimonii ſuſtinebit, ſi quis unquam hoc die feſto ſpectaculis intereſſe, aut cujuſcumque judicis apparitor prætextu negotii publici, vel privati, hæc quæ hac lege ſtatuta ſunt, crediderit temeranda. Data Idibus Decembris, Conſtantinopoli, Zenone & Marciano Conſulibus.* Sic itaque dies feſtos ſequentis anni pia religione cuſtodiendos voluit, in quo magnum de extinguendis tyrannis & occultis Imperii perduellibus negotium tractaretur. Quod enim animo deſtinarat eam de proditoribus peragendam eſſe tragœdiam in ipſis Circenſibus, ea noluit celebrari die Dominico; ne licet juſta eſſet ultio, tamen diem ſacram ignominia videri poſſet labefactaſſe.

IX. Sed qui totus in ſacris erat Auguſtus, hoc pariter anno ipſius pietate dignam adverſus intrudentes ſe ſimoniaca pravitate in Epiſcopatum legem edidit, qua & docuit quales eſſe deberent in Epiſcopos ordinandi, ad Armatum (ita legendum, non Armaſium) Præfectum Prætorio iſta reſcribens (*b*):

(*b*) *l. 31. Cod. de Epiſc. & cler.*

Si quemquam vel in hac regia urbe, vel in exteris provinciis, quæ toto Orbe diffuſæ ſunt, ad Epiſcopatus gradum provehi, Deo auctore contigerit; ſincero omnium judicio proferatur. Nemo gradum ſacerdotii pretii venalitate mercetur: quantum quiſquis mereatur, non quantum dare ſufficiat, æſtimetur. Profecto enim quis locus tutus, & quæ cauſa eſſe poterit excuſata, ſi veneranda Dei templa pecuniis expugnentur? Quem murum integritatis, aut vallum fidei providebimus, ſi auri ſacra fames in penetralia veneranda proſerpat? Quid denique cautum eſſe poterit & ſecurum, ſi ſanctitas incorrupta corrumpatur? Ceſſet altaribus imminere profanus ardor avaritiæ, & a ſacris adytis repellatur piaculare flagitium. Itaque caſtus & humilis noſtris temporibus eligatur Epiſcopus; ut quocumque locorum pervenerit, omnia vita propria integritate purificet. Nec pretio, ſed precibus ordinetur Antiſtes. Tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat, ſola illi ſuffragetur neceſſitas excuſandi. Profecto enim indignus eſt ſacerdotio, niſi fuerit ordinatus invitus. Cum

PAGIUS

phanes meminit, iſtud a Baronio prætermiſſum, quia Theophanes ejus tempore lucem non viderat.

IV. *Non expectatis Imperatoris Quindecennalibus Patricius dicitur Cæſar.* Ex dictis liquet, *Patricium* anno ſuperiori Cæſarem nuncupatum fuiſſe; quæ deſignatio extra ordinem facta, quia ſcilicet Leo Imp. ejus proditionem anteverlere voluit. Perperam itaque ea *Patricii* nuncupatio in Chronico Victoris Tunnenſis, in annum CCCCLXX. dilata; facta enim ea ante ſecundum bellum Vandalicum. Metaphraſte in Vita S. Marcelli Acæmetorum Archimandritæ hanc in rem hæc habet: *Cum multa accidiſſent inter Ardaburium & Imperatorem, convertuntur ad communia ineunda, fœdera nempe ut Aſparis quidem filius frater autem Ardaburii, cum duxiſſet uxorem filiam Imperatoris, Cæſar crearetur. Hoc autem qui accepiſſet, eſt alius, (ut dixerit quiſpiam) Subimperator; eſt enim ei & aurata purpura, & alia inſignia Imperii, niſi quod Aurea corona non habet omnia ſigna Imperii. Is itaque accepta hac dignitate, cum vivente quidem Imperatore, erat omnia futurus communiter, eo autem mortuo, ipſe primus & ſolus accepturus Imperium, & tanquam debita ſibi Sceptra ſuſcepturus*, &c. a Baronio recitata. Ex quibus patet, *Cæſares* non ſolum jus ad ſucceſſionem Imperii habuiſſe; ſed etiam conſortes Imperii fuiſſe, quod ultimum, perperam

X. *Cum ſane ſi quis hunc ſanctam & venerandam Antiſtitis ſedem pecuniæ interventu ſubiiſſe, aut ſi quis ut alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepiſſe detegitur; ad inſtar publici criminis, & læſæ Majeſtatis accuſatione propoſita, a gradu ſacerdotii retrahatur: nec hoc ſolum deinceps honore privari, ſed perpetua quoque infamiæ damnari decernimus: Ut eos quos par facinus coinquinat & æquat, utroſque ſimilis pœna comitetur. Dat. octavo Idus Majus, Conſtantinopoli, Marciano & Zenone Conſulibus.* Ita plane Leo Auguſtus, probe ſciens ceſſura omnia proſpere Imperatoribus, quibus purus Chriſtianæ religionis cultus eſt cordi. Quantum vero iſtiuſmodi ſancte pieque ſancitis divinum conciliaverit ſibi numen, quæ ſequenti dicentur anno, docebunt.

Se-

PAGIUS ram ab aliquibus in dubium revocatum. Secundo, *Leontiam* Leonis Aug. filiam minorem natu *Patricio* deſponſatam fuiſſe; *Ariadne* enim ſoror ejus major nata jam diu *Zenoni* nupſerat. Baronius verſione Chriſtophorſoni deceptus dicit, Evagrium lib. 2. cap. 16. male ſcripſiſſe Cæſarem creatum *Ardaburium*, qui Patricius dignitate, non nomine proprio dicebatur. Verum id non aſſerit Evagrius, ſed ait tantum: *Filios quoque Aſparis ſuſtulerit* (ſc. Leo) *Ardaburium ac Patricium: quem quidem Leo paulo ante Cæſarem creaverat, ut Aſparis benevolentiam ſibi conciliaret.* Quare perperam Chriſtophorſonus vertit; *Quin etiam filios ejus Ardaburium, quem antea Cæſarem creaverat, & Patricium trucidavit;* licet hæc verba, *quem antea Cæſarem creaverat*, non poſt *Ardaburium*, ſed poſt *Patricium* collocari debeant in verſione; cum in Græco poſt nomen Ardaburii & Patricii habeatur; ὃν καίσαρα πεποίηκε πρότερον, &c. Dicit etiam Baronius, ejuſdem cum Evagrio ſententiæ Nicephorum eſſe, lib. 15. cap. 27 qui tamen, de Aſpare quidem, de Ardaburio, & de Patricio, ac de ejus cum Imperatoris filia conjugio loquitur; ſed nulla Cæſareæ dignitatis mentione facta.

V. *Idacius abſolvit Chronicon ſuum.* Idacius in Chronico anno Abrahami 2485. qui Kalend. Octobris ſuperioris Chriſti anni inchoatur, ſcribit; *Legati qui ad Imperatorem miſſi fuerant* (ab Eurico ſc. Viſigothorum Rege) *redeunt, nunciantes ſub præſentia ſua magnum valde exercitum cum tribus Ducibus lectis adverſus Vandalos a Leone Imperatore deſcendiſſe, directo Marcellino pariter cum manu magna tradita per Imperatorem Anthemium ſociata. Rechimerum generum Anthemii Imperatoris, & Patricium factum: Aſparem degradatum ad privatam vitam, filium ejus occiſum adverſum Romanum Imperium, ſicut deteſtique ſunt Vandalis conſulentes.* Et poſt hæc Chronicum ſuum abſolvit. Verum pleraque ex his aliter ac ſe habuerant, Idacio nunciata, idque anno CCCCLXXI. quo Aſparem cum filio occiſum fuiſſe oſtendimus, & forſan etiam, tardius ei ſignificata. Quare Idacius, qui hoc anno Chronico ſuo finem impoſuit, hæc eidem poſtea addit. Idem ab Abbate Biclarienſi, & a Beda præſtitum fuiſſe, & utrumque, poſt plures annos ab eorum publicatione, aliqua adjeciſſe, ſuis locis viſuri ſumus.

VI. Sigebertus in Chronico ad annum CCCCXC. ſcribit: *Idacius Lemica Hiſpaniarum Urbis Epiſcopus Chronica ſua a primo Theodoſii Conſulatu inchoata huc uſque perduxit;* ſed non dubito, quin Chronographus iſte, plerumque parum accuratus, quandam continuationem ad calcem Idacii ſubjectam pro hujus Chronico uſurparit, uti plures Continuatorem Chronici Marcellini, pro ipſomet Marcellino ſumpſere. Idacius aſſerit, ſe infantulum & pupillum vidiſſe *Theophilum* Epiſcopum Alexandrinum, & Sanctum *Hieronymum*, qui ideo uſque ad an. CCCCXC. non videtur vitam produxiſſe. Ejus Chronicon Sanctus Iſidorus Hiſpalenſis Epiſc. ferme de verbo ad verbum, omiſſis tamen annis ad marginem appoſitis, deſcripſit; qui cum in Idacio loco moti fuerint variis in annis, altera editio cum MSS. collata valde neceſſaria eſſet; verum hactenus nullum aliud viſum, quam quod aſſervatur in Bibliotheca PP. Jeſuitarum Pariſienſium. *Quod ultra hunc annum non protrahitur.*

VII. *Amplectitur hæreſim Arianam Remiſmundus Rex Suevorum.* Iſidorus in Hiſt. Suevorum, poſtquam narravit Remiſmundum Suevorum Regem Conimbriam diripuiſſe, & Uliſipponam occupaſſe, ait; *Hoc tempore Aiax natione Galata effectus apoſtata Arianus inter Suevos Regis auxilio hoſtis Catholicæ fidei, & Divinæ Trinitatis, emergit de Gallicana Gothorum regione, hoc peſtiferum virus afferens & totam gentem Suevorum letali tabe inficiens. Multis deinde Suevorum Regibus in Arianam hæreſim permanentibus, tandem Regiam poteſtatem Theodemirus ſuſcepit. Qui confeſtim Arianæ impietatis errore deſtructo, Suevos Catholicæ fidei reddidit, innitente Martino Monaſterii Dumienſis Epiſcopo fide & ſcientia claro.* Suevi uſque ad annum circiter DLX. in Ariana hæreſi permanſerunt, eamque ob cauſam *Remiſmundi* ſucceſſores ab Hiſtoricis Hiſpanicis non memorati. In diviſione tamen Diœceſeon & Civitatum Hiſpanicarum Wambæ Viſigothorum Regis tempore peracta, unius e ſucceſſoribus Remiſmundi mentio fit his verbis; *Legio, quam ditaverunt Hermericus, Rechila, Reciarius, Maldra, Frumarius, Remiſmundus, Theodemundus Suevorum Reges, & Theodemirus.* Denique in Vita S. Vincentii Abbatis Legionis in Hiſpania & Martyris, quæ extat apud Bollandum ad diem XI. menſis Martii memorantur duo ultimi Suevorum Reges Ariani, qui Catholicos acerbiſſime vexarunt, nempe, *Hermenericus*, & filius ejus *Ricilianus*, qui ſæculo ſequenti Sanctum *Vincentium*, ut ſuo loco oſtendimus, & aliquot ejus Monachos, qui fidem Catholicam profitebantur, morti tradidere. Cumque ſæculo ſequenti ante annum DLX. *Theodemirus* Suevorum Rex fidem Catholicam in illud Regnum reſtituerit, omnium Suevorum Regum nomina e tenebris nunc videntur eruta.

JESU CHRISTI ANNUS	SIMPLICII PAP. ANNUS	LEONIS 14. ANTHEMII 4. IMPP.
470.	3.	

I. De Conſulatu Severi, ſive Severiani.

SEptuageſimus ſupra quadringenteſimum qui volvitur annus, Conſulatu Severi atque Jordani receptus publicis indicibus reperitur: ſed pro Severo, reperimus alicubi ſcriptum Severianum. Conſtat quidem is temporibus claruiſſe in adminiſtratione Reipublicæ Severianum virum ampliſſimum, magnæ potentiæ hominem, cujus gratiam Zeno, qui in Imperium Leoni ſucceſſit, demerere curaverit: eumdemque hoſtem implacabilem fuiſſe Aſpari & Ardaburio, Suidas de eo pluribus agens, affirmat (*a*), pariter docens ſe his vixiſſe temporibus, dum ait, auditorem fuiſſe Severiani Iſocraticas orationes explicantis, magiſtrumque illum pariter extitiſſe Juliani, ejuſdem Suidæ fratris majoris natu. Hoc igitur adverſario Aſparis & Ardaburii Conſule, adverſus eos Leo Imp. inſurgens, ſtatum Imperii corroboravit. Si vero magis placet legere Severum quam Severianum; & Severum ſcias vixiſſe virum clariſſimum Conſtantinopoli, cujus idem Suidas meminit [illegible]. Quod ad tempus, quo Suidas vixerit ſpectat: & ſi ex his optime pateat, his eum vixiſſe temporibus; tamen cum alibi idem ipſe inſinuet, ſe vixiſſe ſub Philippo Imperatore, qui imperavit anno Domini ſeptingenteſimo duodecimo: inſuper & eum in verbo, Adam, chronologiam mundi extendat uſque ad annum nongenteſimum ſeptuageſimum ſextum, quo obiit Joannes Tzimiſis Imperator; ut affirmemus nos inducit, volumen ipſum utique a Suida conſcriptum, aliorum diverſorum auctorum eſſe locupletatum additamentis, ut in- Suidæ volumen non unius auctoris.

(*a*) *Suid. in Sever.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5963.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DVIII. A. C. 470.

☉ 5. D. ☽ 15. P. 5. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 470.

SIMPLICII PAPÆ 3.

LEONIS IMP. 14.

ANTHEMII IMP. 4.

I. *Quindecennalia Leonis Imp.*

[1] COSS. *Severus & Jordanus*, qui in aliquibus Faſtis *Jordanes* appellatur. Prior Occidentalis, ut liquet ex Damaſcio in Vita Iſidori Philoſophi apud Photium in Biblioth. Cod. 242. ubi inter alia habet: *Severi equus (qui Romanus erat; ſpem faciente Anthemio Romam everſam iterum per ipſum erigendam, huc ſpe eum prius diſceſſiſſet, Conſulatum adeptus) hujus igitur equus*, &c. Non multo poſt ſubjungit Photius, *Dixit* (ſc. Damaſcius) *Anthemium Rom. Imperatorem Gentilem, & cum Severo, qui idola adoraret ſenſiſſe, quem ipſe Conſulem deſignat, & inter ſe occulta conſilia agitaſſe de execrabili idolorum cultu redintegrando*. Verum conſilium de reſtituenda idololatria, non niſi per calumniam *Anthemio* adſcribi poteſt, ut liquet ex Annal. Eccleſ. Unde Photius Cod. CLXXXI. de Damaſcio ſcribit: *Summe is impius fuit, & novis atque anilibus fabellis animum ſimul ac ſermonem refertum gerit. Quare & ſanctam fidem noſtram, tametſi timide tectaque malevolentia non tamen raro, allatrat*. Quare Baronius, qui, hæret, an Severus, vel Severianus, de quo Suidas in Severiano, Conſul hoc anno proceſſerit, hæc Photii verba non legerat. In Excerptis Malchi Rhetoris pag. 87. dicitur, *Severum* Legatum miſſum fuiſſe a Zenone Imp. ad *Theodericum* Triarii filium Gothorum Regem, & ab eodem Zenone Patricium creatum. Sed iſte Severus Orientalis fuit, &, ut liquet, diverſus eſt a Severo Conſule renunciato ab Anthemio Imp. De *Jordano* nihil me legiſſe memini. *Quindecennalia* Leonis hoc anno peracta eſſe, oſtendit Conſulatus ejus IV. in annum ſequentem dilatus, quod ab aliis Imperatoribus etiam aliquando factum. Neque dici poteſt; cum etiam *Quin-*

NOTÆ [1] C*Oſſ. Severus & Jordanus*

Vetus lapis Vaſione in Comitatu Avenionenſi ab Edmundo Martenio exſcripto, editoque in ejus Itinere litterario P. I. pag. 292.

M O R I T V R B O N A E M E M O R I A E
M A T E R M E A S T E P H A N I A
X V I I I. C A L. N O V E M B R I S D I E L U N A E
L V N A X V I I. V I X I T. A N N I S X S V I I I.
S E V E R O E I O R D A N E C O N S
V T P R O V O T O S V O F E C I T

Male exſcriptum eſt XVIII. CAL. NOVEM. Nam menſe Octobri dies Kalendarum enumerari incipiunt a XVII. Kal. Legendum ergo XIII. *Kal.* quum enim A. D. 470. littera Dominicalis eſſet D. & *Stephania* obiiſſe dicatur die *Lunæ*, Dominica dies in diem XVIII. *Octobris* incidit, & ſequens XIX. in diem *Lunæ*, qui eſt XIIII. *Kal. Novemb.* Victor: *Johanne & Severo*. Marcellinus: *Jordane & Severo*.

Epitome temporum & Indiculus Paſchalis: *Severo V. C. conſule*, omiſſo *Jordane* conſule Orientali. GEORGIUS

in aliis Lexicis novimus contigiſſe. ☞

II. (a) Marcellin. in Chron. De nece Aſparis & filiorum. *Hoc autem anno* (inquit Marcellinus *a*) *Aſpar primus Patriciorum cum Ardabure & Patriciolo filiis, illo quidem olim Patricio, hoc autem Cæſare, generoque Leonis appellato, Arianus cum Ariana prole, ſpadonum enſibus in Palatio vulneratus interiit.* Hæc ipſe, pro inſtituti ratione, ſummatim, quo tempore quid factum ſit docens: ſed Caſſiodorus ponit ſub anno ſequenti. Rem geſtam pluribus proſecutum fuiſſe Priſcum Rhetorem hujus temporis ſcriptorem, Evagrius tradit (*b*); ex quo vix iſta ipſe

(b) Evagr. l. 2. c. 15. prodidit: *Non ſolum hæres, quæ ad inſtitutionem Anthemii Imperatoris, & ad claſſem adverſus Gensericum miſſam pertinent, a Priſco Rhetore accuratiſſime conſcripta ſunt; verum etiam quomodo Leo Aſparem, qui Imperium ei tradiderat, per dolum, quaſi mercedem honoris, ad quem ipſum extulerat, ei redditurus, e medio ſuſtulit; quinetiam filios ejus Ardaburium, quem antea Cæſarem creaverat, & Patricium, quo Aſparis patris eorum inſolentiam & inſcitiam ludificaret, iisdem trucidavit.* Hæc ex Priſco Evagrius jejune admodum factum dumtaxat tradens, non quo modo res peracta ſit, indicans. Sed Nice-

(c) Niceph. l. 15. c. 17. phorus paulo fuſius narrat verbis iſtis (*c*).

III. Populus exclamat in Arianos. *Ubi Conſtantinopolitani cognoverunt*, Aſparem ſcilicet cum filiis adverſus Imperium machinari, *contra eos concitati ſunt, & in Hippodromo conviciis eos acerbe proſciderunt.* Inſenſiſſime quidem tulerunt Cæſarem eſſe creatum hominem Arianum, mox poſt obitum ſenis plene in Imperium ſucceſſurum. Recordati enim, quæ ſub Arianis Imperatoribus Conſtantio atque Valente Conſtantinopolitani majores ipſorum paſſi eſſent: ſub eodem rurſus jugo ſubiici impatientes, eo modo in novum Cæſarem & patrem ejus alioſque Arianos vociferati ſunt in Circo, adeoque tumultuarie, ut populus ibi degens timendus illis admodum eſſet, ne rapido impetu, rabidoque furore in eos inſiliret, atque diſcerperet. Vides hominum inſipientiam in propriam ſalutem diutiſſime laborantium: per annos enim tredicim nihil diligentius curavit cum filio Aſpar, qui auctor Leoni hac pollicitatione fuerat, ut crearetur imperator, ut filius ejus ab eo Cæſar nuncuparetur: ignorans imprudens ex hoc ſibi ſuiſque parituram fore ruinam. Etenim cum eos populus diutiſſime toleraſſet, cum tamen Arianum ſuper ſe regnaturum accepit, adeo moleſto tulit animo, ut occaſione Circenſium expectata, eos omnes tamquam expetitam diutius prædam primo clamoribus oppetiverint, mox vi publica in eoſdem, cum licuiſſet, acturi. *Illi vero* (ſubdit Nicephorus) *plebem metuentes, Chalcedonem trajecerunt, exercitu omni eos inſequente; & in templum Euphemiæ martyris confugerunt.* — Confugit Aſpar cum ſuis ad Eccleſiam.

IV. Confugit Aſpar cum ſuis ad Eccleſiam. Hic ſiſte gradum, lector, & in memoriam revoca quæ ante quatuor annos contigiſſe diximus cum confugientem hominem ad eccleſiam Acœmetarum, cui præerat S. Marcelius, Ardaburius ad eum inde extrahendum obſtinata voluntate perſiſtens milites miſit, qui tamen exterriti numine deſtiterunt. Qui igitur aſylum ſacrum per milites præceperat violandum, ad ipſum una cum ſuis modo confugere cogitur, & in eo expectare ſalutem. Quod ipſum & aliis inconceſſa Eccleſiaſtica jura ſæculari potentia invadentibus ſæpius contigiſſe, quæ ſuperius diverſis temporibus dicta ſunt, exploratiſſimum reddunt; patefactumque aſtare Deum vindicem Eccleſiaſticæ immunitatis in eos qui illam violare conantur. Experiuntur quotidie Principes a Deo verbera ob violata jura Eccleſiaſtica, ſed nolunt vel diſſimulant intelligere eadem ejuſmodi ex cauſa inflicta eſſe: unde accidit ut gravioribus ſemper urgeantur anguſtiis, atque premantur ærumnis. Sed inchoatam ſemel miſerorum tragœdiam proſequamur. Pergit enim ita Nicephorus, poſtquam eorum in eccleſiam confugium enarravit:

PAGIUS. *Quindecennalia in* annum ſequentem diſtuliſſe; cum ut infra viſuri ſumus, anno CCCCLXXIII. Vicennalia dederit; & hujuſmodi ſolemnia duobus annis nunquam fuiſſe anticipata legantur.

II. *Aſpar cum filiis occiſus.* Ad num. II. & ſeqq. Anno tantum ſequenti *Leo Imp.* morte affecit *Aſparem* cum filiis, *Ardaburio* & *Patricio* Cæſare, ut habent Marcellinus, & Caſſiodorus in Chronicis, ad Conſulatum *Leonis* Aug. IV. & *Probiani*. Baronius quidem Marcellinum pro ſua ſententia citat, ſed ut ſæpe monui, uſus eſt Cardinalis doctiſſimus Codice Marcellini depravato. Caſſiodoro & Marcellino Victor Tununenſis, Theophanes, & Marianus Scotus ſuffragantur. Candidus, ut refert Photius Cod. 79. narrat, *quomodo exinde uſperius in dies creſcente mutua ſuſpicione, Leo Imperator Aſparem ſuſtulit, ejuſque liberos Ardaburium & Patricium Cæſarem, etſi Cæſar excepta plaga, inopinato ſalvus evaſit, vixitque; & alius item de Aſparis filiis Armenericus, quod abeſſet tum forte a patre, eadem perinde effugit.* Verum alii Auctores Patricium etiam occiſum referunt. De Hermenerico hæc habet Theophanes ad annum Incarnat. ſecundum Alex. CCCCLXIV. qui Kalend. Septemb. ſequentis Chriſti anni inchoatur: *Armenarchus vero Aſpari junior filius furtive ſubtractus Zenonis conſilio fugam arripit in Iſauriam miſſus, & a ſpurio Zenonis filio gener aſſumitur: qui tandem poſt Leonis obitum Byzantium egreſſus, reliquum vitæ feliciter peregit.* Damaſcius loco citato prodit, *Hermenericum* coniurationem patris ac fratris detexiſſe Zenoni. De *Hermenerici* Conſulatu egimus anno CDLXV.

III. Baronius hæc verba Nicephori lib. 15. cap. 7. in medium adducit: *filium autem ejus* (nempe Aſparis) *Patricium illum a filia ſua Ariadna per repudium ſejunctum in exilium miſit; & Aria-*

V. *Zeno interficit Aſparem & filios.* *Imperator, Patriarcha ad eos miſſo ſe fidem eis ſervaturam eſſe, ſi ex eccleſia diſcederent, pollicitus eſt: ipſi vero ſe loco exceſſuros, niſi Imperator ipſi adeſſet, negarunt. Proinde Leo eo conceſſit, & viros illos præter rationem ad ſe pertraxit, & ad menſam ſuam adhibuit, & alia præterea multa, injuriarum oblivionem illis pollicitus fuit. Alia autem ex parte, Zenoni Iſauro, qui ei fidus magnopere videbatur, ut is illis per balineas ad Imperialem Regiam venientibus, ſubito impetu capita reſecaret, præcepit. Aderant illi, & Zeno Ardaburio primum caput amputavit.*

VI. *Quod ubi Aſpar vidit, indoluit; & magna voce exclamans: Dignum (inquit) fert exitium ſenex canus, qui fruſtra gloriatus eſt, neque unquam admonitioni meæ audiens fuit: Perſæpe enim ei dixi: Prius leonem devoremus, quam ille nos ſibi in prandio apponat. Hæc ubi dixit, & ipſe ferro cæſus, vitam amiſit. Filium autem ejus Patricium illum a filia Ariadna per repudium ſejunctum, in exilium miſit; & Ariadnam Zenoni, utpote qui inſidiatores ſuſtuliſſet, conjugem dedit.* Hæc Nicephorus: verum alii filios omnes Aſparis occiſos tradunt. Quod autem ad Zenonis nuptias pertinet: cum ſint complures qui ad ſuperiora tempora Leonis Imp. referant conjugium ipſum Zenonis cum Ariadna, iidem errare videntur. Quomodo enim potuit Zenoni antea fuiſſe nupta, quæ anno ſuperiori filio Aſparis eſt deſponſata? Hæc quidem hoc anno facta eſſe, omni fide exploratum ſatis ſuperius redditum eſt. Porro ex cæde Aſparis & filiorum Leo Auguſtus conſecutus eſt nomen ut Macelis, nempe Interfector, fuerit cognominatus. Sic itaque viſio impleta eſt ſancti Marcelli, qua vincendum tandem a Leone draconem fuerat ipſi divinitus antea demonſtratum.

Qui

PAGIUS *Patricius Cæſar ſponſus fuit Leontiæ.* *riadnam Zenoni; utpote qui inſidiatores ſuſtuliſſet, conjugem dedit;* & Nicephorum ſecutus ait, Zenonem Ariadnam uxorem duxiſſe, eamque antea Patricio Aſparis filio deſponſatam. Verum non *Ariadna* Leonis major natu filia, ſed *Leontia* Patricio pacta fuerat, ut anno ſequenti monſtrabo. Errat etiam Nicephorus in eo quod ſcribit, *Patricium* in exilium miſſum; nam Theophanes, aliique, uno Candido excepto, duos Aſparis filios trucidatus tradunt, & Damaſcius in Iſidori Philoſophi Vita apud Photium in Biblioth. Codice 242. ait; *Leo Rex Ducem Gothorum Aſparem & filios fraudulenter necavit.* Damaſcius autem Juſtiniani Imp. temporibus floruit, ut docet Suidas in voce *Δαμάσκιος*, qui hæc ideo ſcire potuit.

JESU CHRISTI ANNUS 471.	SIMPLICII PAP. ANNUS 4.	LEONIS 15. ANTHEMII 5. IMPP.

I. Gennadii Epiſc. Conſtantinop. obitus.

QUi ſequitur Chriſti annus quadringenteſimus ſeptuageſimus primus, Conſulatu quarto Leonis Auguſti cum Probiano collega notatus habetur: quo Gennadius Conſtantinopolitanus Epiſcopus cum ſediſſet annos tredecim (ut habet Nicephori Chronicon) ex hac vita deceſſit ſui deſiderium bonis omnibus relinquens. Sed quid haud pridem ante ejus obitum prodigioſum viſum fuerit, audi: *Cum noctu ad altare ſacrificii orans aſtaret, dum preces ad Deum funderet: ſpectrum quoddam dæmoniacum ei apparuit; quod ille, protinus ſigno Crucis, veluti immiſſo telo fugavit: cumque recederet, hæc eſt humana voce locutum: Abeo, & te vivente quieſcam, reverſurus poſt obitum tuum, & modis omnibus, everſurus Eccleſiam.* Habent hæc Theodorus Lector, (*a*) Nicephorus (*b*), & alii: & quidem in hoc minime mentitum mendacem ſpiritum, eventus oſtendit.

(*a*) *Theod. Lect. Col. l. 8. l. 1.* (*b*. *Niceph. l. 15. c. 23.*

II. Evenit namque poſtea, ut fuerat dæmon peſſimus comminatus: ſubrogato enim in locum Gennadii Acacio ex Præfecto (ut ait Evagrius) orphanorum collegio quales turbines exagitarint Eccleſiam, quæ annis ſingulis inferius deſcribentur, facile demonſtrabunt. Adnumeratur Gennadius inter Scriptores Eccleſiaſticos a Gennadio Maſſilienſi, cum de eo agit his verbis (*c*): *Gennadius Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, vir lingua nitidus & ingenio acer, tam dives in lectione antiquorum fuit ut Danielem Prophetam ex integro ad verbum commentatus exponeret: homilias etiam multas compoſuit. Moritur ſub Leone Seniore.* Hæc ipſe, cui conſentit Marcellinus Comes in Chronico. Inter ſanctos relatum ipſum habent Græci in Menologio die vigeſimaquinta menſis Auguſti honorifico cultu annuatim ejus memoriam merito proſequentes.

Acacius Epiſc. Conſtantinop. creatur.

(*c*) *Gennad. de Scrip. Eccl. c. 75.*

III. Reperiuntur Leonis Imperatoris conſtitutiones diverſis temporibus ſub Gennadio datæ de rebus ad cultum religionis ſpectantibus, quarum auctor illi idem creditur fuiſſe Gennadius. Ad arbitrium enim Epiſcoporum ejuſmodi ſanctiones edere

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5964.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DIX. A. C. 471.

☉ 4. C. ☽ 16. P. 28. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 471.

SIMPLICII PAPÆ 4.

LEONIS IMP. 15.

ANTHEMII IMP. 5.

I. Conſules. [1] COSS. *Leo* Aug. IV. & *Probianus*. Sumptus hic a Leone Conſulatus ob ejus *Quindecennalia* anno ſuperiori, ut ibi dixi, edita, Conſulatu in præſentem dilato. *Probianus* in Occidente creatus; erat enim e familia Anicia quam exhibet Reineſius in Syntagm. Inſcr. pag. 67.

II. Ad num. I. & ſeq. *Gennadius* Patriarcha Conſtantinopolit. qui anno CDLVIII. *Anatolio* ſucceſſerat, hoc anno ex hac vita migravit, ut recte Baronius habet. Nicephorus enim in Chronico ei annos tredecim, & menſes duos attribuit, Zonaras numero rotundo, annos XIII. & in Tabulis Theophanis, ubi ei etiam aſſignantur anni XIII. *Acacii* ejus ſucceſſoris exordium cum anno Incarnat. ſecundum Alexand. CDLXIV. copulatur. Idem Nicephorus de Acacio ejus ſucceſſore ſcribit: *Acacius Presbyter & Orphanorum Curator hæreticus*, qui multas tragœdias in Eccleſia Orientali excitavit, de quibus ſequentibus annis diligenter nobis agendum eſt. Valeſius quidem in duobus libris Obſervationum Eccleſiaſt. ad Evagrium, *Acacii* Conſtantinopolitani Epiſcopi & *Petri Fullonis* Epiſcopi Antiocheni hiſtoriam poſt Baronium retractavit; ſed multa notitiam ejus ſubterfugere, eaque magni momenti, quæ ex tenebris eruere conati ſumus, ut hanc partem Hiſt. Eccleſ. hucuſque valde depravatam, ſuo nitori reſtitueremus.

Moritur S. Gennadius Epiſcopus Conſtantinop.

III. A num. III. ad XIV. Exiſtimavit Baronius cœpiſſe hoc anno *Petrum Fullonem* turbare Eccle-

NOTÆ [1] COſſ. *Leo Aug.* IV. & *Probianus*. Charta donationis in papyro, facta Eccleſiæ Cornutianæ, nunc recuſa inter Donianas Inſcriptiones Cl. XIX. *n.* XV. pag. 504. Data eſt; *Sub XV. Kal. Majarum Domno Leone PP. Auguſto quart. & Probiano* V. C. *conſulibus*. Inſcriptiones baſilicæ S. Pauli pag. IV. n. 71.

D E P O S I T U S . . . . . .
P R O B I A N I V. C. C O N S.

Alia Inſcriptio ibidem eruta poſt A. D. 1725. Integram exhibemus.

H I C R E Q U I E S C I T I N P A C E A N T H E M I U S
C U B I C U L. Q U I V I X I T A N N O S. L X. D E P O
S I T U S I I I I. N O N A S. O C T O B R. C O N S. P R O B I A N I

Epitome temporum, & Indiculus Paſchalis: *Leone Aug.* IIII. & *Probiano* Victor: *Leone Aug.* V. & *Probino*. Marcellinus: *Leone Aug.* IV. & *Probiano*. GEORGIUS

conſueviſſe ipſum Leonem Imperatorem quæ poſt hæc ſuggerente Acacio novo Epiſcopo promulgavit, facile demonſtrabunt. Sed accipe quæ hoc ipſo anno ante obitum Gennadii de monachis idem Auguſtus ſaluberrime hac lege ſancivit (a):

(a) l. 29. Cod. de Epiſc. & cler.

IV. De Monachorum clauſura perutilis ſanctio.

Qui in monaſteriis agunt, ne poteſtatem habeant a monaſteriis exeundi; neve in Antiochia, neve in aliis civitatibus verſandi: iis ſolis exceptis, quos Apocriſarios, ideſt Procuratores vocant, quibus poteſtatem permittimus (ſi volent) per ſolas procurationes, eaſque neceſſarias, exeundi. Porro hi qui exeunt, caveant, ne de religione aut dogmate diſceptent, aut conciliabulis quibuſdam præſint: aut turba excitata, ſimplices & manſuetos animos populi avertant: Scientes, quia qui a noſtra pietate inſtituta ſunt contemnentes, legum ſeveritati ſubjicientur. Dat. Kalendis Junii, Conſtantinopoli, Leone & Probiano Conſulibus.

V. Cum autem hujuſmodi Imperatoris reſcriptum ad Zenonem, & de Antiochena potiſſimum civitate hoc ipſo anno datum habeatur; plane demonſtrat tempora quibus ibi agente Zenone, contigit Eccleſiam illam per Petrum Fullonem monachum erronem graviſſime perturbari. Errare quidem noſcuntur (b) qui ad priora Leonis tempora ejuſmodi Præfecturam Zenonis, & Petri Fullonis originem ponunt: nam præter legis hujus auctoritatem, ex ſua etiam ipſorum aſſertione convincuntur. Cum enim id factum dicant poſtquam Zenoni Ariadna filia Leonis juncta in matrimonium fuit; certe quidem non ante ſuperiorem annum id contingere potuiſſe, cum illa ante deſponſata eſſet filio Aſparis, ſatis dilucide eſt patefactum. Sic igitur cum poſt nuptias cum Ariadna omnes affirment Zenonem creatum eſſe Comitem Orientis, tuncque cum illo Antiochiam perrexiſſe Petrum Fullonem, & tumultus illos excitaſſe; ad eos comprimendos, ejuſmodi ſanctionem adverſus vagos monachos, qualis erant Petrus Fullo Antiochenam Eccleſiam perturbans, reſcripſiſſe idem voluit Imperator. Sed age rem geſtam enarremus ex priſcis auctoribus.

(b) Cedr. in compend. ann. 7. Leonis.

Tempus Præfecturæ Zenonis & Petri Fullonis.

VI. Ait in primis Theodorus Lector (c): *Cum Martyrius Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus eſſet; Zeno Prætor gener Leonis Imperatoris, filiam ejus Ariadnam uxorem habens, Antiochiam venit. Ad hunc Zenonem Imperatoris generum ſecutus eſt Antiochiam uſque Petrus cognomento Cnapheus,* idemque Fullo nuncupatus, *templi Baſſæ martyris, quod Chalcedone eſt, presbyter.* Monachum quidem hunc fuiſſe, & ob hæreſim expulſum e monaſterio, narrat Alexander his verbis (d): *In religioſo Acæmetarum monaſterio extitit monachus quidam, qui ut Judas inter Apoſtolos, diaboli mores imitabatur: qui fullonis artem exercebat: ſanctam vero & venerandam Synodum in urbe Chalcedone celebratam averſabatur, & dogmatis Eutychiani erat propugnator. Hujuſmodi hominem & corruptorem, & peſtilentem, atque Apoſtolicorum dogmatum hoſtem acerrimum, ejus loci homines e monaſterio expulerant.*

(c) Theod. Lect. Collect. l. 1.

(d) Alex. ser. de S. Barnab. apud Sur. t. 3.

VII. *Qui cum expulſus fuiſſet, Conſtantinopolim profectus eſt, & aſſentatorum vitam imitatus, modo hanc, modo illam domum obibat, ventri & gulæ inſerviens. Cumque execrabilis ſuæ hæreſis participes quoſdam honore præditos inveniſſet, illis adhærere ſæpit, per quos etiam in ejus notitiam venit qui erat gener Imperatoris*

Pa-

PAGIUS

Petrus Fullo turbat Eccleſiam Antiochenam.

cleſiam Antiochenam, cujus opinionem Valeſius lib. primo Obſervat. Eccleſiaſt. cap. 1. corroborare conatus eſt. Verum initium tumultuum a *Petro Fullone* excitatorum repetendum eſſe ab anno Chriſti CDLXIII. aut inſequenti, apud me certum. Theophanes enim ad annum Incarnat. ſecundum Alex. CDLVI. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti CDLXIII. auſpicatur, ſcribit: *Hoc anno Leo Imp. Zenonem generum Ducem Orientis inſtituit, & Baſiliſcum Verinæ Auguſtæ fratrem Thraciæ pariter Ducem. Zeno vero Antiochiam profectus ſacrum Martyrium in ea comperit Epiſcopum. Petrus autem Fullo, etiam in templo Baſſæ Martyris Chalcedonenſi Presbyterio fungens Zenonem ſequebatur. Is implorata Zenonis opera nonnullos ex Apollinarii aſſeclis mercede conductos ſibi conjungit: & innumeros tumultus contra fidem & Martyrium excitat: anathemate etiam ferit, qui non aſſererent Deum Cruci ſuffixum, populoque demum in duas partes Antiochia diſciſſo; addit ter Sancto hymno: Qui crucifixus eſt pro nobis qua (unde) ab eo tempore, in hodiernum uſque diem a Theopaſchitis uſurpari conſueverunt. Martyrius porro ad Imp. Leonem profectus, Gennadii Conſtantinopolit. Præſulis commendationibus multo cum honore ſuſceptus. Antiochiam deinde reverſus, cum populi factiones varias, eaſdemque tumultibus comperiſſet agitatas, & Zenonis favore fortiores, in Eccleſia conventu ceſſit Epiſcopatu, verbis uſus hujuſmodi: Clero inobedienti, populo contumaci, & Eccleſia ſordibus infecta nuncium remitto: ſaluaque Sacerdotii dignitate mihi reſervata Epiſcopale munus depono. Eo ſecedente, Petrus Fullo in Antiochia Thronum inſiliens confeſtim Joannem quendam degradatione damnatum ordinat Apameæ Epiſcopum. Nuncio de hoc accepto Gennadius cuncta refert ad Imperatorem, qui Petrum Fullonem exilio plectendum pronunciat. Quod cum Petrus audiſſet, ipſe fuga propriam exilium evitat: moxque communibus ſuffragiis Julianus quidam Antiochiæ Epiſcopus inſtitutus eſt.* Idem habet Cedrenus ad annum VII. Leonis Imp. & Theodorus Lector lib. 1. cujus verba recitat Baronius num. VI. antequam de incendio Urbis Conſtantinopol. quod anno CDLXV. accidit, loquatur.

IV. Ab anno CCCCLXII.

Theophanes, quæ variis annis contigere uno tenore, ut ſolet, ibidem recitat, ut mox oſtendam, recteque horum motuum initium ab anno Chriſti CDLXIII. aut ſequenti deſumit. In Suggeſtione enim ſecunda *Germani & Joannis*

Epi-

Patricius Excubitorum Comes (ſic enim appellabatur qui excubiis præſidebat.) Sic Petrus ille cum religionis ſpeciem induiſſet, erat quidem aſſiduus cum Zenone Imperatoris genero; non audebat autem propriam impietatem aperire. Cum autem Zeno ad Orientis partes proficiſceretur, ſecutus eſt eum Fullo uſque Antiochiam. Ubi cum inveniſſet multos ſectatores Apollinaris, una cum illis contra Patriarcham temeritatem exercuit, adverſus eum ſeditioſiſſimum quemque hominem concitans, & Chalcedonenſem Synodum conviticians, & Patriarcham illum Neſtorianum appellans.

VIII. Quæ Fullo molitus contra Epiſcopum Antiochenum. *Cum igitur Antiochena civitas multa ſeditione & tumultu perturbaretur: Petrus ille Comitem Zenonem dolo aggreſſus: Niſi (inquit) civitatis hujus Epiſcopus commutetur, fieri non poteſt ut populus quiete vivat. Quin etiam multam auri vim ei propoſuit, ſi ab eo impetraret quod petebat. Patefecit ei conſilium, quod ante occultavit. Tunc infames quoſque & improbos homines qui eadem quæ ipſe ſentiebant perſuaſionibus ſecum duxit, & graviſſima quæque ſcelera contra Patriarcham falſo conficta ad Imperatorem detulit, Sed ejus malitia nihil profecit, cum Imperator Apoſtolicorum dogmatum eſſet propugnator.* Hæc Alexander de rebus geſtis Petri Fullonis uſque ad obitum Leonis Imperatoris.

IX. Vides, lector, & cauſam puto rimaris, cur ſub Orthodoxo atque æquiſſimo Imperatore poſt tot tantaque remedia adverſus hæreticos frequenter adhibita, poſt nimirum Chalcedonenſe Concilium, & litteras ſæpe iteratas ſancti Leonis Papæ, poſtque omnium Orthodoxorum, provinciarum omnium Orientalium, ſanctorumque virorum additas his epiſtolas, poſt denique Catholicorum Imperatorum edicta; adhuc tamen magis magiſque hæreſis invaleſceret: nimirum quod ipſa potentiſſimos magiſtratus haberet patronos, qui graviori damno Catholicæ veritatis, ſub Catholico nomine clanculo deliteſcerent.

Quod vero ad palæſtram hæreticorum exercendam periculoſum videretur Conſtantinopolitanæ civitatis eſſe theatrum, ſpectante Catholico Principe; ab eorum Xyſtarcho Antiochia delecta eſt ad expediendas impiorum vires: ſeſque ex ſententia accidit, ut favore Zenonis Orthodoxus Epiſcopus calumniis lancinatus & graviter oppreſſus fuerit. Accomodatam namque ad id quod acturus erat, nactus eſt Fullo occaſionem, dum prætextu expugnandi quos illic repererat Apollinariſtas atque Neſtorianos, in Catholicam fidem ejuſque defenſores jacula intorquebat eo validius, quo illi vires ſuppeditabantur ab ipſo Comite Orientis Zenone: qui & tuendæ Catholicæ fidei adverſus impios prætextum, tanquam larvam quamdam pietatis, ſuperinduxerat, ut ita Imperatoris eludere poſſet aſpectum. X. Zeno favet Petro Fulloni.

Addit autem ad ea quæ dicta ſunt de Martyrio Epiſcopo Antiocheno Theodorus Lector (*a*): perductum fuiſſe ad Leonem Im- XI. *(a) Theod. Lector Collect. lib. 2.*

PAGIUS Epiſcoporum, *Felicis & Dioſcori* Diaconorum, & *Blandi* Presbyteri, anno DXIX. ab Hormiſda Papa ad Juſtinum Imp. miſſorum, ut Eccleſiis Orientalibus pacem conciliarent. Literis *III. Kalend. Julias Conſtantinopoli datis*, Legati iſti Hormiſdam rogant, ut Monachos Scythas novitates inducentes repellat, ajuntque *ſufficere debet Eccleſia, quod per ſexaginta annos ab Eutychete uſque modo ſuſtinuit.* Quæ Epiſtola, licet Conſulem non habeat, anno DXIX. ſcripta ut ſuo loco videbitur. Ibi vero, Legati de aliis tumultibus loqui non poſſunt, quam de iis, qui a *Petro Fullone* excitati fuerant, quorum reliquias abolere ſtudebant. Iſta enim propoſitio. *Unus de Trinitate crucifixus eſt*, quam Monachi illi defendebant, videbatur Legatis ſenſu convenire cum his, quæ Petrus Fullo Triſagio addidit; *Qui crucifixus eſt pro nobis*, qua de re ſuo loco. Si itaque ab anno DXIX. per annos ſexaginta retrocedas, pervenies ad annum CDLX. Legati numero rotundo, ut ſæpe fit, loquuntur, & longe ante præſentem annum Fullonem Eccleſiam Antiochenam turbare cœpiſſe, certo nos edocent.

V. *Refellitur communis opinio.* Baronius ut hos tumultus in hunc annum differret, duabus rationibus motus eſt. Ait enim primo *Zenonem* creatum eſſe Ducem Orientis poſtquam nupſit cum *Ariadna*, & illud matrimonium contingere non potuiſſe ante præſentem annum, quia *Ariadna* deſponſata erat Patricio Cæſari juſſu Leonis Imp. interfecto. Verum vulgaris ille error facile evaneſcet, ſi duæ Leonis & Verinæ filiæ diſtinguantur, *Ariadna* ſc. & *Leontia*. Prior nupta fuit Zenoni, ſecundo Leonis Imp. anno, ut habet Cedrenus, vel anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLI. ut prodit Theophanes, ideoque anno Chriſti CDLVIII. a quo matrimonium illud removeri non poteſt; cum Leo Junior filius Zenonis & Ariadnæ vita functus ſit anno CDLXXIV. dum natus eſſet annos XVII. Altera Leonis Imp. filia fuit *Leontia*, Zonara in Leone, Theodoro Lectore in fine lib. 1. Evagrio lib. 3. cap. 16. & Theophane ad annum V. Zenonis Imp. locupletiſſimis teſtibus. Hæc autem, non vero *Ariadna Patricio* Cæſari deſponſata fuerat, & poſtquam is occiſus fuit, cum *Marciano* Anthemii Imp. filio in matrimonium conjuncta, ut plerique ex citatis Auctoribus docent, & ſuo loco viſuri ſumus.

VI. *Petrus Fullo deponitur & damnatur.* Secundam rationem deducit Baronius a lege hoc anno emiſſa a Leone Imp. data *Kal. Junii* ſub hujus anni Coſſ. qua Imperator prohibet Monachis, ne a Monaſteriis exeant, neque Antiochiam veniant, & quibus permiſſum fuerit, ne de religione diſceptent. Refert eam legem Baronius num. IV. Verum tumultus Antiochenos hoc anno cœpiſſe, ex ea lege minime ſequitur, ſed tantum eoſdem antea invaluiſſe, & *Martyrium*, tunc Eccleſiam Antiochenam deſerere coactum eſſe. Quod & anni, quibus Eccleſiæ Antiochenæ præfuit, demonſtrant. Teſtatur enim Nicephorus in Chronico cum *an-nis*

Abdicat ſe Martyrius Epiſc. Antiochenus. Imperatorem, ſed ſtudio & exhortatione Gennadii Epiſcopi Conſtantinopolis multo cum honore dimiſſum eſſe. Antiochiam vero reverſum, cum Antiochenos tumultuationibus, & ſeditionibus delectari, & Zenonem ad hoc illis eſſe ſubſidio cerneret, Epiſcopatui renunciaſſe, altiori voce iſta præfatum in publica eccleſia.

CLERO IMMORIGERO ET POPULO REBELLI ET ECCLESIÆ CONTAMINATÆ RENUNCIO, SERVATA INTERIM MIHI SACERDOTII DIGNITATE.

XII. Petrus Fullo invadit Eccleſiam Antiochenam. *Poſt diſceſſionem Martyrii* (ſubdit ille) *Cnaphens ſedem Epiſcopalem tyranice invaſit, & ſtatim Joannem quemdam antea depoſitum Apameæ Epiſcopum ordinavit. Quo cognita, Gennadius Imperatori cuncta ſignificat: qui Cnapheum in exilium ablegari jubet. Ille autem cum id præſciſſet, fuga elapſus, exilium evaſit. Julianus vero communi ſuffragio Epiſcopatu potitur.* Hucuſque Theodorus eſt proſecutus res Petri Fullonis ad hunc annum ſpectantes, cum adhuc Gennadius Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſuperſtes eſſet.

XIII. Sed audiamus quæ ex Acacio Epiſcopo Conſtantinopolitano conſcripſit Liberatus Diaconus nonnihil ab his diverſa, verbis iſtis (a): *Addidit Acacius quod de alio Petro Antiocheno hæretico ſcripſerat, nimirum, Petrum apud Conſtantinopolim monaſterium gubernaſſe; & hoc propter crimina derelicto, Antiochiam refugiſſe: ubi pulſo Martyrio Epiſcopo, per viliſſimum populum & hæreticum ſedem illius occupaſſe: continuoque damnatum ab Epiſcopis, & Leonis imperio Samum * deportatum. Qui fugiens, rediiſſe dicitur Conſtantinopolim, & dediſſe fidem, ſe per viliſſimas turbas nihil audere.* Hæc ibi uſque ad Baſiliſci tempora: quæ cum non liceat certis annorum interſtitiis diſcriminare, hic una ſimul oportuit congeſſiſſe. Porro pulſo Fullone, abdicanti ſe Martyrio, nullus in ejus locum ſuffectus

(a) Liber. Diac. Brev. c. 18.

* Oaſim,

PAGIUS *nis tredecim* ſediſſe: qui cum anno CDLIX. Epiſcopatum inierit, anni illi incompleti numerandi ſunt. Cum vero *Petrus Fullo* Eccleſiam Antiochenam invaſiſſet, Imperator hac temeritate commotus Synodum Epiſcoporum fieri præcepit, in qua *Fullo* depoſitus, ac damnatus, & in ejus locum ordinatus eſt *Julianus*, ut ſcribunt Theophanes, & Theodorus Lector citati, ac præterea Victor Tununenſis, qui ſub hujus anni Coſſ. ait: *Poſt Martyrium Julianus ordinatur Epiſcopus.* Joannes, de quo Theophanes loco citato loquitur, anno tantum CDLXXVI. Apameæ Epiſcopus creatus, ut infra oſtendam. Quare Joannis ordinationem loco ſuo non recitavit Theophanes.

VII. In Synodo Antiochena. Valeſius citatus dicit, *Petri Fullonis* depoſitionem in Synodo ab Epiſcopis factam fuiſſe, non vero ab Imperatore; quod Epiſcopi numquam ſoliti eſſent in exilium mitti a Chriſtianis Imperatoribus, niſi poſt damnationis ſententiam in eos legitime prolatam. Sed opus non eſt ad conjecturas recurrere; cum Synodi Antiochenæ Synopſim referat libellus Synodicus; *Quod cum comperiſſet Leo magnus & piiſſimus Imperator* (Fullonem ſc. Triſagio laudata verba addidiſſe) *in exilium agi ipſum præcepit: Verum ipſe præveniens in Monaſterium Pervigilatorum* (ſc. Acœmetarum, inter quos vitam duxerat) *confugit.* Auctor Breviculi Hiſtoriæ Eutychianiſtarum, de *Petri Fullonis* exilio hæc ſcribit: *Cui dum Acacii Scripta legerentur, quæ de Petro* (ſc. Fullone) *& Joanne Antiocheno miſerat, exceſſus Acacii etiam in hac cauſa graviſſimos deprehendit. Illo enim tempore, quo de Petro Alexandrino damnato retulerat, non longe poſt etiam de Petro & Joanne ſcripſerat: Petrum apud Conſtantinopolim Monaſterium gubernaſſe, ſed hoc propter crimina derelicto Antiochiam fugiſſe. Ibi pulſo Martyrio Epiſcopo Catholico, per hæreticos Sedem ipſius occupaſſe: continuoque damnatum a Leone tunc Principe ad Oaſitanum exilium eſſe directum. De quo lapſum Conſtantinopolim rediiſſe ac dediſſe fidem quod nullas ulterius turbas facere prorſus auderet.* Hæc ex Epiſtula Acacii Epiſcopi Conſtantinopolitani deſcripta, ex qua etiam ea accepit Liberatus cap. 18. ubi diſerte ſcribit, ut Valeſius citatus obſervat, *Fullonem* ab Epiſcopis eſſe damnatum, & Leonis imperio in Oaſim deportatum. Idem Valeſius ex laudatis verbis Breviarii Eutychianiſtarum deducit, brevi admodum tempore ſediſſe *Fullonem*, cum ibidem poſt arreptum Epiſcopatum *continuo* damnatus eſſe dicatur. Quod verum eſt; cum anni Sedis Juliani a currenti proficiſcantur, & Nicephorus in Chronico, ubi annos numerat, quos *Fullo* in duabus aliis intruſionibus ſedit, hujus non meminerit.

VIII. Zeno ſucceſſit Ardaburio in Magiſterio militum Orientis. Valeſius libro laudato cap. 1. initium tumultuum Antiochenorum cum Baronio hoc anno conſignat, contenditque Theophanem, quem Baronius non viderat, non eſſe audiendum; *cum conſtet*, inquit, *ex Candidi Hiſtoria Zenonem Magiſtrum Orientalis militiæ factum non fuiſſe, niſi poſt cædem Aſparis & Ardaburii. Etenim Ardaburius Magiſter erat rei militaris per Orientem, ut teſtatur Damaſcius apud Suidam, in voce* ἐπιδίκασις. Verum ſummopere fallitur Vir doctiſſimus. Ut enim a Magiſterio militum Ardaburio per Orientem conceſſo incipiam, Suidas in eo loco aſſerit quidem Ardaburium Orientalium Legionum Ducem fuiſſe, ſed ſub quo Imperatore, non memorat. In voce vero ἀμφισβητῶ ſcribit: *Huic igitur fortitudinis præmio Marcianus Imperator Orientalium Caſtrorum & Legionum Præturam præbuit.* In qua Præfectura Ardaburius continuatus eſt a Leone Imp. uſque ad annum CDLXIII. Antonius enim diſcipulus ſancti Symeonis Stylitæ in hujus Sancti Vita, quæ extat apud Bollandum ad diem V. Januarii cap. 8. narrata Symeonis morte, quæ initio anni CDLXII. contigit ait: *Venit Epiſcopus Antiochiæ cum ſex aliis Epiſcopis, & Præfectus Ardaburius cum ſex Virorum millibus, ne regionis iſtius incolæ eum raperent; ſic enim propoſuerant.* In alia Vita S. Simeonis ex Veteribus MSS. Latinis a Bollando ibidem deſcripta, *Ardaburius* cap. 8. & 9. dicitur etiam *Magiſter militum*, dum de hujus Sancti morte agitur. Denique in alia Vita Sancti Simeonis ſcripta a Metaphraſte cap. 14. dicitur, Ardaburium *Orientalium copiarum Ducem* Tranſlationi ejus Reliquiarum interfuiſſe, quæ ideo non multo poſt obitum facta eſt; corpus ejus poſt mortem in columna erectum permanſerit, donec

ctus eſt: quod non alium quam ipſum Orthodoxi ſedi illi optarent Epiſcopum. Adverſus autem hujuſmodi Eutychianorum invaleſcentes hæreſes ſcripſiſſe hoc anno Theodorum Tyri Epiſcopum, Marianus affirmat (a). Sed & alios præſtantiſſimos viros, quos Gennadius recenſet, id etiam perfeciſſe, alibi dictum eſt.

(a) Marian. Scot. in Chronic.

XIV. Quod vero ad politicum ſtatum pertinet: pax quæ parta eſt Orientali Imperio, cæſis perduellibus Gothis Arianis, bellum intulit Imperio Occidentali. Qui enim ejus ſectæ erant Ariani in Orbe Romano potentes & Reges, totum ſibi illum videbantur eſſe partiri, & ad propagationem perfidiæ tacita inter ſe fœdera iniiſſe. Erant hi in Oriente, quos diximus nuper extinctos, Aſpar, & Ardaburius Gothi Ariani; Romæ Ricimer item Gothus & Arianus; in Hiſpaniis atque Galliis Evaricus Rex Gothorum Arianus pariter & perſecutor; in Africa vero Genſericus Wandalorum Rex, Arianorum omnium ſceleſtiſſimus. Ita ſane his impiorum funibus cinctus & colligatus, penituſque conſtrictus erat Catholicus Orbis, Arianis ubique invaleſcentibus, tum potentia Regum, tum etiam ſublimitate magiſtratuum cuncta pro animi arbitrio moderantium: nam vidimus, tam in Oriente, quam in Occidente creandorum Imperatorum facultatem penes Gothos Duces eoſdemque impios Arianos fuiſſe.

XV. Cum igitur Arianos illos, qui Conſtantinopoli principatum per dignitatem Cæſaream ſibi jam vendicarant, occiſos audivit Ricimer Romæ potentiſſimus Magiſter militum: indigniſſime ferens, in Anthemium Imperatorem Græcum a Leone Romam miſſum, licet ſocerum, meditari cœpit inſidias; ſed cum illæ detectæ eſſent, ipſe Ricimer fuga ſibi conſuluit, Mediolanum ſe conferens: Ubi aliquandiu moratus cum ſuis, haud imminutus robore militum, ad aliud ſe barbarus inſidiarum genus convertit: nempe ut cum ſocero pacem petere ſimularet; eaque obtenta, occultiores moliretur inſidias, & ſub involucro pacis gladios ad necem Imperatoris occuleret: ſed & ut omnem doli ſuſpicionem auferret, ad hoc miniſtrum delegit, quem ob egregiæ ſanctitatis merita omnes inſpicerent, ſimulque venerarentur.

Ricimer quid ſit molitus in Anthemium Imper.

XVI. Sic igitur a proditore Ricimere delectus eſt ad hoc munus Epiphanius Ticinenſis Epiſcopus, vir plane ſanctiſſimus atque eloquentiſſimus: cujus legatio deſcripta invenitur ab Ennodio ejuſdem Eccleſiæ diacono, qui ipſius Epiphanii res geſtas memoriæ tradidit. Exſcribemus hic ea collata cum Vaticano codice, quod quæ cuſa extant edita eadem Epiphanii Acta (b), mendoſa admodum eſſe noſcantur: ſic enim ſe habent, dum de Epiphanii legatione agitur.

(b) Apud Sur. die 21. Januar.

XVII. *Mox vero per univerſam mundum ſanctam illius converſationem illa, quæ liget in glorioſis actibus tardior eſſe ſolet, fama non tacuit, ſed ad aures Ricimeris, qui tunc ſecundas ab Anthemio Principe habens Rempublicam gubernabat, detulit. Nam Imperatore Romæ poſito, ſeminarium inter eos jecit ſcandali illa, quæ dominantes ſequeſtrat, invidia. Eſt par dignitas cauſa diſcordiæ. Surrexerat enim tanta rabies atque diſſenſio, ut mutuo bella præpararent: & præterquam origo irarum proprios ſuggerebat ſtimulos, lis ipſa cir-*

cum-

PAGIUS nec Antiochiam deportatum eſt ut habetur in Vita a Metaphraſte elucubrata cap. 24. ubi & dicitur, *non multo tempore poſt ſplendido admodum apparatu ſacri corporis funus ex Mandra in Urbem Antiochenam* delatum eſſe. Quare Zeno Ardaburio in eam Præfecturam ſucceſſit, idque anno CDLXIII. aut inſequenti, ut accurate Theophanes literis mandavit.

IX. Anno CCCCLXIII. Quoad Candidum, Photius in ejus Excerptis affirmat, ſe legiſſe tres ejus Hiſtoriarum libros; docere *Candidum* Aſparis ſtudio *Leonem* Imperium adeptum eſſe: primo libro narrato *Aſparis* liberorumque ejus potentiam; eum cum Imperatore contendiſſe, Imperatoremque ea ex cauſa cum Iſaurorum gente ſocietatem iniiſſe per Zenonem, *quem etiam*, inquit, *generum ſibi adſcivit*, & *quomodo deinde*, *aſperius in dies increſcente mutua* ſuſpicione Leo Imp. Aſparem ſuſtulit, additque: *Taradicodiſam ergo ſibi generum, data Ariadna filia Imperator adſcivit, Zenonemque nominatum exercitus in Oriente Ducem creavit*; Refert deinde quæ in Africa ſecunda adverſaque geſſerit Baſiliſcus. Candidus itaque ipſo Hiſtoriæ ſuæ initio loquitur de *Aſpare* ejuſque filiis, ac de diſſidio, quod inter Imperatorem eoſdemque interceſſit, cujus occaſione *Leo* per *Zenonem*, qui jam gener ejus erat, ſocietatem cum Iſauria iniit. Poſtea ubi de familiæ Aſparis extinctione locutus eſt Candidus, quam uno tenore recitavit, redit ad *Zenonem* & ad conjugium ejus cum *Ariadna*; non quod poſt cædem *Aſparis* peractum fuerit, cum ipſemet Zenonem Leonis generum jam vocaverit, dum de ſupradicto diſſidio loqueretur; ſed quia impoſterum de *Zenone* & *Leone* ſermonem facere intenderat. Quod ſi Valeſii explicatio admittenda eſſet, ſequeretur, *Baſiliſcum* Africanam expeditionem poſt Aſparis & filiorum interitum ſuſcepiſſe, currenti ſc. anno, quo illi interfecti ſunt; cum de ea expeditione loquatur Candidus poſt relatam Aſparis & filiorum cædem; & tamen omnium Hiſtoricorum conſenſu conſtat, non ſolum eam expeditionem præceſſiſſe evectionem *Patricii* ad Cæſaream dignitatem; ſed eam etiam in cauſa fuiſſe, cur Imperator de familia *Aſparis* exſtirpanda cogitarit. Nihil itaque neque ex conjugio filiæ Leonis cum Patricio, neque ex *Ardaburii* Præfectura, neque ex Candidi narratione colligi poteſt, quod Theophanis & Cedreni fidem in commemorandis tumultuum a *Petro Fullone* Antiochiæ excitatorum initiis, dubiam facere poſſit.

X. A num. XIV. ad XXVIII. *Ricimer* Magiſter militum inſidias ſtruxit *Anthemio* Imp. ſocero,

quæ

cunſtantium conſilio nutriebatur. Nutabat ſtatus periclitantis Italiæ, & affligebatur ipſis diſcriminibus gravius, dum expectabat futura diſcrimina.

XVIII. *Interea apud Ricimerem Mediolani ea tempeſtate reſidentem fit collectio Ligurum nobilitatis; qui flexis genibus, ſoloque proſtrati pacem orabant Principem, & ut a ſcandalo utraque partes deſinerent, occaſiones gratia ab una precabantur auferri. Quid plura contexam? Mutatur Ricimer, & velle reparare concordiam, permotus multorum fletibus, pollicetur. Sed quis (ait) potiſſimum hujus legationis pondus excipiet? Quem tantæ molis cura manet? Quis eſt, qui Galatam concitatum revocare poſſit & Principem? Nam ſemper cum rogatur, exuberat, qui iram naturali moderatione non terminat. Tunc uno omnes ore reſponderunt Veſter tantummodo ad pacem declinetur aſſenſus: eſt nobis perſona nuper ad ſacerdotium Ticinenſis urbis adſcita, cui & belluæ rabidæ colla ſubmittant: cui ante preces offeratur beneficium, quod a quolibet petiturus advenit: cui eſt cultus vitæ ſimilis, quem venerari poſſit quicumque ſi eſt Catholicus & Romanus; amare certe ſi videre illum mereatur, & Græculus. Numquam ſic diras aſpides verborum digitis incantator Theſſalus violentis poterit evocare carminibus, quomodo ille effectum petitionis ſuæ etiam a negataris extorquet. Pendet in arbitrio ejus, cum loqui cœperit, ſententia audientis. Perdet jus ſuum, qui excuſare * diſpoſuit, ſi illi allegandi copia concedatur.*

Legatio a Ricimere dirigitur ad Anthemium.

* accuſere

XIX. *Tunc Patricius Ricimer ita reſpondit: Detulit ad me hunc hominem, quem exponitis, fama glorioſum; & in hoc admirationi magis mihi eſt, quod omnes habeat laudatores: nullos enim, quibus per invidiam abundare ſolet novitas, prodit inimicos. Ite ergo, & rogate hominem Dei, ut ambulet: jungite etiam preces. Egreſſi de Concilio, ſtatim Ticinum petunt, cauſam narrant fuſius: ut iſtum laborem ſuſciperet, beatus Epiphanius rogatur lacrymis. Qui ne extenuaret beneficium, ſi filios diutina ſupplicatione torqueret, anteceſſit deſideria poſtulantium. Quos tamen taliter allocutus eſt: Quamvis tantæ rei neceſſitas probatiſſimæ perſonæ pondus inquirat, & titabet ſub gravi faſce portitor immaturus; affectum tamen, quem debeo, patriæ non negabo. Quibus breviter narratis: quomodo erat loquendi parcus, ad Ricimerem Patricium perrexit: a quo ſimul viſus & electus eſt.*

Epiphan. legatus deligitur a Ricimere.

XX. *Mandato ergo ſibi legationis ordine Romam petiit. In quo itinere quid moleſtiarum ſuſtinuerit, quidve virtutum geſſerit, feſtinans ad majora prætereo. Mox tamen ut ſupradictæ urbis portas ingreſſus eſt, fama quæ abſentem illum notum fecerat, digito cœpit oſtendere. Converſis omnium oculis, ſtupuere mentes attonitæ, quod tantam ſibi exhiberi reverentiam, imago ejus index ſanctitatis extiterit. Inexpiabiles ſe culpæ reum fatebatur quilibet potentum, niſi tantum genua ipſius amplexus eſſet. Tollebatur clamor in cœlum: nemo illum mortalium numero computabat, cui omnia cœleſtis gratiæ videbant bona conſtare. Perfertur ad Principem Anthemium, ſtudio legationis Epiſcopum veniſſe Liguriæ, hominem quem nullus poſſit etiam dives eloquio ſufficienter exponere.*

XXI. *At ille: Callida mecum Ricimer & in legationibus ſuis arte decertat. Tales dirigit, qui ſupplicatione expugnent, quos ille laceſſit injuriis. Perducite tamen ad me hominem Dei: qui ſi poſſibilia precatur, admittam: ſi difficilia, ſupplicabo ne excuſationem meam gravetur accipere. Dubito tamen, an Ricimer apud me, quod poſcit, obtineat; cujus ſcio votorum intemperantem eſſe perſonam, & in conditionibus proponendis rationis terminum non tenere. Sed veniat directus Antiſtes, ac laudatam jampridem præſentet effigiem.*

XXII. *Egrediuntur Officia Palatina tota Urbe, ubi rogatus adveniebat Epiſcopus. At venerabilis & ſæculis omnibus probatus Pontifex, poſtquam introgreſſus eſt, & proferendi ſermonis donatus licentia, quaſi fugitivæ poteſtatis inſignia oſtram gemmaſque rutilantes reverendæ imaginis fulgore compreſſit: etenim quaſi abſente Imperatore, ita in ſe oculos traxerat ſin-*

Convenit Epiphanius Anthemium.

PAGIUS

Legatio S. Epiphanii ad Anthemium Imp.

quæ cum patefactæ fuiſſent, Mediolanum fugit, & bellum Imperatori minatus eſt. Verum pax per *Sanctum Epiphanium* Epiſcopum Ticinenſem Legatum ad Anthemium a Nobilibus Liguriæ miſſum, conciliata eſt, & Epiphanius *accepto etiam pro concordiæ firmitate ab Anthemio ſacramento diſceſſit, feſtinans ad Liguriam reverti, quoniam Reſurrectionis Dominicæ tempus inſtabat*, inquit Ennodius Epiſcopus etiam Ticinenſis, in Vita Sancti Epiphanii cap. 6. quæ apud Bollandum ad diem XXI. Januarii legenda. Cum porro perfidus *Ricimer* an. CCCCLXVII. Anthemii Imp. filiam uxorem duxerit, ut teſtatur Sidonius, lib. 1. Epiſt. 4. (qui ſub ejus anni finem Romam ingreſſus nuptiis intervenit) & novus tunc Ticinenſis Antiſtes *Epiphanius* fuerit, quando hanc Legationem obivit, ea anno CCCCLXVIII. peracta, ut obſervet Sirmondus in Notis ad Vitam ejus. Ennodius enim ubi de Epiphanii, ad Epiſcopatum evectione locutus eſt, ſtatim ſcribit: *Mox vero per univerſum mundum ſanctam illius converſationem illa, qua licet in glorioſis actibus, tardior eſſe ſolet, fama non tacuit. Sed ad aures Ricimeris, qui tunc ſecundis ab Anthemio Principe habenis rempublicam gubernabat, detulit. Nam Imperatore Romæ poſito ſeminarium inter eos jecit ſcandali illa, quæ dominantes ſequeſtrat, invidia, &* par

ſingulorum. Tali tamen narratione inci-piens, januam oris reſeravit.

XXIII. Oratio Epiphanii ad Anthemium. *Summa cæleſtis Domini, venerande Princeps, eſt ordinatione diſpoſitum, ut cui tantæ Reipublicæ cura mandabatur, idem per Catholicæ fidei dogma Deum & auctorem & amatorem pietatis agnoſceret, per quem bellorum furorem pacis arma confringunt; & calcans colla ſuperbiæ concordia ſuperat, quod fortitudo non prævalet. Sic namque David prædicabilem parcendi magis inimico animus reddidit, quam intentio vindicandi. Sic præfecti* [* perfecti.] *ſæculorum Reges & domini, ſupplicantibus indulgere, cæleſti arte didicerunt: Supremæ namque dominationis inſtar poſſidet, qui Imperium ſuum pietate ſublimat.*

XXIV. *Hoc ergo Italia veſtra freto judicia, vel Ricimer Patricius parvitatem meam aratum direxit, indubitanter conjiciens, quod pacem Romanus Deo munus tribuat, quam precatur & barbarus. Erit enim triumphus veſtris proprie profuturus annalibus, ſi ſine ſanguine viceritis ſimul. Neſcio quæ ſpecies fortior poſſit eſſe bellorum, quam dimicare contra iracundiam, & ferociſſimi Getæ pudorem onerare beneficiis. Gravius enim percellitur, ſi poſtulata impetret, quem puduit hactenus ſupplicare. Tractandus deinde anceps bellandi eventus: in quo tamen ſi ita prævaluerint peccata, certamine veſtro regnum defraudabitur, quod partes utrinque perdiderint. Nam quæcumque apud Ricimerem, ſi amicus eſt, ſalva ſunt, cum ipſo a vobis Patricio poſſidentur. Cogitate pariter, quia bene cauſæ ſuæ ordinem dirigit, qui pacem primus obtulerit.* Hactenus admirandus Pontifex proſecutus, loquendi, finem fecit.

XXV. Demerita Ricimeris. *Tunc Princeps erigens oculos, deſertum ſe omnibus vidit aſpectibus atque in eum invitatos vultus eſſe cunctorum; quem admirari nec ipſe deſinebat. Tunc alto trahens verba ſuſpirio, ita orſus eſt: Quamvis inexplicabilis mihi, ſancte Antiſtes, adverſus Ricimerem cauſa doloris ſit, & nihil profuerit maximis eum a nobis donatum fuiſſe beneficiis: quem etiam (quod non ſine pudore & regni & ſanguinis noſtri dicendum eſt) in familiæ ſtemma copulavimus, dum indulſimus amori Reipublicæ, quod videretur ad noſtrorum odium pertinere. Quis hoc namque veterum retro Principum fecit unquam, ut inter munera, quæ pellita Getæ dari neceſſe erat pro quiete communi, filia poneretur? Neſcivimus parcere ſanguini noſtro, dum ſervamus alienum. Nemo tamen hoc credat propria cauſa factum eſſe formidinis: nam in tanta circumſpectione ſalutis omnium, ſolum pro nobis timere non novimus. Bene enim apud nos compertum eſt, perire Imperatori laudem ſuæ virtutis, qui pro aliorum cautela non minuit* [* timuit.]*. Sed ut tuæ venerationi ad liquidum conatus illius aperiamus; quoties a nobis majoribus donis cumulatus eſt Ricimer, toties gravior inimicus apparuit. Quanta contra Rempublicam bella prius paravit? Quantas exterarum gentium per illum vires furor accepit? Poſtremo etiam ubi nocere non potuit, movendi tamen fomenta ſuggeſſit. Huic nos pacem dabimus? Hunc inteſtinum ſub indumento amicitiarum inimicum ſuſtinebimus, quem nec fœdus concordiæ, nec affinitatis vinculum tenuerunt? Grandis cautio eſt, adverſarii animum cognoviſſe: etenim hoſtem protinus ſenſiſſe, ſuperaſſe eſt. Produnt ſemper deprehenſa odia ſtimulos, quos occultata conceperant.*

Sed in his omnibus reverentia tua & vades mediator accedit, qui potes ſpirituali indagine conſilia nefanda invenire, & inventa corrigere. Pacem, quam & tu poſcis, negare non audeo. Poſtremo ſi ſolidæ calliditatis aſtutia etiam te fefellerit, certamen jam vulneratus aſſumat: Me tamen, ſtatumque Reipublicæ ejus committo & commendo manibus: & gratiam quam ſupplicanti & profuſo per ſe Ricimeri negare diſpoſueram, per te primus exhibeo: profunda enim deliberatione compendiis noſtris in hac parte conſulimus, ſi in certis procellarum erroribus ex boni gubernatoris ordinatione feramur [* flectamus.]*. Quis enim tibi excuſare præſumat beneficium poſtulanti, cui oportuerat ante preces offerri? Hæc Imperator.* XXVI. Pax inter Anthemium & Ricimerem.

XXVII. *At venerabilis ſacerdos: Gratias (inquit) omnipotenti Domino, qui pacem ſuam Principis menti inſeruit, quem ad inſtar ſuperni dominatus, vicarium poteſtatis ſuæ voluit eſſe mortalibus. Quibus & breviter enarratis, accepto etiam pro concordiæ firmitate ab Anthemio ſacramento, diſceſſit, feſtinans ad Liguriam reverti, quoniam Reſurrectionis Dominicæ tempus inſtabat.* Hucuſque Ennodius de legatione Epiphanii ad Anthemium. Sed quid pace confecta Ricimer, cum Romam veniſſet, in Anthemium molitus ſit ſuo tempore enarrabitur.

XXVIII. Hoc eodem anno, qui numeratur decimus ſextus a capta a Wandalis Urbe Eu-

PAGIUS *par dignitas, cauſa diſcordiæ.* Quare Sanctus Epiphanius ante Paſcha anni CCCCLXVIII. vel ſaltem ante Paſcha inſequentis Chriſti anni hoc munere functus eſt. Epiſcopatum enim ſuſcepit anno CCCCLXVI.

Ad num. XXVIII. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CCCCLXIV. qui Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni inchoatur habet. *Hoc anno Aſpare una cum filio Ardaburio & Patricio a Leone interfectis, Oſtris Aſparis ſatelles, & Theo-* XI. *Eudocia Honorichi Regis uxor ex Africa fugit.*

Eudocia Junior filio Genſerici Hunerico in matrimonium juncta, fugam arripiens venit Hieroſolymam. Teſtatur hæc quidem de ea Nicephorus verbis iſtis (*a*): *Junior Eudocia*, filia Valentiniani & Eudoxiæ, *quæ a Genſerico capta fuerat Hunerico filio deſponſata, cum quo annos ſexdecim vixit, eique filium Uldericum genuit; porro cum parum grata eſſet ei viri conjunctio, qui Arianam profitebatur religionem; arte manus ejus dilapſa & aviam Eudociam imitata, ad ſancta loca conceſſit, & ſepulcrum illius longe poſt exoſculata eſt. Ubi & ipſa non diu vixit; ſed ſomno beato ſopita, juxta aviæ tumulum in præclaro poſita eſt monumento. Quicquid autem ei erat facultatum, id pauperibus, & ſanctæ Chriſti Reſurrectioni conſecravit.* Hæc Nicephorus de Eudocia Juniori.

(a) Niceph. l. 15. c. 12.

Eudociæ fuga ex Africa.

XXIX. De cinere ſuper Conſtantinop. illapſo.

Sub hujus quoque anni Conſulibus prodigioſa hæc habet Marcellinus in Chronico: *Veſuvius mons Campaniæ torridus inteſtinis ignibus æſtuans, exuſta evomit viſcera, nocturniſque in diem tenebris omnem Europæ faciem minuto contexit pulvere. Hujus metuendi memoriam cineris annue celebrant octavo Idus Novembris.* Conſtantinopolitani videlicet: eo enim uſque violentus perlatus eſt & dilapſus magno omnium timore cinis: nam Procopius tantæ rei anniverſariæ memoriæ his verbis meminit (*b*): *Ferunt namque cum in Byzantium ſemel cinis hic* (e Veſuvio egreſſus ſcilicet) *recidiſſet, ſic ejus loci homines terruiſſe; ut ex eo tempore ad noſtram ætatem annuis Deum ſupplicationibus placent. In Tripolique item Libyæ altero & ſubſequenti anno illapſum affirmant.* Hæc & alia de his Procopius. Sed ſcimus recentem (*c*) hiſtoricorum cenſorem iſta ridere, & levitatis Procopium ſugillare: ſicut & Euſebium de miraculo herbæ ad pedes æneæ ſtatuæ Salvatoris naſcentis, nulla contraria teſtificatione allata, contemnere: ſed de hoc egimus primo Annalium tomo; de eo autem in Notis ad Martyrologium Romanum, quod & probe teſtatum relinquimus.

(b) Procop. de bello Goth.

(c) Bodin. in metho. art. hiſtor. c. 4.

Verum ſi homo adeo emunctæ naris non vult prodigia neque miracula ab hiſtoricis recitari, omnes plane tam Græcos, quam Latinos, Ethnicos & Chriſtianos, antiquos atque recentiores neceſſe eſt ut contemnat atque exufflet hiſtoricos: cum ejuſmodi habeant omnes aliquid ſemper in ſuis ſcriptis admixtum, quod delicato ejus ſtomacho nauſeam pariat. At quod ad Procopium ſpectat; ſi legiſſet Marcellinum id ipſum teſtantem fortaſſe a Procopio ineptiæ arguendo ceſſaſſet. Sed & ſi Latinum auctorem Caſſiodorum perlegiſſet, haud adeo facile ea ſapere Græcam vanitatem dixiſſet. Miror certe, non accurate intuitum eſſe quæ Caſſiodorus (*d*) ad Fauſtum Præfectum ſcribat de his quæ tunc temporis fieri contigiſſent. Cum enim de alia recentiori agit eruptione Veſuvii, cujus rei cauſa Campanis graviſſima paſſis Theodoricus tributorum remiſſionem indulſiſſet; hæc inter alia de admirandis cinerum eructationibus habet:

(d) Caſſiod. Variar. l. 4. c. 50.

XXXI. De recentiori cinerum eructatione.

Volat per mare magnum cinis decoctus & terrenis * *nubibus excitatis, tranſmarinas quoque provincias pulvereis guttis compluit. Et quid Campania pati poſſit agnoſcitur, quando malum ejus in orbis alia parte ſentitur. Videas illic* * *quaſi quoſdam fluvios ire pulvereos & arenam ſterilem impetu fervente velut liquida fluenta decurrere.* Et paulo inferius *Quæ eſt iſta ſingularis exceptio* *, *unum montem ſic infremere, ut tot mundi partes probetur aeris permutatione terrere; & ſic ſuam ſubſtantiam ubique diſpergere, ut non videatur damna ſentire? Longe lateque pulveres rotat, vicinis autem quaſdam moles eructat: & tot ſeculis mons habetur, qui erogationibus tantis expenditur. Quis credat tam ingentes glebas uſque in plana deductas de tam profundis hiatibus ebulliiſſe? & ſpiritu*

* terris. * illinc. * eruptio

PAGIUS

& Theodericus Triarii filius, & Aſparis conjugis frater necatorum ſanguinem ulturi, cum armatorum copiis irruerunt in Urbem, ac niſi Baſiliſcus ex Sicilia reverſus & Zeno pariter e Chalcedone, ubi Aſparis lethi nuncium præſtolabatur, Urbem præoccupantes tuliſſent auxilium, & diſſipaſſent ſeditionum auctores, ingenti prorſus tumultu res omnes turbabantur. Paulo poſt ſubjungit Theophanes: *Junior Eudocia, Theodoſii neptis annis jam ſexdecim cum Honoricho conjuge in Africa exactis, & puero Ilderico ex ejus amplexibus ſuſcepto, Virum, ceu Arianum averſa occaſione ſi ſe ultro offerentis, fugam arripit, & Hieroſolyma dirigit iter: tum venerandis locis Chriſtiano ritu adoratis, ſalutato etiam aviæ ſepulcro, cum paucos dies in Sancta Urbe moram feciſſet, bonis ſuis omnibus ſanctæ Reſurrectionis adi teſtamento relictis, Cureo inſuper, cujus opera & auxiliis, velut ſibi fidiſſimi, dum Honorichum conjugem fugeret, uſa fuerat, cum liberis Archiepiſcopo Hieroſolymorum commendatis in pace animam efflavit.* Idem habet Zonaras in Marciano, niſi quod eam Conſtantinopolim, indeque Hieroſolymam profectam eſſe refert. Eudocia itaque ſequenti Chriſti anno ex Africa fugit annique ſexdecim, quibus cum Honoricho conjuge vixit, proficiſcuntur ab an. CCCCLVII, quo *Genſericus* Vandalorum Rex *Eudoxiam* Eudociæ matrem, & *Placidiam* ejus ſororem liberas dimiſit, & Eudociam cum *Honoricho* filio ſuo matrimonio conjunxit. Matrimonium enim illud ante annum CCCCLVII. peractum non eſſe, anni XVI. quibus cum marito fuit, annuſque ejus fugæ demonſtrant.

A num. XXIX. ad XXXII. *Veſuvii* montis eruptio, cujus meminit Baronius, & cujus memoria Byzantii *VIII. Idus Novemb.* celebratur, ut inquit Marcellinus in Chronico, contigit *Marcia-*

XII. *Veſuvii montis eruptio.*

Digitized by Google

vitu quodam efflante, montis ore conſputas, quaſi leves paleas fuiſſe projectas? Alibi cacumina magna terrarum localiter videntur ardere: hujus incendia peno mundo datum eſt poſſe cognoſcere. Quemadmodum ergo non credamus incolis, quod teſtimonio poteſt univerſitatis agnoſci? Hæc Caſſiodorus. Quis vero tanto auctori res ſuorum temporum ſcribenti non credat, non id privatis familiaribuſque litteris, & ad hominem ignotum, cui velit illudere, conſcribenti commentum; ſed publicis atque adeo patentibus Regis litteris, immo impertitæ indulgentiæ edicto in Albo affigendo Prætoris, & publicis monumentis ad poſterorum memoriam in Archivis conſervando teſtanti? Admiretur magis iſta quæ reſpuit, cauſaſque naturales (ſi valet) inquirat: & ſi non invenerit, vehementius obſtupeſcat potius, quam illas ignorans, carpat hiſtoricos: nec neget hiſtoriam tribus graviſſimis auctoribus Græcis atque Latinis ſatis ſuperque teſtatam probatam, conſignatamque cultu religionis annis ſingulis celebri memoria repeti ſolito. Sed de his hactenus.

XXXII. Sub eodem quo Acacius Epiſcopus Conſtantinopolitanus creatus eſt, hoc nempe anno, quid acciderit, Nicephorus ita tradit (*a*): *Tum quoque evenit, ut duo Epiſcopi, quorum alter Arii rabie infectus dicendi ac diſputandi arte inſtructiſſimus; alter virtute, religione, & recta fide ornatiſſimus erat, de doctrina religionis contenderent. Porro Orthodoxo & recte ſentienti viſum eſt, verborum contentione relicta, ad rem ipſam deſcendere, ac veritatem explorare: Videlicet, ut rogo ingenti accenſo ſeſe in ignem conjicerent. Quod ubi Arianus detrectavit, Orthodoxus igni ſe contulit, atque inde cum impio ſermonem conferens diſputavit, ſalvuſque etiam veſtibus intactis permanſit.* Hæc ipſe: quæ quidem licet unum Nicephorum teſtem habere videantur: ex aliis tamen his ſimilibus caſibus, quos ſæpe alias contigiſſe ſuis locis dicemus, haud incredibilia videri poſſunt. Subdit vero his etiam illud de

(*a*) Niceph. l. 15. c. 23.

Fides Catholica probata miraculo.

Judæo miraculoſe per S. Sergium ab igne liberato, & ad fidem converſo:

Archiſynagogus quoque inter Judæos quidam cum pueris duobus in tumultu concitato, perinde atque ipſe auctor fuiſſet, correptus, & a viro conſulari cruciatus eſt. Is autem inter tormenta varia illud tantum vociferatus eſt: O Deus ſancti Sergii, adjuva me. Frequens erat his temporibus peregrinatio ad ſanctum Sergium martyrem, a quo quæ ſinguli peterent, ſolerent accipere: qua re vulgata, factum eſt, ut a Judæo dira patiente, vehemens dolor extorqueret, ut Deum S. Sergii invocaret: *Addebat vero* (inquit Nicephorus) *hæc verba: Sancte Sergi, tu noſti. Judices porro fingere ac ſimulare hæc Hebræum putantes, ad ignem, ut vivus combureretur, condemnarunt. Et ecce in medio flammæ equites duo candidis induti ſtolis apparentes, horris multis intactum conſervaverunt. Et multitudo in flammam inſiliens, hominem inde eripuit. Qui deinde baptizatus, Sergius nominatus eſt. Atque ille non minus mente quoque illuminatus, ſubſtantia ſua, quam habuit, vendita, in pyræ ejus loco ampliſſimum Sergio martyri templum conſtruxit: ubi capite raſo, reliquam juxta Dei beneplacitum vitam exegit. Idem duo ejus effecere pueri, nominibus ſuis in Sergii & Bacchi nomina mutatis.* Hucuſque Nicephorus ſub tempore creationis Acacii.

XXXIII. Martyris invocatione liberatus ab igne Judæus.

XXXIV. At non prætereundum, hoc eodem anno contigiſſe, ut magnus ille Rhemenſis Eccleſiæ Epiſcopus Remigius, Francorum Apoſtolus nominatus, defuncto ejuſdem civitatis Epiſcopo Gennadio, immaturus ævo, moribus autem ſenior populi voce, comprovincialium Epiſcoporum conſenſu, divino cooperante ſuffragio, in Rhemenſem Epiſcopum ex inferioris cleri militia aſſumeretur, annum ætatis agens vigeſimumſecundum. De tempore fidem faciunt conſcripti indices (*b*) Epiſcoporum Rhemenſium, quibus chronographi (*c*) aſſentiuntur. Res autem divino nutu tranſacta, ita in rebus ab eo geſtis deſcribitur (*d*): *Cum Remigius ad viginti & duos ætatis annos per-*

S. Remigius creatus Epiſ. Rhemenſis.

(*b*) Apud Demochar. de ſacrif. Miſſ.

(*c*) Sigeb. & alii.

(*d*) Hincmar. Epiſ. in Vita S. Remigii. die 13. Janua. Sur. tom. 1.

PAGIUS

chano & Feſto Coſſ. ideoque anno ſequenti, in quem Conſulatus ille cadit. Sed Baronius, uti ſæpe monui, in mendoſum Marcellini codicem inciderat

XIII. Ad num. XXXIV. & ſeqq. Baronius initium Epiſcopatus ſancti *Remigii* Francorum Apoſtoli, fretus auctoritate Democharis, & Sigeberti in Chronico, huic anno illigat; & quia Turonenſis in lib. de Gloria Confeſſ. cap. 79. ait eum, *ſeptuaginta, aut eo amplius in Epiſcopatu annos* expleviſſe, *Remigium* mortuum exiſtimat anno DXLII. Verum hic calculus nullo modo ſtare poteſt; *Flavius* enim *Remigii* poſt *Romanum* ſucceſſor interfuit, ſubſcripſitque Concilio Arvernenſi anno DXXXV. celebrato. Quare cum anni aliqui *Romano*, & *Flavio* aſſignandi ſint, Henſchenius ad diem VI. Februarii in Vita Sancti Vedaſti Epiſcopi Attrebatenſis, qui eodem, quo *Remigius* floruit tempore, initium Epiſcopatus *Remigii* conſignat anno CCCCLVII. ejus vero mortem anno DXXX. Cointius ad annum CCCCLXXXVI. *Remigium* ad Epiſcopalem Sedem provectum putat anno quadringenteſimo quinquageſimo nono, ita ut obierit an. DXXXIII. quod Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis in Vita Sancti Remigii ſcribat, defuncto *Bennadio* electum fuiſſe Remigium, & in Epiſcopatu *LXXIV. annos* tranſegiſſe. Henſchenius & Cointius multis oſtendunt, ſuos computos aut veros, aut vero proximos eſſe. Succeſſit autem *Remigius* non

S. Remigius fit Epiſcopus Remenſis.

pervenit, defuncto Gennadio Archiepiſcopo in hac urbe Rhemenſi, omnium generaliter votis ad Pontificii culmen raptus fuiſſe dignoſcitur potius, quam electus. Fit ergo concurſus populi, diverſi quidem ſexus & dignitatis, necnon & ætatis: ſed unius atque ejuſdem ſententiæ cuncti hunc vere dignum, & qui populis præfici deberet, acclamabant. Vir autem beatiſſimus his anguſtiis depreſſus, nimiis afficiebatur angoribus; quia nec fugæ locus uſquam patebat, nec populo ut ab intentione cœpta reſipiſceret ullo modo ſatisfacere poterat. Divinæ namque erat voluntatis, ut qui omnium ſaluti profuturus erat, omnium acclamationibus eligeretur: & qui unitati fidei cum jam Fidelibus, & futuris Fidelibus erat proviſurus, unione cunctis populi ad ſedem eveheretur ſacerdotalis honoris.

XXXV. *Sanctiſſimus quidem vir cum his acclamationibus ſe urgeri conſpiceret, de infirmitatis & ætatis ſuæ tempore conqueri cœpit: & quia Eccleſiaſticus ordo infirmam ætatem ad hanc non reciperet dignitatem, voce publica fatebatur. Timebat enim, ne immatura ætas, inimici verſutiis impugnata, aliquid contraheret ſiniſtri. Sed divina gratia & voces populorum conſtantiſſime in ejus fecit perdurare electione, & ſanctum virum ab antiqui hoſtis protexit malignitate.* Quod ad hæc de ætate pertinet: accidiſſe interdum cognoſcitur, ut cum in aliquo eminentiſſima virtus atque ſcientia egregia cerneretus, de minori ætate ratio minime haberi ſoleret: ut vidimus accidiſſe S. Joanni Chryſoſtomo, qui nonniſi fuga ſibi conſulere potuit, ne ejuſdem ætatis Epiſcopus ordinaretus.

XXXVI. Divinum ſignum in electione Remigii. Sed hæc haud facta eſſe abſque divino ſuffragio, quæ ab eodem auctore ſubduntur oſtendunt, his verbis: *Et cum populi acclamaret frequentia, & ſanctiſſimus vir magna renitteretur conſtantia; placuit omnipotenti Deo, ei manifeſtiſſimis manifeſtare indiciis, quod ipſe de eo haberet judicium. Etenim cum modo prædicto reniti conaretur, videntibus cunctis qui aderant, deſcendit ſubito radius novi luminis ſuper ipſius ſancti viri verticem, ac ſi ipſe Sol de cælo motus ſuper eum ceciderit: & quia illuminandarum lux parabatur animarum, ipſe quoque cam ad hoc opus adſciſceretur, lumine debuit declarari viſibile:* Et paulo poſt: *Placuit etiam omnipotentia divinæ huic miraculo aliud addere ad oſtenſionem meritorum beatiſſimi viri. Etenim radio ſupradicto ſe illuſtrante, ſenſit capiti ſuo unguinis ſacri infuſum liquorem, quo totum ejus delibutum eſt caput.* Hæc ibi. Talibus plane tantiſque debuit cælitus ſacris ſignis initiari, qui ad converſionem nobiliſſimæ gentis Franchorum Apoſtolus parabatur.

At qualis quantuſve extiterit, qui a Deo atque hominibus tam celebre teſtimonium dignus accepit, quam etiam excellentis fuerit eruditionis, teſtificatione viri doctiſſimi meruit comprobari. Etenim Sidonius Apollinaris, hujus ſæculi Gallicanorum ſcriptorum decus & ornamentum, ad eumdem Remigium ſcribens epiſtolam, hæc inter alia habet (a): *Rarus, aut nullus eſt, cui meditaturo par aſſiſtat diſpoſitio per cauſas, poſitio per litteras, compoſitio per ſyllabas: ad hoc, opportunitas in exemplis, fides in teſtimoniis, proprietas in epithetis, urbanitas in figuris, virtus in argumentis, pondus in ſenſibus, flumen in verbis, fulmen in clauſulis, ſtructura vero fortis & firma, conjunctionumque perfectarum nexu cæſuris inſolubilibus: ſed nec hinc minus lubrica & levis ac modis omnibus erotundata, quæ lectoris linguam inoffenſum decenter expediat, ne ſalebroſas paſſa juncturas, per cameram palati voluta balbutiat: tota denique liquida prorſus & ductilis, veluti cum cryſtallinas cruſtas, aut onychinas non impacto digitus ungue perlabitur: quippe ſi nihil eum rimoſis obicibus exceptum tenax fractura remoretur. Quid plura? Non extat ad præſens vivi hominis oratio, quam peritia tua non ſine labore, tranſgredi queat ac ſupervadere, &c.* Hæc, lector, tamquam imaginem quamdam ſcriptorum Remigii delineatam Sidonii penicillo proponimus intuendam, quod non liceat lucubrationibus ipſis frui, quas vivens ille præ animi ſubmiſſione oblivione potius obruere voluit, quam perpetuitati dicare. Utinam ipſe qui hæc ſcribit Sidonius, perfeciſſet quod iiſdem litteris ad eum datis eſt comminatus his verbis: *Si diſtuleris noſtram ſterilitatem facundis ſecun-* XXXVII.

(a) Sidon. l. 8. ep. 7. S. Remigii eloquentiæ laudes.

PAGIUS non Gennadio, ut habet Baronius, ſed *Bennadio*, ut Hincmarus citatus & Flodoardus lib. 1. cap. 9. teſtantur. Qui error non Baronio, ſed Librariis attribuendus.

XIV. *Non eſt Auctor Explanationum Epiſtolarum D. Pauli.* Monet Spondanus in Epitome, editas eſſe poſt obitum Baronii *Explanationes Remigii* Epiſtolarum B. Pauli Apoſtoli, anno MDCXIV. Moguntiæ. Verum Opus illud ei perperam adjudicat. Nec enim potuit *Remigius* Remenſis Epiſcopus, qui ante annum DXXXV. e vivis exceſſit, citare B. Benedictum, S. Gregorium Papam, & Vitam S. Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis a Cypriano Tolonenſi Epiſcopo poſt annum DXLIV. elucubratam. Aliqui, ut Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſ. in voce *Remigius Antiſiodorenſis*, hanc Explanationem Haymonis Alberſtatenſis Epiſcopi fœtum eſſe ſuſpicantur; Uſſerius in Hiſtoria Gotelchalchi, & quidam alii, eam *Remigio* Lugdunenſi Epiſcopo tribuunt. Albertinus vero lib. de Sacram. Euchar. pag. 886. & ſeqq. ejus Auctorem putat *Remigium* in Abbatia Sancti Germani Antiſiodorenſis Monachum, qui

cundare colloquiis, aucupabimur nundinas involantum, & ultro ſcrinia tua, conniventibus nobis & ſubornantibus, effractorum manus arguta populabitur: inchoabiſque tunc fruſtra moveri, ſpoliatus furto, ſi nunc rogatus non moveris officio. At de Remigio haſtenus, dicturi de ipſo ſæpe inferius, cum id ratio inſtituti a nobis exegerit, tempore opportuno.

No-

PAGIUS qui ſub finem ſæculi IX. floruit, quique ad ſcholas inſtaurandas Remos evocatus eſt, ut teſtatur Flodoardus lib. 4. cap. 9. Hanc Albertini conjecturam plures amplexi ſunt, de qua ſicuti & de Auctore hujus Operis legendus Cointius anno DXXXII. num. XLIX.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 472.	SIMPLICII PAP. ANNUS 5.	LEONIS 16. ANTHEMII 6. IMPP.

1. NOvus aperitur novis Conſſ. præſens annus, Feſto ac Marciano: quorum alter, nempe Feſtus, Romæ; alter vero, Marcianus ſcilicet, creatus eſt Conſtantinopoli. Mentio habetur Feſti Conſulatus in epitaphio ſepulcrali Prætextati Exquæſtoris Sacri Palatii, quod hactenus extat in pavimento eccleſiæ ſancti Martini tituli Equitii in monte Cœlio iſtis verbis:

hic reQUIESCIT IN PACE PRÆTEXTATUS V. I. EX
quæSTOR. S.C. P. DP. VII. IDUS OCTOBR. FESTO V.C.CONS.
fiIIA EJUS PRÆTEXTATA CE. DP. XV. KAL.
AUG. DECIO V. C. Conſ.

Quæ legis elementa minoris characteris deerant in tabula. Quod vero Chriſtianorum hominum ſepulturæ ejuſmodi inſcriptio eſſe noſcatur: intelligere potes ex ea, Ethnicos Prætextatos, Chriſtianæ religionis illuſores, & refractarios, ſeſe tandem, abdicatis idolis, Chriſti fidei ſubjeciſſe.

Hoc

PAGIUS
SÆC. V.
Anno Eræ Hiſp. DX.
A.C. 472.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5965.

☉ 5. BA. ☽ 27. P. 26. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 472.

SIMPLICII PAPÆ 5.

LEONIS IMP. 16.

OLYBRII IMP. 1.

I. *Conſules.* [1] COSS. *Marcianus & Feſtus.* Hic in Occidente creatus; dicitur enim ab Anaſtaſio in Symmacho Papa, *Feſtus caput Senatus Exconſul:* Marcianus hoc anno Conſul non poteſt eſſe *Marcianus* ille, qui annum CCCCLXIX. cum Zenone aperuit, in omnibus quippe Faſtis tam Græcis, quam Latinis ſine numerali nota editur, argumento manifeſto, hunc a priori diverſum eſſe: immo Victorius Aquitanus apud Bucherium hunc ultimum non *Marcianum*, ſed *Martinianum* appellat. Cuſpinianus ſcribit *Marcianum* anno CCCCLXIX. Conſulem Anthemii Imp. filium fuiſſe, Onuphrius vero *Marcianum* hoc anno Feſti in Conſulatu collegam, ſed neuter opinionem ſuam probat. Quare Cuſpinianum præferendum exiſtimo; cum enim Anthemius anno CCCCLXVII. Occidentis Imperator dictus ſit, & anno CCCCLXVIII. Conſul ibidem proceſſerit, rationi & uſui conſentaneum videtur, eum *Marcianum* filium in annum ſequentem CDLXIX. in ſuo Imperio Conſulem deſignaſſe, eo magis quo nulla aſſignari poteſt ratio, cur Leo Imp. Marcianum Conſulem eo anno in Oriente dixerit, cum hic Leontiam, Leone patre jam Imperatore natam, ut dicetur anno CDLXXXII. num. XVI. & ideo nec dum nuptiis maturam, nondum uxorem duxiſſet. Quod ſi hæc conjectu-

NOTÆ [1] COſſ. *Marcianus & Feſtus.* Gruterus pag. MLVII. 3. & Perretus Muſ. lapid. pag. 210.

D P...... FESTO. V. C. CONSS.
D P....... ANIO. V. C. CONSS
D P......SYMMACHO. V. C. CONSS
D P..... PROBINO. V. C. CONSS.

Fleetvvod. pag. 456. legit.

FESTO. V. C. CONSS.
VENANTIO. V. C. CONSS.

Lapis in pavimento baſilicæ S. Laurentii extra muros Urbis, quem vidi, & exſcripſi A. D. 1736.

DEPOSITA IN PACE CON FESTI ET *Marciani*

Reines Cl. XX. pag. 981.

D P. VII. ID. OCT. FESTO. V. C. COS.

Epiſtola S. Simplicii Papæ in codicibus monaſterii S. Crucis in Hieruſalem Romæ; & Marcellinus: *Marciano & Feſto.*

Epitome temporum, & indiculus Paſchalis: *Feſto & Marciano. Bellum civile inter Antemium & Recimere. Occiditur Antemius V. Id. Jul. Levatur Olybrius, moritur Recimer* XIIII. *Kal. Septemb. & Olybrius moritur* IIII. *Non. Novemb.* GEORGIUS

II. Acacius Epiſc. Conſtantinop. affectat primatum.

Hoc anno Acacius Conſtantinopolitanus Epiſcopus electus anno ſuperiori, ad novas res adiiciens animum, revocare tentavit, quod Anatolius fruſtra conatus fuerat ſub Leone Romano Pontifice, tamquam ex duobus œcumenicis Conciliis Conſtantinopolitano & Chalcedonenſi indebite uſurpare, ut ſedes Conſtantinopolitana poſt Romanam locum principem obtineret: Cujus rei gratia aſtuto conſilio rem pedetentim acturus, tantæ erigendæ molis jecit ejuſmodi fundamentum. Leonem Imperatorem adiens fit illi auctor ſanctionis edendæ, qua cuncta conceſſa Eccleſiis privilegia jam perdita reſtitueret, atque firmaret: id nimirum acturus, ut hac via quod Anatolius Gennadii prædeceſſor, reſiſtente Leone Romano Pontifice, de Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ primatu viſus fuerat feciſſe diſpendium, ipſum illi in integrum reſtitueret. Sed attende Imperatoriam ſanctionem, & conſidera Acacium per ſecretum tramitem in jura Patriarchalium Eccleſiarum irrumpere: ſic enim ſe habet (a):

(a) l. 16. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

III.

*Decernimus, ut antiquatis & infirmatis funditus iis, quæ contra ipſum religionis dominum * quodammodo facta ſunt, in integrum reſtituantur univerſa & ad unum ordinem revocentur, quæ ante profeſſionem noſtræ manſuetudinis de Orthodoxæ religionis fide & ſanctiſſimarum Eccleſiarum & Martyriorum ſtatu firmiter obtinebant. Iis quæ contra hæc tempore tyrannidis innovata ſunt tam contra venerabiles Eccleſias, quarum ſacerdotium gerit beatiſſimus ac religioſiſſimus Epiſcopus Patriarcha noſtræ pietatis pater Acacius, quam contra cæteras quæ per diverſas provincias collocatæ ſunt, necnon & reverendiſſimos earum Antiſtites ſeu de jure ſacerdotalium, ſeu de expulſione cujuſquam Epiſcopi a quolibet illis temporibus facta ſeu de prærogativa in Epiſcoporum Concilio, vel extra Concilium ante alios reſidendi, vel de privilegio Metropolitano, vel Patriarchico ſub iiſdem impiis temporibus penitus antiquandis. Ut caſſatis & reſciſſis quæ per hujuſmodi ſceleratas juſſiones, aut pragmaticas ſanctiones, aut conſtitutiones impias, ſeu formam ſabſecuta ſunt; quæ a divæ recordationis retro Principibus ante noſtrum Imperium & deinceps a noſtra manſuetudine indulta vel conſtituta ſunt ſuper ſanctis Eccleſiis & Martyriis & religioſis Epiſcopis & clericis aut Monachis, inviolata ſerventur.*

* Deum vel dominium.

Leonis Imp. conſtitutio de Eccleſiarum privilegiis.

IV.

Sacroſanctam quoque religioſiſſimæ hujus civitatis Eccleſiam & matrem noſtræ pietatis, & Chriſtianorum Orthodoxæ religionis omnium & ejuſdem Regiæ urbis ſanctiſſimam ſedem, privilegia & honores omnes ſuper Epiſcoporum creationibus & jure ante alios reſidendi, & cætera omnia, quæ ante noſtrum Imperium, vel nobis imperantibus habuiſſe dignoſcitur, habere in perpetuum firmiter Regiæ urbis intuitu judicamus & ſancimus. Hec Leo, ſed Acacii faſtu tumentis proculdubio verbis concepta, & ſtylo ſuperbiæ exarata: Haud enim pii Principis verba illa eſſe potuerint, quibus dicitur Conſtantinopolitanam Eccleſiam Chriſtianorum omnium & Orthodoxæ religionis matrem eſſe. Sunt hæc plane illa, quæ caput ipſum ſuper omnes filios ſuperbiæ, ita nominatus diabolus haud fruſtra comminatus fuerat S. Gennadio ejus ſedis Epiſcopo, nimirum fore, ut poſt ipſius obitum maximas in Eccleſia concitaret diſcordias, inflammaret odia atque moveret turbas. Factumque quidem fuit, ut talia inconceſſa ſibi Acacio uſurpante, maximum in Eccleſia Dei fuerit ſchiſma conflatum, Oriente ab Occidente diviſo. Sed unde illi tam ingentes ſumendi ſpiritus animus, & inconceſſa tentandi adeo incenſa cupido? Accipe inchoandæ tragœdiæ argumentum.

Acacii faſtus & temerarius conatus.

V.

Quod enim collapſum pene videret Acacius Occidentale Romanum Imperium Orientale vero auctum & propagatum; cum jam & illud ſibi ſubjeciſſe quodammodo videretur Imperator Conſtantinopolis, mittens ex ejus urbis Senatu hominem, qui illius Imperii moderaretur habenas: ſtulte putans Acacius una cum Romano Imperio Romanam pariter eſſe imminutam Eccleſiam, quaſi ſpiritualia atque ſacra e rerum temporalium & profanarum diminutione detrimentum pati neceſſe eſſet: nimia elatus ſuperbia, ſumma arrogantia ad alta faſtigia molienda aditum ſibi patere putavit; ia-

Unde tumor & ſpes vana Acacio.

tus

PAGIUS

ctora arrideat, anno CCCCLXIX. num. I. *Marcianus* dici debet Conſul Occidentalis, non Orientalis; ſed adhuc incertum remanet an Marcianus hujus anni Conſul Orientalis, vel Occidentalis fuerit.

II. A num. II. ad VIII. *Acacius* Conſtantinopolitanus Epiſcopus conatus eſt quidem a Leone Imp. impetrare, ut Sedes Conſtantinopolitana poſt Romanam locum principem obtineret juxta decreta Conciliorum Conſtantinopolitani & Chalcedonenſis, ſed lex XVI. Cod.Juſtin. *de Sacroſanctis Eccleſiis*, qua Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Privilegia *reſtituuntur*, non a Leone Imp. ut exiſtimavit Baronius, qui eam, hic recitat, ſed a Zenone Aug. emiſſa, flagitatu *Acacii* Epiſcopi Conſtantinopolitani & quidem anno quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, quo *Zeno* in Imperium reſtitutus eſt. Hæc enim ejus ſubſcriptio: *Dat. XVI. Kalend. Jann. Armatio V. C. Coſ.* ubi tamen loco. *Armatio V. C.* legendum *P. C. Armatii V. C.* qua formula annus CDLXXVII. notatus fuit. Verum quidem eſt, in fronte hujus conſtitutionis legi: *Iidem AA. Sebaſtiano P. P.* At cum lex XV. *de*

Acacius Conſtantinopolitanus Epiſcopus primum locum poſt Rom. Pontificem petit.

Sa-

Digitized by Google

tus nimirum, Magno illo defuncto Leone Romano Pontifice, qui Anatolium talia tentantem compreſſerat & Imperatorem eadem petentem rejecerat; haud in ſucceſſoribus tantum inſidere conſtantiæ, ut ipſi & Leoni Imperatori hæc agentibus reniterentur, atque penitus contradicerent. Sed fefellit ſpes vana ventoſum hominem, ſatis ſuperque ſuo damno expertum ſe in duriſſimam impegiſſe petram, cum Petri ſucceſſores impudens laceſſivit: fractus nimirum eſt ipſe fronte dum vane putavit perfricta fronte petram percutiendo confringere.

VI. Acacio Simplicius Papa reſtitit.

Reſtitit quidem ipſius exordio, tentatæ ſtultæ præſumptioni Acacii, qui hoc tempore Romanam regebat Eccleſiam Papa Simplicius: Cujus res fortiter geſtæ & Acta cum perierint, atque litteræ datæ prorſus exciderint; ex paucis quæ a Gelaſio Romano Pontifice obiter enarrantur, ſatis ſuperque poſſumus ex victoria conſecuta præcedens exiſtimare certamen. Scribens enim ad Dardaniæ Epiſcopos (a) de ſancto Simplicio Papa, primum de Leone Papa locutus, ſubdit hæc de Simplicio reſiſtente Leoni Imperatori & Acacio talia poſtulantibus: *Eaque* (inquit) *nihilominus ſub ſanctæ memoriæ Papa Simplicio legatum ſedis Apoſtolicæ ſanctæ memoriæ Probum Canuſinæ urbis Epiſcopum, Leone Principe tunc petente * docuiſſe nullatenus poſſe tentari; neque his prorſus præbuiſſe conſenſum. Atque ideo non ad civitatis cujuſlibet reſpiciant qualitatem, ſed modum diſpenſationis Eccleſiaſticæ Patrum traditione firmatum convenienter conſervent.* Hæc Gelaſius de tentatis per Acacium hujus Leonis Imperatoris tempore: qui licet ſub ejus ſucceſſoribus Zenone & Baſiliſco repulſus ſit, idem rurſus ab eo eſt inſtauratum certamen: ſed ſemper tum Simplicium, tum ejus ſucceſſorem Felicem Papam paſſus eſt Acacius adverſantes ac penitus reſiſtentes: nam idem Gelaſius ſubdit:

(a) *Gelaſ. ep. 13. to. 1. epiſt. Ro. Pontif.*

* præſente.

VII. *Sanctæ memoriæ nihilominus Papa Simplicius, & poſt eum ſanctæ memoriæ Papa Felix, non ſolum Baſiliſcum tyrannum ſed etiam Imperatorem Zenonem pro iiſdem ipſis exceſſibus auctoritate libera ſæpe increpaſſe noſcuntur: flectique potuiſſet niſi Conſtantinopolitani Præſulis accenderetur inſtinctu, qui particeps externæ communicationis effectus, neceſſaria in quod inciderat, jam fovebat, malens in ſuæ prævaricationis obſtinatione perſiſtere, quam curandus ad ſalubria remeare, ſicut ipſe rerum probavit eventus.* Hæc Gelaſius ad Acacii ſcelus alludens, dum ut ſe contra Romanum Pontificem roboraret, iis qui a ſedis Apoſtolicæ communione fuerant ſegregati, temere communicavit. Sed de his dicendum inferius: hæc modo ſatis tum ad Acacii hujus Leonis tempore temerarium auſum inſinuandum, tum ad Simplicii Papæ in reſiſtendo conſtantiam declarandam. Quomodo vero repulſus Acacius deformiora aggreſſus eſt excitare certamina, dum Eccleſiæ Alexandrinæ reſtituit impium illum & ſacrilegum Timotheum Ælurum jam antea ſub hoc ipſo Leone Imperatore expulſum, ſuo loco dicemus.

Pontifices Romani maxime reſtiterunt Acacio.

VIII. S. Euthymii obitus.

Hoc anno qui numeratur Leonis Imperii decimusſextus, magnus ille Euthymius Archimandrita in Palæſtina, cujus ſæpe ſuperius mentio facta eſt, ad Deum ex hoc mundo vocatus conceſſit: cujus res geſtas (b) Cyrillus monachus ejus diſcipulus, quam accurate conſcripſit omni fide ſignata. Interfuit funeri Anaſtaſius Hieroſolymorum Epiſcopus, & honorificentiſſima eum condidit ſepultura, illuſtratum tum viventem tum mortuum innumeris plane miraculis: quæ omnia tu conſulas lector: ratio enim inſtituti haud demorari in his diutius ſinit. Satis hoc tibi, fidem ejuſdem temporis ſcriptoris reddi in omnibus commendatam atque probatam. Porro natalis ejus anniverſaria dies mox peragi cœpta eſt: celebravit eum ſolemni ritu inter alios Sabas ſanctiſſimus Abbas, de quo plura dicemus. Sed audi clamores tragicos Occidentis.

(b) *Acta Euthymii apud Sur. die 20. Januarii.*

Hoc

PAGIUS *Sacroſanctis Eccleſiis*, quæ immediate ante legem XVI. recitatur, hunc titulum præferat: *Imp. Zeno*, manifeſtum eſt, in titulo legis XVI. loco, *Iidem AA* legendum eſſe, *idem A.* id eſt, *idem Auguſtus*, quod eo magis dicendum, quo Sebaſtianus anno CDLXXVII. Præfectus Prætorio fuit, ut liquet ex lege VII. *de diverſis reſcriptis*, data *poſt Conſulatum Baſiliſci & Armati*.

III. *Moritur S. Euthymius Abbas.*

Ad num. VIII. Obitus Sancti *Euthymii* Abbatis contigit anno ſequenti. Cyrillus enim Monachus, qui Vitam ejus ſcripſit, diverſam ab ea, quam Metaphraſte exhibet, quamque ſolam Baronius viderat, ait: *Obitus ejus accidit vigeſima menſis Januarii, undecima Indictione.* Et paulo poſt: *Quinto Leonis Imperatoris Conſulatu, ejuſdemque Imperii decimo ſexto anno vivendi finem fecit*, ideoque anno ſequenti, quo Leo quintum Conſulatum geſſit, & Indictio XI. menſe Januario in curſu fuit. Perperam etiam ſcripſit Baronius, Cyrillum Monachum diſcipulum fuiſſe Sancti Euthymii; ex Vita enim S. Cyriaci Anachoretæ a Metaphraſte ſcripta, conſtat Cyrillum Monachum, quæ de Sanctis Euthymio & Sabba refert, a Sancto *Cyriaco* didiciſſe, annoque quo hic ad Deum migravit, Chriſti nempe DLVII. adhuc in vivis fuiſſe Cyrillum. Sancti Euthymii Vitam a Cyrillo ſcriptam, & Sancti Cyriaci Vitam a Metaphraſte elucubratam Græce & Latine publicavit Pougetus Tom. I. Analect. Græc. Nam quæ latine a Bollando & Græce a Cotelerio editæ ſunt, a Metaphraſte concinnatæ.

A num.

IX. Anthemii Auguſt. obitus. (a) Caſſiod. in Chron. Olybrius Imp.

Hoc eodem anno Anthemius Imperator proditione generi Ricimeri necatur. Id quidem Caſſiodorus his habet verbis: (a) *His Conſulibus Patricius Ricimer, Romæ facto Imperatore Olybrio, Anthemium contra reverentiam Principis & ejus affinitatis cum gravi clade civitatis extinguit. Qui non diutius peracto ſcelere gloriatus poſt quadraginta dies defunctus eſt: Olybrius autem ſeptimo menſe vitam peregit.* Hæc ipſe: eadem Marcellinus & alii. Porro Olybrii interitus contigit anno ſequenti.

X. Sic igitur proditor barbarus, fax Occidentalis Imperii, perfidus Arianus Ricimer, ſero licet, tandem ſenſit ſe nolentem licet (ſicut (b) Antiochus) ſubditum eſſe Deo. Hic ille perfidus, qui inſtar mancipiorum habuit Imperatores, pro arbitrio eos tollens & ſubrogans, miſcens & verſans pro ludibrio ſummam rerum aleam. Hic ille ſacrilegus Arianus, qui cum tantam ſibi in Romanum Imperium uſurpaſſet auctoritatem, invitis licet ipſis Romanæ Eccleſiæ Pontificibus barbarica tamen auctoritate in Urbe ſibi eccleſiam vendicarat, in quam cum ſuis Arianis Gothis militibus conveniret. Fuit illa quidem titulo ſanctæ Agathæ ad radices Quirinalis montis contra Viminalem poſita parva licet, ab ipſo tamen Ariano ornata Catholico more: etenim ejus apſidem marmorum cruſtis & imaginibus ſacris Salvatoris ac duodecim Apoſtolorum ea muſivo egregie nobilitavit. Permanſit opus uſque ad tempora noſtra cum nimia vetuſtate fatiſcens apſis ipſa ante quinquennium improviſa ruina collapſa funditus periit. Quam vir egregius Romanæ Eccleſiæ ornamentum, ejus eccleſiæ diaconus Cardinalis Federicus Borromæus mox reſtituit a fundamentis.

(b) 2. Mach. 9.

Erat autem in ejuſdem apſidis emicyclo ex muſivo pariter opere ejuſmodi inſcriptio exarata: XI.

FL. RICIMER V. I. MAGISTER UTRIUSQUE MILITIÆ PATRICIUS ET EX CONSUL. ORD. PRO VOTO SUO ADORNAVIT.

Quid vero acciderit, cum a Chriſtianis Catholicis eadem eccleſia, pulſis Arianis vendicata eſt, & a ſancto Gregorio ſacris expiata, Catholicorumque uſui reddita fuit: idem Gregorius (c) narrat: ſed nos ſuo loco dicemus. Scimus ipſum Ricimerum Gothum a Gotho ſcriptore Jordane laudari: ſed induliſſe eum privatis gentilitatis affectibus, ipſa facta declarant, quæ nec narrat quidem, relinquens ea ſepulta ſilentio, cum non haberet quod excuſaret.

(c) Greg. l. 3. ep. 19. & dialog. l. 3. c. 30.

XII. Sidonius creatus Epiſcop. Arvernen.

Sed ad res Gallicanas tranſeamus, quas his ipſis temporibus complures ſanctiſſimi Epiſcopi illuſtrarunt, de quibus ſuis locis. Hic modo de Sidonio Apollinari ſat meminiſſe, qui hoc anno creatus reperitur Epiſcopus Arvernenſis, vir plane egregius, gener Aviti Imperatoris, Patriciatus dignitate inſignis, qui & maxime claruit poeticis & rhetoricis litteris, nulli in his ſuæ ætatis ſecundus: ſed & ſumma morum enituit ſanctitate. De quo in primis habet iſta Gregorius Turonenſis, ubi recenſuit virtutes ejus prædeceſſoris Eparchii (d): *Sidonius ex Præfecto ſubſtituitur, vir ſecundum ſæculi dignitatem nobiliſſimus, & de primis Galliarum Senatoribus.* Et inferius: *Cum autem eſſet magnificæ ſanctitatis, atque (ut diximus) ex Senatoribus primis; plerumque, neſciente conjuge, vaſa argentea auferebat e domo, & pauperibus erogabat. Quod illa cum cognoſceret, ſcandalizabatur in eum: ſed tamen, dato egenis pretio, ſpecies domi reſtituebat.* Hæc ipſe: cætera inferius.

(d) Gregor. Tur. lib. 2. c. 21.

XIII. Chronologia de Sidonio.

Quod autem hoc potiſſimum anno eum dixerimus fuiſſe creatum Epiſcopum: ne quid temere & pro animi arbitrio abſque certa ratione dixiſſe videamur; accipe de his exactam chronographiam. In primis igitur quod ad ſæculares magiſtratus quibus functus, & honores, quibus eſt inſignitus, ſpectat: meminiſſe debet lector ætatem & magiſtratus atque honores Si-

PAGIUS IV. *Anthemio occiſo ſuccedit Olybrius.*

A num. IX. ad XII. Chronographus a Cuſpiniano editus ſub hujus anni Coſſ. ait: *Bellum civile geſtum eſt Romæ inter Anthemium Imperatorem, & Ricimerem Patricium. Et levatus eſt Romæ Imperator Olybrius; occiſus vero Imp. Anthemius V. Idus Julias. Defunctus vero eſt Ricimer XV. Kal. Septembris. Quo anno Gundibalus Patricius factus eſt ab Imperatore. Defunctus vero eſt Imp. Olybrius Romæ X. Kal. Novemb.* Gundibali hortatu *Glycerius* anno ſequenti ſumſit Imperium, ut ait Caſſiodorus in Chronico. Perperam porro Baronius, qui Chronographum iſtum non viderat, *Olybrii* mortem in annum ſequentem diſtulit. Regnavit *Anthemius* annos quinque, & menſes tres, unico die excepto: *Olybrius* menſes tres, & dies duodecim. *Placidia* Valentiniani III. filia, Olybrii uxor marito ſuperſtes vixit uſque ad Zenonis tempora. Ex utriuſque conjugio prodiit *Juliana Anicia* uxor Areobindi Patricii, de quorum filiis infra agetur. Theophanes ad annum XV. Leonis Imp. ſcribit, Ricimerem *Anthemii pie admodum Romæ Imperium adminiſtrantis* generum *in proprium inſurrexiſſe ſocerum: bellis vero totam regionem occupantibus tanta fame atteruntur Imperatoris copiæ, ut coriis aliiſque cibis inſolitis non parcerent*, inquit Theophanes.

Ad num. XII. & ſeqq. Sidonius Apollinaris anno tantum ſequenti Arvernorum Epiſcopus renunciatus eſt, ut ex duabus ejus Epiſtolis colligo. V.

donii ex ſuis ipſias ſcripris ſapeiius certis annis conſignatos poſitos eſſe: nimirum, ſab Conſulata Aſtaili, qai eſt annus Domini quadringenteſimus quadrageſimuſnonas, pueritiam jam exceſſiſſe, cœpitſeque adoleſceru, atpote annorum circiter decem & ſeptem: ſab Conſulatu vero Majoriani, nempe anno Domini qaadringenteſimo quinqaageſimooctavo ob inſignem eruditionem tum in rhetoricis, tum etiam in poeticis facaltatibus, ſtatua in ſoro Trajano poſita ex Senataſconſalto fuiſſe douatum: ſub Conſalatu vero Authemii Imperatoris (is eſt annus Chriſti quadringenteſimus ſexageſimus octavus) ab eodem Augaſto Præfectura inſigoitum: quando autem auctus fuerit dignitate Patriciatus, neſcitar, quam tamen conſtat ipſum ante Ecdicium uxoris ſaæ fratrem eſſe conſecatum, qui eam accepit a Julio Nepore Auguſto ante biunnium. Hæc quod ad ſæcalares dignitates; quod autem ad ſacra munera ſpectat, ex ſais etiam ipſias ſcriptis, tamquam per tenuem in oſtio ex obliquo rimulam ejus Epiſcopatus certum tempus intelligi poſſe vidutar.

XIV. (a) Sidon. l.6. ep.1. Extat quidem ejus epiſtola (a) ſcipta ad S. Lapum Trecenſem Epiſcopum data, cam ipſe Sidonius creatus eſt Epiſcopus: qua ſanctiſſimi viri preces implorat, ut regiminis qaod tunc ſuſceperat onus illæſa conſcientia ferre poſſet: nam queritur dicens: *Facinorum continuatione miſer eo neceſſitatis acceſſi, at is pro peccato populi nunc orare compellar, pro quo populus innocentum vix debet impetrare, ſi ſupplicet.* Quando autem ea faerit ſcripta epiſtola, ut pariter Sidonii promotio poſſit haberi comperta, hoc inveſtigandam, ſi quomodo conſequi liceat quod optamus. Conſiderandum eſt igitur, quod idem ait, eo tempore, quo illa ſcribebat, ipſum Lupum jam in ſede Epiſcopali exegiſſe annos quadragintaquinque: ſunt enim hæc ejus verba: *Cum primo poſt deſudatas militiæ Lerinenſis excubias, & in Apoſtolica ſede novem jam decurſa quinquennia, utriuſque ſanctorum ordinis quemdam te conclamatiſſimum primipilarem ſpiritualia caſtra venerentur*, &c. Cum ergo tunc ſit creatus Epiſcopus Arvernenſis Sidonius, cum ſanctus Lapas novem jam exegiſſet in ſede quinquennia: modo perveſtigandam aſt tempus ſedis ſancti Lupi Trecenſis, ut ex eo notus pariter ſiat annus, quo Sidonius ad Epiſcopatum provectus eſt. Ætas S. Lupi in Epiſcopatu.

XV. (b) Apud Sur. tom. 4. die 29. Julii. Extant res geſtæ (b) ſancti Lupi, licet brevi compendio, omni tamen fide antiquitus ab homine ejas temporis ſcriptis traditæ: ux quibas poteſt intelligi qao potiſſimam anno ipſu fuerit creatus Epiſcopus. Dum enim ait ipſum ſanctum Lupum adjuoctum aſſe collegam S. Germano Epiſcopo Antiſiodorauſi in legatione in Britanniam adverſus Pelagianos ſuſcepta, eam idem Lupus jam annum ſecundum ageret in Epiſcopatu; ex hoc colligi neceſſe uſt, ipſum eſſe creatum Trecenſem Epiſcopum anno Domini quadringenteſimo viguſimoſeptimo; cum jam conſtet ex his quæ ſuperiori tomo quinto Annalium dicta ſunt, S. Proſperi auctoritatu, contigiſſu cam obire ſanctos Epiſcopos legationem anno Redemptoris quadringenteſimo vigeſimonono. Adde igitur novem quinquennia exacta poſt annam Domini qaadringenteſimam vigeſimum ſeptimum, quo S. Lupum creatum Epiſcopum diximus: utique pervenies ad præſentem annum Domini quadringenteſimum ſeptuageſimumſecundum. Cum igitur conſtet, anno quo ipſe ſanctus Lupus jam tranſegerat novem in Epiſcopatu quinquennia, Sidonium eſſe creatum Epiſcopum Arvernenſem; utique dicendum eſt, ipſum creatum Epiſcopum hoc ipſo anno Domini quadringenteſimo ſeptuageſimoſecando, cum eſſet annaram circiter quadraginta. Aſſamptus eſt autem ad Epiſcopatum, cum adhuc ſuperſtes eſſet Pa-

PAGIUS. Sidonius Apollinaris ſit Epiſ. Arvernorum. ligo. Prior data eſt ad S. Lupum Trecenſem Epiſcopum, cum ipſe Sidonius Arvernenſis Epiſcopus dictus. In ea epiſtola, quæ prima eſt lib. 6. ut Lupum jam in Sede Epiſcopali annos quadraginta quinque exegiſſe exprimat, ita loquitur. *Cum poſt deſudatas militiæ Lirinenſis excubias, & in Apoſtolica Sede novem jam decurſa quinquennia*, &c. quibus ex verbis ſupra deduxi, Lupum anno CDXXVIII. qua Valentinianus III. Imperii Cæſarei Quinquennalia dedit, in Eccleſia Trecenſi ſedere cœpiſſe: [s] alioquin Sidonius eum loquendi modum ſibi inuſitatum uon adhibuiſſet. Si itaque ei Chriſti anno quinquennia novem ſeu annos quadraginta quinque Epiſcopatus *Lupi* adiicias ultimo ſc. anno CDXXVIII. ut fieri debet, in ſummam collato, pervenies ad annum CDLXXIII. ideoque ea Epiſtola ipſo Epiſcopatus *Sidonii* initio, Olympiadiſque CCCXIII. ad Lupum ſcripta; quia ſicut ille annos ſuos per Olympiadas; ita & Lupi annos per quinquennia numerat. Quod eo magis dicendum, quo anno CDLXXIII. Leo Imp. *Vicennalia* exhibuit, quæ *Sidonium* movere potuerunt, ut eum loquendi modum uſur-

NOTÆ [s] S. Sidonium anno tantum 473. Epiſcopum renunciatum fuiſſe, non invicte quidem Pagius probat; cum id deducat ex epiſtola ejus ad S. Lupum, quam ſcriptam hoc anno arguit ex ſupputatione per quinquennalia quam ibidem adhibet. Leve id videtur Tillemontio. Porro S. Lupus Epiſtolam gratulatoriam dedit tunc Sidonio, quæ unica ex omnibus viri Sancti Operibus nunc supereſt legenda apud Dacher. Spicil. t. III. pag. 302. novæ editionis. MANSI.

Papianillæ conjux, filia Aviti Imperatoris, ſuſcepiſſetque ea ea filiolam (ut vidimus) nomine Roſciam, quam apud aviam ſancte pieque inſtituendam curavit.

XVI. Porro ad Epiſcopatum aſſumptus, ita mores compoſuit, ut ſtatim abſolutiſſimi ſacerdotis ſpeciem præſeferret; cujus rei gratia ſanctiſſimi Præſules eidem litteris congratulati ſunt, ut inter alios magnus ille (ut diximus) celebris nomine Lupus Eccleſiæ Trecenſis Epiſcopus, ad quem Sidonius epiſtolam illam reddidit, cujus nuper fecimus mentionem, qua adeo enixe preces ab eo exigit: ex qua etiam videas, magna humilitate præditum fuiſſe virum, dignum ob eam virtutem, qui ad ſummum ſanctitatis culmen a Deo attolleretur.

XVII. Factum vero Epiſcopum nuncium remiſiſſe ſæcularibus jocis, hominem natura lepidum, ejus epiſtolæ poſt Epiſcopatum datæ declarant. Sane quidem ab hoc ipſo tempore animi fuiſſe tranquillioris, ſatis oſtendit, dum rogatus ab amico aliquid menſa dignum poeticum ludere; ſe excuſans a metrico luſu, ſerio iſta ingerit, illum monens (*a*): *Quinimmo quoties epulo menſæ lautioris hilarabere, religioſis (quod magis approbo) narrationibus vaca: iis proferendis confabulatio frequens; iis redicendis ſolicitus auditus inſerviat.* Hæc ipſe, qui laſcivientem Muſam inſtar ſervæ Hebræorum capillis & unguibus circumciſæ retinuit, ut his ſapphicis ad Firminum datis demonſtrat (*b*):

(a) Sidon. l. 9. ep. 13.

(b) Sidon. l. 9. ep. 10.

Non putet ſolvi per amæna dicta,
Schema ſit artis, phalerasque jungam,
Clerici ne quid maculet rigorem
Fama poëtæ.

Hæc ipſe, cum jam eſſet creatus Epiſcopus, ut ea eadem epiſtola colligi poteſt.

XVIII. Sidonii humilitas. Sed intuere viri modeſtiam de ſe ipſo nonniſi humillime ſentientis, quamvis plurimæ eſſent illius dotes, quibus potuiſſet efferri. Sunt enim crebræ ipſius querelæ, quibus ſe indignum ad Epiſcopatum aſſumptum deplorat: nam ad Apollinarem ſcribens, hæc ait (*c*): *Ego autem infelicis conſcientiæ mole depreſſus, vi febrium nuper extremum ſalutis acceſſi, utpote cui indigniſſimo tantæ profeſſionis pondus impactum eſt: qui miſer ante compulſus docere quam diſcere, ante præſumens prædicare quam facere, tamquam ſterilis arbor cum non habeam opera pro pomis, ſpargo verba pro foliis.* Hæc de ſe ipſo Sidonius; cum alioqui, teſtificatione Gregorii & aliorum, ſanctiſſimus habitus ſit Antiſtes. Ad Fauſtum quoque nuper creatum (ut ipſe ait) Regienſem Epiſcopum ſcribens (*d*), ubi ipſum valde laudavit, quod per ſacerdotium nihil immutarit vitæ monaſticæ ſeveritatem; ejuſdem exigens preces, hæc inter alia habet, bene compoſitum animum indicantia: *Tu igitur (ut ſupra dixi) precatibus obtine, ut portio noſtra ſit Dominus, atque ut adſcripti turmæ Levitarum, nec remaneamus terreni, quibus terra non manet; inchoemusque ſicut a ſæculi lucris, ſic quoque a culpis peregrinari, &c.* Hæc & alia hujuſcemodi, quibus & demonſtrat eadem circa tempora ipſum Fauſtum ex Abbate Lerinenſi creatum fuiſſe Epiſcopum Regienſem. Porro in diverſis aliis ipſius Sidonii epiſtolis ſparſi ſunt threni, quibus ſe indignum ad Epiſcopatum aſſumptum deplorat.

(c) Sidon. l. 5. ep. 3.

(d) Sidon. l. 9. ep. 3.

Fauſti Epiſcopatus tempus.

XIX. Porro tantæ apud ſeniores ſanctos Epiſcopos æſtimationis ipſe junior fuiſſe cognoſcitur, ut oborta contentione in eligendo Metropolitano Epiſcopo Bituricenſis Eccleſiæ, ipſi uni a comprovincialibus ſacerdotibus, clero, & populo, quem vellet eligendi liberum fuerit delatum arbitrium: cum ipſa quanto in dijudicandis hominibus polleret judicio declaravit, deligens S. Simplicium, quem omnes ſummo gaudio ſuſceperunt. Extant de his ab eodem Sidonio datæ ad diverſos Epiſcopos litteræ (*e*), itemque ab eo tunc habita concio: qua quidem quanta polleret dicendi facundia, ſi legeris, admiraberis. Verum ut ea opulento convivio aliquid deguſtes, ne prorſus jejunus abſcedas; hic tibi deſcribam, quas ipſe ſuas recenſet anguſtias: cum eligendo aliquem, cuperet omnibus ſatisfactum, nec ſe id præſtare poſſe videret: ſic enim ait:

(e) Sidon. l. 7. ep. 5. 8. 9.

XX. *Si quempiam nominavero monachorum, quamvis illum Paulis, Antoniis, Hilarionibus, Macariis conferendum, ſectatæ* ana-

PAGIUS uſurparet. In eo perſtat Sidonius Epiſt. XI. lib. 9. ad Lupum data, cum hic jam annum quinquageſimum in Epiſcopatu ageret; ait enim: *In omnibus eadem quippe qui in alio genere virtutum jam per quinquennia decem non æquavis Sacerdotibus tantum, verum & antiquis quoties collatus, antelatuſque ſit.* Quæ Epiſtola anno CDLXXIX. quo Zeno Imp. Quinquennalia exhibuit, quove decem illa quinquennia abſoluta, ſcripta eſt, Sirmondus in Notis ad Epiſt. I. libri 6. Sidonii, aliique omnes Baronii ſententiam ſecuti ſunt.

VI. Regum Burgundionum ſucceſſio. Chronographus Cuſpinianeus ad Conſulatum Feſti & Marciani, ſeu ad præſentem Chriſti annum ſcribit: *Gundibalus Patricius factus eſt ab Olybrio Imperatore* ideoque *Gundeuchus* Burgundionum Rex ejus pater jam vivere deſierat, & veroſimiliter *Chilpericus* ejus frater. Utrumque Catholicum fuiſſe, ſicuti *Gundicarium* eorum patrem, jam ſupra oſtendimus. Si enim *Gundeuchus* Orthodoxus non fuiſſet, Hilarus Papa in Epiſtola X. ad Leontium Epiſcopum Arelatenſem, his verbis non uteretur: *Quantum filii noſtri, viri illuſtris, Magiſtri militum Gunduici ſermone eſt indicatum; prædictus Epiſcopus* ſuem-

Difficultas in eligendo qui omnibus placeat.

anachoreſeos prærogativa comitetur? antes illico meas incondito tumultu circumſtrepitus ignobilium pumilionum murmur everberat conquerentium: Hic qui nominatur (inquiunt) non Epiſcopi, ſed potius Abbatis complet officium, & intercedere magis pro animabus apud cœleſtem Judicem poteſt, quam pro corporibus apud terrenum Judicem. Sed quis non exacerbeſcat, cum videat ſordidari virtutum ſinceritatem criminatione vitiorum? Si eligimus humilem: vocatur abjectus. Si proferimus erectum: ſuperbire cenſetur. Si minus inſtitutum: propter imperitiam creditur irridendus. Si aliquatenus doctum: propter ſcientiam clamatur inflatus. Si ſeverum: tamquam crudelis horretur. Si indulgentem: facilitate culpatur. Si ſimplicem: deſpicitur ut brutus. Si acrem: vitatur ut callidus. Si diligentem: ſuperſtitioſus decernitur. Si remiſſum: negligens judicatur. Si ſolertem: cupidus. Si quietum: pronunciatur ignavus. Si abſtemium producimus: avarus accipitur. Si eum qui prandendo paſcat: educitatis impetitur. Si eum qui paſcendo jejunet: vanitatis arguitur. Libertatem pro improbitate condemnant: Verecundiam pro ruſticitate faſtidiunt: Rigidus ob auſteritatem non habent caros: Blandi apud eos communione viloſcunt. Ac ſi apud eos utrolibet genere vivatur: ſemper hi tamen bonarum partium mores, pungentibus linguis maledicorum, velati bicipitibus hamis inuntabuntur.

XXI. *Inter hæc monaſterialibus diſciplinis ægre ſubditur vel popularium cervicoſitas, vel licentia clericorum. Si clericum dixero: ſequentes æmulantur, derogant antecedentes.* Et poſt nonnulla adverſus eos qui diuturnitate clericalis miniſterii, non prærogativa meritorum cæteris ante habendos eſſe clamarent, hæc ſubdit: *Si militarem dixero forte perſonam*, quæ nimirum ex palatina militia, Præfectura aliqua emineret: *protinus in hæc verba conſurgitur. Sidonius ad clericatum quia de ſæculari profeſſione tranſlatus eſt, ideo ſibi aſſumere Metropolitanum de religioſa congregatione diſſimulat: natalibus turget, dignitatum faſtigiatur inſignibus, contemnit pauperes Chriſti, &c.* Hæcque tibi modo ſatis, ſed non ad ſatietatem explendam, ſed ad gulæ potius irritamentum, quo totam ipſam appetas opiparam devorare menſam.

XXII. Sidonius invidiam paſſus.

Sed accipe, quomodo ob mirificam dicendi vim Sidonio invidiam paſſo, Dominus præſto fuerit, ut multo magis ejus eniteret & animi virtus, & in dicendo facultas. Gregorius enim hæc de ipſo habet (*a*): *Sanctus vero Sidonius tantæ facundiæ erat, ut plerumque ex improviſo luculentiſſime quæ voluiſſet nulla obſiſtente mora, componeret. Contigit autem quadam die, ut ad feſtivitatem baſilicæ monaſterii, cujus ſupra meminimus, invitatus accederet. Ablatoque ſibi nequiter libello, per quem ſacroſancta ſolemnia agere conſueverat; ita paratus in tempore cunctum feſtivitatis opus explicuit, ut ab omnibus miraretur, nec putaretur ab aſtantibus ibidem hominem locutum fuiſſe, ſed Angelum. Quod in præfatione libri, quem de Miſſis ab eo compoſitis conjunximus plenius declaravimus.* Hæc Gregorius de Sidonio Apollinari: cujus cognominis rationem ſi quæras, ipſum habes qui doceat, nimirum eo nomine ipſius nuncupatum fuiſſe avum, qui primus ſuæ familiæ, abdicato Gentilitiæ ſuperſtitionis errore, Chriſtianam amplexus eſt religionem. Quo nomine ipſe Sidonius ſummopere gloriatus, cum contigit ejus Apollinaris reſtituere monumentum, epitaphium eidem carmine ſcripſit: quo ubi primum meminit de ejuſdem Præfectura Prætorii, quam ſumma cum laude in Galliis adminiſtravit, iſta ſubdit (*b*):

(*a*) Gregor. Turon. l. 2. c. 22.

De Apollinari avo Præf. Prætor. Galliarum.

Hæc ſed maxima dignitas probatur;
Quod frontem Cruce; membra fonte purgans;
Primus de numero patrum ſuorum
Sacris ſacrilegis renunciavit.
Hoc primum eſt decus, hæc ſuperba virtus.

(*b*) Sidon. l. 3. ep. 12.

Spe

PAGIUS (nempe Mamertus Viennenſis) *invitis Dienſibus Epiſcopum conſecrare præſumſit*, ut videre eſt apud Baronium anno CDLXIII. num. IV. De Chilperico in Vita Sancti Romani Abbatis Lupicini deceſſoris a Turonenſi lib. de Vitis Patrum ſcripta habetur, *Lupicinum* obtinuiſſe a Chilperico Rege præceptionem, *ut annis ſingulis trecentos modios tritici, eodemque numero menſuras vini* acciperet, *& centum aureos ad comparanda fratrum indumenta*. Chilpericus, quemadmodum & Gundeuchus ejus pater, Magiſter militum fuit; ita enim appellatur a Sidonio lib. 5. Epiſt. VI. ubi de iſto *Chilperico*, non vero de *Chilperico* Gundobaldi fratre ut putavit Sirmondus in Notis ad Sidonium, ſermonem habet, ut recte obſervat Hadrianus Valeſius lib. 3. pag. 139. de Reb. Franc. Licet enim Sidonius *Chilpericum* Tetrarcham appellet, eo tamen nomine quatuor fratres tunc regnaſſe non indicat ut arbitratur Sirmondus; cum qui portionem habet alicujus ditionis, *Tetrarcha* etiam appelletur.

VII. Burgundionum Reges Arianam hæreſim amplectuntur.

Turonenſis lib. 2. cap. 28. ſcribit: *Fuit autem & Gundeuchus Rex Burgundionum, ex genere Athanarici Regis perſecutoris, de quo ſupra memoravimus. Huic fuerunt quatuor filii, Gundobaldus, Godegeſilus, Chilpericus, & Godomarus. Igitur Gundobaldus Chilpericum fratrem ſuum interfecit gladio, uxoremque ejus ligato ad collum lapide, aquis immerſit. Hujus duas filias exilio condemnavit: quarum ſenior, mutata veſte Mucurena, junior Chrotildis vocabatur*, Ve-

rum

Digitized by Google

Spe præcedere, quos honore jungar;
* parentes *Quique hic ſunt titulis pares parentes*,*
Hos illic meritis ſupervenire,

Merito igitur ab eo qui in familiam omnibus celſius Præfecturis Chriſtianum nomen intulit, Apollinari, Sollius Sidonius cognomentum accepit Apollinaris. Sed de ipſo modo ſatis.

Qua-

4

PAGIUS rum Turonenſis in Hiſtoria priorum Regum, tam Gothorum, quam Burgundionum non ſemel lapſus eſt, *Athanaricus* enim Gothorum Rex ac Eccleſiæ perſecutor, qui anno CCCLXXXI. obiit, nihil commune habuit cum Burgundionum Regibus, iſque Arianam ſectam profeſſus eſt. *Gundeuchi* tamen filios eandem hæreſim amplexos eſſe recte ſcribit Turonenſis lib. 5. cap. 2. *Haretici vero, nec acquirunt, ſed quod videntur habere, aufertur ab eis. Probavit hoc Godegeſili, Gundobaldi, atque Godomari interitus, qui & patriam ſimul & animas perdiderunt*, &c. Non loquitur Turonenſis de Chilperico II. eorum fratre, quia hic religionem Catholicam conſervavit, cum Chrotildis ejus filia, quæ Clodovei Magni Francorum Regis uxor fuit, in religione Catholica ſit educata. *Chilpericus* Lugduni regnavit; ſed poſtquam *Gundobaldus*, qui & *Gundibalus* dictus, duorum fratrum ſanguine, Chilperici ſc. & Gundomari manus imbuit, ipſe Lugduni, ut aſſerit Ennodius in Vita Sancti Epiphanii pag. 402. *Gundegiſilus* vero Genevæ, ut Ennodius pag. 408. regnarunt.

I. Olybrius occiditur, Glycerius Imp. creatur.

QUadringenteſimo ſeptuageſimotertio Chriſti anno Leo Auguſtus quintum Conſul Faſtis inſcribitur abſque collega, quod turbatæ vehementer eſſent res Occidentalis Imperii: nam occiditur Imperator Olybrius, & in locum ejus a Gothis militibus Clycerius ſubrogatur: ſub hujus enim anni Conſulibus Caſſiodorus hæc habet (a): *His Conſulibus Gundebado hortante, Glycerius Ravennæ ſumpſit Imperium*, tenuitque vix annum unum. Apud hunc plurimum valuiſſe S. Epiphanium Ticinenſem Epiſcopum, Ennodius tradit: additque complures capitis reos interventione ipſius Epiphanii ab eodem Imperatore liberos eſſe dimiſſos. In hunc ergo modum magno Reipublicæ damno ſæpe mutatis Auguſtis, addita his eſt nova calamitas, cum Oſtrogothi ſub Duce Windemiro ex gente Amala ad damna deſcenderunt Italiæ, alia vero ex parte Theodomiro ad prædandum Orientem converſo. Porro de horum origine & familia Amala Jordanum (b) ejus gentis hiſtoricum conſule.

(a) Caſſiod. in Chron.

(b) Jordan. de reb. Get.

II. Sed quid accidit? *Simulac Vuindemirus in Italiam cum exercitu ingreſſus eſt, ex hac vita ſubducitur, ſucceſſorem relinquens filium hæredem ſuo nomine nuncupatum Juniorem Vindemirum: quem Glycerius Imp. muneribus datis de Italia ad Gallias tranſtulit, quæ a diverſis circumcirca poſitis barbaris premebantur; aſſerens vicinos ibi Vuiſigothos eorum parentes regnare. Quid multa? Vuindemirus acceptis muneribus, ſimulque mandatis a Glycerio Imperatore, in Gallias tendit: cumque ſe parentibus jungeret Vuiſigothis, unum omnium corpus effectum eſt, ut dudum fuerant: & ſic Gallias Hiſpaniaſque tenentes ſuo jure defendunt, ut nullus ſibi alius prævaleat.* Hæc Jordanus.

III. Quid Rex Rugorum cum S. Severino.

Ad hæc plane tempora referenda ſunt, quæ de Rugorum Regis rebus geſtis cum ſancto Severino Noricorum Apoſtolo nominato Eugipius Abbas fideliter ſcripſit his verbis: *Rugorum Rex nomine Flaccitheus, in ipſius regni ſui capit nuture primordiis, habens Gothos ex inferiori Pannonia vehementer infenſos, quorum innumerabili multitudine terrebatur. Is ergo beatiſſimum Severinum in ſuis periculis tamquam cæleſte conſulebat oraculum: ſiquidem dum vehementius turbaretur, veniens ad hominem Dei deflebat ſe a Gothorum Principibus ad Italiam tranſitum poſtulatum; a quibus ſe non dubitat, quia ſi hoc eis denegatum fuerit, occidendum. Reſpondit ei vir Domini Severinus: Si nos omnes una fides Catholica adnecteret, magis me de vita perpetuitate conſulere debuiſti: ſed quia de præſenti tantum ſaluto ſolicitus es, auſculta quæ dico. Gothorum nec copia, nec adverſitate turbaberis; quia cito ſecurus, eis diſcedentibus, tu deſiderata proſperitate regnabis: tantum ne humilitatis meæ monita prætermittas. Non te itaque pigeat pacem appetere etiam inimicorum. Numquam propriis virtutibus innitaris: Maledictus (inquit Scriptura c) qui confidet in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & a Domino recedet cor ejus. Diſce igitur inſidias cavere, non ponere. In lectulo quippe tuo pacifico fine tranſibis.*

(c) Hierem. 17.

IV. Vitat Rex inſidias præmonitus a S. Severino.

Qui dum tali animatus oraculo lætus abſcederet, perlato ſibi quod turba latronum aliquos captivaſſet ex Rugis; virum Dei protinus mittit conſulendum. Qui ſanctis eum mandatis, ne prædones ſequeretur

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5966.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DXI. A. C. 473.

☉ 6. G. ☽ 18. P. 1. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 473.

SIMPLICII PAPÆ 6.

LEONIS IMP. 17.

GLYCERII IMP. 1.

I. Vicennalia Leonis.

[1] HOc anno *Leo Aug.* quintum Conſulatum ſine Collega geſſit, idque propter ſua Vicennalia, quæ ut Leonem nepotem Imperatorem crearet, anticipavit.

II. Glycerius fit Imperator Occidentis.

Ad num. I. & ſeq. Chronographus a Cuſpiniano editus, ad Conſulatum V. Leonis Aug. ſcribit: *Levatus eſt Imperator Glycerius Ravennæ III. Nonas Martias.* Marcellinus vero hoc anno habet: *Glycerius apud Ravennam plus præſumptione quam electione Cæſar eſt factus. Conſtantinopoli ſeditione in Circo facta, multi Iſaurorum a populo interemti ſunt*, occaſione ſc. ludorum Circenſium, qui uti exiſtimo, ob Leonis Vicennalia exhibebantur. Regnante Glycerio Vindemirus ſeu VVidemirus a Theudemiro Oſtrogothorum Rege miſſus eſt in Italiam, ut narrat Jornandes in Getic. cap. 56. & ex eo Baronius.

NOTÆ [1] COſſ. *Leo Aug. V. ſine collega.* Victor: *Leone VI. & Probino.* Mendoſe. Marcellinus: *Leone Aug. V. ſolo coſ.* Epitome temporum, & Indiculus Paſchæ. *Leone Aug. V. Licerius (pro Glycerius) Imperator levatus eſt V. Non. Mart.* GEORGIUS

tur, Domino revelante, præmonuit, dicens: Si eos ſecutus fueris, occideris. Cave ne amnem tranſeas, & inſidiis quæ tribus in locis paratæ ſunt, improvida mente ſuccumbas. Nam cito nuncius fidelis adveniet, qui te de his omnibus efficiet certiorem. Tunc duo captivorum ab his hoſtium ſedibus fugientes, ea per ordinem retulerunt, quæ beatiſſimus vir, Chriſto ſibi revelante, prædixerat. Igitur fruſtratis inſidiis adverſantium, Flacitheus incrementis auctus proſperioribus vitam rebus tranquilliſſimis terminavit. Hæc Eugipius Abbas, qui his ſubdit grande miraculum, cum unus ex Rugorum populo, qui contritis oſſibus jam annis duodecim omni caruerat uſu membrorum, ab eo ſanatus eſt: ex quo evenit, ut frequentiſſimus ad eum eſſet acceſſus tum Rugorum, tum etiam aliorum inde tranſeuntium barbarorum. Habet hæc omnia fuſius enarrata ſcriptus codex ſuperius citatus, quæ ſicut alia plura apud Surium deſiderantur; apud quem quæ extant, inemendata ſatis eſſe noſcuntur.

V. Mirum quidem fuit tanto honore; cultu & obſervantia frequentatum Severinum a barbaris Regibus circumſtantibus quamtumlibet Arianis, ab eo ad meliorem frugem converſis: cujus cum iidem parerent monitis, omnia ſibi dextera provenire ſolere, experimentis ſæpæ ſæpius didiciſſent. Ex quibus intelligas, quanto ſecurius & utilius Reges ſervis Dei obtemperent, quam aliis ipſi imperent: conciliant enim divinam ſibi potentiam, dum Dei amicis obediunt, conſiliaque ipſorum libenter audiunt & amplectuntur. Quanto autem detrimento Dei amicorum deſpiciantur conſilia, & petitiones rejiciantur, quod idem Eugipius de conjuge filii Regis, eademque Regina, narrat, terribili eſt patefactum exemplo, quod ita ſubdit (a).

(a) Eugip. in Vita Severin. c. 8.

VI. Giſa Regina contemnens S. Severinum cito punitur. *Felitheus quoque Rex, memorati Flacithei filius (qui & Feba) paternam ſecutus induſtriam, ſanctum virum, pro regni ſui cæpit frequentare primordiis. Hunc conjux feralis & noxia, nomine Giſa, ſemper a remediis clementiæ revocabat. Hæc ergo inter cætera iniquitatis ſuæ contagia, etiam rebaptizare Catholicos aliquos conata eſt: ſed ob ſancti reverentiam Severini, non conſentiente viro, a ſacrilega quantocyus intentione defecit: Romanos tamen*, captivos ſcilicet, *duris conditionibus aggravans, quos etiam Danubio jubebat adduci. Nam cum quadam die in proximo a Favianis vico veniens, aliquos ad ſe transferri Danubio præcepiſſet, viliſſimis ſcilicet miniſteriis ſervitutis damnandos, dirigens ad eam vir Dei, ut eos dimitteret, poſtulabat. Verum illa facibus feminei furoris exæſtuans, mandata reportari juſſit aſperrima: Ora (inquit) tibi ſerve Dei, intra cellam tuam deliteſcens: liceat nobis de ſervis noſtris ordinare quod volumus.*

VII. Filius Regis obſes tenetus a ſervis. *Audiens autem hoc homo Dei: Confido (inquit) in Domino meo Jeſu Chriſto, quod neceſſitate compelletur explere, quod prava voluntate deſpexit. Velox itaque ſecuta correptio proſtravit animos arrogantis. Quoſdam enim aurifices barbaros pro fabricandis regalibus ornamentis clauſerat arcta cuſtodia* (nam eos jure ſervitutis poſſidebat invitos.) *Ad hos filius memorati Regis admodum parvulus, nomine Fridericus, eo die quo Regina ſervum Dei contempſerat, puerili motu concitus introivit. Tunc aurifices pectori infantis gladium impoſuere dicentes, quod ſi quis ad eos abſque juramenti præſidio*, quo vita cum libertate promitteretur, *ingredi conaretur, parvulum regium primitus transfigentes, ſemetipſos poſtea trucidarent; quippe cum ſibi nullam ſpem vitæ promitterent, macerati diuturnis ergaſtulis.*

VIII. Regina reddita mitios. *His auditis Regina crudelis & impia, veſtibus præ dolore conſciſſis, talia clamitabat: O ſerve Dei Severine, ſic ſic illatæ a Deo vindicantur injuriæ? Hanc mei contemptus ultionem effuſis precibus poſtulaſti, ut in mea viſcera vindicares? Itaque multiplici contritione ac miſerabili lamentatione diſcurrens, fatebatur ſe pro ſcelere contemptus, quod in ſervum Dei commiſerat, plaga præſentis ultione percelli: confeſtimque directis equitibus, veniam poſcens Romanos quos eadem die tulerat, pro quibus & rogantem contempſerat, tranſmiſit. Et abiens ad ergaſtulum, ubi aurifices operabantur, dato eis ſacramento evadendi mortem, ſoſpitem ſuum recipit infantem. Mox & illi dimiſſi ſunt. His auditis, reverendiſſimus Severinus Chriſti ſervus gratias Creatori referebat immenſas: qui ob hoc interdum differt vota poſcentium, ut fide, ſpe, & charitate creſcente, dum minora petuntur, majora concedat. Id namque egit omnipotentia Salvatoris, ut dum liberos ſæva mulier ſubjecit ſervituti, ſervientes cogeretur reddere libertati. Quibus mirabiliter impetratis Regina ſtatim ad ſervum Dei properans, una cum marito, monſtrat filium quem fatebatur illius orationibus de mortis confinio liberatum, promittens ſe nequaquam ultra juſſionibus ejus obviare.* Hæc Eugipius. Subdit vero de propenſiori cura ipſius in redimendis captivis, deque acceptis ſacris reliquiis ſanctorum martyrum Gervaſii atque Protaſii, recuſataque ab eo ipſi oblata dignitate Epiſcopatus, deque monachorum bene inſtituta diſciplina.

IX. Quomodo autem idololatriæ reliquias in eadem regione & detexit & penitus ab-

abſtulit, audi eumdem Eugipium rem admirandam his verbis ſcribentem: *In caſtellum quoque cui erat vocabulum Cuculli, devotionibus accolarum vir ſanctus advenerat advocatus: ubi factum grande miraculum nequeo reticere: quod tamen Majoriani * poſt presbyteri noſtri, civis ejuſdem loci, ſtupenda relatione cognovimus. Pars plebis in quodam loco nefandis ſacrificiis inhærebat: Quo ſacrilegio comperto, vir Dei multis plebem ſermonibus allocutus, jejunium triduanum per presbyteros loci perſuaſit indici, ac per ſingulas domos cereos offerri præcepit: quos propria manu uniuſcujuſque parietibus affixit eccleſiæ. Tunc pſalterio ex more decurſo, ad horam ſacrificii presbyteros ac diaconos vir Dei hortatus eſt tota cordis alacritate communem Dominum deprecari, quatenus ad ſacrilegos diſcernendos lumen ſuæ cognitionis oſtenderet. Itaque cum multa largiſſimis fletibus, cum eis, fixis genibus deprecaretur; pars maxima cereorum, quos Fideles attulerant, ſubito eſt accenſa divinitus: reliqui vero eorum, qui prædictis ſacrilegiis infecti fuerant, volenteſque latere negaverant, inaccenſi permanſerunt. Tunc ergo qui eos poſuerant, divino declarati examine, protinus acclamantes, ſecreta pectoris ſatisfactionibus prodiderunt, & ſuorum teſtimonio cereorum manifeſta confeſſione convicti, propria ſacrilegia teſtabantur.* Hæc ipſe; quibus & pariter declaratum eſt, qui lucis filii fuerint, quive tenebrarum: ut & aptari illud Apoſtoli iiſdem potuerit (a): *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* At de his ſatis.

* Majorani,

(a) Epheſ. 5.

X. Hoc eodem anno natus ex Zenone (b) genero Leonis Imperatoris & filia ejus Ariadna filius, Leo itidem avi nomine nuncupatus, ab eodem eſt nominatus Auguſtus: ſed a tempore aſſecutæ ampliſſimæ dignitatis vix decem elapſis menſibus infans (ut Theodorus affirmat c) defunctus eſt, neſciens quid acceperit, quodve moriendo perdiderit. Porro de eodem Leone nepote redarguitur erroris Nicephorus, vel alii qui ejuſdem reperiuntur fuiſſe ſententiæ, nimirum ipſum non infantem, ſed adoleſcentulum & depravatis plane moribus fuiſſe in vitiis enutritum: quem conſtat, etiam ſi eodem anno quo juncta eſt Ariadna cum Zenone, natus eſſet, excedere minime potuiſſet tertium ætatis annum, ut ſuperius apertiſſime demonſtratum eſt: teſtante præſertim una cum cæteris ipſo Nicephoro, non ante illud tempus datam eſſe in matrimonium Ariadnam Zenoni, quæ filio Aſparis creato Cæſari fuerat deſponſata.

(b) Marcell. in Chron. & Caſſiod.

(c) Theod. Collect. l. 1.

De-

PAGIUS

III. *Leo Junior fit Imperator Orientis.*

Ad num. X. Caſſiodorus in Chronico ad Conſulatum V. Leonis Aug. ſcribit: *Eodem anno Leo nepotem ſuum Leonem conſortem facit Imperii.* Photius in Excerptis Candidi hæc ex iſto Hiſtorico refert: *Leonem multa volentem, molientemque, quo Zenonem generum Imperatorem renunciaret, ſubditis repugnantibus, minime id quidem efficere potuiſſe; ſed paulo ante obitum nepotem ex Zenone & Ariadna natum creaſſe: ita poſt Leonis exceſſum a Leone filio Zenonem patrem aſſentiente Senatu, eſſe Imperatorem coronatum.* Candido magis, quam Zonaræ credendum, qui ab electione Leonis Aug. uſque ad Anaſtaſii inaugurationem Hiſtoriam ſcripſerat, ut prodit Photius in Biblioth. Cod. 79. Ait autem Zonaras, Leonem Seniorem capiti Leonis nepotis diadema impoſuiſſe, quod *Zenonem* hominem deformi corpore & facie, animo autem turpiore ac deteriore, nequaquam Imperio idoneum exiſtimaret. Baronius ſcribit *Leonem Juniorem* hoc anno natum, ſequentique Imperatorem renunciatum, indeque liquere *Ariadnam* ante triennium Zenoni nuptam non fuiſſe. Verum vulgarem illum errorem ſupra everti, oſtendique, Leonem Juniorem anno CDLVIII. in lucem prodiiſſe, quod & ex dicendis anno ſequenti patebit. Tradit præterea Baronius, Theodorum Lectorem lib. 1. ſcribere, Leonem Jun. menſes tantum decem vixiſſe, ideoque & currenti anno natum eſſe. At Theodorus dicit tantum: *Diſceſſit e vita cum decem tantum menſes imperaſſet*, poſt mortem ſc. Leonis avi ſui quod verum eſt. Denique quod a Suida ſcriptum de vitiis Leonis Jun. Baronius Nicephoro attribuit, ut anno ſequenti oſtendam.

IV. *Theudericus Triarii filius cum Romanis pacem facit.*

Malchus Rhetor pag. 92. narrat, *Septimo decimo Imperii Leonis anno* Barbaros, qui in Thracia erant, Legatos ad eum miſiſſe, Romanorum amici eſſe cupientes, & per eos tria ab eo poſcentes. I. *Theudericum* eorum Ducem, omni hæreditate, quam illi reliquerat Aſpar, frui: II. ut liceret illi in Thracia habitare: III. ut eorum ordinum, quorum *Aſpar* fuerat, Dux eſſet. Sed cum Imperator ſolum tertium conceſſiſſet, *Theudericus* ſuarum copiarum partem in Philippos campos immiſit, cum altera parte Arcadiapolim obſedit, tandemque ad deditionem compulit. Cum tamen in Thracia graſſaretur fames, Barbari iterum Legatos ad Imperatorem miſere, paxque his præcipue conditionibus facta, ut duo millia librarum auri Gothis ſingulis annis penderentur, & Theudericus duorum exercituum, *qui maximi ſunt, & circa Imperatorem militum*, Dux conſtitueretur. Ubi Malchum *Theoderici* nomine, *Theoderici* Triarii filium, qui ſedes in Thracia habebat, ſignificare, in Notis recte obſervavit Valeſius. Quæ ad intelligentiam dicendorum hic narranda eſſe duxi.

V. *Alia hue revocanda.*

Hoc anno obiit Sanctus *Euthymius* Abbas, & *Sidonius* Arvernorum Epiſcopus dictus eſt, ut anno ſuperiori oſtendimus. Rediit *Eudocia* ex Africa, & Veſuvius arſit, ut oſtendi anno CDLXXI.

Digitized by Google

I. Utriuſque Leonis obitus. DEcimuſoctavus & poſtremus annus Leonis Imperatoris, qui numeratur Chriſti quadringenteſimus ſeptuageſimus quartus, Leonis Auguſti Junioris Conſulatu aperitur, quo etiam clauditur vita ipſius Senioris Leonis Auguſti, atque pariter ejuſdem Junioris Imperatoris exitus. Numerantur prioris Leonis Imperii (a) anni ſeptemdecim & menſes ſex, ejus vero nepotis menſes tantummodo decem. Supervixit tantum hic illi quantum ſatis eſſet ut ampliſſimam transferret in patrem Zenonem Imperii hæreditatem.

(a) Marcell. in Chron.

II. Leo Aug. qualis. Fuiſſet plane Leo avus Auguſtus inter optimos Imperatores adnumerandus, niſi ſuorum propinquorum ſordibus videri poſſet aſperſus. Etenim etſi omni prorſus caruit hæreticorum erroris contagio: tamen quod haud prudens ipſos non cavit hæreticos quibuſcum indulgentius egit, dum Baſiliſco Verinæ conjugis germano pepercit, & Zenonem inexploratum adhuc ſibi hominem haud probe de Catholica religione ſentientem cooptavit ſibi generum & adminiſtratorem Imperii. Sic igitur etſi religioſus & maxime pius ipſe viſus ſemper fuerit Imperator, haud tamen a poſteris laudari meruit, quod adeo nequiſſimis hominibus ſtraverit ad capeſſendum Imperium viam, nempe Zenoni, qui ſublato e medio filio hoc anno ipſe jam creatus Auguſtus ſucceſſit; & Baſiliſco, qui & ipſe hæreticus, poſt multa ſcelera, in tyrannum tandem erupit.

III. Leonis Imp. leges piæ. Remanſerunt autem ejuſdem Leonis Imperatoris egregia pietatis monumenta in pluribus religionis ab eo editis ſanctionibus, necnon in ſacris ab ipſo erectis ædibus. Quod enim ad ſancitas ab illo leges pertinet: præter illas quas certis temporum notis conſignatas ſuis ſingulis reddidimus annis, aliæ complures extant abſque die & Conſule poſitæ: ut inter alias (b) quam pro clericis ſanxit ac monachis, ne ad ſæcularia judicia traherentur; & aliæ ad eorumdem bona ſpectantes. Illæ etiam adhuc extant quibus ſanctas Eccleſias ac domos hoſpitales Conſtantinopolitanæ civitatis (c) privilegiis honeſtavit.

(b) l. 33. de Epiſc. & Cleric. Cod. Juſtin.

(c) l. 36. de Epiſcop. & Cleric. Cod. Juſtin.

IV. Templa a Leone erecta. De ſacris autem ædibus ab eo erectis illa principatum obtinuit, quæ ſub Dei genitricis nomine conſtructa eſt, ad Fontem dicta, de qua ſuperius mentionem fecimus. Huic ſplendore proxime acceſ-

PAGIUS SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DXII. A. C. 474.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5967.

☉ 7. F. ☽ 19. P. 21. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 474.

SIMPLICII PAPÆ 7.

ZENONIS IMP. 2.

NEPOTIS IMP. 1.

I. Conſulatus. [1] L*Eo junior Auguſtus* ſine collega Conſulatum geſſit, de more novorum Principum.

II. A num. I. ad VII. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXVI. qui Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoatur, ait: *Hoc anno Leo Imp. morbo correptus Byzantii vita deceſſit, Leone Zenonis & Ariadna filio, quem ante deſignaverat, Imperatore relicto, menſe Januario, Indictione duodecima, qui deinde Februario Zenonem patrem in Circi ſella, Verina & Ariadna opem ad hoc ferentibus, Imperii corona redimivit. Solos autem menſes decem cum proprio patre Zenone Leo Junior Imperium adeptus, ægra valetudine vexatus extinguitur.* Auctor Chronici Alexandrini Leonis Jun. mortem his verbis narrat: *Leo undecimo ſui Conſulatus menſe Dio, menſe ſeu Novembri morbo extinctus eſt. Vixit annos XVII. quemadmodum Neſtorianus tradit, qui ſapientiſſimus Chronographus hiſtoriam uſque ad Leonem Jun. perduxit.* Ex quo liquet, Leonem Jun. anno CDLVIII. in lucem prodiiſſe; & annos illos XVII. utrimque incompletos numerandos eſſe. Erravit Marcellinus in Chronico, Baroniumque in errorem indu-

Moriuntur Leo Senior, & Leo Jun. Impp.

NOTÆ [1] C*Oſſ. Leo junior Aug. ſine collega.* Victor: *Leone minore Aug. Coſſ.* Marcellinus: *Leone juniore ſolo coſ.* Mabillonios de cultu SS. ignotorum.

DP. EST. SUB. V. DIE. VIII. KAL. JUNII. D. N. LEONE JUNRE V. C. SS.

Fleetvvod pag. 342. & Reineſius pag. 898. ex Aringhu lib. III. cap. III.

DEPOS. VII. IDUS
MAIAS LEONE
JUNIORE. AUG. PRIMUM. CONS.

Epitome temporum, & Indiculus Paſchæ: *Leone Aug. jun. Deponitur Licerius; levatur Novus.* GEORGIUS

ſit, quæ in honorem ejuſdem ſanctiſſimæ Virginis ab eodem excitata eſt, ut in ea ipſius ſacras exuvias collocaret, veſtem nimirum Hieroſolymis tunc allatam quam innumera miracula decorarunt. De mirificis autem editis ſignis in hiſce ædibus ſacris ad Fontem erectis, Nicephorus (a) librum ſe ſcripſiſſe teſtatur. Meminit & Procopius (b) magna cum admiratione de eodem templo S. Mariæ ad Fontem ab ipſo Leone extructo, quod reliqua templa facile ſuperaſſe tradit. De inventione autem ſacroſanctæ veſtis Dei Genitricis Mariæ habes cum ex Nicephoro (c), tum ex Metaphraſte (d) enarratam hiſtoriam. Sed de Leone hactenus.

(a) Niceph. l. 15. c. 25. 25. (b) Procop. de ædif. Juſtin. Imp. (c) Niceph. l. 15. c. 24. (d) Metaph. die 15. Auguſt.

V. De Verina Auguſta. Quod vero ad Verinam ejus conjugem Auguſtam pertinet, laudatam invenimus ut feminam valde piam in Actis Matronæ Pergenſis magni nominis ejus temporis feminæ, cujus res geſtas e veteribus erutas monumentis edidit pariter Metaphraſtes (e). Quod vero ad Zenonem in imperium ſucceſſorem ſpectat: fama fuit, filium Leonem Juniorem Auguſtum ab eo malis artibus ſublatum eſſe de medio, ut ipſe ſolus, non ut tutor & procurator, ſed imperator ſummam rerum adminiſtraret. Reperitur apud Latinos (f) chronographos de Leone parvulo, ipſum ab interfectore Zenone immiſſo, alio in locum ejus ſuppoſito, ſubductum, atque ſeorſum clanculo educatum; perveniſſeque ætate uſque ad Juſtiniani Imperatoris tempora; ſed hæc haud fidem ſatis certam inveniunt. Dum autem hoc anno adhuc ſuperſtes vita eſſet Leo infans Zenonis filius dictus Auguſtus, pater ejus Zeno adminiſtrandum ſuſcepit Imperium, non tamen quod ipſe a Leone eſſet relictus Auguſtus, ſed tantum infantis tutor & adminiſtrator Imperii, quod quidem cuſum hoc anno numiſma docet in quo primo loco ita poſitum vides nomen Leonis Auguſti, ut eo titulo careat quod ſequitur Zenonis nomen, cum & D. N. Dominus noſter, non DD. NN. in eodem ſcriptum legatur. Sed quod Leo Auguſtus (ut diximus) infans eſſet, loco filii ipſe Zeno diadematus in ipſo habetur impreſſus; niſi mavis dicere, infantem Auguſtum eo modo decoris gratia effigiatum. Reddimus hic tibi ipſum exemplar ex aurei nummi prototypo quem accepimus a noſtro Lelio Paſqualino nobis amicitiæ & rei litterariæ uſu conjunctiſſimo.

(e) Metaphr. die 8. Novembr. (f) Ado Vien. in Chronic. Marian. Scot. in Chronic.



Quod autem in adverſa nummi parte nomen legis Auguſtorum, id factum ſcias more majorum, quo licet unus tantum Auguſtus regnaret in Oriente reſpectu Occidentalis etiam Auguſti is titulus ponebatur.

VI. Sed qualis fuerit Zeno iſte qui poſt utrinſque Leonis obitum ſibi imperium vendicavit, ex Evagrio ita accipe, dum de primordiis ejus regiminis Sardanapalo dignis iſta præfatur (g): *Zeno poſtenquam Imperii clavum, filio ſuo mortuo, obtinuit: Perinde ac perſuaſum ſibi haberet, ſe minime totius Orbis dominatu poſſe potiri, niſi omne voluptatum genus, quod forte occurreret, licenter & effuſe conſectaretur; in initio ita libidinum illecebres ſe totum dedit, ut a nulla turpitudine, & nefario flagitio ſe continuerit: ſed in illes volutaretur, ut eadem*

(g) Evag. l. 2. c. 16. Zenonis luxus.

PAGIUS duxit: ad Conſulatum enim Leonis Aug. V. anno ſuperiori geſtum, ſcribit, Leonem Seniorem morbo periiſſe, *tum ſui Imperii annis, quam Leonis Jun. regni menſibus computatis, anno XVII. menſe VI.* Cum enim Leo Senior die VII. menſis Februarii anni CDLVII. Imperator renunciatus fuerit, Marcellinus menſes tres minus numerat.

III. Emin. Card. Noriſius in Diſſert. III. de Epochis Syro-Macedonum cap. 4. ex Chronicis Joannis Malelæ hæc de Leone Juniore refert: *Indictione XII. menſe ſui Conſulatus XI. in morbum incidens, e vivis exceſſit, menſe Novembri, Indict. XIII. anno juxta Antiochenos DXXIII. anno ætatis ſeptimo, uti ſcripſit Neſtorianus ſapientiſſimus Chronographus, qui ad Leonem Juniorem Hiſtorias ſuas perduxit.* At non dubito, quin lectio illa mendoſa ſit, & quin legi oporteat, *anno ætatis decimo ſeptimo*, loco, *anno ætatis ſeptimo*, Suidas enim in voce ζήνων, prodit

Leo Junior annos XVII. natus obiit.

dem iſta in tenebris & in occulto admittere, abjecti & puſilli animi putaret; palam autem atque in oculis omnium, regale quiddam eſſe & ſolo Imperatore dignum. In qua re perverſo & plane ſervili judicio uſus eſt, Quippe Imperator, non ex eo quod aliis imperat, ſpectari debet, ſed quod ſe ipſum ita regere & moderari poteſt, ut nullum abſurdum voluptatis genus ſinat in animum irrepere. Hæc Evagrius. At quid boni expectari potuit ab homine adeo in vitiis penitus merſo? nihil certe, niſi ut ſecundum illud Apocalypſis: *Et qui ſordeſcit, ſordeſcat adhuc.* Etenim non pravis tantum infectus

Zeno favet hæreticis.

eſt moribus, ſed impietate fœdatus; utpote qui ſimulac Imperium adminiſtrare cœpit, partes tuendas ſuſcepit hæreticorum. His plane ſaltibus ad ima quiſque prolabitur, atque tandem mergitur homo: ex ejuſmodi plane officina Sardapali prodire conſueverunt hæreſum ſectatores & defenſores: nam ſententia Apoſtoli, illi Crucis Chriſti inimici conſtituuntur, quorum Deus venter eſt.

VII. At quid de Zenone Imperium moderari incipiente Alexander monachus antiquus Græcus ſcriptor memoriæ prodidit adducamus in medium: ſic enim ait: *Poſtquam Leo Imperator terreſtre Imperium dereliquit, & ad immortale illud regnum translatus eſt; Antiocheni regente Petro Fullone, Martyrio iterum revocato ejus ſedis digno Epiſcopo negotium fecerunt; nec ſub Catholico Imperatore ſatis virium habuerunt, ut eum ſede omnino pellerent: Zenoni Imperatori ſupplicationem obtulerunt, petentes Fullonem illum Petrum ſibi Epiſcopum creari. Id quod factum eſt auro ipſo omnibus qui erant in aula regia perſuadente, ut Petri Fullonis patrocinium ſuſciperent. Statim igitur ut Petrus ille eſt ordinatus Epiſcopus* (jam ab e-

Petrus Fullo Theopaſchita.

xilio, in quod a Leone Imperatore fuerat relegatus, ab ipſo Zenone revocatus) *ſanctam Chalcedonenſem Synodum anathemate fuit deteſtatus. Cumque Apollinaris ſectatoribus placere ſtuderet, qui Theopaſchitæ appellantur, eo quod Divinitatem ipſam paſſam eſſe dicerent; novitatem quamdam peſſimam excogitavit, ut hymno illi qui Triſagion appellatur, etiam hoc adderet: QUI CRUCIFIXUS ES PRO NOBIS, miſerere nobis.*

Hæc cum Sancti Epiſcopi & Patres noſtri audiviſſent, ad pravam illius opinionem refutandam alacri & prompto animo aggreſſi ſunt, Et primo quidem litteris eum ab impietatis voragine revocare conati ſunt. Sed cum eum repugnantem majori audacia & temeritate e contra fidem Orthodoxam ferri vidiſſent; omnes qui ſunt in Orbe terrarum Epiſcopi anathemate illum expulerunt. Sed hæc poſtea: modo ſatis ad inſinuandam Zenonis admirandam impietatem, tantum idolum ſuper ſublimem Antiochenæ Eccleſiæ cathedram extollentis. Sed & idem impius Auguſtus pariter ſtatuit, ut Timotheus ille ſacrilegus invaſor Eccleſiæ Alexandrinæ relegatus pariter ab Imperatore Leone in Cherſoneſum, ſive Oaſim, cum honore ab exilio revocaretur: qui etiam ut ſuam, repetere auſus eſt Alexandrinam Eccleſiam: ſed de eo fuſius ſuo loco dicendum erit. VIII.

His igitur nefandis ſceleribus perpetratis & veluti primitiis ſui Imperii a Zenone Satanæ conſecratis; quæ mox inde fuerint conſecuta incommoda Reipublicæ, Evagrium audi iſta narrantem: IX.
(a) *Ad hunc modum Zeno initio Imperii ſui vitam inſtituit. Illius autem ſubjecti, tam qui in Oriente, quam qui in Occidente incolebant, gravibus afflictabantur incommodis. Quippe barbari, qui* (a) Evagr. l. 3 c. 2.

PAGIUS

dit Imperatoris Proceres operam dediſſe, *ut adoleſcens ille* (nempe Leo Junior) *Sybaritico more, crapula & fœdis voluptatibus indulgeret, & ſuis lenociniis conciliantes ipſi ejuſdem ætatis puberes, quibuſcum verſabatur, ipſum turpiter ſubſtituerunt, ut in maximum amoris furore correptus ferretur.* Quod Baronius anno CDLXXIII. num. X. memoriæ lapſo Nicephoro adſcribit, quodque de puero ſeptenni explicari non poteſt. Verum quidem eſt, Cyrillum Monachum in Vita Sancti Euthymii Abbatis a Loppino Monacho Benedictino publicata pag. 86. ſcribente: *Anno primo ab Euthymii morte jam tranſacto, Leo Magnus & Chriſti amans Imperator e vita migravit, Leone ſuo nepote admodum adhuc infante ſucceſſore relicto,* ſeu ut Græcum habet, Λέοντα τὸν ἔκγονον ἐτι κομιδῆ νήπιον ὄντα. Sed, ut variis locis obſervavimus κομιδῆ νέον, ſeu, κομιδῆ νήπιον, Auctores Græci ad triceſimum uſque ætatis annum extendunt, & Euſebius in Vita Conſtantini Magni lib. 2. cap. 51. eadem loquendi formula utitur, cum Conſtantinum inducit aſſerentem ſe præſentem fuiſſe

cum oraculum de perſecutione, ſcilicet decennali indicenda, Imperatores ab Apolline peterent: quo tempore dicit Conſtantinus, ſe admodum infantem fuiſſe, [illegible] &c. Habita illa conſultatio anno Chriſti CCCII. quo *Conſtantinus* annum triceſimum aut attigerat, aut egreſſus erat.

Leo Senior multas Sacras ædes conſtruxit, & inter alias Eccleſiam Deiparæ *ad Fontem* dictam, de qua ſuo loco egimus; Zeno vero *ſtatim ab ipſo exordio illecebris cupiditatum ita ſe totum dedidit, ut nihil eſſet tam turpe tamque* illicitum, quod impetum ejus cohiberet, inquit Evagrius lib. 3. cap. 1. Quod Theophanes & Zonaras confirmant, adduntque, eo imperante ſubditos graviſſima mala perpeſſos eſſe, ſed nullus ſcribit eum male de religione orthodoxa ſenſiſſe. IV. *Zeno voluptati deditus & crudelis.*

A num. VII. ad XI. Refert Baronius ex Alexandro Monacho in Laudatione de S. Barnaba Apoſtolo, *Zenonem*, ubi Imperium conſecutus eſt, *Petrum Fullonem* in Eccleſiam Antiochenam reſtituiſſe, additque Baronius eum V. *Alexander Monachus Auctor futilis.*

etiam

Scenitæ vocantur, loca omnia populati ſunt: multitudoque Hunnorum qui olim vocabantur Maſſagetæ, in Thraciam incurſionem fecit; quinetiam trajecit Danubium, prohibente nemine. Zeno vero reliquam Imperii partem per vim barbaro quodam more ſpoliatus fuit. Hæc ipſe.

X. Sed cur non tam cito (ut par eſſe videbatur) ipſe malorum auctor Auguſtus numine ulciſcente, pœnas dedit ex iis quæ Sophronius narrat, intelligere ſatis poteris ubi ait, (a): *Narravit mihi quidam Patrum de Zenone Imp. dicens de muliere quadam cujus filiam ipſe Imperator ad libidinem exatiandam ſubripuiſſet. Hæc (inquit) vacabat in templo Dominæ noſtræ Dei Genitricis, orans eam & deprecans, ac cum lacrymis dicens: Vindica me de Zenone Imperatore. Cum ergo multis diebus hoc faceret, apparuit ei per viſum ſancta Dei Genitrix dicens; Crede mihi mulier, ultionem tuam ſæpe facere volui; ſed manus ejus prohibet me. Erat enim valde miſericors & eleemoſynas faciens.* Hæc ipſe: ex quibus obſerva, lector, magnam in primis vim eſſe eleemoſynarum: ut plene ex his intelligas, quid ſit illud (b): *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna reſiſtit peccatis* nempe ad ultionem meritam differendam, & quid illud inſuper (c): *Peccata tua eleemoſynis redime* ſcilicet, Hoc fatage, ut per hujuſmodi officia divinam iram, quam pravis operibus concitaſti, retardes. Cum tametſi ad Dei amicitiam nullus valeat inquinatus vitiorum ſordibus aſpirare; nihilominus hiſce boni operibus poſſit ad tempus, quæ citius prolapſura erat, divina ultio contineri: non autem vitari penitus, niſi ipſa peccata omnino vitentur. Prolixa extat diſputatio Sancti Auguſtini (d) adverſus quoſdam ſuo tempore in errorem inductos, qui putarent non obfutura illis ſua peccata, qui eleemoſynas in pauperes erogarent. Sed & S. Gregorius & alii Patres de his, pluribus diſputarunt. At de his ſatis. Jam vero Occidentale Imperium gravioribus fluctuans impulſibus ac prope collabens fractum undique inviſamus.

(a) *Sophr. Prat. Spir. c.175.* Vis eleemoſynarum.
(b) *Eccl.3.*
(c) *Dan. 4.*
(d) *Aug. de Civit. Dei l.21. c.22.&27.*

XI. Hoc eodem anno Glycerius (e) Imperator a Julio Nepote, Marcellini quondam Patricii ex ſororis filio genitus, Imperio deponitur in Portu Romano; & ſervatus ad vitam, abdicato ſæculo, in clericum attonſus, Salonitanus eſt creatus Epiſcopus, ut teſtatur Evagrius (f): licet in Portu Romano ordinatum Epiſcopum alii, Jordano auctore ferant. Eo igitur ſublato de medio, ipſe Nepos moderandum ſuſcepit Imperium: *Cum* (ut ſcribit idem (g) Geticarum rerum Geticus ſcriptor) *Evarieus Rex Gothorum tantas varietates & mutationes cerneret, Arvernam occupat civitatem; ubi tunc Romanorum Dux præerat Ecdicius (ſic namque legendum, & non Decius, ut habet liber excuſus) nobiliſſimus Senator dudum Aviti*

(e) *Caſſiod. in Chron.*
(f) *Evag. l.3. c.1.* Nepos Imper.
(g) *Jordan. de rebus Getic.*

PAGIUS etiam *Timotheum Ælurum* ab exilio cum honore revocaſſe. Verum utrumque reſtitutos fuiſſe a *Baſiliſco* tyranno, illum in Antiochenam, iſtum in Alexandrinam Sedem, ex infra dicendis certo conſtabit. Nec curandum de Alexandro Monacho Scriptore futili ac recentiori. Combefiſius Tom. VI. Biblioth. Concionatoriæ refert, *Hiſtoricum Encomium Alexandri Monachi Hiſtoriographi, de Inventione pretioſa & vivifica Crucis*. Sed ut inquit Papebrocius ad diem III. menſis Maii, dum Alexander loquitur de *Inventione Crucis*, per Helenam & Macarium Hieroſolymorum Epiſcopum, præter ſubſtantiam ac pene verba narrationis, ex Theophane, vel ſimili Scriptore acceptæ, nihil omnino habet, quo non manifeſtetur turpis plurium notiſſimarum rerum ignorantia, adeo ut nihil minus convenire illi Auctori poſſit, quam Hiſtoriographi titulus, qui niſi Græce encomium illud ſcripſiſſet, Græcas litteras vix eum attigiſſe credibile eſſet. Quare judicavit Papebrocius encomium illud Opere ſuo indignum, & hallucinatum eſſe Combefiſium, cum notavit ad calcem illius Orationis, ante Heracliana tempora & reportatam ex Perſide Crucem, ſcriptam eam videri, quod nulla in illa ejuſdem Hieroſolymæ reductæ inveniatur mentio.

VI. *Vixit in Oriente ante ſæculum XI.* Sed non Combefiſius, verum Jacobus Gretſerus Tom. II. *de Cruce Chriſti* fabuloſam hanc Alexandri Monachi de Inventione S. Crucis Hiſtoriam primus Græce & Latine vulgavit anno MDC. ex exemplari gemino, uno Bibliothecæ Auguſtanæ, altero Cryptæ Ferratæ, ut ipſemet teſtatur in Notis ad eam Hiſtoriam; indeque Papebrocius, Gretſero non memorato, ait eam compoſitam ab aliquo Monacho Cryptæ Ferratæ in Latio prope Romam, & ex eo Monaſterio ſimiles quiſquilias plures inter Græcas Sanctorum Legendas ad Bibliothecam Vaticanam perveniſſe. At Michael Glycas, qui Hiſtoriam ſuam uſque ad Joannem Comnenum Imperatorem perduxit, pag. 231. citat Alexandrum Monachum in Hiſtoria *de pretioſa Crucis inventione*; ideoque Fabulator iſte non in Occidente, ſed in Oriente ſcripſit, ubi Joannes Comnenus anno MCXVIII. imperare cœpit. Perperam etiam Baronius vocat Alexandrum Monachum *antiquum Scriptorem*; cum nihil habeat quod antiquitatem ſapiat, fabuliſque ſcateat. Idem Combefiſius in Tomo VII. Biblioth. Concionat. hujus Alexandri ſermonem de S. Barnaba refert; ſed in eo non leguntur quæ Baronius hoc anno, & anno CDLXXI. num. VI. *de Petro Fullone* ea eodem recitat; ſive quia in MS. Codice, quo uſus eſt Combefiſius, ea non extarent; ſive quia ea parum luce digna exiſtimavit; qui ſi bene noviſſet hominem, nec hujus ſermonis, nec Hiſtoriæ Inventionis S. Crucis mentionem feciſſet. *Julianus* itaque Eccleſiam Antiochenam, & *Timotheus* Solophaciolus Eccleſiam Alexandrinam uſque ad annum CDLXXVI. rexere & non niſi poſt illum Chriſti annum *Zeno Imp.* hæreticis favit, ut infra demonſtrabitur.

VII. A num. XI. ad XXII. Chronographus a Cuſpiniano publicatus ſub hujus anni Coſſ. ſcribit

Aviti Imperatoris, qui ad paucos dies regnum invaſerat filius: Et paulo poſt: *Hujus Aviti ergo filius Ecdicius diu certans cum Vviſigothis, nec valens ante*

Præfectura militaris male creditur Oreſti. * commiſit.

ſtare; relicta patria, maximeque urbe Arvernate hoſti, ad tutiora loca ſe collegit. * *Quod audiens Nepos Imperator præcepit Ecdicio, relictis Galliis, ad ſe venire, in locum ejus Oreſte Magiſtro militum ordinato.* Hæc quidem Gothus auctor (ut omnes aſſerunt) ex Caſſiodoro.

XII. Sed quam longe abhorreat a veritate epiſtolaris hiſtoria omnium ſinceriſſima declarat; quam quidem Sidonius Apollinaris, qui rerum tunc geſtarum pars magna fuit, litteris tradidit. Atque in primis quod habet, Ecdicium præfectura illa primaria Magiſtri utriuſque militiæ a Nepote Imperatore ſpoliatum eſſe; nequaquam probatur. Etenim Sidonius de ea re ſæpe pluribuſque agens, nihil prorſus de ea Magiſtri militum præfectura, quod Ecdicio collata aliquando fuerit meminit, qua conſtat perfunctum eſſe etiam poſt Anthemii obitum Ricimerem; ipſum vero Ecdicium propriis ſumptibus militaſſe, ejuſdem Sidonii teſtificatione certum eſt. Et quod ad Nepotem Imperatorem pertinet; ab eo nequaquam ſpoliatum, ſed auctum potius dignitate ampliſſima Patriciatus, idem Sidonius tradit, dum ad ejus ſororem Papianillam, ſuam vero conjugem ejuſmodi litteras dedit (a).

(a) Sidon. l.5. ep.16.

XIII. De Patriciatus dignitate collata Ecdicio.

Ravenna veniens Quæſtor Licinianus, cum primum tetigit, Alpe tranſmiſſa, Galliæ ſolum, literas adventus ſui prævias miſit, quibus indicat eſſe ſe gerulum codicillorum, quorum in adventu fratri etiam tuo Ecdicio, cujus æque titulis ac meis gaudes, honor Patricius accedit, celerrime ſi cogites ejus ætatem, ſi merita tardiſſime. Namque ille jam pridem ſuffragium dignitatis jucundæ non ſolvit in lance, ſed in acie: ærariumque publicum ipſe privatus non pecuniis, ſed manubiis locupletavit. Hoc tamen ſancte Julius Nepos armis pariter ſummus Auguſtus & moribus quod deceſſoris Anthemii fidem fratris tui ſudoribus obligatam, quo citerior, hoc laudabilior abſolvit: ſiquidem iſte complevit, quod ille ſæpiſſime pollicebatur. Quo fit, ut deinceps pro Republica optimus quiſque poſſit ac debeat, ſi quid cuipiam virium eſt, quia ſecurius, bine avidius impendere: quandoquidem mortuo quoque Imperatore, laborantium devotioni quicquid ſpoponderit Princeps ſemper redhibet principatus.

Interea tu (ſi affectum tuum bene colligo) hiſce comperiis, magnum ſolatium inter adverſa maxima copis, nec animum tuum a tramite communium gaudiorum viciniæ quoque obſidionis terror exorbitat. Novi enim probe, ne meo quidem te, quem ex lege participas, ſic honore lætatam: quia licet ſit uxor bona, ſoror optima es. Qua de re, propitio Deo Chriſto, ampliatos proſapiæ tuæ titulos ago feſtinus gratulatoriis apicibus inſcriptis, pariter abſolvens ſolicitudinem tuam, fratris pudorem: quem nil de propria dignitate indicaturum, ſi verecundum forte neſcires, nec ſi impium, judicares. Ego vero non tantum inſignibus veſtris, quæ tu hactenus quanto liberius, tanto impatientius præſtolabare (quamquam iis quoque granditer quantum concordia fruor) quam par eſt, noſtris ſuiſque liberis in poſterum exopto: votis in commune deposcens, ut ſicut nos utramque familiam noſtram Præfectoriam noſti, etiam Patriciam divino favore reddidimus; ita ipſi quam ſuſcipiunt Patriciam, faciant Conſula- XIV.

PAGIUS

Glycerio depoſito Nepos fit Imp.

bit: *Dejectus de Imperio Glycerius in portu Urbis Roma. Eo anno levatus eſt Dominus Julius Nepos VIII. Kal. Julias.* Baronius dicit, aliquos Jordane auctore ſcribere, Glycerium in portu Romano ordinatum eſſe Epiſcopum. Verum Jordanes cap. 45. de Reb. Get. de Glycerio loquens ait: *Quem anno vix expleto, Nepos Marcellini quondam Patricii ſororis filius, a regno dejiciens, in portu Romano Epiſcopum ordinavit*, vel, ut in lib. de Succeſſ. Reg. idem Auctor habet, in Salona Dalmatiæ Epiſcopum fecit. Quare Glycerius in portu Urbis Romæ Imperio dejectus eſt, & Salonæ Dalmatiæ civitatis Epiſcopus dictus; licet in editione Jordanis tam a Grotio, quam a Grutero curata, diſtinctio ante hæc verba, *in portu Romano* perperam apponatur, ut Chronographus Cuſpinianeus manifeſte oſtendit. *Glycerius* anno ſuperiori die quinta menſis Martii Imperium inierat, ideoque annum unum & aliquot menſes illud adminiſtravit. Porro hæc Jornandis verba *Epiſcopum ordinavit* valde notanda; cum enim Viri doctiſſimi ad eum Antiquorum loquendi modum animum non advertiſſent, exiſtimarunt, Sanctum *Vulfridum* anno DCLXIV. conſecratum eſſe Epiſcopum Eboracenſem, quod Beda in Epitome eo anno ſcribat: *Et Cedda, & Vuilfrid Nordanhymbrorum ordinantur Epiſcopi;* cum tamen Beda, illis verbis nihil aliud deſignet, quam utrumque eo anno Epiſcopum renunciatum eſſe, ut anno DCLXV. demonſtrabo. Porro ideo Leo Imp. Orientis Nepotem Romam miſit; quia exercitus Italici, qui Glycerium Imperatorem anno ſuperiori dixerat, præſumptio ſibi diſplicuerat: *Occiſo Anthemio, Nepotem filium Nepotiani, copulata nepte ſua in matrimonio, apud Ravennam per Domitianum clientem ſuum Cæſarem ordinavit: qui Nepos regno potitus legitime, Glycerium, qui ſibi tyrannico more regnum impoſuiſſet, ab Imperio* expulit, inquit Jornandes lib. de Succeſſ. Regn. pap. 101. Tunc *Gundibaldum* Patricium, qui Glycerium ad Imperium promoverat, in Gallias ad Burgundiones ſuos fugiſſe non dubitandum. VIII.

Poſtquam *Nepos* Imperium adeptus eſt, ortum inter eum & Euricum Viſigothorum Regem bellum, quod hic in Galliis regnum ſuum uſque ad Ligerim fluvium extendere vellet. Eam ob rem miſſus *Sanctus Epiphanius* Ticinenſis Epiſcopus Legatus in Gallias, ut pacem inter

S. Epiphanius Legatus de pace in Galliam a Nepote miſſus.

Digitized by Google

ſularem. Reſcia te ſalutat, cura communis: quæ in aviæ amicarumque indulgentiſſime ſinu (quod raro nepotibus contingit aliis) & eam ſeveritate nutritur; qua tamen tenerum non infirmatur ævum, ſed informatur ingenium. Vale. Ita plane Epiſcopus ex præſcripto divinæ Scripturæ cum ſeveritate enutriri gaudet infantulam: nam Sapiens (a): *Filiæ tibi ſunt? Ne oſtendas hilarem faciem tuam ad illas.* Quando autem ipſe Sidonius Patriciatus conſecutus ſit dignitatem, non conſtat: cum tamen ante Ecdicium eo fuiſſe inſignitum honore; recte intuenti videri poſſit, dum ait, conjugem quæ modo gauderet tanta fratris dignitate, jam lætatam eſſe eodem honore viro impartito. Porro collatam eam fuiſſe Sidonio dignitatem, antequam Epiſcopatus gradum fuerit conſecutus, nemini dubium eſſe poteſt, quem ante biennium eſſe creatum Epiſcopum diximus.

(a) Eccl. 7.

XV. Quod vero idem qui ſupra auctor Arvernenſem civitatem, patriam Ecdicii & Sidonii, ſub Nepote Imp. captam exciſamque tradit: res aliter ſe habet. Obſeſſam illam quidem hoc tempore fuiſſe Sidonius (b) in epiſtola ad Papianillam teſtari videtur. Cæterum numquam vi captam, ſed iniqua pacis conditione ipſam Gothis deditam poſt aliquot annos, ejuſdem Sidonii teſtificatione dicemus. Porro ſolutam eſſe obſidionem hoc tempore, inita pace inter Regem Gothorum & Romanum Imperatorem, conſtat. Etenim idem Nepos Auguſtus legationem miſit ad ipſum Gothorum Regem Evaricum, quam rogatus ab ipſo obivit ſanctus Epiphanius Epiſcopus Ticinenſis, aliis legationibus honeſte perfunctis ubique notus, & ſanctitate clariſſimus. Deſcribemus hic ipſam legationem ex ipſo Ennodio Ticinenſi diacono, qui ejuſdem Epiphanii res geſtas fideliſſime ſcriptas poſteris tradidit ipſe fama notiſſimus: de quo ſæpe inferius continget haberi ſermonem, & ex ipſius ſcriptis compluꝛa ad exactam rerum cognitionem petere. Quoniam vero editus liber (ut dictum eſt ſuperius) mendoſus nonnihil eſſe videtur, ex ſcripto codice Vaticano, in quo ſcripta Ennodii continentur, iſta deprompſimus, quæ ſic ſe habent.

(b) Sidon. l. 5. ep. 16.

De legatione a Nepote ad Gothos miſſa.

*Poſt Glycerium ad regnum Nepos acceſſit. Tunc inter eum & Toloſæ alumnos Getas, quos ferrea Evaricus dominatione gubernabat, orta diſſenſio eſt. Dum illi Italici fines Imperii, quos trans Gallicanas Alpes porrexerat, novitatem ſpernentes, non deſinerent inceſſere: E diverſo Nepos, ne in uſum præſumptio male ſuada duceretur, diſtrictius cuperet commiſſum ſibi a Deo regnandi terminum vindicare: Hinc utrinque litium cœperunt fomenta conſurgere. Et dum neutræ partes conceptum tumorem vincendi ſtudio deponunt, ſic exaſperabat cauſa diſcordiæ. Attigerat jam beatiſſimus vir octavum in ſacerdotio annum: cum repente Nepotis animum ſummovendæ diſſenſionis amor infudit: ut repulſo ſimultatis veneno, ſervaret inter Reges charitas, quod tueri arma vix poterant. Evocantur ad conſilium Liguriæ lumina, viri maturitatis, quorum poſſit deliberatione labans * Reipublicæ ſtatus reviviſcere, & in antiquam columen ſoliditas deſperata reſtituat. Tantique*

XVI.

Epiph. Epiſc. Ticin. deligitur legatus ad Regem Guthorum.

* labens.

PAGIUS inter utrumque Principem componeret. Hanc Legationem Baronius fuſe ex Ennodio in Vita Epiphanii narrat; cumque Ennodius de Epiphanio ſcribat: *Attigerat jam beatiſſimus Vir octavum in Sacerdotio annum*, Baronius anno CDLXVI. num. I. ſumſit inde occaſionem exiſtimandi Epiphanium eo anno Epiſcopum Ticinenſem creatum, currentique Legatum ad Euricum miſſum eſſe; quod quidem verum eſt, ſed ea Legatio menſe circiter Octobri ſuſcepta, totoque hoc anno bellum Nepotem inter & Euricum geſtum eſt, ut elicitur e duabus Sidonii Epiſtolis, quarum altera, quæ extat lib. 3. eſtque ordine VII. *Felici* data, altera vero Papianillæ Sidonii uxori, eſtque XVI. lib. 5. In hac poſteriori Sidonius ſcribit, *Licinianum* Quæſtorem Ravenna in Gallias veniſſe, & Julium Nepotem Imperatorem *Ecdicium* Patricium creaſſe, cujus dignitatis Diploma Licinianus afferret. Tunc *Arvernum* quod ab Ecdicio adverſus Gothos fortiter propugnabatur, obſidione cinctum erat. Ait enim ibidem Sidonius; *Nec animum tuum a tramite communium gaudiorum vicina quoque obſidionis terror exorbitat*, quia ſcil. Papianilla non longe ab Urbe Arvernenſi commorabatur. Cauſa adventus Liciniani in Gallias fuit tractatio pacis, ut indicat Sidonius in laudata Epiſtola VII. ubi ait; *Memento viatorum manus gravare chartis, quatenus amicorum cura relevetur: & indicare feſtina, ſi qua pravio Deo, quæſtor Licinianus trepidationi mutuæ januam ſecuritatis aperuerit. Perſona ſiquidem eſt, ut perhibent, magna expectatione, major adventu &c. Hunc nobis morum viri tenorem ſecundus rumor invexit. Mandata perniciter, ſi vero dicta conquadrant, ut tantiſper a pervigili ſtatione reſpirent, quos a muralibus excubiis non dies ninguidus, non nox illunis & turbida receptui canere perſuadent; quin et ſi Barbarus in Hyberna concedat, mage differunt quam relinquant ſemel radicatam corde formidinem.*

IX. Ex hac Epiſtola manifeſte patet, toto hoc anno in Galliis belligeratum eſſe, ſolamque hyemem Barbaros ſeu Gothos *Arvernum* obſidionem liberare coegiſſe, ac *Licinianum* Quæſtorem in Gallias veniſſe, cum Gothi ab obſidione Arvernorum in hyberna conceſſiſſent. Hæc Epiſtola ea hyeme ſcripta, quæ hoc anno inchoata, & ſequenti abſoluta eſt; cum *Nepos* exeunte Junio currentis anni Imperator levatus, exeunte Auguſto inſequentis Chriſti anni depoſitus fuerit. Liquet etiam ex eadem, ſub hujus anni finem pacem Gothos inter & Romanos conſtitutam fuiſſe, ideoque & *Epiphanium*, qui eam reapſe cum Eurico Toloſæ compoſuit, non niſi exeunte hoc anno aut inſequentis initio,

Ea Legatio anno exeunte obita.

tique ad tractatum cojere ex juſſu Principis, quanti poterunt eſſe rectores. Seritur de ordinanda legatione ſermo. In beatiſſimum virum Epiphanium mentes omnium & oculi diriguntur: fiunt cunctorum ſententiæ, quaſi unius ex ore proferuntur ex pectore.

XVII. Legatio Epiphanii ad Evaricum Regem. Quid pluribus? Cum lætitia Chriſti miles occaſionem laboris amplectitur, & ſpe affectum percepit; de negotii æſtimatione confidens, agendi ſpeciem melioraturus inquirit: actionem pene conclamatam & valde difficilem cæleſtis potentiæ præſidio percontatus ſuſcepit, implevit. Cujus itineris moleſtias neceſſitateſque non valeam per ordinem dirigere, nec ſi mihi centum linguarum fluminibus per mentus irriguos verba fundantur. Nam egreſſus de Ticinenſi oppido, donec ad deſtinata loca pertingeret, tali via ſua fatigationem arte geminavit, ut ſi temperias jumentorum defectus conſiderarent, in futura manſionis diverſoria accederent: præter pſalmorum continuationem, præter lectionis perſeverantiam, quorum nihil niſi ſtando faciebat; eligebat ſeceſſum nemorea fronde concluſum, ubi connexis arborum brachiis nox domeſtica texeretur: quod ſolum refugus per umbracula opaca Sol neſciret, & totum viridanti ceſpite gratia ſolum naturalis ſterneret. Ibi profuſus in oratione, continuis fletibus expertem pluviarum terram oculorum imbribus irrigabat. Reddebantur arva illa facunda orationum copia, quæ frugum eſſe non poterant. Tali exercitio ſe macerans, Toloſanum, in qua Euaricus tunc Rex degebat, urbem ingreſſus eſt: quem jam prævia opinio Gallorum auribus, qualis eſſet, intimaverat, ſacerdotibus præcipue ejuſdem regionis, quos attonitus de advenientibus inquiſitio profunda ſollicitat.

XVIII. Erat præterea ea tempeſtate conſiliorum Principis & moderator & arbiter Leo nomine, quem per eloquentiæ meritum non una jam declamationum palma ſuſceperat; qui ſummo cum gaudio adventum Pontificis indicavit notitia publica. Evocatur ex tempore Regi præſentandus Antiſtes. Ad quem illico ut ingreſſus, videt, ſalutavit, adgreſſus eſt.

Quæ Epiphanius ad Evaricum Regem. Quamvis te, ſtupende terrarum Princeps, multorum auribus reddat virtutis fama terribilem; & gladii, quibus finitimos continua vaſtitate premis, ſegetem quandam inimici germinis metant: nullum tibi tamen ſuperna gratiam nominis * divu bellandi præſtat ambitio: nec ferrum ſines tuetur Imperii, ſi cæleſtis Dominus offendatur. Regem te habere memento, cui oportet conſiderare quid placeat: qui cum ſuſceptum hominem portaret ad cælum, proimmenſa hæreditatis munere, pacem diſcipulis iterata ſæpius admonitione commendat: cujus nos præcepti neceſſe eſt eſſe cuſtodes: præcipue cum noverimus, virum fortem dici non poſſe, quem vicerit indignatio. Deinde perpendere vos convenit, quod nemo diligentius propria tuetur, quam qui aliena non appetit. Quocirca Nepos, cui regimen Italiæ ordinatio divina commiſit, ad hæc nos impetranda deſtinavit; ut reductis ad fidem mentibus, terræ ſibi convenæ dilectionis jure ſocientur. Qui licet certamina non formidet, concordiam primus exoptat. Noſtis in commune quo ſit dominiorum antiquitas limitata confinio: quæ ſubſtinuerint partes iſtæ illarum rectores famulandi patientia. Sufficiat quod elegit: aut certe pa-

* numinis

PAGIUS tio, poſtquam negotium a *Liciniano* aliiſque inutiliter tentatum fuiſſet, eandem ad optatum exitum perduxiſſe. Difficilem enim hanc pacis tractationem extitiſſe, & plures ad eandem ſuam operam contuliſſe ſignificat Ennodius, cum negotium hoc vocet, *negotium conclamatum*. Currenti anno Sidonius ad *Baſilium*, qui Epiſcopus Aquenſis erat, occaſione pacis, de qua agebatur, ſcripſit Epiſtolam VI. libri 7. quam Baronius anno ſequenti num. XXIII. & ſeqq. exhibet, oſtenditque Sidonius, qui ab ea pace averſus erat, quod vereretur ne Arvernum Eurico ea cederet, *Leontium* Arelatenſem, *Fauſtum* Regienſem, & *Græcum* Maſſilienſem Epiſcopos in pace ſancienda operam ſuam collocaſſe. Ait enim: *per vos mala fœdera currunt: per vos regni utriuſque pacta conditioneſque portantur. Agite quatenus hæc ſit amicitiæ, concordiæ principalis: ut Epiſcopali ordinatione permiſſa, populos Galliarum, quos limes Gothicæ ſortis incluſerit, teneamus ex fide, ſi non tenemus ex fœdere.* Ad eandem etiam Licinianus Quæſtor operam ſuam contulit; ſed verum non videtur, quod Sirmondus in Notis ad Epiſtolam I. libri 3. Sidonii ſcripſit, aliiſque perſuaſit *Licinianum* poſtquam Epiphanius pacem cum Eurico feliciter pactus eſt, Roma in Gallias, ubi *Euricus* bellum renovarat, miſſum fuiſſe, & Arvernos ex pacto dedi juſſiſſe. *Licinianus* enim hoc quidem anno a Nepote, ut de pace ageret, in Gallias delegatus, ſed nihil ab Eurico potuit obtinere. Neque Sidonius, aut quivis alius ex Antiquis ſcripſit pacem aliquam a Liciniano cum Eurico factam fuiſſe. Et tantum abeſt, ut *Licinianus* in Gallias veniens in mandatis habuerit, *Arvernum* Eurico tradere, ut e contra, Ecdicio urbis Præfecto ac Magiſtro militum, qui eam fortiter propugnabat, Patriciatus literas attulerit, eo honore a Nepote Ecdicius affectus ob navatam in ea obſidione operam. Duplex itaque pax illa, quarum altera ab Epiphanio, altera a Liciniano peracta, mere commentitia; neque veroſimile, in tam brevi intervallo, quo *Nepos* imperavit, duo de eadem Urbe facta fuiſſe fœdera.

X. Anno ſequenti Arvernum Gothis traditum. Sidonius in Epiſtola VII. lib. 7. ad Græcum, qui Epiſcopus erat Maſſilienſis, eo tempore data, quo ex fœdere pacis ab Epiphanio cum Eurico initæ, Arverni Gothis, a quibus vi capi non potuerant, dedi juſſi, indicat hanc pacem, quæ Arvernorum ſervitus futura erat; diu expectatam fuiſſe, ideoque aliam eodem fere tempore concluſam & diremptam, eam non præceſſiſſe: *Occiſo*, inquit, *meruerunt inopia, flam-*

patiatur amicus dici, qui meruit dominus appellari. Hæc inſigniſſimus Epiphanius.

XIX. Pax inter Imperat. & Gothos. *At Evaricus gentile neſcio quod murmur infringens, mollitum ſe ab hortationibus ejus vultus ſui ſerenitate ſignificat. Leo vero nominatus ſuperius, tanto allocutionis ipſius tenebatur miraculo, ut crederet verbis hujuſcemodi expugnari poſſe mentes (ſi fas eſt dici) etiam ſi contra juſtitiam poſtularet. Tacite tamen fertur ad interpretem Rex locutus.*

Quid Evaricus Rex ad Epiphan. *Licet pectus meum lorica vix deſerat, & aſſidue manus æratum orbem includat, necnon & latus muniat ferri præſidium; inveni tamen hominem, qui me armatum poſſit expugnare ſermonibus. Fallunt qui dicunt Romanos in linguis ſcutum vel ſpicula non habere: norunt enim & illa quæ nos miſerimus verba repellere; & quæ a ſe diriguntur, ad cordis penetralia deſtinare. Facio ergo, venerande Papa, quæ poſcis: quia grandior eſt apud me legati perſona, quam potentia deſtinantis. Accipe nunc fidem: & pro Nepote pollicere quod ſervet intemeratam concordiam: quoniam te promiſiſſe, juraſſe eſt.*

XX. *His dictis, inito etiam pactionis vinculo, venerandus Pontifex, Vale dicto, diſceſſit. Ad quem ſtatim peccatorum turba dirigitur, ut ſecuturo die Regis epulis intereſſet: quem ille jam compererat jugiter per ſacerdotes ſuos polluta habere convivia (erat enim Arianæ ſectæ.) Cui ſe excuſavit, dixitque ſibi non eſſe in more poſitum alienis aliquando prandiis veſci: perendie ſe magis velle proficiſci. Quod conſtitutum maturavit implere: & Toloſa tantis comitantibus egreſſus eſt, ut pene deſerta urbs, diſcedente noſtro Pontifice, videretur. Tantos enim in brevi devinxerat ſibi charitate ſincera, ut captivitatem flerent, quod apud patriam remanere neceſſitas conſtringebat.* Hactenus de bene perfuncto ab Epiphanio munere legationis Ennodius.

Intercedente igitur inter Julium Nepotem & Evaricum Regem ſancita pace juramento firmata, nihil eſt quod dici poſſit, ſub Nepote a Gothorum Rege Evarico civitatem Arvernenſem eſſe vi captam. Immo numquam aliquo tempore eam ab eiſdem Gothis expugnatam, ſed inter pacis conditiones deditionem ejuſdem civitatis eſſe factam, anno ſequenti dicturi ſumus. XXI.

At non excidat, quod Ennodius de Leone apud Regem Evaricum oratore, qui ſoleret legatis reſponſa dare (ut vidimus) meminit. Extat Sidonii (a) Apollinaris ad eumdem virum quidem diſertiſſimum data epiſtola, in qua hæc jocoſe de munere ipſi a Rege impoſito reſpondendi legatis: *Sepone pauxillulum inclamatiſſimas declamationes, quas oris regii vice conficis; quibus ipſe Rex inclytus modo corda terrificat gentium tranſmarinarum; modo de ſuperiore cum barbarie ad Vachalim trementibus fœdus victor innodat; modo per promotæ limitem ſortis, ut populos ſub armis, ſic frænat arma ſub legibus, &c.* XXII. (a) Sidon. l. 8. ep. 3. De Leone oratore.

Expetiit ab ipſo Sidonio aliquando idem Leo orator per amicum communem Heſperium, ut horum temporum hiſtoriam ſcriberet: At Sidonius in ipſum refudit opus, eleganter uſus Plinii Junioris exemplo, ubi ait (b): *Res eſt quidem digna quam tu juberes, ſed non minus digna quam faceres: Namque & antiquitus cum Cajus Cornelius Tacitus Cajo Plinio Secundo paria ſuaſiſſet: ipſe poſtremo quod injunxit arripuit: idque ab exemplo nonne melius aggrederis? quia & ego Plinio ut diſcipulus aſſurgo, & tu vetuſto genere jure Cornelium antevenis: qui ſæculo noſtro ſi reviviſceret, teque qualis ta-* XXIII. (b) Sidon. l. 4. ep. 22.

PAGIUS *flamma, ferrum, peſtilentia, pinguet ſanguine gladii, & macri jejuniis præliatores? propter tamen hujus inclytæ pacis expectationem avulſas muralibus rimis herbas in cibum traximus, &c.* Pax itaque Nepotem inter & Euricum S. Epiphanii miniſterio, ſed conſilio & conſenſu omnium Procerum Imperii concluſa, ut teſtatur Ennodius in Vita Epiphanii, ubi de Legatione ejus acturus, ait: *Evocantur ad conſilium Liguriæ lumina, Viri maturitatis, quorum poſſit deliberatione labans Reipublicæ ſtatus reviviſcere, & in antiquum columen ſoliditas deſperata reſtitui: tantique ad tractatum coiere ex juſſu Principis, quanti poterant eſſe Rectores.* Hinc Sidonius in Epiſtola laudata ad Græcum anno ſequenti ſcripta, de nullo in particulari queritur, ſed de omnibus in univerſum, quia ſcilicet Romanorum conſilium fuerat Gothis *Arvernum* deſerere, ut reliquæ Galliarum Urbes, quæ adhuc Imperio ſubjacebant, bello ceſſante, ſub eodem remanerent. Hæc una omnium Procerum Romanorum ſententia fuit, ut Ennodius poſt citata verba prodit: *ſiunt cunctorum ſententia, quaſi unius & ore proferentur & pectore*, ut ſcilicet Epiphanius ad Euricum Legatus pacis mitteretur, & Epiphanius *actionem pene conclamatam, & valde difficilem cœleſtis potentiæ præſidio percunctatus eſt ſuſcepit, implevit.*

XI. Pax cum Gothis a multis improbata. Pace facta Sidonius, aliique ea læſi fruſtra reclamarunt, adeo ut Ecdicius Urbis Præfectus deſperato omni auxilio Urbem dereliquerit, ut tradit Jornandes lib. de Reb. Get cap. 45. *Ecdicius diu certans cum Veſegothis nec valens anteſtare, relicta patria maximeque Urbe Arvernate hoſti, ad tutiora ſe loca collegit. Quod audiens Nepos Imp. præcepit Ecdicio, relictis Galliis, ad ſe venire, in locum ejus Oreſte Magiſtro militum ordinato.* Verum Arvernum per deditionem Eurico traditum, quod Jornandes ignoraſſe videtur, diſerte ſcribit Sidonius in Epiſtola citata ad Græcum: *Adhuc ſi noceſſe eſt obſideri, adhuc pugnare, adhuc eſurire delectat. Si vero tradimur qui non potuimus viribus obtineri, invenieſſe vos certum eſt quid barbarum ſuaderetis ignavi.* Hæc vero deditio ſequenti anno facta; cum *Nepos* exeunte Auguſto illius anni Imperio deturbatus fuerit. Ex his apparet

in litteris & quantus haberet conſpicaretur; modo verius Tacitus eſſet. Hæc ipſe: pluraque ſubdit, quibus declarat in eo omnia facile reperiri, quæ in ejuſmodi ſcribendi genere requiri & exigi poſſunt a quovis rigido ſcriptorum alienorum cenſore.

XXIV. Hiſtoriam ſuorum temporum Clerici ne ſcribant.

Sed & quod maxime nobis notandum eſt alia etiam ſe ex parte excuſans, pluribus docet, non eſſe hominis clericalis profeſſionis, hiſtorias ſuorum temporum ſcribere. Quam quidem haud temere, vel obiter dignam tanto viro prolatam ſententiam fortiſſimis enthimematibus aſtruit, roborat, atque confirmat: ut gaudeam tantum me inveniſſe patronum, atque paratam habeam defenſionem, perſpicuamque omnibus ſcriptam apologiam, ſi noſtri ſæculi res geſtas poſteris tradere prætermiſero: ne quis id a me exigat importunus, aut violentus extorqueat: ſed ad Leonem.

Ann. Eccl. Tom. VIII.

XXV. Adnumerat idem Sidonius eumdem Leonem oratorem inter celebres hujus ætatis ſcriptores, ubi poſt alios recenſitos horum meminit his verſibus (*a*): (*a*) Sidon. l. 9. ep. 3.

Acrem Lampridium, carum Leonem,
Præſtantemque tuba Severianum:

Sed & præſtaſſe cæteris Leonem poeticis facultatibus teſtatur, ſcribens ad Tonantium, ubi ait:

Iſtud vix Leo Rex Caſtalii chori;
Vix hunc qui ſequitur Lampridius queat.

Verum tanti viri ingenii nullum penitus reliquum eſt monumentum, præter brevem nuper recitatam reſponſionem, quam nomine Regis Evarici ſancto Epiphanio Ticinenſi legato reddidit. De Severiani vero excellentia agit, dum de ejus violento obitu epiſtolam ad Lupum Epiſcopum dedit (*b*). (*b*) Sidon. l. 8. ep. 11.

Ss Chri-

PAGIUS' ret, quantum hallucinati fuerint Scriptores qui tradidere, *Maſſiliam* & Arelatum anno CDLXXI. in Eurici poteſtatem veniſſe; cum ea adhuc juris Romani fuerit, quando Sancti Epiphanii opera de Urbe Arvernenſi dedenda actum eſt, & Sidonius lib. 7. Epiſt. VII. citata ad Græcum, quæratur, *Arvernos* pro aliorum ſalute devoveri, & eorum ſervitutem factam eſſe *pretium ſecuritatis alienæ*, Maſſiliæ ſcilicet, Arelatis, & aliarum Gallo-Provinciæ Civitatum.

JESU CHRISTI ANNUS 475.	SIMPLICII PAP. ANNUS 8.	ZENONIS AUGUSTULI 2. IMPP.

I. CHriſti annus quadringenteſimus ſeptuageſimusquintus unius tantum Conſulis Zenonis Auguſti nomine inſcribitur Faſtis iterum. Res enim Occidentalis Imperii perturbatæ creandi alterum Romæ Conſulem facultatem ademerunt. Etenim Oreſtes haud pridem creatus Magiſter militiæ a Nepote Imperatore, converſus in hoſtem, Roma cum exercitu Ravennam veniens, ibi aliquandiu moratus, filium ſuum Momilium Auguſtulum nuncupatum Imperatorem acclamari fecit. Cum autem Nepos compertum habuiſſet, cum Oreſte univerſum conſpirare exercitum, novumque ab eo eſſe creatum Imperatorem; in Dalmatiam fugit, ubi Glycarius jam fuarat ordinatus Epiſcopus. Hæc a Caſſiodoro Jordanus.

Auguſtulus Imp.

II. Quod vero ad Auguſtuli nomen ſpectat: falli eos quidem certum eſt, qui eum ita nomine proprio appellatum faiſſa putarunt: cum re vera non Auguſtulus, ſed Auguſtus fuerit nominatus; prout numiſma declarat, quod hic tibi formis expreſſimus, Romæ aſſarvatum inter antiqua monumenta omni fide probata viri nobilis Lælii Paſqualini,





Ex quo facile intelligas accidiſſe, at qui re vera Auguſtus nomine proprio appellaretur, contemptus gratia (ut de aliis accidit Imperatoribus, vulgi dicteriis indita

PAGIUS

SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DXIII. A. C. 475.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5968.

☉ 8. E. ☽ 1. P. 6. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 475.

SIMPLICII PAPÆ 8.

ZENONIS IMP. 2.

AUGUSTULI IMP. 1.

I. *Conſulatus.* [1] ZEno Aug. II. ſine collega Conſulatum geſſit, idque propter Imperium anno ſuperiori ſuſceptum.

II. *Auguſtulus fit Imp. Occidentis.* A num. I. ad VIII. Auctor Chronici a Cuſpiniano publicati, ad Conſulatum Zenonis II. habet: *Intravit Ravennam Patricius Oreſtes cum exercitu, & fugavit Imperatorem Nepotem ad Dalmatias V. Kal. Septembris. Eo anno levatus eſt Auguſtulus Imperator Ravenna a Patricio Oreſte patre ſuo, pridie Kal. Novembris.* [2] Baronius dicit illum nomine proprio, non *Auguſtulum*, ſed *Auguſtum* appellatum, quod probat Numiſmate, in quo legitur . . . . . L. AUGUSTUS PF. AVG. Verum ab Hiſtoricis vocatur *Auguſtulus*, & in nummis modo *Auguſtus*, modo, *Auguſtulus*, ut videre eſt apud Ducangium in Familiis Auguſtis Byzantinis pag. 81. ubi ex Baronio præfatum Nummum recitat aliumque inſcriptum DN. ROMULUS AVGVSTVS. PF. AUG. In Muſeo vero Farneſiano Tom. I. extat Nummus aureus cum hac

NOTÆ [1] COſſ. *Zeno Aug. II. ſine collega.* Marcellinus: *Zenone Aug. II. ſolo Coſ.* Epiſtola S. Simplicii Papæ in codice Monaſterii S. Crucis in Urbe Roma: *Poſt conſ. Leonis Auguſti.*

Epitome temporum, & Indiculus Paſchæ: *Zenone Aug. bis. Fugavit Oreſtis Nepotem & levatur Auguſtulus.* GEORGIUS

[2] AUguſtuli aſſumptionem conſignandam cenſeo, non ad prid. Kal. Novembris, ſed ad prid. Kal. Octobris tum, quod minus apte cenſeretur Oreſtes integrum bimeſtre ab hoſte fugato diſtuliſſe aſſumptionem illam filii ad Imperium; tum etiam quod eo nos deducit ſupputatio quam adhibet Author Hiſtoriæ Miſcellæ non quidem vulgatus, ſed qui ex MS. Ambroſiano Codice probatiſſimo expreſſus eſt a Muratorio in variis lectionibus ad eandem Hiſtoriam *l.* XV. Rer. Ital. t. 1. p. 1. fol. 99. Definitur enim in illo Imperium Auguſtali intra vix II. Menſes, quot ab ineunte Octobri ad X. Kal. Septembris ſuccedentis anni, qua Odoacer regnum capeſſivit, excurrerunt. Porro Auguſtulum ſponte abjeciſſe purpuram, eo quod deſeri ſe a ſuis ſentiret, ibidem legimus. MANSI

dita illis nomina, quod de Caligula patet) ex Auguſto fuerit dictus Auguſtulus: cum præſertim geminatio illa, Auguſtus Auguſtus, hactenus inuſitata videretur eſſe moleſta. Ita plane ſecundum illud vulgatum, *Omne quod oritur, occidit;* Romanum Imperium cœptum ab Auguſto, deſinit ac deficit in Auguſto: ſed Octavianus ille, Momilius iſte; quod nomen in reddito, hic numiſmate æreo rubigo conſumpſit.

III. Odoacer Rex Erulorum vocatur in Italiam. Qui autem Nepotis ſectati ſunt partes, quo ſe magis viribus deſtitutos eſſe ſenſere, eo ſolicitius alto corde volvere cœperunt conſilia, & meditari artes, quibus de prodito ab Oreſte Nepote pœnas ſumerent: quamobrem nullam ducentes cladis Italiæ inferendæ rationem, in eam immittere decernunt barbaros, Erulos dictos, haud longe ab Italia poſitos, formidabili procinctu paratos: nihil enim (ut alii tradunt) cum Gothis egere, quos ſcirent Imperatori fœdere eſſe conjunctos. Legationem igitur mittunt ad Odoacrem Erulorum Regem, id ipſum maxime appetentem, & diu noctuque animo meditantem, quomodo potiri poſſet Italia jam penitus Imperatorum dominium reſpuente. Sed antequam ejus in Italiam progreſſum narremus, quid de ipſo ab Eugiplo in rebus geſtis ſancti Severini narretur, hic reddamus.

IV. De aliis etiam gentibus, ad quas tanti miraculi de Rugo homine incurabili morbo laborante ſanato fama pervenerat, multi Chriſti militem videre cupiebant. Qua devotione etiam ante hoc factum quidam barbari cum ad Italiam pergerent, promerendæ benedictionis cauſa ad eum intuendum diverterunt: inter quos & Odoacer, qui poſtea regnavit in Italia, viliſſimo tum habitu juvenis, ſtatura procerus, advenerat: qui dum ſe, ne humillimæ tectum cellulæ ſuo vertice contingeret, inclinaſſet; a viro Dei glorioſum ſe fore cognovit. Cui etiam, Vale dicenti: *Vade* (inquit) *ad Italiam viliſſimis pellibus coopertus, ſed multa cito pluribus largiturus.* Hæc Eugipius de vaticinio Severini prævidentis Odoacrem novum flagellum a Deo jam ante paratum. Quid autem ipſe Rex egerit, cum ingreſſus eſt in Italiam, faventibus illi qui erant ex parte Nepotis: cum hiſtoricorum nullus

proſecutus ſit ſtylo: ex his quæ de clade Ticinenſi ab Ennodio ejus Eccleſiæ diacono ſcripta ſunt, reliqua funeſta poſſumus contemplari. Inter Ennodii enim ſcripta, quæ citatus ſæpe Vaticanus codex habet, iſta tantum de horum temporum rebus geſtis relata leguntur:

Ecce ille quietis neſcius, & ſcelerum patrator inimicus magna dolorum incrementa conglutinat, & inquirit quibus virum integerrimum (Epiphanium ſcilicet) *pulſionibus laceſſeret. Exercitum adverſus Oreſtem Patricium erigit, & diſcordiæ criminis clandeſtinus ſupplantator interſerit: ſpe novarum rerum perditorum animas inquietat: Odoacrem ad regnandi ambitum extollit: & ut hæc pernicies in Ticinenſi civitate contingeret; Oreſtem ad eam fiducia munitionis invitat. Epiſcopus cum omnibus ad ſe pertinentibus præſens invenitur. Fit maximus in urbe concurſus, prædandi rabies inardeſcit: ubique luctus, pavor ubique & mæroris imago plurima diſcurrebat. Ille ſolicitus poſcebatur ad pœnam, cujus ſubſtantium notiorem fecerat amicitiarum fides antiquior.* V. Ticinenſis civitatis Clades.

Alii flammam ruituris ædibus ſupponebant; alii ad exitium poſcebant dominum, pro cujus convenerat ſalute pugnare. Currunt ad eccleſiæ domum totis direptionis incendiis æſtuantes: dum quem videbant erogare plurima, perimmenſa ſuſpicabantur abſcondere. Proh nefas! theſauros dura barbaries quærit in terra, quos ille ad cæleſtia ſecreta tranſmiſerat. Diripitur etiam ſancta ejus germana, & ſeorſum ab eo ſorte captivitatis deducitur. Omnes nobilium familiæ a ſuis ſequeſtrabuntur. Luminoſa glorioſiſſima femina parili neceſſitatis conditione conſtringitur. O dolor! utræque eccleſiæ flammis hoſtilibus concremantur: tota civitas quaſi unus rogus effulgurat: cunctorum voces ſacerdotem quærentium audiuntur: nemo periculi ſui meminerat: dum major ab illis ſalutis portio devideretur. Cui quamvis confuſa in ſingulorum exitium turba fremeret, honor tamen inter gladios impendebatur: nam illico non fuerunt quos poteras videre captivos. VI.

Venerabilem germanam ſuam, priuſquam in veſperum diei illius lux funeſta laberetur, eripuit: plurimos etiam civium abſolvit precatu ſuo, antequam duræ condi- VII.

 tio-

PAGIUS hac Inſcriptione DN. FL MOMYL. AVGVSTVL P. F AVG. Porro Auguſtulum ante regnum *Romulum* a parentibus vocatum fuiſſe, docet Auctor Anonymus a Valeſio poſt libros Ammiani Marcellini editus, cujus ope ſequentibus annis Annales illuſtrabimus: *Nepos*, inquit Anonymus *factus Imperator Romæ. Mox veniens Ravennam: quem perſequens Oreſtes Patricius cum exercitu metuens Nepos adventum Oreſtis aſcendens navim, fugam petit ad Salonam, & ibi manſit per annos quinque, poſtea* *vero a ſuis occiditur. Mox eo egreſſo factus Imperator Auguſtulus. Auguſtulus, qui ante regnum Romulus a parentibus vocabatur a patre Oreſte Patricio factus eſt Imperator.* Oreſtes Magiſter militiæ a Nepote Imp. declaratus fuerat in locum Ecdicii Aviti Imp. filii, cui præceperat, relictis Galliis ad ſe venire, poſtquam *Arvernum* in Viſigothorum poteſtatem venit: *qui Oreſtes ſuſcepto exercitu, & contra hoſtes egrediens a Roma Ravennam pervenit, ibique remoratus, Auguſtulum filium ſuum Imperatorem effecit*

Digitized by Google

Epiphanius liberat ſuos a Barbaris. *tionis vincula ſentirent, matres familias præcipue, quas immanior in hac neceſſitate poterat commanere commoratio. Poſtremo ſtatus civitatis, quam multitudo barbarica ſuccedebat, unius fortiſſima columnæ ſuſtentatus reſurgebat auxilio: nec tantum ad delendum ſufficiebat exercitus, quantum ad reparandum unius perſona Pontificis.* Hucuſque Ennodius de elade Ticinenſi.

VIII. Galliarum motus. Fluctuarunt & hoc motu quæ adhuc Romano Imperio ſubjectæ erant civitates in Gallia. Ipſæ autem provinciæ Gallicanæ tetrarchis dividebantur: Sidonius enim unum ex Regibus illis barbaris Tetrarcham appellat (*a*), dominantibus his ſingulis Gothis, Burgundionibus, Franchis, atque Romanis: quibus ut pars aliqua licet minima integra remaneret, non bellicus labor, ſed inter barbaros Reges, æmulatio exorta præſtabat, cum ſubiret invidiam reliquorum, & in ſe odium concitaret, atque etiam arma moveret, qui ex ſubreptione rerum Romani Imperii potentior fieri reliquis aliquo modo tentaſſet. Verum hæc ita, dum adhuc res Romani Imperii Imperatorum nomine munirentur. Cum vero in declivum poſitæ jam penitus collapſuræ viderentur; eadem ruina contremuerunt quæ ipſi erant adnexæ provinciæ, ad earum caſum pariter fluctuantes. Quid vero actum ſit a barbaris in alias ſubjectas Imperio civitates, ignoratur. De Arvernenſibus populis aliqua remanſit memoria in Sidonii Apollinaris epiſtola, de quibus ſuperius mentio facta eſt.

(*a*) Sidon. l. 1. ep. 7.

IX. Quæ vero hoc tempore, nempe cum jam Sidonius illis præeſſet Epiſcopus, eidem contigerint civitati, modo dicenda. Cum Gothus Rex Evaricus, quam ſæpe fruſtra & magno ſuo damno tentarat Arvernenſem civitatem, iterum aggredi pararat: tunc ipſe Sidonius humano deſtitutus auxilio, ad precum ſubſidia convolat? quibus potens magna virtute Gothis reſtitit, afflictatis licet populis tum hoſtium armis, tum fame, qua hoc tempore Gallia vexabatur. Hæc autem quomodo ſe habuerint, dignitas poſtulat argumenti, ut quam exactiſſime deſcribantur, quantum fas eſt ex fragmentis hinc inde petitis implere.

Sed primum quam turbulentus ſemper eſſe ſoleret Arvernæ civitatis ſtatus, ex ipſo Sidonio accipe ita ad Felicem ſcribente (*b*): *Oppidum ſiquidem noſtrum, quaſi quemdam ſui limitis oppoſitè obicem, circumfuſarum nobis gentium arma terrificant. Sic æmulorum ſibi in medio poſitè populorum lacrymabilis præda, ſuſpecti Burgundionibus, proximi Gothis, nec impugnantium ira, nec propugnantium caremus invidia.* Hæc ipſe. X.

(*b*) Sidon. l. 3. ep. 4.

Deque iiſdem meminit, ſcribens (*c*) ad Fauſtum, dum ait ſe ſub ſpecie legationis eſſe factum extorrem. Porro periclitante civitate, ipſe Sidonius litteris ſuis revocare in patriam conatus eſt Ecdicium, cujus fortitudine, divina opitulante gratia, eadem civitas alias fuerat liberata. Extat de his ad eum epiſtola (*d*). Sed quod magis divino quam humano inniteretur auxilio; legationem precum mittit ad Deum, ſacras frequentans una cum populo Rogationes; atque ad earum reſtitutorem litteras mittit, ad ipſum inquam S. Mamercum Viennenſem Epiſcopum: quas egregia pietate conſpicuas hic deſcribendas eſſe putamus, ut intelligas ſedulum ſanctorum Epiſcoporum ſtudium, quod adhibere ſolerent, cum ſibi ſubjectus populus contingeret ingruentibus perturbationibus agitari: ſic enim ſe habent (*e*): XI.

(*c*) Sidon. l. 9. ep. 3.

Sidonius laborat pro ſuis Arvernis.

(*d*) Sidon. l. 3. ep. 3.

(*e*) Sidon. l. 7. ep. 1.

XII. *Rumor eſt, Gothos in Romanorum ſolum caſtra moviſſe. Huic ſemper irruptioni nos miſeri Arverni janua ſumus. Namque odiis inimicorum hinc peculiaria fomenta ſubminiſtramus, quia necdum terminos ſuos ab Oceano in Rhodanum Ligeris alveo limitaverant: ſolam ſub ope Chriſti moram de noſtro tantam obice patiuntur. Circumjectarum vero ſpatia tractumque regionum jampridem regni * minacis importana devoravit impreſſio. Sed animoſitati noſtræ tam temerariæ, tumque periculoſæ non nos aut ambuſtam murorum fa-*

* regis.

PAGIUS *ſiet*, inquit Jornandes de Reb. Get. cap. 45. ubi tamen in editione Grotii, loco *Decii*, legendam, *Ecdicius*, ut accurate in editione Grutteri.

III. *Arvernum Gothis traditum.* A num. IX. ad XXX. Superiori anno *Sanctus Epiphanius* Ticinenſis Epiſcopus a Nepote Imp. Legatus ad *Euricum* Viſigothorum Regem Toloſæ regnantem miſſos, tractatione pacis tunc habita *Arvernum* Viſigothis tradi conſenſit, ut ibidem oſtendimus. Quare poſt eam pacem Viſigothorum Regnum clauſum eſt Ligeri, Oceano, Pyrenæis montibus, & Rhodano. Epiſtola Sidonii ad *Baſilium Epiſcopum Aquenſem*, quam Baronius num. XXIII. & ſeqq. recitat, anno ſuperiori data, ut ibidem oſtendimus, antequam ſc. Arvernum juris Gothici eſſet, indeque Sidonius habet, de Eurico jure, ambigi, *amplius ne ſuæ gentis, an ſuæ ſectæ teneat Principatum*, & de ejus in Sacerdotes ſævitia pluribus agit. Duos Galliæ Præſules inſolenti exilii genere mulctatos, dicit, ſcribitque: *Taceo veſtros Crocum, Simpliciumque collegas, quos Cathedris ſibi traditis eliminatos, ſimilis exilii cruciat pœna diſſimilis. Namque unus ipſorum ſe, dolet non videre, quo redeat: alter ſe dolet non videre, quo non redit*, quod ſc. unus longe patriæ finibus exactus angeretur, eam non videre, ad quam repedaret, alter juxta eam poſitus ægre ferre videret, quo redire non licebat. Baronius num. XXIX. exiſtimat *Simplicium* illum diverſum non eſſe a *Simplicio* Senonenſi Epiſcopo, de quo ſuperius egimus. Verum cum *Baſilius*, ad quem ſcribit Sidonius, Aquarum Sextiarum Epiſcopus fuerit, ut recte oſtendit Sirmondus in Notis ad eam Epiſtolam, quæ

Sidonius quid de rogationibus ad S. Mamercum. *faciem, aut putrem ſudium cratem, aut propugnacula vigilum trita pectoribus confidimus opitulatura: ſolo tamen invectarum te auctore Rogationum palpamur auxilio: quibus inchoandis inſtituendiſque populus Arvernus, etſi non effectu pari, affectu certe non impari cœpit initiari, & ob hac circumfuſis nondum dat terga terroribus.* Ita plane Sidonius Epiſcopus, id tot ingruentibus undique diſcriminibus, Rogationum pio cultu hoſtes repreſſit, populumque ſervavit incolumem. Pergit vero narrare, qua occaſione eædem Rogationes ab eodem, ad quem ſcribit, S. Mamerco fuerint reſtitutæ, cum ait:

XIII. Rogationes a S. Mamerco inſtitutæ. *Non enim latet noſtram ſciſcitationem, primis temporibus harumce ſupplicationum inſtitutarum cum civitas cælitus tibi credita per hujuſcemodi prodigiorum terriculamenta evacuabatur. Nam modo ſcenæ mœnium publicorum crebris terræmotibus concutiebantur: nunc ignes ſæpe flammati caducas culminum criſtas, ſuperjecto favillarum monte, tumulabant: nunc ſtupenda foro cubilia collocabat audacium pavenda manſuetudo cervorum. Cum tu inter iſta, diſceſſu primorum populariumque, ſtatu urbis exinanito, ad nova celer veterum Ninivitarum exempla decurriſti, ne divinæ admonitioni tua quoque deſperatio conviciaretur. Et vere jam de Deo tu minime poteras abſque peccato poſt virtutum experimenta diffidere.* Miraculum de igne extincto. *Nam cum vice quadam civitas conflagrare cœpiſſet, fides tua in illo ardore plus caluit: ut cum in conſpectu pavidæ plebis, objectu ſolo tui corporis, ignis recuſſus in tergum fugitivis flexibus ſinuaretur, miraculo terribili, novo, inuſitato; affuit flammæ cedere per reverentiam, cui ſentiri debuit per naturam.*

XIV. S. Mamercus quæ ſuos admonet. *Primum igitur & iis paucis noſtri ordinis viris indicis jejunia, interdicis flagitia, ſupplicia prædicis, remedia promittis; exponis omnibus, nec pœnam longinquam eſſe, nec veniam: doces denunciatæ ſolitudinis minas orationum frequentia molliendas: mones aſſiduitatem furentis incendii, aqua potius oculorum, quam fluminis poſſe reſtingui: mones minacem terræmotuum concuſſionem fidei ſtabilitate firmandam. Cujus conſeſtim ſequax humilis turba conſilii, majoribus quoque ſuis fuit incitamento: quos cum non piguiſſet fugere, redire non puduit. Qua devotione placatus inſpector pectorum Deus, fecit eſſe obſecrationem veſtram vobis ſaluti, cæteris imitationi, utriſque præſidio. Denique illis deinceps non fuere vel damna calamitati, vel oſtenta formidini.*

XV. *Quæ omnia ſciens populus iſte Viennenſibus tuis & accidiſſe prius, & non acceſſiſſe poſterius; veſtigia tam ſacroſanctæ informationis amplectitur ſedulo, petens ut conſcientiæ tuæ beatitudo mittat orationum ſuarum ſuffragia, quibus exempla tranſmiſit. Et quia tibi ſoli conceſſa eſt poſt avorum memoriam, vel confeſſorem Ambroſium, duorum martyrum repertorem in partibus orbis Occidui, martyris Ferreoli ſolida tranſlatio, adjecto noſtri capite Juliani, quod iſtinc turbulento * quondam perſecutorum manus retulit cruenta carnificis: non injuriam eſt, quod pro compenſatione depoſcimus, ut nobis inde veniat pars patrocinii, quia vobis hinc redit pars patroni. Memor noſtri eſſe dignare, domine Papa.* Hactenus Ipſe: quæ autem ſuboſcure hic de martyrum inventione dicit, ad finem narrationis horum quæ de Rogationibus dicuntur, elucidabimus. Sic igitur S. Mamercum Sidonius interpellat, cum ingruentium Gothorum compreſſione civitas Arvernorum admodum laboraret: cujus occaſione id emolumenti populus ille eſt conſecutus, ut Rogationes accurate ex Eccleſiaſticæ diſciplinæ præſcripto frequentaret. Quales autem prius eſſe ſolerent, ab eodem auctore accipe ex epiſtola ad Aprum data, in qua poſt exordium iſta leguntur (a):

Inventio SS. Martyrum.

* tempore.

XVI. Collapſa olim diſciplina Rogationum. *In urbem tamen (ni fallimur) Rogationum contemplatione revocabere: quarum nobis ſolemnitatem primus Mamercus pater & Pontifex reverendiſſimo exemplo, utiliſſimo experimento invenit, inſtituit, invexit. Erant quidem prius (quod ſalva fidei pace ſit dictum) vagæ, tepentes, in-*

(a) Sidon. l. 5. ep. 4.

PAGIUS

quæ VII. eſt lib. 7. ibi ſermo eſſe videtur de exilio duorum Præſulum Gallo-Provinciæ vicinorum, non tamen de duobus Præſulibus vicinis Aquiſextienſi civitati, & quaſi conterraneis, ut arbitratur Antelmius de initiis Eccleſiæ Forojulienſis cap. 24. cum *Euricus* ultra Rhodanum dominationem nullam tunc haberet. Porro cum *Oreſtes* in locum Ecdicii Magiſter militum a Nepote Imp. ordinatus fuerit, cum Arvernum Viſigothis tradi præcepit, *qui Oreſtes, ſuſcepto exercitu, & contra hoſtes egrediens, Roma Ravennam pervenit, ibique remoratus, Auguſtulum filium ſuum Imperatorem efficit,* inquit Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 45. manifeſtum eſt, *Arvernum* prioribus hujus anni menſibus Viſigothis deditum, & *Oreſtem* Magiſtrum militum tunc deſtinatum, qui Roma, veluti in Gallias profecturus egrediens, Ravennam venit, ibique aliquanto tempore moratus filium ſuum Auguſtum nuncupavit die XXVII. menſis Auguſti hujus anni, ut ſupra dixi.

IV. Euricus Gothorum Rex Catholicos vexat. Sed redeo ad Sidonium Apollinarem, cujus Epiſtolam ad Baſilium Aquarum Sextiarum Epiſcopum Baronius num. XXIII. & ſeqq. integram recitat, ſicuti & num. XXIX. verba, quibus eandem Turonenſis lib. 2. cap. 25. refert. Scribit Gregorius Turonenſis *Euricum* Catholicos in utraque Germania perſecutum eſſe, *truncaſſe paſſim* homines de Deo recte ſentientes: Clericos in vincula conjeciſſe: Sacerdotes partim in exilium egiſſe, partim interfeciſſe: & Eccleſiarum aditus ſpinis obſerari juſſiſſe. Et ta-

infrequenteſque, atque (ſic dixeris) oſcitabundæ ſupplicationes; quæ ſæpe interpellantium prandiorum obicibus hebetabantur, maxime aut imbres, aut ſerenitatem deprecaturæ: ad quas (ut nihil amplius dicam) figulo pariter atque hortulano non oportuit convenire. In his autem, quas ſuprafatus ſacerdos, & protulit pariter & contulit, jejunatur, oratur, pſallitur, fletur. Ad hæc te feſta cervicum humiliatarum, conſternatorum * *civium ſuſpirioſa contubernia peto. Et ſi ſpiritualem animum tuum bene metior, modo citus venies, quod non ad epulas, ſed ad lacrymas invitaris.* Hæc tempore Rogationum ad amicum Sidonius.

* & ſternacium.

XVII. Rogationum uſus ubique diffuſus. Cæterum non Arvernos tantum populos, vel Gallos, ſed Catholicam univerſam Eccleſiam ejuſmodi ſacrum Rogationum uſum recepiſſe, & quam citiſſime, teſtatur S. Avitus ejuſdem Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopus, qui poſt Eſychium ſuccedentem ſancto Mamerco ſedit: nam in homilia iiſdem Rogationum diebus habita, ejus exordio iſta præfatur: *Currit quidem* (inquit *a*) *tramite viali non per Gallias modo, ſed per Orbem totum Rogationis obſervantia flumen irriguum.* Porro prima inſtitutio, quando periculum illud ingruit, Paſchale tempus fuit: verum ne jungerentur reſurrectionis gaudiis luctus orantium, & jejunantium afflictatio; triduum illud eſt electum, quod ſacrum præcedit feſtum Aſcenſionis, ut ſanctus Avitus eadem explicat homilia, quæ etiam citatur a Gregorio (*b*) Turonenſi, inde petente narrandæ hiſtoricæ veritatis auctoritatem. Nos vero melius reddere ex Sidonio judicavimus, cujus tempore ea fieri contigerunt. Quod igitur ab Eccleſia Catholica antiquitus traditum, ſed diſciplinæ ſolutione cultu remiſſiori neglectum, ſanctus Mamercus reſtituit & auctiori excoluit obſervantia; Gallicana eſt conſectata Eccleſia, atque alii longe lateque Catholici populi ſunt amplexati. Aurelianenſe quidem Concilium, hoc eodem ſæculo celebratum, his verbis Rogationum ſancivit diſciplinam (*c*).

(*a*) Extat to. 7. Bibl. ſanct. inter Alcimi Aviti ſcripta.

(*b*) Greg. Turon. l. 2. c. 34.

(*c*) Conc. Aurel. c. 29.

XVIII. *Rogationes, id eſt, Litanias ante Aſcenſionem Domini placuit celebrari: ita ut præmiſſum triduanum jejunium, in Dominicæ Aſcenſionis ſolemnitate ſolvatur. Per quod triduum ſervi, & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs univerſa conveniat. Quo triduo omnes abſtineant, & quadrageſimalibus cibis utantur.* Hæc Patres. At de his conſule a nobis dicta in Notationibus ad Romanum Martyrologium locupletius.

XIX. Ad poſtremum vero quod ſpectat ad elucidationem eorum quæ a Sidonio ad S. Mamercum de inventione ſanctorum martyrum ad finem epiſtolæ ſubobſcure ponuntur; habes eadem verba Sidonii recitata, & palam facta Gregorio Turonenſi in libello quem ſcripſit de miraculis S. Juliani, ubi de reliquiis eorumdem ſanctorum martyrum Ferreoli & Juliani ejuſmodi orationem inſtituit, quæ rei geſtæ hujus temporis habet hiſtoriam de martyrum inventione. Ait enim (*d*): *Quodam tempore, dum ad occurſum beati Nicetii Antiſtitis uſque Lugdunum proceſſiſſem, libuit animo non aliter, niſi orationis cauſa Viennam adire, & præcipue ſepulcrum viſitare Ferreoli martyris glorioſi: inſederat enim menti propter antiquam dilectionem eorum, me ſic eſſe ejus alumnum, ut Juliani. Denique oratione facta, erigo oculorum aciem ad tribunal, conſpicioque in eo verſiculos hoc modo conſcriptos:*

(*d*) Greg. Turon. de miracul. S. Juliani c. 2.

Caput S. Juliani cum corpore S. Ferreoli.

Heroas Chriſti geminos hæc continet aula,
Julianum capite, corpore Ferreolum.

XX. Nova Baſilica a Mamerco erecta. *Cum hæc legerem, æditunm conſulerem, cur hæc ſcripta ſic fuerint; reſpondit: Baſilica ſancti martyris Ferreoli ſuper ipſum Rhodani littus ab antiquis fuerat collocata. Denique cum impulſante violentia amnis, porticus quæ ab ea parte erat collocata corrueret; providus ſacerdos Mamercus nomine, qui tunc Viennenſem regebat Eccleſiam, ruinam futuram prævidens, aliam baſilicam eleganti opere, & in ipſa menſura ſagaci intentione conſtruxit, illuc ſancti martyris transferre cupiens corpus. Advenit autem ad hoc opus Abbatum & monachorum magnus numerus: vigilataque nocte, accepto ſæculo, fodere cœperunt. Cumque in profundo deſcenderent tria ſepulcra reperiunt, ac confeſtim ſtupor mentes ſpectantium invadit. Nec quiſquam erat certus, quinam eſſet beati martyris tumulus. Igitur cum ſtarent omnes in hebetate mentis attoniti: inſpirante (ut credo) Divinitate, unus ex circumſtantibus exclamat, dicens: Antiquitus referri ſolitum erat, & celebri per populos ſermone vulgatum, caput Juliani confeſſoris in ſepulcro retineri martyris Ferreoli. Sic opertorio amoto, unuſquiſque conſideretur; & ſic poteſt, quæ ſunt membra Ferreoli martyris, protinus inveniri.*

XXI. *Hæc audiens ſacerdos, cunctos jubet in oratione proſterni. Qua impleta, proce-*

PAGIUS tamen Sidonius in Epiſtola ab eo laudata tantum ait, *Crocum & Simplicium* Epiſcopos relegatos eſſe: & apud Burdigalenſes, Petrocorios, ac pleraſque alias Urbes, hoc eſt in Aquitania prima ac ſecunda, *ſummos Sacerdotes morte truncatos*, id eſt, ſua morte mortuos, nec ullos Epiſcopos in defunctorum locum ſubſtitutos; deſertas ruſticas Parochias; lapſa Eccle-

Inventio SS. Martyrum.

ſedit ad tumulos deſectiſque duobus ſingulos in his quieſcentes invenit viros. Cumque aperuiſſet & tertium, invenit in eo virum jacentem illæſo corpore, integro veſtimento, qui deciſo capite, caput amplexus aliud brachio detinebat: erat enim ac ſi nuper ſepultus, neque pallore facies demutatas, neque capillorum deciſione turpatus, neque ulla putredine reſolutus: ſed ita integer & illæſus, ut putares eum adhuc ſopore corporeo detineri. Tunc Antiſtes gaudio magno repletur, ait: Hoc eſſe cadaver Ferreoli, hoc eſſe caput Juliani martyris, dubium non habetur. Tunc cum magno pſalterio plaudente populo, in loco ubi nunc eſt, adoratur, Domino annuente. Hæc autem, ut ad ſepulcrum martyris ab ipſo æditno cognovi, fideliter retuli. Præbet autem huic operi teſtimonium Sollius (Sidonius ſcilicet) *noſter ipſi Mamerco ſcribens his verbis: Tibi ſoli conceſſa eſt in parte orbis Occidui martyris Ferreoli ſolida tranſlatio, adjecto noſtri capite Juliani. Unde pro compenſatione depoſcimus, ut nobis inde veniat pars patrocinii, quia vobis hinc redit pars patroni.* Hæc Gregorius: alludereque Sidonium (*a*) ſuperius docet, quod Julianus martyr Arvernenſis fuerit, civis vero Viennenſis; qui fugiens apud Arvernos, ab inſequentibus perſecutoribus deprehenſus, capite truncatus eſt: cum ad oſtentandam martyris cædem carnifex caput Viennam, unde venerat, feſtine retulit; quod vendicatum atque redemptum a piis cum Sancto Ferreolo æque martyre mandatum eſt ſepulturæ. Porro quot quantiſque miraculis veluti divinæ lucis fulgoribus illuſtratus fuerit in ſuis reliquiis idem ſanctus martyr Julianus, habes volumen quinquaginta capitibus accurate deſcriptum ab ipſo Gregorio Turonenſi. At de martyribus hactenus.

(*a*) *Greg. de mirac. S. Juliani c. 1.*

XXII. Certe quidem Arvernenſem populum, una cum ſacerdote de gregis ſui cura ſollicito ſupplicantem a Deo exauditum fuiſſe, exitus declaravit; cum numquam (ut dictum eſt) valuerit civitas ab hoſtibus capi: licet tandem inter iniquas initas pacis conditiones poſita fuerit ejuſdem civitatis deditio. Sed quid de ſtatu totius reliquæ Eccleſiæ Gallicanæ? Licet remanſerint ſilentio ſcriptorum, vel potius monumentorum amiſſione ſatis obſcuræ: liquet tamen ipſas triplicis generis barbarorum aſſidue preſſas eſſe dira tyrannide. Verum quod neque Burgundiones, neque Franchi ullum faceſſerent pietati negotium, tolerabiliores videri poterant. Sed Evarici Gothorum Regis Catholicam religionem inſequentis jugum importabile videbatur. Perfidus enim barbarus (ut ex Sidonio audies) haud minus quam regnum curabat propagare perfidiam; Arianamque hæreſim, quam ſemper Galliæ inſtar veneni penitus reſpuiſſent, Galliis propinare ſategit. Quænam autem per eum dira clades Gallicanis Eccleſiis quæ ſub ejus ditione poſitæ erant, illata fuerit, in medium adducamus. Suppetit nobis in tanta rerum obſcuritate veluti accenſas faces ſuis litteris Sidonius Apollinaris ea potiſſimum epiſtola, quam ad Baſilium ſcripſit, dum ille pro concilianda cum Evarico concordia, legatione publica fungeretur; petens ab eo, ut memor eſſet in fœdere ſanciendo Catholicæ pietatis, ut in poſterum bene conſultum eſſet afflictatis Eccleſiis, & fidei barbarico furore depreſſæ. Epiſtola autem ſic ſe habet: (*b*).

Status Eccleſiæ Gallicanæ.

(*b*) *Sidon. l. 7. ep. 6.*

XXIII. Sidonii epiſtola ad Baſilium.

Sunt nobis munere Dei, novo noſtrorum temporum exemplo, amicitiarum vetera jura; itaque eſt quod invicem diligimus ex æquo: Porro autem quod ad communem conſcientiam pertinet, tu patronus: quamquam hoc ipſum præſumptuoſe arroganterque loquar. Namque iniquitas mea tanta eſt, ut mederi de lapſuum ejus aſſiduitate vix etiam tuæ ſupplicationis efficacia queat. Igitur quia mihi es quam patrocinio, tam dilectione bis dominus; pariter & quod memini probe quo polleas igne ſenſuum, fonte verborum; qui viderim Modubarium civem Gothum Arianæ hæreſeos jacula vibrantem, quo tu ſpiritualium teſtimoniorum mucrone confoderis: ſervata ceterorum tam reverentia quam pace Pontificum: non injuria tibi defleo, qualiter Eccleſiaſticas caulas iſtius æris lupus, qui peccatis pereuntium ſaginatur animarum, clandeſtino morſu necdum intellecti dentis arrodat.*

* defero.

XXIV. *Namque hoſtis antiquus quo facilius inſultet balatibus ovium deſtitutarum, prius*

PAGIUS cleſiarum culmina; aut *valvarum cardinibus avulſis Baſilicarum aditus vepribus obſtructos:* eamque *Catholici ſtatus valetudinem occultam* appellat; ac Euricum *non tam Romanis Urbibus, quam legibus Chriſtianis inſidiaturum* videri ſibi, Sidonius ſcribit. Ex quo judicari poteſt, inquit Hadrianus Valeſius lib. 5. Rer. Franc. qua fide Gregorio Turonenſi credere nos oporteat, qui ſic Auctores intellexerit. Ait autem Gregorius *Euricum* Catholicos *in utraque Germania* perſecutum eſſe, quod Aquitania a Viſigothis teneretur, ipſeque putaret Viſigothos gentem Germanam eſſe. *Euricus*, poſtquam Arvernis dominatus eſt, *Sidonium* eorum Epiſcopum in Livianum Caſtrum Carcaſſonam inter & Narbonam ſitum relegavit, ut liquet ex Epiſt. III. lib. 8. & ex Epiſtola IX. ejuſdem libri, ubi narrat, ſe interceſſione Leonis Eurici Quæſtoris ſolutum, Burdegalam ad *Euricum* ipſum ſpecie Legationis veniſſe, ubi ſui in integrum reſtitutionem impetravit, quod annô CCCCLXXVII. contigiſſe, videtur, ut eo anno dicemus. *Euricus* itaque Epiſcopos non occidebat, ſed in exilium mittebat, ut ibidem etiam videbimus de *Fauſto* Regienſi Epiſcopo.

prius dormitantium incipit cervicibus imminere paſtorum. Neque ego ita mei memineri non ſum, ut nequaquam me hunc aſſe reminiſcar, quem longis adhuc abluenda fletibus conſcientia premat: enims ſtercora tamen (ſub ope Chriſti) quandoque myſticis orationum tuarum raſtris eruderabuntur. Sed quoniam ſuperemnet privati reatus verecundiam publica ſulus: non verebor, etſi carpat zelum in me fidei ſiniſter interpres, ſub vanitatis invidia cauſam prodere veritatis. Evarix Rex Gothorum, quod limitem regni ſui, rupto diſſolutoque fœdere antiquo, vel tutatur armorum jure, vel promovet; nec nobis peccatoribus hic accuſare, nec vobis ſanctis hic diſcutere permiſſum eſt. Quin potius ſi requiras; ordinis res eſt, & ut dives hic purpura biſſoque veletur, & Lazarus hic ulceribus & paupertate ferſatur: ordinis res eſt, ut (dum in hac allegoria verſamur) Ægyptius Pharao incedat, cum diademate, Iſraelita cum cophino: Ordinis res eſt, ut dum in hac figuratæ Babilonis fornace decoquimur, nos cum Hieremia ſpiritualem Hieruſalem ſuſpirioſis plangamus ululatibus; & Aſſur faſtu regio tonans, Sanctorum ſancta proculcet. Quibus præſentium ego futurarumque beatitudinum viciſſitudinibus inſpectis, communia patientius incommoda fero: Primum, quod mihi quæ merear introſpiciente, quæcumque adverſa provenerint, leviora reputabuntur: dein quod certum ſcio, maximum eſſe remedium interioris hominis, ſi in hac area mundi variis paſſionum flagellis trituretur exterior.

Dei judicia occulta, ſed ordinata.

XXV. *Sed, quod fatendum eſt, præfatum Regem Gothorum, quamquam ſit ob virium merita terribilis, non tam Romanis mœnibus, quam legibus Chriſtianis inſidiaturum paveſco: Tantum (ut ferunt) ori, tantum pectori ſuo Catholici intuitio nominis acet, * ut ambigas, ampliuſne ſuæ gentis, an ſuæ ſectæ tenent principatum. Ad hoc, armis potens, acer animis, alacer annis, hunc ſolitum patitur errorem, quod putat ſibi tractatuum conſiliorumque ſucceſſum tribui pro religione legitima, quem potius aſſequitur pro felicitate terrena.*

De Evarico Rege perſecutore.

* aceſcit.

XXVI. *Propter quod diſcite cito Catholici ſtatus valetudinem occultam, ut apertam feſtinetis adhibere medicinam. Burdegala, Petrogorii, Ruteni, Lemovices, Gabalitani, Heluſani, Vaſates, Convenæ, Auſcenſes, multoque jam major numerus civitatum (ſummis ſacerdotibus ipſorum morte truncatis, nec ullis deinceps Epiſcopis in defunctorum officia ſuffectis, per quos utique minorum ordinum miniſteria ſubrogabantur) latum ſpiritualis ruinæ limitem traxit, quem fere conſtat ſic per ſingulos dies morientium Patrum proficere defectu *, ut non ſolum quoſlibet hæreticos præſentum, verum etiam hæreſiarchas priorum temporum potuerit inflectere: ita populos exceſſu Pontificum orbatos, triſtis intercisæ fidei deſperatio premit, nulla in deſolatis cura diœceſibus parochiiſque.*

* ſuffectu.

XXVII. *Videas in eccleſiis aut putres culminum lapſus, aut valvarum cardinibus avulſis baſilicarum aditus hiſpidorum veprium fruticibus obſtructos. Ipſa (proh dolor!) videas armenta non modo ſemipatentibus jacere veſtibulis, ſed etiam herboſa viridantium altarium latera depaſci. Sed jam nec per ruſticas ſolum ſolitudo parochias, ipſa inſuper urbanarum Eccleſiarum conventicula rareſcunt. Quid enim Fidelibus ſolatii ſupereſt, quando clericalis non modo diſciplina, verum etiam memoria perit? Equidem cum clericus quiſqua defungitur, ſi benedictione ſuccedon non accipiat dignitatis hæredem, in illa eccleſia ſacerdotium moritur, non ſacerdos. Atque ita quid ſpei reſtare pronuncies, ubi facit terminus hominis finem religionis? Altius inſpicite ſpiritualium membrorum damna: profecto intelligetis, quanti ſubripiuntur Epiſcopi, tantorum nobis populorum fidem periclitaturam.*

Miſeranda Eccleſiarum ſolitudo.

XXVIII. *Taceo veſtros Crocum, Simpliciumque collegas quos cathedris ſibi traditis eliminatos ſimilis exilii cruciat pœna diſſimilis. Namque unus ipſorum ſe dolet non videre quo redeat: alter ſe dolet videre quo non redit. Tu ſacratiſſimorum Pontificum Leontii, Fauſti, Græci, urbe, ordine, charitate medius inveniris: per vos mala fœderum currunt, per vos regni utriaſque pacta conditioneſque portantur. Agite quatenus hæc ſit amicitiæ concordia principalis: ut Epiſcopali ordinatione præmiſſa, populos Galliarum, quos limes Gothicæ ſortis incluſerit, teneamus ex fide, ſi non tenemus ex fœdere. Memor noſtri eſſe dignare, domine Papa.*

Exilia Epiſcoporum.

XXIX. Meminit hujus epiſtolæ Sidonii ad Baſilium etiam Gregorius Turonenſis, cum cladem hujus temporis Eccleſiarum in Galliis narrat his verbis (a): *Hujus tempore*, nempe S. Patientis Lugdunenſis Epiſcopi, *Evarix Rex Gothorum excedens Hiſpanum limitem gravem in Galliis ſuper Chriſtianos intulit perſecutionem. Truncabat paſſim perverſitati ſuæ non conſentientes, clericos carceribus ſubiiciebat: ſacerdotes vero alios dabat exilio, alios trucidabat: nam & ipſos ſacrorum templorum aditus ſpinis juſſerat obſerari, ſcilicet ut raritas ingrediendi oblivionem faceret fidei. Maxime tunc Novempopulanæ, geminæque Germaniæ urbes hac tempeſtate depaſtæ ſunt. Extat hodie quoque & pro hac cauſa ad Baſilium Epiſcopum nobilis Sidonii ipſius epiſtola, quæ hæc ita loquitur. Sed perſecutor non poſt multum ultione divina percuſſus interiit.*

(a) Gregor. Turon. l. 2. c. 25.

Clades Gallicanæ Eccleſiæ ſub Evarico.

Hæc

Hæc Gregorius. Num vero ſancita ſit per Baſilium legatum pax inter Romanos & Gothos, nullus eſt, qui affirmet. Quod autem pertinet ad Simplicium Epiſcopum una cum Croco Antiſtite exule: mentio eſt apud eundem Sidonium in concione habita in electione Simplicii, ipſum jam ante in carcerem conjectum, fuiſſe divinitus liberatum: Sunt hæc ejus verba: *Poſtremo* (inquit) *iſte eſt ille, cariſſimi, cui in tenebris ergaſtularibus conſtituto multipliciter obſerata barbarici carceris divinitus clauſtra patuerunt.* Hæc Sidonius, rem ſui magnitudine notam, ſcientibus, paucis attingens potius quam narrans. Qui igitur ante Epiſcopatum adeo egregium ſummæ ſanctitudinis ſpecimen edidit, jam ad Epiſcopatum evectus, majori quoque attollitur virtutum faſtigio, quibus dignus factus ſit iterata confeſſione duplicem promereri coronam, alteram carceris tenebris illuſtratam, exilii alteram pœna conſpicuam.

XXX. At vero tot tantiſque ærumnis Eccleſiæ Gallicanæ ad malorum culmen acceſſit ingens penuria, cujus Gelaſius Papa meminit in Andronicum ſcribens: Sed Sidonius de ea pluribus agit, cum S. Patientis Lugdunenſis Epiſcopi effuſam erga pauperes largitatem commendat. Magna plane Dei providentia factum eſt, ut inter tot tantaque flagella eodem tempore claruerint in Gallia viri mirificæ ſanctitatis, & inter alios nobilis Eccleſia Lugdunenſis tunc conſecuta fuerit magnum paſtorem illum S. Patientem Antiſtitem, exemplar perfectiſſimi ſacerdotis; cui dedit Deus ut apud Burgundionum Regem, qui tunc Lugdunenſibus dominabatur, non autem Gothorum Rex ſummam gratiam inveniret, ut tam Rex ipſe quam Regina virum ſanctiſſimum plurimum colerent & obſervarent. Quantum igitur hac libertate ſanctiſſimus Preſul bene uſus profuerit afflictatis Catholicis atque devaſtatis Gothico furore Galliarum Eccleſiis, ex epiſtola diſces Sidonii Apollinaris, quam etiam citat Gregorius Turonenſis (a), ut eam legendi injiciat deſiderium: ſic enim ſe habet (b):

Burgundionum Rex reveritus S. Patientem Epiſcopum Lugdunenſem.

(a) Greg. Tur. l.2. c.24.

(b) Sidon l.6. ep.12.

XXXI. De munifica largitate S. Patientis.

Aliquis aliquem, laudet ſcilicet: *Ego illum præcipue puto ſuo vivere bono, qui vivit alieno; quique Fidelium calamitates, indigentiumque miſeratus, facit in terris opera cælorum. Quorſus iſta hæc? inquis. Te ſententia quam maxime, Papa beatiſſime, petit; cui non ſufficit illis tantum neceſſitatibus opem ferre, quas noveris; quippe uſque in extimos terminos Galliarum charitatis indage porrecta, prius ſoles indigentium reſpicere cauſas, quam inſpicere perſonas. Nullius obeſt tenuitati debilitatique, ſi te expetere non poſſit: nam prævenis manibus illum, qui non valuerit ad te pedibus pervenire. Tranſit in alienas provincias vigilantia tua, & in hoc curæ tuæ latitudo diffunditur, ut longe poſitorum conſoletur anguſtias: & hinc fuit, ut quia crebro te non minus abſentium verecundia, quam præſentium querimonia movet; ſæpe terſeris eorum lacrymas, quorum oculos non vidiſti. Omitto illa, quæ quotidie propter defectionem civium pauperatorum, irrequietis toleras excubiis, precibus, expenſis. Omitto te tali ſemper temperamento, ſic ſemper humanum, ſic abſtemium judicari, ut conſtet indeſinenter Regem præſentem prandia tua, Reginam laudare jejunia. Omitto te tanto cultu Eccleſiam tibi creditam convenuſtare, ut dubitet inſpector, meliuſne nova opera conſurgant, an vetuſta reparentur. Omitto per te plurimis locis baſilicarum fundamenta conſurgere, ornamenta duplicari.*

XXXII. Hæretici converſi ad fidem a S. Patiente.

Cumque multa in ſtatu fidei tuis diſpoſitionibus augeantur, ſolum hæreticorum numerum minui: teque quodam venatu Apoſtolico feras Photinianorum mentes ſpiritualium prædicationum caſſibus implicare, atque a tuo barbaros jam ſequaces, quotiens convincuntur verbo, non exire veſtigio, donec eos a profundo gurgite erroris feliciſſimus animarum piſcator extraxeris. At horum aliqua tamen cum reliquis forſan communicanda collegit: illud autem deberi tibi quodam (ut Juriſconſulti dicunt) præcipuo titulo, nec tuus poterit ire pudor inficias, quod poſt Gothicam depopulationem, poſt ſegetes incendio abſumptas, peculiari ſumptu inopiæ communi per deſolatas Gallias gratuita frumenta, miſiſti: cum tabeſcentibus fame populis nimium contuliſſes, ſi commercio fuiſſet ſpecies iſta, non munere. Vidimus anguſtas tuis frugibus vias, vidimus per Araris & Rhodani ripas, non unum, quod unus impleveras, horreum. Fabularum cedant figmenta Gentilium. Ille quaſi in cælum relatus pro reperta ſpicarum novitate Triptolemus, quem Græcia ſua cæmentariis, pictoribus, ſignificibuſque illuſtris, ſacravit templis, formavit ſtatuis, effigiavit imaginibus. Illum dubia fama conciliat per rudes adhuc & Dodonigenas populos duabus vagum navibus, quibus poetæ deinceps formam draconum deputaverint, ignotam contuliſſe ſementem. Tu (ut de mediterranea taceam largitate) victum civitatibus Tyrrheni maris erogaturus, granariis potius duo tuis flumina, quam duo navigia compleſti. Sed ſi forte Achaicis Eleuſinæ ſuperſtitionis exemplis tamquam minus idoneis, religioſus laudatus offenditur: ſepoſita myſtici intellectus reverentia, venerabilis patriarchæ Joſeph (c) hiſtorialem comparemus, qui contra ſterilitatem ſeptem uberes annos inſecuturam, facile providit remedium

(c) Geneſ. 41.

quod prævidit. Secundum tamen moralem ſententiam nihil judicio meo minor eſt, qui in ſuperveniente ſimili neceſſitate non divinat, & ſubvenit.

XXXIII. Civitates ſublevatæ a S. Patiente. *Quapropter etſi ad integrum conjicere non poſſum, quantas tibi gratias Arelatenſes, Regienſes, Avenioc us, Arauſionenſis quoque, & Albenſis, Valentinæque, necnon & Tricaſſinæ urbis profeſſor exolvat; quia difficile eſt eorum ex aſſe vota metiri, quibus noveris alimoniam ſine aſſe collatam: Arverni tamen oppidi ego nomine uberes perquam gratias ago: cui ut ſuccurrere meditarere, non te communio provinciæ, non proximitas civitatis, non opportunitas fluvii, non oblatio pretii adduxit. Itaque ingentes per me referunt grates, quibus obtigit per panis tui abundantiam ad ſui ſufficientiam pervenire. Igitur ſi mandati officii munia ſatis videor expleſſe, ex legato nuncius ero. Illicet ſcias volo, per omnem fertur Aquitaniem gloria tua: amaris, laudaris, deſideraris, excoleris omnium pectoribus, omnium votis. Inter hæc temporum mala, bonus ſacerdos, bonus pater, bonus es, quibus operæpretium fuit, fieri famem ſuam periculo, ſi aliter eſſe non poterat tua largitas experimento. Memor noſtri eſſe dignare, domine Papa.*

XXXIV. Commendatur in eadem Galliarum inopia liberalitas Ecdicii viri clariſſimi (de quo plura ſuperius) cognati ejuſdem Sidonii Apollinaris; de eo enim iſta Gregorius habet (*b*): *Sed tempore Sidonii Epiſcopi magna Burgundiam fames oppreſſit. Cumque populi per diverſas regiones diſpergerentur, nec eſſet ullus qui alimoniam pauperibus largiretur: Ecdicius quidam ex Senatoribus, hujus Sidonii propinquus magnam tunc rem in Deo confiſus feciſſe perhibetur: Nam invaleſcente fame, miſit pueros ſuos cum equis & plauſtris per vicinas ſibi civitates, ut eos qui hac inopia vexabantur, ſibi adducerent. At illi euntes, cunctos pauperes, quotquot invenire potuerunt, adduxerunt ad domos ejus: ibique eos per omne tempus ſterilitatis paſcens, ab interitu famis exemit. Fueruntque (ut multi aiunt) pluſquam quatuor millia promiſcui ſexus. Adveniente autem ubertate, ordinata iterum evectione, unumquemque in locum ſuum reſtituit. Poſt quorum diſceſſum vox e cælo ad eum lapſa pervenit: Ecdici, Ecdici, quia feciſti rem hanc, tibi & ſemini tuo panis non deerit in ſempiternum, eo quod obedieris verbis meis, & famem meam refectione pauperum ſatiaveris. Quem Ecdicium miræ velocitatis fuiſſe multi commemorant. Nam quadam vice multitudinem Gothorum cum decem viris fugaſſe præſcribitur.* Hæc Gregorius. Sed quodnam fuerit hujuſmodi ab Ecdicio adeo præclarum bellicæ virtutis editum ſpecimen, ſuo loco ſuperius dictum eſt.

(*b*) Greg. Turon. l. 2. c. 14.

Ecdicius Senator pauperum nutritor.

XXXV. Quæ Gallias vexavit dira fames, æque afflixit Rætios, Noricos, & alios Boreales populos his finitimos: ſed quomodo per S. Severinum fuerit propulſata, hortando populum ad decimarum ſolutionem, Eugipius (*a*) ita narrat, ubi ante retuliſſet de his qui cum decimas offerre neglexiſſent, ſecundum prædictionem ejuſdem viri Dei, ab hoſtibus graviter vexati fuerunt: *Cives quoque* (inquit) *ex oppido Lauriaco, crebra quondam S. Severini exhortatione commoniti licet, frugum decimas pauperibus offerre diſtulerant. Quibus fame conſtrictis, jam maturitate meſſium flaveſcente, vicina ſubſidia monſtrabantur. At ubi rubiginis improviſa corruptio frugibus nocitura comparuit, mox ad ipſum convenere proſtrati, pœnas ſuæ contumaciæ confitentes. Miles vero Chriſti Severinus feſſos verbis ſpiritualibus allevabat, dicens: Si decimas obtuliſſetis pauperibus, non ſolum æterna mercede frueremini; verum etiam commodis poſſetis abundare præſentibus: ſed quia culpam propria confeſſione caſtigatis, de Domini pietate polliceor, quod rubigo præſentis temporis tam valida, penitus non nocebit; tantum fides veſtra ulterius non vacillet. Verum cives ad perſolvendas decimas hac promiſſio reddidit promtiores. Tunc, ut ſolvebat, hortatus eſt indici jejunium. Quo expleto, placidus imber deſperatæ meſſis amputavit incommoda.* Hactenus de his Eugipius, qui harum rerum præſens fuit inſpector, inhærens viro ſancto diſcipulus. At de penuria hujus temporis ſatis.

(*a*) Eugip. in Vit. S. Severin. c. 17. 18.

Decimarum ſolutione conſulitur frugum copiæ.

XXXVI. Quod vero ad Orientalis Eccleſiæ ſtatum pertinet, peſſime ille quidem ſe habuit: ſiquidem nefarius & ſacrilegus parricida invaſor ſedis Alexandrinæ Timotheus (de quo plura ſuperius dicta ſunt

Timotheus exilio liberatus audaciora præſumit.

PAGIUS

V. A num. XXXVI. ad XLII. *Timotheus* Alexandrinæ Eccleſiæ invaſor, neque hoc anno Alexandriam rediit, neque anno ſequenti, quo eam rurſus invaſit, a *Zenone Imp.* illuc evocatus fuit, ſed a *Baſiliſco* tyranno, ut ibidem demonſtrabimus: & omnibus Baronii dubiis ſatisfacimus, ne eadem ibi iterare cogamur.

Timotheus a Baſiliſco exilio ſolutus.

VI. *Oſtrogothi*, qui in Pannonia ſedes habebant, quique in campis Catalaunicis pro Romanis adverſus Attilam pugnarant, hoc anno in Imperium Romanum irrupere, *Theodemire* eorum Rege ac *Theoderico* ejus filio, qui poſtea in Italia regnavit, Ducibus, ut refert Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 56. Theodemir, inquit, *Naiſſum primam urbem invadit, Illyrici*, Ulpianam, & nonnulla loca Illyrici innacceſſibilia, ſibi tunc primum pervia facit, *Heracleam*, & *Lariſſam* civitates Theſſaliæ ſub ſuam redigit poteſtatem, & *Theſſalonicam* petit, in qua *Clarianus* Patricius a Zenone Imp. directus cum exercitu morabatur, qui dum videret, ſe eorum conatibus non poſſe reſiſtere, inito fœdere cum Go-

Oſtrogothi Illyricum devaſtant.

ſunt) cum per ſuos Eutychianos exilii liberationem obtinuiſſet, quo damnatus fuerat a Leone Imperatore vehementiori furore ſuccenſus, quem in exilii ſolitudine aluerat, & majoribus auxerat incrementis, revertitur Alexandriam fretus fiducia hæreticorum Dioſcori memoriam adhuc honoribus proſequentium; atque Timotheum jam ſubrogatum Catholicum Antiſtitem e ſede removet: a quo invito licet extorſit nominationem Dioſcori, aliter occidendo ut Proterius, niſi ipſi tyrannice mortem intentanti obtemperaſſet. Sic igitur exploſo Orthodoxo Timotheo, Timotheus item nomine ſedem illius invadit apoſtata, ſedetque in ſacratiſſimo Marci throno portentoſum idolum, longe ſuperans quotquot monſtra olim coluiſſet Ægyptus. Quæ vero in Orthodoxos omnes nomen Dioſcori execrantes, potitus jam ſumma rerum crudelis debacchator admiſerit; facilius eſt cuique cogitare, quam ſcribere. Illud ſatis ad nefarii hominis indicandam infrenem cum poteſtate junctam audaciam; arctam ſibi viſam Alexandriam eſſe aream, & univerſam Ægyptum exiguum eſſe campum ad impietatis exercendam palæſtram, & oſtentandam in ſcena perfidiam. Quamobrem conſilium iniit Conſtantinopolim veniendi, ubi ſciret ſe Cominum Eutychianorum pollere collegio, & Imperatoris favore fulciri.

XXXVII. Timotheus venit Conſtantinopolim.

Advolat igitur hoc item anno Conſtantinopolim, regiamque homo ventoſus civitatem ingreditur pompa triumphi. Et enim veluti fidei Catholicæ defenſori, hæreſum expugnatori, & gloriam captanti ex his quæ exul paſſus erat (ut jactabat) pro fide confeſſor, & quæ adverſus alios egiſſet ceu vindex religionis offenſæ; occurrunt ei atque concurrunt Eutychiani omnes ovantes, & fauſtis vocibus acclamantes illud Davidicum ſacrum carmen, quo pueri Hebræorum (b) ingredientem Hieroſolymam proſecuti ſunt Dominum, dicentes: *Benedictus qui venit in nomine Domini*. Talibus namque exceptus eſt canticis Conſtantinopoli nefandus hæreticus & conſperſus ſanguine necati Pontificis parricida, qualibus nec Magnus Athanaſius poſt tot de ſervata Catholica fide, devictis hæreticis Imperatoribus, erecta trophea, fuerit honoratus.

(b) *Matt.* 21.

XXXVIII. Hæc quidem haud mediocrem inuſſerunt notam Zenoni Imperatori, ante cujus oculos iſta fiebant: adeo ut (etſi dici Catholicus, tantoque ornari titulo cupie-

Ann. Eccl. Tom. VIII.

PAGIUS

Gothis *loca eis jam ſponte, quæ incolerent, tradidit, id eſt, Ceropellas, Europam, Medianam, Petinam, Bereum, & alia, quæ Sium vocantur.* Nec diu poſt hæc *Theodoricum filium regni ſui* deſignat hæredem, & ipſe mox rebus humanis exceſſit. Idem narrat Malchus Rhetor pag. 79. & hanc expeditionem *Videmiri*, ſeu *Balamero* Theodemiris fratri attribuit; huncque etiam Theoderici patrem appellat; ſed duplici errore. *Valemir* enim jam ab aliquot annis e vivis exceſſerat, iſque patruus tantum Theodorici fuerat; ut Jornandes in eodem libro diſerte aſſerit. Ex iis tamen, quæ Malchus ſubiicit, intelligimus ſitum regni Theodemiris & Theoderici ejus ſucceſſoris magnis hactenus tenebris involutum. De pace enim tunc facta loquens, ait: *Juſſit* (nempe Zeno Imp.) *regionem in Pantalia aſſignare, quæ Illyrica partis eſt Provincia, non longo intervallo diſtans ab ingreſſu Thraciæ. Quod eo conſilio faciebat, ut ſi qua Theodoricus Triarii ſe commovere ſuſciperet, Balamerum adverſarium ſibi proxime imminere ſciret, atque etiam ſi Balamerus conventa violare, & pacem turbare vellet, cum in medio duorum exercituum, Illyrici & Thraciæ degeret, eum facilius opprimere poſſet*, ſed loco, *in Pantalia*, legendum, *in Pautalia*, ut mox certis argumentis demonſtrabo.

VII. *In Illyrico Regnum in eorum favorem inſtitutum.*

Oppida itaque a Jornande memorata ſita erant in Provincia *Pantalia*, hæc vero Provincia in Thracia, in cujus deſcriptione Ptolomæus Tabula, IX. Europæ memorat *Pantaliam*, quam a Septentrione Myſia ſeu Mœſia inferiori, ab Occaſu Myſia ſuperiori ac parte Macedoniæ, a Meridie parte etiam Macedoniæ terminari docet. Malchus tamen *Theodemiris* Regnum in Illyrico locat, quia *Illyrici* nomen poſterioribus ſæculis Imperii Romani ad plures circumquaque Provincias quam antea pertinuit, quod Magnum Illyricum Auſonius epigrammate I. appellat, quodque tunc Provincias XIX. complectebatur. Juxta hanc diviſionem *Thraciæ* Provincias ſex continet, inter quas *Thracia* proprie dicta, & Mœſia ſecunda, ſeu inferior; *Dacia*, vero attribuitur Præfecto Prætorii per Illyricum, & in quinque Provincias dividitur, inter quas numerantur Mœſia prima, ſeu ſuperior, & Dacia mediterranea. Juxta Hieroclem Grammaticum Urbs *Pautalia* ſub Metropoli Sardicenſi in hac Dacia poſita erat, & ut ſcribit Theodoretus lib. 2. cap. 4. *Serdice erat urbs Illyrici, Metropolis Provinciæ* Daciæ, ſc. mediterraneæ. Ad hanc *Illyrici* acceptionem, cum Labbeus in Notis ad Olympiodorum pag. 201. multique alii Viri docti animum non advertiſſent, in variis Antiquorum locis aqua eis hæſit. Malchus *Pautaliam* in Illyrico juxta Notitiam Imperii locat: Procopius vero lib. 4. de bell. Got. cap. 5. ſcribit, Gothos ſedes in Thracia habuiſſe, quia Ptolomæi diviſionem ſequitur. In *Pautalia*, ſeu in regno *Sium*, cujus etiam meminit Anonymus Ravennatenſis pag. 157. perperamque ait, *non longe* fuiſſe ad *Theſſalonicam*, habitarunt Oſtrogothi, qui poſtea cum Theodorico Rege in Italiam venere.

VIII. *Urbs & Provincia Pautalia in Pantaliam male transformata.*

Eam vero tam Urbem quam Provinciam, non *Pantaliam*, ut in editione Malchi Rhetoris, in loco citato Procopii in editione Latina Ptolomæi anno MDXXX. in lucem emiſſa, habetur, ſed *Pautaliam* appellatam fuiſſe, liquet non tantum ex verſione Latina Ptolomæi anno MDXXXIII. ab Eraſmo curata; ſed & ex omnibus ejus Editionibus Græcis. His adde, Hieroclem loco citato, Marcellinum in Chronico ad Conſulatum Petri anno DXVI. geſtum, qui *Evangeli Pautalienſis* in Illyrico Epiſcopi men-

piebat) vehementi valde ſuſpicione laboraret occultæ cum Eutychianis hæreticis ſocietatis, qua ſemper antea haud mediocriter aſperius ſuerat ob ſuſceptum improbi Petri Fullonis patrocinium. Quod vero palam Zeno non proderet quam alebat impietatem, jus Imperandi coercuit: nimirum quod ſciret maximam civium partem, necnon provinciales ferme omnes fidei ſtudere Catholicæ. Quamobrem licet Timotheus ejuſmodi fuiſſet plauſu Eutychianorum exceptus, tumultuante populo Orthodoxo, & reſiſtentibus clericis atque monachis, haud valuit cuncta quæ mente conceperat adimplete. Profuit tamen iſta turbatio, quod complures Eutychiani, qui hactenus ſub Catholico nomine inter Catholicos latuiſſent, adjungentes ſe mox Timotheo, quales eſſent derecti, perſpicue apparuerint: prout teſtatur Simplicius Papa in litteris ad presbyteros Conſtantinopolitanos, de quibus ſuo loco dicemus. Sed quid præterea petulans & doloſus hæreticus? vaſro quidem conſilio aggreditur Zenonem Imperatorem, non quaſi ipſe injuriam intuliſſet, ſed potius paſſus eſſet: atque ut videretur bonam cauſam fovere, inſtantibus precibus agere cœpit, ut juberet œcumenicam Synodum cogi. Id quidem litteræ itidem Simplicii Papæ ad Acacium poſtea datæ declarant, necnon quæ ab eodem ad Zeonem ſunt ſcripræ.

XXXIX. Enituit tunc præſertim clericorum atque monachorum ſumma animi in reſiſtendo Timotheo conſtantia. Etenim cum quæreret ipſe cum ſuis aliquam occupare baſilicam, omnes eodem ferme momento ſuerunt ab iis occluſæ atque defenſæ. Verum ille ſerpentis inſtar excluſus, undique foraminum latibula ad ſynaxes agendas captare ſtuduit: in privatorum namque domibus ſectarios ſuos colligere frequentabat. Quod indigno ferentes animo presbyteri atque Archimandritæ Conſtantinopoli degentes, ut tot tantiſque malis conſulerent, ad unicum & conſuetum remedium ſe convertunt. At quodnam iſtud? illud quidem, quod etſi non præſentaneum, efficaciſſimum tamen eſſe ſcirent: nimirum ut legationem mitterent ad Romanæ ſedis Antiſtitem, quem ſcirent paſtorali regimine cunctis eſſe præfectum Eccleſiis. Præſtiterant olim iſtud ipſum, cum ibidem Conſtantinopoli hæreſis Neſtoriana eſſet oborta, atque rurſus iterum cum poſtea ingrueret hæreſis Eutychiana, multoſque ſeduceret. Sic igitur delecto viro frugi Epiphanio, eidem ad Romanum Pontificem legationem decernunt; cui litteris ſignificant quanta Timotheus homo nefarius recens ſcelera Alexandriæ admiſiſſet, & quæ ſumma audacia Conſtantinopoli pertentaſſet.

Archimandritæ legationem mittunt ad Romanum Pontificem.

Legatio Epiphanii ad Rom. Pontif.

XL. Epiphanius igitur acceptis epiſtolis a presbyteris & Archimandritis, pluribus detentus in via impedimentis, nonniſi ad finem anni hujus Romam pervenit. At illud quidem magnam Simplicio Papæ admirationem attulit, quod Acacius, cujus muneris erat adverſus invadentem gregem lupum conſurgere, & clamoribus ſaltem propellere: redditus plane canis mutus non valens latrare, nihil penitus ad ipſum Simplicium ſcripſerit. Tacuiſſe autem in gratiam Zenonis, idem Pontifex ſenſit; quod & ſcripſit in litteris redditis ad presbyteros & Archimandritas. Quid autem his acceptis Simplicius Papa præſtiterit, litteræ ab eo ſcriptæ tum ad eoſdem a quibus acceperat, & aliæ ad Zenonem Imperatorem, necnon & ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum datæ declarant: quæ quod miſſæ eſſe reperiantur anni ſequentis exordio ſuo loco de illis agemus: ex quibus cuncta hæc quæ ſunt de Timotheo dicta breviori compendio deſeribuntur.

XLI. At non impune iſta reliquit Deus vindex Catholicæ pietatis, qui æqua lance penſata vindicta, contra Zenonem, ejus æmulum concitavit, & adverſus vulpem, Baſiliſcum immiſit: paſſus eſt proditionem Zeno, qui ſivit libere agere hæreticum proditorem. Qui igitur ab exilio juſte damnatum Timotheum ſolvit, & Alexandriæ ſedem alterius iterum invadere inique permiſit; pati cogitur intempeſtive tyrannum a quo privetur Imperio. Qui demum non cohibuit hæreticum parricidam Conſtantinopolim ingredientem cum triumpho; paſſus eſt hoſtem, ipſo fuga lapſo, Regiam occupantem. At hæc quidem divinitus immiſſa vindicta haud diutius dilata eſt, ſed peccatis exigentibus accelerata: quomodo autem id acciderit, ſequenti anno dicturi ſumus. Quod vero reliquum eſt hujus anni Zenonis rerum geſtarum: illud laudabiliter conſtitutione (a) edita ſanxit, ut quique Præfecti atque Judices, poſt functionem muneris abſolutam, quadragin-

Zeno impunens ſecum degere hæreticos dat pœnas.

(a) L. 1. C. ut omnes Judices.

PAGIUS mentionem facit, ut Nummos ab Occone & Mediobarba recitatos, in quibus ei *Ulpia* nomen tribuitur, legiturque, ΤΩΝ ΠΑΥΤΑ-ΛΙΩΤΩΝ, &, ΟΥΛΠΙΑC ΠΑΥΤΑΛΙΑC Legendus Holſtenius in Notis ad Theſaurum Geographicum Ortelii pag. 145. ubi eadem numiſmata refert, & de *Pautalia* egregie differit. Denique amici aliqui, qui innumera numiſmata tractarunt, ſe ſe præ manibus habuiſſe varia, in quibus *Pautalia*, & Præfectorum Romanorum Thraciæ & Mœſiæ nomina expreſſa ſunt, mihi aſſeruere.

IX. Annum, quo *Illyricum* ab Oſtrogothis impetitum, & in eo *Oſtrogothorum* Regnum inſtitutum, eruo ex Malcho & Jornande inter ſe collatis. Prodit enim ille, id Zenone imperan-

Digitized by Google

ginta dierum ſpatio ibidem, ubi magiſtratum geſſerant, commorari deberent, reddituri de ſe omnibus exigentibus rationem.

XLII. Quod rurſum ad Simplicium Papam pertinet; hoc ipſo, nempe poſt conſulatum Leonis anno Gaudentio Epiſcopo Aufinienſis Eccleſiæ ob illicitas ordinationes ab eo habitas, jus ordinandi penitus abrogavit (*a*), proximo illud Epiſcopo delegans; & male dividentem reditus Eccleſiaſticos, adminiſtratione prorſus interdixit: cum & more Eccleſiæ conſueto oblationes ita partiendas eſſe præcepit, nempe ut ei ex his una duntaxat portio deberetur, una itidem clero, duæ vero in eccleſiæ fabricam & in peregrinos ac pauperes erogarentur. Plane accidit ut nulla ferme alia Eccleſiaſtica ſanctio adeo frequens ut iſta, edita, iterata, & inculcata reperiatur, & quæ minus, avaritia hominum reſiſtente, ſervata, cuſtoditaque eſſe noſcatur: præter iſta enim quæ de ejuſmodi inſtitutione ſunt dicta, Gelaſius qui poſt Felicem Simplicii ſucceſſorem ſedit, eadem rurſus ingerit atque repetit, & alii Romani Pontifices iterarunt, ut pluribus ſuo loco dicemus.

(*a*) *Simpl. ep.* 2. Gaudentio interdicta ordinatio.

XLIII. Hoc eodem anno ſub ſecundo Conſulatu Zenonis Auguſti migraſſe ex hac vita magni nominis anachoretam Geraſimum, Cyrillus affirmat, ejuſque recenſet præclare res geſtas, quarum aliquæ ab imprudente auctore ſunt adſcriptæ S. Hieronymo. Tu ipſas conſule apud diligentem & veritatis cultorem illorum temporum florentem hiſtoricum (*b*). Jam vero ad ſequentis anni res geſtas tranſeamus.

Geraſimi Anachor. obitus.

(*b*) *Cyrill. in Vita S. Euthymii die 20. Januar. apud Sur.*

Anno

PAGIUS *Regni Theodorici inſtitutio hoc anno facta.*

ante accidiſſe; Jornandes vero cap. 56. refert, *Valemire* Rege demortuo, *Theodemirem*, & *Videmirem* fratres, pacis pertæſos, belligerandum eſſe cenſuiſſe, & *Videmirem* quidem Italiæ terras intraſſe, eoque ibidem demortuo, *Glycerium* Imperatorem muneribus Videmiro, qui patri ſucceſſerat datis, eum in Gallias miſiſſe, ubi cum Viſigothis ibidem regnantibus ſeſe conjunxit: *Theodemirem* vero in Illyricum veniſſe, & quæ ſupra narravimus præſtitiſſe. Quare cum ſequentis anni initio *Zeno* Imperium deſerere coactus fuerit, & *Glycerius* menſe Junio anni ſuperioris ex Imperio Occidentali dejectus ſit, ac denique *Zeno* menſe Novembri anni antecedentis ſolus regnare cœperit, non dubium, quin *Theodemir* currenti tantum anno ea, quæ de eo narravimus, geſſerit, & novum illud regnum a novo Imperatore obtinuerit. Graviter itaque erravit Marcellinus in Chronico ad Conſulatum Trocondi & Severini anno CDLXXXII. geſtum ubi bellum illud Illyricianum recitat; cum ipſomet teſte *Theodericus Triarii* filius anno CDLXXXI. interierit, qui tamen adhuc in vivis erat, quando hoc novum Regnum in ejus Principatus confinio erectum, ut illius audaciam *Oſtrogothorum* Reges comprimere poſſent.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 476.	SIMPLICII PAP. ANNUS 9.	ZENONIS IMP. 3. ODOACR. REG. 1.

I. ANno, qui ſequitur, Chriſti quadringenteſimo ſeptuageſimoſexto, Baſiliſcus & Armatus creati ſunt Conſules amboque in Oriente, quod Occidentale Imperium crebris concuſſionibus agitatum, jam ad proximum caſum vacillans, nullum penitus dederit Faſtis Conſulem. Cum (ut inquit Caſſidorus *a*) ſub Odoacre Oreſtes, & frater ejus Paulus extincti ſunt. Rebellaverant iſti a Nepote Auguſto, & Auguſtulo Imperii habenas crediderant? ipſe vero Auguſtulus in Luculliano Campaniæ prope Neapolim ſito caſtello ab eodem Rege barbaro eſt relegatus, ut Marcellinus (*b*) teſtatur: ſicque Occidentale Imperium penitus collapſum eſt, & devolutum ad barbaros. Habet Eugipius in epiſtola ad Paſchaſium, hoc tempore Primenium quemdam nobilem Italiæ presbyterum, quod plurimum diligeretur ab Oreſte, adeo ut veluti ejus pater haberetur; illo occiſo, ad Noricos confugiſſe, potiſumque ibi fuiſſe conſortio viri ſanctiſſimi Severini. Summam verò rerum conſecutus Odoacer Rex Erulorum, cum extinctis adverſariis, Italiæ libere dominaretur, modeſte tamen tanta uſus eſt felicitate: etenim (ut Caſſiodorus teſtatur in Chronico) a purpura, regalibus indumentis, atque a nomine Imperatoris abſtinuit. Regnavit autem annos tredecim abſolutos, & quartumdecimum inchoavit, ut ſanctus Severinus olim prædixerat, de quo iſta narrat Eugipius (*c*): *Dum memoratum Regem multi nobiles coram ſancto viro humana (ut fieri ſolet.) adulatione laudarent, interrogat quem Regem tantis praeconiis prætuliſſent. Reſpondentibus illis, Odoacrem: inquit vir Dei: Odoacer integer erit inter tredecim & quatuordecim annos: videlicet regnum integrum ſignificans.*

(*a*) *Caſſiod. in Chron.*

(*b*) *Marc. in Chron.*

Odoacer regnat in Italia.

(*c*) *Eugip. in Vit. S. Severini.*

S. Severini prædictio de tempore Regis Odoacris.

II. *Cæterum iſte* (idem inquit Eugipius) *potitus jam Italia, ſancto Severino familiares litteras direxit, rogans, ut quicquid ab eo vellet, peteret: memor illius præſagii, quo eum quondam prædixerat regnaturum. Quibus Sanctus alloquiis invitatus, Ambroſium quendam exilis damnatum juſſit abſolvi.* Hæc ipſe. Porro quod ad Ambroſium ſpectat, hunc illum eſſe putamus, qui poſt hæc (ut dicemus anno ſequenti) ſe in Britanniam contulit, & magnis ſumptis ſpiritibus rem egregiam aggreſſus, inſulam illam oppreſſam a barbaris liberavit. Sed de his ſuo loco. Quod rurſus pertinet ad Odoacrem, illud plane memoria dignum eſt, nullum factum ab eo negotium rebus ſacris, quantumlibet Arianus eſſet: conanti vero poſtea Arianiſmum in Urbem inferre, reſtitiſſe eidem magno animo Gelaſium Papam ſuo loco dicemus. Sed & multa petentibus Epiſcopis Orthodoxis eumdem Principem indulſiſſe, teſtatur Ennodius diaconus Ticinenſis: qui dum res geſtas ſancti Epiphanii ejuſdem civitatis Epiſcopi narrat, de eodem ait, petiiſſe ab Odoacre pro ſuis civibus quinquennium indulgentiæ tributorum, quæ Oreſtes tyrannica impoſuerat poteſtate, obtinuiſſeque ipſum

PAGIUS SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DXIV. A.C. 476.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5969.

☉ 9. DC. ☽ 1. P. 28. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 476.

SIMPLICII PAPÆ 9.

BASILISCI IMP. 2.

ODOACRIS REG. 1.

I. Conſulatus. [1] COſſ. *FL. Baſiliſcus II. & Armatus*, uterque in Oriente creatus, de quibus mox plura.

II. A num. I. ad VIII. *Odoacer Turcilingorum Rex habens ſecum Sciyros, Herulos, diverſarumque gentium auxiliarios, Italiam occupavit*, inquit Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 46. quod hoc anno contigiſſe docent Marcellinus, Caſſiodorus, Marius Aventicenſis, & Anonymus Cuſpinianeus in Chronicis. Hic diem Odoacris natalem nos edocet: *Levatus eſt*, inquit, *Odoacer Rex X. Kal. Septemb. Eo etiam anno occiſus eſt Oreſtes Patricius Placentia V. Kal. Septemb. Item eo anno occiſus eſt Paulus frater ejus in Ravenna pridie Nonas Septembris.* Audiendus etiam Anonymus Valeſianus, qui Baronii tempore non exstabat: *Superveniente Odoacre cum gente Sciyrorum occidit Oreſtium in Placentia, & fratrem ejus Paulum ad Pinetas foris Claſſem Ravenna. Ingrediens autem Ravennam depoſuit Auguſtum de regno, cujus infantia miſertus conceſſit ei ſanguinem, & quia pulcher erat, donavit ei redditum ſex millia ſolidos, & miſit eum intra Campaniam cum parentibus ſuis libere vivere. Etenim pater ejus Oreſtes Pannonius, qui eo tempore, quando Attila ad Italiam ve-*

Odoacer fit Rex Italiæ.

NOTÆ [1] COſſ. Fl. *Baſiliſcus* II. & *Armatus*. Victor: *Baſiliſco, & Armato Coſſ.* Marcellinus: *Baſiliſco & Armato*. Epiſtola Simplicii Papæ ad Leonem: *Baſiliſco Auguſto conſule:* Binius pro *Auguſto*, putat legendum *Armato*.

Epitome temporum, & Indiculus Paſchæ: *anno a Paſſione Domini* 3 CCCCL. *Baſiliſco Aug.* II. & *Armato*. *Odoacer levatur X. K. Septemb.* GEORGIUS

ipſum quæ ab eodem Odoacre petierat.

III. Dei vindicta in Romanos unde progreſſa. Vides a Deo immiſſum barbarum, qui pauperes ſub intolerabili tributorum faſce depreſſos ſolveret. Hæc ſunt plane quæ novus ille hujus ſæculi Hieremias, Salvianus videlicet Maſſilienſis Epiſcopus, deploravit; nimirum ob durum intolerabileque Romanorum dominium a Deo ultore evocatos ab extremis Orbis glacialis partibus Erulos, majoribus haud adeo cognitos; de quorum habitatione & vultus colore hæc habet Sidonius in epiſtola ad Lampridium (a):

(a) Sidon. l.8. ep.9.

Hic glaucis Erulus genis vagatur
Imos Oceani colens receſſus,
Algoſo prope concolor profundo.

Ex quibus plane intelligere valeas, ab irato numine ignotos e longe evocatos barbaros ad cladem Imperii Occidentalis ſub Rege etiam Ariano: qui tamen, ſi non fide Catholica, præſtaret certe clementia, aliiſque virtutibus Romanos emergentes novos tyrannos antecelleret.

IV. Sed & unde etiam ad tantam vindictam progreſſa ſit ira Dei, audi Gelaſium Papam in Andromacum iſta ſcribentem (b) adverſus eos, qui Lupercalia adhuc eſſe retinenda clamarent, quæ ipſe Romæ a Chriſtianis celebranda penitus interdixit: *Ego* (inquit) *certe abſolvam conſcientiam meam: ipſi videant qui juſtis admonitionibus obedire neglexerint; quod etiam prædeceſſores meos forſitan feciſſe non ambigo, & apud Imperiales aures hæc ſummovenda tentaſſe: & quia auditos eſſe non conſtat, dum hæc mala hodie quoque perdurant; ideo hæc ipſa Imperia defecerunt; ideo etiam nomen Romanorum, non remotis etiam Lupercalibus, uſque ad extremum quaque pervenit: & ideo ea nunc ſummovenda ſuadeo, &c.* Hæc Gelaſius: quibus plane Dei juſtum judicium comprobetur, ibi penitus Romanum Imperium defeciſſe, ubi ad propagandam Romanam Rempublicam inventa Lupercalia, poſt tot ſæcula Chriſti regnantis, adhuc inſano ſtudio frequentarentur.

(b) Extat to.1. ep. Rom. Pont.

V. Quanta autem fuerit hoc anno illata clades Æmiliæ, atque Tuſciæ, cæteriſque vicinis provinciis, in quas primo impetu barbari graſſati ſunt: ex ipſo item Gelaſio iſta accipe (c): *Quid Tuſcia, quid Æmilia, cæteræque provinciæ, in quibus hominum pene nullus exiſtit, ut bellica neceſſitate conſumerentur, &c.* Funeſtiſſimum plane tempus omnibus luctum implacabilem afferens. Quis enim ad tantæ molis ruinam vicinus paries non quaſſatus? Quis tanto Imperii Romani caſu non æque depreſſus eſt atque proſtratus?

(c) Gelaſ. in Androm.

VI. Miſerandus Chriſtianæ reipub. ſtatus. Ita quidem, ſi politicum ſtatum conſideres: ſed majori intelliges eſſe digna ploratu, ſi Chriſtianæ religionis hujus temporis damna perpendas. Videre namque eſt totum Chriſtianum orbem ſub hæreticorum Principum dominio conſtitutum, nullumque penitus Catholicum Regem alicui ſaltem exiguæ provinciæ dominari. Etenim Italiam (ut dictum eſt) Rex Arianus dominio occupat: Gallias itidem Principes Burgundiones & Gothi iidemque Ariani, & Franchi adhuc Gentiles partiti ſunt: Hiſpaniæ pariter Gothos Arianos dominos patiuntur: Univerſa Africas Genſericum dirum tyrannum Arianumque perſecutorem ſuſtinet: Univerſum vero Orientale Imperium Zenonem Imperatorem Eutychianum hæreticum ſimulata perfidia bis iniquum experitur.

VII. Quis hæc conſiderans, animum non deſpondens, conſternatus penitus, mœrorem lacrymis decoctum ſilentio devoret, dum Eccleſiam vehementioribus undique undis propemodum merſam intelligit? Sed manet terra cœloque firmior divina promiſſio, qua portas inferi, vim omnem ſatanicam adverſus eam minime prævalituram Dominus pollicitus eſt (d). Fremat igitur quantumvis pelagus, ſæviant venti, grandines increbreſcant, explodantque nubes denſa fulgura, inſuper & deorſum evomant ignes inferi portæ, omneſque in eam rugiant ut feri leones ibi degentes dæmones; ſtabit tamen ſemper ovile Chriſti, & navicula Petri incolumis appare-

(d) Matt. 16.

PAGIUS

venit, ſe illi junxit, & ejus Notarius factus fuerat. Unde profecit, & uſque ad Patriciatus dignitatem pervenit.

III. Finis Imperii Romani in Occidente. Marcellinus in Chronico ſub hujus anni Coſſ. habet: *Heſperium Romanæ gentis Imperium, quod ſeptingenteſimo Urbis conditæ anno primus Auguſtorum Octavianus Auguſtus tenere cœpit, cum hoc Auguſtulo periit anno deceſſorum regni Imperatorum DXXII. Gothorum dehinc Regibus Romam tenentibus.* Verum cum hoc anno annus Urbis milleſimus duceenteſimus viceſimusnonus, ſecundum ſupputationem Varronianam inchoetur, ab inſtitutione Imperii anno ſc. Urbis conditæ DCCXI. ad ejus everſionem intercurrere anni DXIX. Marcellinus itaque, & Jornandes aliam ſupputationem, quam Varronianam uſurparunt.

IV. Hæreſim pleraque Principes hoc tempore profitebantur. Quod ait Baronius num. VI. hoc tempore nullum penitus Catholicum Regem *alicui ſaltem exiguæ Provinciæ* dominatum eſſe, & totum Chriſtianum Orbem ſub hæreticorum Principum dominio gemuiſſe, inde procedit, quod exiſtimarit, *Zenonem* Imperatorem hæreſim Eutychianam amplexum eſſe. Verum ex his quæ modo in medium adducemus, liquebit hunc Imperatorem hoc & aliquot ex ſequentibus annis fidem Orthodoxam tuitum eſſe, eamque ob rem a *Simplicio Papa* laudari meruiſſe. Præterea *Britannis*, qui in Cambriam confugerant, hoc tempore præerat *Aurelius Ambroſius* Rex egregie Chriſtianus, qui ſucceſſerat *Vortimero & Vortigerno* hujus patri, qui nunquam a fide Catholica deſcivere. Hinc Gildas in libello de Excidio Britanniæ Ambroſium *Virum modeſtum* appel-

Digitized by Google

parebit: in qua licet obdormire qui regit eam Dominus videatur, in tuto tamen res eſt, quod ſciamus omnipotentem ventos tandem eum fore increpaturum & mare.

VIII. Sed quo magis pavendus fuit hujus temporis ſtatus, eo ſolicitius ad antevertenda imminentia undique pericula, indefeſſa paſtorali ſolicitudine Papa Simplicius laboravit. Etenim cum anno ſuperiori ex relatione fideliſſima monachorum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ accepiſſet (ut pluribus dictum eſt) Timotheum invaſorem ſceleſtiſſimum Eccleſiæ Alexandrinæ non ſolum ab exilio fuiſſe ſolutum, ſed etiam libere agere Conſtantinopoli, ac vires omnes pro hæreſi propaganda inſumere, favente clanculo eidem Zenone ipſo Imperatore; ad eumdem Auguſtum tunc ipſe Romano quidem Pontifice dignam hujus anni exordio ſcripſit epiſtolam, prudenter diſſimulans adſcribere ipſi culpam, quem pœnitentem vult perpetrati ſceleris fieri deſtructorem. Quam tibi epiſtolam hic deſcribendam curavimus; ſic enim ſe habet (a):

(a) Simpl. ep. 3. to. 1. ep. Rom. Pontif.

IX. Simplicius ſcribit ad Zenonem Imperatorem.

Zenoni Aug. Simplicius Epiſcopus. Cuperem quidem, quantum ad meæ ſpectat devotionis arbitrium, qua Principes Chriſtianos jugi veneratione ſuſcipio, debita pietati veſtræ continuis officia deferre colloquiis: Sed cum ad hujus intentionis augmentum etiam ſacra cura religionis accedat; ratio mihi negotii potioris incumbit, ut ſimul honorificentiam vobis prona mente perſolvam, & cauſas fidei fiducter inſinuem: quia me ad utramque vel dicata trahit clementia veſtræ ſemper affectio, vel reſpectus ordinis mei & Apoſtolicè moderaminis ſolicitudo compellit.

X. De Timothei immenſis ſceleribus.

Functus igitur, glorioſiſſime ac clementiſſime fili Imperator Auguſte, munere ſalutandi; quæ in Eccleſiis Orientis per hæreticorum latrocinia recidiva rurſus dicuntur ſcandala concitari, nec debeo ſilere, nec poſſum. Nam ſicut in meam notitiam ferventium pro fide Catholica detulerunt ſcripta monachorum, comperi Timotheum parricidam, qui Ægyptiacæ pridem vaſtator Eccleſiæ, in morem Cain (ut lectio divina teſtatur b) ejectus a facie Dei, hoc eſt, Eccleſiæ dignitate ſecluſus, etiam per deſerta vagus, ſceleratæ conſcientiæ diu tormenta paſſurus in exilium proprii erroris abductus eſt; reſumptis priſtinis furoris incendiis, conflaſſe nihilominus agmina perditorum, & Alexandrinæ urbis Eccleſiam, quam ſacerdotali prius ſanguine cruentavit, ipſum denuo nunc cruentum depulſione legitimi pervaſiſſe Pontificis: ut cui illa relegationis humilitas inicere debuerit, ex iis quæ impie geſſerat, aculeum pœnitendi; nutriendi potius otia tribuis videatur atrocioris inſaniæ: quo proculdubio Cain ipſo longe deteſtabilior approbatur. Ille ſiquidem a perpetrato ſemel facinore damnatus abſtinuit, hic profecit ad crimina majora poſt pœnam.

(b) Gen. 4.

Nec eo tamen ſcelerum ſine contentus, Conſtantinopolitanam inſuper urbem, recti ſemper dogmatis amore flagrantem (ne quid intemeratum populator humanæ ſalutis omitteret) fertur audacter ingreſſus, & a ſuæ conſortibus pravitatis libenter audiſſe ſoli Chriſto debitam vocem, qua plane non in nomine Domini venire benedictus, ſed divini culminis uſurpator evidenter eſt monſtratus Antichriſtus: qui cum etiam a communione Catholica tam laudabiliter eſſet excluſus, per quorumdam privatas domos, reſperſis humano ſanguine manibus non divina ſacrificia, ſed ſacrilegia celebraſſe memoratur: in quo utique non eſt ejus firmata ſuſceptio, ſed conſociorum divulgata proditio, cum eodem de illa iniquitatis ſede, niſi reſipiſcant, omnimode caſuros, quam ſicuti diabolus pater ejus, Altiſſimo ſimilem ſe faciens, æternam ſibi perfidus conſtruere non deſinit ad ruinam. XI.

XII. Imitanda proponit exempla Leonis & Marciani Impp.

Hæc, venerabilis Imperator, cum horreat animus vel a tanto gladiatore fuiſſe tentata; maximo tamen (fateor) ſtupore detineor, ſub veſtræ pietatis aſpectibus potuiſſe committi. Quis enim devotam ſemper Deo clementiæ veſtræ mentem, & Orthodoxis deditam regulis, aut ignoret, aut ambigat? quippe qui ſuperna diſpoſitio-

PAGIUS pellat, aitque, ejus *ſobolem ab avita bonitate degeneraſſe*: ſtatimque ſubdit: *Haſit tam deſperati Inſula excidio, inſperatique mutio auxilii memoria eorum, qui utriuſque miraculi teſtes extitere. Et ob hoc Reges publici, privati, Sacerdotes, Eccleſiaſtici ſuum quique ordinem ſervaverunt. At illis decedentibus cum ſucceſſiſſet ætas tempeſtatis illius neſcia*, &c. Quæ intelligi debent, ut recte explicat Alfordus hoc anno in Annal. Aug. de his, qui poſt Ambroſium, & deinceps fuerunt, quorum delicta acriter Gildas caſtigat. Huic omnes Angliæ Hiſtorici conſentiunt.

V. A num. VIII. ad LXVIII. *Baſiliſci* tyranni initium anno ſuperiori a quibuſdam Viris doctis cum Victore Tunnenſi in Chronico perperam conſignatum. Lex enim 28. Cod. Juſtin. *de jure dotium*, in cujus titulo habetur: *Zeno A. Æliano Præfecto Prætorio*, dicitur data *Kal. Jan. Baſilio* (legendum, Baſiliſco) II. & *Armatio* (legendum, Armato) Coſſ. Quare hujus anni initio, quo lex ea emiſſa, Zeno adhuc imperabat. Cum tamen Tunnenſis prodat, *Ariadnam* Auguſtam Zenonem in Iſauriam fugientem *ſub hyemis diſcrimine, navali itinere* ſubſecutam eſſe, liquet circiter finem Januarii Baſiliſcum Imperium invaſiſſe, quod ex dicendis anno ſequentis manifeſtum fiet. Auctor Chronici Alexandrini, qui perperam Baſiliſci & Armati Conſulatum geminat, rem ita geſtam narrat: *Zeno Imp. petitus rem quampiam a ſocru ſua Verina negavit. Appetitus deinde ab ea inſidiis, veritusque ne ab aliquo Palatinorum interficeretur (in Regia enim cum genere ſuo Veri-* *Baſiliſcus per hyemem Imperium invaſit*,

na

ſitionis providentia, ſicut pro utilitate publica Auguſtæ memoriæ Marciani pariter & Leonis eruditi virtutibus, ſic eorum ſitis etiam ad Catholicam veritatem ſenſibus inſtituti); nec cuiquam omnino ſit dubium, pietatem tuam illorum eſſe fidei ſequacem, quorum es ſucceſſor Imperii. Quæ cum de veſtræ tranquillitatis animo certa ab omnibus teneantur & fixo, abſit ut temporibus veſtris, divini cultus integritas, & antiquitus roborata fidei Catholicæ putetur interpellanda ſinceritas.

XIII. *Reſpicite, quæſo, ad divina beneficia; & quæ ſint vobis collata, perpendite: atque ut hæc proſpera valeant permanere, propitiandum eſſe cenſet auctorem muneris, non lædendum. Inter quaſlibet enim occupationes publicas a religioſo Principe magnopere procurandum eſt, quod ejus protegit principatum; & præferenda cunctis rebus eſt cæleſtis obſervantiæ rectitudo, ſine qua recta nulla conſiſtunt. Suppetunt affatim clementiæ tuæ (ſi in Palatii ſui requiri mandet Archivis) cum noſtrorum coeuntium definitione, majorum documenta copioſa. Neque enim conſcientiam veſtrum latere credendum eſt, quæ per cunctas provincias Orientis ex Imperii veſtri arce diffuſa ſunt, illa ſcilicet, quæ vel ad Auguſtæ memoriæ Marciani nihilominus & Leonis, vel ad Chalcedonenſis Concilii beatæ recordationis prædeceſſor meus Leo conſulta direxit: quibus ita plane ac dilucide ſacramentum Dominicæ incarnationis expoſuit, ut non modo Catholicus, ſed ne Chriſtianus quidem valeat nuncupari; quiſquis illic redemptionis ſuæ cauſas non evidenter agnoſcat.*

Curare ſtudet Zenonem epiſtola S. Leonis.

XIV. *Certe ut facilis vobis neceſſaria non deſit inſtructio, earumdem exemplaria litterarum ad fratrem & Coepiſcopum noſtrum Acacium miſi veſtris ſenſibus offerenda. Hæc igitur pietas tua recenſere dignetur, vel quæ totius Orientis Epiſcopi de hujus prædicationis conſenſione reſcripſerint: aſpicite profecto examinata diligenter & veraciter promulgata, atque ideo peſtiferæ falſitatis ambagibus nequaquam debere pulſari. Quia re vera quæ de Scripturarum fonte puriſſimo ſincera perſpicuaque manarunt, nullis agitari nebuloſæ verſutiæ poterunt argumentis. Perſtat enim in ſucceſſoribus ſuis hæc & eadem Apoſtolicæ norma doctrinæ, cui Dominus totius curam ovilis injunxit; cui ſe uſque ad finem ſæculi minime defuturum (a); cui portas inferi numquam prævaliturus eſſe promiſit; cujus ſententia quæ ligarentur in terris, ſolvi teſtatus eſt non poſſe nec in cælo.*

(a) Matt. 16.

XV. *Quapropter clementiam veſtram cui mea vice propenſius frater & Coepiſcopus meus Acacius ſupplicabit, precor atque obſecro, ut imitatores facti tantorum & talium prædeceſſorum, nefandæ præſumptionis operarios Catholico pectore reſpuentes, regia cenſeatis poteſtate cohiberi. Quiſquis (ſicut prædixit Apoſtolus b) præter quam accepimus, ſeminare molitur, anathema ſit. Nullus ad aures veſtras pernicioſis mentibus ſurrependi pandatur acceſſus: nulla retractandi quippiam de veteribus conſtitutis fiducia concedatur. Quia (ſicut ſæpius iterandum eſt) quod Apoſtolicis manibus cum Eccleſiæ univerſalis aſſenſu acie meruit Evangelicæ falcis abſcindi, vigorem ſumere non poteſt renaſcendi, nec in Dominicæ vitis fructivam * valet redire propaginem, quod igni deputatum conſtat æterno.*

(b) Galat. 1.

* fructiferam.

XVI. *Si hæreſum denique machinamenta cunctarum Eccleſiaſticis proſtrata decretis numquam ſinuntur oppugnatione eliſa reparari certamina *: ante omnia autem quæſo, ut beati Marci Evangeliſtæ ſedes (Alexandrinam loquor Eccleſiam) a cruentiſſimi prædonis incubatione liberata, Catholico reformetur Antiſtiti, libertatemque ſuam pariter recipiat & quietem. At vero impius parricida, qui divinis ſimul eſt reus legibus & humanis, reductus eodem, quo jure fuerat ante detruſus, ab innocentium nece retrahatur animarum; procul a regno pietatis veſtræ funeſti capitis venena diſcedant: quæ quoniam ſalutiferæ prædicationis, auribus obturatis, medicantia verba capere nequiverunt; ab humani conventus abducta pernicie, in virulentiæ ſuæ congrua ſolitudine contabeſcant: quo magis ac magis beati Petri*

* De reſtituendo in priſtinum Eccleſia Alexandrina.

PAGIUS *na ſoror habitabat) Chalcedonem ſe contulit, atque inde veredis per equos diſpoſitos velut Imperator properavit in Iſauriam, quem fugiens matrem ſuam Ariadna Imperatrix ſecuta eſt in Iſauriam, ibique cum Viro ſuo degit. Poſt fugam Zenonis Imperatoris & Ariadnæ Auguſtæ, extemplo Domina Verina Imperatorem creavit Baſiliſcum fratrem ſuum, qui imperavit annos duos, adſcriptos annis primis & poſterioribus Zenonis. Porro Baſiliſcus ſimul ac cœpit imperare, coronavit filium ſuum Marcum & Imperatorem renunciavit* ſimulque ambo imperitarunt. In Græco habetur ἔστεψε τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Μᾶρκον εἰς βασιλέα.

VI. Marcus Cæſar a patre creatus eſt, ut ſcribunt Marcellinus, Theophanes, & alii: imo in Encyclicis Baſiliſci literis ab Evagrio lib. 3. cap. 6. relatis Marcus *nobiliſſimus Cæſar* tantum nuncupatur. Poſtea vero a patre dictus eſt Auguſtus, ut ibidem in Epiſtola Epiſcoporum Concilii Epheſini *Baſiliſci* juſſu celebrati dicitur. Ex quibus Valeſius in Notis ad Evagrium deducit, falli Chronicon Alex. & rectius Candidum in lib. 2. Hiſt. ſcripſiſſe: *Baſiliſcus Marcum filium ſuum Cæſarem creavat, ac poſt etiam Imperatorem*: At non Auctor Chronici Alexand. ſed Valeſius hallucinatur; præterquam enim quod Chronicon Alex. rem geſtam compendio narrat, nomen *Regis*, quo utitur, & *Imperatoris*, quod uſurpat Raderus in ſua verſione, ex uſu illorum temporum tam Cæſarem, quam Imperatorem ac Auguſtum ſignificat, ut oſtendi

Baſiliſcus filium Cæſarem ac dein Auguſtum creavit.

*Apoſtoli voce, qualiſcumque ſedis ejus miniſter, obteſtor, ut inimicos antiquæ fidei non ſinas impune graſſari, qui veſtros optatis hoſtes habere ſubjectos; ut vera confeſſionis pacem cunctas Domini ſervare decernatis Eccleſias, qui Orbem veſtri Imperii deſideratis tenere pacatum; & unicam ſpem ſalutis, quæ genus hominum ad regna cæleſtia vitamque perducit æternam, nulla patiamini parte violari, qui placatum Deum regno veſtro cupitis, vel saluti. Data quarto Idus Januarii, Baſiliſco * Auguſto Conſ.* Verum ſcias irrepſiſſe mendum, cum nomen Auguſti, loco Armati, poſitum ſit: nondum enim Baſiliſcus Auguſtus erat; Armatum vero conſtat hoc anno fuiſſe collegam Baſiliſci in Conſulatu, prout omnes Conſulares Faſti teſtantur.

* et Armata Conſ.

XVII. Hæc quidem quam prudentiſſime Simplicius Papa ad Zenonem ſcripſit tamquam ad Catholicum Imperatorem; ut eo modo quæ eſſent Catholici Imperatoris, ab eo extorquere valeret, ſicque eum præſtare cogeret quæ Orthodoxi Principes exhibere ſoliti eſſent: cui etiam ut conſulere poſſet, ne in tranſverſum ab hæreticis penitus ageretur, epiſtolam S. Leonis Papæ ad prædeceſſorem Leonem ſcriptam eidem oſtendendam ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum mittit; quem item rogat ut omni conatu obſiſtat Timotheo agenti apud Imperatorem ut novum rurſus œcumenicum Concilium cogeretur. Porro ad ipſum Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum Simplicii Papæ litteræ tunc etiam datæ ſic ſe habent (a):

(a) Simpl. ep. 5.

Simplicius Papa, Acacio Epiſcopo Conſtantinopolitano.

XVIII. Quid Simplicius Papa ad Acacium.

Quantum presbyterorum & ex diverſis monaſteriis Domino ſervientium monachorum relatione patefactum eſt, Eccleſias Domini rurſus diabolus inquietat: ita ut excluſo Alexandrino ſacerdote, hæreticus atque ab univerſitate damnatus eumdem locum, de quo pulſus fuerat occupaſſe dicatur. Inſuper quibuſdam faventibus, Conſtantinopolim auſum fuiſſe contendere, ut civitas Chriſtianorum Principum circa fidei Catholicæ veritatem devotione præcellens, & Chriſtiana plebs in defenſione religionis attenta, hæreticorum pravitate, quæ jam fuerat ſopita, turbetur. Sed miſericordia Dei, cujus eſt cauſa, non defuit, ut Timotheus, qui ab univerſali Eccleſia ſacerdotalibus ſententiis & Imperialibus conſtitutis juſte fuerat ſegregatus, ad Eccleſiam tuæ dilectionis, vel ad Fidelium domorum limina non permitteretur accedere. Quem conventus novos pro ſe didicimus comminari, reſolvi exiſtimantem, quod de ſe univerſalis decrevit auctoritas. Unde quia ſanctæ memoriæ prædeceſſorum noſtrorum extante doctrina, contra quam nefas eſt diſputare, quiſquis recte ſapere videtur novis aſſertionibus non indiget edoceri, ſed plana atque perfecta ſunt omnia, quibus poteſt vel deceptus ab hæreticis erudiri, vel in vinea Domini plantandus inſtitui, implorata fide clementiſſimi Principis vocem faciendæ Synodi fac reſpui, nec ſit apud aures Imp. Chriſtiani pigra ſuggeſtio: quia ſalus ejus & regni ipſius Chriſtus eſt fortitudo.

Ergo cum prædictis presbyteris ac monachis opportune pietati ejus noſtro quoque nomine ſupplica, & legationem hanc pro nobis quoque clementiæ ipſius, ac quid ſubrepatur, inſinua: omnium pariter precibus inſtruatur, ne per occupationes publicas quieti Eccleſiaſticæ aliquas inimicus moliatur inſidias; integritati ſuæ Alexandrinam reddi præſtet Eccleſiam, & beati Marci Evangeliſtæ ſede hoſtem parricidamque propellat, & qualiter Catholicæ fidei teneatur integritas, in penetralibus aulæ ſuæ digunanter inquirat. Quæ ne aliqua forſitan fidei æmulorum fraude vitientur, licet in Eccleſiæ tuæ poſſint ſcriniis inveniri; tamen exemplaria miſimus, quæ pietati ipſius præparabis offerre. XIX.

Nota namque & omnibus illic poteſtatibus celebrata, quæ ſancta memoriæ prædeceſſor meus Leo ad conſultationem Auguſtæ recordationis Leonis ſcripſerit, & quam veneranter accepta ſint, recognoſcant: appareat ſic (ut confidimus) ejus imitator fidei, cujus, propitiante Deo dignior eſt ſucceſſor Imperii: ſibique ſcriptum æſtimet, quicquid ante ſe Principibus piæ eſt traditum lectione. Illa eſt namque peren- XX.

PAGIUS di anno CLXI. Quod hic non iterarem, niſi vidiſſem Labbeum in Notis ad Candidum, in eumdem lapidem impegiſſe.

VII. Ælurus & Fullo in priorem ſtatum reſtituuntur.

Theophanes hanc *Baſiliſci* invaſionem pluribus explicat, licet peccet in tempore. Anno enim Incarnat. ſecundum Alex. CDLXVII. qui Kal. Septemb. anni Chriſti CDLXXIV. exceditur, inquit: *Baſiliſcus Verinæ Zenonis ſocrus, frater ejus hortamentis impulſus, cum Heraclea Thraciæ urbe morarentur, ipſa Verina & e Senatoribus quodam opem ferentibus adverſus Zenonem excitavit rebellionem. Periculum metuens Zeno, Ariadna conjuge, pecuniarumque copia ſecum aſportatis fugit in Syriam* (ſed legendum, Iſauriam) *in caſtrum quoddam munitiſſimum, cui nomen Vara. Inde rurſus cum Ariadna uxore in Theſſadem ſe recipit ex hujuſmodi cauſa. Illo & ſecundo illuc uſque Baſiliſco bene aſtricto obſidione cum prementibus .... Porro Baſiliſcus Imperator in Campo acclamatus, mox Marcum filium Cæſarem creat, & Auguſta corona Zenodiam conjugem ornat: ac ſtatim Zenodia maxime verbis ad id impulſus rectæ fidei bellum indicit. Quare Timotheum Ælurum promulgato Edicto revocavit exilio, Petrumque Fullonem in Inſomnium Monaſterio latitantem Sedi reſti-*

tuit

Digitized by Google

perennitas, regnique per ſeriem propaganda poſteritas, ſi in ſucceſſore reperitur, quod a prædeceſſore deſcendit.

XXI. Oecumenica Concilia qua occaſione cogenda.

Hortor ergo, frater cariſſime, ut modis omnibus faciendæ Synodi perverſorum conatibus reſiſtatur; quæ non alias ſemper indicta eſt, niſi cum aliquid in pravis ſenſibus novum, aut in aſſertione dogmatum emerſit ambiguum; ut in commune tractantibus, ſi quæ eſſet obſcuritas, ſacerdotalis deliberationis illuminaret auctoritas: ſicut primum Arii, ac deinde Neſtorii, poſtremum Dioſcori, atque Eutychetis fieri coegit impietas. Et (quod miſericordia Chriſti Dei noſtri Salvatoris avertat) intimandum eſt, abominabile eſſe contra ſententias totius Orbis Domini ſacerdotum & principum utriuſque rectorum, damnatos reos reſtituere, deduci exules, relegatos in cauſa nefariæ conjurationis abſolvi. Itaque (quod ſæpe repetendum eſt) hæc omnia clementiſſimis auribus ſuppliciter intimato. Veniet proculdubio Deus in adjutorium veſtrum, in cujus manu cor Regis eſt retinens conſtitutum, poteſtatis ſuæ neſciat aliunde principium. Dat. quinto Idus Januarii. Hactenus Simplicius ad Acacium: cui & paulo poſt occaſione publicæ legationis, quam miſit Odoacer ad Zenonem, alias ejuſdem argumenti ſed breviores litteras dedit, quarum exordium eſt (a): *Cum filii noſtri illuſtris vir Latinus Patricius, &c.*

(a) Simpl. ep. 4.

XXII. Rurſus etiam duos poſt dies ſcripſit ad presbyteros & Archimandritas apud Conſtantinopolim conſtitutos, a quibus cum litteris legationem acceperat. Incipit epiſtola (b): *Per filium noſtrum laudabilem virum Epiphanium, &c*, ubi poſt nonnulla adverſus recentes Timothei conatus, hæc ad poſtremum, dum ipſorum in reſiſtendo Timotheo commendat animi conſtantiam, addit: *Jam probatum eſt, quod (Domino vos juvante) profecerint labores veſtri: Deo placitos fructus oſtendit, quando ejus domum, vobis obſiſtentibus, latroni introire non licuit, qui, nonnullis occurrentibus ſibi, latentes adhuc forſitan ſui ſimiles publicavit. Non enim junguntur bona peſſimis recta perverſis; nec poſſunt ſalutaria coire cum noxiis: quia luci communio nulla cum tenebris (c), nec fidei portio cum infideli. Unde neceſſario damnatorum comitabuntur exitum, qui talium delegere conſortium; niſi forte reſipiſcentibus animis, & maxime qui nuper decepti ſunt, videntes in quæ abrupta ſunt ducti, ad ſplendorem veræ fidei diſcuſſa conferant ſe nube mendacii: quod Apoſtolicæ ſedis pietate, ut provenire poſſit optamus: quia vitam in Domini voluntate cognoſcimus. Ad Chriſtianiſſimum quoque Principem, vel ad fratrem & Coepiſcopum noſtrum Acacium competentia ſimul ſcripta direximus, cujus excuſandum ſilentium non putamus: quia ſcientes fidem probatiſſimi ſacerdotis, certum tenemus, ſuum non eſſe quod tacuit.* Hæc Simplicius, excuſans quem ſugillat Acacium, quod in gratiam Imperatoris nihil adverſus Timotheum Romam ſcribendum curaſſet. At quomodo reclamaturus eſſet, quin tam immenſum diſcrimen adductum univerſum gregem, lupo ſeſe inſerente in caulas, nec voculam unam emiſit? Ut plane de Acacio illud proverbii dicere liceat; in prœlio cervi, in pace leones: dum videlicet in tanto Eccleſiæ totius diſcrimine tacet: parta vero per labores Romani Pontificis pace, in eum inſtar leonis ſuperbia tumens rugitus emittit. Verum ipſum Acacium adverſus Baſiliſcum tyrannum fortiter ſtetiſſe, negari non poteſt. Agemus de his ſuo loco.

(b) Simpl. ep. 6.

Quid Simplicius ad presbyteros & Archimandritas.

(c) 1. Cor. 6.

Socordia Acacii ſuſpecta.

XXIII. At quod reliquum peſſet eſſe remedium periclitanti gregi ſub muto paſtore, & Imperatore occulte favente perfido proditori, atque cum eo omnibus ferme magiſtratibus ſceleſtiſſimo homicidæ opem ferentibus? Reclamet licet ex adverſo plebecula, atque presbyteri & Archimandritæ ad præſtandam opem tam longe poſitum Simplicium Papam flebilibus vocibus invocent: quomodo auditurus eſſet Zeno Paſtorem ex Occidente litteris admonentem, qui præſentem tacere juſſiſſet Acacium? Quid igitur in tanto diſcrimine factum? Exaudivit plane Deus vota Orthodoxorum clamantium: *Exurge Domine in præcepto quod mandaſti: & Synagoga populorum circumdabit te:* neque deſpexit preces eorum, ſed annuit illis, cum immiſit Baſiliſcum tyrannum in urbem adverſus Imperatorem, qui contra ipſum Chriſtum in eamdem civitatem Timotheum carnificem introduxiſſet. De his enim hæc perbreviter Marcellinus: (d) *Zeno Imperator, Verinæ ſocrus ſuæ & Baſiliſci fratris illius inſidiis circumventus, cum Ariadna uxore ſua profugus in*

Contra Zenonem excitatur Baſiliſcus.

(d) Marc. in Chron.

PAGIUS *tuit: quotquot autem ſanctam Synodum Chalcedonenſem adverſarii reſpuebant, ii liberrime impugnabant veritatem. Ælurus ex hac perditis ac ſceleratis Alexandrinis, qui forte Conſtantinopoli hoſpitabantur, collectis, e Palatio ſupplicatione ducte aſino vectus ad Eccleſiam profectus eſt: cumque ad eam Octagonum dictam adveniſſet aſino lapſus, attrito pede cum ignominia retromeare coactus eſt. Eam poſthac Imperiali diplomate munitum, & Synodi decretis infenſum Baſiliſcus Alexandriam tranſmiſit, & Antiochiam Petrum Fullonem animis utriuſque adverſus veritatem exaſperatis, & ejus ſuaſu corroboratis. Timotheus autem Salophaciolus Alexandriæ Antiſtes, audito Timothei Æluri adventu, ad Monaſteria in Canopo poſita, in quibus Aſceticam vitam olim fuerat profeſſus, ſeceſſit. Hunc multis ac plures alios illatis malis, quod omnibus charus exiſteret*

in Italiam cedit. Regnum Zenonis Baſiliſcus tyrannus invaſit. Hæc Marcellinus: ſed male ſub anni ſuperioris Conſulibus, quæ hoc anno poſt litteras a Simplicio ſcriptas contigiſſe, ex iiſdem redditur manifeſtum. Ad hæc addit Theodorus Lector (a): *Baſiliſcus Imperator declaratur in Campo, & Marcum filium ſuum Cæſarem & Zenonidem conjugem Auguſtam conſtituit.*

(a) Theod. Collect. l. 1.

XXIV. Zenoni quid prædictum a Daniele. Porro Zeno cum hujuſmodi premeretur anguſtiis (ut ſolent homines ex ſpe melioris ſtatus quærere ſolamen præſentium afflictionum) convenit Danielem Stylitam magni nominis anachoretam ſuper columnam haud procul a Conſtantinopolis finibus vitam agentem. Non deſpexit Deus hujuſmodi humilitatis obſequium, & conſolatus eſt eum qui a Dei ſervo opem quæſivit. Quid autem ei dixerit Daniel, ejus Acta ita declarant (b): *Cum ſæpe Zeno ſenſiſſet inſidias, omne quidem aliud deſpicit auxilium: aſcendit autem ad Danielem, eique renunciat univerſa. Prædixit ille quidem fore, ut ex Imperio pelleretur, & in exilio aleretur, & præ cibi inopia herba veſceretur; & deinde ab iis qui eum oderant, revocaretur, atque ad Imperium reverteretur, & in eo vitæ finem acciperet.* Hæc Daniel: quæ quidem omnia, ſicuti prædixerat, evenere. Etenim Zeno ſemel fuga lapſus, cum a Baſiliſco ad necem quæreretur, in Iſauriam patrium ſolum, rediit, atque in deſertis locis vitam duxit incognitus accolis, ob idque coactus fuit interdum herbam, pane deficiente, ad cibum quærere. Sic igitur qui execrandum hæreticum ab exilio revocaverat, juſto Dei judicio cogitur ipſe inſtar Nabuchodonoſor cum beſtiis exul vivere, donec admiſſum facinus expiaret, paucis cognitus, cum interea a Baſiliſco inſtantius quæreretur: Poſtea vero illo perſequi deſinente, ſe ipſum prodidit, & exercitum comparare cœpit. Sic itaque exul annum unum & menſes ſex vel octo (ut Procopius tradit) abſque Imperio manſit.

(b) Apud Metaph. die 11. Decem.

XXV. Porro qui veluti Dei flagellum ad Zenonem puniendum prodiit Baſiliſcus, virga furoris Domini; nihil tamen ipſe melior Zenone fuit, immo longe deterior, ut exitus demonſtravit. Etenim etſi antehac ob res perperam geſtas impietatis notas haud leves contraxerat; mox ut evectus eſt in Imperium, palam perſecutor erupit Eccleſiæ. De quo hæc Theodorus (c): *Baſiliſcus invadens Imperium, mox fidem ſubvertere cœpit, Zenonide Auguſta conjuge ipſum maxime culpabilem contra fidem Catholicam impellente.* Iſtud ſciens Timotheus ille ſceleſtus bis invaſor Eccleſiæ Alexandrinæ, ut currentem licet contra fidem Catholicam inſtantius urgeret novum Imperatorem, Conſtantinopolim veniens magno comitatu Eutychianorum hæreticorum, eundem Baſiliſcum convenit, a quo & obtinuit ut ſibi Catholicorum pateret eccleſia: ad quam cum maxima duceretur pompa, novo caſu cogitur ſiſtere: quiſnam is fuerit, a Theodoro ita deſcribitur:

Baſiliſcus Tyrannus hæreticus.

(c) Theod. Collect. l. 1.

XXVI. *Cum Timotheus incondita Alexandrinorum turba cuncta ex ædibus Baſiliſci una cum aliis ſupplicando, ad eccleſiam aſina vectus progreſſus eſt: & cum ad locum veniſſet, qui dicitur Octangulus, graviter prolapſus cecidit, fractoque crure domum reverſus eſt.* Hæc Theodorus.

XXVII. Sæviit interea Baſiliſcus adverſus eos qui Timotheo reſtitiſſent, & inter alios Plato cubicularius ab eo juſſus eſt igne cremari: poſtea vero ejus parentes a Zenone obtinuerunt, ut ſtatua honoraretur, qui ita honeſtiſſima morte, martyribus haud impare, diem clauſiſſet extremum. Ejus autem meminit Suidas his verbis: *In æde ſancti Procopii magni martyris, in teſtudine, cujuſdam eunuchi ſtatua ſita eſt, cujus in pectore ſcriptum eſt: QUI LOCO MOVERIT HIC SITA, STRANGULETUR. Fuit autem ſtatua illa Platonis cubicularii, qui temporibus Baſiliſci crematus eſt. Cum autem parentes ejus poſtulaſſent, ut is eunuchus, monimenti ergo adverſus eos qui Imperatori adverſarentur, ſtatua donaretur, impetrarunt. Cum vero ædes magni martyris renovaretur, translatus eſt in Circum equeſtrem: ſtatua vero eunuchi extat in teſtitudine.* Hæc Suidas.

Re-

PAGIUS *vero, non potuit lædere Ælurus: quinimo Æluro Alexandriam adventanti partium ejus ſtudioſi ſuclamabant hoſtes tuos cibaſti o Papa.*

VIII. Acacius Conſtantinop. Epiſc. Baſiliſco reſiſtit. *Ille viciſſim reſpondebat: Ita eſt, cibavi. Hoc pacto impius ille execrationes in Chalcedonenſem Synodum conjecit. Cæterum Julianus Antiochiæ Præſul ex geſtis rebus dolore concepto vitam amiſit. Petrus autem Fullo thronum invadens ſe ad anathemata & tumultus excitandos convertit, ex quo cædes & domorum direptiones ob appoſitum Ter ſancto hymno additamentum. Baſiliſcus Edicto in publicum lato Chalcedonenſem Synodum eliminavit, & Acacium Conſtantinop. illud idem juſſit exequi. Verum totius civitatis mulierum etiam ac puerorum conferta plebs adverſus Baſiliſcum concurrens in Eccleſiam ſcelus prohibuit. Acacius autem atra veſte proprium corpus, tum thronum, ac tandem altare circumcinxit: magnus quoque ille Daniel divino plane Zelo accenſus columna, qua conſederat, deſcendit, & cum Acacio populique frequentia aſſiduus cunctis Eccleſiaſticis conventibus aderat.*

IX. Evagrius lib. 3. cap. 4. refert, *Timotheum Ælurum* annos octodecim in exilio tranſegiſſe. Quare anno CDLIX. relegatus fuerat a Leone Magno, & currenti reſtitutus eſt a Baſiliſco.

XXVIII. Revocatos fuiſſe hæreticos omnes antea ſede pulſos, & pulſis Orthodoxis, in ipſorum Eccleſias per Baſiliſcum intruſus, tradit Liberatus Diaconus: additque Timotheum reſtitutum fuiſſe Petrum Cnapheum nequiſſimum hæreticorum, de quo iſta ſubdit (*a*): *Baſiliſci temporibus Petrus a Timotheo illo damnato, qui Conſtantinopolim venerat, Antiochiam miſſus eſt Epiſcopatum tenere. Quo facto, idem Petrus Joannem ordinat Apameaſem Epiſcopum: a quibus non receptus, redist Antiochiam ad Petrum, & invadit ejus Eccleſiam, a quo ſimiliter damnatus eſt.* Hæc ipſe. Sed iſta de Petro miſſo Antiochiam, ex ſententia Evagrii, poſtea contigerunt; qui iſto etiam habet de hæretica ob Imp. evulgata epiſtola:

(*a*) *Liber. Diac. Breviar. c. 18.* Petrus hæreticus redit Antiochiam.

XXIX. *Cum Baſiliſcus tenuiſſet Imperium, ſcripſit univerſo Orbi ſanctionem ſuam, quam appellavit Encyclicam, contra Chalcedonenſe Concilium.* At quænam qualiſve illa fuerit, Evagrius eam recenſet, quæ ſic ſe habet, ſcripta perſuaſione Timothei (ut tradit Evagrius) ad ipſum infamem perditumque hominem verbis iſtis (*b*).

(*b*) *Evag. l. 3. c. 4.*

XXX. Conſtitutio Baſiliſci contra Concilium Chalcedonenſe.

Imperator Cæſar Baſiliſcus pius, victor, triumphator, maximus, ſemper Auguſtus, Timotheo reverendiſſimo & ſanctiſſimo nobilis civitatis Alexandriæ Archiepiſcopo S.

Leges pro defenſione ſinceræ & Apoſtolicæ fidei a ſanctiſſimis Impp. qui nos ſunt antegreſſi, quique beatam & æternam vitæ * *parentem Trinitatem rite coluerunt, ſancitas, utpote quæ univerſo mundo ſemper ſalutares fuerint, nullo tempore antiquari, immo vero eas ut noſtras ac proprias divulgari volumus. Nam & pietatem & ſingularem amorem erga Deum & Salvatorem noſtrum Jeſum, qui nos tum fabricavit, tum ad gloriam extulit, animo verſo illis ſtudio, quod in rebus humanis poni ſolet, præponimus: proque certo credimus, firmam Chriſti gregis in charitate colligationem cum ſaluti vobis ipſis, ſubjectiſque omnibus, tum fundamentum quod nequit frangi, atque adeo murum qui expugnari non poteſt, noſtro Imperio eſſe.*

* vitæ.

XXXI. *Itaque divina mentis impulſione commoti, concordem ſanctæ Eccleſiæ conſenſum non ſine cauſa velut primitias Imperii noſtri Deo & Salvatori noſtro Jeſu Chriſto offerre, animo inſtituentes; baſim & firmamentum vitæ beatæ, quæ hominibus tribuitur, Symbolum nimirum trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum Nicææ olim Spiritus ſancti inſtinctu in unum congregatorum, in quod quidem cum nos, tum majores noſtri omnes credentes baptizati ſunt, decernimus, ut ſolum in omnibus ſanctiſſimis Dei Eccleſiis a populo Orthodoxo ſervetur, cuſtodiaturque: quippe in quo uno ſincera fides vere & abunde ſatis tum ad errorem quemque tollendum, tum ad concordiam ſanctarum Dei Eccleſiarum ſtabiliendam definita ſit. Quinetiam Acta, quæ ad illius Symboli confirmationem edita ſunt, ſatis re vera ad eam rem habent in ſe virium & firmitatis. Porro ſanctum Symbolum a centum quinquaginta ſanctis Patribus in urbe Conſtantinopoli contra eos qui blaſphemiae contra Spiritum ſanctum locuti ſunt, compoſitum, ratum facimus. Itemque Acta Concilii Epheſini contra impium Neſtorium, & eos qui poſt eadem cum illo ſentiebant, edita confirmamus.*

Velamentum hæreticorum fides Catholica.

At ea quæ conſenſum & ordinem ſanctarum Dei Eccleſiarum & pacem totius terræ diſturbant, nempe Leonis de fide deciſionem, & omnia quæ in Concilio Chalcedonenſi de fide definienda, de expoſitione Symboli interpretatione, doctrina, aut diſceptatione ejuſdem dicta, actave, quo nova fides contra ſanctum illud Symbolum a trecentis decem & octo Epiſcopis compoſitum (de quo diximus) introducatur; ſtatuimus, decernimuſque, ut tum hic, tum in ſingulis aliis paſſim Eccleſiis a ſanctiſſimis ubique Epiſcopis anathemati addicantur; ut ubicumque locorum forte reperta fuerint, igni tradantur comburenda: quandoquidem Imperatores piæ ac beatæ memoriæ Conſtantinus ac Theodoſius Junior, qui ante noſtram ætatem vixerant, eodem modo de omnibus hæreticorum dogmatibus decrevere. Atque ita abrogata, ex una ſolaque Catholica Apoſtolica & Orthodoxa Eccleſia prorſus ejiciantur: utpote quæ tum ſalutaria illa trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum, quæ perpetuo rata eſſe debent; tum ea quæ beati Patres Spiritus ſancti impulſu in Concilio Epheſino ſanciverunt, penitus tollunt. Intelligis velamentum conſue-

XXXII. Concilium Chalced. rejicitur a Baſiliſco.

PAGIUS ſco. Nicephorus in Chronico, & Tabulæ Theophanis Timotheo Salophaciolo annos tantum XV. aſſignant; cum tamen certum ſit, eum anno CDLX. jam fuiſſe Epiſcopum, ut eo anno videre eſt apud Baronium num. IX. & ſeqq. *Juliano* Epiſcopo Antiocheno anni XV. in Chronico Nicephori *attribuuntur*, ſed ille Librariorum error corrigendus ex Tabulis Theophanis, ubi ei *anni ſex* adſcribuntur. Sedere enim cœpit anno CDLXXI. Baronius ejus non meminit, quod ejus Chronologiæ incommodaret. Auctor Breviculi Eutychianiſtarum poſtquam narravit, Baſiliſco Imperium occupante, *Petrum Fullonem* iterum ſe junxiſſe Timotheo Æluro, ait: *Sed ſicut ſuperius dictum eſt, Baſiliſci temporibus a Timotheo illo damnato* (Æluro ſcilicet) *qui Conſtantinopolim venerat, ad Antiochiam remiſſum fuiſſe, ut iterum illic Epiſcopatum teneret. Quo facto idem Petrus* (nempe Fullo) *Joannem quemdam Presbyterum de quo Acacium diximus retuliſſe, ordinat Apamenis Epiſcopum: a quibus non receptus venit Antiochiam, & Pe-*

Numerantur anni Epiſcopatus Juliani & Salophacioli.

trum

fuetum hæreticorum, ſic ſemper Catholicam fidem damnare ſolere, quod eadem perfidiæ, quam ſectantur, adverſetur; cum alioqui nomen Catholicum uſurpent, & Evangelicam veritatem prætexant, a quibus longe longius, ut a luce tenebræ & a bono malum, abhorrent. Sed pergit:

XXXIII. Rectæ fidei confeſſionis fucata ſpecies.

Denique ne cuiquam vel ſacerdotum vel laicorum integrum ſit diviniſſimam ſancti Symboli legem violare; ſed ut una cum omnibus novis ſanctionibus in Concilio Chalcedonenſi editis, etiam hæreſis eorum qui non confitentur Filium Dei unigenitum ex Spiritu ſancto & ſancta Maria ſemper Virgine & Deipara vero incarnatum, hominemque factum; ſed carnem ejus aut de cælo delapſam, aut viſu quodam & ſpecie figuratam monſtraſſe confingunt: & omnis omnino error, & ſi quid aliud aliquo in tempore, aliquo modo, locove in toto mundo novandarum rerum ſtudio vel cogitatum, vel verbis expreſſum, ad divinum hoc Symbolum evertendum fuerit, funditus profligetur.

XXXIV. Falſæ concordiæ titulus.

Et quoniam imperatoris eſt, ſedulo proſpicere, ut ſubjectis non in præſentia ſolum, ſed etiam in poſterum ſecura tranquillaque vita provido ejus conſilio ſuppeditetur; decernimus, ut ſanctiſſimi ubique Epiſcopi his divinis noſtris litteris generatim ſcriptis ad omnes, palamque divulgatis ſubſcribant, quo declarent præcipue ſe in ſolo divino trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum Symbolo velle inſiſtere: quod etiam centum & quinquaginta ſancti Patres confirmarunt: idemque poſt ab Orthodoxis & ſanctis Patribus, qui Epheſi urbis primariæ convenerunt, definite ſtabilitum, viſumque ſolum illud trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum Symbolum velut ratam fidei deciſionem ſequendum, anathemaque indicendo Actis Concilii Chalcedonenſis, quæ populo Orthodoxo offenſioni eſſe poſſunt, eaque Eccleſiis penitus ejiciant, utpote a quibus cum totus Orbis terrarum conturbetur, tum noſtra impediatur felicitas. En vides, lector, quam turpis facie & horrenda viſu hæreſis ſit, quæ nec foras progredi auderet, niſi ſuperinducto nomine Catholicæ fidei, indumentis contecta ſacrorum Conciliorum, quibus nefas ſit obniti, ſed neceſſe ſit conſentire. Hinc velim impudentiam præſentis temporis hæreticorum conſideres, dum eo procaciæ effrænes proſilierunt, ut & ejuſmodi ſacrorum Conciliorum adeo honeſta abiiciant indumenta, pedibuſque proculcent, ut ſunt horribiles, videri gaudentes. Addit autem ad hæc Baſiliſcus: *Eos autem, qui poſt has noſtras divinas litteras acceptas, quas (uti credimus) Dei nutu divulgari curavimus, quo concordia, quæ omnibus optabilis eſt, in ſanctis Dei Eccleſiis ſtabiliatur aliquando, aggredientur vel proferre, vel nominare ſive diſputando, ſeu dicendo, ſeu ſcriptis ullo tempore, modo, aut loco novam illam deciſionem a Concilio Chalcedonenſi contra fidem promulgatam; veluti tumultus & perturbationis ſanctis Dei Eccleſiis, omnibus qui noſtro parent Imperio, auctores, Deo præterea & noſtræ ſaluti adverſarios; jubemus, idque ſecundum leges jam ante noſtram ætatem ab Imperatore beatæ & divinæ memoriæ Theodoſio contra talem & tam perverſam amentiam conditas, hiſque noſtris divinis litteris generatim ad omnes ſcriptis ſubjunctas; ſi Epiſcopi fuerint, aut clerici, dignitatis ſuæ & miniſterii gradu abdicari; ſin monachi, aut laici, exilio, omnium bonorum publicatione, & aliis graviſſimis ſuppliciis mulctari.*

Pœna in profeſſores Conc. Chalced.

XXXV. Vana ſpes hæretici Imp.

Enimvero ſancta, conſubſtantialis, procreatrixque omnium & vitæ parens Trinitas tali a nobis obſervantia honorata, jam non ſolum propter zizania, quæ modo commemoravimus, per nos radicitus extirpata, ſed etiam propter rectas & Apoſtolicas ſancti Symboli traditiones a nobis ſtabilitas; propitia & clemens animis noſtris, omnibuſque nobis ſubjectis futura eſt ſemper una nobiſcum adminiſtratura Imperium, rebus denique humanis ſtatum pacatum & quietum allatura. Hucuſque Baſiliſci venena.

XXXVI. Antidotum contra venena hæreticorum.

Sed ex his conficiamus antidotum. Licet plane ex eiſdem quæ contra pietatem Timotheus per Baſiliſcum evomuit toxica, contra ipſa & venena cuncta alia remedium præparare. Atque primum ea ex parte, dum præfando ac perorando ipſe ſibi pollicitus eſt, ſtabiliendo fidem Catholicam, ſuum pariter Imperium ſolidare; eventus docuit, ipſum ſuper arenam edi-

PAGIUS

trum Epiſcopatus ſui pellit auctorem, & invadit ejus Eccleſiam. Sed hoc contigit poſt biennium, ut infra oſtendam.

X. *Zeno Ælurum & Fullonem Conſtantinopolim non evocavit.*

Porro *Timotheum Ælurum* a Baſiliſco tyranno exilio ſolutum fuiſſe, teſtantur non ſolum Auctores citati; ſed etiam Evagrius lib. 3. c. 4. Theodorus Lector lib. 1. aliique, qui & idem de Petro Fullone Antiochiam ab eo miſſo ſcribunt. Sufficiat hic referre locum Auctoris Breviculi Hiſt. Eutychianiſtarum, qui hoc tempore vivebat: *Cum Baſiliſcus* occupaſſet Imperium, damnare cœpit Chalcedonenſem Synodum & Catholicos perſequi. Tunc denique Timotheus *ille damnatus accepta libertate venit Conſtantinopolim, & damnatos hæreticos locis ſuis reddidit. Vadit Alexandriam, fugit Timotheus Catholicus, & in Monaſterio latet. Petrus ille* (nempe Fullo) *iterum ſe junxit Timotheo, cum quo fuerat ante damnatus. Redit Zeno Imp. ad regnum, Baſiliſcus opprimitur. Mittitur Alexandriam, ut pulſo pervaſore Timotheus Catholicus redderetur Eccleſiæ.* Baronius quidem putavit, *Ælurum* jam Conſtantinopoli fuiſſe, quando *Baſiliſcus* Imperium invaſit, eumque a Zenone anno

ædificaſſe; dum enim quam eitiſſime ejus Imperium collapſum penitus corruit, plane demonſtratum eſt, minime ſupra firmam petram Catholicæ confeſſionis eſſe fundatum, ſed ſuper vacuum eſſe ſuſpenſum, ionixumque mendacio. Ex quo uno prudens quiſque intelligere, perſpicue ſatis valeat: cuncta quæ adverſus ſacroſanctum Chalcedonenſe Concilium vel ab ipſo vel aliis ſtatuta fuere, arma fuiſſe arte diaboli comparata ad oppugnandam Catholicam fidem, & ad veritatem proſternendam admotos arietes.

XXXVII. *Catholica veritas ſtabilita.* Contra vero docuit experimentum, firmiſſimo innixum fuiſſe fundamento, ſupraque ipſam firmiſſimam petram fundatum ipſum Concilium Chalcedonenſe, quod validis hiſce ictibus numquam concuti vel labefactari valuit. Ita quidem ſumma Dei ſapientia ſemper ſcimus in Eccleſia factitatum, ut veritas fineretur adverſantium telis impeti, ut ſic ejus ſoliditas probaretur, & ex Deo eſſe ea demonſtratione palam fieret: quod juxta ſententiam Gamalielis ſæpius repetendam;

(a) Act. 5. (a) quæ ex Deo ſunt, diſſolvi non poſſint; contra vero, omnem plantationem,

(b) Matt. 15. (b) quam non plantavit Pater æternus, eradicari: utpote quod de his ſcriptum

(c) Sapien. 4. ſit (c): *Plantæ adulterinæ non dabunt altas radices.*

XXXVIII. Sed & illud obſerva, quanta nitatur arte falſitas; & quo fultum præſidio mendacium oſtentetur; atque impietas quanto compta decore, & ſatellitio comitata ſe ingerat oculis intuentium; ipſaque hæreſis Jezabel inſtar ſtibio ſucata comparest, & Imperatoria pompa tumens præmittat ſanctionem Baſiliſci Orbem peragraturam; quæ dum nihil præterea quam Nicænum Concilium præfefert, oppugnat Chalcedonenſe Concilium. Verum videas (quod mireris) ipſum ſibi mendacium refragari. Etenim ſi, quod jactat triſulci lingua ſibilans Baſiliſcus, ſatis abundat ſolum ipſum Nicænum Concilium ad omnem tollendum errorem; cur ſuperfluo addit ſymbolum fidei editum Conſtantinopoli, & Epheſinam probat confeſſionem? Unde ſuis ipſius neceſſe ſit armis confodi, quocumque ſe vertat. Nimirum vel cum dicit (quod aſſerit) eſſe ſatis Nicænum Concilium; tunc ut ſuperflua opus eſt explodat Conſtantinopolitanum atque Epheſinum Concilia: Vel iſta retinendo, ut profitetur retinere atque prædicat; tunc affirmet neceſſe eſt, haud (quod jactat,) eſſe ſatis ad omnem tollendum errorem Nicænum Concilium: ſed opus fuiſſe (quod digne profitetur) ad vindicandam ablatam ab hæreticis Spiritus ſancti divinitatem, illa in dicto Concilio definita fuiſſe; atque ad declarandam firmandamque veram de Filii Dei incarnatione doctrinam Patres Epheſi conveniſſe, eaque de re decretum fidei edidiſſe. *Dilemmate perſtringitur hæreticorum impietas.* Hæc cum ipſe dicat, cur non ſe mentitum eſſe cognoſcit, dum de Concilio Nicæno prolocutus, ſatis ſuperque illud eſſe ad omnem auferendum errorem inculcat?

XXXIX. Quod ſi ſana mente ob novas emergentes hæreſes opus fuiſſe concedit tum Conſtantinopolitanum, tum Epheſinum Conventus cogi, in eiſque edi de fide firmanda, vel declaranda decreta, quæ haud adeo explicita reperirentur in confeſſione Nicæna: cur nova emergente hæreſi, novam apponere fidei elucidationem, quæ recentem confutet, atque penitus tollat errorem, non æque neceſſe eſſe contendet? ob idque non ſibi reiiciendum hac ex parte Chalcedonenſe Concilium, quo confoditur hæreſis Eutychetis, tamquam (ut ait) ſuperfluum & ſeminarium diſſenſionis; ſed potius probanda ipſi erant, quæ in eo edita ſunt decreta fidei, adverſus prava dogmsta contra veritatem Catholicam inſtituta. Sed refugiens iſta ipſe, nec verbum quidem de Eutychiano deliramento locutus, damnationem tantum conclamavit Chalcedonenſis Concilii: ſic definiens Imperatoria poteſtate: perinde ac ſi non homo, ſed Deus, immo

plus

PAGIUS no ſuperiori ab exilio revocatum. Innititur autem non ſolum auctoritate Alexandri Monachi in Laudatione Sancti Barnabæ Apoſtoli, de quo anno ſuperiori egimus; ſed etiam trium Epiſtolarum *Simplicii* Papæ, quarum prior ad *Zenonem Imp.* data ab eo recitatur num. IX. & ſeqq. altera ad *Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum*, quam refert num. XVIII. & ſeqq. tertiæ Baronius meminit num. XXII. hæcque ſcripta eſt ad *Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopolitanos*. In priori *Simplicius* petit ab Imperatore, ut Timotheum Ælurum, qui Alexandrinam Sedem occuparat, & clam Conſtantinopoli ſuas hæreſes diſſeminabat, regia poteſtate cohibeat. Data ea Epiſtola *IV. Idus Januarias, Baſiliſco Auguſto Conſule*, anno ſc. currenti. Ejuſdem tenoris ſunt aliæ, duæ quarum prior data *V. Idus Januarii*, ſine tamen Conſulum nomine; ſecunda data *III. Idus Januarii Conſule ſuprascripta*.

XL. *Refellitur opinio Bollandi.* Verum cum Baronii ſententia, ea ipſius etiam Simplicii Papæ aliis Epiſtolis infra memorandis plane evertatur, hunc nodum ſolvere tentarunt Bollandus & Henſchenius ad diem II. menſis Martii, quo ſanctus iſte Pontifex colitur: *Arbitramur* inquiunt, *retinendum* Conſulatum Baſiliſci Auguſti, *quem videtur geſſiſſe anno* CCCC-LXXVII. *Sed cum illi ablatum Imperium ipſo adhuc anno fuiſſet, etiam honore Conſulatus deſtitutus eſt, & ſcriptum deinde*, poſt Conſulatum Baſiliſci & Armati, *uti fecit S. Simplicius in altera ad Zenonem Imp. Epiſtola, ſcripta VIII. Idus Octob. quando hic ad ſuſcep Imperii recurſus, ſcripta ad S. Simplicium Epiſtola Orthodoxa fidei Catholica profeſſionem integerrimam ediderat: ac tum quadante diſſimularat, gratulatur*

Ze-

plus quam Deus, ſua ſententia deſtruat, quod Deo duce, tanto labore ſanctiſſimi viri, jugibus præmiſſis ad Deum precibus, magna deliberatione ſanxere. At hæc de his ſatis, quæ antidotum eſſe prædiximus adverſus venena hæreſum, pietatis ſpeciem præſeferentium. Jam vero quæ ſunt reliqua proſequamur. Poſt recitatum Baſiliſci de abroganda fide Chalcedonenſi decretum, Evagrius iſta ſubdit (*a*):

(*a*) Evagr. l. 3. c. 5.

XL. De his qui ſubſcripſerunt editæ ſanctioni.

His litteris a Baſiliſco generatim ad omnes ſcriptis, Timotheus qui modo (ut dixi) ab exilio reverterat (ut a Zacharia Rhetore litteris proditum eſt) aſſenſit: idem fecit Petrus Antiſtes Antiochiæ cognomento Cnapheus, qui erat tum Conſtantinopoli una cum Timotheo. His rebus ita conſtitutis, Paulus ad ſedem Archiepiſcopatus Epheſius deligitur. Fertur, Anaſtaſium quoque, qui poſt Juvenalem Antiſtes Hieroſolymorum fuit, illis Baſiliſci litteris ſcriptis ad omnes generatim ſubſcripſiſſe; aliosque præterea complures circiter quingentos numero idem præſtitiſſe, qui Leonis deciſionem & Concilium Chalcedonenſe abrogarunt. Hæc Evagrius.

XLI. De ſede Hieroſolymitana invaſa a Gerontio.

Sed ſiſte gradum, lector, ne in mendaciorum lacunas incautus offendas. Scito calumniam eſſe conflatam adverſus Anaſtaſium Hieroſolymitanum Epiſcopum ab Evagrio, ſeu potius a Zacharia, a quo accepiſſe teſtatur. Siquidem teſtificatione Cyrilli in Euthymio, defenſor Concilii Chalcedonenſis Anaſtaſius habetur in omnibus laudatiſſimus, adverſus quem Hieroſolymis ab hæreticis Eutychianis fuit in ſedem Epiſcopalem elatus Gerontius monachus ſignifer eorumdem hæreticorum, ut idem Cyrillus narrat his verbis (*b*): *Cum vero Baſiliſcus occupaſſet Imperium, facit Conciliabulum adverſus ſanctam Synodum Chalcedonenſem: quo quidem nitens pars eorum qui erant ſchiſmatici in ſancta civitate, cum ſibi Gerontium quemdam præfeciſſet Archimandritam, multa innovat adverſus Eccleſiam, nec minora iis, quæ prius auſus fuerat Theodoſius. Quinto autem anno poſtea moritur quidem Anaſtaſius Patriarcha, jam incipiente menſe Januario.* Hæc ibi de ſtatu Hieroſolymitanæ Eccleſiæ.

(*b*) Apud Metaph. die 10. Januar. Sur. ea die.

XLII. De Zacharia hiſtorico.

Cæterum quod ſpectat ad Zachariam Rhetorem, quem citat Evagrius; ne fallaris: conſtat eum quidem fuiſſe Eutychianum, ob idque ab eo ſcripta quam cautiſſime legenda ſunt. Subodoratus id quidem ipſe Evagrius fuit, dum de eodem poſt multa hæc ait (*c*): *Quod autem ad ea attinet, quæ Zacharias Rhetor de his Epiſcopis tradit: ſive ipſe falſo eos criminatus eſt, ſive illi ipſi mentiti ſunt, ſe invitos litteris Baſiliſci ſubſcripſiſſe, non poſſum pro certo affirmare.* Sed proditæ hiſtoriæ veritatis ex eo potiſſimum ab eodem in ſuſpicionem adducitur, quod recitans ad verbum ſanctionem editam a Baſiliſco contra Concilium Chalcedonenſe, quod poſtea eſt ſancitum edictum illam abrogans ſuppreſſit omnino ſilentio, ſicut & alia multa pro Catholica fide tranſacta; contra vero, quæ Eutychiano favent errori, ea ad verbum recenſet: ut evidenter apparet ea his quæ ea eo narrat Evagrius, qui ſubdit iſta poſt narrationem ſubſcribentium Epiſcoporum (*d*). *Quinetiam libellus ſupplex extat ab Epiſcopis Aſiæ, qui Epheſi convenerunt, ad Baſiliſcum ſcriptus, ex quo nonnulla ſumpſimus, quæ ſunt hoc loco a nobis poſita.*

(*c*) Evagr. l. 3. c. 9.

(*d*) Evag. l. 3. c. 5.

XLIII. Libellus ab Eutychianis oblatus Baſiliſco Imp.

Sanctiſſimis Chriſtique amantiſſimis dominis noſtris Baſilico & Marco Victoribus ſemper Auguſtis S. Et aliis interjectis adjungit iſta:

Omnino, o ſanctiſſimi & Chriſto dediciſſimi Imperatores, una cum fide, quæ & invisa eſt & variis modis impugnata, vos impugnari declaraſtis: & paulo poſt: *Terribilis quædam expectatio judicii, & divinæ iræ flamma, & juſta veſtræ clementiæ indignatio e veſtigio adverſarios occupavit, qui præpotentem Deum & veſtrum Imperium vera fide roboratum arroganter invadere impugnareque moliuntur: quique non modo non ceſſant noſtram tenuita-*

PAGIUS *Zenoni de recuperato Imperio, hortaturque, ut rejecto Æluro legitimum Epiſcopum Sedi Alexandrinæ reſtituat.* Exiſtimant itaque Viri doctiſſimi Timotheum quidem Ælurum & Petrum Fullonem a Baſiliſco tyranno Sedibus reſtitutos fuiſſe, ſed laudatas tres Simplicii Epiſtolas ad Zenonem ſequenti tantum anno datas; cum nondum Zeno Ælurum Alexandria ejeciſſet.

XII. *Zenonem in fide Orthodoxa perſeveraſſe Simplicius PP. oſtendit.*

At hæc interpretatio nullo modo admitti poteſt. Primo quia ex omnibus Faſtis conſtat, ſecundum *Baſiliſci* Conſulatum in hunc annum competere, ideoque & tres illas Epiſtolas hoc anno datas. Secundo, quando aliquis Conſulatu ordinario privabatur, annus quo Conſul proceſſerat, vel ſolius ejus in Conſulatu collegæ nomine, vel Conſulum, qui anno præcedenti Magiſtratum geſſerant, annotabatur, ut plura exempla demonſtrant. Tertio, Bollandus & Henſchenius non probant *Zenonem*, poſtquam in Imperium reſtitutus eſt, novam fidei Profeſſionem ediſſe: & ex Simplicii literis menſe Octobri, anno ſequenti ad Zenonem datis, poſtquam in Imperium reſtitutus eſt, liquet eum integerrimæ fidei fuiſſe: *Lætare igitur*, inquit Simplicius, *venerabilis Imperator, eos fuiſſe tuos hoſtes, qui extiterunt Divinitatis inimici: atque gaude cum Eccleſia laboraſſe, & cum fidei Catholicæ libertate Imperium reſtitutum, atque ut in omnibus doceas cauſam tibi cum Deo eſſe communem, cujus ope viriliter fretus inſiſte*, &c. & paulo poſt: *Unde ante omnia precor, ut Alexandrinam Eccleſiam non minus a funeſto, quam ab hæretico pervaſore Clementia veſtra diſpoſitionibus liberatam, Catholico ac legitimo reſtitui cenſeatis Antiſtiti.* Zeno itaque nec novam fidei Profeſſionem edidit, neque Ælurum in Sedem Alexandrinam reſtituit, ſed in fide perſtitit, & cum Eccleſia laboravit; & tan-

nuitatem variis incommodis afficere, verum ſemper nos calumneari, & falſa crimina contra nos confingere ſtudent: nimirum veſtris divines & Apoſtolicis litteris generatim ſcriptis ad omnes, nos nonniſi vi ac neceſſitate compulſos ſubſcripſiſſe: quibus certe nos libentibus animis & propenſa voluntate ſubſcripſimus. Ac rurſum infra: *Noli te alia decreta contra litteras veſtras generatim ſcriptas decernere: pro certo (ut diximus) perſuaſi, mundum, ſi id feceritis, ſeditionibus everſum iri, & mala a Concilio Chalcedonenſi orta (ob qua quidem infinita cædes facta, ſanguiſque Orthodoxorum injuſte & inique fuſus eſt) exigua admodum videri.* Poſtea vero addit ex eadem hæreticorum epiſtola:

XLIV. Contra Acacium ſcribunt Eutychiani.

Conteſtamur coram Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, noſtrum cultum erga Deum & pietatem liberum eſſe: oramuſque ut cum illi, tum præcipue Epiſcopus Conſtantinopolis qui nequiter multis in rebus ſuo officio functus deprehenditur, juſto, canonico, & Eccleſiaſtico judicio condemnetur, abdiceturque Epiſcopatus gradu. Hæc quoad Eutychianorum Aſionorum libellum. Subdit poſt hæc Evagrius de eodem auctore pro Eutychiana hæreſi laborante, & eamdem falſitate corroborare conante: *Zacharias porro iſta quoque ſcribit ad hunc modum: Litteris Imperatoris, quas ſcripſit generatim ad omnes divulgatis, monachi Conſtantinopoli qui perverſo errore Eutychetis infecti erant, rati ſe, cum Timotheum & litteras Imperatoris nacti fuiſſent, ſubſidia ad hæreſim ſuam tuendam inveniſſe: ſperanteſque ſe jam inſtitutum ſuum commode poſſe proſequi; propere ad Timotheum ſe conferunt: ac cum a Timotheo, qui Dei Verbum ſecundum carnem nobis conſubſtantiale, Patri autem ſecundum divinitatem conſubſtantiale oſtendit, eſſent refutati, domum reverterunt.*

XLV. (a) Evagr. l. 3. c. 6.

Idem ſcriptor (a) narrat, Timotheum Conſtantinopolim ingreſſum, perrexiſſe Epheſum, Paulumque illius urbis Pontificem, qui quidem jam dudum ab Epiſcopis provincia (ſicut vetus Eccleſiæ conſuetudo poſtulat) creatus fuerat, ſed tamen poſt exciderat, in ſede Epiſcopali collocaſſe: reddidiſſeque præterea eumdem Timotheum Eccleſiæ Epheſinæ jus Patriarchatus, quod Concilium Chalcedonenſe (uti ante demonſtratum eſt) ei ademerat; inde tandem ſolventem, petiiſſe Alexandriam tradit: ubi ab omnibus, qui ad eum accedebant, poſtulavit, ut Concilio Chalcedonenſi anathema denunciarent. Reſilierunt ab eo (ſicut a Zacharia traditum eſt) cum alii complures ſuæ factionis, tum Theodotus unus ex eorum numero, qui Joppe a Theodoſio Epiſcopo tum a quibuſdam deſignato Hieroſolymorum, cum Juvenale Conſtantinopolim confugerant. Hæc Evagrius ex Zacharia.

Timotheus proficiſcitur Alexandriam.

XLVI. Acacius excitatur in Baſiliſcum.

Sed quid inter tot turbines Deus? numquid ſemper dormiet qui cuſtodit Iſrael? Excitari quidem a diſcipulis ſuis expectat, cum ex ingruentibus procellis, periclitante navi, ipſe in ea poſitus dormit. Acacius igitur Conſtantinopolitanus Epiſcopus dudum admonitus excitatuſque & ipſe litteris Simplicii Romani Pontificis, Baſiliſco tyranno reſiſtere parans, quod ſuas imbecilles vires eſſe ſciret, ut tantæ ſe poſſet obiicere poteſtati; quærit a Deo per ejus ſervos auxilium: nam viros ſanctos in eremo latitantes Conſtantinopolim inferre conatur, quos ob egregias virtutes etiam adverſarii revereri debeant & extimeſcere.

XLVII. Dei providentia in ſua Eccleſia gubernanda.

Hic quidem admirabilem Deum in ſanctis ſuis, & in gubernanda cuſtodiendaque Eccleſia ſummam ejus providentiam dignum eſt contemplari. Etenim cum Orientalis Eccleſia jam propemodum areſacta careret magnis illis anteſignanis doctrina eminentibus, qui adverſus hæreticorum turmas ante aciem progreſſi pugnarent: ut fuerunt Magnus Athanaſius, Baſilius, Gregorius Theologus, Chryſoſtomus, atque Cyrillus, quorum vel ſolum nomen præpotens eſſe videretur ad ter-

PAGIUS

tantum abeſt, ut *Ælurum* ab exilio revocarit, ut prudentia ſua ac zelo, ſacrilego illo invaſore Eccleſiam Alexandrinam liberarit. Hinc Simplicius infra ſubjungit: *Ipſa eſt quippe, ſicut experti eſtis, Catholica fides, quæ Potentes de ſede laſſo depoſuit,* (nempe Baſiliſcum) *& exaltandos humiles cuſtodita ſervavit,* ſc. Zenonem. Ex qua etiam Epiſtola *VIII. Idus* Octob. *poſt Conſulatum Baſiliſci & Armati*, anno nempe ſequenti a Simplicio data, ſtatim ac accepit, Zenonem Imperium recuperaſſe, patet tres alias ſupra memoratas huic prorſus eſſe contrarias.

XIII. Difficili hoc in loco diu verſatus ſum, tandemque comperi priorem ex tribus illis Epiſtolis, non ad Zenonem Auguſtum, cui inſcripta legitur, ſed ad *Baſiliſcum Auguſtum* datam eſſe, & tam in ſecunda ad Acacium, quam in tertia ad Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopolitanos eodem tempore in Orientem miſſis, Imperatorem, de quo in illis ſermo, alium non eſſe quam *Baſiliſcum*. Apparet id manifeſte ex Epiſtola ad Acacium, in qua Simplicius ait: *Implorata ſide Clementiſſimi Principis vocem ſacienda ſynodi ſac reſpui.* Baſiliſcus enim in literis ſuis Antecyclicis quibus Encyclicas abrogat, recitatis a Baronio num. XXX. & ſeqq. ex Evagrio lib. 3. cap. 7. inquit: *Ac de hoc argumento nec Synodum fieri, nec amplius quæſtionem ullam moveri volumus.* Synodum enim congregari hæretici petierant, quod cum Simplicium non lateret, *Acacium* monet, ut hujuſmodi convocationem impedire conetur. Ad hæc Gelaſius Papa in Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ, quæ numero eſt XIII. *Cur ergo,* inquit, *vel cum fieri videret Acacius, non ſicut ſub Baſiliſco jam fecerat, ad Apoſtolicam Sedem referre curavit; ut ſi ſolus ipſe non poterat, junctis cum eadem conſiliis atque tractatibus,*

Epiſtola Baſiliſco a Simplicio PP. ſcripta Zenonis nomen hodie prefert.

rorem incuriendum adverſantibus hoſtibus: cum his, inquam, horumque ſimilibus omnino careret Orientalis Eccleſia, & ex adverſo fortiores inſtarent hoſtes, ac fortiora moverent prœlia, quos & præiret pollens viribus, furenſque audacia Imperator: alia Deus via voluit Catholicæ veritati eſſe conſultum, nempe miraculorum virtute, qua omnibus cæcutientibus licet, manifeſto tamen conſtaret militare Deum in caſtris Orthodoxorum; ex eorumque parte ſtare Catholicam fidem, in qua ex editione ſignorum eamdem atteſtantium ineſſe Dei potentia noſceretur. Edita ſunt hæc quidem ſigna per magnum illum Danielem Stylitam, ſanctiſſimum anachoretam, de quo plura ſuperius dicta ſunt; quem omni conatu Acacius Conſtantinopolitanus Epiſcopus e columna ad columnam veritatis ſuffulciendam, collabentemque Eccleſiam roborandam, Conſtantinopolim accerſivit. Sed quomodo hæc cuncta ſe habuerint, ex ipſo fonte petamus, ex ipſius inquam Danielis Actis, in quibus res geſta quam fideliſſime narratur his verbis (a):

(a) *Act. Daniel. c.41. apud Sur. die 11. Decemb. to.6.*

XLVIII. *Sceptra quidem (ut dictum eſt) arripit Baſiliſcus: horribiliter autem ſtatim ſibilat adverſus Eccleſiam, & de carnis a Chriſto ſuſceptæ diſpenſatione nugatur quædam blaſphema & adulterina: Acacium autem, qui tunc ſedem tenebat Pontificalem, qui rectam quidem defendebat rationem, illius autem dogmatum tempeſtati ſpiritus fervore & dicendi libertate vehementer reſiſtebat, vult iniqua morte mulctare. Hoc cum multos quidem congregaſſet ex iis qui vitam agunt ſolitariam, & ex iis qui promiſcue vivunt & commuuntur, & grex concurriſſet univerſus, ſervavit paſtorem, qui ut periret, veniebat in periculum. Decretum fuit namque, magnum quoque Danielem vocare in præſidium: & viro miſit ſacerdos Imperatoris ſignificat rabiem.*

XLIX. *Acacius vocat S. Danielem in urbem* *Cum autem qui erat, ſapiens ad malefaciendum, hoc cognoviſſet Imperator; ipſe quoque Danieli ſignificavit, hunc ipſum ſacerdotem potius fuiſſe cauſam tumultus, addens: Hic facit civitatem adverſus me inſurgere, & multos corrumpit ac pervertit, & in me maledicta congerit & probra invehit, & adverſum me facit innumerabilia. Quocirca oportet te (ajebat) precibus tuis Imperatori potius opem ferre contra Epiſcopum.* At quid ad hæc Daniel? audi: *Non ſolum probro afficit eum* Imperatorem videlicet, *qui ſuſceptam a Deo humanitatem probro afficiebat; ſed etiam maximas minas in eum intendit, & prophetice ſic effatus eſt: Diſrumpet (inquit) diſrumpet Deus regnum tuum. Et alia adiecit, quæ cor ejus atque adeo poterant mordere & tangere, at nec ille quidem qui futurus erat miniſter verborum, auſus fuerit hæc ore renunciare Imperatori; ſed a magno Daniele petierit, ut litteris, iiſque obſignatis hæc ſignificarentur Imperatori. Et ſic ille quidem receſſit.*

L. *Miſſa legatio Epiſcoporum ad Danielem.* *Pontifex autem cum omnes fere eximios congregaſſet Epiſcopos, mittit ad magnum Danielem, eum adhortans, ut ſuum pro Chriſto daret auxilium, dicens illius eſſe ſolius lingua & veritatis adverſus adeo abſurdam depugnare blaſphemiam, & ſuſcipere bellum pro Eccleſia. Atque iſti quidem profecti hæc ſignificaverant. Quoniam vero Sancto erat valde difficile e columna deſcendere, & renuebat: quid rurſus machinatur Patriarcha volens eum ad id flectere? Rurſum mittit Epiſcopos, jubens eos ei apparere mœſtos, atque miſerabilibus & verbis & geſtibus; & profundere lacrymas, validiſſimum medicamentum ad perſuaſionem: & omni ratione conari eum flectere: Imitare (dicentes) primum magiſtrum & præceptorem. In iis enim quæ ſunt facienda pro Chriſto, pulchrum eſt Chriſtum imitari. Declinavit ille*

PAGIUS *hæc, apud Imperatorem (* nempe Zenonem*) poſſent, quæ religioni competerent, allegari? Nam ſi Baſiliſcus, ut dictum eſt, tyrannus & hæreticus Scriptis Apoſtolicæ Sedis vehementer infractus eſt, & a plurimis revocatus exceſſibus, quanto magis legitimus Imperator qui ſe Catholicum videri volebat, potuit cum Apoſtolica Sede cunctorum quoque Pontificum moderata ſuggeſtione moderari.* Paulo poſt Gelaſius ſubdit: *Sanctæ memoriæ Papa Simplicius, & poſt eum ſanctæ memoriæ Felix, non ſolum Baſiliſcum tyrannum; ſed etiam Imperatorem Zenonem, pro iiſdem ipſis exceſſibus auctoritate libera ſæpius increpaſſe noſcuntur.* Sæpius igitur ad Baſiliſcum Simplicius ſcripſit, ſed ex ejus literis ea ſola ſupereſt, quæ Zenonis nomen perperam præfert. Similes errores ſæpe a Librariis commiſſos eſſe, pluribus exemplis patet.

XIV. Librarius vel ſciolus aliquis *Simplicium* Papam ad tyrannum literas dediſſe abſurdum ſibi perſuadens, in Epigraphe literarum memoratarum loco, *Baſiliſco Auguſto Simplicius Epiſcopus*, appoſuit, *Zenoni Auguſto Simplicius Epiſcopus*. Quæ mihi jam diu certa ſtabat ſententia, cum in Tom. IV. Concil. Edit. Labbeanæ pag. 1070. in margine ejuſdem Epigraphes legi: *Baſiliſco habetur in C. Virdunenſi.* Quare maximopere gaviſus ſum, quod meam conjecturam Codex MS. firmaverit, eoſque ſatis non potui non laudare, qui variantes Antiquorum monumentorum lectiones, in novis eorum editionibus ſedulo notant. Hæc itaque difficultas a tot variis Doctiſſimis diſſimulata, quia inſuperabilis videbatur, nullum amplius negotium faceſſere poteſt. Baronius num. XVI. dicit in ſubſcriptione ejuſdem Epiſtolæ, in qua habetur *IV. Idus Januarias Baſiliſco Auguſto Conſule*, loco, *Auguſto*, legendum eſſe *Armato*, qui hoc anno Baſiliſci collega in Conſulatu fuit. Verum non in ea voce, ſed in menſe cubat error, & in tribus laudatis Epiſtolis, loco, *III. IV. & V. Idus Janu.* legendum, *Jun.* ut ſuſpi-

Quod Librariis attribuendum.

ille quoque e cælis & deſcendit, procurans ſalutem hominum. Quid ergo abſurdi fuerit, ſi tu quoque aliquantiſper e columna deſcenderis, & quæ venit in periculum ne pereat, ſervaveris Eccleſiam, pro qua ipſe proprio non pepercit ſanguini? Exiſtima tibi ipſam adſtare Eccleſiam, & vocem emittere, & extendere manus ad auxilium implorandam.

LI. *Cum his & aliis pluribus Epiſcopos inſtruxiſſet Patriarcha, & omnia exercuiſſet, ut aptiſſime ad movendam miſericordiam, & maxime miſerabiliter ad proponendam accederent petitionem: illis autem imperata facientibus, & inferne ſupplicum ritu cum lacrymis clamantibus; primum quidem ea quæ fiebant, ægre ferebat Sanctus & angebatur animo: deinde cum videret magis perſeverantes, & vehementius precantes, & cum miſerabili clamore calidas lacrymas emittentes; neſciebat quid ageret illa miſericors anima ad utraſque diſtracta cogitationes. Quando enim ad ſacerdotes & ad ſacerdotum intuebatur lacrymas, movebatur; quando autem ad columnam & eos qui ſunt in ea labores & optatiſſimam quietem, erat inflexibilis. Sic ergo inter ſe contendentibus cogitationibus, & in æquilibrio quodammodo poſitis; quærit momentum ſupernı judicii: & eo ſtante ad orationem, vox ſtatim e cælo extitit, quæ jubet ei ut deſcendat, & rurſus revertatur ad columnam. Sic eum cum gaudio excipientes Epiſcopi, deduxerunt ad Pontificem, qui dici non poteſt quanta rurſus fuerit plenus lætitia, & quanto cum honore exceperit.*

Daniel venit Conſtantinopolim.

LII. *Atque ſtatim quidem Chriſti miles vertit adverſarium, etſi ei in conſpectum non venerit, verbis autem ſolum tanquam aminus emiſſis jaculis uſus ſit, ſicut etiam per eam quam ante miſerat epiſtolam, novum appellans Diocletianum: & cum per utraque eum terruiſſet, nempe & præſentis ſæculi & futuri ſupplicia, tanquam*

improbum mancipium perſuaſit ut fugeret. Minarum enim timore affectus cum reſpondiſſet: Ecce tibi concedo civitatem & omnes qui ſunt in ea; ipſe prætexta exercitationis proceſſit extra terminos civitatis. Sed nec ſic quidem eum dimiſit vir fortiſſimus, ſed fugientem tamquam qui clypeum abjeciſſet, perſequebatur militem, & contendebat eum apprehendere, ut argueret, & cum eo ſingulari certamine decertaret. Ivit ergo viam quæ illac ferebat. Vide autem mihi zelum athletæ. Nam cum ei pedes laboraſſent exercitatione, & non poſſent ingredi, commodato accepit alios pedes, & ducebatur portatus ab aliis. Fuit ne vero iter ejus inane & abſque miraculis? nequaquam. Et libentiſſime quidem omnium meminiſſem: ſed cum tria prohibeant, nempe & prolixitas narrationis, dicendi facultatis imbecillitas, & ne ſi velim omnia dicere, cum vos ſatiavero, ſitis ſocordiores in iis quæ ſunt præcipua; multis prætermiſſis, paucorum meminero.

Baſiliſcus recedit ab urbe.

Quidam leproſus ad eum in via accedens, emiſit vocem, quam olim etiam ad Chriſtum, niſi quod ille quidem Filium, (a) hic autem ſervum Dei vocabat, & rogabat, ut ab eo aſſequeretur curatione. Ille vero: Quid tibi vis, inquit, quod eo relicto qui poteſt hæc curare, acceſſiſti ad hominem, qui eſt ſimilibus obnoxius affectionibus, ea poſtulans quæ ejus vires ſuperant? Verum enimvero, ſi quidem credis non illum ſolum, ſed etiam ejus miniſtros poſſe hæc curare; erit tibi per me quoque, ut credidiſti, ſanatio. Cum autem ille hæc confitebatur, & adhuc magis rogabat ut ſanaretur; miſericordia ſimul & admiratio magnum ſubiit Danielem: miſericordia quidem propter morbum admiratio autem propter fervorem fidei: & converſus ſignificat iis qui ſequebantur, & ut manus tollant in cælum, & Deum placent lacrymis. Deinde cum illius juſſa in mari corpus laviſſet, & fu- LIII.

(a) Matt. 8.

Leproſus curatur.

PAGIUS ſpicabatur Bollandus citatus: tres enim illæ Epiſtolæ hoc anno ſimul Conſtantinopolim miſſæ, poſt menſem Januarium, quo *Baſiliſcus* nondum tyrannidem arripuerat. Porro minus mirum mihi accidit, quod Librarius religione tentatus *Baſiliſci* in Zenonis nomen commutaris; cum Baronius, quem fugere non poterat, tam Pontifices Romanos; quam Præſules Catholicos tyrannis regnantibus nomen *Auguſti* dediſſe, Auguſti in Armati nomen commutandum eſſe, putarit.

XV. Celebrata Baſiliſco imperante Synodus *Epheſi*, in qua *Paulus* in Archiepiſcopalem Sedem Epheſinam reſtitutus eſt, ut tradit Evagrius lib. 3. cap. 5. qui cap. ſeq. poſtea ſcribit: *Idem Zacharias ait: Timotheum Conſtantinopoli digreſſum in Epheſiorum urbem veniſſe, atque illic Paulum in Archiepiſcopali ſede collocaſſe. Qui cum jam prius ab Epiſcopis illius Provinciæ juxta antiquorum conſuetudinem ordinatus fuiſſet,*

Ælurus Paulum in Epiſcopatum Epheſiorum reſtituit.

Sede ſua exciderat. Reddidit etiam Timotheus Epheſinæ Eccleſiæ jus Patriarchicum, quod illi ademptum fuerat a Chalcedonenſi Synodo. Illinc profectus Alexandriam venit. Veriſſimum, eſt, inquit Valeſius in Notis ad eum Evagrii locum, quod ait Zacharias Rhetor vetuſtiorem ſc. conſuetudinem fuiſſe, ut Epiſcopus Epheſi ab Epiſcopis ſuæ Provinciæ ordinaretur. Jus autem Patriarchicum appellat Zacharias ejus Primatum, ſeu jus ordinandi Metropolitanos. In hoc enim proprie conſiſtit jus Patriarchicum. Quod autem addit Zacharias, hoc jus ademptum fuiſſe Sedi Epheſinæ, intelligit Actionem XVI. Synodi Chalcedonenſis, in qua decretum, ut Conſtantinopolitanus Epiſcopus Metropolitas in Aſiana diœceſi ordinaret. Præfatus *Paulus*, ut videtur, poſt Stephanum in Synodo Chalcedonenſi depoſitum, Epiſcopus Epheſiorum ordinatus fuerat: ſed propter tumultus, qui in *Stephani* depoſitione contigere, fa-

fuiſſet mundatus (non procul enim aberat) oſtenſus eſt totus ſanus iis qui aderant. Qui cum aſpexiſſent id quod factum fuerat, & nudum accepiſſent eum qui fuerat curatus, quid non faciebant? quid non dicebant? quo non animi motu afficiebantur? Admirabantur, clamabant, glorificabant, obſtupeſcebant. Movebat quidem fides eis linguam ad gratiarum actionem; verba autem ſuſtinebat admiratio, & efficiebat ut præ ſtupore obmuteſcerent. Quin etiam diceretur, neſciebant quidnam dicturi eſſent illius, ut fidem, an illius gratiam & Dei potentiam. Oculi autem omnium in illum ſolum erant converſi, voxque una erat, & narratio; leproſus, & illius mundatio.

LIV. *Ut ergo eſſent plures teſtes hujus rei admirabilis, veniunt ad maximum Dei templum, & virum illum in ſuggeſtu ſtatuunt, facientes ſicut Zachæus (a): nam ille quoque perſuaſit fides ut aſcenderet ſycomorum; & hic rurſum, ut in alta ſtatuerent eum qui curatus fuerat, perſuaſit ſimilis fervor ſpiritus.* Talem quidem oſtentare curatum nihil aliud ferme fuit, quam adverſus Eutychianos, quibus conferta civitas erat, exaltare de proſtrata perfidia trophæa victoriæ: dum Deum pro ipſis ſtare, cujus virtute per Orthodoxum virum miraculum illud fuerat perpetratum evidentiſſime declarabatur. Sed addita ſunt his alia majora, quibus hæretici magis magiſque convincerentur. *Quis* (ſubdit auctor) *quæ propter magnum Danielem fiebant, narraverit? Confluit ad eum univerſa fere civitas; ægrotantes quidem deſiderio ſanationis, prope habentes exemplar, leproſum qui fuerat curatus; ſani autem, ut viderent eos qui curabantur, & ſpectaculo miraculorum minime privarentur. Quæ vero eorum, qui accedebant, fidem ſequebantur miracula, ſunt majora quam ut verbis exprimi poſſint, & auribus percipi.*

(a) Luc. 19.

Oſtentatur leproſus curatus.

Cum autem ſic ſplendide comitatus magnus ille Daniel ad locum in quo erat Imperator, pervenit prope Palatia Septimi: vir quidam Gothus genere, deſuper proſpiciens per feneſtram, cum Sanctum vidiſſet ſic deduci & portari; ejus irridet mollitiem, & ironice alloquitur: Ecce (inquit) novus Conſul. Hæc dixit, & ſtatim accepit fructum ſuarum nugarum. Illinc enim deturbatus, humi jacebat mortuus. Vident quod factum fuerat ſatellites: & dolore ſimul & ira repleti, & alioqui timore correpti, ne vel alius ex ſuis, vel ipſe Imperator ſimile quid adverſus magnum illum locutus in eadem incideret; non ſinebant Sanctum ingredi Regiam. Cum vero iis qui cum eo erant conantibus ingredi alioqui magna erat perturbatio, tunc cum evangelice (b) pedum ſuorum excutere pulverem, eos qui cum ipſo erant, hortatus eſſet Sanctus, & ipſe hoc feciſſet, reverſus eſt: ſed neque tunc vacuus. Multi enim milites, cum eum parum ſolum vidiſſent, & mores & habitum obſtupuiſſent Evangelicum, eum ſtatim ſunt ſecuti. Et ſic quidem vadit Byzantium homo Dei. LV. Daniel venit ad Septimum, (b) Matt. 10.

Imperator autem viri reveritus virtutem, & veritus ne quid ei grave accideret propter illius contemptum, miſit ad eum quamprimum, & rogat, ut revertatur. Ille vero non modo flexus, ſed etiam magis irritatus, cum dixiſſet, quod qui cæleſtem Regem conatur exacerbare, ipſe multo magis malorum theſaurum ſibi recondit: & deinde adjeciſſet etiam fore, ut hic brevi excedat ab Imperio, & eas, quæ illic ſunt, minas non effugiat: hæc cum dixiſſet, & ſi quis in tunica remanſerat pulvis eum excuſſiſſet; proceſſit fidenti animo. Cum hæc annunciarentur Imperatori, ſimul etiam & ſua ſponte cecidit turris Palatii, perinde ac ſi per res inanimes arrogantem & inſolentem hominem Deus vellet erudire. LVI. Daniel recuſat redire ad Imp.

Quæ-

PAGIUS factum, ut in Codice Encyclio nullæ Metropolis Epheſinorum literæ Chalcedonenſem Synodum approbantes legantur.

XVI. Quia vero Baronius leviter admodum ac perfunctorie de hoc Concilio Epheſino locutus eſt, obſervans tantum ab Eutychianis celebratum fuiſſe, ſed non quam ob cauſam, aut quid in eo geſtum fuerit, commemorans, Valeſius citatus quæ ab illo prætermiſſa ſunt, hoc modo ſupplevit. Poſt editas a *Baſiliſco* Imp. Encyclicas literas adverſus Concilium Chalcedonenſe, *Acacius* Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſolus ex Patriarchis, qui Orientali Imperio ſubjacebant, his literis ſubſcribere recuſavit, nec Chalcedonenſe Concilium ex Eccleſiaſticis tabulis expungere unquam ſuſtinuit. Sed & Monachi Conſtantinopolitani *Baſiliſco* fortiter reſtiterunt. Denique plebs Conſtantinopolitana graviſſime tumultuari cœpit, Urbis ac Palatii incendium minitans, ſi Imperator vim inferre Acacio

Cauſa cur Synodus Epheſina coacta fuerit.

& Catholicis perſeveraret. Quare territus Baſiliſcus ex Urbe Regia aufugit; & Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ jura ſua ac privilegia ademit, & Senatoribus interdixit, ne *Acacium* alloquerentur. Poſtea vero cum *Zenonem* ex Iſauria redire didiciſſet, metu perculſus, una cum uxore & liberis in Eccleſiam venit, ſeque *Acacio* & Clero Urbis Regiæ excuſans, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ jura ſua reſtituit, & Antencyclicas literas promulgavit, ut Theodorus Lector lib. 1. rem ſe habuiſſe narrat, & ex parte Theophanes, cujus verba ſupra recitavimus.

Quam egregie ſeſe *Acacius* geſſerit, inſinuat Ennodius in Dictione VI. in qua inquit; *Fluxa Eccleſiaſticorum corda, aut turbant quæ in præſenti vita ſunt, aut delectant: quibus Acacius, qui diro diaboli in ſententia ſua motus imperio erubuit diu propugnatorem ſe fuiſſe veritatis, & clari deſerens ornamenta certaminis, triumphum ſuum, quem ſub Baſiliſco pio ſudore meru-* XVII. *Eam improbat Acacius Epiſc. Conſtantinop.*

LVII. Dæmoniaci liberati. *Quanam autem ab accedente Sancto facta ſunt miracula (quomodo enim ex urbe cum eis eſt egreſſus, ita etiam ingredientem ipſa rurſus ſequebantur, quodammodo ipſa, ut ita dicam, Dei virtute famulum deducente) cum ex his pauca, eaque propter ſatietatem veluti curſim adduxero, tranſibo ad ea quæ ſuperſunt. Duo quidem ab ipſo adoleſcentes primum ſanantur, qui vexabantur a dæmonibus. Deinde mulier quædam alia, fide Chananæa, quæ habebat filiam, & veluti æſtuantis animi teſtes lacrymas profundebat ex oculis, & per eas quærebat curationem, ſanam quidem accepit filiam: lætitiam autem referens pro mærore, domum redit. Deinde cum Sanctus per mediam procederet civitatem, Patricius quidam ex Senatu, qui ipſe quoque Zachæum*

(a) Luc. 19. *(a) eſt imitatus, cum eum ferventi fide domo ſua excepiſſet, Zachæo quoque ſimilem conſecutus eſt benedictionem.*

LVIII. Prodigium de ſerpente. *Poſtquam autem in ipſo fuit maximo templo, & ſimul verſatus fuit cum Patriarcha, qui ipſum cum magno ſimul lætitia accepit & honore; hic quoque alia quidem nova, ſibi vero ſolita fecit miracula. Serpens qui alicunde proreпſerat, & ſe magni Danielis pedibus per ſpiras involuerat, erat terribile ſpectaculum: & cum ad eum defendendum qui aderant accurriſſent, illos quidem inſimulabat timiditatis. Ipſe autem ſerpenti audacter & fidenter minatus, cum ei tamquam miniſtro magna imperaſſet auctoritate: Vade inquit, & tuas latebras repete & ſpecus ſubterraneos: Ille vero, perinde ac qui non poſſet contradicere, ſtatim repit ad parietem, & in conſpectu omnium diſrumpitur.* At quid hoc adeo inexpectatum prodigium in loco ſerpentibus haud facile ob frequentiam habitantium acceſſibili, niſi quod Deus voluit hiſce veluti ſymbolicis ſignis demonſtrare de veternoſo illo ſerpente humani generis deceptore eſſe obtentam victoriam? Sed quæ hæc ſecuta ſunt, accipe.

LIX. Rais clariſſima femina Danielem adit & colit. *Hæc* (ſubdit auctor) *cum de magno Daniele didiciſſet mulier Rais, fide quidem ferventiſſima & maxime pia, gloria autem valde inſignis, prompto & alacri animo ad eum accurrens, & ſimiliter atque illa meretrix illius pedes rigans lacrymis; precibus ab eo contendit, ut ſibi naſceretur filius. Cum autem hunc dejecta vidiſſet ejus pedis ſoleam exercitatione a tendine diſciſſam: ſtupens tolerantiam, & emittens voces Chananææ ſimiles dans ei funiculum, rogat ut eum circa ejus pedem involveret, & ei rurſum reddat: Hæc eſt, inquiens, ſumma meæ petitionis. Ille vero primum quidem non ſuſtinebat: deinde motus etiam illius lacrymis, & præterea Epiſcopi & cæterorum verbis flexus, non ſolum illum cum funem circumvolviſſet, ei reddidit; ſed etiam ſignificavit fore ut ipſa pareret filium, & prædixit nomen filii: Zenonem, dicens, o mulier, vocabis filium. Et ſic quidem Sanctus. Ego autem nihil dicam amplius: clarum eſt enim ita eveniſſe: nihil enim excidebat ex iis quæ ab illo prædicebantur.*

LX. Baſiliſcus procumbit ad pedes Danielis. *Propterea Sanctum quoque timens Imperator, & ei omnino repugnare declinans, eum aggreditur arte & blanditiis: & cum ipſe ſæpe eum & per multos ut ad ipſum veniret, precatus, non perſuadebat; ipſe ad eum venit, & ritu ſupplici adorat, & illius pedes prehenſat, rogans ut ſibi detur venia. Ille autem (quis enim ad ea videnda erat ipſo perſpicacior?) illum quidem tunc multis probris inſequitur: deinde etiam aperit id quod multos latebat: Humilitas illa dicens, & contritio eſt artificioſa ſimulatio, denſa pelle contegens importunitatem ejus & immanitatem: ſed cito videbitis, qui omnia perſpicit, Dei oculum & validam manum, qua etiam potenter dejecit. Atque cum ſic quidem Sanctus tam multa feciſſet miracula, Deique vertiſſet & profligaſſet hoſtem, & res Eccleſiæ bene conſtituiſſet, quinetiam futura prædixiſſet; revertitur ad columnam, & cer-*

PAGIUS *vaverat, debellavit: qui ſolis præmiis ſuis pene tempore adeptionis invidet ſpem bonorum fructuum perfidia falce ſuccidens*, ut ſuo loco dicetur. Ad hæc Sanctus Daniel Stylita; ut videre eſt in ejus Vita ad diem XI. Decemb. cap. 41. inquit: *Sceptra quidem arripit Baſiliſcus; horribiliter vero ſtatim ſibilat adverſus Dei Eccleſiam, & de carnis a Chriſto ſuſceptæ diſpenſatione nugatur quædam blaſphema & adulterina. Acacium autem qui tunc Sedem tenebat Pontificalem, qui rectam quidem defendebat rationem: illius autem dogmatum tempeſtati, ſpiritus fervore, & dicendi libertate vehementer reſiſtebat, vult iniqua morte mulctare.* Quibus etiam ex verbis, ſicuti & ex ope quam Zeno a Sancto Daniele quæſivit, ut videre eſt apud Baronium num. XXIV. liquet, Cardinalem Doctiſſimum num. VIII. perperam ſcribere *Zenonem* clanculum faviſſe ſceleſtiſſimo *Timotheo Æ-*

luro; cum Auctor Vitæ S. Danielis teſtetur, *Baſiliſcum* fuiſſe, qui blaſphema & adulterina nugatus eſt, & *Danielem* non ſolum perfidiam *Zenoni* non exprobraſſe; ſed etiam ad malorum ſolatium finem ei tyrannidis prædixiſſe.

XVIII. *Acta in Synodo Epheſina.* Eutychiani itaque cum viderent *Acacium* pro confirmatione Chalcedonenſis Synodi tam acriter decertare, nec Monaſteria ſolum; verum etiam plebem Urbis Regiæ, alioſque paſſim Sacerdotes ab eo adverſus *Baſiliſcum* concitari, Epiſcoporum partis ſuæ Concilium in Urbe Epheſo congregarunt; in quo tum *Acacium*, & alios quoſdam Epiſcopos idem cum illo ſentientes damnarunt, ac depoſuerunt: tum *Baſiliſcum* Imperatorem rogarunt, ut in priſtina ſententia maneret, nec contrariam Encyclicis ſuis conſtitutionem promulgaret. In eadem Synodo *Paulus* Epheſiorum Epiſcopus ordinatus eſt, & jus Patriarchicum Epheſinæ Sedi reſtitutum, ut ſupra

& certamina ac labores magnos ac forti animo ſuſcipit. At de Daniele hactenus. Meminit earumdem rerum geſtarum Ni-
(a) Niceph. l. 16. c. 6. cephorus, qui & iſta addit (*a*): *Baſiliſcus motum plebis urbanæ veritus, in ædes Imperiales extemplo reverſus eſt, & Senatus indixit, ne moleſtiam Acacio exhiberet, quod multitudo ad incendendam urbem parata eſſet*.

LXI. Eadem de Daniele & Acacio habet
(b) Theod. Collect. l. 1. De Olympio Monacho. Theodorus Lector (*b*), qui addit præterea, Olympium monachum magna libertate invectum eſſe in Baſiliſcum Imperatorem. Injectum quidem fuiſſe ignem in urbem in invidiam Baſiliſci conſtat: de quo incendio iſta habet Cedrenus: *Hoc Imperatore creato, incendium florentiſſimam urbis partem abſumpſit. Ortum enim e mediis Chalcopratiis, cum utramque porticam, tum contigua omnia & baſilicam devoravit, in qua fuit bibliotheca librorum millia centena vicena continens. Inter quos libros fuit etiam draconis inteſtinum pedes centum viginti longum, cui Homeri poemata Ilias & Odiſſea aureis litteris fuerant inſcripta cum hiſtoria rerum ab heroibus geſtarum. Perdidit etiam mediæ in Palatii domus utramque porticum, & in Lauſo pulcherrima donaria: ibi enim multa antiquorum ſimulacrorum erant poſita, ut ſtatua illa nobilis Gnidiæ Veneris, itemque Samiæ Junonis, & ex alia materia Lydiæ Minervæ, quam Amaſis Ægyptiorum Rex ſapienti Cleobulo miſerat, aliaque infinita*, excuſſit ſcilicet. *Excurrit ignis etiam uſque ad forum Conſtantini Magni. Ea propter in odio univerſorum fuit Baſiliſcus, incendiumque & everſio urbis cognominatus: nam alludebant ad ſerpentis nomen atque naturam. Scribit igitur ad Zenonem Senatus, &c.* Sed hæc poſtea.

LXII. Quomodo autem inter hæc Acacius non contentus ipſe non laceſſiri, ſed conſulens omnibus Eccleſiis Orientis extorſit ab eodem Imperatore abrogationem ſancitæ legis adverſus Chalcedonenſe Concilium,
(c) Evag. l. 3. c. 7. ita narrat Evagrius (*c*): *Eſt porro apud eumdem ſcriptorem, nempe Zachariam,*
Acacius agit ut Baſiliſcus Auguſt. revocet datum reſcriptum. *Acacium Antiſtitem Conſtantinopolitanum his de rebus circuiſſe, monachoſque & populum Conſtantinopolitanum contra Baſiliſcum utpote hæreticum concitaſſe: illumque abrogaſſe litteras generatim ſcriptas ad omnes, atque adeo decreviſſe, ut ea quæ tam temere & quaſi repentino impetu facta fuiſſent, penitus abrogarentur: effeciſſeque ut contrariæ litteræ ab eodem Imperatore, quæ Concilium Chalcedonenſe approbabant paſſim ad omnes mitterentur*. Cæterum acta hæc eſſe ab Acacio vigore litterarum Simplicii Romani Pontificis, epiſtola Gelaſii Papæ ad Dardanos Epiſcopos manifeſtat, in qua hæc leguntur (*d*): (d) Epiſt. 13. tom. 1. epiſt. Rom. Pont.
Baſiliſcus (ut dictum eſt) tyrannus & hæreticus ſcriptis Apoſtolicæ ſedis vehementer infractus eſt, & a plurimis revocatus exceſſibus. Hæc ibi. Subdit Evagrius: *Has autem litteras, quas ait contrarias alteris fuiſſe, Zacharias, qui quamdam animi ſui affectionem ſecutus, totam illam conſcripſit hiſtoriam, miſſas fecit, quæ quidem litteræ ita ſe habent:*

Contrariæ litteræ Imperatoris Baſiliſci.

Imperatores ac Cæſares Baſiliſcus & Marcus. Apoſtolicam & Orthodoxam fidem LXIII. Edictum Baſiliſci pro fide Catholica
ab initio in Eccleſiis conſervatam & ad noſtrum uſque continuatam Imperium, & nobis jam regnantibus cuſtoditam & in perpetuum cuſtodiendam, in qua baptizati ſumus, & credimus ſolam integram firmamque retinendam, retentamque in omnibus Catholicis & Apoſtolicis Orthodoxorum Eccleſiis perpetuo continuandam decernimus, nullamque præterea quærendam eſſe. Quam ob cauſam litteras nobis imperantibus ſeu generatim ad omnes ſcriptas, ſeu alias, vel ſi quid præterea fides & Eccleſiaſticæ conſtitutionis gratia a nobis editum ſit, mandamus irrita fieri abrogarique, atque tum Neſtorio & Eutycheti, tum omnibus qui ſunt ejuſdem cum illis opinionis, tum omni denique hæreſi anathema denunciari, & nec concilium cogi, nec inquiſitionem fieri de fide: ſed ea quæ de ea decreta ſunt, rata ſtabilitaque manere.

Quinetiam provincias, quarum Epiſcoporum creatio penes ſedem hujus regiæ & LXIV.
illuſtris civitatis eſt, reverendiſſimo & ſanctiſſimo Patriarchæ & Epiſcopo Acacio reſtitui: atque Epiſcopos, qui illis etiam præſunt provinciis, proprias nihilominus ſedes tenere; ſic ut poſt iſtorum mortem nullum præjudicium contra ordinationis jus, quod ad ſanctam ſedem hujus regiæ & eximiæ urbis pertinet, ex ea re fiat. Denique quod hoc divinum noſtrum decretum vim habeat divini edicti, nemini dubium & obſcurum eſſe volumus. Hactenus nova ſanctio priorem abrogans. De ejuſmodi autem edicto Theodorus Lector his verbis meminit, addens novam hanc cauſam

PAGIUS pra oſtendimus. Eam anno ſequenti celebratam, ex eo colligit Valeſius, quod habita fuerit paulo antequam *Baſiliſcus* literas ſuas Antencyclicas promulgaret. Eas autem anno ſequenti publicavit, cum Zenonem ex Iſauria reverti didiciſſet, ut ſupra ex Theodoro Lectore retulimus. Certe hoc innuunt Epiſcopi Aſiani in Epiſtola ad Baſiliſcum: *Nihil igitur contrarium divinis Encyclicis veſtris proponi jubentis*. Huic Concilio præfuiſſe videtur *Timotheus Ælurus*, quia veriſimile non eſt, *Acacium* ab alio depoſitum fuiſſe, quam ab Alexandrino Epiſcopo, qui æqualem ab Acacio dignitatem Patriarchæ obtinebat. Præterquamquod *Ælurus* Paulum in Sede Epheſina collocavit, ut teſtatur Evagrius. Hæc ad illuſtrationem eorum quæ Baronius a num. XXX. ad LXVII. ſcribit. Ad

ſam ejus ſanctionis adendæ: *Baſiliſcus* (inquit) *cognito Zenonis motu, quem Iſauria concitaverat, Zenonidem conjugem ſuam ſumit, & Acacia ſe & clero & monachis in eccleſia purgat, ſedique illi jura ſua reſtituit, & alio edicto priora abrogat.*

LXV. Intelligis atque ſatis perſpicua intueris, lector, quantam in Principibus jus regnandi pariat inconſtantiam. Qui enim jam a temporibus Leonis imperatoris Eutychianam ex animo ſectatus eſt hæreſim, & factus Imperator eamdem publica ſanctione munivit ac promulgavit: paulo poſt cum ob eam cauſam adverſari ſibi expertus eſt Senatum & populum, & ſuper omnes Conſtantinopolitanum Epiſcopum, Zenonemque audivit a latebris emerſum conflaſſe exercitum in Iſauria: ut imminentem ſibi ruinam vitare poſſet, mox inſtar Protei mutat formam, apparenſque ex improviſo Catholicus, ut Saul inter Prophetas, pro recta fide promulgat edicta, & promulgatas adverſus Catholicam fidem leges antiquat atque penitus delet, ſeque ut Samueli Saul duplex animo, arbitrio tradit Epiſcopi. Ita plane varſipellis hæreticus, quæſtum pietatem putans, veluti quadam nundinatione, ſimulata religione redimere conatus eſt firmitatem vacillantis Imperii: bis impius, dum abutitur ad lenocinium pietate; ter quaterque ſacrilegus, dum ſacri cultus pretio mercari conatur regnum.

LXVI. Cæterum quod ad ſanctionem pro fide Catholica poſtremo editam pertinet: ſicut priorem illam impiam a Timotheo invaſore ſedis Alexandrinæ, impugnatore Concilii Chalcedonenſis ſcriptam fuiſſe diximus; ita hanc ab Acacio dictatam & Imperatori ſubſcribendam oblatam, ea iis quæ dicta ſunt, facile intelligere poſſumus. Cognoſcis etiam, ſi attendis, in ea eſſe poſita quæ a Simplicio Papa ad Acacium ſcribente adeo fuerant inculcata; nimirum nullatenus permittendum, ut in cauſa fidei iterum œcumenicum Concilium cogeretur. At quod ad finem ejus per Acacium additum eſt, ut per Baſiliſci ejuſmodi ſanctionem revocaretur quod per Leonem Rom. Pontificem tempore Concilii Chalcedonenſis fuerat abrogatum præſumptum privilegium ejus Eccleſiæ, ut ſub aliis metropolitanis Eccleſiis poſitos ordinaret Epiſcopos: res plane indigna fuit Acacio, ut a tyranno atque hæretico & ſæculari poteſtate privilegia quæreret ſtabiliri, quæ neque in magno Conſeſſu Patrum ſtatuta vim valuerant ſub Anatolio obtinere: ex qua

Acacius a tyranno jura Eccleſiæ obtinet.

quidem adipiſcendi primatum prurigine maximas ſibi ac poſteris Acacius ſtruxit diſſenſiones, de quibus ſuo loco dicendum. At hæc de Baſiliſci & Acacii rebus geſtis hoc anno cœpta in ſequentem etiam propagata fuiſſe, dicere jure poſſumus: ſed nonniſi reſtitutione Zenonis ſequens annus a præſenti certis notis diſtingui poſſe conceditur. Agemus igitur de ea ſuo loco.

Hoc eodem tempore, cum Baſiliſcus regnaret, & cum eo impietas vexillum erexiſſet, fideſque Catholica eſſet undique peſſumdata, Gelaſius quidam Cyziceni verſatus, adverſus Eutychianos hæreticos, qui impugnantes Chalcedonenſe Concilium, profeſſores ſe eſſe Magni Nicæni Concilii vane gloriarentur, edidit quæ reperit a Dalmatio Cyzici Epiſcopo conſcripta Acta Nicæni Concilii: de cujus lucubratione Photius hæc habet in Bibliotheca: *Acta Primæ Synodi*, nempe Nicænæ, *tribus tomis, auctore Gelaſio. Quæ quidem non vere Acta ipſa, ſed de rebus geſtis in Synodo hiſtoria: humili namque ſermone, ſed diligenti tractat ea quæ in Synodo contigerunt*. Hæc Photius. Extat ipſum quidem opus Græce ſcriptum in Vaticana bibliotheca, Latinitate donatum ab Alphonſo Piſano Societatis JESU profeſſore viro doctiſſimo, ſed abſque Gelaſii auctoris titulo, quem ea Photio oportuit petiiſſe. Porro inter alia idem auctor, cum præfatur, hæc habet: *Poſt aliquot autem annos cum per voluntatem Dei huc perveniſſem, in provinciam dico Bithynorum, & commotio & inquiſitio magna fieret poſt impii Baſiliſci tyrannidem adverſus Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam Dei, & fidem Apoſtolicam, in ea conſtitutam; ſuccedente potiſſimum, atque Imperatoris aulam commovente factione illorum qui hæretica Eutychetis conſentiebant, ut fidem Patrum*, *Nicænam inquam*, exploſo Chalcedonenſi Concilio, *teneremus; illi quidem a nobis confutati ſunt, quippe qui ejus fidei hoſtes erant: neque enim ſciebant quid dicerent, aut de quibus affirmarent. Proferente enim me quæ in illa ſancta Orthodoxorum Dei corona in Spiritu ſancto a Domino per eos fuerant explicata reſiliebant a nobis pejorem Ariana blaſphemiam lingua ſua proferentes, &c.* Hæc Gelaſius adverſus Eutychianos ſtrenuus pro fide Catholica propugnator, de quo rurſus inferius dicendum erit. LXVII.

Cum his flagraret incendiis Oriens, Judæorum præcipui Rabbi Aſſe & Rabbi Hammai conſarcinarunt Thalmud Babyloni. LXVIII.

PAGIUS XIX.

Ad num. LXVIII. *Thalmud* Babylonicum longe poſt hunc annum a Judæis promulgatum fuit. *Thalmud* liber eſt doctrinalis Judæorum complectens, ut ipſi inquiunt omnem eorum humanam & divinam ſcientiam congeſtus a quibuſdam Rabinis, ex multorum ſententiis, ut eſſet Judæis religionis & morum norma. Sub legis Oralis, & Traditionum titulo paſſim circum.

Thalmud Babylonicum ſæculo ſeq. publicatum.

lonicum blaſphemiis ſcatens. Tertia hæc fuit collectio: nam prima habita eſt a Juda Simeonis filio, anno centeſimo & quinquageſimo ab ultima clade Hieroſolymorum: ſecunda vero a Rabbi Joannam, anno trecenteſimo ab eadem clade. Sed de his, pluribus Sixtus (*a*). Jam vero convertamus oculos in Occidentem.

(*a*) *Sixt. l. 2.*

LXIX. Genſerici obitus. Hoc anno Genſericus Rex Wandalorum in Africa vita functus eſt, cum regnaſſet (ſecundum ſententiam Victoris *b*) annos trigintaſeptem, licet Procopius (*c*) trigintanovem Genſerici regno tribuat: ſed Victorem res ſui temporis ſcribentem præſtat audire. Porro ejuſmodi numerum annorum regni Genſerici ducere eum a tempore captæ Carthaginis, non autem ex quo Wandali in Africam ingreſſi ſunt, ſatis poteſt intelligi, dum ſuperius numerat quindecim annos ejuſdem regni tempore quo Romanam cepit urbem, quem neceſſe eſt numerum cœpiſſe ab anno quadringenteſimo quadrageſimo, qui primus numeratur poſt captam Carthaginem: nam ipſam urbem Romam liquet a Genſerico captam (ut dictum eſt) anno Domini quadringenteſimo quinquageſimoquinto. Prædicatur hic Regum omnium feliciſſimus: Etenim nulli plane umquam id datum eſt, duarum totius Orbis potentiſſimarum urbium expugnatorem fuiſſe, Carthaginis atque Romæ, potiumque manubiis, de eis erexiſſe trophæa. Ut ex his, quanti Deus faciat mundi regna, atque præſentis vitæ gloriam, quibus locupletavit crudeliſſimum barbarum, eumdemque perfidum Arianum, ipſi Deo ſemper infenſum, ſanguine martyrum cruentatum, intelligi poſſit.

(*b*) *Victor de perſ. Vvandal. lib. 1.*
(*c*) *Procop. de bello Vvandal. lib. 1.*

LXX. Hunericus ſucceſſor Genſerici qualis. *Mortuo igitur Genſerico* (inquit Victor *d*) *Hunericus major filius patri ſuccedit. Qui primordio regni (ut habet ſubtilitas barbarorum) cœpit mitius & moderatius agere, & maxime circa religionem noſtram; ut etiam ubi antea ſub Genſerico Rege præjudicatum fuerat, ne ſpirituales fierent conventus, conventicula concurrerent populorum. Et ut ſe religioſum oſtenderet, ſtatuit ſolicitius requirendos hæreticos Manichæos, ex quibus multos incendit, plurimos autem diſtraxit navibus tranſmarinis: quos pene omnes Manichæos ſuæ religionis invenit, & præcipue presbyteros & diaconos Arianæ hæreſeos. Unde magis erubeſcens, amplius in illos exarſit. De quibus repertus eſt unus nomine Clementianus monachus illorum, ſcriptum habens in femore, Manichæus diſcipulus Chriſti Jeſu. Propter quod magis laudabilior memoratus Rex videbatur, in uno diſplicens, quia cupiditati inſatiabili vehementius inhiabat, & provincias regni ſui variis calumniis atque indictionibus onerabat; ut de illo præcipue diceretur, Rex egens magnus eſt calumniator.* Hæc de primordiis Hunerici Victor: reliqua autem de eo ſuis locis dicenda erunt.

(*d*) *Victor. de perſ. Vvandal. lib. 2.*

Se-

PAGIUS cumferebatur, aut in Schedalis aut chartis; ſed quidam Rabinus *Jehuda* de lege Orali conſervanda ſollicitus ex iis librum compilavit quem *Miſchnaioth* vocavit; iſque omnium Judæorum calculo circa annum Chriſti CCXIX. approbatus publicam accepit auctoritatem. Tum anno Chriſti CCXXX. R. *Jochanan Thalmud* Hieroſolymitanum compilavit, cum *Miſchna* aliquid deeſſe videretur; Sed cum & *Miſchna* conciſæ eſſent, & *Thalmud* Hieroſolymitanum, utpote obſcurum, paucorum manibus tereretur, R. *Juda* nomine *Raf* novas quaſdam collegit Schedolas, eaſque certa ratione digeſſit. Poſtmodum *Raf Aſſe* anno Chriſti CCCLXVII. ut legitur in Kalendario Judaico; ac dein circa annum CDXXVII. *Maremar*, ejuſque collega *Mar* collegerunt rurſos omnium Doctorum chartas, qui ab exceſſu R. *Juda* aliquid in Miſchnam conſignaverant, & omnia tandem ſub nomine *Gemara* quaſi *perfecti & abſoluti Operis* ediderunt. Atque ſic anno quingenteſimo ſexto Eræ Chriſtianæ, ut docet Kalendarium Judaicum, & *Miſchna & Gemara* unum opus confectum, & *Thalmud Babylonicum* appellatum eſt. Integrum Babylonicum Thalmud primo Venetiis anno MDXX. dein Baſileæ anno MDLXXXI. editum. Sed ex illa editione juſſu Patrum Tridentini Concilii reſecata ſunt ea quæ in Chriſtum blaſphema videbantur, quæ poſtea in editione Cracovienſi anno MDCVI. a Judæis adornata, reſtituta, fuere. Recentior eſt editio Amſterodamenſis, quæ prodiit anno Chriſti MDCXLV. ad Venetam conformata.

XX. Moritur Genſericus Vvandalorum Rex. Ad num. LXIX. & ſeq. *Genſericus* Vandalorum Rex potentiſſimus anno tantum ſequenti vivere deſiit. Victor enim Vitenſis in fine lib. 1. de perſecutione Africanæ teſtatur, eum poſt occupatam Carthaginem, vixiſſe *annos XXXVII. menſes III.* Auctor vero Fragmenti Auguſtani, qui extat in Appendice Chronici Proſperi MS. ſex dies addit: *Qui regnavit*, inquit, *eandem Africam Civitatem annis XXXVII. menſibus III. diebus VI.* In Bibliotheca Colbertina extat Codex MS. in quo inter alia continetur Chronicon Proſperi cum ſimili Additamento charactere valde antiquo exaratus. Mortuus eſt itaque *Genſericus* die XXIV. menſis Januarii ſequentis Chriſti anni, ut patet ex dictis anno CCCCXXXIX. ubi oſtendimus, eum Carthaginem occupaſſe die XIX. Octobris ejuſdem Chriſti anni qui *Genſerici* primus in Africa fuit. Cointius anno DCXLII. num. XXXVII. perperam cum Baronio hic ſcribit, Procopium lib. 1. de Bell. Vandal. cap. 7. erraſſe, quando *Genſerico* poſt captam Carthaginem *annos triginta novem* tribuit. Nam Procopius, quemadmodum & alii Antiqui in ſimilibus ſupputationibus, annos tantum Julianos eoſque utrimque incompletos numeravit, ideoque confirmat quod mox diximus *Genſerici* ſc. mortem ad annum ſequentem pertinere. Ei ſucceſſit filius ejus *Hunericus*, qui, ut ſcribit Victor citatus lib. 2. Regni ſui exordio mitius & moderatius egit, & maxime, circa religionem Chriſtianam.

JESU CHRISTI ANNUS 477.	SIMPLICII PAP. ANNUS 10.	BASILISCI IMP. 2. ODOACR. REG. 2.

I. SEquitur Chriſti annus quadringenteſimus ſeptuageſimus ſeptimus, quem nullius illuſtravit Conſulatus; nam nonniſi poſt Conſulatum inſcribi conſuevit Baſiliſci atque Armati.

Baſiliſcus imperare deſinit. Quo ipſo anno, eodem Baſiliſco Imp. in ordinem redacto, Zeno iterum imperavit. Tenuiſſe autem Imperium Baſiliſcum annum unum & menſes ſex, dictum eſt ſuperius: licet Procopius (a) annum unum & menſes octo ipſum imperaſſe tradat: quinetiam & Cyrillus in Saba teſtatur menſes viginti Baſiliſcum regnaſſe. Quonam autem modo acciderit ut peſtilens homo ſublatus fuerit, audiamus a Procopio, qui ait: *Cum Baſiliſcus octo menſes ſuper unum tyrannidem exercuiſſet, omnibuſque ob ejus avaritiam & aulicis & militibus infenſus eſſet, a Zenone tandem exercitu petitus eſt. Ubi amborum copiæ in conſpectu fuere, Armatus (ſic enim nomen Duci erat, qui ab eo miſſus fuerat) Zenonis Ducibus ſe cum toto tradit exercitu.* Sic igitur Deo & hominibus inviſus Baſiliſcus, Armati Exconſulis & Magiſtri militum defectione, Imperio excidit. Sed quid poſt hæc? Subdit Procopius.

(a) *Procop. de bello Vvandal. lib. 1.*

Igitur Conſtantinopoli Baſiliſcus acceptæ cladis & proditionis nuncio, protinus in templum confugit: ubi captus ab Acacio Præſule Conſtantinopolitano ob ejus impietatem, ac Zenoni traditus eſt. Nam ab Orthodoxa fide deficiens, in Eutychianam ſectam inclinaverat, omnemque vitam peſſimis moribus inquinaverat: ex quo odio cunctis erat. Zeno rurſum Imperium repetens, Armati officium ante omnia probavit: verum paulo poſt eum in ſuſpicionem venientem de medio ſuſtulit. Baſiliſcum autem tyrannum ſimul cum uxore & filiis in Cappadociam mittens hiemis tempore, juſſit neque veſte, neque cibariis juvari. Ex quo breviter uni ſe complexi corporibus, collacrymantes miſere perierunt: unde tyrannidis pœnam brevi tempore dedit. Sed hæc poſtea contigerunt. Hucuſque Procopius. Locus præſtitutus exilio, Lyminis a Marcellino nominatur, ubi Baſiliſcus cum ſuis fame contabuit. II. *Baſiliſcus cum ſuis fame perire cogitur.* Iſta quidem ipſe hoc anno poſt Conſulatum Armati. *Tali clauſit fine vitam impius Baſiliſcus, ut fame periret, qui* (inquit Suidas) *pecuniam exegit ab Eccleſiarum Epiſcopis, & Acacium Conſtantinopoli Epiſcopatu propemodum pepuliſſet, ni-*

Ann. Eccl. Tom. VIII. Y y ſi

PAGIUS SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DXV. A. C. 477.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5970.

☉ 10. B. ☽ 3. P. 23. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 477.

SIMPLICII PAPÆ 10.

ZENONIS IMP. 4.

ODOACRIS REG. 2.

I. *Poſt conſulatus.* [1] HIc annus, iſta formula notatus fuit: *Poſt Conſulatum Baſiliſci II. & Armati.*

II. *Zeno in Imperium reſtituitur.* A num. I. ad VI. Auctor Chronici Alexandrini Zenonis reſtitutionem hoc modo factam tradit: *Hoc anno Imp. Zeno cum ingentibus copiis ex Iſauria rediit. Baſiliſcus, ubi de Zenonis Imp. reditu audivit, miſit Armatum militiæ Magiſtrum cum univerſo, quem habebat exercitu in Thraciam, & Conſtantinopolim, atque Palatium, ſacramento ſancto baptiſmatis adactum, ne ſe Zenoni proderet. Armatus acceptis innumeris copiis, exercitus in Thraciam trajecit. Quod ubi Zeno Imp. intellexit, miſſa ad Armatum Legatione, multa illi pollicitus eſt, præſentis Præfecturam militiæ perpetuam, & filium illius Cæſarem futurum. Invitatus hiſce promiſſis a Zenone Armatus prodidit rem Baſiliſci, & ad partes Zenonis ſe contulit, nec venienti cum exercitu occurrit Zenoni, ſed viſus eſt alia via abire. Imperator autem Zeno cum exercitu ſuo per Iſauriam profectus trajecit per locum Pylas ſeu Portas dictum, & ingreſſus Conſtantinopolim cum ſuis a Prætorianis & Senatu receptus eſt. Baſiliſcus Imp. cum accepiſſet a Zenone Palatium occupatum & ab omnibus receptum, atque ab ipſa etiam ſocru Domina Verina, aſſumtis uxore & liberis profugit ad Magnam Eccleſiam atque Magnum Baptiſterium. Religioſiſſimus autem Zeno, velo ad uſum Circi dato ſtatim aſcendit Hippodromum, & ſpectavit Circenſes ludos, receptuſque eſt a Civitate. Miſit, idem Imperator quam-*

NOTÆ [1] COſſ. *Poſt Conſulatum Baſiliſci II. & Armati.* Victor: *Poſt conſulatum Armati.* Marcellinus: *Sine conſulibus.* Epiſtola Simplicii Papæ ad Zenonem: *Poſt conſulatum Baſiliſci & Armati.* Gruterus pag. MLI. 6.

P O S I T A. E S T. D I E. K A L. M A R T.
P. C. I T E R. A R M A T I. V. C. V.

Forte inquit Blanchinus, deletum eſt temporum injuria, *Baſiliſci* nomen, ac legebatur P. C. BASILISCI ITER. ET. ARMATI.

Epitome temporum, & Indiculus Paſchæ: PC. SS. ideſt: *Poſt conſulatum ſupraſcriptorum, Baſiliſci & Armati.* GEORGIUS

ſi a multitudine eorum qui monachi dicebantur reprehenſus fuiſſet, homo inſignis avaritia, ut ne cerdonibus quidem & contemptis opificibus parceret, omniaque plena eſſent lacrymarum inter illas exactiones. Hæc Suidas.

III. His enarratis de miſerando interitu Baſiliſci tyranni, adjungamus quæ idem habet Suidas de nece Armati, qui hoc ipſo anno (ut vidimus) ab eodem Baſiliſco in Conſulatu collega aſſumptus eſt. Erat hic cognatus ipſius Baſiliſci, Zenonidis vero Auguſtæ (ut idem tradit adulter: de cujus interitu iſta habet: *Armatus plurimum potuit apud Zenonidem Imperatricem & ipſum Baſiliſcum. Eſt autem occiſus a Zenone Imperatore, ac cæde eius cives admodum ſunt gaviſi: nam ſub Leone quoſcumque Thraces, qui ſeditionem moverant, cepiſſet, hos manibus amputatis dimiſerat. Cæterum Onoulus quidam eum interfecit, quem Armatus pauperem & recens a barbaris venientem humaniter ſuſceptum, Comitem primum fecerat, deinde Præfectum Illyricorum, & ad convivia multo argento inſtruxerat: ſed is barbarica perfidia & ſanguinaria manu gratiam illi retulit.* Hæc Suidas. Iſta porro contigerunt, ubi Zeno, ſublato e medio Baſiliſco, in Imperium regreſſus eſt.

Porro hæc omnia ſuperum nutu facta eſſe, intercedente apud Deum pro Zenone ſancta protomartyre Tecla, probavit eventus: nam de ea iſta habet Evagrius (a): *Zeno vero per viſionem (ut fertur) conſpicatus ſanctam, ſtrenuam, & eximiam martyrem Theclam, non ipſum ſolum impellentem, verum etiam pollicentem reſtitutionem, verſus Conſtantinopolim exercitum ducit. Atque viris qui illum obſidebant, muneribus inductis, Baſiliſcum, cum jam biennio regnaverat, Imperio exturbat, & ad ſacri templi adyta confugientem hoſtibus auferendum tradit. Quam ob cauſam Zeno egregiæ martyri Theclæ ampliſſimum templum ſplendore, & pulchritudine eximium Seleuciæ urbis Iſauriæ dedicavit, pluribuſque ac plane regalibus monumentis, quæ ad noſtram uſque ætatem ſervata ſunt, exornavit.* Hæc Evagrius. Cæterum de obitu Baſiliſci ac ſuorum hæc ab aliis diverſa Evagrius habet: *Baſiliſcus autem mittitur in Cappadociam, mortem oppetiturus. Ubi in diverſorio, nomine, Acuſis, una cum uxore & liberis trucidatur.* Ita Evagrius. Hunc tandem conſecutus eſt finem homo perfidus, hæreticorum patronus, re vera Romani Imperii peſtis & exitium. IV.

(a) Evagr. l.3. c.8.

S. Theclæ beneficio Zeno recepit Imperium.

Per

PAGIUS

quamprimum ad Magnam Eccleſiam, & abſtulit a Baſiliſco & uxore ejus, & filio omnia imperatoria ſigna, & inſignia, ejecitque illum cum conjuge & liberis, data cautione illos non plexum iri capitibus, amandavitque illum Zeno Imp. cum ſuis in Limnarum caſtrum Cappadociam, ubi conjecti ſunt in turrim quandam, cujus portam inſtauravit, cuſtoditumque eſt caſtrum, & turris a præſidio militari, & magna manu Iſaurorum, fameque necatus interiit Baſiliſcus; & uxor ejus & liberi ibidemque in Limnarum turri ſepulti.

III. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXVIII. his verbis narrationem ſuam continuat: *Hoc anno Cleri, Monachorumque Conſtantinopolitanorum agmine pro Chalcedonenſi Synodo decertante, territus Acacius, in unam cum eis ire ſententiam diſſimulans, ea de cauſa adverſus Baſiliſcum & Zenonem ex Eccleſiæ ſuggeſtu peroravit. Quo comperto populi furorem Baſiliſcus metuens exceſſit Civitate, ne quis Acacio familiaritatis, aut convictus præberet conſortium inducens Senatus: jam enim populus igne Civitatem devaſtare parabat. Daniel autem Stylites Vir ille mirandus e Monachorum, & populi turba nonnullis rerum Divinarum æmulatoribus aſſumtis, ad Baſiliſcum profectus multa libertate coram eo diſſeruit, cujus ille ſermonem reſpuit.*

Geſta in ejus reſtitutione.

IV. Tum anno Incarnat. ſecundum Alexandr. CDLXIX. ſcribit: *Hoc anno illo & Procundo Zenonem obſidione bellica prementibus, Baſiliſco vero, quæ pollicita illis fuerant, nullatenus adimplente, ac inſuper Senatu, ob morum improbitatem & veſaniam Baſiliſcum non amplius ferente, & literis cum memoratis Ducibus agente, ipſi Illus & Procundus Zenoni reconciliati, eodem ſecum adducto in Regiam Urbem regreſſi ſunt. Baſiliſcus his reſititis Armatium proprium nepotem Thraciæ Ducem cum ſibi commiſſis copiis, & Conſtantinopolitana plebe adverſus Zenonem miſit, eumque juramento in ſanctum baptiſma dato, ne ſe proderet, obteſtatus eſt. Armatius ad Nicæam Bithiniæ occurrens Zenoni tantum incuſſit terrorem, ut eum auxiliaria Iſaurorum manu retrocederet, parum abfuerit: verum ampliorum donorum pollicitationibus etiam ipſe obcæcatus, tum quod Magiſtri militum officio ſuccederet ineſcatus ſpe, filiumque Baſiliſcum nomine creandum Cæſarem, Zenoniſque ipſius videret aſſeſſorem, Baſiliſco falſus bellis iter convertit. Zeno deinde cum Ariadna ad urbiam Reginam accedens exceptus eſt a populo & a Senatu. Baſiliſcus, in Eccleſiam fugiens depoſita ſacra in menſa corona cum Zenodia conjuge pravarum opinionum ſectatrice, in Baptiſterium ſe recipit. Ita Zeno Regiam recuperavit.*

Baſiliſcus fugit.

Miſſis autem in Eccleſia qui Baſiliſcum detinerent, nec ipſum, nec ejus liberos capite plectendos fidem dedit: Cucuſum tamen Cappadociæ miſſum cum uxore & liberis ſub cuſtodia ſervari, & fame confici juſſit. Alii, dum abduceretur, jugulatum narrant. Confeſtim vero Circenſibus ludis celebratis, Armatium Baſiliſci filium Zeno Cæſarem declarat: hic in Regia Sella juxta patri facta pollicita ad Imperatoris latus adſedit, imo cum Imperatore prannia diſtribuit aurigantibus. Porro Zeno hæc ſecum animo volutans, ut Armatius jusjurando fidem oppignoratam Imperatori nullatenus liberavit, ita neque mihi ſervaturus eſt impoſterum: imo ſi vires ſum ætate ſumſerit, filius ejus Cæſar jam renunciatus, dubio procul in me inſurget, quod promiſeram implevi, patrem militiæ Magiſtrum, Cæſarem filium inſtitui. His perpenſis, ipſum, ut perjurium in Palatii cochleo, qua tenditur in circum, obtruncari, Cæſarem autem ejus filium Lectorem præ- V.

Baſiliſci interitus.

cepit

V. Per hujuſmodi autem vexationem nonnihil ad meliorem frugem redditus Zeno videri voluit. Etenim ſimulac pervenit Conſtantinopolim, memor prædictionis ſanctiſſimi Danielis, qua prænunciarat fore, ut ſicut pellendus, ita & eſſet paulo poſt reſtituendus in regnum; confeſtim una cum conjuge ad ipſum in columna agentem perrexit, & de accepto ejus precibus tam inſigni a Deo beneficio gratias egit. Hæc quidem ipſius Danielis Acta (*b*) continent.

(*a*) *Acta Daniel. c. 47. Sur. die 11. Decembr.*

VI. Zeno ſcribit ad Roman. Pont. Ne quid inſuper prætermitteret Zeno Catholici Imperatoris imaginis, præclarum pietatis illud ſpecimen edidit, & rectæ fidei indicem prodidit, cum epiſtolam ſcripſit ad Simplicium Romanum Pontificem, qua fidei ſuæ in omnibus teſtatam redderet integritatem. Non extat ipſa quidem, verum de ea mentionem habet idem ipſe Papa Simplicius in Apoſtolicis litteris ad eum redditis hoc ipſo anno menſe Octobris, quæ ſic ſe habent (*b*):

(*b*) *Simpl. ep. 7. to. 1. ep. Decret.*

Simplicius Epiſcopus Zenoni Auguſto.

VII. Epiſtola Simplicii Papæ ad Zenonem Imp. *Inter opera divinæ providentiæ, quæ pia ſemper & juſta ſunt, noſtris quoque temporibus eloqui potentias Domini, vix qualibet humana lingua ſufficiat. Quis etenim valeat vel cogitatione complecti, vel voce depromere, quod in ipſo utriuſque rei laborantis articulo, & votis publicis religionis ſancta reddidit vos quieti; niſi quod tanti conſideratione miraculis clamandum eſt cum Propheta* (*c*): *Hæc eſt mutatio dexteræ Excelſi, quæ exaltantes ſemetipſos potenter humiliat, & humiliantes ſe clementer exaltat. In quibus etiam, ſi diſpenſationis ſupernæ ſagacius menſura libretur, profecto evidenter apparet, ideo perfidorum irrepſiſſe perniciem, ut fides clementiæ tuæ etiam inter adverſa probaretur; quantoque*

(*c*) *Pſal. 76.*

magis rebus urgeri crederetur infeſtis, tanto clarius veſtra magnanimitas immineret: atque ob hoc manſuetudinis veſtræ de Conſtantinopolitana urbe proveniſſe diſceſſum; ut univerſorum deſideriis expetiti, gloria majore rediretis? ut ex contrariorum periculis quod in vobis eſſet, cunctis utile noſceretur: Davidicæ nimirum illius virtutis exemplo, qua ſingulari patientia cedens paululum furoribus parricidæ, continuo poſt victoriam populorum precibus imploratam, præſtantiore faſtigio eſt reverſus in regnum. Lætare igitur, venerabilis Imperator, eos fuiſſe tuos hoſtes, qui extiterunt Divinitatis inimici: atque gaude cum Eccleſia laboraſſe, & cum fidei Catholicæ libertate Imperium reſtitutum. Atque ut in omnibus doceas cauſam tibi cum Deo eſſe communem, ejus ope viriliter fretus inſiſte: ut per quem publicos incubatores ſubegit, Eccleſia quoque depellat tyrannos. Sicut enim pietas veſtra merito recteque confidit, illo nos tempore nihil aliud Deum noſtrum ſuppliciter imploraſſe, quam ut nobis Romani Imperii Præſules, quales nunc loquimur, redderentur; ita expectari cernitis, ut hujuſmodi vos eſſe, ipſorum actuum qualitate monſtretis.

Reſpicite, quæſo, Auguſtæ memoriæ Marciani atque Leonis omnimodo conſpicuam Catholica devotione conſtantiam: & ſalubri conſideratione perpendite, cum in eodem loco ſtare nequiverint, qui ab eorum rectitudine deviarunt; ſucceſſorem regiæ poteſtatis legitimum ac divinitus attributum eum fore ſine dubio, qui illorum fidei perſtiterit imitator. Debes, glorioſiſſime & clementiſſime fili Imperator, Auguſtæ memoriæ tantorum virorum taliumque reverentiam, debes vices muneribus Dei. Ille te ad iſtorum reduxit Imperium: tu Deo iſtis ſimilem redde fa- VIII.

PAGIUS *cœpit ordinari: Ariadna quippe ipſum, ut conſobrinum ſolvit ſervatum, & poſtmodum Cyzici Epiſcopatum optime geſſit.* Sed loco, *Armatium, Baſiliſci filium*, legendum, *Baſiliſcum Armatii filium*, ut in Græco habetur, & ex verbis præcedentibus liquet.

VI. *Baſiliſcus menſes XX. regnavit.* Perperam tamen Theophanes in tres annos dividit, quæ duobus geſta ſunt. *Baſiliſcus* enim *menſes* tantum *viginti* Imperium occupavit, ut patet ex Chronico Victoris Tunnunenſis, & ex Procopio lib. 1. de bell. Vandal. cap. 7. Anno ſuperiori, vigente hyeme, tyrannidem arripuit, ideoque currenti, menſe circiter Auguſto in ordinem redactus eſt. Simplicius quippe Pontifex Romanus literis ad Zenonem Imp. *VIII. Idus Octob.* hoc anno datis, & a Baronio num. VII. & ſeqq. recitatis, eidem de recuperato Imperio gratulatur: & hæc reſtitutio Romæ ſciri non potuit, niſi jam elapſo circiter menſe poſtquam facta fuerat.

VII. Zenoni auxiliatum eſſe Theodericum Amalum, teſtatur Ennodius in Panegyrico eidem Theoderico tunc Italiæ Regi dicto, in quo ejus opera Zenonem reſtitutum ſcribit: *in ipſis con-*

greſſionis tuæ foribus ceſſit invaſor (ſcilicet Baſiliſcus), *cum profugo* (nempe Zenoni) *per te Sceptra redderentur, de ſalute dubitanti.* Idem habet Anonymus Valeſianus: *At ubi ille* (nempe Zeno) egreſſus eſt, *mox Baſiliſcus, qui ei, ut dictum eſt, inſidiabatur, arripuit Imperium. Baſiliſcus imperavit annos II.* utrinque incompletos.) *Zeno confortans Iſauros intra provinciam, deinde miſit ad civitatem Novam, in qua erat Theodericus Dux Gothorum, filius Vualameris* (aut potius Theodemiri, ut ſuo loco dixi) *& eum in ſolatium ſibi adverſus Baſiliſcum objectans militem poſt biennium veniens* (currenti nempe anno, qui ſecundus eſt invaſionis Baſiliſci) *obſidens civitatem Conſtantinopolim*, &c. Pluribus interpoſitis: *Zeno itaque recompenſans beneficiis Theodericum, quem fecit Patricium & Conſulem donans ei multum, & mittens eum ad Italiam*, ut ſuo loco narrabimus.

Theoderici Amali opera Conſtantinopoli pulſus.

VIII. A num. VI. ad XIV. Baronius num. XI. citat Evagrium lib. 3. cap. 8. & 9. quaſi ſcripſerit: *In Imperium reſtitutus Zeno, viſus eſt prudentior eſſe factus: perinde ac bene conſcius illud ſibi abrogatum a Deo fuiſſe ob ſuſceptum*

pa-

mulatum. Et quia hæc, beato Apoſtolo docente ugi Petro, mea nuper humilitate prædicante, refutata ſunt; a caſuris, Deo fautore, proficiant in regni ſoliditate manſuris.

IX. *Ego quidem litteris, quas veſtra clementia deſtinavit, pignus immenſum venerandæ religioſitatis accipiens, & ingenti gratulatione reſpiro, & omnino non ambigo, mentem veſtram in rebus divinis geſturam longe potiora quam cupio. Sed mei memor officii, in hanc partem clementiam tuam ideo prolixiori hortor alloquio, quia Imperii ſui pariter & ſalutis affectu illis te cauſis inhærere ſemper exopto, quibus ſolis & præſentis regni ſtabilitas cuſtoditur, & æterni gloria comparatur. Unde ante omnia precor, ut Alexandrinam Eccleſiam non minus a funeſto, quam ab hæretico pervaſore clementia veſtra diſpoſitionibus liberatam, Catholico ac legitimo reſtitui cenſeatis Antiſtiti; eiſque etiam, quos temeritate diabolica diverſis Eccleſiis ordinaſſe perhibetur, ejectis, rectæ fidei ſubrogari conſtituatis Epiſcopos: Ut ſicut Rempublicam veſtram a tyrannica dominatione purgaſtis, ita ubique Eccleſiam Dei ab hæreticorum latrociniis atque contagiis exuatis: nec id potius prævalere patiamini quod iniquitas temporum tulit, & ii quos non ſolum veſtro Imperio, ſed & in Deum quoque rebellis ſpiritus concitavit: quam quod tot tantique Pontifices, & cum egregiis Orthodoxiſque Pontificibus univerſalis Eccleſiæ decrevit aſſenſus.*

X. *Chalcedonis Synodi conſtituta, vel ea quæ beatæ memoriæ prædeceſſor meus Leo Apoſtolica eruditione perdocuit, intemerata vigere jubeatis; quia nec ullo modo retractari poteſt quod illorum definitione ſopitum eſt, nec ullatenus recipi totier uno undique ore damnatur. Ipſa eſt quippe (ſicut experti eſtis) Catholica fides, quæ potentes de ſede læſa depoſuit, & exaltandos humiles cuſtodita ſervavit. Quare ſatagendum eſt pietati tuæ, ut qui hujus ſibi auctor eſt doni, ſit ipſe etiam propagator. Data ſeptimo Idus Octobris, poſt Conſulatum Baſiliſci & Armati.*

Porro ex ſententia Romani Pontificis a Zenone cuncta eſſe impleta conſtat. XI. Atque in primis intruſos a Baſiliſco hæreticos Epiſcopos ab ipſo fuiſſe ejectos, auctor eſt Evagrius, dum hæc ait (a): *In Imperium reſtitutus Zeno, viſus eſt prudentior eſſe factus: perinde ac bene conſcius illud ſibi abrogatum a Deo fuiſſe ob ſuſceptum patrocinium hæreticorum, mox legem ſancivit, qua decreta Baſiliſci tyranni in litteris generatim ad omnes perſcriptis comprehenſa, abrogata fuere; & Petrus Eccleſia Antiochena, & Paulus Epheſina expellitur. Epiſcopi Aſiæ quo placarent Acacium, deprecari culpam, veniamque petere cœperunt: mittunt quoque ad eum pœnitentiæ libellos, quibus aſſerebant, ſe non ſua ſponte, ſed vi ac neceſſitate coactos, litteris Baſiliſci generatim ad omnes datis ſubſcripſiſſe; atque adeo jurejurando confirmant rem ita re vera ſe habere, ſeque non aliter quam Concilium Chalcedonenſe vel credidiſſe, vel credere. Libelli autem hanc habent ſententiam;*

(a) Evagr. l. 3. c. 8.

Zeno prudentior agit pro fide Catholica.

XII. *Epiſtola, ſive libellus ſupplex ab Epiſcopis Aſiæ ad Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum miſſus.*

Aſiæ Epiſcopi reſipiſcunt.

Acacio ſanctiſſimo religioſiſſimoque Eccleſiæ Conſtantinopolis, quæ Nova Roma dicitur Patriarchæ S. & poſtea: *Venit ad vos, uti par eſt, qui noſtrum locum ſuppleat:* & paulo infra: *Per iſtos libellos agnoſcimus nos non noſtra voluntate, ſed neceſſitate adductos, litteris ſubſcripſiſſe Baſiliſci, eiſdemque non animo, ſed verbis dumtaxat conſenſiſſe. Nam Dei optimi maximi aſpirante numine, cui noſtræ preces gratæ acceptæque ſunt, credimus non aliter quam a trecentis decem & octo Orbis terræ luminibus, & centum quin-*

PAGIUS

Zeno neque Æluro neque Fulloni patrocinatus eſt.

patrocinium hæreticorum. Mox legem ſancivit, qua decreta Baſiliſci tyranni in literis generatim ad omnes perſcriptis comprehenſa, abrogata fuere: & Petrus Eccleſia Antiochena, & Paulus Epheſina expellitur. Verum priora verba, quæ iſta præcedunt, *legem ſancivit*, non habentur apud Evagrium, nec in editione Chriſtophorſoni nec in editione Valeſii, nec in variis lectionibus Hiſtoriæ Evagrianæ ab utroque obſervatis. Neque hæc ſcribere potuit Evagrius, qui jam cap. 4. de Baſiliſco dixerat: *Ac primo quidem miſſa ad ipſum (nempe Baſiliſcum) Legatione quorundam Urbis Alexandrinæ, Timotheum Ælurum ab exilio revocavit, in quo XVIII. annos tranſegerat.* Quare Baronium in mendoſum Evagrii codicem incidiſſe neceſſe eſt. Profecto qui duas priores Epiſtolas Felicis III. Simplicii Papæ ſucceſſoris ad Zenonem datas, attente legerit, certo intelliget, Zenonem, antequam ab Imperio deponeretur, *Ælurum* ab exilio non revocaſſe, nec in ſedem Alexandrinam reſtituiſſe; *Redeat obſecro*, inquit Felix Papa) *in animi tui integra deliberatione conſpectum, quæ inimicos tuos ſubito dejecerunt, quæ te ad Imperiale faſtigium, Deo comitante, reduxerint; qualiter illi cum nefanda dogmatis receptione conciderunt*, &c. Quod ſi *Zeno* nefandum hæreticum in priorem ſtatum reſtituiſſet, hoc ei tanquam pœnam ob eam culpam admiſſam proponere non prætermitteret Sanctus Pontifex; cum cauſam dejectionis *Baſiliſci* tyranni receptionem hæretici dogmatis fuiſſe dicat. Immunis itaque ab ea labe *Zeno*. Et quidni immunis? cum Evagrius a Baronio num. IV. citatus tradat, Sanctam *Theclam* Martyrem Zenoni apparentem pollicitam ei eſſe ſuam reſtitutionem, quod & præſtitit Sanctus *Daniel*, cum Zeno ipſum in columna vitam agentem convenit, ut narrat Baronius ex hujus Sancti Actis an. CDLXXVI. num. XXII.

Ad

quinquaginta ſanctis Patribus accepimus. Credimus præterea Actis, quæ a S. Patribus Chalcedone coactis ſancte ſinceréque decreta ſunt. Hæc ipſi. Sed turpis plane eſt excuſatio iſta tum quibuſcumque Chriſtianis, tum maxime Epiſcopis totius Aſiæ in quibus omnibus emarcuiſſet penitus vigor priſtinus, & quæ inſidebat olim in ejuſdem provinciæ Epiſcopis ſacerdotalis conſtantia penitus enervata eſſet.

XIII. Quod autem lapſi Epiſcopi libellum ſupplicem pro reſtitutione darent Acacio, & non ex more ad Simplicium Papam miſerint; illud in cauſa fuit, quod ob rem bene geſtam adverſus Baſiliſcum tyrannum, idem Simplicius Papa eidem legaverat vices ſuas: quod ſane idem Romanus Pontifex profitetur in litteris poſtea datis, quas ſuo loco reddemus. Teſtatur id & Gelaſius ad Dardaniæ Epiſcopos ſcribens verbis iſtis, de ipſo Acacio agens (a): *Cur* (inquit) *tanto tempore, cum iſta gererentur, vel gerenda cognoſceret, non ad ſedem Apoſtolicam, a qua ſibi curam illarum regionum noverat delegatam, referre maturavit? &c.*

(a) Gelaſ. ep. 13. t. 5. epiſt. Decr.

XIV. Terræmotus prodigioſus. Inter tot autem tantaque læta novus caſus animos omnium vehementer exagitavit, terræmotus videlicet, de quo iſta Cedrenus: *Anno quarto Zenonis Imp. terribilis fuit terræmotus Conſtantinopoli die vigeſimaquinta Septembris. Corruerunt multa templa, domus, roſtraque funditus, & obruta immenſa hominum multitudo. Cecidit etiam globus columnæ fori, & ſtatua Theodoſii Magni, quæ columnæ Tauri impoſita erat, muri interioris ſatis longa pars. Duravit diu ille terræmotus, adeo ut fœtor quoque urbem occuparit*. Hæc ipſe. Ita plane (ſi conjectari licet) terra ipſa ſuis viſa eſt clamaſſe vocibus, Pax, pax, & non erit pax: etenim viſa eſt magnorum malorum eſſe prænuncia, cum videlicet, qui ad horam Imperator Catholici hominis ſibi larvam impoſuerat, eadem poſtea cito projecta, qualis eſſet perfidus omnibus Orthodoxis innotuit. Sed quando id contigerit, ſuo loco dicemus: modo autem in his immoremur, quæ ab eo pro cultu Catholicæ fidei pie ſanctéque ipſo reditus ſui exordio geſta ſunt.

Quod vero ipſo primo in Imperium regreſſu Zenonem hortatu Romani Pontificis ejeciſſe diximus, quos intruſerat Baſiliſcus depreſſiſſeque omnes qui ejus favore vim acceperant Eutychianos Epiſcopos, & eos etiam Epheſo atque Antiochia removendos eſſe præcepiſſe: Quid, inquies, de execrando illo omnium malorum auctore Timotheo Alexandrinæ ſedis invaſore, quem officiis & beneficiis au- XV.

PAGIUS

IX. Conſtantinopolis terræ motu quaſſata. Ad num. XIV. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXX. qui Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni exorditur, ſcribit: *Hoc anno horrendus terræ motus Conſtantinopoli contigit, menſis Septembris die quinto ac vigeſimo, Indictione prima, quo plures Eccleſiæ, domus, & porticus ad ſolum uſque funditus everſæ. Ruinis innumera hominum multitudo oppreſſa. Globus quoque e manu ſtatuæ, quæ eſt in foro, ſtatua pariter Magni Theodoſii in Tauri columna poſita, & interiora Urbis mœnia ad amplum ſpatium conciderunt. Invaluit terræ motus in adeo longum tempus, ut fœtor ex eo erumpens Urbem invaſerit*. Marcellinus hunc terræ motum perperam differt in Conſulatum Baſiliſci anno CDLXXX. geſtum, ſed recte obſervat, eo Urbem Regiam per XL. continuos dies afflictam fuiſſe, & hunc formidoloſum diem Byzantios celebrare *VIII. Kal. Octob.*

X. Salophaciolus in Sedem Alexandrinam reſtituitur. A num. XV. ad XXI. In Breviculo Hiſtoriæ Eutychianiſtarum a Sirmondo publicato legitur: *Quandiu vixit Imperator Leo, vixit Timotheus* (ſc. Salophaciolus) *Epiſcopus Alexandriæ cum quiete. Sed cum Baſiliſcus occupaſſet Imperium, damnare cœpit Chalcedonenſem Synodum, & Catholicos perſequi. Tunc denique Timotheus ille damnatus* (ſc. Ælurus) *accepta libertate venit Conſtantinopolim, & damnatos hæreticos locis ſuis reddidit. Vadit Alexandriam, fugit Timotheus Catholicus, & in Monaſterio latet. Petrus ille* (nempe Fullo) *iterum ſe junxit Timotheo, cum quo fuerat ante damnatus. Redit Zeno Imperator ad Regnum, Baſiliſcus opprimitur. Mittitur Alexandriam, ut pulſo pervaſore, Timotheus Catholicus redderetur Eccleſiæ. Sed Timotheo damnato morte prævento, Petrus* (nempe Mongus, de quo ſupra locutus fueram) *conſore ipſius ab uno hæretico Alexandriæ Epiſcopus ordinatur. Quem nihilominus dejici juſſit Chriſtianiſſimus Imperator* (nempe Zeno) *& reduci Timotheum Catholicum, ſicut Acacii Conſtantinopolitani literis continetur*. Evagrius lib. 3. cap. 11. prodit, Zenonem Ælurum Alexandria expellere cogitantem, a quibuſdam admonitum illum jam grandævum eſſe, & propediem fatali ſorte periturum: ſicque *Zenonem* ſententiam mutaſſe, & non multo poſt Ælurum mortuum eſſe. Liberatus etiam in Breviario cap. 16. ſcribit, hæreticos poſt *Æluri* mortem ſibi *Petrum Moggum* ordinaſſe; ſed eo Imperatoris juſſu dejecto, *Salophaciolum* in Sedem Alexandrinam revocatum eſſe. Æluro anni duo poſt ſuam reſtitutionem in Tabulis Theophanis attribuuntur, ideoque præſenti Chriſti anno Salophaciolus Eccleſiam Alexandrinam obtinuit. Theophanes enim anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXIX. qui Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoatur, ait: *In his Timotheus Ælurus moritur & in ejus locum Petrus Mongus inducitur, vir nequam & veritati adverſarius, olim depoſitionis pœna mulctatus. Hic ab uno Epiſcopo, eoque pariter depoſito conſecratur. Hunc Dei zelo moti Monachi quidam adorti, ſex tantum & triginta dies Pontificatus honorem aſſecutum deturbant: & iterum Timotheum Salophaciolum virum throno dignum reſtituunt.*

XI. Joannes Apamenus ex Eccleſia Antiochena expellitur. Poſtquam *Petrus Fullo* in Eccleſiam Antiocheſem reſtitutus fuit, *idem Petrus Joannem quemdam Presbyterum ordinat Apamenis Epiſcopum, a quibus non receptus venit Antiochiam & Petrum Epiſcopatus ſui pellit auctorem, & invadit ejus Eccleſiam*, inquit auctor Breviculi Hiſt. Eutych. quod anno ſequenti contigiſſe oportet, cum *Fullo* juxta Nicephorum in Chronico annos tres ſederit. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXIX. qui Kal. Septemb.

auctum ſub Zenone Conſtantinopoli antea exceptum vidimus? Putane ipſe Zenonem vere in Catbolicum eſſe mutatum, ſpe deſtitutus, mœrore abſortus, Judæ proditoris inſtar, cruentus carnifex eſt exitum conſecutus. Quod enim inique admodum qui præceſſerant eidem ignoviſſent Imperatores; ipſemet in ſemetipſum juſto Dei judicio vindex ſcelerum inſurrexit, & ſui ipſius juſtus ultor exiſtens, ipſe ſibi mortem conſcivit. Quomodo autem id acciderit, Liberatus Diaconus ita narrat (a):

(a) Liber. Diac. Brev. c. 16. to. 2. Conc.

XVI. De obitu Timothei Æluri.

Poſtquam Imperator Zeno reverſus eſt ad Imperium, Timotheus Ælurus metuens zelum quem habebat circa Chalcedonenſem Synodum, optavit ſibi mortem: & iſtud perſeveranter orans, ab humana viſu hauſto veneno, ſolutus eſt. Dicunt ſequaces ejus, prævidiſſe eum diem obitus ſui: & re vera qui ſe parabat veneno interficere ſciebat. Hæc Liberatus Diaconus ſuorum temporum teſtis. Ex quo redarguas Evagrium (b), qui Zachariæ Eutychiani hiſtorici aſſectatus veſtigia, de Timotheo eodem ait, ipſum a Zenone ſedere permiſſum uſque ad obitum: nam reſtitutum fuiſſe in priſtinum locum Timotheum alterum legitimum Epiſcopum Alexandrinum, agente pro eo Romano Pontifice, ſuo loco dicemus, cum de turbis Alexandrinis poſt Timothei obitum iterum repetitis agendum erit.

(b) Evagr. l. 3. c. 11.

Ex hoc nefario Timotheo dicti ſunt Timotheani hæretici, adverſus quos aliaſque hujus temporis hæreſes erudite ſcripſit Samuel Syrus; de quo habet iſta Gennadius (c): *Samuel Edeſſenæ Eccleſiæ presbyter multa adverſus Eccleſiæ inimicos Syro ſermone conſtruere dicitur, præcipua tamen intentione contra Neſtorianos, Eutychianos, & Timotheanos novellos ſed ſibi diverſos hæreticos. Unde & frequenter triformem beſtiam Eccleſiaſtica ſimul ſententia cum auctoritate ſanctarum Scripturarum ſummatim confecit: oſtendens Neſtorianis, Deum in homine non purum hominem ex Virgine natum: Eutychianis, veram humani generis carnem a Deo ſumptum & non de cælo exhibitam, nec craſſi aeris ſubſtantiam in carne inceſſiſſe * formatam: Timotheanis, ita Verbum carnem factum, ut manente Verbo in ſua ſubſtantia & homine in ſua natura, ſocietate, non commixtione unam Filii Dei reddidiſſe perſonam. Vivere adhuc apud Conſtantinopolim dicitur: nam initio collate Anthemio Imperii & ſcripta ejus, & eſſe eum in carne cognovi.* Hæc Gennadius.

XVII. Hæretici Timotheani.

(c) Gennadius de Scrip. Eccleſ. c. 81.

* accepiſſe.

XVIII. Quis autem pro hujuſmodi nefandis Timotheanis ſcripſerit, idem oſtendit paulo ſuperius hæc dicens (d): *Syrus natione Alexandrinus, arte medicus, ex philoſopho monachus, vir dicendi peritus, ſcripſit adverſus Neſtorium prius eleganter*

(d) Genn. c. 82.

PAGIUS tomb. ſuperioris Chriſti anni exorditur, aſſerit, *Joannem Apamenum* in Synodo Antiochena electum eſſe Epiſcopum: *Cæterum Petrum Fullonem, ut qui Baſiliſco faverat, Zeno habuit exoſum. Orientalis itaque Synodi decreto dignitate motus eſt, & in ejus locum Joannes ordinatur. Hic quoque poſt menſes tres ejicitur, ac demum ſucceſſor ejus Stephanus vir pietate ſpectabilis Antiochia promovetur Epiſcopus. Petrus autem Pityus relegatus cuſtodes eludit, & ad ſanctum Theodorum Euchaitarum Tutelarem profugit.* Sed contigere hæc anno ſequenti; Theophanes enim anno uno citius res per hæc tempora narrat, & in Epiſtolis Simplicii anno ſequenti datis, vel ad eum ex Oriente miſſis, mentio quidem reſtitutionis Salophacioli, ſed non Petri Fullonis, ut videre eſt eo anno apud Baronium. Porro erat *Apamea* Metropolis Syriæ ſecundæ, ſive Salotaris, indeque in Concilio Schiſmaticorum apud Epheſum nominatur poſt Joannem Antiochenum *Alexander Apameæ Metropolitanus*. De hac Urbe legendus Cardinal. Noriſius in Diſſert. II. de Epochis Syro-Macedonum cap. 2 paragr. 9.

XII. *Simplicius PP. petit ut hæretici in Synodo damnentur.*

Holſtenius in Collectione Romana publicavit Epiſtolam Simplicii Papæ ad Acacium Conſtantinopol. Epiſcopum, quæ ſine die & Conſule eſt, quamque Labbeus Tom. IV. Concil. pag. 1039. poſt omnes Simplicii Epiſtolas male collocavit. Cum enim eam ſcripſerit *Simplicius* paulo poſtquam accepit ab Acacio vim, quæ illata fuerat Eccleſiis, *ſub occaſione tyrannicæ dominationis, & per abſentiam Chriſtianiſſimi Principis*; & ipſo tempore, quo Ælurus adhuc vivebat, quem cum ſequacibus ſuis *ad irremeabile exilium* dirigi, a Zenone Imp. petendum eſſe dicit, apparet eam Epiſtolam in futura Collectione Conciliorum immediate collocandam eſſe poſt Epiſtolam VIII. Simplicii ad Zenonem Imp. datam *VIII. Idus Octob. poſt Conſulatum Baſiliſci & Armati*, qua Simplicius gratulatur Imperatori de recuperato Imperio; cum poſt illam in eadem Collectione Concil. ſequatur Epiſtola Acacii ad Simplicium, qua ei Timothei Æluri mortem ſignificat, quæ adhuc Simplicium latebat, cum Epiſtolam ab Holſtenio editam, ad Acacium ſcripſit. Ex ea intelligimus, *Acacium* monuiſſe *Simplicium* de Synodo a ſe apud Conſtantinopolim indicta. Ait enim Simplicius: *Unde unicum poſt Deum, qui Eccleſiam & Rempublicam conſolatione mirabili viſitavit, etiamſi hoc fieri minime poſtulaſſes, Clementiſſimi Imperatoris auxilium duximus implorandum, ut pro omnibus, quæ Regni ejus Dominus tribuit, ne ulterius in Orbe terrarum, quas ſubditas ſuo cognoſcit Imperio, Eccleſia Dei ab hæreticorum contagione & pravitate violentur, ſed doctrinæ diabolicæ præceptione pietatis ipſius præſtentur immunes. Ut ii qui ſibi crediderint Sacerdotale miniſterium damnati hominis præſumtione conferri, promulgata Imperiali conſtitutione etiam a conventu hominum ſegregati, jubeantur excludi: quatenus his ſubmotis, atque in ſolitudinis perpetua relegatione damnatis, Antiſtites Catholici deceptis vel reddantur Eccleſiis, vel creentur. In quo nec noſtra preces apud religioſiſſimum Principem, nec Dilectionis tuæ ſuggeſtio, aut ſanctorum fratrum noſtrorum, quod adveniſſe Conſtantinopolim reperimus, imploratio Sacerdotum, aut ſupplicatio Monachorum laborare poterit.*

XIII. Imploraverat autem Imperatoris auxilium Simplicius in Epiſtola ad Zenonem *VIII. Idus Octob.*

ter & fortiter: modo autem dum in illum invehitur nimius, & ſyllogiſmis magis quam Scripturis agit, Timotheanum dogma fovere capit. Denique ambiguus etiam ſui, ſuſpendit animum a conſenſu Chalcedonenſis decreti, nec acquieſcendum putat Filium Dei duabus poſt incarnationem conſtare naturis, Hæc ipſe: qui & de eodem Timotheo agens, ſic ait (a):

(a) Genn. c. 72.

XIX. Timothei ſcripta hæretica. *Scripſit ad Leonem Imperatorem libellum valde ſuaſorium, quem pravo ſenſu Patrum teſtimoniis in tantum roborare conatus eſt, ut ad decipiendum Imperatorem, & ſuam hæreſim conſtituendam, pene Leonem urbis Romæ Pontificem & Chalcedonenſem Synodum ac totos Occidentales Epiſcopos aliorum adminiculo Neſtorianos oſtenderet. Sed favente Deo, a Chalcedonenſe Concilio hoſtis Eccleſiæ arguitur & confutatur. Vivo vero adhuc in exilio jam hæreſiarcha dicitur & habetur. Hunc ipſum libellum nocendi gratia ego rogatus a fratribus in Latinum tranſtuli, & cavendum prætitulavi.* Hæc ipſe: quibus apparet, ante hæc tempora, dum Timotheus in exilio ageret, ipſum librum Timothei ab eodem Gennadio eſſe tranſlatum. Sed etſi hunc Timotheum dictæ hæreſis conſtet auctorem fuiſſe; ex his tamen quæ ſuperius ſæpe dicta ſunt, ſatis apparet eumdem Alexandrinum Timotheum eamdem quam Dioſcorus atque Eutyches hæreſim ſectatum eſſe. Quinam autem alii ſcriptores præter Samuelem hoc tempore adverſus Eutychianam hæreſim ſcripſerint, alibi dictum eſt.

Sed qui in locum ejectorum Epiſcoporum fuerint ſubſtituti, Evagrius narrat: nempe Antiochiæ Stephanum, de quo plura inferius dicturi ſumus: in locum vero defuncti Timothei fuiſſe ſubrogatum Petrum. Sic enim idem auctor ait: *Mortuo Timotheo, Alexandrini Petrum cognomento Mogum ſua ipſius auctoritate ſibi Epiſcopum deligunt: quod Zenonem, ubi ad aures ejus pervenit, vehementer conturbavit. Itaque Petrum multavit morte; Timotheum autem, qui Proterio ſucceſſerat, quique tum propter quamdam populi ſeditionem quietem degebat in Canopo, ac-* XX.

Petrus Mogus Epiſcopus Alex.

cer-

PAGIUS

Simplicius PP. petit ut hæretici in Synodo Conſtantinopol. damnentur.

Octob. poſt Conſulatum Baſiliſci & Armatii, ideoque Holſteniana Epiſtola prioribus menſibus anni inſequentis data. In illa enim quam hoc anno *VIII. Idus Octob.* ſcripſit Simplicius, ait: *Unde ante omnia precor, ut Alexandrinam Eccleſiam non minus a funeſto, quam ab hæretico pervaſore Clementiæ veſtræ diſpoſitionibus liberatam Catholico & legitimo reſtitui conſentis Antiſtiti, eiſque etiam, quos temeritate diabolica diverſis ordinaſſe probabitur, ejectis, recta fidei ſubrogari conſtituatis Epiſcopos*, &c. Sed redeo ad Epiſtolam Holſtenianam, in qua paulo poſt laudata ſuperiori numero verba, ſubjungit Simplicius: *Sicut ergo literis noſtris, ita tua Dilectioni vel omnium fratrum, qui ſe ad documenta fidei ſua Chriſtianiſſimi Principis præſentavere conſpectui, ſuggeſtione repetendum eſt, ut Timotheus, cum ſequacibus ſuis ad irremeabile dirigatur exilium. Cum quo Paulus ab Epheſina Eccleſia, & Petrus ab Antiochena Civitate depulſus, atque omnes, qui ab eo ſe, vel ab his, quos illicito fecerat, aſſimant Epiſcopos ordinatos, eadem debeat Lege percelli ...... De Joanne quondam Conſtantinopolitano, qui ab hæreticis Apamenum Sacerdotium* (ideoque recte ſcripſit Theophanes in Synodo eum electum fuiſſe) *quod ei, qui Presbyter aliunde fuerat, vel a Catholicis ſumere non licebat, ſe hæreticum publicavit, & quod in ſe perperam factum eſt, improperium retorſit in auctorem; expellens ab Antiochia Petrum pervaſorem ipſius, eamdem Eccleſiam ipſe pervaſit ſub anathemate a Chriſtianorum conſortio, vel ipſa appellatione removemus: nec unquam his ſatisfactionis patefaciendus eſt locus.*

XIV. *Fullo, Ælurus, Joannes, & Paulus in hac Synodo damnati.*

Denique ſubiicit Simplicius: *Dis autem fratres & Coepiſcopos noſtros apud Conſtantinopolim non convenit demorari: nunc præcipue, cum propter concuſſionem perſecutionis, quæ mota fuerat, ſollicita atque attonita ſunt in ſupraſcriptis Eccleſiis Civitates.* Valeſius in lib. 2. de Obſervat. Eccleſiaſt. ad Evagrium cap. 2. recte notat hanc Synodum Conſtantinopolitanam, cujus nulla mentio apud Baronium, anno ſequenti celebratam, & in ea *Fullonem* & *Joannem Apamenum* una cum *Paulo* quodam Epheſiorum, ut videtur, inquit, Epiſcopo damnatos eſſe. Verum perperam ſcribit Valeſius *Acacium* hanc Synodum indixiſſe, poſtquam accepit Synodicas literas *Stephani Epiſcopi Antiocheni*, quibus et & ordinationem ſuam, & damnationem Petri & Joannis Antiocheni ſignificabat. Synodus enim Conſtantinopolitana eo tempore habita, quo *Joannes Apamenus* Sedem Antiochenam adhuc occupabat, nondumque *Stephanus* Antiochenus Epiſcopus dictus fuerat; quod liquet ex Epiſtola Holſteniana Simplicii ad Acacium, in qua hic petit ab *Acacio* & a Synodo Conſtantinopolitana, ut *Joannes Apamenus* ab Antiochenſi Eccleſia expellatur; & nullam Stephani mentionem facit, quia ſc. *Acacius*, quando *Simplicio* indictionem ſuæ Synodi ſignificavit, de *Stephani* ordinatione loqui non potuit, quia ea nondum tunc peracta erat, & *Joannes* adhuc Eccleſiam Antiochenam tenebat. Recte porro Valeſius ſuſpicatus eſt, *Paulum*, qui cum Æluro, Fullone, & Joanne Apameno in Synodo damnatus eſt eſſe *Paulum* Epheſiorum Epiſcopum, hoc enim diſerte aſſerit *Simplicius* in Epiſtola Holſteniana, cujus verba num. ſuperiori retulimus.

XV. *Geſta poſt Synodum Conſtantinopolitanam.*

Synodo Conſtantinopolitana abſoluta ſcripſit ad Simplicium Papam *Acacius*, petiitque ab Apoſtolica Sede, ut ſi forte ad eam præfati hæretici damnati confugerent, nec viſu dignos eos haberet; etſi jam aliquam indulgentiam fortaſſe impetraſſent, irritam eſſe debere, affirmavit, nec eorum pœnitentiam recipiendam eſſe, ut refert Auctor Breviculi Eutychian. *Simplicius* Papa acceptis his *Acacii* literis reſpondit, *Petrum* & *Joannem* a ſe damnatos eſſe, & ab Eccleſiæ communione præciſos. Ea quidem Epiſtola Simplicii ad Acacium hodie non extat, ſed ejus meminit Simplicius ipſe in Epiſtola ad Zenonem Aug. qua ei gratulatur ob vindictam Sedem *Stephani* Antiochenſis Epiſcopi, ut animadvertit Valeſius citatus. Ibi enim Simplicius inter cætera hæc dicit: *Sed ut loquar fiducialiter Principi Chriſtiano, ſi prætervitarum literarum, quas de Petri, aliorumque nomine ad fratrem & Coepiſcopum meum Acacium ſcripſiſſe memini* (lo-

qui-

verſit. Sic Timotheus Imperatoris juſſu ſuam Epiſcopalem ſedem denuo obtinet. Prout ex litteris Papæ Simplicii admonitus fuit. Cæterum quod Petrus morte mulctatus ſit, redarguitur Evagrius a Liberato Diacono & aliis hiſtoricis. Sed de his agemus anno ſequenti.

XXI. Hoc eodem anno, qui numeratur quintus ab obitu ſancti Euthymii magni nominis anachoretæ (ut auctor eſt in ejus Vita (*a*) Cyrillus) Anaſtaſius Epiſcopus Hierosolymitanus ex hac vita migravit anno undevigeſimo ſuæ ſedis, ut ex tempore obitus Juvenalis prædeceſſoris colligitur. In ejus vero locum ordinatur Martyrius monachus genere Cappadox: quod quidem futurum S. Euthymius longe ante prædixerat, ut Cyrillus his verbis narrat poſt recenſitam cædem Proterii Epiſcopi Alexandrini per impium Timotheum illatam (*b*). *Cum ergo in Ægypto omnia eſſent plena turba & tumultu; duo anachoretæ, quibus nomen erat Martyrius, & Elias, unus quidem Cappadox, alter vero Arabs, profecti ex monte Nitriæ ad magnum illum veniunt Euthymium, & unuſquiſque eorum in cellula ſeparata apud ipſum longo tempore ſunt verſati: quos quidem hic vir divinus amplectebatur lege amicitiæ, & aſſidue invitabat ad collocutionem, & ad Cutilum & Ruban ſeceſſus & deſcenſus eos quoque ſimiliter faciebat participes; cum quibus & una cum Gerafimo & aliis deinceps anachoretis ſanctæ illius manus unaquaque Dominica intemerata ſumebat ſacramenta. Prævidit autem magnus Euthymius perſpicaci oculo animæ ea quæ erant eventura Martyrio & Eliæ; nempe fore, ut Jacobi, qui clarus erat in choro diſcipulorum, unuſquiſque eorum ſedis ſit ſucceſſor futurus.* Hæc de rebus Martyrii ante Epiſcopatum, & viſionem Euthymii Cyrillus.

(*a*) Apud Sur. die 20. Januar.

Martyrius Epiſcopus Hieroſol.

(*b*) Cyril. in Vit. S. Euthy. die 20. Januar. apud Sur.

XXII. Simulac autem vir ſanctiſſimus thronum Hieroſolymitanæ conſcendit Eccleſiæ, e ſublimi loco oculis mentis luſtrans populum ſibi ſubjectum, videnſque adhuc vigere diſſidia, foverique ſtudia hæreticorum, quæ tempore nefandiſſimi Theodoſii fuere inter monachos potiſſimum diſſeminata: ex imo pectore trahens ſuſpiria, in memoriam revocavit functiones divini paſtoris ab Ezechiele ita deſcriptas (*c*): *Sicut viſitat paſtor gregem ſuum in die, quando fuerit in medio ovium ſuarum diſſipatarum; ſic viſitabo oves meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſperſæ fuerant in die nubis & caliginis: & educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram ſuam, & paſcam eas in montibus Iſrael in rivis & cunctis ſedibus terræ. In paſcuis uberrimis paſcam eas, & in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua earum. Ibi requieſcent in terris virentibus, & in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael. Ego paſcam oves meas, & ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. Quod perierat requiram, & quod abjectum erat reducam, & quod confractum fuerat alligabo.* Iſta, inquam, de Iſraelis paſtore, Iſraeliticæ regionis Epiſcopus memoria repetens, ut eadem perficeret, totis contendere viribus cæpit; concepitque tantam ſpem ob nova ſigna de reſtituenda collapſa fide Catholica hoc eodem anno ipſo Imperatore Zenone oſtenſa, cum ab eo abjici audiret Eutychianos Epiſcopos, & explodi editam contra Chalcedonenſe Concilium ſanctionem Baſiliſci Imperatoris.

(*c*) Ezech. 34.

Quamobrem conſilium init legationis mittendæ Conſtantinopolim ad eundem Auguſtum. Deligitur ad opus induſtria, & ſanctitas Phidi diaconi, alumni magni illius Euthymii, quem haud pridem ex hac vita migraſſe diximus. At quoniam non latebat Deum, quæ occulta erat hominibus mens perfida Zenonis Imperatoris; ne ea legatio incaſſum perveniret Conſtantinopolim, ſed revocaretur XXIII.

Legatio a Martyrio Epiſc. ad Zenonem Imp.

PAGIUS

quitur Simplicius de Epiſtola ab Holſtenio edita, de qua mox actum) *ordo teneretur, ad hoc non potuit pervenire, quod jure non meruit vindicari. Mandaveram namque, ut facta ſuggeſtione Pietati Veſtræ, prædictus, ut & cæteri, qui per occaſionem tyrannicæ damnationis invaſerant Eccleſias Dei extra metas veſtri pellerentur Imperii* &c. Eadem repetit Simplicius in Epiſtola, quam eodem tempore, eademque de re, ſc. de cæde Stephani Junioris Epiſcopi Antiocheni, ſcripſit ad Acacium. Nec dubium, quin de *Petro Antiocheno* hic Simplicius loquatur, etſi enim de Alexandrino *Petro Mongo* dicto, idem Acacio mandaverat Simplicius, ut ex ejus Epiſtolis liquet; cum tamen hic ſermo ſit de Antiochena Eccleſia, non de alio Petro loquitur Simplicius, quam de Antiocheno, ut animadvertit Baronius.

XVI. Porro damnatus eſt *Fullo* in Synodo Conſtantinopolitana anno ſequenti habita, quod Triſagio hymno in Eccleſia ab anno CDXLVII. canı ſolito, ex his tantum verbis compoſito: *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis miſerere nobis*, clauſulam hanc adjeciſſet: *Qui crucifixus es pro nobis*, ut nempe Theopaſchitarum hæreſim, qua Fullo infectus erat, induceret, & Deo trino, ad quem ſuperiora ſpectabant, paſſionem adſcriberet. Hæc additio a Fullone facta eſt, quando primum Leone Auguſto Imperante, Sedem Antiochenam invaſit, ut teſtantur Theodorus Lector lib. 1. Theophanes & Cedrenus in Chronicis. Hujus Conſtantinopolitanæ Synodi nihil ſupereſt præter Epiſtolam ab Holſtenio publicatam, de qua ſurſus anno ſequenti, quo eam congregatam fuiſſe jam diximus.

Clauſula Triſagio Fullone addita.

A num. XXI. ad. XXX. *Anaſtaſius* Epiſcopus Hieroſolymorum, non hoc anno, ut habet Baronius, neque anno CDLXXIX. ut autumavit Papebrocius in Hiſtoria Chronologica Pa- XVII.

Moritur Anaſtaſius Epiſc. Hieroſolymor.

Digitized by Google

tur in Palæſtinam, divinum conſilium antevertit; & quidem immenſo miraculo, quod fide digniſſimus teſtis Cyrillus ſui temporis & regionis hiſtoricus omni fide teſtatum poſteris tradidit hiſce verbis (a):

(a) Apud Sur. die 20. Januar.

XXIV. *Quinto anno poſtea*, ab obitu Euthymii ſcilicet, *moritur quidem Anaſtaſius Patriarcha, jam incipiente menſe Januario. Zeno vero reverſus ab exilio vincit quidem Baſiliſcum, qui adhuc tenebat Imperium: rurſus autem recuperat Imperium, quod amiſerat. Et ſedi quidem Hieroſolymitanæ ſuccedit Martyrius, de quo a me ſuperius ſæpe facta eſt mentio: qui ad ipſum Imperatorem Zenonem & Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum ſcribit de ſchiſmaticis & illorum blaſphemia & vitanda hæreſi: & cum Phido diacono dediſſet litteras, mandat ei quoque non pauca ore dicenda.*

XXV. Legatio tempeſtate intercipitur. *Ille autem cum Joppen perveniſſet, & quoddam aſcendiſſet navigium, quod proficiſcebatur in Corycium; ubi fuit in ipſo mari Parthenico, in magnam incidens procellam & tempeſtatem, media nocte patitur naufragium. Cum vero jam demergeretur, nec ſe ſupra fluctus poſſet omnino tollere, ſed propterea quod in medio mari eſſet, & quod nox eſſet obſcura & incerta, periret; in quoddam lignum ex inopinato, vel potius quod Deus id dediſſet, incidit: & cum in quemdam locum enataſſet, & a tanta calamitate ſe paululum recreaſſet, venit ei in mentem admirabilis Euthymius, & ſtatim illius implorabat auxilium adverſus periculum, & ambas ei manus tendebat & illius nomen ſæpe invocabat. Cum ſic ergo laboraret, ei undecumque magnus apparet Euthymius, per mare tranſiens, & ſecure in ipſis fluctibus inambulans. Quem eum repente vidiſſet Phidus, adductus eſt in admirationem. Eum autem ab omni angore & timore volens rurſus ſtatim liberare, ea qua prius quoque ſolebat allocutione: Noli, inquit, timere: Ego ſum Euthymius Dei ſervus. Scias non eſſe bonum hoc iter in conſpectu Dei; neque enim afferet utilitatem aliquam matri Eccleſiarum. Et ideo te oportet reverti ad eum qui te miſit, & ei meo nomine jubere, ne ſit ſollicitus de disjunctione ſchiſmaticorum; haud enim ita diu abhinc, ſed illo Pontificatum obtinente, futuram unionem; & omnes qui ſunt Hieroſolymis futuros unum gregem, & ſub uno paſtore. Te autem oportet venire ad meam Lauram, & fratrum quidem cellas diruere ab ipſis fundamentis, Cœnobium vero ædificare illic, ubi meum ædificaſti cœmeterium. Non enim Lauram, ſed Cœnobium potius eſſe locum, Deo placet.*

S. Euthymius liberat legatum naufragum.

Hæc ille quidem mandat Phido, & ſuo eum pallio induit. Ille autem re ipſa & non in ſomnis protinus raptus, non diſſimili forte modo ei quo Habacuc, ita facile & momento temporis ſtatuitur in littore, & perinde ac ſi e ſomno ſurrexiſſet (o divinam providentiam!) in ſancta invenitur civitate. Sic autem præter opinionem in domo conſervatus, deponit quidem illud divinum Euthymii pallium, quod tantum pelagus tranſvolare penna citius effecit & tutius; conſueto autem induitur veſtimento: Illud vero (ſed eſt attendendum, miraculo enim cognatum & conſimile ſequitur miraculum) a quadam veluti manu abreptum, evaneſcit, & tollitur de medio. Cum ad ſe ergo rediiſſet Phidus, & quanam eum mala oppreſſiſſent conſideraſſet, unda, fluctus, nox, deſperatio, & quæcumque ſunt mala tempeſtatis: deinde vero animo agitaſſet repentinam hujus inexpugnabilis calamitatis ſolutionem, magnumque Euthymium; & quemadmodum eum jam eſſet defeſſus, & graviter ſuffocaretur, ei apparet pedibus ingrediens in fluctibus, & veluti manum illam porrigens hilarem, vultumque una & vocem, & ei mandans ea quæ dicta ſunt, & tandem imponens pallium, & tantum mare veluti alatum per aerem tranſmittens, & domi ſuæ reddens inſenſibiliter: Hæc cum apud ſe conſideraſſet Phidus, emiſit illas voces cum magna admiratione: Nunc ſcio verum eſſe & germanum Dei ſervum magnum Euthymium, ab eoque miſſum me liberaſſe a calamitate. XXVI.

Deinceps autem hæc quoque matri narravit. Illa vero eis aures lubenter accommodans (amabat enim non ſolum filium, ſed etiam Deum) & propterea tam ejus qui ſervat, quam ejus qui ſervatur, delectata narratione, & etiam lacrymas profundens ex oculis; conſuluit filio ut omnia impleret. Deinde autem ad Patriarcham quoque tranſiens, ei Phidus renunciavit XXVII.

PAGIUS Patriarch. Hieroſol. e vivis exceſſit, ſed anno quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo. Nam in Vita Sancti Euthymii Abbatis a Cyrillo Monacho elucubrata, quam Pougetus Tom. I. Analect. Græc. publicavit, narrata Euthymii morte, quæ anno CDLXXIII. contigit legitur: *Quinto poſt hæc anno moritur Anaſtaſius Hieroſolymorum Patriarcha, ineunte jam menſe Januario*, quod etiam legitur in Vita Sancti Euthymii a Metaphraſte ſcripta, quam Baronius Cyrilli Monachi eſſe credebat. Quare cum *Martyrius* die XXIII. menſis Aprilis anni quadringenteſimi octogeſimi ſexti, *octavo ſuo Pontificatus anno*, diem obierit, ut Papebrocius fatetur, ſequitur, eum anno ſequenti Anaſtaſio in Sedem Hieroſolymitanam ſucceſſiſſe, perperamque ſcripſiſſe Nicephorum in Chronico, Anaſtaſium annos viginti ſediſſe; cum anno CDLVIII. Sedem inierit. Decepit Papebrocium Codex mendoſus Vitæ Euthymii a Cyrillo ſcriptæ, cujus Vir doctiſſimus hæc verba citat: *Sexto poſt mortem Euthymii anno Archiepiſcopus Anaſtaſius obiit initio menſis Julii*; loco enim *Sexto*, legendum, *Quinto* & loco, *Julii*

omnia. Ille vero admiratus narrationem, quæ omnem rationem ſuperat & opinionem: Re vera (inquit) Dei propheta eſt magnus Euthymius, magnaque eſt, & quæ dici non poteſt apud illum fiducia. De iis enim quæ Lauræ eventura eſſent, cum nos omnes eſſemus teſtes, prædixit jam in Chriſto conſummandus. Hæc cum dixiſſet, ipſi quoque Phido permittit ut ædificet cœnobium, & concedit ut ad id proficiſcatur: ſimul profeſſus, ſe quoque omnibus viribus opus una eſſe aggreſſurum.

XXVIII. Miraculum majori probatur miraculo. Probavit autem eventus hæc omnia Dei nutu atque potentia facta eſſe, cum ipſe Deus majus atque evidentius ſubjecit miraculum, quo non unum hominem e mari eripi transferrique momento contigit in Palæſtinam, ſed multa millia hominum e profundo erroris in regnum lucis in ictu ferme oculi, omnibus cernentibus & admirantibus, inuſitato quodam modo accidit ſublime ferri. Quid autem id ſit, & quomodo factum fuerit, ex eodem Cyrillo auctore accipe: *Cum jam quidem Patriarcha Martyrius, fidem tribuens Phidi viſioni admirabili, & iis quæ in mari prædixit ille magnus, de his quidem ſchiſmaticis cogitavit cogitare. Non multum autem temporis interceſſit, & veluti ex diviniore quadam viſitatione, Marcianus, cujus paulo ante memini* (hic erat Archimandrita princeps hæreticorum ipſe hæreticus) *omnes ipſe convocat in cœnobio, quod ab ipſo conſtructum fuerat in ſancta Bethlehem: &, Quouſque tandem (inquit) o fratres & patres, contendimus corpus Eccleſiæ dividere in partes, idque cum nec nobis quidem conſtet quæ ſit Dei voluntas, ſed rem ſic credamus propriis cogitationibus? Eſt ergo nobis conſiderandum, ne forte exiſtimantibus recta via ingredi, in avia contingat incidere. Sunt enim incerta hominum cogitationes, ſacra ajunt eloquia.* (a) Sap. 9. Sorte ſortita religio. (a) *Et ſi videtur, ſequentes illud Apoſtolicum, & velati exemplo utentes, in conſpectu jaciamus ſortes Epiſcoporum & monachorum: & ſi ſors quidem venerit ad monachos, oportet omnino perſeverare in iis, in quibus nunc manemus, & quæ nobis placent: ſin autem ad Epiſcopos, cum ipſis communicare.*

XXIX. *Cum hanc attuliſſet ſententiam Marcianus, nullus erat ex iis qui aderant, qui non laudaret. Jactam itaque ſortem Epiſcopi quidem eam habuerunt: omnes autem ei ſtatim communicabant, tamquam ex Deo eſſe cognitam arbitrati, præter Gerontium ſolum & Romanum: & omnes ſe ipſos præbent ſerventes* unioni Eccleſiæ, eique de cætero germanam ac ſinceram faciunt communionem. Cum eos autem Patriarcha pulchre non ſolum ſupinis (ut quis dixerit) manibus, ſed etiam cordis ſinibus excepiſſet, præclarum & celebre feſtum agit. Admodum enim pulchre civitati exortum eſt bonum pacis, & lætatæ ſunt plateæ Hieruſalem & per omnia Deus glorificabatur. Gerontius autem & Romanus, alter quidem cum quadragintaquinque annos præfuiſſet, beatæ Melaniæ monaſteriis; alter vero in Thecoorum (ut ſupra diximus) regione monaſterium conſtruxiſſet, & deinde cum ipſi quoque turpiter fuiſſent expulſi propter eorum, quæ ipſis viſa fuerunt impietatem, male male huc & illuc obeuntes receſſerunt. Sed hæc quidem facta ſunt temporibus Zenonis.* Hactenus de his ibi quibus miranda præcedentia confirmentur. * ferventes. Unio in Eccleſia Hieroſolymitana.

XXX. Jam vero res Occidentales tandem inviſimus, quæ tetra circumquaque offuſa caligine ob barbaros ubique regnantes, obſcuræ admodum redditæ ſunt. Etenim cum defeciſſet penitus Occidentis Romanum Imperium, regnante Romæ Odoacre Rege, magna ex parte extorres facti ſunt cives, aliis ex illis in Orientem, aliis in diverſa Orbis loca, ubi haberent rura paterna, migrantibus. De Ambroſio Britanniæ vindice. Cum interea Ambroſius Aurelianus in Britannia purpuram ſumpſit, conatus liberare Britannos ab Angloſaxonibus eos aſſidue infeſtantibus. Vocati illi fuerant a Britannis ſub Marciano Imperatore, cum a Scotis & Pictis infeſtarentur: ſed (ut ſuperius dictum eſt) ex auxiliariis in hoſtes converſi, eoſdem Britannos diriſſime affligebant, ad hoc uſque tempus, quo ab Ambroſio liberantur. Hic purpuram quidem aſſumpſiſſe, non autem nomen Imperatoris, reperitur: ipſeque primus id tentavit (ut Gilda teſtatur) non autem & parentes, ut legitur apud Bedam qui

PAGIUS lii, legendum *Januarii*, ut habet MS. Colbertinum, quo uſus eſt Pongetus, & ut dicitur in Vita Euthymii a Metaphraſte ſcripta.

XVIII. *Ambroſius Rex Britannorum diverſus eſt ab Ambroſio de quo in Vita S. Severini.* Ad num. XXX. & ſeq. In Vita Sancti *Severini*, qui Noricis Evangelium per hæc tempora annuntiavit, de Odoacre Italiæ Rege Eugipoius Presbyter cap. 9. ſcribit: *Odobagar Rex S. Severino familiares literas dirigens, ſi qua ſperanda duceret, dabat ſuppliciter optionem, memor illius præſagii, quo eum expreſſerat quondam regnaturum. Tantis itaque Sanctus alloquiis invitatus, Ambroſium quemdam exulantem rogat abſolvi, cujus Odobagar gratulabundus paruit imperatis.* Hunc eſſe Ambroſium illum, qui Magnam Britanniam fortiter tuitus eſt, putavit Baronius, ita de illo ſcribens: *Hic purpuram quidem aſſumpſiſſe, non autem nomen Imperatoris reperitur: ipſeque primus id tentavit, ut Gilda teſtatur, non autem & parentes, ut legitur apud Bedam lib. de Sex Ætat. in Zenon. & de Geſt. Angl. lib. 1. cap. 16. qui ſub Zenonis Imperio hæc contigiſſe tradit, ſicut & Ado in Chronico; licet quoto anno ipſius Zenonis id acciderit, nemo prodat. Nos hoc anno poſuimus, ſequenti numerum a liberatione Ambroſii ab exilio ſub Odoacre, ſi hunc eumdem cum illo Ambro-*

(a) Beda de ſex ætat. in Zenon. & de Geſt. Angl. l. 1. c. 16.

(a) qui ſub Zenonis Imperio hæc contigiſſe tradit, ſicut & Ado in Chronico, licet quoto anno ipſius Zenonis id acciderit, nemo prodat; nos hoc anno poſuimus, ſequenti nimirum a liberatione Ambroſii ab exilio ſub Odoacre, ſi hunc eundem cum illo Ambroſio eſſe velimus: quod ut opinemur, multa perſuadent.

XXXI. Hic, inquam, ſumens purpuram, ut aliquod ſaltem veſtigium Occidentalis ſupereſſe videretur Imperii, a Britannis diu multumque a barbaris externis afflictatis, ut a Deo miſſus, acceptus eſt. Quomodo autem per eum actum ſit, ut pluribus fatigatos prœliis hoſtes tandem penitus vicerit, Gildam Sapientem audiamus rem in hæc verba deſcribentem (b):

(b) Gil. de excid. Brit.

Tempore igitur intervenient aliquando cum receſſiſſent domum crudeliſſimi prædones, roboratæ a Deo reliquiæ, quibus ſe conjungunt undique de diverſis locis miſerrimi cives, tam avide, quam apes alvearis procella imminente; ſimul deprecantes cum toto corde, & (ut dicitur) innumeris onerantes æthera votis, ne ad internecionem uſque delerentur: Duce Ambroſio Aureliano viro modeſto, (qui ſolus forte Romanæ gentis tantæ tempeſtatis colliſioni, occiſis in eadem parentibus, purpura nimirum indutus ſuperfuerat, cujus nunc temporibus noſtris ſoboles magnopere avita bonitate degeneraverit) vires capeſſunt, victores provocantes ad prælium: quibus victoria, Domino annuente, ex voto ceſſit. Et ex eo tempore nunc cives, nunc hoſtes vincebant: ut in iſta gente experiretur Dominus ſolito more præſentem Iſraelem, utrum diligat eum, an non, uſque ad annum obſidionis Badonici montis, noviſſimeque ferme de luciferis non minime ſtragis, qui & mea

De obſidione Badonici montis.

PAGIUS

braſio eſſe volimus, quod, ut opinemur, multa perſuadent. Verum in narratione Eugipii nihil occurrit; quod hoc perſuadere poſſit, præter unum Ambroſii nomen, quod illi cum multis aliis commune fuiſſe certum eſt. Præterea nec Beda, nec Ado Ambroſii Regnum ſub Zenone cœpiſſe tradunt, ſed tantum uterque refert, Zenone regnante, Saxones a Britannis Duce Ambroſio profligatos, quod verum eſt. Denique quod ipſum Aurelium Ambroſium, non parentes illius purpuram in Britannia ſumpſiſſe aſſerit Baronius, illud accepit ex mendoſa Gildæ editione, a Polydoro Virgilio procurata, at Uſſerius ex MSS. Gildæ exemplaribus obſervavit in lib. de Britannic. Eccleſ. Primordiis pag. 448. Legitur enim in vulgatis Gildæ exemplaribus: *Ambroſius ſolus forte Romana gentis tanta tempeſtatis colliſioni, occiſis in eadem parentibus, purpura nimirum indutis ſuperfuerat.* Ubi loco *indutis*, legendum, *indutus*. Nec diſſentit Beda lib. 1. cap. 16. ubi de Anglis ſcribit: *Utebantur eo tempore Duce Ambroſio Aureliano viro modeſto, qui ſolus forte Romana gentis præfata tempeſtati ſuperfuerat, occiſis in eadem parentibus, Regium nomen & inſigne præferentibus.* Quæ tamen verba *præfata tempeſtati*, & ſequentia in verſione Saxonica deſunt.

XIX. Saxones & Alamanni Gallias turbant.

Gregorius Turonenſis lib. 2. cap. 19. narratis iis, quæ anno CDLXV. num. XI., . . . de Saxonibus retulimus, ait: *His ita geſtis inter Saxones atque Romanos bellum geſtum eſt; ſed Saxones terga vertentes, multos de ſuis, Romanis inſequentibus gladio reliquere: Inſulæ eorum cum multo populo interempto, a Francis captæ atque ſubverſa ſunt. Eo anno menſe nono terra tremuit. Odovacrius cum Childerico fœdus iniit, Alamannoſque qui partem Italiæ pervaſerant, ſubjugarunt.* Turonenſis annum a Martio ſicuti & menſes exorditur, ideoque per hunc terræ motum, alium eum intelligit ab eo, quo Conſtantinopolis hoc anno menſe Septembri concuſſa, ut paulo ante narravimus. Turonenſem enim *Januarium* menſem undecimum appellare, anno DXC. num. II. videbimus, & cum de Fredegario ejus Continuatore ſermo erit, utrumque a Martio annum inchoare. Franci illi videntur ii, qui Cenomanenſi Regulo parebant, de quibus Turonenſis lib. 2. cap. 42. *Saxones* vero, ſicuti Childericus Francorum Rex ac Viſigothi, quorum Regia Toloſa erat Romanos bello infeſtabant, Inſulaſque in Ligeri arcibus ac præſidiis munierant, ut poſtea Normanni in eodem flumine & in aliis Galliarum præſtiterunt. Quod ſpectat ad Alamannos, qui parte Italiæ deprædata in Gallias ingreſſi erant, Cointius anno CDLXXXI. num. VI. exiſtimat, in Gregorio *Alamannorum* loco, reponendos eſſe *Alanos*, qui, inquit, conſederant ad Ligerim, partemque non Italiæ, ſed Galliæ pervaſerant. Verum Vir doctiſſimus errat; nam *Alanorum* Regnum in Galliis jam ab an. CDXLIV. finem acceperat, ut eo anno n. III. demonſtravi.

XX. Provincia occupata ab Eurico Rege.

Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 47. narrata Urbis occupatione per Odoacrem Regem ſcribit: *Euricus Rex Veſegotharum Romani Regni vacillationem cernens, Arelatum & Maſſiliam propria ſubdidit ditioni. Giſericus etenim Vandalorum Rex ſuis eum muneribus ad iſta committenda illexit, quatenus ipſe Leonis vel Zenonis inſidias, quas contra eum direxerant, præcaveret, egitque ut Orientale Imperium Oſtrogotha, Heſperium Veſegotha vaſtarent, ut in utraque Republica hoſtibus decernentibus, ipſe in Africa quietus regnaret. Quod Euricus grato ſuſcipiens animo, totas Hiſpanias Galliaſque ſibi jam jure proprio tenens, ſimul quoque & Burgundiones ſubegit.* Quare Chronographus Victori Tununenſi inſertus ad Joannis & Severi Conſulatum ſeu ad annum Chriſti CDLXX. perperam habet: *Arelatum & Maſſilia a Gothis occupata ſunt.* Præterquam enim quod Jornandes id poſt Romam ab Odoacre captam contigiſſe teſtatur, liquet ex dictis ante *Arvernum* captum Maſſiliam ab Eurico ſubactam non eſſe, ſed Chronographus iſte ſæpiſſime in Chronologiam peccat. Nec minus errat Jornandes in eo quod aſſerit, *Euricum* Hiſpanias, Gallias & Burgundiam ſubegiſſe, cum earum regionum partem tantum obtinuerit. Denique Procopius lib. 1. de Bell. Goth. cap. 12. de Gallia ſcribit: *Ubi illam Odoacer in tyrannidem mutavit; tunc Tyranni conceſſa, Galliam omnem ad Alpes uſque, quibus Gallorum ac Ligurum fines terminantur, Viſigothi obtinuerunt*, ideoque non ante annum CDLXXVI.

XXI. Provincia *in Eurici* Regis poteſtatem redacta, *Fauſtus* Epiſcopus Regienſis in exilium ab eo amandatus. Fauſtus enim in Epiſtola IX. ad Ruri-

meæ nativitatis eſt. Sed ne nunc quidem ut antea Civitates patriæ inhabitantur, ſed deſertæ dirutæque hactenus ſqualent ceſſantibus licet externis bellis, ſed non civilibus. Hæſit etenim tam deſperati inſulæ excidii, inſperatique mentio auxilii memoriæ eorum, qui utriuſque miraculi teſtes extitere: & ob hoc Reges publici privati, ſacerdotes, Eccleſiaſtici ſuum quique ordinem ſervaverunt. Hæc Gildas, Ambroſio acceptam ferens libertatem Britanniæ ab ingruentibus barbaris liberatæ, & reſtitutam Eccleſiaſticam diſciplinam. Porro quod pertinet ad cladem Badonicam: cum Beda teſtetur circa annos quadragintaquatuor accidiſſe, a tempore quo Angloſaxones Britanniam invaſerunt; habita ratione eorumdem aggreſſionis, quam tempore Marciani Auguſti contigiſſe idem ipſe affirmat, non amplius quam poſt annos circiter viginti accidiſſe dicendum eſt, & triginta annis expletis ab eo tempore quo Scoti & Picti eam invaſerunt ſub tertio Aetii Conſulatu, anno Domini quadringenteſimo quadrageſimoſexto.

Se-

PAGIUS

Fauſtus Epiſc. Regienſis in exilium miſſus.

Ruricium Epiſc. Lemovicenſem, Tom. VIII. Biblioth. Vet. Patr. edit. Lugd. inquit, *Gratias ad vos, dum vobis de patria ſcribimus, qui nobis patriam in peregrinatione feciſtis, qui indefeſſa liberalitate patriæ deſideria temperaſtis; vim quandam Divina juſtitia ſuccedentibus ſibi beneficiis inferentes: ut quod intulerat ad caſtigationem, converteret ad honorem, conferret ad conſolationem mutaret ad requiem mentis; noſtra prætermitteret, ut veſtra cumularet; debita obliviſcens; & lucra veſtra multiplicans; apud utraſque partes magnitudinem ſuæ bonitatis exercens, nos veſtro locupletaret obſequio, vos noſtro ditaret exilio.*

XXII. *Locus ejus exilii.* Hæc poſt exilium a *Fauſto* ſcripta, qui Regium *patriam* appellat, quia hujus Urbis Epiſcopatum gerebat, indeque Poſſeſſor Epiſcopus Africanus eum in literis ad Hormiſdam, *natione Gallum* fuiſſe dicit, cum tamen in Magna Britannia natus eſſet. Ex hac porro Epiſtola diſcimus Fauſtum in Diœceſim Lemovicenſem Archiepiſcopatui Bituricenſi ſubditam relegatum fuiſſe, quo in exilio cum verſaretur, aliam Epiſtolam ordine VI. ad eumdem Ruricium dedit, & de ſe ſcripſit: *Dum novos cives commercio charitatis acquirimus, dum de acquiſitorum ſalute gaudemus; inter hæc poſiti bona, præſenti inſultamus exilio, & patrem,* (lege patriam) *nos non amiſiſſe, ſed commutaſſe cognoſcimus. Nam dum fideles famuli Dei in neceſſitatibus noſtris bonitatem ſuæ devotionis exercent, ſine ſede propria poſſeſſores ſine poſſeſſione dipites ſumus.* Affert utrumque locum Uſſerius in Antiquit. Eccleſ. Britannic. cap. 13. ut probet *Fauſtum* non in minori, ſed in Majori Britannia exortum eſſe, quod confirmat in Indice Chronologico Operi ſuo ſubjuncto ad annum CDLXIII. aſſerens *Fauſtum* Britannum apud Gallos exulantem, Maximo in Lirinenſi primum Abbatia, atque in Reienſi deinde Epiſcopatu ſucceſſiſſe. Verum non niſi ſolitudinis amore Lirinum venit Fauſtus, eo tempore quo illa inſula, Eucherio & Cæſario teſtibus, glorioſos *a ſæculo transfugas* recipiebat, *& quos filios patres, quos parvos, magnos, quos Tyrannos Reges reddebat.*

I. Cur unicus Conſulatus.

SEquitur annus Chriſti quadringenteſimus ſeptuageſimusoctavus: quo Illus vir clariſſimus ſine collega Conſtantinopoli creatus eſt Conſul. Caruit ſuo Conſule Occidens, quod dum legationes ineundæ pacis cauſa ultro citroque a Zenone atque Odoacre miſſitarentur; nihil Odoacer inter hæc præſumere, nec Zeno de juribus Occidentalis Imperii ſibi voluit arrogare, ut alterum quoque Conſulem Romæ creari ſolitum nominaret: neque Odoacer id ſibi arrogandum putavit, qui nec Imperatoris nomen accepit. Hujus ergo anni principio redditæ ſunt Simplicio Romano Pontifici litteræ Acacii Conſtantinopolitani Epiſcopi de rebus Alexandrinæ Eccleſiæ anno ſuperiore tranſactis, quas ſcire idem Simplicius datis ad eumdem Acacium litteris exigebat. Quæ autem iſta fuerint, ipſa docet epiſtola; quæ honorifico præconio ipſum Romanum Epiſcopum ornans, ipſo ſui exordio iſta habet (a):

(a) Apud ep. Simpl. poſt ep. 10. co. 1. epiſt. decret.

II. Epiſtola Acacii ad Simplicium Pap.

Domino beatiſſimo ſancto Patri Archiepiſcopo Simplicio Acacius. Sollicitudinem omnium Eccleſiarum ſecundum Apoſtolum circumferentes (b), nos indeſinenter hortamini, quamvis ſponte vigilantes ac præcaventes. Sed vos divinum zelum ſolito demonſtratis, ſtatum Alexandrinæ Eccleſiæ certius requirentes, ut pro paternis canonibus ſuſcipiatis laborem, piiſſimo ſtillantes ſudore pro his, ſicut ſemper eſt approbatum. Sed Chriſtus Dominus noſter, qui diligentibus ſe in bonum cooperatur, noſtris cogitationibus inſidens, & unam nobis in his mentem atque eamdem pro gloria ſua eſſe cognoſceeas; omnem victoriam ipſe perfecit, conſortes nos cum tranquilliſſimo Principe faciens, & Timotheum quidem deceſſorem ſpirantem procellas & Eccleſiaſticam tranquillitatem (ſicut apparuit) conturbantem, vitæ ſubduxit humanæ, dicens ei (c): Tace, obmuteſce.

(b) 2. Cor. 11.

De morte Timothei.

(c) Marc. 4.

III. De fuga Petri.

Petrum quoque, qui ab Alexandria, more ſimiliter procellæ ſurrexerat, diſſipavit, atque in æternam fugam, Spiritu ſancto flante, convertit, unum de his qui olim fuerant damnati: ſicut enim in noſtris Archivis inventum eſt, & de veſtris ſcriniis (ſi dignamini exquirere) poteritis agnoſcere, quæ in tempore de eodem ſubſecuta, ab Alexandrino Archiepiſcopo Romam ad alterutrum ſunt relata. Qui Petrus noctis exiſtens filius, & operum dierum lucentium alienus appareas, omnino tenebras ad latrocinium peragendum congruas earum cooperator inveniens; media nocte, adhuc jacente cadavere illius qui paternos canones ſubvertebat, inſepulto ſurrepſit ea ſedem ſicut ipſe arbitratus eſt, uno & ſolo præſente; & eo qui concors illius inſiſtebat inſaniæ: ita ut propter hoc majoribus ſuppliciis ſubderetur, nec quod ſperabat, effectum eſt. Sed ille quidem de ſe ex parte vel minima judicans, nuſquam penitus omnino comparuit.

IV.

Timotheus autem paternorum canonum caſtor, qui Davidicæ manſuetudinis exemplo ſubditur, & uſque ad finem patiens

PAGIUS

BÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DXVI. A. C. 478.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5971.

☉ 11. A. ☽ 4. P. 9. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 478.

SIMPLICII PAPÆ 11.

ZENONIS IMP. 5.

ODOACRIS REG. 3.

I. Quinquennalia Zenonis.

[1] ILlus in Oriente ſine collega Conſul creatus. Is cum *Trocundo*, qui perperam apud Theophanem, cujus verba anno ſuperiori retulimus, *Procundus* vocatur, in gratiam Imperatoris redierat. *Illus cum Zenone conciliatus amicitia Imperium eidem recuperare ſtuduit*, inquit Candidus, quod & Theophanes citatus habet. Inde Zeno eum hoc anno, quo Quinquennalia dedit, Conſulatu cohoneſtavit.

II. Salophaciolus in perſecutione vacillavit.

A num. I. ad XVII. Simplicius Papa literis ad Acacium datis *tertio Idus Martii Illo V. C. Coſ.* & a Baronio num. VIII. recitatis, ſcribit Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo, ſe ſe gratulari in reditu Timothei Salophacioli: ait tamen: *Meminiſti hoc, cum jam dudum fidelis Præſulis non habuiſſe conſtantiam, quando ei, ut damnati Dioſcori nomen inter altaria recitaretur, extortum eſt.* Ipſe Salophaciolus literis ſine die & Conſulatu datis, & a Baronio num. X. & ſeqq. relatis deprecatur a Romano Pontifice Romam Legatione ad eum miſſa. Ex quibus intelligere poterat Baronius in dubium revocandum non eſſe, quod ſcribit Zacharias Rhetor apud Evagrium, *Anaſtaſium* Hieroſolymorum Epiſcopum Baſiliſci *Encyclicis ſubſcripſiſſe, alioſque item complures, adeo ut circiter quingenti*

NOTÆ [1] COſſ. *Illus ſine collega.* Marcellinus: *Illo ſolo coſ.* Epiſtola Simplicii Papæ ad Acacium. *Illo, viro clariſſimo conſule.* Procopius lib. III. cap. I. de ædific. Juſtiniani hujus conſulis meminit. Vide Pearſonium in Prolegomenis ad Hieroclem. Epitome temporum, & Indiculus Paſchæ *Illo V. C. Conſule. Theodoricus Durracium ingreſſus eſt.* Nonnulli ſcribunt *Hillum* cum aſpiratione. GEORGIUS

tiens, atque poteſtati propriæ reſtitutus a Chriſto propriæ ſedis honore lætatur, & ſpiritualium filiorum voces accipiens, gratiam curationis expectat, multiplicato in ſe honore a Chriſto Principe ſacerdotum: propter quem & tolerantiæ coronam ſibimet religavit. Attentius igitur oret veſtra beatitudo pro Chriſtianiſſimo Imperatore, & pro nobis ipſis. Nihil enim prætermittitur eorum quæ ad cuſtodiam Eccleſiaſticæ reſpiciunt diſciplinæ. Univerſam fraternitatem quæ vobiſcum eſt in Chriſto, ego & qui mecum ſunt, ſalutamus. Et alia manu: *In Domino conſerveris, ſanctiſſime & beatiſſime Pater.* Hactenus Acacius ad Simplicium Romanum Pontificem.

V. Simplicii pervigil cura totius Eccl.

Qui igitur conſolatur humiles Deus totius conſolationis, conſolatus eſt ſanctiſſimum Simplicium Papam in adventu harum litterarum. Angebatur ipſe mœrore ex lugubri ſtatu totius Catholicæ Eccleſiæ: nec quia premebatur proximis malis damna contemnebat externa. Quantumlibet enim ob barbarum eumdemque Arianum Italiæ Regem Odoacrem ſæpe lugeret; haud tamen Orientalis Eccleſiæ pervigilem curam gerere prætermiſit: frequentioribus namque agebat & urgebat litteris, ut de ejus Eccleſiæ ſtatu certior redderetur: cum acceptis tandem ejuſmodi ab Acacio litteris, mirifice adgaviſus eſt, ſperans fore, ut exul pietas Orientalis Eccleſiæ poſtliminio ſecundum dies antiquos ex optato reſtituenda eſſet. Ita plane ex ejuſmodi exordiis par erat reliqua quæ ventura eſſent exiſtimare: quis enim non maximam ſpem concipere potuiſſet, videns Imperatorem ſuam in Imperium reſtitutionem hiſce pietatis operibus conſecrare, & Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum eidem adnitentem, ducemque ſe ad potiora præſtanda præbentem?

VI. Acacii mutatio.

Sed quam inconſtans & labilis ſit fiducia illa quæ in homine collocatur, quæ poſt hæc contigerunt reddidere penitus manifeſtum ambobus (proh dolor!) tam Acacio quam Zenoni in deteriora prolapſis. Videbis, quod & mireris, & cum Hieremia (a) exclamare cogaris: *Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ cæli deſolamini vehementer:* videbis inquam ipſum Conſtantinopolitanum Epiſcopum quandam mentis vertigine motum, veluti, furiis agitatum, nefandiſſimum illum Petrum Mogum, quem iiſdem ſuis litteris adeo fuerat execratus, noctis filium latronem noctu irrepentem, invaſoremque alienæ ſedis appellans, poſt hæc omni foviſſe ſtudio & officio adjuvaſſe, ut Eccleſiæ Alexandrinæ thronum reciperet, quem fur & latro compertus jam ſponte turpi lapſus fuga deſeruiſſet. Sed levia iſta tibi videri poterunt, cum illum ſpectabis phreneſi quadam abreptum & velut œſtro percitum, adverſus Romanum Pontificem, violentum inſurgere appetere cornibus appetendo primatum quem nuper videris, cum mentis compos eſſet, & ſanos liberoſque haberet affectus, Simplicio Papæ adeo obſequentem, in omnibus obtemperantem, ac plane dignum ab eo exiſtimatum, cui crederet vices ſuas, delegando eidem in Oriente vicariam præfecturam, qua roboratus, intrepidus obſtitit Baſiliſco, repreſſit furentem, & coegit nova ſanctione veterem contra fidem Catholicam latam penitus abrogare: Iſta quidem, cum mentis compos, non alta ſapiens, humilibus conſentiret. At eſt plane illa æqua menſura, qua quiſque diverſos uniuſcujuſque hominis actus metiatur; & probata æqui ponderis trutina, qua quis expendat cujuſque opera, quæ ſibi contraria eſſe noſcantur: ut illa probet, quæ tranquilliori geſta ſunt animo, antequam contigerit

(a) Hier. 2.

PAGIUS

genti numero fuerint, qui Leonis Epiſtolam & Chalcedonenſe Concilium damnaverunt, inquit Evagrius lib. 3. cap. 5. In perſecutione enim multi vacillare ſolent. Vide Baronium anno CDLXXVI. num. XL.

III. *Synodi Conſtantinopolitana & Romana.*

Celebrata hoc anno Synodus Conſtantinopolitana ab Acacio, & Romana a Simplicio Papa. In illis Timotheus Ælurus, Petrus Fullo, Joannes Apamenus, & Paulus Epheſiorum Epiſcopus damnati: Nam Felix III. Simplicii Papæ ſucceſſor in Epiſtola ad Clericos & Monachos Orientales, apud Baronium anno CCCCLXXXIII. num. LII. ait: *Quos tunc hypocrita Acacius ita fecit ab Apoſtolica Sede damnari, ut hic etiam vocabulum Chriſtianorum tolleretur, quod geſta apud eam habita manifeſtant.* Quæ ultima verba non niſi de Synodalibus geſtis intelligi poſſunt, inquit Valeſius lib. 2. Obſervat. Eccleſ. ad Evagrium cap. 2. ex illis probans, Petrum Fullonem in Synodo Conſtantinopolitana hoc anno congregata damnatum fuiſſe. Verum inde etiam conſtat, eum ac conſortes in Synodo Romana a Simplicio poſt Conſtantinopolitanam habita damnatos; cum Felix Papa dicat: *Quos tunc hypocrita Acacius, ita fecit ab Apoſtolica Sede damnari, &c.* Quod de more in Synodo fiebat. De hac Synodo Romana loquitur libellus Synodicus aſſerens, Simplicium, in ea Eutychen, Dioſcorum, & Timotheum anathemate notaſſe, & ſanctam Chalcedonenſem Synodum confirmaſſe.

IV. *Fullo ſedente Simplicio Romæ & Conſtantinopoli damnatus.*

Baronius quidem anno CDLXXXIII. num. LII. ſcripſit, *Petrum Fullonem* damnatum eſſe in Synodo Romana & in Synodo Conſtantinopolitana, ſed contendit utramque habitam eo Chriſti anno, & poſt Simplicii Papæ obitum. Hanc in rem laudat Epiſtolam Felicis Papæ ad Petrum Fullonem ſcriptam, cujus initium: *Quis dabit capiti meo aquam,* ut videre eſt ibidem num. LVI. Extat ea Græce Tom. IV. Concil. pag. 1058. in qua Felix Fullonem monet, ut reſipiſcat, & ſingulas ejus blaſphemias confutat. Refert deinde Baronius num. LXVI. ſententiam a *Felice* adverſus Fullonem iſtam, quæ his verbis inchoatur: *Quoniam peſtiferis doctrinis imbutus,* quæ extat etiam Græce & Lati-

re

gerit illum privatorum affectuum turbine agitari; illa vero reſpuat, quæ ex cæca mente & furoris impetu in tranſverſum acta procedunt. Hæc tibi firma regula ad detegendum dignoſcendumque tum Acacium, tum alios prævaricantes, ſecundum illud ab Apoſtolo de ſe ipſo
(a) Galat. 2. firmiter inculcatum (a): *Si quæ ædificavi, hæc deſtruo; prævaricatorem me conſtituo.* Hæc quoad Acacium.

VII. Sed & intueberis (quod non mireris verum ingemiſcas) Zenonem Auguſtum in conflatorio ærumnarum excoctum, viſum, ad breve temporis ſpatium purum aurum, iterum converſum in ſcoriam: Non inquam miraberis, etſi lugeas; quod haud novum ſit impios hæreticos, potiſſimum vero Principes, ſic interdum videri voluiſſe Catholicos, ut ex religione inconceſſum ulla via quod cuperent aſſequerentur Imperium; ut etiam recens de Baſiliſco demonſtravit exemplum. Sancito ſemel apud impios (quos numquam dixerim Chriſtianos) impio illo de jure regnandi decreto, licere ſimulare, fallere, religionem violare, pro arbitrioque mutare, at tamen quis regnet: quomodo non ſumma conſideratione, longa intercedente mora, donec veritatem pariat tempus, expendenda eſt Principum hæreticorum, quam præſeferunt factis, & ſcriptis proferunt, pœnitentia? Hæc obiter occaſione ejus quæ tractatur hiſtoria de Zenone, & quæ ſunt dicta de Baſiliſco, & dicturi ſumus inferius de Anaſtaſio his omnibus nequiore. Sed jam quæ reſcripſerit ad Acacium læta nunciantem & adhuc mentis compotem Sim-
(b) Simpl. ep. 8. to. 1. ep. decret. plicius Papa, videamus: hoc enim anno menſe Martii breviter iſta dedit (b):

VIII. Simplicii epiſt. ad Acacium. *Quam ſit efficax ſupplicantium Domino perſeverantia ſacerdotum, & quam jucundo gratuletur affectu ſtudium, quod defenſioni fidei ſinceris mentibus exhibetur, litteris tuæ dilectionis agnoſcitur: quando poſt tanta certamina, quibus Dei miſericordia in cauſa propriæ religionis famulos & miniſtros ſuæ conſtituens poteſtati, probatiſſimos ſibi efficit eſſe victores. Siquidem Alexandrina Eccleſia divino tandem judicio liberata, in conſortium communium nos advocans gaudiorum, eum qui ab hæretico fugatus fuerat, ad ejus ſedem rediiſſe teſtaris. Unde animis exultantibus ad univerſalis Eccleſiæ quietem Chriſto Domino noſtro pro ſalute primum fideliſſimi Principis ſupplicamus; cui pro devotione, qua cunctos antevertit ſacerdotes, pietas hæc divina concedit, quæ nos liberos pro populis Chriſtianis apud omnipotentiam cæleſtem præſtat interpretes. Sicut ergo in reditu fratris & Coepiſcopi noſtri Timothei gratulamur, ita cum commonento dilectione tua, cupimus irreprehenſibilem reperiri: quia meminiſti hoc, eum jamdudum fidelis Præſulis non habuiſſe conſtantiam, quando ei, ut damnati Dioſcori nomen inter altaria recitaretur, extortum eſt. Data tertio Idus Martii, Illo V. C. Conſule.* Haſtenus ad Acacium Simplicius Papa.

Poſt hæc autem accidit, ut idem Timotheus Alexandrinus Epiſcopus in ſedem reſtitutus, legationem ex more mitteret ad Romanum Pontificem. Miſſi ſunt tres legati, nempe Eſaias Epiſcopus, Nilus presbyter, & Martyrius diaconus. IX.
Qua quidem legatione in primis rogavit veniam pro antea admiſſo delicto, cum compreſſus gladiis Eutychianorum, coactus fuit recitare nomen Dioſcori ad altare: quod profecto haud leve facinus in tanto Epiſcopo videri poterat, licet id præſtitiſſet invitus. Deprecatur a Romano Pontifice veniam, quem Judicem & vindicem ſciret, cunctis Epiſcopis præſidere. Inſuper eadem legatione notum fecit, Petrum Mogum ejuſdem ſedis invaſorem, qui fugam captaſſe videbatur, latitare in Civitate, & ſecreto rem agere, ſeducentem multos; & cladem illius Eccleſiæ procurare; rogans ut apud Imperatorem agat, quo longius in exilium pelleretur. His igitur acceptis litteris, mox ad ipſum Imperatorem Zenonem (c) Simpl. ep. 9 to. 1. ep. decret.
Simplicius Papa iſta conſcripſit (c):

Sim-

PAGIUS ne in eodem Tom. pag. 1066. ſed alterius verſionis. Denique Baronius num. LXXI. recitat literas ejuſdem Felicis ad Zenonem Imp. in quibus ei Pontifex ſignificat, ut caveat a communione Petri jam judicio Eccleſiaſtico condemnati. Quæ Epiſtola Græce & Latine habetur in eodem Tom. Conci. pag. 1070. ubi pag. 1095. & ſeqq. Concilium illud Romanum contra Acacium & Petrum Fullonem conſarcinatur partim ex actis & productis in cauſa Acacii, partim ex actis & productis in cauſa Petri Fullonis. Conſtantinopolitanum vero Concilium ibid. pag. 1108. & ſeqq. conflatur ex Epiſtola Acacii ad Petrum Antiochenum, quæ ibi tam Græce quam Latine legitur; & cujus initium in Latino: *Obſtupuit cælum & tremuit terra*, &c. Huic Concilio etiam aſſignantur quatuor aliæ Epiſtolæ Græcæ & Latinæ a quatuor Epiſcopis Orientalibus ad Petrum Fullonem ſcriptæ. Hæc monumenta a Baronio ibidem, uti in Collectione Conciliorum diſpoſita.

V. Concilium Romanum adverſus Fullonem fictitium. Sed hæc farrago eſt rerum inter ſe nullum ordinem habentium, imo inter ſe pugnantium. Nam in Concilio Romano mittitur libellus citationis ad Acacium, & in eodem Concilio profertur ſententia in Petrum Fullonem, in qua Felix Papa dicit: *Firma ſit hæc tua diſpoſitio a me, & ab his, qui una mecum Apoſtolicum thronum regunt, & ab Acacio Conſtantinopolitana Eccleſiæ Paſtore, & a Venerabilibus Epiſcopis ſibi ſubjectis, quoniam ipſorum monumenta non ſuſtinuiſti.* Et tamen in Epiſtola, quam ex eadem Synodo Felix ad Acacium ſcribit, cujus exordium: *Poſteaquam ſanctæ memoriæ deceſſore*

meo

Simplicius Epiſcopus Zenoni Auguſto.

X. Pro Timotheo ad Zenonem Simplicius ſcribit.

Per Petrum virum ſpectabilem Comitem Placidiæ nobiliſſimæ feminæ olim devinorum exultatione munerum, triumphalis in Domino regni veſtri gloria delatata: cum univerſalis Eccleſiæ gaudio mediocritatis meæ litteras obtuliſſe meminerim, nec inter univerſos Catholicæ fidei ſacerdotes opera Domini noſtri vel ſolus potui tacere, vel primus. Quia ſecundum beatum Paulum Apoſtolum (a) *, Eccleſiarum omnium curam ſuſtinens, mihi ſummam gaudii de reddita pro clementia veſtra earum quiete ſpecialiter vendicavi, quod vos Divinitatis auxilio, dejectis religionis & regni hoſtibus, meruerimus habere victores, & in uno eodemque proventu, Chriſto in vobis ubique vincente, & cultus veræ fidei, & ſtatus eſt reparatus Imperii: quod utrumque ideo fuerat, diabolo ſe ad tempus interferente, turbatum, ut alterutrius adverſariis diſſipatis, præconia fierent majora vincentis. Unde tam præclaræ fructuum virtutis adeptus, cum lætitia univerſalis Eccleſiæ nunc quoque ſine ceſſatione facio, tacere non poſſum gratias ſine dubio perennes, quod antiquæ veræque fidei in fratre & Coepiſcopo meo Timotheo Alexandrinam Eccleſiam reddidiſtis: cujus apud me nuper litteræ commeantes, expulſa profanitate Eutychetis atque Dioſcori damnatorum, ad regendos Orthodoxos B. Petri & Evangeliſtæ Marci ſedem (quod ante compertum eſt, ſe recepiſſe commemoravit, incitans nos volentes, ut hæc ipſa pietatis veſtræ ſenſibus referremus.*

(a) 2. Cor. 12.

XI. *Ut ergo tranquillitas veſtri perpetua & fixa ſit regni; quietem, quam cunctis in memorata Eccleſia præſtitiſtis, pervigili protectione cuſtodite; & quod, juvante vos Domino, pro innocentium feciſtis ſalute animarum, religioſiore ſtudio & diligentia attentiore protegite. Quia non minoris eſt gloriæ quod condideris ſervare, quam condere: & omnibus eſt probatum, tantum vobis divini favoris emponſum, quantum Chriſtianæ religioni a veſtra pietate eſt ſedulitatis exhibitum. Et quamvis in omni parte regni ſui profutura divino cultui providentia veſtra non deſiſteret curis publicis tranquillitatem Eccleſiæ præferre; precor tamen, ut quod per nos ſerio poſtulat, immo quod ipſi ſpecialius ſupplicamus, Petrum Alexandrinæ Eccleſiæ pervaſorem, & ob hoc jure damnatum, quia moliri quædam latens in Alexandrina (ſicut ad nos ſcriptum eſt) Civitate contra hæc quæ a vobis ſunt ſtatuta memoratur: ad exteriora transferri, piiſſima præceptione jubeatis: ne aliquos modicæ fidei (quod facere perhibetur) inficiat, & ad impietatis ſuæ inſtrumenta traducat. Longe ſint ab innocentibus perniocioſa contagia, ut per vos intra Dominici gregis ovile ſit ſinceritas*, quam ſola tenere poteſt Imperialis auctoritas.* Hucuſque Simplicii epiſtola ad Zenonem, ad quem etiam aliæ eodem argumento hoc item anno litteræ datæ extant decimo Kalendas Novembris ſub eodem Conſulatu; eſt enim earum exordium: *Proxime quidem ab Urbe &c.* Quibus pariter agit de relegando longe ab Alexandria Petro Mogo turbas ſecreto miſcente; atque inter alia illud de ſceleſto homine prodit, quod arroganter Epiſcopum ageret Alexandriæ, quem nec conſtare poſſet ordinatum aliquando fuiſſe diaconum.

Petrus Mogus latens Alexandriæ mala molitur.

* ſeveritas.

Præſtabat quidem Zenonem obedire Pontifici, atque peſtilentem hominem longe longius extra Romani fines Imperii ablegare. Etenim talis eſt hæreticorum natura, ut niſi ab humano conſortio penitus auferantur, non religionem tantum, ſed & ſtatum ipſum politicum in maximum diſcrimen adducant & perdant: ſatis namque conſultum eſt his a- XII. Hæreticus homo procol pellendus.

ſan.

PAGIUS *meo*, &c. ſuſpectus hæreſis habetur Acacius, & per *Vitalem* & *Miſenum* citatur. In Concilio vero Conſtantinopolitano Acacius damnat Petrum Fullonem, qui jam in Concilio Romano eodem anno habito damnatus fuerat & ipſemet Acacius, ut mox dixi, Romam citatur. Præterea *Flaccianus* Epiſcopus Rhodopenſis ſcribit ad Petrum Fullonem tanquam ad illum, qui hæreſum procellas excitavit, atque: *Falſis literis cor Pontificis erexiſti*, ideſt, Acacii, *ut ad communionem te ſuſciperet*. Unde in Concilio Conſtantinopolitano Acacius damnabat Fullonem, & Flaccianus Acacium conſcium criminis Fullonis dicebat, ſi res ita actæ ſint eo in Concilio, ut Baronius & Collectores Conciliorum exiſtimarunt. Mitto alia multa obſurda, quæ neceſſario conſequuntur, ſi verum ſit, in utraque Synodo res ita ſe habuiſſe; ut paſſim dicitur, quia vel ſola Epiſtolarum illarum inter ſe collatione, quilibet ea obſervare poterit.

VI. Rem paucis extricare conabor. Certum eſt, Simplicium & Acacium, illum in Synodo Romana, hunc in Synodo Conſtantinopolitana *Petrum Fullonem* damnaſſe; quod non tantum ex iis, quæ modo in medium protuli, ſed etiam ex variis aliis teſtimoniis, quæ brevitatis cauſa prætermitto, indubitatum redditur. Certum eſt ſecundo, *Felicem* III. Fullonem non damnaſſe, antequam in ejecto *Calendione*, Sedem Antiochenam invaſiſſet, idque non contigiſſe, niſi poſtquam *Felix* in Concilio Romano anno CCCCLXXXIV. coacto ſententiam tulit adverſus Acacium *V. Kalend. Auguſti* illius anni, quod ex iis, quæ ſuo loco afferemus, manifeſtum fiet. Quare Epiſtola illa, cujus initium: *Quis dabit capiti meo aquam*, & ſententia, quæ incipit: *Quoniam peſtiferis doctrinis imbutus*, ab imperitis Librariis male attributæ fuere Felici III. datæ enim ſunt a *Simplicio* in Synodo Romana adverſus Fullonem hoc anno indicta. Neque res aliter ſe habere potuit, cum illa ſententia prolata ſit eo tempore, quo *Acacius* cum Pontifice Romano conſpirabat & conſentiebat, ut ex verbis ſupra ex ea recitatis evidenter patet. At nunquam inter *Felicem* & *Acacium* convenit, quinimo in prima Epiſtola, quam

Aperitur origo hujus communis erroris.

Felix

(a) ſo. 5. ſanctis Apoſtolis (a), cum ejuſmodi perditiſſimis Deo inſurentibus bellum hominibus nec trium quidem litterarum communicatione miſceri, ne quis inquam alicui ea iſtis dicere præſumeret, Ave. Quanto enim detrimento totius Orientalis Eccleſiæ permiſſus ſit homo nequiſſimus Alexandriæ agere, exitus declaravit. Jure igitur iſta prævidens, qui eminenti inſiſtens ſpeculæ (b) res obventuras longius contemplatur, Papa Simplicius clamans, ac iterum clamans, geminatis eodem anno datis epiſtolis, rogat, urget, opportune & importune monet, ut lupus ad luſtra ferarum procul ab humano conſortio amandetur. Quod quidem ut maximi ponderis opus perficeretur omnino, binas quoque eodem nuncio ad Acacium Conſtantinopolitanum litteras dedit; quem, ex rebus ab eo conſtanter geſtis in Baſiliſcum tyrannum ſumens argumentum, ad agendum in his viriliter adhortatur: reddemus ex iis earum priorem epiſtolam, quod miſſæ a Timotheo Romam legationis exactiorem narrationem contineat. Sic enim ſe habet (c):

(b) Ezec. 33.

(c) Simpl. ep. 10.

Simplicius Epiſcopus, Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo.

XIII. Simplicius Papa ad Acacium. *Quantos & quam uberes fructus conſtantiæ, fidei, & devotarum circa religionem Catholicam mentium ſemper habeat fortitudo, labor tuæ dilectionis, & eorum qui pariter, repente diabolo, jamdudum turbantur, oſtendit. Nam cum Chriſti inimicus & regni Chriſtiani ſemper aulam mox caſurus invaderet, atque impia perſecutione fideles Domini plebemque concuteret; oratione atque vigiliis ſacrilega tentamenta ſuperavit, & ſe victoria cæleſtis eo uſque porrexit, ut regreſſu religioſiſſimi Principis, Eccleſiæ quoque Alexandrinæ Catholicus redderetur Antiſtes: de quo mox cum exultatione divinæ gratiæ gaudia noſtra contulimus, & mutuis vos litteris fecimus gratulari. Et licet lætitiæ ipſius numquam ſui defuerit plenitudo; tamen frater & Coepiſcopus noſter Timotheus perſecutione probabilior factus, priſtini non immemor inſtituti, per fratrem & Coepiſcopum Eſaiam & filios noſtros Nilum presbyterum & Martyrium diaconum Alexandrinæ Eccleſiæ ſolemnia ſcripta direxit: quibus & illud, quod ante perterritus de Dioſcori nomine fecerat, ſe deſtruxiſſe memoravit, & remiſſionem ipſius erroris expetiit; noſque de quiete fecit Eccleſiæ gratulari: expertus erga ſe quantum nobiſcum tua charitas videt, quod in eo tunc reprehendimus, nos inultum, & reconciliatum ſibi nunc divinæ miſerationis affectum impendimus, frater cariſſime.*

Memoratis in Urbe, qui mox venerant, conſtitutis, occaſionem filii noſtri Petri viri ſpectabilis Comitis, quaſi ex ſententia proficiſcentis amplexi, tam noſtro propoſito, quam petitione fratris & Coepiſcopi noſtri Timothei, legatorumque ipſius precibus, id ipſum volumus ad tuam pervenire notitiam; ut etiam nunc communium fieres particeps gaudiorum, & in prædicta Eccleſiæ tranquillitate (quemadmodum diximus) laboris tui nobiſcum carperes fructum; & Chriſtianiſſimo, & clementiſſimo Principi noſtras litteras offerres ſuper hac etiam re, ut ipſe quoque devotionis & fidei propria donis, ſe Deo protegente, lætetur; atque inſiſtente charitate tua, acrioribus ſtudiis Catholicæ religionis ſalutaria ſcripta mittendo, mu- XIV.

Ann. Eccl. Tom. VIII. | A a a | mu-

PAGIUS Felix ad Acacium dedit, queſtus eſt Acacium a deceſſoribus ſuis literis incitatum, velut *obſtinato ſilentio* nihil quicquam voluiſſe referre. Cum contra certo conſtet, Simplicium & Acacium uno animorum conſenſu Fullonem damnaſſe, Simplicium in Synodo Romana, Acacium in Conſtantinopolitana. Non dubium itaque, quin Epiſtola laudata, a Simplicio ad Fullonem ſcripta ſit, eoque pertinaciter mandata ejus contemnente, ſupra dicta ſententia ab eodem Pontifice in ipſum lata. Adhæc Epiſtola, cujus initium, *Obſtupuit cælum*, &c. in Synodo Conſtantinopolitana, hoc anno coacta, ſcripta ab Acacio ad Petrum Fullonem, poſtquam in ea damnatus eſt. Denique Epiſtola ad Zenonem, cujus exordium: *Convenit Clementiæ tuæ*, &c. data quidem a Felice Papa, ſed poſt utramque Synodum Romanam anno CDLXXXV. ab eo congregatam, in quarum priori *Acacius*, in poſteriori *Petrus Fullo* Epiſcopatu depoſiti ſunt, & excommunicati. Id ex ejuſdem Epiſtolæ lectione planum fit; ea enim ad Zenonem ſcripta eo tempore, quo Zeno obſtinata mente Fullonem in Antiochena Eccleſia ſedentem tuebatur, parumque de Pontificis monitis curabat.

VII. Error Librarius attribuendus. Fontem erroris aperio. Cum Librarius incidiſſet in Codicem, in quo deſcripta erat hæc Epiſtola Græco-Latina *Felicis* ad *Zenonem*, inſuperque tres laudatæ Epiſtolæ Græcæ etiam ac Latinæ, quarum altera ab *Acacio* ad *Fullonem*, & duæ priores a Pontifice Romano ad eundem Fullonem inſcriptæ erant ſine Romani Pontificis nomine, exiſtimavit, priores illas duas Epiſtolas, quemadmodum & Epiſtolam ad Zenonem a Felice fuiſſe datas. Quæ conjectura noſtra firmatur ea eo, quod duæ priores illæ Epiſtolæ a Pontifice Romano ſcriptæ, editæ ſunt cum ſola inſcriptione Latina, quia nempe in Græco inſcriptio Græca deſiderabatur; cumque putaret Librarius utramque a Felice datam, utramque etiam in inſcriptione Latina *Felici* attribuit; quod non raro accidiſſe norunt Viri docti. Quare cum certum ſit, *Simplicium & Acacium* damnaſſe *Petrum Fullonem*, idque non multo poſt Zenonis in Imperium reſtitutionem, & Felicem in Fullonem ſententiam non tuliſſe ante annum CDLXXXIV. aut potius inſequentem, apparet conjecturam noſtram certam eſſe, Epiſtolam nempe Acacii ad Fullonem, pertinere ad Synodum Conſtantinopolitanam hoc anno habitam, & utramque Epiſtolam

*nire dignetur Eccleſias: ut (ſicut experti ſumus) in aliqua * regione antiquus ille ſerpens toties exciſi capitis virus effundat, & inficiendi aliquos occaſionem (quod abſit) rurſus inveniat, provida præceptorum ſuæ pietatis ordinatione diſponat, & ſicut evidentius approbatis, Deo ſe commendantibus legibus ſanciat: ne vel in tenebris deliteſcant, & improviſi ambulantes, in luce percutiant; & his quos in fide pauperes eſſe repererint (quod Propheta teſtatur a) inſidietur, ut rapiat.*

* antiqua.

(a) Pſ. 10.

XV. De Petro in exilium ſ. mandando.

Petrum maxime, qui nonnullarum domorum, ſuique ſimilium latebris confovetur, & quem zelo fidei ab Epiſcopatu conſtitait ſubmoveri, in exteriores terras abiici, ſicut & nos pietati ejus ſcripſimus, ad Eccleſiaſticam pacem, ſpeciali præceptione decernat: quia rurſum aſſeritur aliqua contra diſpoſitionem fidei ipſe ſine ceſſatione moliri. Quia igitur hac opportunitate perlatoris fidiſſimi nos oportuit indicare & ſpecialius admonere; hortamur, ut cum internuncius remeare cœperit, vel ſi qua forte alia occaſio reperietur, quamprimum nos facias certiores, & curam noſtram ſublevare deproperes. Hæc de Petro populum ſeducente, Simplicius. Addit vero de plurimis, quos cum Timotheus, tum ipſe Petrus ſeduxiſſent, ad pœnitentiam revocatis; qui ut in Eccleſiam reciperentur, ad ipſum Romanum Pontificem libellum pœnitentiæ miſerunt cum deprecatione veniæ admiſſorum delictorum: nam ſubdit:

XVI. De lapſis reſtitutis.

Ut autem perfecto gaudio gauderemus, idem frater, & Coepiſcopus noſter Timotheus exemplum libelli ſatisfactionis eorum, quos a Catholicæ fidei veritate Timotheus & Petrus, utrique damnati, damnationis terrore traduxerant, veniam poſtulantes, ad nos pariter deſtinavit, ſacerdotali pietate lapſis ſubvenire deſiderans: quod divinæ miſericordiæ intuitu, quæ neminem vult perire, refutabile non putamus. Hactenus Simplicius ad Acacium: Paulo poſt autem ad eumdem eodem quoque argumento alias litteras dedit, quarum hoc eſt principium: *Proxime quidem dilectionis tuæ, &c.* Quæ datæ ponuntur, decimoſexto Kalendas Novembris. Hi quidem fuere hujus anni Simplicii Papæ labores, pro Alexandrina Eccleſia exantlati. Intelligis, puto, quod tam explicite traditur, quod & alias ſæpe factum vidimus, nimirum, abſolutionem a crimine hæreſis reſervari ſolitam Summo Pontifici: dum in eam lapſi pœnitentes libellos pro venia conſequenda mittere conſueviſſent ad Romanum Pontificem, ut Alexandrinos modo feciſſe conſtat, cum tamen eis non deeſſet Catholicus Epiſcopus Alexandrinus. Quod ſi inconceſſum id fuit primæ poſt Romanum Pontificem ſedis Epiſcopo; quinam inferiorum ſedium ſacerdotes ſibi id arrogare præſumerent? Quid autem poſt hæc factum ſit, dicemus ſuis locis inferius.

XVII. Jam vero reliquum eſt ut de alia legatione ejuſdem Timothei Catholici Alexandrini Epiſcopi ad Zenonem Imperatorem pro actione gratiarum miſſa Conſtantinopolim agamus: quæ a Liberato Diacono paucis ita deſcribitur (b): *Timotheus, Epiſcopatu recepto, miſit quoſdam clericos, gratias agens Imperatori; cum quibus erat Joannes ex Oeconomo presbyter factus Tebenſiotes, cognomento Talaida, & Gennadius Epiſcopus inferioris Helenopolis, ſanguine proximus Salofaciolo, quem expulerat quidem Epiſcopatu Ælurus, reſtituit vero Salofaciolus. Cumque hi qui fuerant miſſi gratias egiſſent Imperatori, Gennadius quidem ibi remanſit,*

(b) Liber. Diac. c. 16.

De legatione Timoth. miſſa Conſtantinop.

PAGIUS Iam a pontifice Romano ad Fullonem, ſpectare ad Synodum Romanam adverſus eundem hoc anno coactam. Quo ad alias Epiſtolas Græco-Latinas, a quibuſdam Epiſcopis Orientalibus ad Petrum Fullonem miſſas, quarum mox meminimus, datæ illæ anno CDLXXXIV. in variis Synodis adverſus Fullonem habitis, ut eo anno oſtendemus.

VIII. In Synodo Romana Fullo & additamentum Triſagii damnantur.

In Synodo Romana huc uſque perperam Felici attributa *Simplicius* damnavit etiam *Fullonem* ob ejuſdem clauſulæ additionem, ut liquet ex Epiſtola Felici Papæ male adſcripta, quæ incipit: *Quis dabit capiti meo, &c.* & ex Epiſtola alia, cujus initium: *Quoniam peſtiferis doctrinis, &c.* quæ utraque ad Fullonem data eſt, in iiſque Simplicius in eum invehitur, quod Triſagiæ deprecationi, additionem illam induxerit. Executio ſententiæ, qua Petrus Fullo damnatus & Epiſcopatu Antiocheno dejectus, demandata Acacio, ut docet Gelaſius Papa in Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ: *Hæc* (ſc. Sedes Apoſtolica) *dum Acacium certis compeririſſet indiciis a communione Catholica deviaſſe, diutius illa non credens, quippe quem noverat executorem ſæpe neceſſariæ diſpoſitionis ſuæ contra hæreticos extitiſſe, per triennium fere literis deſtinatis eumdem monere non deſtitit, ſicut per diverſos miſſa frequenter ſcripta teſtantur.* Idem habet Gelaſius in Commonitorio ad Fauſtum: *In hac ipſa cauſa*, inquit, *Timotheus Alexandrinus & Petrus Antiochenus, Petrus, Paulus, Joannes, & cæteri, non ſolum unus, ſed plures utique nomen Sacerdotii præferentes, ſola Sedes Apoſtolica ſuæ auctoritate dejecti, cujus rei teſtis etiam ipſe docetur Acacius, qui præceptionis hujus extitit executor.* Et paulo poſt: *Hoc igitur modo recidens in conſortium damnatorum, eſt damnatus Acacius, qui eorum damnationem, antequam prævaricator exiſteret, fuerat executus.* Quas adverſus hæreticos ſententias in Synodo Romana latas Acacius minime executioni dediſſet, ſi Synodus illa anno CDLXXXIII. coacta fuiſſet; cum anno præcedenti tam ipſe, quam *Petrus Mongus* Henotico Zenonis jam ſubſcripſiſſent, ut teſtatur Liberatus in Breviario cap. 17. *Communicavit etiam & Petrus Mongus his, qui deſcenderunt cum Henotico,* & Acacio Synodicam ſcripſit Epiſtolam, & ab eo recepit.

Cam-

ſit, ut cum aliis reſponſa faceret Archiepiſcopi.

XVIII. *Porro Joannes ex Oeconomo amicus factus eſt Illo Magiſtro, qui cum reliquis deſcendit Alexandriam, factuſque eſt iterum Oeconomus habens cauſam eccleſiarum: qui multa & pretioſa xenia miſit Illo Magiſtro, deſpiciens Gennadium parentem Archiepiſcopi, & Præſulem Acacium Conſtantinopolitanum.* Hæc Liberatus: qui ſubdit de legatione Timothei Romam miſſa ad Simplicium Papam, de qua nuper actum eſt. Ipſe tamen Liberatus ſugillans nonnihil Timotheum ipſum Catholicum Alexandrinum Antiſtitem nimiæ animi facilitatis iſta ſubdit: *Sed quoniam ipſe Timotheus mitiſſimus erat in Epiſcopatu, ut etiam a ſuis communicatoribus accuſaretur Imperatori, tamquam nimis remiſſus, & circa hæreticos placidus; ita ut ei ſcriberet Imperator, ut neque collectas neque baptiſmata cum hæreticis celebraret: ille autem manſuete agebat. Dum ergo tali modo gubernaret Epiſcopatum, amabant eum Alexandrini hæretici, & clamabant ei in plateis & in Eccleſiis: Vel ſi non tibi communicamus, tamen amamus te.* Hæc Liberatus de nimia indulgentia ipſius Timothei.

Sed quid præterea pertractaverit Joannes legatus, cum venit hoc anno Conſtantinopolim, Evagrius ex Zacharia Rhetore ita narrat (a): *Joannes presbyter, cui augusti templi divi Joannis Baptiſtæ & præcurſoris Domini adminiſtratio commiſſa fuit, quorumdam impulſus conſilio Conſtantinopolim venit precaturus Imperatorem, ut ſi forte Epiſcopus Alexandriæ migraret e vita, ſibi liceret Antiſtitem quem vellet civibus illius Civitatis nominare: qui quidem (ut Zacharias memorat) Epiſcopatum pro ſe ambire, ab Imperatore deprehenſus eſt: & cum ſe jurejurando obſtrinxiſſet, ſe numquam ſedem Epiſcopalem petiturum, domum revertitur.* Hæc ex Zacharia Evagrius de Joanne: de quo quæ parum digna referat, verane ſint, an in ſinceriſſimum Orthodo- XIX.

(a) Evagr. l.3. c.12. De Joanne Alexandrino.

PAGIUS

Cumque Henoticon anno CDLXXXII. emiſſum ſit, poſt eum annum inter Pontifices Romanos & Acacium nunquam convenit, hicque ab eo tempore Epiſcopis hæreticis, aliis publice, aliis occulte adhæſit, ideoque poſthac decretorum adverſus eoſdem latorum executor non fuit.

IX. *Refelluntur rationes adverſus Epiſtolas ad Fullonem datas.* Valeſius citatus utramque adverſus Fullonem Synodum *Simplicii* tempore celebratam fuiſſe docte obſervavit, ſed cum difficiliorem nodum diſſolvere non poſſet, diſſecuit, ſcripſitque omnes Epiſtolas illas Græcas confictas & commentitias eſſe. Hæc prima ejus ratio: Cur, inquit, Pontifex Romanus Græce ſcribit ad *Petrum Fullonem*? Neque enim ſolebant illis temporibus Epiſcopi Romani alia quam Latina lingua literas ſcribere ad Epiſcopos Græcos, ut teſtantur Epiſtolæ Pontificum Romanorum. Ita Valeſius cap. 4. At Simplicius quidem ad Fullonem, & ad Zenonem Felix Latine ſcripſere, ſed cum eæ literæ in linguam Græcam converſæ fuiſſent, ut moris erat, & progreſſu temporis autographum periiſſet, Græcæ, quæ etiamnum extant, in Linguam Latinam verſæ ſunt. Non raro enim contigit, ut monumenta Græca deperdita fuerint, & ſolæ verſiones ſuperfuerint; & vice verſa, ut deperditis autographis Latinis ſolæ verſiones Græcæ ad nos pervenerint.

X. *Refellitur II. ratio.* Secundo in medium adducit Valeſius verba Simplicii Papæ ad Fullonem, quibus damnationis ſententiam in eum contorquet, quæ mox retulimus, licet ex alia verſione: *Firma ſit*,
„ &c. Primo enim, inquit, hic mos non erat
„ Pontificum Romanorum, ut Epiſcoporum,
„ qui una cum ipſis in Synodo conſederant,
„ in decretis ſuis ac ſententiis mentionem ul-
„ lam facerent. Quid quod *Acacium* ſibi ad-
„ jungit, quaſi ejus ſententiam in damnando
„ Petro Antiocheno ſecutus eſſe videatur, omiſ-
„ ſa mentione Simplicii Papæ, a quo idem Pe-
„ trus diu antea fuerat condemnatus. Hæc Vir eruditiſſimus, qui non animadverterat, eas ad *Fullonem* literas, non a Felice, ſed a Simplicio datas eſſe, licet Librariorum errore *Felicis* nomen præferant, non quidem cum epigraphe Græca, ſed cum Latina, quis ſc. Græca in autographo deerat. Cæterum mirum videri non debet, quod *Simplicius* in ſententia, quam adverſus Fullonem dedit, *Acacii* mentionem fecerit. Hic enim *Fullonem* in Synodo Conſtantinopolitana jam damnaverat, petieratque ab Apoſtolica Sede, ut ſi forte is & Joannes Apamenus ad eum confugerent, *nec viſu dignos haberet: & ſi jam forſitan aliquam indulgentiam impetraſſent, irritum eſſe debere, nec eorum pœnitentiam recipiendam eſſe*, inquit Auctor Breviculi Hiſt. Eutychian. Præterea executio ſententiæ in ea Synodo Romana mandata erat *Acacio*, cui, ut lubentiori & acriori animo effectum daret, aliquid præter morem in *Acacii* gratiam faciendum eſſe judicavit Simplicius. Neque enim levis res erat depoſitio Patriarchæ Antiocheni, & aliorum Epiſcoporum, a quibus univerſa Eutychianiſtarum factio tunc potentiſſima ſtabat.

XI. *Refelluntur IV. & V.*
„ Tertiam rationem deducit Valeſius cap. 5.
„ a clauſula, quam *Petrus Fullo* hymno Tri-
„ ſagio addidit. Si enim, inquit, *Petrus Fullo*
„ ob adjectionem illius clauſulæ a Sede Roma-
„ na & Conſtantinopolitana damnatus fuiſſet,
„ nunquam profecto appendix illa *Triſagii* re-
„ tenta eſſet ab Orientalibus, nec Conſtanti-
„ nopolitani & reliqui Occidentales communi-
„ care deinceps ſuſtinuiſſent Orientalibus, qui
„ eam clauſulam retinebant. Huic rationi ad annum DXII. quod de ea clauſula nobis agendum erit, commodius ſatisfaciemus. Dicit denique Valeſius, argumenta, quæ convincunt falſitatem Epiſtolarum ab Epiſcopis Orientalibus ad Fullonem ſcriptarum, de quibus ſupra mentionem fecimus, demonſtrare etiam non ſolum Epiſtolas Felicis ad Fullonem confictas eſſe; ſed etiam Synodum Romanam a *Felice*, & Conſtantinopolitanam ab *Acacio* adverſus eundem Fullonem celebratas. At eas Orientalium literas ſinceras & germanas eſſe an. CDLXXXV. oſtendemus: ne verum eſt, utramque illam Synodum revera coactam non fuiſſe. Nam, ut ex dictis conſtat, erratum a Librariis, qui Epiſtolas a *Simplicio* ſcriptas *Felici* ejus ſucceſſori attribuerunt, & a Baronio ac Conciliorum Collo-

xum ab Eutychiano auctore ex more conficta, in ſuſpicionem quidem non levem adduci poſſe videntur: cum de Joanne illud certum ſit, præ cæteris viguiſſe fide Catholica, ut ob eam cauſam omnium in ſe Eutychianorum arma converterit; ut quæ de eo inferius dicentur, manifeſtius declarabunt.

Qui

PAGIUS lectoribus, qui errorem illum non ſuſpicati utrumque Synodum anno CDLXXXIII. quo jam *Felix* in Romana Cathedra ſedebat, conſignarunt; cum tamen eo anno *Calendio* ab Acacio ordinatus jam Sedem Antiochenam obtineret, ut ſuo loco monſtrabitur.

XII. *Stephanus fit Epiſc. Antiochenus.* Dejecto hoc anno a Sede Antiochena Joanne Apamenſi *Stephanus* ad dignitatem illam evectus eſt, ut anno ſuperiori oſtendimus.

I. Antiochena Eccleſia ab hæreticis vexata.

QUI ſequitur Chriſti Redemptoris annus quadringenteſimus ſeptuageſimus nonus, tertio Zenonis Imperatoris Conſulatu notatur in Faſtis: quo Orientalis Eccleſia, quæ paululum nacta eſſe quietis poſt reditum Zenonis Auguſti viſa eſt, rurſum opera Eutychianorum hæreticorum novis cœpta eſt turbinibus exagitari. Etenim præter illa quæ clanculo moliretur Petrus Mogus in Eccleſia Alexandrina, majoribuſque in dies acceſſionibus augerentur (quod exitus demonſtravit) Antiochena Eccleſia mirum in modum furore hæreticorum non jam rem ſecreto agentium, ſed in prœlium erumpentium, afflictata eſt. Etenim cum Stephanus Orthodoxus Epiſcopus una cum ſuis in magna Eccleſia ſacram Synaxim ſolemniter celebraret; Eutychiani, ſoboles Petri Cnaphei omnium perditiſſimi hæreticorum, conſerto agmine, exertis gladiis furentes ingreſſi, in Dei ſacerdotes ſævientes, eoſdem ſæviſſime trucidarunt; ſanctiſſimumque ipſum Antiſtitem Stephanum in quem potiſſimum majori odio æſtuabant, & ira incenſi erant corripientes, ad necem uſque atrociſſimis conſecere tormentis. De quo ex Joanne Rhetore ſuorum temporum rerum geſtarum ſcriptore hæc habet Evagrius (a):

(a) Evagr. l. 3. c. 10.

II. De Stephano Epiſcopo Antiocheno Martyre.

Petro Eccleſiæ Antiochenæ exturbato, Stephanus illius ſedem capeſſit, quam triennio in hunc uſque annum tenuit. Hunc (ſubdit ipſe) *Antiocheni calamis ad ſimilitudinem haſtarum præacutis (uti ſcribit Joannes Rhetor) confecerunt.* Hæc Evagrius, paucis admodum rem tantam abſolvens. Meminit ejuſdem necis Nicephorus (b), ejuſque corpus in Orontem amnem projectum, ex eodem Joanne auctore tradit. Eſt de hoc Joanne hiſtorico mentio apud Photium, qui ait ipſum ſui temporis eſſe proſecutum hiſtoriam Eccleſiaſticam, nimirum a temporibus Theodoſii Junioris uſque ad finem Zenonis. Utinam illam nobis Græcia conſervaſſet, martyrum ſanguine adeo illuſtratam. Porro ſatis ad pietatem & hiſtoriæ veritatem nobile de ſanctiſſimo Epiſcopo elogium, quod anniverſaria memoria vigeſimaquinta die menſis Aprilis repetere Eccleſia conſuevit verbis iſtis, veluti egregium martyris epitaphium: *Antiochiæ S. Stephani Epiſcopi & martyris, qui ab hæreticis Synodum Chalcedonenſem impugnantibus multa paſſus, in Orontem fluvium præcipitatus eſt tempore Zenonis Imperatoris.* Ita ibi. Poſt hunc divinum martyrem Stephanum, alium in locum ejus ſubrogatum Stephanum, ſed eumdem tantummodo unum ſediſſe annum, habet Nicephori Chronicon: poſtea vero electum eſſe Calendionem, ibidem notatum oſtenditur. Verum de tempore ſedis Stephani Junioris ſuo loco dicemus.

(b) Niceph. l. 15. c. 28.

III. Sed quonam auctore & impulſore tanta auſi ſunt impii? nullo quidem alio, quam ſceleſtiſſimo illo Petro Fullone, itidem Cnapheo dicto: qui cum ſub Leone Imperatore ſedem illam invaſiſſet, tandem poſt reſtitutum Zenonem in Imperium, ab ipſo throno dejectus, illic inconſulte nimis degere verſarique permiſſus eſt; reclamante licet a longe Romano

Zeno Imp. punit ſacrilegos.

PAGIUS

SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DXVII. A. C. 479.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5972.

☉ 22. G. ☽ 5. P. 25. Matt. Indict. 2.

JESU CHRISTI 479.

SIMPLICII PAPÆ 12.

ZENONIS IMP. 6.

ODOACRIS REG. 4.

I. Quinquennalia Zenonis.

[1] FL. *Zeno Aug. III.* ſine collega Conſulatum iniit ob *Quinquennalia* Imperii poſt Leonis Jun. mortem ſuſcepti.

II. A num. I. ad XIV. Epiſtola Simplicii Papæ ad Zenonem Aug. ordine XI. *data X. Kalendas Julias, poſt Conſulatum Illi V. C.* & recitata a Baronio num. IV. & ſeqq. in qua dicit Simplicius ſe facinora apud Antiochiam perpetrata accepiſſe, & quæ ab Imperatore *amore quietis ſancte & religioſe ſunt ordinata*, ſe ſe reprobare non poſſe, ordinationem ſc. novi Epiſcopi Antiocheni Conſtantinopoli factam poſt cædem deceſſoris, (quod & in Epiſtola ordine XV. ad Acacium ſcripta, & a Baronio num. X. & ſeq. relata iterat Simplicius) eidem Baronio, omnibuſque perſuaſit, *Stephanum Seniorem* Epiſcopum Antiochenum hoc anno ab hæreticis interfectum fuiſſe, & in ejus locum Imperatoris juſſu *Stephanum Juniorem* Conſtantinopoli ab Acacio ordinatum. Verum ex his, quæ infra in medium adducemus, liquebit vulgarem hanc opinionem falſam eſſe, & in ſubſcriptione prioris Epiſtolæ Simplicii Papæ ad Zenonem Aug. loco, *poſt Conſulatum Illi V. C.* legendum eſſe, *poſt Conſulatum Placidi V. C.* ideoque eam datam anno quadringen-

Non Stephanus Senior, ſed Stephanus Jun. Mart. fuit.

NOTÆ [1] COſſ. *Fl. Zeno Aug. III. ſine collega.* Victor: *Zenone Aug. coſ.* Marcellinus: *Zenone Aug. III. ſolo Coſ.* Epiſtola Simplicii Papæ ad Zenonem: *Poſt conſulatum Illi viri clariſſimi.* Epitome temporum, & Indiculus Paſchæ: *Zenone Aug. III.* GEORGIUS

no Pontifice, ut peſtilens homo quam longiſſime deportaretur. Probavit eventus, quanto periculo ſinantur perditiſſimi hæretici inter Catholicos commorari. Senſit id primum Zeno ſero ſapiens, fruſtra pœnitens non paruiſſe conſiliis Romani Pontificis. Ipſe tamen Imperator in perfidos atque ſacrilegos homicidas tam immane facinus vindicare quamprimum non deſtitit, miſſis illuc ultoribus militibus, qui (ut par erat) de factioſis illis pœnas ſumerent.

IV. Qui inſuper, ut caveret ne in electione ſucceſſoris Antiſtitis compreſſæ gladio turbæ iterum reviviſcerent, eo neceſſitatis adactus eſt, ut quod hactenus fuerat a majoribus intentatum, ipſe primus ut paci ac quieti ejus proſpiceret Civitatis, juſſerit, ut Antiochenus futurus Epiſcopus eligeretur Conſtantinopoli: male enim obducta cicatrix rurſus eruptura timebatur in ulcus, ſi Antiochiæ fierentur de Antiſtite deligendo haberi comitia. Electo igitur Stephano Stephani martyris ſucceſſore, ut ea cuncta præter regulas Eccleſiaſticas præſumpta, occaſione illa urgente, rata haberentur a Romano Pontifice, ſcripſit de his Zeno Auguſtus litteras ad Papam Simplicium. Hæc quidem ita eſſe tranſacta, quæ ab ipſo Romano Pontifice ad Imperatorem Zenonem hoc eodem anno redditæ ſunt litteræ, manifeſtant, quæ ſic ſe habent (a):

(a) Simpl. ep. 13. t. 1. ep. decret.

Simplicius Epiſcopus, Zenoni Auguſto.

V. *De Eccleſia Antiochena venerandos mihi ſemper veſtræ pietatis apices gaviſus accepi, quibus ingenito vobis ſtudio Catholicæ religionis, poſt defenſionem fidei, quæ vos ſervat ac cuſtodit, impietatis audaciam & facinora apud Antiochiam perpetrata coercita reperimus: exultantes, vobis ineſſe animum fideliſſimi Sacerdotis & Principis, ut Imperialis auctoritas & juncta Chriſtianæ religioni acceptabilior Deo fieret, & appareret integritas: cum hi qui in Epiſcoporum neces ſacrilega cæde verſati ſunt, dignis jubentur perire ſuppliciis; in quo & quieti Eccleſiæ & veſtro conſuleretis Imperio: qua* vindicata Dei contumelia, ulciſcentis eſt gratia, & conciliator his divini favoris auxilium, quorum cura ſacrilegium non reliquerit impunitum.*

Simplicii epiſtola ad Zenon. de rebus Antioch.

* quia.

VI. *Sed ut loquar fiducialiter Principi Chriſtiano: ſi præteritarum litterarum, quas de Petri aliorumque nomine jamdudum ad fratrem & Coepiſcopum meum Acacium ſcripſiſſe memini, ordo teneretur, ad hoc non potuit pervenire, quod jure nunc meruit vindicari. Mandaveram namque, ut facta ſuggeſtione pietati veſtræ, prædictus, ut & cæteri qui per occaſionem tyrannicæ dominationis invaſerant Eccleſias Dei, extra metas veſtri pellerentur Imperii ne peſtiferis ſenſibus quibuſque ſimplicioribus ore ſacrilego virus infunderent, & verbis impiis contra fidem Orthodoxam innocentiores animas ſauciarent: quod tum apparet, cum minus iſta curantur, & levia eſſe creduntur.*

VII. *Actum eſt, ut (quemadmodum perhibetis) inter altaria non tam plebs pervaſionibus eorum, ſed ipſi quoque Præſules, & prædicatores fidei perirent funeſtis gladiis ſacerdotes. Unde ſi qua & alia reliquiæ ſub veſtro reperiantur Imperio, eas vel nunc in exteriores terras jubete propelli, ne qua deinceps in eo ſit neceſſitas & cauſa ſupplicii. Quia melius eſt aditum obſtruxiſſe, quam pœnam exegiſſe peccati.*

VIII. *Et quoniam ſeditiones Antiochenas religioſiſſimo propoſito ſedandas non aliter exiſtimaſtis, niſi (præter præjudicium venerandi illius Concilii Nicæni) apud Conſtantinopolim, iiſdem petentibus, ordinaretur Antiſtes: quod in ejus tantummodo perſona ſic memoraſtis aſſumptum, ut deinceps ſecundum definitiones Patrum, Orientali Synodo creatio Antiocheni Pontificis ſervaretur; nec haberi loco vultis injuriæ, quod diſſenſionis gratia factum eſt auferendæ: Tenet hanc pietatis veſtræ beatus Petrus Apoſtolus ſponſionem, & Chriſtianiſſimi fideliſſimique Principis mentem in hæc verba juraſſe, quod poſthac in Antiochena urbe, veteri more ſervato, a comprovincialibus ſuis Epiſcopus ordinetur: ne quod nunc frater & Coepiſcopus*

Juramento Imp. conſultum immunitati antiqui juris.

meus

PAGIUS gentesimo octogeſimo ſecundo; cum Placidus anno CDLXXXI. Conſulatum geſſerit. Detritis enim prioribus nominis *Placidi* literis facile fuit Librario errare & loco *Placidi*, legere, *Illis*; eo magis quo Epiſtolæ XII. & XIII. quæ eam præcedunt, datæ ſunt *Illo V. C. Conſule*, anno ſc. CDLXXVIII. Erratum enim ſæpe eſſe a Librariis in Conſulatibus, vel Poſtconſulatibus deſcribendis, præſertim cum ancipites & fugitivi Characteres eos devinare cogunt, complurimis exemplis liquet. Quæ itaque Epiſtolæ Simplicii hoc anno a Baronio recitatæ, in quibus mentio de cæde Epiſcopi Antiocheni ejus nomine ſuppreſſo, pertinet ad annum quadringenteſimum octogeſimum ſecundum, eaque non de Stephano Seniori, ſed de *Stephano Juniori* intelligendæ. Hic enim ab hæreticis interfectus, & neuter ab Acacio ordinatus, ſed *Calendio*, qui Stephano Juniori ſucceſſit, ut eo Chriſti anno monſtrabo. Quod vero Baronius ait, novo & inuſitato exemplo Epiſcopum Antiochenum Conſtantinopoli ordinatum fuiſſe, corruit ex iis, quæ anno CDXLIX. diximus. Ibi enim oſtendimus, *Maximum* Epiſcopum Antiochenum Conſtantinopoli ab Anatolio conſecratum.

III. Stephano Seniori *anni tres* tam in Chronico Nicephori, quam in Tabulis Theophanis aſſignantur. Quare cum anno ſuperiori Epiſcopatum Antiochenum conſecutus ſit vitam produxit

Stephanus Senior poſt biennium demortuus.

xit

meus Acacius vobis eſt jubentibus execu-tus, in uſum poſteritatis veniat; & ſta-tuta Patrum, quæ præcipue præſtaſtis il-læſa confundat.

IX. Pontifex ratam habet electionem Epiſc. Antiochen. *Unde quæ a vobis amore quietis ſancte ac religioſe ſunt ordinata, reprobare non poſſumus, ne ſtatus Antiochenæ Eccleſiæ ſub noſtra dubitatione videatur ambiguus: præcipue cum is qui legitur ordinatus, teſtimoniis clementiæ veſtræ, & tanta ſit prædicatione ſubnixus, ut in eo præter borum vulnerum dolorem poſiti, poſſimus & Eccleſiæ, quæ illum meruit, gratulari.** *Hæc rependis ſermonibus, & venerationis officio reſpondens, curavi, ut tantas hæreticorum fraudes, & facinora divinis & ſæcularibus legibus perſequenda, quæ ſæpe probatis eſſe tam noxia, de memoria & converſatione hominum jubeatis auferre; quorum impietas nulla (quantum videtis, poteſt auctoritate compeſci. Data decimo Kalendas Julias poſt Conſulatum Illi V. C.* Hactenus Simplicius ad Imperatorem, illud (ut vidiſti) vehementius inculcans, & refricans, quod fruſtra ſæpe antea monuiſſet ut damnati hæretici a finibus Romani propulſarentur Imperii: quod ille adhuc facere prætermittens, tum religionem Chriſtianam, tum ipſum Romanum Imperium peſſumdedit, ut inferius ex rebus geſtis manifeſtius apparebit. Repetit & exprobrat hoc ipſum idem Papa Simplicius in epiſtola ad Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum hoc eodem anno data, non abſque animi amaritudine, verbis iſtis (a):

* gloriari.

(a) Simpl. ep. 15.

Simplicius Epiſcopus, Acacio Epiſcopo Conſtantinopolitano.

X. Simplicius Papa ad Acacium ſcribit. *Clementiſſimi Principis litteris, tuaque dilectionis de ſacrilega & funeſtiſſima cæde, quæ apud Antiochiam facta eſt, ſauciatus & nimium affectus mœrore reſpondeo; aſtruens, ſi quæ dudum de Petro, & aliis complicibus eorum ſcripſeram, & ut pietati ejus cum cæteris qui aderant fratribus ſuggerere, poſtularam, ut optaverum ordinatum fuiſſet; hæreticorum temeritas ad tantum facinus non veniret; nec aliquid neceſſitatis exiſteret, ut non aliter prædictæ ſubveniretur Eccleſiæ, niſi ut aliquid de jure ejus curatio ipſa minueret. Quamvis enim profecerit ad quietem, quod Chriſtianiſſimi Principis juſſione vel ſine præjudicio canonum a tua charitate fuerit Antiochenus Epiſcopus ordinatus: tamen non eſt ſine invidia factum, cujus cavendum deinceps etiam ille teſtatur, qui præcepit, exemplum.*

XI. Coercere ſtudet Simplicius elatam mentem Acacii. *In quo pietati ejus gratias dignum eſt nos referre: quoniam ita gloria ſua moderatus eſt poteſtatem, ut fideliſſima devotione patrum regulis ſubmitteret, quæ juberet, nec in auctoritatem recipi, quod ſequenti conſtituit ætate prohiberi; ut ſcilicet in hac tantummodo perſona, quam juſſu ejus & ſtudio quietis Antiochenſibus, non tua uſurpatione, Antiſtitem conſecraſti, quod factum eſt, neceſſitate ſufficeret. In quo tuæ dilectionis non irrationabilem cognoſcimus fuiſſe famulatum: quia Eccleſiarum jura reſpiciens, diu te non immerito ſuſpendiſſe teſtaris, ne videreris ambire, quod tanto Principi, & in tam gravi cauſa non poteras abnegare. Quapropter frater cariſſime, inſtitutorum veterum, quæ in te ſunt probata, non immemor, ſicut veniale judicare non pervides, quod tibi certum eſt imperatum: ita ipſe dans honorem fratribus, labora, ne neceſſitas ſit nulla faciendi, quod optas, nunc ſatisfactione purgari.* Hactenus ad Acacium Simplicius, iſtud ipſum vehementius inculcans, quod hominis ingenium noſceret ad volatum Icarias pennas appetere, & eas quavis oblata occaſione captare: nec eum quidem opinatio iſta fefellit, ut exitus demonſtravit. Sed de his ſuo loco erit agendum.

XII. Sic igitur novo & prorſus inuſitato exemplo contigit, ut qui a totius Syriæ Epiſcopis ordinari ſoleret Antiochenus Antiſtes, agente Imperatore, & ratum habente Romano Pontifice, fuerit ab Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo ordinatus Stephanus Junior. At quid accidit? Sicut latens malus humor in cutem cum

a na-

PAGIUS xit uſque ad annum CDLXXX. aut inſequentem nec; ipſe, ſed *Stephanus Junior* ejus ſucceſſor fidei perduellium gladio occubuit, ut ibidem evidenter oſtendam. Baronius num. II. refert hæc verba Evagrii lib. 3. cap. 10. *Petro Antiochena Eccleſia exturbato, Stephanus Sedem illius capeſſit, quam triennio in hunc uſque annum tenuit. Hunc* (ſubdit ipſe) *Antiocheni calamis ad ſimilitudinem haſtarum præacutis confecerunt.* Hæc Baronius, cujus eſt etiam parentheſis. Verum hæc verba; *quam triennio in hunc uſque annum tenuit*, neque in editione Chriſtophorſoni, neque in editione Valeſii legetur. Illud itaque errore Typographi, Baronii verba ab Evagrii textu diverſo Charactere non diſtinguentis, ita editum. Evagrius enim durationem Sedis *Stephani* non memorat, & tamen Binius in Nota ad Epiſt. XV. Simplicii ad Acacium, aliique paſſim Baronium ſecuti, locum illum integrum Evagrio adſcribunt, quod monendum duxi, ne in poſterum locus ille IV. fucum faciat.

IV. *Theodoricus Amalus in Imperium Rom. irruit.* Marcellinus in Chronico ad Conſulatum III. Zenonis Aug. hæc habet: *Sabinianus magnus Illyriciana utriuſque militiæ Ductor creatus, euntiam, fragilem, conlapſumque juſtum Reipublicæ cenſum, vel præpaventem fovit, vel, dependentem tutatus eſt. Diſciplinæ præterea militaris ita optimus inſtitutor coercitorque fuit, ut priſcis Romanorum Ductoribus compararetur. Theodoricum idem Sabinianus Regem apud Græciam debacchantem ingenio magis quam virtute deterruit.* Tum anno CDLXXXI. ejuſdem Sabiniani mortem recitat. De hac Theoderici graſſatione pluribus agit Malchus pag. 80. & ſeqq. aliique eum *Epidamnum*, hodie Dyrrachium appella-

tum,

a natura tranſmittitur, levi confricatione pruritus mordacior excitatur; ita plane quæ in Acacio hactenus ambitio latuit, occaſione ordinationis Epiſcopi Antiocheni magis magiſque incenſa appetitum primatus illi vehementiorem ingeſſit; uſque adeo, ut famis, ſeu potius rabiei expellendæ cauſa, cuſtodita canonum clauſtra ruperit, & vincula Catholicæ communionis confregerit, ſeque ac poſteros ſuos præcipites dederit: ut quæ ſæpe dicentur inferius, manifeſtiſſime declarabunt.

XIII. De tempore ſedis Stephani Junioris Antioch. Epiſc.

De tempore autem quo ſederit Stephanus Junior, corrigendum eſt Nicephori Chronicon, cum ei unum tantum annum ſedis tribuit, quem conſtat eam ad triennium propagaſſe, nimirum uſque ad annum Domini quadringenteſimum octogeſimum ſecundum, quo creatus reperitur Calendion ejus ſucceſſor. Id quidem apertiſſime liquet ex litteris S. Simplicii Romani Pontificis ad Acacium eo anno datis, quibus agit de recenti tunc facta Calendionis electione: ſed de his ſuo tempore opportunius agemus.

XIV. S. Lupi Epiſcopi obitus.

Hoc eodem anno magnus ille Lupus Trecenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Gallicanæ Eccleſiæ decus, cujus immenſa præconia ſuperius ex Sidonio Apollinari retulimus, ex hoc mundo migravit in cælum, æternæ vitæ præmia a Deo conſecuturus, cum jam annis quinquagintaduobus Epiſcopali præfectura ſuam Eccleſiam ſanctiſſime adminiſtraſſet. Porro ejus hoc anno obitus temporis ratio inde certa deducitur: quod cum fideliſſimus auctor, qui res ab eo geſtas poſteris tradidit, teſtetur ipſum eſſe creatum Epiſcopum biennio ante functionem legationis cum S. Germano in Britanniam, nempe anno Domini quadringenteſimo vigeſimoſeptimo; his ſi addas ejus ſedis annos quinquagintaduos, plane invenies ipſum hoc anno quadringenteſimo ſeptuageſimonono mortuum eſſe. Sed quid de ejus diſcipulis viris laudatiſſimis, deque ejuſdem Lupi obitu idem auctor ſcribat, ipſius hic verbis reddamus (a):

XV. (a) Apud Sur. t. 4. die 19. Auguſt. S. Lupi diſcipuli Sanctiſſimi.

Multos autem habuit vir beatiſſimus præclara virtute diſcipulos, inſignes miraculorum gloria illuſtres. In ſancto Polychronio Virdunenſis Eccleſiæ Epiſcopo gratia curationum præfulſit; ita ut religatis poſt tergum manibus, dæmonibus imperaret, priuſque ſenſum reciperent obſeſſi, quam corporum ſuorum colliſionem. Sanctum Severum Treverenſis Eccleſiæ ordinatum Epiſcopum Primæ Germaniæ Gentibus prædicantem non ambigimus inter Apoſtolos ſuum habere conſortium. Sanctum quoque Albinum Catalaunenſem Antiſtitem diuturnæ ſanctitatis prærogativa eminentem non debemus tacitè omittere, quam ille crebro permultis locis dæmones ab hominibus profligarit. Nec immerito, dum tantorum virorum celebramus præconia, eximii magiſtri laudes depromere videri debemus.

XVI.

Succeſſit autem ei dignus illo honore ſacerdos Camelianus, ejus morum imitator. Jam annis quinquaginta & duobus S. Lupus glorioſæ memoriæ Antiſtes ſacerdotio functus erat, cum vitæ præſentis debitam perſolvens, ſpiritum miſit ad ſuperos, dignis in terra laudibus celebrandus. Inde ergo nunc nobis, quo ſublimis evectus eſt, præſidium impendit. Hactenus de Lupo: cujus diem natalem Eccleſia Catholica religioſo cultu annis ſingulis quarto Kal. Auguſti celebrandum ſuſcepit. At ne putes in tam longævæ ſedis Lupi numerum errorem (ut aſſolet) irrepſiſſe: accipe ex Sidonio veritatem. Extat ejus epiſtola (b) ad ipſum data, cum ageret in ſede annum quinquageſimum: ſunt hæc enim Sidonii verba: *Jam per quinquennia decem non æquævis ſacerdotibus tantum, verum & antiquis quoties collatus, antelatuſque ſis, &c.* Hæc ipſe de Lupo: in cujus locum (ut dictum eſt) ſubrogatus eſt Camelianus ab auctore laudatus, hicque ſubſcriptus reperitur Concilio Aurelianenſi primo.

(b) Sidon. l. 9. ep. 11.

An-

PAGIUS

tum, occupaſſe, ſed ad *Lychnedum* accedentem repulſum eſſe. Hanc Urbem Ptolomæus *Lychnidum* appellat, & in Macedonia locat. Livius vero in Illyrico. Epiſcopalem fuiſſe docet Marcellinus ad Conſulatum Petri, ſeu ad annum DXVI. ubi meminit Laurentii Lychnidenſis Epiſcopi, qui pro Orthodoxis adverſus Anaſtaſium Imp. ſtetit. Porro tam Marcellinus, quam Malchus de Theoderico Amalo loquuntur. Contigebant hi tumultus ob Zenonis Imp. ignaviam, cujus vitii eum inſimulat Malchus tam pag. 87. quam pag. 97. Rediit poſtea *Theodoricus* in gratiam Zenonis, ut infra videbimus.

Finis perſecutionis in Africa adverſus Catholicos excitatæ, de qua anno ſequenti.

I. ANnus ſequens Conſulatu Baſilii Junioris illuxit: quo tandem per legationem Zenonis Imperatoris Carthaginenſis Eccleſia, poſt longa ſpatia annorum vigintiquatuor ærumnoſæ viduitatis, novum accepit ſponſum, ſanctiſſimum virum Eugenium Epiſcopum. Quomodo autem acciderit tam fauſtum ac jucundum deſolatæ Eccleſiæ Africanæ ſolatium, antequam narrare aggrediamur; de tempore, quo hæc geſta eſſe hoc anno præſenti diximus, ratio eſt exacte diſquirenda. Auctor eſt Victor (*a*): qui interfuit, ejuſdemque Eccleſiæ cladis a Vvandalis illatæ particeps fuit, poſt occluſam Carthaginenſem Eccleſiam, defuncto Deogratias Eccleſiæ ejuſdem Antiſtite, ita perſeveraſſe abſque paſtore annos vigintiquatuor. Cum autem ex his quæ ſuperius dicta ſunt, ſatis evidens fuerit demonſtratum, obiiſſe dictum Epiſcopum paulo poſt captam a Genſerico Romam (quod contigiſſe vidimus anno Domini quadringenteſimoquinquageſimoquinto) nempe ſequenti anno quinquageſimoſexto poſt quadringenteſimum: huic numero ſi annos vigintiquatuor addas ejuſdem ſedis ceſſationis, plane reperies hoc ipſo anno Domini quadringenteſimo octogeſimo creatum fuiſſe ſanctum Eugenium Carthaginenſem Epiſcopum. His de tempore elucidatis, jam rem ipſam a Victore deſcriptam hic reddamus, qui poſt Hunerici in regnum ſucceſſionem hæc habet de reſtituta Eccleſia Carthaginenſi:

(*a*) *Victor de perſ. Vvandal. l. 2.*

De tempore creationis S. Eugenii Epiſcop. Carthag.

II. Eccleſia Africana Zenonis Imp. opere ſublevatur.

Dedit (inquit), *licentiam Hunericus, Zenone Imperatore atque Placidia relicta Olybrii rogantibus, ut Carthaginenſis Eccleſia ſibi, quem vellet, Epiſcopum ordinaret, quæ jam per vigintiquatuor annos tali ornamento fuerat deſtituta. Miſit ergo tunc ad Eccleſiam Alexandrum virum illuſtrem hujuſmodi legationem ferentem, ut præſentia ejus Catholicus populus dignum ſibi peteret ſacerdotem; deſtinans quoque per Notarium ſuum Vvitarid edictum, quod publice legeretur, hunc continens modum:*

III. Edictum Hunerici Regis.

Juſſit vobis dominus dici, quia Imperator Zeno & nobiliſſima Placidia per Alexandrum virum illuſtrem ſcripſerunt, petentes ut Eccleſia Carthaginenſis religionis veſtræ proprium Epiſcopum habeat. Hoc fieri præcepit, atque eis reſcripſit, vel legatis ab eis directis dici juſſit, ut ſicut petierunt vobis Epiſcopum, quem volueritis, ordinetis: eo ſub tenore, ut noſtræ religionis Epiſcopi, qui in Conſtantinopoli ſunt, & per alias provincias Orientis, ex ejus præcepto Epiſcopi, liberum arbitrium habeant, in eccleſiis ſuis, quibus voluerint linguis populo tractare, & legem Chriſtianam colere, quemadmodum vos hic, vel in aliis Eccleſiis quæ in provinciis Africanis conſtitutæ ſunt, liberum arbitrium habetis in Eccleſiis veſtris

PAGIUS

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DXVIII. A. C. 480.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5973.

☉ 13. FE. ☽ 6. P. 13. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 480.

SIMPLICII PAPÆ 13.

ZENONIS IMP. 7.

ODOACRIS REG. 5.

I. Conſulatus.

[1] B*Aſilius Junior*, [2] ut in lege Cod. Juſtin. 21. *de teſtamentis*, & in Chronicis Caſſiodori, Mariani Scoti, & Marii Aventicenſis vocatur ſine collega in Occidente Conſul creatus eſt. Dicitur *Junior* reſpectu Baſilii anno CDLXIII. Conſulis, qui ideo ex eadem familia, Deciana nempe, fuit. De tertio Baſilio anno DXLI. quo Conſulatum ultimus ex privatis geſſit, verba faciemus. *Baſilius Junior* Præfectus Prætorio Italiæ ac Patricius fuit, vices agens Odoacris; ejuſque mentio in Concilio Romano III. ſub Symmacho, ut videre eſt apud Baronium anno CDLXXXIII. num. X.

II. Finis perſecutionis Africanæ.

A num. I. ad VI. Eccleſia Carthaginenſis jam per *annos XXIV.* ut habet Victor Vitenſis lib. 2. de Perſecut. Afr. Epiſcopo deſtituta fuerat, cum *Zenone Imp. & Placidia relicta Olybrii rogantibus*, Hunericus Vandalorum Rex *dedit licentiam, ut Carthaginenſis Eccleſia ſibi quem vellet Epiſcopum ordinaret*. Addit Victor Zenonem id petiiſſe *per Alexandrum virum illuſtrem* Legatum ſuum. Sed hæc Legatio, ſicuti & finis an-

NOTÆ [1] C*Oſ. Baſilius junior*. Inſcriptio apud Fabrettum pag. 577.

DEPOSUIT. D. IIII. KAL. MAI. FL. BASILIO. V. C. CO...

In Epitome temporum & Indiculo Paſchæ hic conſulatus deſideratur. Victor: *Poſt conſulatum Zenonis* III. Marcellinus: *Baſilio ſolo Coſ.* GEORGIUS

[2] DE Baſilio hujus anni Conſule vide notas ad annum 463. MANSI

ſtris Miſſas agere vel tractare, & quæ legis veſtræ ſunt, quemadmodum vultis, facere. Nam ſi hoc circa eos non fuerit obſervatum, tam Epiſcopus qui ordinatus fuerit, vel clerici, vel alii Epiſcopi cum clericis ſuis, qui in Africanis provinciis ſunt, jubentur inter Mauros mitti.

IV. Doloſam indulgentiam ſuſpirant Carthaginenſes. *Quod edictum dum, nobis præſentibus, decimoquarto Kalendarum Juliarum univerſa Eccleſia legeretur; gemere cœpimus, muſſitantes, eo quod meditantibus dolor, malorum eſſet futura perſecutio præparata. Et ita legato dixiſſe probamur: Si ita eſt; interpoſitis his conditionibus periculoſis, hæc Eccleſia Epiſcopum non delectatur habere. Gubernat eam Chriſtus, qui ſemper dignatur gubernare. Quam ſuggeſtionem legatus accipere neglexit: Simul & populus, ut tunc fieret, ut ignis exarſit, cujus erat clamor intolerabilis, qui nulla poſſet ratione ſedari.*

V. Eugenius creatur Epiſcopus Carthag. *Ordinato itaque Epiſcopo Eugenio viro ſancto Deoque accepto, ſublimis nata eſt lætitia, & gaudium cumulatum eſt Eccleſiæ Dei. Exultat multitudo Catholica ſub barbara dominatione de ordinatione Pontificis reparati. Nam maximus juvenum numerus atque adoleſcentularum ſibimet in commune congaudens, atteſtabatur quod numquam vidiſſet Epiſcopum in throno ſedentem. Porro ille vir Dei ſacerdos Eugenius cœpit per converſationem operum bonorum venerabilis ac reverendus haberi etiam ab iis qui foris ſunt, & ita eſſe omnibus gratus, ut ſi fas eſſet, animam ſuam pro eodem univerſos ponere delectaret. Eleemoſynas quoque tales per eum Dominus dignatus eſt facere, ut incredibile videatur tantam eum impendere, ubi Eccleſia, totum barbaris tenentibus, nec unius nummi habere cognoſcitur facultatem. Humilitatem in illo, charitatem, pietatem divinitus condonatam, ſi quiſquam incipiat, non poterit explicare. Pecuniam apud eum manſiſſe non probatur, niſi forte tali hora offerretur, quando jam Sol diei explicans curſum nocturnis tenebris ordinem daret & locum. Unde tantum reſervabat, quantum diei ſufficeret, non quantum cupiditas expetiiſſet, Deo noſtro ſubinde quotidie ingentia & majora donante.* Hactenus Victor de ordinatione Eugenii, & Epiſcopalis ipſius curæ primo progreſſu. Quomodo autem occaſione ejus vitæ morum non levis adverſus eum invidia ab Arianis conflata ſit, ac ſubinde perſecutio ſubſecuta, dicere incipiemus anno ſequenti, ut congrue tempora reddamus temporibus.

VI. Decimuſquartus hic annus eſt, quo (ut inquit Gregorius Turonenſis (a) Evaricus Rex Gothorum in Gallia præfecit ſeptem civitatibus (inter quas adnumerabatur Arvernum) Victorium Ducem. Quomodo autem acceperit civitatem Arvernenſem Evaricus non armorum vi, quam ſæpe antea fruſtra tentaverat, ſed deditione non quidem civium, verum legatorum ignava promiſſione, paucis dicamus. Cum enim pax cum Evarico Rege tunc potentiſſimo ſanciretur, inter alias pacis conditiones illa iniquior fuit, ut potiretur Arverno diutius concupito, expugnato numquam. Extat autem de his ingens querela Sidonii Apollinaris ejuſdem civitatis Epiſcopi, dum lacrymis perfuſam epiſtolam dedit ad Græcum, ſive Græcium, vel Agricium (b) Maſſilienſis civitatis Epiſcopum, unum ex legatis, qui diſpendio ejuſdem Arvernenſis civitatis pacem redemerant reliquorum Galliæ proxime degentium populorum: in qua hæc poſt alia ingerit:

(a) Greg. Tur. l. 2. c. 20. De Victorio Duce Præfecto Arvernenſibus.

(b) Sidon. l. 7. ep. 7.

VII. Expoſtulatio Sidonii adverſus legatos. *Noſtri hic nunc eſt infelicis anguli ſtatus, cujus (ut fama confirmat) melior fuit ſub bello quam ſub pace conditio. Facta eſt ſervitus noſtra pretium ſecuritatis alienæ: Arvernorum (proh dolor!) ſervitus: qui (ſi priſca replicarentur) audebant * ſe quondam fratres Latio dicere, & ſanguinem ab Iliaco populo computare. Si recentia memorabuntur: ii ſunt qui viribus propriis hoſtium publicorum arma remorati ſunt: cui ſæpe populo Gothus non fuit clauſo intra mœnia formidini, cum viciſſim ipſe fieret oppugnatoribus poſitis intra caſtra terrori. Ii ſunt qui ſibi adverſus vicinorum aciem tam duces fuere, quam milites. De quorum tamen ſorte certaminum ſi quid proſperum ceſſit, vos ſecunda ſolata ſunt; ſi quid contrarium, illos adverſa fregerunt.*

* audiebant.

Nobilitas Arvernenſium & præclaræ res geſtæ.

VIII. *Illi amore Reipublicæ, Seronatum barbaris provincias propinantem, non timuere legibus tradere, quem convictum de-*

PAGIUS annorum XXIV. a Victore numeratorum, pertinent ad ſuperiorem Chriſti annum, quo Zeno Imperii ſui Quinquennalia dedit, & de more ſuorum Deceſſorum ea inſigni aliquo facinore illuſtria voluit reddere. *Deogratias* Carthaginenſis Epiſcopus anno CDLV. ad Deum migravit, eoque mortuo Eccleſia ſine Paſtore fuit uſque ad annum præcedentem, quo Carthaginenſes *Eugenium* ſibi præpoſuere.

III. De ſimili Legatione, aliaque a Gothis ad Zenonem facta loquitur Malchus Rhetor pag. 94. aitque: *Proximo poſt Zenonis reſtitutionem anno, advenere Legati a Gothis qui in Thracia conſederant, & fœdere Romanis conjuncti erant.* Addit Malchus, eos Imperatorem rogaſſe, ut reconciliari vellet Theuderico Triarii filio, & conſideraret *quanta mala cum hoſtis extitiſſet, Romanorum rebus attuliſſet.* Sed multis accuſationibus quas in Theudericum Imperator intenderat auditis, acclamaverunt omnes, Romanorum hoſtem eſſe Theudericum. Paulo poſt Malchus ſcribit: *Eodem quoque anno Legati a Carthagine Byzantium venere, quos Alexander uxoris Olybrii* (ſed legendum, *Olybrii*, ut

Duæ Legationes ad Zenonem miſſæ.

inceps Reſpublica vix præſumpſit occidere. Hoccine meruerunt inopia flamma, ferrum peſtilentia, pingues cædibus gladii, & macri jejuniis præliatores? Propter hujus tamen inclytæ pacis expectationem, avulſas muralibus rimis herbas in cibum traximus, crebro per ignorantiam venenatis graminibus infecti, quæ indiſcretis foliis ſucciſque viridantia ſæpe manus fame concolor legit? Pro iis tot tantiſque devotionis experimentis, noſtri (quantum audio) facta jactura eſt? Pudeat vos precamur, hujus fœderis nec utilis, nec decori.

IX. Sidonii juſta reprehenſio de iniqua pacis conditione. *Per vos legationes meant: vobis primum (quamquam Principe abſente) non ſolum tractata referantur, verum etiam tractanda committuntur. Veniabilis ſit, quæſumus, apud aures veſtras veritatis aſperitas, cujus convicii invidiam dolor eripit. Parum in commune conſulitis; & cum in Concilio convenitis, non tam curæ eſt publicis mederi periculis, quam privatis ſtudere fortunis. Quod utique ſæpe diuque facientes, jam non primi comprovincialium cæpiſtis eſſe ſeduli. At quouſque iſta poterunt durare præſtigia? Non enim diutius ipſi majores noſtri hoc nomine gloriabuntur, qui minores incipiunt non habere. Quapropter vel conſilio quo poteſtis ſtatum concordiæ tam turpis incidite. Adhuc ſi neceſſe eſt, obſideri, adhuc pugnare, adhuc eſurire delectat. Si vero tradimur, quando non potuimus viribus obtineri: inveniſſe vos certum eſt quid barbarum * ſuaderetis ignavi.*

* barbaris.

X. Ne deditio fiat civium cum civitate. *Sed cur dolori nimio frena laxantur? Quin potius ignoſcite afflictis, nec imputate merentibus: namque alia regio tradita ſervitium ſperat, Arverna ſupplicium. Sane ſi medicari noſtri ultimis non valetis; ſaltem hoc efficite prece ſedula, ut ſanguis vivat, quorum eſt moritura libertas: parate exulibus terram, capiendis redemptionem, viaticum peregrinaturis. Si murus noſter aperitur hoſtibus, non ſit clauſus veſter hoſpitibus. Memor noſtri eſſe dignare, domine Papa.* Hactenus Sidonii lugubris epiſtola. Sed nihil profecit, rebus jam mutuo conſenſu compoſitis. Dedita eſt tandem Gothis civitas ipſa: permiſſi ſunt tamen cives abire liberi, & ad alias migrare civitates. Verum memores iidem Gothi plurimas ſibi a civitate illa ſtrages illatas fuiſſe, cum eam ſæpius obſediſſent, quod in cives non poterant ob pactum conventum, in muros vindicantes, eamdem incendio concremarunt. Teſtatur id ipſe Sidonius in epiſtola ad Conſtantium (a), cum agit de reditu civium eamdem inſtaurantium. (a) Sidon. l.3.ep.20.

XI. Inſtauratur Arvernum. Etenim ubi exatiatus eſt Gothicus furor: ne tantæ pateretur diſpendium civitatis, quam vix tandem ex pace ceperat, quam bello fruſtra ſæpe tentarat; ad ejus inſtaurationem adjecit animum, cum hoc anno (ut dictum eſt ex Gregorio) Rex Evaricus Victorium Ducem illuc miſit: qui cum pius eſſet, ſacra etiam illic plura ædificia erexit, de quibus ubi ſupra iſta Gregorius (b): *Proinus Arvernos adveniens, civitatem addere voluit: unde & cryptæ illæ uſque hodie perſtant ad baſilicam S. Juliani; & columnas, quæ ſunt in æde poſitæ, exhiberi juſſit: baſilicam S. Laurentii & S. Germani Licaniacenſis vici juſſit ædificari. Fuit autem Arvernis annis novem.* Hæc de his ibi. Quid præterea mirandum de eodem Victorio Duce Arvernis commorante alibi idem Gregorius habeat accipe (c): (b) Greg. hiſt. l.2. c.20. (c) Greg. Tur. de Glor. confeſſ. c.33.

XII. Cogitur Victorius Dux venerari Sanctum. *Fuit* (inquit) *in ſupradicta Arverna urbe admirabilis ſanctitatis Amabilis quidam vici Ricomagenſis presbyter, qui virtutibus magnis præcellens ſæpe ſerpentibus dicitur imperaſſe. Nam ad hujus tumulum cum Dux Victorius deſpexiſſet orare, adfixo e regione equo, nequaquam poterat amovere: quem cum flagris ſtimuliſque urgeret, & ille quaſi æneus ſtaret immobilis; tandem aliquando Dux a ſuis commonitus, qui (ut ita dicam) ipſi pecudi ſimilis erat factus, ad orationem deſcendit: cumque fideliter oraſſet, quo voluit ivit. Ad hujus ſepulcrum energumenum vidi mundatum: perjurantem diriguiſſe ut ferrum: crimen confeſſum, illico abſolutum.* Hæc Gregorius. Eſt ejuſdem Victorii honorifica mentio apud Sidonium Apollinarem, ubi agit de S. A-

PAGIUS * ut recte Valeſius in Notis ad Malchum) *Procurator ducebat, qui jam olim a Zenone Placidia conſentiente, eo miſſus fuerat. Dicebant vero Legati Honorichum velle cum Imperatore ſine fraude amicitiam contrahere, &c. Neque vero iſta, quæ in ſpeciem dici videbantur, quia magnam belli ſuſpicionem dederat, a veriſimilitudine abhorrebant. Etenim a morte Genſerici in omnem mollitiem devenerant, neque amplius ſollicitudini aut timori Romæ erant. Neque exercitus alere continuarant, quos Genſericus ad omnes occaſiones inſtructos habebat, ut ſemper celeritate exequendi aliorum conſilia præveniret, & anteverteret. Legatos Zeno liberaliter accepit, & honore debito eſt proſecutus, & muneribus pro merito ornatos dimiſit, & Alexandrum Comitem privatarum rerum fecit.* Alexander itaque qui jam ab aliquot annis Carthaginem profectus fuerat, illuc anno CDLXXIX. rediit, poſtulaturus ab Hunericho, ut Orthodoxis liceret Epiſcopum eligere, quod & factum fuit. Verum pacem illam non diu duraſſe infra viſuri ſumus.

IV. Nepos quondam Imperator occiditur. Marcellinus in Chronico, *Baſilio ſolo Coſ.* hoc ſc. anno ſcribit: *His Coſſ. Nepos, quem dudum Oreſtes Imperio abdicaverat Viatoris & Ovidæ Comitum ſuorum inſidiis haud longe a Salonis ſua in villa occiſus eſt,* quinto ſc. anno poſtquam Imperio dejectus fuerat. Hinc lucem accipiunt

braham Abbatis obitu, cum & carmine lugubri illum laudavit: hæc enim habet (a) Sidon. l.7.ep.17. ſcribens ad Voluſianum (a), cum adhuc Victorius præeſſet Arvernis:

XIII. De ſancto Abraham Abbate Sidonius ad Voluſianum. *Jubes me, domine frater, lege amicitiæ, quam nefas lædi, jam diu deſides digitos incudibus officinæ veteris imponere, & S. Abrahæ dte functo næniam funebrem luctuoſis carminibus inſcribere. Celeriter injunctis obſecundabo, cum tua tractus auctoritate, tum principaliter ampliſſimi viri Victoris Comitis devotione prævenitur, quem jure ſæculari patronum, jure Eccleſiaſtico filium excolo ut cliens, ut pater diligo. Qui ſatis docuit, quæ ſibi aut qualis erga famulos Chriſti cura ferveret, cum totum circa decumbentis Antiſtites, non dignitatem minus quam membra curvatur, ac ſupra vultum propinqua morte pallentem, dolore conſolor factus, quid viro vellet, lacrymis indicibus oſtenderet. Et quia ſibi maximas humandi funeris partes ipſe præripuit, totum apparatum ſupercurrentis impendii, quod funerando ſacerdoti competeret impartiens; ſaltem ad obſequium, quæ remanſerunt, verba conferimus, nihil aliud exaraturi ſtyli ſcalpentis impreſſu, quam teſtimonium mutuæ dilectionis. Cæterum ut mores, geſta, virtutes, indigniſſime meorum vilitate dictorum ponderabuntur,*

De rebus S. Abrahæ carmen.

Abraham ſanctis merito ſociande patronis,
Quos tibi collegas dicere non trepidem.
Nam ſic præcedunt, ut mox tamen ipſe ſequare:
Dat partem regni portio martyrii.
Natus ad Euphratem pro Chriſto ergaſtula paſſus,
Et quinquennali vincula laxa fame.
Elapſus Regi truculento Suſidis oræ,
Occiduum properas ſolus ad uſque ſolum.
Sed confeſſorem virtutum ſigna ſequuntur:
Spiritibuſque malis fers fugitive fugam.
Quaque venis, lemurum ſe clamat cedere turba:
Dæmonas ire jubes exul in exilium.
Expeteris cunctis, nec te capit ambitus ullus:
Eſt tibi delatus plus oneroſus honor.
Romuleos refugis, Bizantinoſque fragores,
Atque ſagittifero mœnia fracta Tito.
Murus Alexandri te non tenet, Antiochique:
Spernis Eliſſeæ Byrſica tecta domus,
Rura paludicolæ temnis populoſa Ravennæ,
Et quæ lanigero de ſue nomen habet.
Angulus iſte placet, pauperrimuſque * *receſſus,* * pauperſinuſque.
Et caſa cui culmo culmina preſſa forent.
Ædificas hic ipſe Deo venerabile templum,
Ipſe Dei templum corpore facte prius.
Finiti curſus eſtic vitaque viæque,
Sudori ſupereſt dupla corona tuo.
Jam te circumſtant paradiſi millia ſacri,
Abraham jam te comperegrinus habet.
Jam patriam ingrederis, ſed te qua decidit Adam,
Jam poteſ ad fontem fluminis ire tui.

Hactenus epitaphium.

Subdit vero de monaſterio, tanto deſtituto rectore, rogans eumdem Voluſianum, ut conſolaretur in eo degentes monachos, foveretque præpoſitum illis Abbatem, cum ait: *Ecce ut injunxeras, quæ reſtant ſepulto juſta perſolvimus. Sed ſi viciſſim charitatis impertis fratres, amicos, commilitones obſequi decet; ad vicem, quæſo, tu quoque quibus emines inſtitutis, diſcipulos ejus aggredere ſolare, fluctuantemque regulam fratrum deſtitutorum ſecundum ſtatuta Lerinenſium Patrum vel Grinnicenſium feſtinus conforma: cujus diſciplinæ ſi qui rebelles, ipſe caſtiga; ſi qui ſequaces, ipſe collauda. Præpoſitus illis quidem videtur S. Auxianus, qui vir (ut noſti) pluſculum juſto & corpore infirmus, & verecundus ingenio; eoque parendi quam imperandi promptior, exigit te rogari, ut tuo ipſe ſub magiſterio monaſterii magiſter accedat: & ſi* Auxianus ſucceſſor S. Abrahæ.

PAGIUS quæ ſcribit Candidus in Excerptis: *Poſt interemptum Nepotem Imperatorem Romanum, & ejus ſucceſſorem Auguſtulum expulſum Odoacer Italia, atque ipſa adeo Urbe potitus eſt. Rebellantibus autem huic Occidentis Gallis, & Legatione ab ipſis aliaque ab Odoacro ad Zenonem miſſa in Odoacrum magis Zenonis animus inclinavit.* Ubi interpres Candidi hæc verba non bene vertit, ὡς μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ βασιλέως Νέπωτος Ῥώμης. Vox enim ἀναίρεσις eo in loco cædem non ſignificat, *ſed depoſitionem*. Nec verum eſt, Odoacrem poſt Nepotis mortem Italiam ſibi ſubjeciſſe, cum *Nepos* uſque ad præſentem annum in vivis fuerit. Ad eumdem lapidem offendit Interpres Zoſimi pag. 679. Ubi hic Hiſtoriens loquens de pace inter Conſtantinum & Licinium anno CCCXIV. inite, ait unam e pacis conditionibus fuiſſe, ut Οὐάλεντα δὲ, τὸν ὑπὸ Λικιννίου καίσαρα κατεςαμένον ἀποκινηθῆναι, ideſt, *ut Valens appellatus a Licinio Cæſar exauctoraretur.* Et tamen Sylburgius in ſua verſione habet, *e medio tolleretur*, quod non dixit Zoſimus, neque etiam verum eſt, cum Valentem tantum depoſitum fuiſſe teſtentur Anonymus Valeſianus, & Petrus Patricius in Excerpt. de Legat. Præterea loco horum verborum, *rebellantibus autem huic Occidentis Gallis*, in Græco Candidi legitur, καὶ ςασιασάντων αὐτῷ τῶν δυσμικῶν Γαλατῶν, ſed vertendum *diſſidentibus ab eo Occidentalibus Gallis*. Neque enim Gal-

& ſi quis illum de junioribus ſpreverit tamquam imperitum vel puſillanimem, per te unum ſentiat utrumque non impune contemni. Quid multa? Vis ut pauces quid velim agnoſcas? Quaſo ut Abbas ſit frater Auxianus ſupra congregationem, tu vero & ſuper Abbatem. Vale.

XIV. Porro tam de Abraham, quam de Victorio meminit Gregorius iſtis verbis (a): *Cum adhuc apud urbem Arvernum Victorius, cujus ſupra meminimus, moraretur, fuit in monaſterio B. Cyriaci urbis ipſius, Abbas Abraham nomine, qui fide atque operibus Abraha illius prioris refulgebat, ſicut in libro Vita ejus ſcripſimus.* Extat quidem illa tertio loco poſita in Vitis Sanctorum Patrum ab ipſo conſcriptis. Cæterum qui adeo inſtar Abrahæ Abraham inſigniter vixit, moriens perpetuo vivens inhæſit ſacris Eccleſiæ tabulis, anniverſaria memoria celebris, quæ decimo ſeptimo Kalendas Junias repeti conſuevit. At de Abraham ſatis, qui nobis occurrit in via, dum agimus de Victorio qui eum mirifice coluit.

(a) Greg. Tur. l. 2. c. 21.

XV. Victorius in deterius mutatus. Rurſum vero quod ad eumdem Victorium ſpectat: etſi religioſi valdeque pii hominis ſæpe ſpecimen egregium edidit, noviſſima tamen ipſius gloria caruere: etenim quod barbaro eidemque ſævo Regi Gothorum in famulatu eſſet, ejuſdem ſævitiam induit, eamdemque in clariſſimum Senatorem exercuit: de quo pauca iſta Gregorius (b): *Super Eucherium vero Senatorem calumnias devolvit, quem in carcere poſitum nocte extrahi juſſit, ligatumque juxta parietem antiquum ipſum parietem ſuper eum elidi juſſit.* Hæc ipſe.

(b) Greg. Tur. l. 2. c. 20.

XVI. De Eucherio Senatore. Porro in quem adeo immaniter Victorius ſævit, hic ille fuiſſe putatur Senator Eucherius quem mirifice Sidonius prædicat dum ad ipſum ſcribens hæc habet: (c) *Veneror antiquos, non tamen ita ut qui aquævorum meorum virtutes aut merita poſtponam. Neque ſi Romana Reſpublica in extrema hac miſeriarum deſluxit, ut ſtudioſos ſui numquam remuneretur; non idcirco Brutos Torquatoſque non pariunt ſæcula mea. Quorſum iſta hac? inquis. De te ad te mihi ſermo eſt, vir efficaciſſime, cui debet Reſpublica, quod ſupradictos ſolutum laudat hiſtoria. Quapropter temerorii rerum temeraria judicia ſuſpendant, nec perſeverent ſatis aut ſuſpicere præteritos, aut deſpicere præſentes, &c.* Hæc Sidonius: ex quibus plane & cauſam cædis Eucherii invenies, & cur homo ſerviens Gothis, in eum ſævierit Reipublicæ ſtudioſum, averſum penitus ab eam ſubiicientibus barbaris.

(c) Sidon. l. 3. ep. 8.

XVII. De Eucherii præſtantia. Porro hunc eumdem Eucherium fuiſſe & religione præſtantem, & plane dignum qui in Epiſcopum aſſumeretur, niſi bigamiæ impedimentum obſtaſſet, idem Sidonius fidem facit, & quidem publice, dum pro concione laudans etiam a nobilitate Simplicium a ſe electum Bituricenſem Archiepiſcopum, hæc habet (d): *Illuſtris in utraque converſatione proſapia, aut Epiſcopis floruit, aut Præfectis: ita ſemper hujuſcemodi aut humanum aut divinum dictare jus uſui fuit. Si vero perſonam ſuam tractatu conſultiore penſemus, invenimus illum tenere iſtic inter ſpectabiles Principes locum. Sed dicitis, viros Eucherium aut Pannichium illuſtres haberi ſuperiores: quod hactenus eos eſſe putatos; ſed præſentem jam modo ad cauſam illi ex canone non requiruntur, qui ambo ad ſecundas nuptias tranſierant.* Hæc Sidonius de Eucherio viro clariſſimo quem non alium quidem a dicto Eucherio Senatore fuiſſe putamus.

(d) Sidon. l. 7. ep. 9.

XVIII. Quod vero ad ejus interfectorem Victorium pertinet: ſicut truculentis accidere ſolet hominibus, ut iidem turpiter emolliantur, effluantque carnalibus concupiſcentiis, & libidinibus turpiſſime obruantur (quod de Herode atque Nerone & aliis veteres prodidere) id ipſum plane de Victorio ſcriptis traditum invenimus. Etenim de ipſo idem qui ſupra Gregorius agens, ad finem, quo ejus vitæ periodum claudit, iſta habet: *Ipſe vero dum nimium eſſet amore mulierum luxurioſus, & ab Arvernis vereretur interfici, Romam aufugit: ibidemque tentans exercere luxuriam, lapidibus eſt obrutus.* Hæc Gregorius, qui ejus mortem accidiſſe teſtatur ante quatuor annos ab obitu Evagri-

PAGIUS Galli Odoacri Italiæ Regi ſubditi fuere. Malchus Rhetor pag. 93. hæc de Odoacre & Nepote ſcribit, quibus Candidi narratio melius intelligitur, & præſens Imperii ſtatus magis explicatur: *Auguſtus Oreſtis filius, ut audivit Zenonem iterum Orientis Imperium, expulſo Baſiliſco, recuperaſſe, Senatum veteris Romæ, Legationem ad Zenonem mittere coegit, quæ illi ſignificaret Urbem proprio Imperatore non indigere. Unum quidem Imperatorem, ſed communiter illi utriuſque Imperii fines tutandos eſſe: Odoachum ſibi Propoſitum aſſumſiſſe idoneum, qui ſalvas res faceret. Ille enim & ſcientia Reipublicæ adminiſtrandæ, & rei militaris peritia præſtat. Itaque orare, ut illum Zeno Patriciatus dignitate ornet, & Italicam Diœceſim regendam committat. Profecti ſunt igitur ex Senatu veteris Romæ Viri, qui has ſermones Byzantium deferrent.*

V. Zeno Odoacrem Patricium renunciat. Pergit Malchus: *Iiſdem diebus venerunt & a Nepote nuncii, qui Zenoni reſtitutum Imperium gratularentur, & ipſum obteſtarentur, cum eaſdem calamitates, quas Nepos expertus eſſet, ut omni opera & ſtudio illum in recipiendo Imperio prompto & alacri animo adjuvaret; & pecuniæ, & exercitus, & alia, quæ opus forent ſuppeditaret, quod illi reditum ad priſtinam fortunam elaboraret & conficeret. Hæc qui dicerent, Nepos miſit. At Zeno, his qui venerant, has reſponſa dedit. Et Senatoribus illos ex duobus, qui ab Oriente Imperium ſuſceperant, unum expuliſſe & Anthemium occidiſſe. Nunc quid ſibi facto opus eſſet, illos dixit perſpicere. Imperatore enim ſuper-*

Digitized by Google

rici: in libro autem Miraculorum (a) cumdem Victorium occiſum eſſe tradit apud Romam ab Apollinare nobili Arvernenſi; qui ea de cauſa Mediolanum relegatus, ope S. Victoris martyris divinitus eſt liberatus.

(a) Greg. mirac. l.1. c. 45.

XIX. Sed ne perfunctorie, lector, id transeas, velim, quod magnam conciliat Arvernenſi Eccleſiæ laudem, nimirum adeo populum illum caſtitatis fuiſſe cultorem, ut deditus impudicitiis Præfectus nonniſi fuga ſibi conſultum eſſe putaret, quo pudicos Arvernenſes in ſeipſum tumultuantes evaderet. Certe quidem virginitatis cultum hac ætate in ea Eccleſia floruiſſe, tum quæ Sidonius, tum quæ Gregorius poſteris tradiderunt, declarant exempla. Et in primis quod ad Sidonium ſpectat, mirifice laudat, ſcribens ad Aprum Arvernenſem civem, Frontinam virginem verbis iſtis (b): *Sed & matertera tua hinc, & hinc fuit ſanctior Frontina virginibus, quam verebatur mater, pater venerabatur, ſummæ abſtinentiæ puella, ſummi rigoris, nec fidei ingentis, ſic Deum timens, ut ab hominibus timeretur.* Hæc Sidonius. Sed accipe ex Gregorio duobus præclaris hæc ipſa de cultu illibatæ virginitatis Eccleſiæ Arvernenſis declarata exemplis: ait enim (c):

(b) Sidon. l.4.ep.21.

(c) Greg. Tur. de Glor. confeſſ. c.32.

XX. *Duos fuiſſe apud Arvernum, virum ſcilicet & puellam, refert antiquitas, qui conjuncti conjugio, non coitu; & in uno ſtratu quieſcentes, non ſunt ab alterutro polluti in voluptate carnali: poſt multos vero annos, cum eis eſſet latenter vita caſtiſſima, ex conſenſu pari vir tonſuratus ad clericatum, puella vero religioſum induit veſtimentum. Factum eſt autem, ut impletis diebus, puella migraret a ſæculo: denique vir ejus, præparata ſepultura, exhibuit corpuſculum ad ſepeliendum. Cumque eam ſepulcro reconderet, arcanum quod inter eos convenerat, elevatis manibus ad cælum pandit, dicens: Gratias tibi, rerum omnium artifex, ago, quod ſicut mihi eam commendare dignatus es, ita tibi reddidi ab omni voluptatis contagio impollutam. At illa ſubridens ait: Sile, ſile, vir Dei; quia non eſt neceſſe fatearis noſtrum, nemine interrogante, ſecretum. Poſt hæc, obtecta opertorio, receſſit.*

XXI. *Non poſt multum vero tempus & ipſe migravit a ſæculo, ſepultuſque eſt in loco ſuo. Erat autem in una quadam baſilica, ſed e diverſis parietibus utrumque ſepulcrum habebatur, & unum quidem ad Meridiem, alterum ad Aquilonem. Mane autem facto, inventa ſunt pariter eſſe ſepulcra, quæ uſque hodie ſic perdurant: idcirco nunc incolæ, Duos Amantes vocitant, & ſummo venerantur honore.* Hæc ipſe. Quæ ſecundum ea facta eſſe noſcuntur, quæ ſuperius ſuis locis ex Tertulliano, & aliis dicta ſunt, nempe frequentia fuiſſe in Eccleſia vera conjugia, ſed quoad commixtionem corporum ſimulata, dum frequentes eſſent reperiri in conjugali conſortio virgines. Sed & dignum pariter exiſtimamus ut in Annales inſeratur exemplum de alia ejuſdem civitatis ſancta virgine, quam & publicæ Eccleſiaſticæ tabulæ ſcriptam retinent, & Catholica Eccleſia anniverſario cultu proſequitur. Georgia huic nomen fuit, de qua iſta Gregorius (d):

(d) Greg. de Glor. confeſſ. c.34.

XXII. *Fertur etiam fuiſſe in ea urbe puella quædam religioſa atque devota Deo: quæ in rure commanens, quo ab urbica populatione ſummota liberius dignas Deo laudum hoſtias exhiberet, quotidie autem jejuniis & orationibus inſiſtebat. Factum eſt igitur, ut migrans ab hoc mundo, ad baſilicam oppidi cauſa ſepeliendi portaretur. Verum ubi levato feretro corpus per viam ferri cœpiſſet, adveniens grex magnus columbarum ſuper eam volare cœpit, atque huc illuc volitando ſequi quo hæc a proximis ferebatur. Qua in baſilica delata, grex totus ſuper tectum ædis ipſius viſus eſt conſediſſe: illaque ſepulta, ad cælos evolavere columbæ. Unde non immerito Georgia nuncupata eſt, quæ ſic exercuit mentem cultura ſpiritali, ut adepto virginitatis ſexageſimi fructus proventu, egrediens de ſæculo, cæleſtibus honoraretur exequiis.* Hæc Gregorius, a nobis hic opportune relata, occaſione Victorii Ducis & Comitis, hoc anno præfecti cum aliis populis etiam Arvernenſibus, impudica vita eamdem nobilem Ec-

PAGIUS *perſtite non aliam debere valere ſententiam, quam illum amplecti & illi adhærere. Ad ea vero quæ Barbarus nunciarat, recte & juſte facturum, ſi a Nepote Imperatore Odoacer Patriciatus dignitatem ſuſciperet. Eam illi miſſurum, niſi Nepos prævenerit. Hortari ſimul atque eam adeptus fuerit, ut cultum Romanis convenientem aſſumant & uſurpet. Se quoque confidere fore, ut Imperatorem, qui illum hoc honore affecerit, ſi quidem juſta facere voluerit, obſervet & colat. Sed tamen in literis regiis, quibus Odoacro eam dignitatem mittere renuit, eum Patricium nominavit. Quæ Zeno cum Nepoti ſtudebat, ex ſuis, Nepotis malorum commiſeratione duci, & proprio caſu communi hominum caſu ingemiſcere edoctus faciebat. Eo quoque illum impulit Verina, quæ Nepotis uxori, cujus erat conſanguinea, favebat.*

VI. Malchus Legationis Gallorum ad *Zenonem*, de qua Candidus citatus, mentionem non facit, quia nempe Gallorum Legati diverſi non erant ab iis, quos *Nepos* horum Imperator legitimus mittebat. Hæc itaque Legatio anno quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo obita. Variæ adhuc Civitates in Galliis, uti Remi, Narſnetes, aliæque Romanam majeſtatem venerabantur, & ut liquet ex Jornande lib. de Reb. Get. cap. 45. Burgundionum gens Romanis fœde-

Multæ Galliarum Civitates adhuc a Romanis ſtabant.

Eccleſiam labefactare non verentis. At quod dicit, debitum virgini ſexageſimi fructus proventum: id ea de cauſa, quod centeſimum putavit martyri convenire. Porro ipſius Georgiæ virginis votiva celebritas, in Eccleſia Occidentali quintodecimo Kalen. Martias annis ſingulis agitur. At de rebus Gallicis ſatis.

XXIII. De Orientalibus vero nihil hoc anno præterea, niſi quod Marcellinus hæc de prodigioſo terræmotu, quo Conſtantinopolitana civitas agitata eſt, habet (a): *Urbs regia Conſtantinopolis aſſiduo terræmotu quaſſata, magnopere ſeſe afflictam deplanxit: ambæ Troadenſes porticus cadunt: aliquanta Eccleſiæ vel ſciſſæ ſunt, vel collapſæ: ſtatua Theodoſii Magni in foro Tauri ſuper cochlidem columnam poſita corruit, duabus fornicibus ejus fori collapſis. Hunc formidoloſum diem Byzantii celebrant octavo Kalendas Octobris.* Hæc Marcellinus: quem ſubdubitamus errore lapſum, dum quod fuit terræmotus ſub Proclo monumentum (dicta enim die habent ejus memoriam Græcorum Menologia) ipſe poſteriori huic adſcribit terræmotui: ſed & Cedrenus ad aliud tempus refert. Quovis anno id acciderit, certo nonniſi magnorum malorum conſtat fuiſſe prænuncium; cum non ſolum Civitas ipſa Conſtantinopolitana, ſed totus plane Orbis ex Eutychianorum turbis graviori motu concuſſus ſit. Sed ad res anni ſequentis tranſeamus.

(a) *Marc. in Chron. ſub hujus anni Conſ.*

Chri-

PAGIUS derata erat. Adhæc Arelate, Maſſilia, cæteræque Urbes Rhodanum inter ac Druentiam, & Alpes ſitæ a Romanis ſtabant. Quare Candidus nomine *Gallorum*, qui in Græco *Galatæ* appellantur, intelligit Miſſos ab illis Civitatibus & Principibus, qui jure merito verebantur, ne *Euricus* Viſigothorum, & *Childericus* Francorum Reges univerſas Gallias occuparent, ſi Romanorum Dominatio in eis penitus extingueretur.

JESU CHRISTI ANNUS 481.	SIMPLICII PAP. ANNUS 14.	ZENONIS IMP. 8. ODOACR. REG. 6.

I. CHriſti annus quadringenteſimus octogeſimus primus Placidium Conſulem habuit: quo periclitanti ſub gladio Gothico Imperio Orientali, & ipſi Conſtantinopolitanæ Civitati in diſcrimen adductæ, Deus improviſo caſu ſubvenit. Rem geſtam ita narrat Evagrius (a): *Per idem tempus Theodoricus Scbyta genere contra Zenonem arma ferre parat, & copiis ſuis in Thracia collectis; bellum gerit adverſus Zenonem: agriſque omnibus qui ante pedes jacebant uſque ad oſtium Ponti vaſtatis, parum aberat quin Conſtantinopolim; cepiſſet niſi quidam ex illius maxime neceſſariis vebementer erga eum offenſi conſilium de illo interimendo, inivisſent. Qui cum ſuorum intellexiſſet malevolentiam, retulit pedem, atque non adeo multo poſt in mortuorum numerum adſcriptus eſt. Verum quo genere mortis occubuerit, dicam, quod ita habet. Pro caſtris ejus haſta cuſpide biſida in ſublime ſuſpenſa fuit more barbarico. Deinde corpus ſuum agitare, exercereque cupiens, equum ſibi adduci jubet. Tum abſque mora (cujus etiam in aliis quoque rebus gerendis impatiens eſſe ſolet) in equum inſiliit. Equus autem, utpote indomitus & ferox, cum nondum Theodoricus pedibus utrinque rite diſpoſitis firme inſideret, pedes anteriores tollit in ſublime, ac poſterioribus ſolum inſiſtit rectus: adeo ut Theodoricus cum magna contentione cum eo luctaretur, & neque auderet cum freno, ne in ipſum caderet, retrahere, neque adhuc in ſella firme ſederet; huc illucque ſic volutaretur, ut haſtæ ſuſpenſæ cuſpidem vehementer agitaret: quæ in eum impactus, latus graviter vulneravit. Inde igitur lecto coactus decumbere, paucis poſt diebus ex eo vulnere periit.* Hucuſque Evagrius.

(a) Evag. l. 3. c. 25.

Theodorici Triarii obitus.

II. Id quidem hoc anno factum eſſe, Marcellinus teſtatur in Chronico, huncque eſſe Theodoricum Triarii filium tradit, eumque perveniſſe uſque ad Anaphum locum ad quartum lapidem Conſtantinopoli diſtantem, inde vero in Illyricum paraſſe iter, cum eo modo morte præventus eſt. Ex quibus Jordanum, alias Jornandem dictum, redarguas, dum non Theodoricum Triarii filium fuiſſe narrat, ſed Valemirum Amalum Gothorum Regem fratrem Theodomiri patris Theodorici Amali, qui hoc anno in Gothorum regnum ſucceſſit. *Quem* (inquit Evagrius) *Zeno Imperator, Evocatoria deſtinata, ad ſe in urbem Conſtantinopolim venire præcepit; dignoque ſuſcipiens honore, inter proceres ſui Palatii collocavit. Et poſt aliquod tempus, ad ampliandum honorem ejus in arma, eum ſibi filium adoptavit, de ſuiſque ſtipendiis triumphum in urbe donavit.* Sed id factum eſt, cum rebellantes Zenoni domeſticos vicit in Oriente: quæ omnia prætericrunt Jordanum. At agendum erit de his ſuo loco inferius.

Theodoricus Amalus vocatus a Zenone.

Hoc

PAGIUS SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DXIX. A. C. 481.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5974.

⊙ 14. D. ☽ 7. P. 5. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 481.

SIMPLICII PAPÆ 14.

ZENONIS IMP. 8.

ODOACRIS REG. 6.

I. Conſulatus. [1] PLacidus ſine collega Conſul proceſſit, & quidem in Occidente, ut exiſtimat Onuphrius.

II. Moritur Theodoricus Triarii filius. Ad num. I. & ſeq. Marcellinus in Chronico *Placido ſolo Coſ.* ſcribit, Theodoricum *Triarii* filium Gothorum Regem, qui ad quartum Urbis Conſtantinop. *milliarium* cum copiis advenerat, pedem retuliſſe, & non multo poſt mortuum eſſe; quod hoc anno notavit Baronius. Errat enim Theophanes ad annum Incarnat. ſecundum Alex. CDLXX. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti CDLXXVII. inchoatur, ubi quidem motum Theodorici Triarii filii adverſus Zenonem accurate narrat, ſed illud bellum, & ejuſdem Theodorici interitum citius quam par eſt, recitat. Nam ex dicendis anno ſequenti conſtabit, Theodoricum Triarii filium ad illud tempus vitam protraxiſſe. Præter iſtum Theodoricum fuit alius *Theodoricus Amalus* dictus, quem pater Regni ſui deſignavit hæredem, paulo antequam rebus humanis excederet, ut ait Jornandes de Reb. Get. cap. 56. qui capite ſeq. de eo ſubdit: *Theodoricum vero genti ſuæ audiens ordinatum Imp. Zeno, grantum ſuſcepit, eique, evocatoria deſtinata, ad ſe in Urbem venire præcepit, dignoque ſuſcipiens honore, inter Proceres ſui Palatii collocavit*, &c. Quæ Jornandis verba Baronius memoriæ lapſu attribuit Evagrio.

III. Hiſtoria Gothorum elucidatur. Secundo, Baronius immerito reprehendit *Jornandem* quod lib. de Reb. Geticis cap. 52. ſcripſerit, *Valemirem* Gothorum Regem Amala ſtirpe procreatum, dum conſueta a Marciano Imp. dona non acciperet, Illyricum pæne totum cum Theodemire & Videmire fratribus devaſtaſſe. Hoc enim bellum prorſus diverſum ab

NOTÆ [1] COſſ. *Placidus ſine collega.* Marcellinus: *Placido ſolo coſ.* Epitome temporum, & Indiculus Paſchæ: *Placido V. C. Conſule.* GEORGIUS

III. De futura perſecutione præſagia.

Hoc eodem anno, quo numeratur Hunerici Vvandalorum Regis quinquennium, biennium vero ante excitatam diram perſecutionem adverſus Africanam Eccleſiam, Deus (ſicuti olim vidimus factum temporibus ſanctiſſimi Cypriani Epiſcopi) multis ſignis futuram perſecutionem (ut Victor ait) pluribus demonſtravit, quo ſe cuncti præpararent ad pugnam. At quænam illa fuerint, his ipſe verbis enarrat (a): *Ante perſecutionis tamen tempeſtatem multis præeuntibus viſionibus & ſignis, imminens demonſtratum fuerat malum. Nam ferme ante biennium quam fieret, vidit quidam Fauſti Eccleſiam ſolito in ornatu fulgentem: & dum lætaretur tanti fulgoris candore, cereis quoque fulgentibus, palliiſque velaminum & lampadibus rutilantem: ſubito, ait, luminis illius concupiſcibilis extinctus eſt fulgor, & tenebris ſuccedentibus, adverſarius naribus natus eſt fœtor; omniſque illa beatorum turba, expellentibus quibuſdam Æthiopibus, minuta eſt foras: ob hoc jugiter lamentatum, quod eam in claritatem priſtinam nequaquam viderit iterum reſtitutam. Nam viſionem iſtam, nobis præſentibus, ſancto retulit Eugenio.*

(a) Victor de perſec. Vvandal. l. 2. — Viſiones diverſis oſtenſæ.

IV. *Vidit & quidam presbyter ipſam Fauſti Eccleſiam refertam turbis innumerabilibus populorum, & poſt paululum evacuatam, & repletam porcorum multitudine atque caprarum. Item alius vidit aream triticeam ventilationi paratam, granis adhuc ventilatoris judicio necdum a paleis ſeparatis: & dum ingentis maſſæ, licet confuſæ, magnitudinem miraretur; ſubito ecce turbo veniens tempeſtatis ſonivago flatu cæpit adventum ſuum ſurgente pulvere demonſtrare: cujus impetu palea illa omnis omnino volavit, remanentibus granis. Poſt hæc venit quidam procerus ſplendido vultu, habituque nitido fulgens: & cæpit grana vacua, macilenta, atque ſimilaginea reproba purgando projicere: quæ diu examinans, vix magnitudinem illius maſſæ licet probatæ, ad acervum tamen produxit exiguum.*

Item alius ait: Stabat quidam præcelſus ſuper montem qui Ziquenſis dicitur, & clamabat dextera, levaque: Migrate, Migrate. Alius conſpicit, rugiente cælo atque turbato, ſulphureas nubes, quæ ingentes cæperunt lapides jaculari: qui lapides dum cecidiſſent in terram, plus accendebantur, & majoribus flammis ardebant: atque intrantes in penetralia domorum, quos invenerant, incendebant. Qui autem vidit, ait, cum ſe in quodam cubiculo abſcondiſſet, miſeratione divina ad eum flamma non potuit pervenire: reor ut illud propheticum compleretur (b): Claude oſtium tuum, & abſcondere puſillum aliquantulum, donec pertranſeat ira Dei. V.

(b) Iſai. 26.

VI. Quid Paulo Epiſcopo de futura clade oſtenſum, & aliis.

Vidit & venerabilis Paulus Epiſcopus arborem uſque ad cælos ramis florentibus extenſam, quæ etiam dilatione ſua omnem pene Africam occupabat: & cum univerſi ejus magnitudine & ſpecioſitate gauderent: Ecce ſubito (inquit) venit aſinus violentus, qui defricans cervicem ſuam ſuper robur radicum ejus, impulſu ſuo cum ingenti ſonitu illam mirabilem arborem eliſit ad terram. Sed & Quintinianus venerabilis Epiſcopus vidit ſe ſuper quemdam montem ſtare, de quo conſpiciebat gregem innumerabilium ovium ſuarum, & in medio gregis duæ erant ollæ nimium bullientes. Aderant autem ovium occiſores, quarum carnes ollis bullientibus demergebant. Et cum ita fieret; omnis illa magnitudo conſumpta eſt gregis. Reor ergo illas duas ollas, Siccam Venerium & Laribuſam, duas eſſe Civitates in quibus multitudo prima fuerat congregata, a qui-

PAGIUS ab eo, quod ipſe ex Evagrio lib. 3. cap. 15. recitat, a *Theodorico* Triarii filio geſtum, quia iſtius belli non meminit Jornandes, ſicuti nec auxilii a Theoderico Amalo, Zenoni Imperatori adverſus rebelles præſtiti, de quo agit Baronius ex Evagrio lib. 3. cap. 27. anno ſequenti num. X. ubi Jordanem illud hoc anno ſilentio præteriiſſe, tradit. Quod quidem verum eſt, ſed hic Hiſtoriographus non omnia quæ a Gothis geſta, literis mandavit, & Theodoricus ille diverſus eſt a Theoderico Amalo, ut ibidem videbimus. Tertio, *Theodoricus Amalus*, qui poſtea in Italia imperavit, a Baronio, aliiſque multis non bene dicitur filius *Valamiris*, ſeu *Balameris*, licet ita perperam appelletur a Malcho Rhetore in Excerptis de Legat. & apud Photium in Biblioth. Cod. LXXVIII. Theophanem ad annum XI. Zenonis Imp. & quibuſdam aliis. Longe enim major fides Jornandis, tam in lib. de Reb. Get. quam in lib. de ſucceſſ. Regn. ubi eum ſemper Theodemiri filium nuncupat; cum Gothicæ gentis Hiſtoriam accurate ſcripſerit; Gothus ipſe, & Epiſcopus Ravennatenſis, quique Theodoricum Amalum videre potuit. Malchus quidem a Conſtantini M. Imperio Hiſtoriam ſuam quæ ad nos non pervenit, ad Anaſtaſium uſque perduxit; ſed incertum quo tempore floruerit, quidquid dicat Voſſius lib. de Hiſtoricis Græcis, ubi eum Anaſtaſii Imp. tempore vixiſſe gratis aſſerit. Non mirum autem *Malchum* Theodorici Amali patrem ignoraſſe; cum ſimiles errores in aliis Hiſtoricis etiam coævis non raro occurrant. Magis errarunt Theodorus Lector lib. 2. Theophanes & Nicephorus Caliſti, qui Theodoricum *Afrum* appellarunt.

IV. *Perſecutionis Africanæ ſigna prævia.*

Ad num. III. & ſeqq. Victor. de Perſec. Afr. lib. 2. loquens aſſerit, *ferme ante biennium quam fieret*, multa præceſſiſſe ſigna, quæ eandem perſecutionem demonſtrarent; quæ pluribus ex Victore a Baronio narrata. Verum cum perſecutio anno tantum CDLXXXIV. ab *Hunerico* Rege Ariano adverſus Orthodoxos mota fuerit, viſiones illæ ac ſigna non contigere ante ſequentem annum.

V. Hoc circiter anno *Perozes* Perſarum Rex periit *in expeditione adverſus Nephtalitas*, quæ gens Hunnica erat, inquit Agathias lib. 4. Pro-

quibus incendii initium ſumpſit; aut Hunericum Regem, & Cyrolum Epiſcopum ejus. Sed de multis viſionibus, quia brevitati conſulendum fuit, hæc dicta ſufficiant. Hucuſque Victor. Sic igitur ſecundum propheticum illud (a): *Dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiant a facie arcus.* Accidit, ut hæc Deus voluerit ante biennium, hoc nimirum anno, Fidelibus innoteſcere.

(a) *Pſ.* 59.

VII. Vvandali confluentes ad Catholicam Eccleſiam dira paſſi.

Verum etſi perſecutio ingruens inſtar grandinis ad biennium ſit dilata; præceſſerunt tamen furorem bellicum velitationes nonnullæ, quibus diverſis in locis dira pati contigit Chriſtianos: atque primum hoc tempore Hunericum inſequi cœpiſſe crudeliter ſuos, & illos potiſſimum, quos ſciſſet cum Catholicis Catholicos redditos in Catholicorum Eccleſiam convenire. Erant hi plures utriuſque ſexus mares & feminæ, qui divino illuſtrati lumine, ubinam eſſet dogmatum veritas intelligentes, eo emergentes e tenebris convenere: qui quidem feliciſſimi non ſolum Catholicæ fidei participes fieri meruere, & inter Catholicos adnumerari, ſed digni habiti ſunt ante omnes tormentorum gloria exornari, & aliqui ex eis martyrio coronari. Has igitur ex hoſtibus abreptas manubias Africana Eccleſia primum omnium Domino conſecravit, haſque ex hoſtili agro ſacras primitias acceptas præmiſit in cælum. Quomodo autem hæc acciderint, Victor ſpectator certaminis, res geſtas verbis iſtis omni fide teſtatas poſteris tradidit, cum de ſancti Eugenii Carthaginenſis Epiſcopi ſanctis operibus agit:

VIII. *Cum fama ejus eſſet celebris atque manifeſta; cœperunt exinde Arianorum Epiſcopi invidia graviter queri, quotidianis (& præcipue cum Cyrola) calumniis infeſtantes. Quid plurimum? ſuggerunt de illo, ut ſuum nequaquam ſederet thronum, neque Dei populo verbum faceret conſuetum: deinde quoſcumque mares vel feminas in habitu barbaro incedentes in Eccleſia conſpiceret, prohiberet. Ille reſpondit, ut decet: Domus Dei omnibus patet: intrantes nullus poterit expellere: maxime quia ingens fuerat multitudo noſtrorum Catholicorum in habitu illorum incedentium, ob hoc quod domui Regiæ ſerviebant.*

IX. *At ubi ab homine Dei tale reſponſum accepit; ſtatuit in portis Eccleſiæ collocare tortores: Qui videntes feminam vel maſculum in ſpecie ſuæ gentis ambulantes, illico palis minoribus dentatis jactis in capite, crinibuſque in eiſdem colligatis, ac vehementius ſtringentes, ſimul cum capillis omnem pelliculam capitis auferebant. Nonnulli, dum hoc fieret, ſtatim oculos amiſerunt; alii ipſo dolore defuncti ſunt: mulieres vero poſt hanc pœnam capitibus pelle nudatis, præcone præeunte, per plateas ad oſtenſionem totius Civitatis ducebantur: quod ſibi magis, quæ patiebantur, lucrum maximum computabant: quorum nos plurimos novimus, nec ſcimus eorum aliquem tunc etiam pœnis urgentibus a recto itinere deſtitiſſe.*

Dira paſſi qui veniebant ad Eccleſiam.

X. Quid in domeſticos Catholicos Hunericus.

At ubi iſto modo fidei infringere non valuit murum; cogitat ut noſtræ religionis homines in aula ejus conſtituti, neque annonas, neque ſtipendia ſolita potirentur; addidit quoque & laboribus eos conterere ruſticanis. Dirigit viros ingenuos & admodum delicatos ad campum Uticenſem, ut ſub ardentis Solis incendio ceſpites meſſium deſecarent: ubi omnes cum gaudio pergentes, in Domino lætabantur. In quorum contubernio quidam fuit aridam habens manum, quæ per annos quamplurimos nullum ei præſtiterat obſequium: qui cum veraciter excuſaret ſe operari non poſſe magis violenter juſſus eſt pergere. Sed ubi ad locum ventum eſt, & præſertim pro eo orando ingemuerunt omnes; pietate divina, illa arida incolumis confeſſoris reſtituta eſt manus. Hoc quidem idcirco Deus voluit ſignum palam edi, ut manifeſtum omnibus fieret, ſtare Deum in caſtris filiorum Iſrael; & ibi Eccleſiam eſſe Catholicam, ubi Deus eſſet, certo certius redderetur expreſſum, Deo ipſo miraculorum teſtificatione loquente, immo clamante. Sed ne cœptam tyrannus proſequeretur perſecutionem, timore ſuorum ceſſavit abſterritus, unde in ſuos gentiles gladium convertit.

XI. Quas enim poſt hæc in ſuos Hunericus dominandi cupidine ebrius tyrannice carnificinas exercuit, idem Victor ita refert (b): *Ipſe autem Hunericus, qui ſeſe jamdudum omnibus lenem oſtenderat, deſiderans poſt obitum ſuum (quod non contigit) regnum ſtatuere Theodoritum fratrem, filioſque ejus, Gentoniſque fratres, nihilominus filios crudeliter cœpit inſequi: quorum nullum dimitteret, niſi ei mors deſiderii ſui voluntatem auferret. Primo* *ſciens*

(b) *Vict. de perſec. Vvandal. l.* 2.

Hunericus diram tyrannidem in ſuos exercuit.

PAGIUS

Moritur Perozes Perſarum Rex.

copius lib. 1. de Bell. Perſ. capp. 3 & 4. pluribus deſcribit duas ejus expeditiones adverſus *Ephtalitas, ſive Hunnos Albos*, in quorum ultima Perozes periit cum triginta filiis, & univerſo Perſarum exercitu. De utraque expeditione loquitur etiam Theophanes ad annum I. & II. Zenonis Imp. & quos *Ephtalitas* Procopius, ipſe cum Agathia, *Nephtalitas* appellat. Obolas Perozis frater ad Regnum evectus nihil memorabile geſſit: huic, inquit Agathias, *quatuor duntaxat anni in Regno ſunt decurſi. Poſt hunc etiam Cavades Perozi filius Perſico imperio potitus multa adverſus Romanos bella geſſit.* Procopius, aliique illum *Cabadem* vocant, cœpitque regnare anno circiter quadringenteſimo octogeſimo quinto. De eo ſæpius mentio infra occurret.

Mo-

ſciens uxorem Theodorici fratris aſtutam credo ne forte maritum, aut majorem filium, qui prudens & ſapiens videbatur conſiliis acrioribus adverſus tyrannum armaſſet crimine appoſito, gladio eam interfici jubet. Poſt occiditur & ille filius magnis litteris inſtitutus, cui ſecundum conſtitutionem Genſerici, eo quod major omnibus eſſet, regnum inter nepotes potiſſimum debebatur.

XII. Patriarcha Arianorum incenſus. *Accenditur adhuc crudelitas aliquid perpetrare. Aſtante vulgo in media Civitate pro gradibus platea nova, Epiſcopum ſuæ religionis nomine Jocundum, quem Patriarcham vocitabant, præcepit incendio concremari, ob hoc, quod in domo Theodorici germani Regis acceptiſſimus habebatur, cujus forte ſuffragio memorata domus regnum poterat obtinere. In quo impietatis ſcelere futurum nobis adeſſe proſpeximus malum, ajentes ſinguli invicem nobis: Qui in ſuo ita crudelis affectus eſt ſacerdote; quando noſtræ religioni, vel nobis parciturus eſt? Tunc & Gentonis majorem filium, nomine Godagiſum, cum uxore, abſque ſolatio ſervuli aut ancillæ, crudeli exilio relegavit. Fratrem vero Theodoricum poſt occiſionem uxoris & filii nudum atque deſtitutum ſimiliter exulavit. Poſt cujus mortem, filium qui ſupererat infantulum duaſque filias ejus adultas impoſitas aſinis longius affligendo projecit. Sed & Comites quamplurimos, & nobiles gentis ſuæ objectionibus falſis inſectans, ob hoc quod germano faverent, alios incendit, alios jugulavit imitator Genſerici patris, qui ſui fratris uxorem, ligato pondere lapidum, in Amſagam fluvium Cirtenſem famoſum jactando demerſit, & poſt necem matris etiam filios interfecit.*

XIII. Hunericus contra patris præcepta ſævit. *Sed & multos ei Genſericus pater moriens, ſacramento interpoſito, commendaverat: quos ille immemor fidei, & ſacramenti violator, diverſis pœnis & incendiis crucidavit. Nam Heldicam quemdam, quem pater ejus Præpoſitum fecerat regni, jam veteranum atque annoſum, cum dedecore capite detruncavit, ejuſque uxorem cum alia nomine Teucaria in medio Civitatis incendit: quarum corpora per vicos, & plateas trahi mandavit; quæ tota die jacentia, rogatus a ſuis Epiſcopis, vix veſpere ſepeliri conceſſit. Gamuth namque Heldicæ fratrem, quia ad Eccleſiam eorum confugerat, occidere non poterat: quem tamen in loco latrinarum obſcœno concluſit, temporeque multo cum ibi degere ſtatuit: poſtea cum caprario quodam & ruſtico ad faciendas ſcrobes vineis profuturas condemnavit: quos etiam duodecies per annum id eſt, per ſingulos menſes flagellis crudelibus diſſipat; vix modico aquæ, cibarioque pane conceſſo. Hoc per quinque vel amplius perpeſſi ſunt annos; quibus hæc ſupplicia proficere poterant ad æternam mercedem, ſi Catholici fuiſſent, & fidei ſuæ merito illa perferrent.*

Sed ideo iſtud ſilere nequivimus, ut impietatem Regis etiam in ſuos minime ſileremus: qui non ſolum Epiſcopum ſuum Jocundum (ut ſuperius demonſtravimus) flammis aduſſit, ſed & presbyteros & diaconos ſuos, id eſt, Arianos quamplurimos incendit, necnon & beſtiis mancipavit. Amputatis igitur in brevi omnibus, quos timebat, & ſolidans ſibi (ut putabat) regnum, quod breve fuerat & caducum, omni ex parte otiaſus atque ſecurus univerſa tela furoris in perſecutionem Eccleſiæ Catholicæ ſicut leo rugiens convertit. Hæc victor: qui cum ſubdat, poſt biennium eſſe cœptam perſecutionem; æque ad duos annos hanc perſeveraſſe ipſius tyrannidem in ſuos, poſſumus intelligere: ut non mireris, ſi qui hoc anno cœpit inſequi ſuos ad Eccleſiam Catholicorum confluentes, a perſecutione ceſſarit, converſus ad cædem ſuorum, quos ſuſpicio reddiderat infenſiſſimos hoſtes. Quæ autem hæc ſecuta ſint, ordine ſervato temporum, inferius dicemus. XIV.

PAGIUS VI. Moritur *Stephanus Senior* Epiſcopus Antiochenus, ut videre eſt anno CDLXXIX. Moritur & *Chilpericus* Francorum Rex ex dicendis anno CDLXXXIV. & Timotheus Saloſaciolus Epiſc. Alex. ut anno CDLXXXII. dicetur.

JESU CHRISTI ANNUS 482.	SIMPLICII PAP. ANNUS 15.	ZENONIS IMP. 9. ODOACR. REG. 7.

I. Calendion eligitur Epiſcopus Antioch.

QUadringenteſimus octogeſimusſecundus Redemptoris annus Conſulatu Severini in publicis adſcriptus eſt monumentis: quo Stephanus Junior Antiochenus Epiſcopus tertio ſuæ ſedis anno ex hac vita migravit; ſtatimque in ejus locum electus eſt Calendion Epiſcopus: moxque a collecta ibi Synodo directus eſt Anaſtaſius Epiſcopus ad Romanum Pontificem, ex more, ut ejus electionem ratam haberet. Fuit iſte quidem Catholicus, qui & (ut Evagrius ait *a*) omnes qui ipſum adibant induxit, ut tum hæretico Timotheo, tum litteris Baſiliſci generatim ad omnes ſcriptis anathema dicerent. Probaſſe autem ſanctum Simplicium Papam Calendionis electionem, litteræ ipſius ad Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum datæ ſignificant, quæ ſic ſe habent (*b*):

(*a*) Evag. lib. 3. c. 10.

(*b*) Simpl. epiſt. 14.

Simplicius Epiſcopus, Acacio Epiſcopo Conſtantinopolitano.

II. *Antiocheni exordium ſacerdotis qua ratione fuerit ſerius indicatum, quamvis minime nos latere patuerit; tamen & ipſe, vel Synodus ipſius indicavit. Quod ſicut non optavimus fieri, ita faciles excuſationi, quam neceſſitas fecit, extitimus: quia quod voluntarium non eſt vocari non poteſt in reatum. Et ideo per fratrem & Coepiſcopum noſtrum Anaſtaſium, qui ex prædicta regione directus eſt, litteris quoque tuæ dilectionis acceptis, alterni viciſſitudinem ſermonis tuæ reddimus charitati. Neceſſario fratris & Coepiſcopi noſtri Calendionis ſacerdotium gremio Apoſtolicæ ſedis amplexi, in conſortium noſtrum per gratiam Chriſti Dei noſtri tantæ urbis Antiſtitem collegii unione numeramus. Miramur autem, nihil nos de ſtatu Alexandrinæ Eccleſiæ, te inſtruente, didiciſſe; quem nunc ita habere ſe comperimus, ut improbi per occaſionem abitus ſanctæ memoriæ Timothei eandem Eccleſiam conentur habere captivam. Unde agendum eſt dilectioni tuæ cum clementiſſimo Principe, ne convellatur ſub ejus Imperio, quod tyrannus temporibus potuit obtineri. Data Id. Julii, Severino V. C. Conſule.*

Confirmatur Calendionis electio a Ro. Pontifice.

Fa-

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5975.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DXX. A. C. 482.

☉ 13. C. ☽ 8. P. 25. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 482.

SIMPLICII PAPÆ 15.

ZENONIS IMP. 9.

ODOACRIS REG. 7.

I. Decennalia Zenonis.

[1] COSS. *Trocundus & Severinus* Junior, at hunc Marius Aventicenſis vocat, qui Occidentalis fuit, & ex eadem familia, qua *Severinus* anno CDLXI. Conſul. ut ea vox *Junior* indicat. Hinc ſolus in literis Simplicii Papæ hoc anno ſcriptis memoratur. *Trocundus* in Oriente creatus, erat enim frater *Illi* nuper Conſulis ordinarii, ut docet Theophanes pag. 112. ubi perperam eum *Trobundum* vocat, qui tamen plura tam de *Illo*, quam de *Trocunde* habet. *Decennalia* Zenonis cum Leone Junior imperantis.

II. Stephanus Junior Epiſc. Antiochenus occiditur.

A num. I. ad VII. Stephanus Senior Epiſcopus Antiochenus anno ſuperiori e vivis exceſſit, ut anno CDLXXIX. num. I. & ſeqq. oſtendimus. Huic ſucceſſit *Stephanus Junior*, qui annum unum ſedit, Nicephoro & Theophane in Chronicis teſtibus. Hic anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXXIII. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti CDLXXX. inchoatur, ait: *Hoc anno Stephano Antiochiæ Epiſcopo fatis functo Stephanum alterum Zenonis Imp. juſſu in ejus locum ordinaverunt: quem fidei perduelles, pro ſua in Petrum Fullonem propenſione, in amentia ſubſidium furorem armantes in Sancti Martyris Barlaam Baptiſterio acutis calamis perfoſſum, & necatum in Orientem fluvium projecerunt. Zeno porro facinus attentatum ulturus Acacio Conſtantino-*

NOTÆ [1] * C *Oſſ. Trocundus & Severus junior* Inſcriptiones baſilicæ S. Pauli num. 331.

DEPOSITA XIIII.
KAL. NOVE*Mbris*...... TROCONDE VV CC
CONSUL...

Inſcriptio effoſſa in cœmeterio Calliſti via Appia

A. D. 1731. DEP. SVRICA. XG KAL. AVG. &c.

CONS. SEBERINI.

Epitoma temporum, & Indiculus Paſchæ: *Severino V. C. conſ.* Ergo emendandus eſt Pagius, qui pro *Severino*, *Severum* poſuit. Victor: *Trocundo V. C. cor.* Marcellinus: *Trocondo & Severino* Epiſtola XIV. Simplicii Papæ. *Severino V. C. Coſ.* GEORGIUS

III. Factum autem fuiſſe Epiſcopum Calendionem, non ut præceſſor ipſius ab Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo, ſed contra ejus voluntatem, ex eo patuit, quod paulo poſt, opera ejuſdem Acacii ipſo Calendione pulſo, in ejus locum Petrus eſt reſtitutus, quem Felix Papa primo ſuæ ſedis anno depoſuit. Simul enim ac deguſtaſſet Acacius in electione Stephani Epiſcopi Antiocheni ex neceſſitate ſibi credita primatus dulcedinem; factus ebrius, non aliud quam hunc ipſum ſitire, & undique ſibi captare, licet gravi totius Eccleſiæ ſcandalo, indefeſſo ſtudio, maliſque artibus arripere ad obitum uſque numquam deſtitit: ut quæ inferius dicturi ſumus, abunde ſatis ſignificabunt.

Quod vero ad Calendionem pertinet: quo tempore in ſede pacifice egit, illud inter alia memoria dignum operatus eſt, ut ſacras reliquias S. Euſtathii Antiocheni Epiſcopi, qui Nicæno Concilio interfuit, & fidei protegendæ cauſa exilium paſſus, glorioſus confeſſor occubuit; a Zenone Imp. impetraret ut Antiochiam transferret. Eſt hujus rei aſſertor Theodorus Lector, cum ait (a): *Calendion petitas a Zenone Euſtathii reliquias e Philippis Macedoniæ, ubi ille in exilio mortuus fuerat, Antiochiam detulit: quas maxima cum honore exceperunt. Tota ſiquidem Civitas & omnis ætas, (ut ita dicam) ad decem & octo milliaria urbem in occurſum illarum egreſſa eſt. Qui vero ad id uſque temporis ſeparati ac diviſi*

IV. Tranſlatio reliquiarum S. Euſtathii.

(a) *Theod. Lect. Coll. lib. 2.*

PAGIUS *tinopoli Præſuli, ut Antiochia crearet Epiſcopum, mandavit: qui conſecravit Calendionem. Antiocheni ſes ordinationis facta neſcii Joannem nomine Codonatum ſibi præfecerunt Epiſcopum, quem Calandion poſtmodum in Tyri Sedem, qua poſt Antiochiam prima eſt, tranſtulit.* Calandion dicitur etiam *Calendio*, Baronius, qui Theophanem non viderat, ſcribit *Calendionem* a Synodo Antiochena electum fuiſſe, eum vero, qui ab Acacio Antiochenus Epiſcopus ordinatus, Stephanum Juniorem eſſe. Valeſius vero in lib. I. Obſervat. Eccleſ. ad Evagrium cap. 3. arbitratur, Stephanum Seniorem ab hæreticis anno CCCCLXXIX. interemptum, & Stephanum Juniorem ab Acacio Antiochenum Epiſcopum ordinatum, ac poſt ejus obitum, Zenonem præcepiſſe *iterum Acacio, ut in Urbe Regia Epiſcopum Antiochenſibus ordinaret*, qui Chalendionem *ordinavit Antiochenſem Epiſcopum*, quod currenti anno factum eſſe dicit Valeſius. Verum tam in anno emortuali Stephani Senioris, quam in ordinatione Stephani Junioris uterque peccavit. Quia *Stephanus Senior* uſque ad ſuperioris anni finem, vel circiter vixit, & *Stephanus Junior*, non ab Acacio, ſed a Synodo Orientali, ut mos ferebat, Epiſcopus renunciatus eſt. Denique in eo etiam fallitur Valeſius quod Acacium duos Epiſcopos Antiochenos. Stephanum ſc. Juniorem, & Calendionem ordinaſſe autumaverit; *Acacius* enim Calendionem tantum ordinavit; & vulgaris ſententia, quæ *Stephanum Juniorem* ab Acacio conſecratum docet, a veritate aliena.

III. *Calendio ſuccedit Stephano Martyri.* Et primo quidem, interfecto Stephano Juniore *Calendionem* ab Acacio ordinatum eſſe, jubente Zenone Imperatore, non tantum Theophanes laudatus, ſed & alii Antiqui teſtantur. Quæ enim de Calendione Theophanes, habet etiam Evagrius lib. 3. cap. 10. qui ait: *Ejecto* Petro (ſc. Fullone) *Stephanus Antiochenſis Eccleſiæ Epiſcopatum ſortitus eſt, quem Antiochenſium pueri calamis inſtar telorum præacutis interfecerunt, ut ſcribit Joannes Rhetor. Poſt Stephanum vero ejuſdem Sedis adminiſtratio Calendioni commiſſa eſt.* Sed quia Evagrius Joannem, qui per menſes tres Epiſcopus Antiochenus fuit, & Stephanum Seniorem, qui annos tres ſedit, præterit, hinc factum, ut Baronius, cæterique omnes exiſtimarint, Evagrium prætermiſiſſe *Stephanum Juniorem*, & de Seniori tantum locutum eſſe; cum tamen ex eo quod *Joannem* etiam tacuerit, & de Stephani ſucceſſore verba fecerit, proclivius fuiſſet judicare, eum Joannem & Stephanum Seniorem, uti minus celebres, omiſiſſe, ac exiſtimaſſe eum, qui proxime Calendionem anteceſſit, Martyrio coronatum eſſe. Evagrium Nicephorus lib. 15. cap. 28. ſecutus eſt, ſolumque addidit, Stephano in Epiſcopatu Calendionem, *qui tum Conſtantinopoli propter negotium certum erat*, ſucceſſiſſe. *Calendionis* enim ordinationem Conſtantinopoli factam mox videbimus.

IV. *Ordinatur Conſtantinopoli.* Secundo, Theodorus Lector lib. 2. ait: *ſeribit Theodorus noſter, Calendionem Conſtantinopoli ordinatum fuiſſe cum Theodorito conſentiens*, qui Theodoritus ſeu Theodoretus, non eſt ille, qui Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſcripſit, ſed Theodoretus Junior, qui priora Theodoreti Hiſtoriam Eccleſiaſt. adjectis quinque aliis libris, continuarat, ex cujus Hiſtoria Eccleſiaſtica locum affert Joannes Damaſcenus, ut obſervarunt Baronius & Valeſius in Annotat. ad lib. 2. Hiſt. Eccleſiaſt. Theodori Lectoris. Cum enim *Simplicius Papa* in Epiſtola ad Zenonem Aug. apud Baronium anno CDLXXIX. num. VIII. diſerte dicat, Epiſcopum Antiochenum, qui in locum Epiſcopi ab hæreticis jugulati ſubrogatus eſt, apud Conſtantinopolim ab *Acacio* ordinatum eſſe: nullum dubium eſt, quin de eodem Epiſcopo Antiocheno Theodorus Lector loquatur; atque ideo quin Calendio Stephano Martyri ſucceſſerit. Tertio, Auctor Breviculi Hiſtoriæ Eutychian. loquens de damnatione Acacii a Felice III. Papa peracta, ait: *Cujus audacia deteriora committens, etiam Petrum Antiochenum* (Fullonem ſc.) *ejecto Catholico Calendione, quem ipſe ordinaverat, ad Antiochenam miſit Eccleſiam.*

V. *Stephanus Jun. ſuccedit Seniori in Epiſcopatum Antiochia.* Quarto, Auctor libelli Synodici, recitata Antiochena Synodo, jubente Zenone adverſus Petrum Fullonem coacta, quæ hunc *exilio & anathemate ſubjecit, eique beatum Stephanum ſubſtituit*, ſtatim ſubdit: *Cui mox ad Chriſtum emigranti Stephanus alius ſucceſſit.* Poſtea Laodicenſem pro Stephano Juniori Synodum his verbis refert: *Qui vero Petri ſtudioſi erant tanquam Neſtorianum illum* (Stephanum ſc. Juniorem) *inſimulabant: & Imperatori Zenoni perſuadebant, ut divinam & ſanctam Laodiceæ Synodum cogeret. Quæ cum falſo accuſatum ab impiis Stephanum comperiſſet, ſolio eum Antiochiæ reſtituit. Qui vero falſum dogma profitebantur, non longo tempore interpoſito, ira maxima ex invidia accenſi beatum Martyrem Stephanum arundinibus acutis inſtar haſtarum confixum interemerunt, & in profluentem Orontem fluvium demerſerunt.* Meminit hujus Synodi Laodicenæ

Theo-

viſi propter Euſtathium fuerant, Eccleſiæ poſt centum annos a morte illius reſtituti ſunt. Hæc Theodorua.

V. Verum ante hæc tempora Euſtathianos aliis ſe junxiſſe Catholicis, quæ ſuperius dicta ſunt, facile oſtendere poſſunt. Sed & error in numero reperitur, cum amplius quam centum nnnos ab obitu Euſtathii in hunc uſque annum numerare contingat: cum eum conſtet paulo poſt Nicænum Concilium, quod eſt celebratum anno Domini trecenteſimo vigeſimo quinto, in exilium deportatum. Sed quid accidit? Sicut enim qui recipit Prophetam (a) in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet; Ita plane qui recepit Confeſſorem in nomine Confeſſoris, confeſſionis palmam eſt conſecutus: nam Calendion dignus eſt habitus & exilii cauſa durum exilium pati, & confeſſionis gloria decorus occumbere. Quomodo autem id acciderit, Evagrius ita narrat (b): *Calendion Antiſtes Antiochiæ ſcribens ad Imperatorem Zenonem & Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, Petrum non ſolum adulterum vocat* (illum Mogum ſcilicet, qui Alexandrinam Eccleſiam invaſerat) *verum etiam eum, cum eſſet Alexandriæ, Chalcedonenſi Concilio anathema indixiſſe aſſerit. Qui poſtea ad incolendam Oaſim deterrimum omnium exilium, condemnatus fuit, quod partes illi, Leontii, & Pamprepis contra Zenonem fovebat.* Ita plane hoc vulnere criminis majeſtatis Catholicus Antiſtes expulſus eſt ab hæreticis, Acacio id machinante, ut Gelaſius multiplicibus querelis exaggerat. *Poſt amotum Calendionem* (ſubdit Evngrina) *Petrus cognomento Cnapheus, qui ante Calendionem & Stepha-*

(a) Matt. 10.

(b) Evag. l.3. c. 16.

VI. Calendion Epiſc. Antioch. relegatus in Oaſim.

Petrus Cnapheus rurſum Epiſc. Antioch.

PAGIUS Theophanes ad annum III. Zenonis Imp. ſed præterquamquod locus ejus correptus, eam in cauſa Stephani Senioris habitam eſſe perperam refert; cum non is, ſed Stephanus Junior, & *Calendionis* immediatus deceſſor ab hæreticis interfectus fuerit, ut ipſemet Theophanes citatus fatetur, ideoque & paulo antea ab iiſdem falſis criminationibus læſus. Quare cum Baronius Valeſius, aliique omnes non inficias eant, proximum Stephani Martyris ſucceſſorem Conſtantinopoli ordinatum, conſtetque *Calendionem* non ſolum Stephani Junioris immediatum ſucceſſorem fuiſſe, ſed etiam ejus ordinationem Conſtantinopoli peractam, evidentiſſimum eſt, non *Stephanum Seniorem*, ſed *Stephanum Juniorem* Martyrio vitam finiiſſe.

VI. *Non Stephanus Senior ſed Stephanus Junior Martyr fuit.* Verum quidem eſt, Candidum Iſaurum de Petro Fullone loquentem ſcribere; *Cum Petrus ille impius Orientis turbaret Eccleſias, miſit Zeno Imperator Calendionem, ut Antiochena Sedis Epiſcopus ſacraretur.* Verum locum hunc peſſime vertit interpres, καλανδίωνα ζήνων ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἱερᾶσθαι ἀντιοχείας ἀπέσταλκε, verum his loces ita Latine reddendus, *miſit Zeno Imp. Calendionem, ut Epiſcopus Antiochiæ eſſet*, vel, *ut Antiochea Sacerdotio honore fungeretur*, poſtquam ſc. jam Conſtantinopoli ab Acacio Epiſcopus, conſecratus fuerat. Quare non eſt, quod quis impoſterum in re tam clara tamque teſtata hærere poſſit, ac in dubium revocare, quin *Stephanus Junior* acutis calamis veluti cuſpidibus jugulatus fuerit. Meminit Martyrologium Romanum ad diem XXV. Aprilis S. Stephani Epiſcopi Antiocheni & Martyris, & ad eumdem diem Henſchenius congerit, quæ Antiqui de Stephani Ep. Antiocheno & Martyre ſcripſere; ſed vulgarem opinionem, licet animi dubius, amplectitur.

VII. *Duæ Simplicii Epiſtolæ de cæde Stephani Jun. hoc anno datæ.* At, inquiunt Baronius & Valeſius, Epiſtola Simplicii Papæ ad Zenonem Aug. in qua de cæde Epiſcopi Antiocheni, cujus nomen non exprimit, loquitur, legitur *data X. Kalendas Julias, poſt Conſulatum Illi V. C.* anno nempe CDLXXIX. Qua de re eſt etiam Epiſtola Simplicii ad Acacium Conſtantinopol. Antiſtitem eodem tempore data, licet neque diem, neque Conſulem præferat. Verum jam eo anno oſtendi, errorem eſſe in illo Poſtconſulatu, legendumque *poſt Conſulatum Placidi V. C.* qui cum anno præcedenti Conſulatum geſſerit, ea Epiſtola currenti anno, quo Stephanus Junior trucidatus, ſcripta. Nec refert, quod tres aliæ Epiſtolæ hoc anno a Simplicio exaratæ, dicantur datæ *Severino V. C. Coſ.* Nam, ut in Diſſert. Hypatica demonſtravi, uſus per hæc tempora ferebat, et vel uterque Conſul, vel unicus exprimeretur, vel formula *Poſt Conſulatum* adhiberetur. Præterea hujus ſubſcriptionis falſitas apparet ex Epiſtola Simplicii ad Acacium num. II. a Baronio recitata, quæ dicitur data *Idibus Julii Severino V. C. Coſ.* hoc ſc. anno. In ea enim Simplicius Calendionis Antiocheni Epiſcopi electionem confirmans, inquit: *Antiocheni exordium Sacerdotis, qua ratione fuerit indicatum, quamvis minime nos latere potuerit, tamen & ipſe, vel Synodus ipſius indicavit. Quod ſicut non optavimus fieri, ita faciles excuſationi, quam neceſſitas fecit extitimus, quia quod voluntarium non eſt, vocari non poteſt in reatum.* Quis enim reatus, quæve neceſſitas excuſanda fuit apud Simplicium, niſi quod *Calendionem* contra leges Eccleſiaſticas ordinaret Acacius? ut ipſemet Valeſius in Annotat. ad lib. 3. Evagrii cap. 16. obſervavit, recteque vidit Calendionem ab Acacio Conſtantinopoli Epiſcopum Antiochenum conſecratum fuiſſe. Præterea factum illud, quod præter præjudicium Concilii Nicæni in laudata Epiſtola ad Zenonem Aug. *data X. Kalend. Julias* dicitur, Simplicio maximopere diſplicuit. Ad hæc Simplicius illud in neceſſitatem refundit in Epiſtola ad Acacium eodem tempore data; in ea enim de Imperatore ait: *in quo Pietati ejus gratias dignum eſt nos referre: quoniam ita gloria ſua moderatus eſt poteſtatem, ut fideliſſima devotione Patrum regulis ſubmittere, quæ juberet, aut in auctoritatem recipi, quod ſequenti conſtituit ætate prohiberi, ut ſc. in hac tantummodo perſona, quam juſſu ejus, & ſtudio quietis Antiochenſibus, non tua uſurpatione, Antiſtitem conſecraſti, quod factum eſt Neceſſitate ſufficeret.* Tum Epiſtolam ſuam his verbis claudit: *Labora ne Neceſſitas ſit ulla faciendi, quod optas nunc, ſatisfactione purgari*, quia ſc. ſcripſerat Acacius ad Simplicium diu ſe hæſiſſe, an Epiſcopum Antiochenum ordinaret, poſtquam illud ſibi mandatum fuerat ab Imperatore.

VIII. Vides, ut duæ illæ Epiſtolæ Simplicii datæ *X. Kalendas Julias poſt Conſulatum Illi V. C.* ſicut

phanum Epiſcopus fuit (ut ſupra dixi) Antiochiæ, propriam ſedem recuperavit, qui & epiſtolæ ſubſcripſit Zenonis de concordia, & Synodales litteras ad Petrum Mogum Alexandrinum Epiſcopum ſcripſit.

Hæc de Petro Cnapheo ſive Fullone dicto Evagrius. Addit his Gelaſius in epiſtola ad Dardanos, datum fuiſſe crimini ſancto Calendioni, quod nomen Zenonis Imperatoris, e Diptychis abſtulerit. Quod ſi e-

PAGIUS

Tertia Simplicii Epiſtola de cade Stephani Jun. hoc etiam anno data.

ſicuti errore Librariorum ibi legitur, de eadem plane ea agant, de qua in Epiſtola *data Idibus Juliis Severino U. C. Coſ.* & in utraque ſermo ſit de Epiſcopo Antiocheno, jubente Imperatore & urgente neceſſitate ex ſeditionibus Antiochenia proveniente, ab Acacio ordinato. Quare duæ priores Epiſtolæ die XXII. menſis Junii, ultima vero die XV. menſis Julii datæ ſunt, & quidem hoc anno, vel Conſulatu Severini vel poſt Conſulatum Placidi notato; quod ex poſtrema iſta Epiſtola manifeſtiſſimum redditur. In ea enim, poſtquam Simplicius dixit, *Antiocheni Sacerdotis exordium*, & cætera ſupra recitata, ſtatim ſubiicit: *Et ideo per fratrem & Coepiſcopum noſtrum Anaſtaſium, qui ex prædicta regione directus eſt, Literis quoque tua Dilectione receptis, alterni viciſſitudinem ſermonis tua reddidimus Charitati, neceſſario fratris & Coepiſcopi noſtri Calendionis Sacerdotium gremio Apoſtolica Sedis amplexi*, &c. Neque enim Simplicius de aliis ſcriptis ab Acacio literis loqui poteſt, quam de iis, in quibus Epiſcopi Antiocheni electionem non reprobat, *quia neceſſitate facta fuerat*. Hinc tres laudatæ Epiſtolæ de Eccleſia Antiochena agentes continenter recitantur inter Epiſtulas Sancti Simplicii, quia revera uno eodemque anno, eademque de cauſa ſcriptæ ſunt.

IX.

Error hujus ultima Epiſtola indicatur.

Nec mirum, ſubſcriptionem prioris Epiſtolæ mendoſam eſſe, & loco, *poſt Conſulatum Placidi U. C.* per errorem exaratum, *poſt Conſulatum Illi U. C.* cum ſimilia menda occurrant in Epiſtolis Sancti Leonis, Theodoreti, & aliorum; & certum videatur, errorem etiam irrepſiſſe in diem datæ Epiſtolæ ad Acacium, ordine XVII. inter Epiſtolas Simplicii, cujus partem recitat Baronius num. XVI. in qua conqueritur Simplicius, ſeſe una cum Imperatoria literis ab eodem Acacio literas non accepiſſe; & Imperatorem *Petrum Mongum* hæreticum in Alexandriæ Epiſcopum petere, dum ipſe Simplicius paratus eſſet Joannem *Talaiam*, ut ab aliis appellatur, confirmare: ac hortatur, ut Imperatorem moneat, ne hæretico jam damnato favere velit. Ea enim dicitur *data Id. Juliis Severino U. C. Coſ.* Et tamen in Epiſtola XVI. Simplicii Papæ ad eundem Acacium eadem die ac menſe ſcripta, eodemque Conſule notata, ut videre eſt apud Baronium num. II. queritur *Simplicius*, quod de ſtato Alexandrinæ Eccleſiæ eum *Acacius* non edoceat. Quamobrem non poteſt utraque Epiſtola eodem die a Simplicio data eſſe, præſertim cum in Epiſtola XVI. ad Acacium non dicat, ſe accepiſſe literas ab Imperatore de ſtatu Eccleſiæ Alexandrinæ, quod tamen aſſerit in Epiſtola XVII. Denique qui utramque Epiſtolam inter ſe contulerit, intelliget, eas uno eodemque die datas non eſſe, licet utraque *Idibus Juliis* ſignetur.

X.

Acacius unicum Epiſc. Antiochenum ordinavit.

Valeſius tam *Calendionem*, quam *Stephanum Juniorem* ab Acacio Conſtantinopolit. Epiſcopo conſecratum contendit. Sed præterquamquod *Acacium* duos Epiſcopos Antiochenos Conſtantinopoli Zenone imperante ordinaſſe, nullus ex Antiquis prodit, ex Epiſtola Simplicii ordine XVI. ad Acacium, quæ eſt de Calendionis conſecratione, evidenter innoteſcit, *Calendionem* dumtaxat ab Acacio pro Antiochenis ordinatum.

Simplicius enim ubi didicit, Stephanum Antiochiæ Antiſtitem ab hæreticis necatum, aliumque in ejus locum Imperatoris juſſu ſubrogatum, ad eum ſcripſit Epiſtolam ordine XIV. a Baronio anno CDLXXIX. num. V. & ſeqq. recitatam, in qua ait, quæ *amore quietis* ab eo ordinata fuiſſent, ſeſe reprobare non poſſe, ſed rogare, ne quod Acacius eo jubente executus eſſet, in uſum poſteritatis veniret: *Et quoniam*, inquit, *ſeditiones Antiochenas religioſiſſimo propoſito ſedandas non aliter æxiſtimaſtis, niſi præter præjudicium venerandi illius Concilii Nicæni apud Conſtantinopolim, iiſdem* nempe Antiochenia Catholicis) *petentibus, ordinaretur Antiſtes, quod in ejus tantummodo perſona ſit memoratis aſſumtum, ut deinceps ſerundum definitiones Patrum Orientali Synodo creatio Antiocheni Epiſcopi reſervetur, nec haberi loco vultis injuriæ, quod diſſenſionis gratia factum eſt auferenda.* Ita Simplicius, qui eodem tempore ſcripſit ad Acacium Epiſtolam ordine XV. a Baronio anno CCCCLXXIX. num. X. & ſeq. recitatam, ſignificans eam ordinationem *non ſine invidia* factam, cum qui præcepiſſet, cavendum *exemplum*, teſtatus eſſet, & in auctoritatem recipi ſequenti ætate prohibuiſſet: *Ut ſe*, ſubdit Simplicius, *in hac tantummodo perſona, quam juſſu ejus & ſtudio quietis Antiochenſibus, non tua uſurpatione Antiſtitem conſecraſti, quod factum eſt Neceſſitate ſufficeret.* Deinde inſinuat, Acacium ad ſe ſcripſiſſe, quod diu hæſiſſet, an ordinationem illam perageret; monetque, ut imposterum jura Eccleſiarum reſpiciat, & inſtitutorum veterum memor ſit, in utraque Epiſtola ad Zenonem & ad Acacium teſtatum faciens, quam ægre tuliſſet ordinationem illam præter canones factam.

XI.

Id ex ultima Simplicii de cade Stephani Epiſtola certo deducitur.

Quod ſi in Epiſtola XVI. *Idibus Juliis, Severino Conſule* data, hoc ſc. anno, de nova ordinatione ab *Acacio* peracta loqueretur, ut perſuaſum habuit Valeſius, nunquid vehementiſſime in *Acacium*, tanquam in hominem, qui aliud clauſum in pectore, aliud promptum in lingua habuiſſet, quando ad eum a triennio ſcripſit, commotus fuiſſet Simplicius? Ad me ſcripſeras, dixiſſet Sanctus Pontifex, te priorem electionem diu ſuſpenſam tenuiſſe, *ut videreris ambire, quod tanto Principi, & in tam gravi cauſa, non poteras abnegare.* Juſſerat Imperator, ut in hac tantummodo perſona, quam poſt Stephani cædem conſecraras, juſſio ejus locum haberet, tibique ipſemet ſignificaveram, *ut inſtitutorum veterum non immemor Eccleſiarum jura* impoſterum reſpiceres: & Imperator ad me ſcripſerat juſſiſſe ſe, ut deinceps *ſecundum definitiones Patrum Orientali Synodo creatio Antiocheni Epiſcopi* reſervaretur, & caviſſe ne quod *in una tantummodo perſona* actum fuerat, in uſum deinceps veniret. Tu nihilominus rurſus *Calendionem* non neceſſitate, ſed uſurpatione conſecraſti, & haberi loco injuriæ voluiſti, *quod diſſenſionis gratia* factum fuerat *auferenda*. Hæc ſimiliave Acacio Simplicius exprobraſſet, ſi iterum Epiſcopum Antiochenis dare præſumſiſſet. Et tamen in poſteriori Epiſtola, quæ ordine XVI. eſt, quam alterius ordinationis cauſa ſcriptam Valeſius putavit, non aliud reſpondet Simplicius, quam quæ certo oſtendunt,

ot-

ſi egit, ea ratione ab eo factum quis dubitat, quod idem Imperator cum hæreticis communicaret:

VII. Sed de Petro Fullone quid accidit? Simulac iſte thronum conſcendit, palam hæreſim promulgavit, & illam quidem nimis enormem ſæpe ante damnatam, Theopaſchitarum dictam, dum non unam tantum de trinitate perſonam paſſam eſſe diceret; ſed ipſi ſanctiſſimæ Trinitati in Triſagio hymno crucem adſcriberet: quod quidem vehementer commovit Orien- *Theopaſchitarum hæreſis inſtaurata.*

PAGIUS ordinationem, de qua loquitur, fuiſſe primam & ſine exemplo: *Sicut non optavimus fieri ita faciles excuſationi, quam neceſſitas fecit, exhibemus, quia quod voluntarium non eſt, vocari non poteſt in reatum.* Profecto Simplicium primam ordinationem Epiſcopi Antiocheni graviſſime tuliſſe, & ad ſecundam, ſi peracta eſſet, obmutuiſſe, & facilem excuſationi fuiſſe, fidem omnem ſuperat. Quare tam Epiſtolæ XIV. & XV. Simplicii recitatæ a Baronio anno CDLXXIX. quam Epiſtola XVI. ejuſdem Simplicii ab eodem hoc anno num. II. relata, de una eademque ordinatione, *Calendionis* ſc. loquuntur; ideoque tam Epiſtolæ XIV. quam XV. hoc anno datæ fuere, *X. Kalendas Julias poſt Conſulatum Placidi*, non vero anno CDLXXIX. *poſt Conſulatum illi*, ut falſa hæc ſubſcriptio hucuſque omnibus perſuaſit.

XII. *Calendio ab Antiocheni ſuſcipitur.* Victor Tununenſis poſt Conſulatum II. Longini, anno ſc. CDXC. ideoque præpoſtero ordine, poſtquam locutus eſt de Calendionis ordinatione, ait: *Orientales Epiſcopi tanquam neſcientes, Joannem cognomento Codonatum eidem Antiochenæ Eccleſiæ conſecrant Epiſcopum.* Ordinatus Conſtantinopoli Calendio, mox Antiochiam profectus eſt, ubi collecta Epiſcoporum Provincialium Synodo, primo quidem ordinationem ſuam omnium ſuffragio comprobandam voluit: deinde Synodicam Epiſtolam miſit ad Simplicium Papam per Anaſtaſium Epiſcopum, qui Conſtantinopoli tranſiens acceptis ab Acacio interceſſionis literis Romam profectus eſt. Ubi eum literas *Calendionis*, ſimul & *Acacii* Simplicio obtuliſſet, is libenti animo Calendionem in communionem ſuam ſuſcepit. Literas quoque ejus rei teſtes Anaſtaſio tradidit, tum ad *Calendionem*, tum ad *Acacium* perferendas. Extant tantum literæ Simplicii ad Acacium, datæ *Idibus Juliis Severino V. C. Coſ.* quas recitat Baronius num. II. & quarum ſupra mentionem fecimus. Quando *Calendio* Epiſcopatu dejectus fuerit, dicemus anno CDLXXXV. Baronius enim, qui ei annum unicum, & Valeſius, qui ei annos duos aſſignant, Sedem ejus mutilarunt.

XIII. *Tranſlatio S. Euſtathii Epiſc. Antiocheni.* Quoad Tranſlationem Reliquiarum Sancti *Euſtathii* Epiſcopi Antiocheni, de qua Baronius hoc anno num. IV. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXXXI. anno Chriſti CCCCLXXXVIII. inchoato ſcribit: *Hoc anno Calendion Antiochenus Epiſcopus Euſtathii Magni Reliquias Philippis, ubi Sanctus exul obierat, tranſtulit; tota Antiochia civitate ad duodecimum milliare in occurſum cum plurimo honore effuſa. Qui vero Sancti cauſa ab Eccleſia ſe reſciderant, annis ab ejus obitu exactis centum, iterum ſe ei ſociaverunt.* Idem habet Theodorus Lector lib. 2. cujus verba Theophanes exſcripſit, qui cum annum non expreſſerit, Baronius, qui ea recitat, præſentem elegit. Verum tam Theophanem, quam Baronium male calculos poſuiſſe certum; ut enim jam diximus, *Calendio* ſub finem tantum anni currentis, Epiſcopus renunciatus, annoque CDLXXXV. in exilium miſſus. Quare ea Tranſlatio anno quadringenteſimo octogeſimo quarto peracta, antequam ſcilicet relegaretur. Quod eo magis dicendum, quod Sanctorum Tranſlationes annis Decennalibus deſtinatis de more fierent, eodemque Chriſti anno dedicatio *Lauræ Sancti Euthymii* Abbatis facta fuerit, ut anno CDLXXXV. videbimus.

XIV. *Trajanopoli mortuus eſt.* Corrigendus & hic alter error Theodori & Theophanis, qui aiunt *Euſtathium* Philippos in exilium amandatum; ibi ſepultum, & ex eadem Urbe, quæ in Macedonia poſita eſt, ejus Reliquias Antiochiam tranſlatas; *Euſtathius* enim, non in Macedoniam, ſed in Thraciam relegatus, teſte Hieronymo in lib. de Script. Eccleſiaſt. Ubi de eo ſcribit: *Sub Conſtantio Principe pulſus eſt in exilium Trajanopolim Thracianum, ubi uſque hodie conditus eſt.* Hieronymus autem librum illum anno CCCXCII. promulgavit, ut ſuo loco diximus. Baronius anno CCCXL. num. XXI. locum illum Hieronymi refert, & num. XXIV. alium Theodoreti, qui lib. 1. cap. 21. tradit, *Euſtathium* in exilium abductum eſſe *per Thraciam in urbem quandam Illyrici*, quæ alia non erat, quam Trajanopolis. In priori Tomo hujus Criticæ anno CCCXXIV. oſtendi, locum illum Hieronymi corruptum eſſe, & loco, *ſub Conſtantio Principe*, legendum, *ſub Conſtantino Principe*, annoque CCCXL. monſtravi, id accidiſſe an. CCCXXVII. non vero CCCXL. ut putavit Baronius, qui memoriæ lapſu ſequitur hic Theodorum errantem, & locum exilii *Euſtathii* male deſignantem, qui tamen jam ibi, eum in Thraciam relegatum recte ſcripſerat.

XV. *Inde ejus Reliquiæ Philippos delatæ fuerunt.* Cauſa erroris Theodori Lectoris & ſectatorum inde profluxit, quod poſtquam Hieronymus librum ſuum de Script. Eccleſiaſt. in lucem emiſit, Sancti *Euſtathii* corpus Trajanopoli *Philippos* delatum fuit, ubi, cum fere per ſæculum quieviſſet, Antiochiam tranſlatum eſt anno CCCCLXXXIV. inde enim a Theodoro, aliiſque creditum, *Euſtathium* Philippis demortuum, & ex ea Urbe Antiochiam delatum. Anno CDXLVI. num. VI. & ſeq. ſimilem errorem correximus, oſtendimuſque *Cyrum* ideo a quibuſdam Scriptoribus Smyrnenſem Epiſcopum creditum fuiſſe, quod cum propter quandam calumniam ſibi impoſitam, e Phrygia ubi Epiſcopus erat, Smyrnam fugiſſet, ibidem uſque ad mortem manſiſſet. Pronum enim fuit, exiſtimare *Cyrum* in ea Urbe Epiſcopum fuiſſe, ubi ejus ſepulcrum viſebatur. Sic Theodorus ſciens *Euſtathii* Reliquias *Philippis* Antiochiam tranſlatas, non dubitavit, quin Philippos relegatus fuerit, ibique animam Deo reddiderit. Adducunt Theodorus & Theophanes *qui Sancti cauſa ab Eccleſia ſe reſciderant, annis ab ejus obitu exactis centum, iterum ſe ei ſociaverunt*, ſed eos ea in re falli; manifeſtum facit ſilentium Antiquorum, qui ſchiſmatis tam diuturni nullam mentionem fecere. Valeſius in notis ad Socratem lib. 4. cap. 24. id etiam falſum exiſtimat ſed perperam hanc Tranſlationem cum Victore Tununenſi in Chron. in annum CDXC. confert. Tunc enim, ut jam diximus, *Calendio* Antiochiæ non erat, ſed in exilio vitam ducebat.

XVII. *Marciani rebellio.* A num. VII. ad XI. Marciani, Procopii, & Romuli filiorum Anthemii Imp. rebellio narratur a Theophane anno Incarnat. ſecundum Alex.

rientales Epiſcopos. Quomodo autem ipſum illi admonuere, necnon Romanus Pontifex dicetur anno ſequenti qoo blaſphemiæ iſtæ in Occidente vitæ ſunt innotuiſſe. Quod vero ſpectat ad motus Orientales, quorum occaſione captata atque affectata Calendionem in exillum pulſum hoc tempore fuiſſe conſtat; jam certum eſt Imperii perduellium conſpirationem ad hunc vel ſuperiorem annum eſſe referendam, non autem poſt ſequentem annum, ut a Marcellino in Chronico ponitur. Res vero geſta ab Evagrio ita narratur (a):

(a) Evag. l.3.c.26.

VIII. Marciani rebellio. *Marcianus cum Zenone inimicitias exercere cœpit: qui filius fuit Anthemii, qui ante Imperium geſſerat. Iſte ubi Leontiam Leonis filiam minorem natu uxorem duxerat, tyrannidem occupare molitur: ac pugna gravi in Palatio commiſſa, & multis utrinque cadentibus, Marcianus adverſarios terga dare coegit: qui certe Palatio potitus fuiſſet, niſi negotio, quod ſuſceperat, in craſtinum dilato, oblatam occaſionem omiſiſſet: quæ ſicut cum ad pedes accedit, forſan capi poteſt ita cum quaſi e manibus elapſa eſt, in ſublime ſubvolat, videtque inſequentes, atque de reliquo omnem aditum ad ſe illis penitus præcludit.* Et paulo poſt: *Quod plane evenit Marciano, qui ut tempus opportunum ſibi datum omiſit, ſic idem ipſum de cætero reperire non potuit: nam poſtero die, a ſuis proditus, & relictus ſolus, confugit ad templum ſanctorum Apoſtolorum; indeque vi abſtractus, Cæſaream Cappadociæ demigrat: ibique ad quoſdam monachos ſe aggregans, poſtea dum latitare recuperet, deprehenſus eſt: atque ab Imperatore Tarſum uſque Ciliciæ amandatus, coma abraſa, presbyter deſignatus eſt. Sunt iſta quidem ab Euſtathio Syro ſcripta pereleganter.* Hæc de Marciano Evagrius. Rem eamdem paucis proſecutus Theodorus Lector paulo diverſe narrat (b). Sed de aliis Imperii perduellibus Evagrius (c) iſta ſubnectit, atque in primis de Verina Auguſta:

(b) Theod. Lect. lib. 1. Coll. in fin.

(c) Evag. l.3.c.27.

IX. *Eſt apud eundem ſcriptorem, Zenonem Imperatorem infinitas fere inſidias contra Verinam ſocrum ſuam ſtruxiſſe, poſtea vero eam relegaſſe in Ciliciam: eamque inde denuo ad arcem quæ Papyriana dicitur, Illo jam tyrannidem exercente, tranſtuliſſe, in qua exceſſit e vita. Res autem ab Illo Exconſule geſtas idem Euſtathius perdiſerte ſcribit, tum quemadmodum a Zenone inſidiis appetitus effugerit, tum quo pacto Zeno eum, cui dederat mandatum ut Illum interficeret, morte mulctarit, capite ideo cervicibus abſciſſo, quod cum ob conatus fruſtrationem talè mercede compenſare voluit. Illum vero, quo facinus tentatum occultaret, Ducem copiarum in Oriente militantium deſignavit. Is amicitia non cum Leontio ſolum ſed cum Marco viro ſpectato & Pamprepete contracta, in partibus Orientis commoratus eſt.*

PAGIUS Alex. CDLXXI. Kalend. Septemb. anni Chriſti 478. inchoato: *Hoc anno,* inquit, *Marcianus Anthemii, qui Romæ imperaverat, filius idemque Leontiæ Verinæ quidem filiæ, Imperatricis vero Ariadnæ Sororis maritus ad Conſtantinopolim adverſus Zenonem Imp. bellum movet: eo quod Leontia ejus uxor ex Leone jam imperanto, Ariadna vero priuſquam Imperium fuiſſet aſſecutus, nata fuerat. Igitur acri prælio inter Zenonem & Marcianum commiſſo, Marcianus, Romulo & Procopio ejus fratribus una ſuppetias ferentibus, viribus ſuperior evaſit, omneſque Zenonis copias in Palatium tamquam in præſidium ſe recipere adegit: tantumque abfuit, ut Palatio ſimul & Imperio potiretur. Verum de rebus gerendis parum ſollicitus ad cœna epulas ſomnumque capiendum verſus, & Illo Magiſtro domis copias ejus ſubducente belli ſociis ſpoliatus, ſequenti tunc inferior adeo receſſit e pugna, ut ad Apoſtolorum ædem & tutelam confugeret, & ad Zenonis juſſum ab Acacio Presbyter ordinatus ad Papurium Cappadociæ caſtellum exul ageretur. Procopius autem & Romulus ejus fratres noctu, dum lavarentur ab Illo comprehenſi, & ex ejus poteſtate fuga dilapſi Romam ſe contulerunt.* Idem refert Baronius ex Evagrio lib. 3. cap. 24. Ex quibus intelligere poterat Cardinalis doctiſſimos Leoni Magno Imp. duas filias fuiſſe, *Ariadnam* & *Leontiam*, qua de re ſupra dictum eſt.

XVII. Sed cum *Theodoricus* Triarii filius circa idem tempus e vivis exceſſerit, & *Marciani* rebellio ante ejus mortem contigerit, ea ad annum CDLXXVIII. aut inſequentem cum Theophane retrahenda. Malchus enim Rhetor pag. 86. narrat, Theodoricum *Triarii* filium magnam Barbarorum copiam coegiſſe, tanqoam ſibi propoſitum eſſet Imperatorem, & Conſtantinopolim a periculo liberare, ſed revera ut ſeditionem augeret. Quod Zeno veritus miſit Pelagium virum illuſtrem cum multis pecuniis & non parvis muneribus, & ita Theodoricus receſſit. Candidus de Procopio Marciani fratre, loquens, ait: *Procopius vero ad Theodoricum in Thraciam confugit;* ad Theodoricum nempe Triarii filium, de quo & loquitur Marcellinus in Chronico ad Zenonis Aug. III. Conſulatum, ad annum nempe CDLXXIX. Ad hæc Evagrius lib. 3. cap. 26. ſcribit. Theodoricum collectis in Thracia ſuis copiis expeditionem ſuſcepiſſe in Zenonem & Conſtantinopolim infeſtum veniſſe, nec molto poſt vitam cum morte commutaſſe. Quare cum Theodoricus Triarii filius, de quo tam Malchus quam Candidus, Marcellinus & Evagrius citati loquuntur, quemque *Theodoricum* abſque cognomine appellare ſolent, poſt reditum e præfata expeditione Conſtantinopolitana perierit, manifeſtum eſt, ut inquit Valeſius in Notis ad citatum Evagrii locum, *Marciani* rebellionem recte a Theophane conſignatam eſſe eum tamen & Evagrium in eo erraſſe, quod motum illum ſtatim poſt obitum *Theodorici Triarii filii* referant; quod in cauſa fuit, cur Baronius eam hoc anno recitarit, exiſtimans Evagrium ordinem temporum ſervaſſe, qood vel

Contigit anno CDLXXVIII. aut inſequente.

X. Theodoricus Amalus Rex Gothorum pugnat pro Zenone.

Idem vero narrat, quod Leontius Tarſi Ciliciæ Imperator renunciatus fuerit, & quem fructum iſta ex tyrannide ſua perceperiat, cum Theodoricus vir genere Gothus, & apud Romanos in magno honore habitus Dux cum noſtris, tum exteris copiis ſtipatus contra eos miſſus eſſet. Hæc de his Evagrius, qui ex eodem auctore tradit, hos injuſte a Zenone perſecutionem eſſe perpeſſos, coactoſque quodammodo in hoſtes converti ex amicis de Imperatore benemerentibus. Hæc quidem occaſione Calendionis Antiocheni Epiſcopi a nobis ex Evagrio ſunt recenſita, quod dictum ſit eodem auctore, Calendionem calumniam paſſum de conſpiratione ſeu ſavore his præſtito fuiſſe in Oaſim relegatum. Hæc autem hoc anno cœpta, ſequenti conſummara ſuut, poſt quem Theodoricus ob res bene geſtas meruit Conſulatum, atque equeſtrem in foro ſtatuam, ut ſuo loco inferius dicetur: in ſequentem hæc enim annum eſſe propagata videntur, quo ob res bene geſtas idem Theodoricus Conſul eſt deſignatus.

XI. Defuncto Timotheo, electus Jo. Alexandrinus Epiſc.

Jam vero ad res Alexandrinas oratio ſe convertat. Ex litteris quidem nuper recitatis Simplicii Pontificis ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum hoc anno datis certum habetur, eodem anno diem obiiſſe Timotheum Catholicum Epiſcopum Alexandrinum, cum ſediſſet annos vigintitres, interpolatis tamen vicibus, cum inde ſæpe expulſus fuerit: ita quidem & Liberatus Diaconus (*a*), qui & totidem ſedi ejus annos tribuit ac menſes ſex. Tunc autem coeuntes in unum Ægypti Epiſcopi ex communi conſenſu elegerunt Joannem hominem Orthodoxum, de quo plura ſuperius dicta ſuut: ſed huic Zeno Imperator impulſu Acacii adverſatus eſt, eo prætextu quod diceret ipſum ante juraſſe non futurum aliquando ut in Alexandriuum Epiſcopum eligi pateretur. His Imperator addidit longe deteriora, cum non erubuit contra eumdem Joannem in ſedem reſtituere neſandum illum Petrum Mogum hæreticum antea pulſum.

(*a*) *Liber. Diac. in Brev. c. 16.*

Jam vero diu ſub Catholico nomine latens hypocriſis, omni ſepoſita verecundia, procax exilit, & ut furia debacchatur. Sane quidem tamquam portentum accidit, ut Zeno imperator, qui nuper ejectos Catholicos reſtituerat, & expulerat intruſos hæreticos, ita mutatus ſit; & quod Acacius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, cujus arbitrio ipſe Imperator regi videbatur, qui paulo ante adverſus Baſiliſcum certamen pro fide Catholica iniit, cogens illum reſtituere ejectos Catholicos, modo idem viceverſa, pulſis inſignibus Orthodoxis, in Pontificiam cathedram hæreticos reſtituendos curarit. Latuerunt iſta quidem de ſede Antiochena Simplicium Papam: verum exploratа habuit quæ Alexandriæ facta ſunt, ex legatione miſſa a Synodo Alexandrina, qua Joannis electionem confirmandam ab ipſo Romano Pontifice petierunt: de quibus ipſe expoſtulans, mox ad Acacium dedit epiſtolam (*b*), eum redarguens, quod de rebus adeo magni momenti nihil ſcripſiſſet; quod ex credito ipſi officio Vicariæ præfecturæ Apoſtolicæ ſedis quam naviter præſtare debuiſſet. Epiſtola autem ſic ſe habet: XII.

(*b*) *Simpl. ep. 17. t. 1. ep. decret.*

Simplicius Epiſcopus, Acacio Epiſcopo Conſtantinopolitano.

Miramur pariter & dolemus, ita in tua dilectionis animo diſſimulatam lacerare curam charitatis & fidei, ut cum Chriſtianiſſimus Imperator pietatis & religionis inſtincta affandi me & de cauſis Eccleſiaſticis conſulendi, fideles atque ſolertes internuncios deſtinaret; ipſe & alterna gratia, & vigilantia paſtoralis oblitus, nec alloqui nos volueris, nec de bis* XIII.

*latitare.

PAGIUS

XVIII. *Leontius tyrannidem arripit.*

ex ſola hujus rebellionis relatione refellitur.

Quoad *Leontium*, recte Baronius tradit, eum hoc anno tyrannidem Antiochiæ arripuiſſe; cum id referat Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXXIV. qui Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoatur. Præterea Liberatus in Breviario cap. 17. loquens de ordinatione Joannis Epiſcopi Alexandrini, quæ ſub finem ſuperioris Chriſti anni, vel currentis initio facta eſt, dicit, *Joannem*, quem *Talaiam* cognominat, Epiſcopum Alexandrinum neglexiſſe Synodicas literas de ſua ordinatione Acacio deſtinare, quod haberet amicum *Illum* ſeu *Ellum* (utrumque enim dicitur) Magiſtrum Officiorum, ad quem Magiſtrianum Conſtantinopolim miſerat: *Contigit autem*, inquit Liberatus, *tunc Ellum Magiſtrum ab Imp. Zenone mitti in Antiochiam, ut teneret Leontium, qui illic ab exercitu cum voto Verinæ Auguſtæ fuerat ordinatus. Cumque Magiſtrianus, qui fuerat a Joanne miſſus, non inveniſſet Ellum Magiſtrum, neque Acacio, neque Imperatore literas obtulit, ſed perrexit Antiochiam. Poſt hæc Acacius audiens de ordinatione Joannis, & contriſtatus, quia Epiſtolas Synodicas non direxiſſet*, &c. Acacius vero tardius quam præſenti anno Joannis Talaiæ ordinationem ſcire non potuit; cum Simplicius Papa in Epiſtola ad eundem *data Idibus Julii Severino V. C. Coſ.* hoc ſc. anno, ſignificet ſe eam accepiſſe, ſed non confirmaſſe, quod Zeno Aug. ſcripſiſſet, Joannem Epiſcopatu indignum eſſe. Itaque Marcellinus in Chronico, quando ſub Coſſ. anni CDLXXXIV. ſcribit: *Illus natione Iſaurus dignitate Magiſter Officiorum amputata apud Comitatum auricula Orientem Zenoni infeſtus invaſit. Porro cum Leontio tyrannidem arripuit*, ſignificat tantum Illum cum Leontio tyranno ſocietatem iniiſſe.

Ad num. XI. ad XXIII. Victor Tununenſis in Chronico, *anno poſt Conſulatum Zenonis III.* Chriſti ſc. 480. *Timothei Salophacioli* Epiſcopi Alexandrini mortem conſignat. Verum Theopha- XIX.

Digitized by Google

bis qua ad Catholica veritatis cuſtodiam pertinebant, duxeris inſtruendos. Atque ideo, frater cariſſime, qua non immerito terme libera affectione culpari, potiore diligentia repenſanda cognoſce, proinde delegatum tibi munus impendens, ſenſus tuos prudenter attolle, & pro tuendis Chalcedonenſis Synodi conſtitutis vehementer invigila, ne per negligentiam deſidiamque noſtram ſubrepatur gregibus Domini lethale diſpendium. Hæc tam Inſtanter Simplicius papa ab Acacio exigit, quod ei (ut dictum eſt ſuperius) delegaverat vices ſuas. Sed pergit dicere de rebus Alexandriæ geſtis:

XIV. Romani Pontificis eſſe confirmare Patriarchas.

Nuper ab Ægyptia Synodo, qua & numero plurima, & fidei Catholicæ eſſet communione ſuffulta, atque ab ipſo omni propemodum clero Alexandrina ſedis ad nos ex more relatio miſſa patefecit, ſanctæ memoriæ fratrem quondam, & Coepiſcopum noſtrum obiiſſe Timotheum; inque ejus vicem conſona Fidelium voluntate Joannem, cui ad ſacerdotium conſtare crederentur omnia, ſubrogatum: & nihil omnino reſtare videbatur, niſi ut Deo noſtro gratias agentibus nobis, atque gaudentibus, at ſine ſtrepitu, quod Catholicus in defuncti miniſterium ſucceſſiſſet Antiſtes, Apoſtolica quoque moderationis aſſenſu votivam ſumeret firmitatem.

XV. *Cum ecce ſecundum conſuetudinem mihi talia diſponenti, tranquilliſſimi Principis ſcripta ſunt reddita, quibus memoratum tamquam perjurii reum (quod fraternitate quoque tua non eſſe diceretur incognitum) ſacerdotio perhiberet indignum. Illico retraxi pedem, & meam revocavi ſuper ejus confirmatione ſententiam, ne quid contra tantum ac tale teſtimonium praepropere feciſſe judicaret.* Hæc cum adeo diſertis verbis de confirmatione Epiſcopi Alexandrini Simplicius dicat; puto, lector, intelligis veterem morem, ut non haberetur firma ratave Alexandrini, ſicut nec Antiocheni novi Antiſtitis electio, niſi illa a Romano Pontifice confirmaretur: cum ejus rei cauſa mox iidem electi, & Synodi quæ elegerant, ſtatim poſt creationem eorumdem (ut ſæpius factum vidimus) mittere ſolerent ad ipſum Romanum Pontificem legationem cum fidei profeſſione; ut quæ per ipſos acta eſſent, ab eodem Romano Pontifice confirmarentur. Ante hæc autem haud idonei illi habebantur, ut ipſis reliqui Epiſcopi communicarent, quibus nondum Romanus Antiſtes communicaſſet. At proſequámur quæ ſunt reliqua Simplicii Papæ epiſtolæ ad Acacium juſtas ingerentis querelas de Petro Mogo, quem ex litteris Imperatoris audiſſet promovendum in ſedem Alexandrinam:

XVI. *Sed illud me non mediocriter facit attonitum, quod iiſdem litteris ſuis* (Zeno ſcilicet Imperator) *Petrum, qui hæreticorum, ſocius dudum extitiſſe probetur & princeps (quod conſcientiam dilectionis tua meminimus non latere, inſtructioneſque ipſas, quibus fuerit confutatus, noſſe confidimus: quemque etiam dubium non ſit adhuc extra communionem durare Catholicam; ſæpeque nos de eodem ex illa urbe pellendo ſcripſiſſe, ſit certum ad præfata Eccleſiæ regimen exiſtimet provehendum: cumque promittat rectæ fidei definitionibus convenire, a cujus utique (ſicut ſuperius dixi) conſortio tam degit extraneus, quam ab ejus communione diſcretus eſt. Ad quam nunc ſi redire contendit, niſi per ſatisfactionem Chriſtianis regulis competentem, non poteſt introire: ac proinde non ad faſtigium ſacerdotalis dignitatis accedere, ſed medela, quæ poſt pœnitudinem præbenda eſt, conſequenter aptari animæ ſuæ cupiat, reconciliatus auxilium, non gradum ſummi honoris affectans; qui diu convincitur fuiſſe perverſus, ne per ſpeciem remeantis, non remedium ſinceræ ſalvationis inquirat, ſed facultatem propagandæ pravitatis inveniat: quo facto non hunc magis ab errore detrahimus, quam perniciem Fidelibus irrogamus; eoque modo Chalcedonenſis Synodi ſtatuta violantes, aditum ſæva populatione graſſandi in Eccleſiam lupis rapacibus aperimus.*

Non ſine ſatisfactione recipiendi hæretici.

XVII. *Denique ab eiſdem ipſis, cum quibus olim a Catholica participatione diviſus eſt, Pontifex dicitur poſtulari: ut ſatis evidenter appareat, non eos rectam fidem velle, ſed in Præſule proprio nefandi dogmatis quærere poteſtatem; neque inter ipſos & veraciter ſentientes pax inde poſſit fida generari, unde hæreticarum mentium creſcit funeſta damnatio *, & Catholicorum ſuccedit miſeranda captivitas. Tantis igitur malis atque periculis pro ſacerdotis qualitate, & Catholicæ prædicationis intuitu, ut qua potes ratione vehemen-*

* dominatio.

Hortatur Simplicius Acacium

PAGIUS

Salophaciola demortuo Joannes Talaia fit Epiſc. Alexandriæ.

phanes in Chronico ad annum CDLXXIII. ſecundum Alexandrinos, qui Kalend. Septemb. ejuſdem Chriſti anni inchoatur, mortem ejus recitat, & in Tabulis eidem Chronico inſertis anni IV. ei tribuuntur, deductis ſcilicet ab anno Chriſti CDLXXVII. quo a Zenone Imp. in Sedem reſtitutus eſt. At Theophanem intelligere annum Eræ noſtræ CDLXXXI. ex mox dictis de ordinatione Joannis ejus ſucceſſoris manifeſte patet. Liberatus qui cap. 16. omnes Præſulatus ejus annos enumerat, perperam ſcribit, eum *anno Epiſcopatus ſui XXIII. menſe ſexto* obiiſſe; Epiſcopatum enim inierat ſub finem anni CDLIX. aut inſequentis initio, & Simplicius Papa laudata ad Acacium Epiſtola data *Idibus Julii* mentionem facit ejus mortis, ac Joannis ejus ſucceſſoris ordinationis. Joannes itaque quem Græci *Tabennoſitam* cognominant, eo quod eſſet ex numero Tabenneſium Monachorum, qui apud Canopum Monaſterium ha-

menter obſiſtas, maximis undique rebus a-ſtringeris. Nec dilectioni tuæ id fas eſt ſegnius operari, quod ad animæ tuæ cauſam, honoris æſtimationisque reſpectum non dubitas pertinere.

XVIII. *Opportunitatibus ergo repertis, clementiſſimi Principis voluntatem ineſſabiliter pro fide Catholica ſupplicando, & ab hic ſedulo revocare quæ nociva ſunt dogmati Chriſtiano; & ſecundum hæc quæ mandamus, informare crebro, inque eam partem quæ amica ſit veritati, potius inſtare non deſinas; & (ut S. Timotheum venerandus Apoſtolus Paulus (a) inſtituit) opportune, importune obſecrando, inſinuando, exponendoque nullatenus allegare ceſſabis; & nobis ſubinde, quæ gerantur, quæve gerenda ſint, veraciter indicare: ut creditorum tibimet diſpenſatione Dominica talentorum in hac multiplicatione fidelis ſervus oſtenderis: ſi non tantum in Eccleſia cui præſides, ſed ubicumque potueris, pro unitate Catholica, & paternis definitionibus ſuadere non renuas. Data Idibus Juliis, Severino V. C. Conſule.* Junxit hic ejuſdem argumenti litteras ad Zenonem Imperatorem Simplicius Papa, ut ipſe teſtatur in aliis ad eumdem poſtea datis litteris: ſed non curant.

(a) 2. Tim. 4.

XIX. Acacii ſuſpectum ſilentium. Acacius vero nec his acceptis, quicquam ad Simplicium Papam reſcripſit, utpote qui pro ſubrogandis ac promovendis hæreticis ſolicitius apud Imperatorem agebat. Quamobrem expletis jam menſibus quatuor, rurſus eum Simplicius excitat dormientem, immo coercet hominem ad malum vigilantem: nam ſicut de Juda, dicendum illud de Acacio fuit (b): *Adverſarius noſter non dormit, ſed levavit contra me calcaneum ſuum.* Sic igitur per Reſtitutum quemdam poſtremas has ad ipſum perbreves quidem, ſed aculeatas menſe Novembris litteras (c) dedit, quibus in primis aperit animi ſui angorem, in quo verſatur.

(b) Jo. 13.

(c) Simpl. ep. 18.

Dilectiſſimo fratri Acacio,
Simplicius.

XX. Rurſum ad Acacium Simplicius. *Cogitationum ferias non habemus: nec enim quieſcere nos cauſa permittit; quam ſi relinquamus, apud Chriſtum Dominum noſtrum, cujus intereſt, inexcuſabiles ſumus. Et mirum eſt, dilectionem tuam, tot emenſis temporibus, & tot opportunitatibus inde venientibus, nihil ad nos de Alexandrina Eccleſia, quæ tam graviter quatitur, inſtruere voluiſſe: cum monere te nec increpatio noſtra deſtiterit, ut participata ſolicitudine litteras meas apud Chriſtianiſſimum & clementiſſimum Principem præſentibus tuæ dilectionis proſequereris alloquiis; & inſtituti veteris memor, in Orthodoxorum defenſionem nobiſcum ſic ſemper incumberes, ne quiſquam noſtrum, Chriſtiana plebe pereunte, reatum deditionis incurrat, & mercenarius potius videatur eſſe, quam paſtor. Unde hortamur dilectionem tuam, ut opportune & importune piis auribus inſinuare non deſinas, quatenus remotis ſcandalis quæ in Alexandrinam Eccleſiam recidivis auſibus irruerunt, pax optata reddatur; & celeriter vigilantiæ tuæ profectus, poſthabitis difficultatibus, inducatur. Data octavo Idus Novembris, Severino Conſule.* Directa per Reſtitutum.

XXI. Sed fruſtra Simplicius Papa clamat, incaſſumque laborat excitare & ad prælium in hæreticos provocare Acacium jam transfugam, & in caſtris adverſariorum militantem. Quæ autem, inter hæc affectata ſilentia, foverit aſpidum ova idem prævaricator Acacius, exitus demonſtravit, cum ex eis reguli eruperant: dum egit ut Petrus Cnapheus, pulſo Calendione, revocaretur Antiochiam; & Petrus Mogus in ſedem Alexandrinam, ejecto Joanne, iterum intruderetur Epiſcopus: umbo venenati colubri, truculentæ beſtiæ, fæces hæreticorum. Exclamavit contra hæc poſt Simplicium Felix Papa, atque poſt Felicem ſæpe Gelaſius adverſus eumdem Acacium in epiſtola ad Fauſtum: *Quibus (inquit) canonibus, quibuſve regulis Calendion excluſus eſt, vel primi urbium diverſarum ſacerdotes?* Et in epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ de eodem Acacio: *Qua Synodo tertiæ ſedis Epiſcopum ſanctum Calendionem fecit expelli; ac nihilominus eidem Petrum jam hæreticum manifeſtum, ut eidem palam nec ſe communicare prætenderet, ſua paſſus eſt diſpoſitione ſubſtitui?* Idem rurſus de eodem in epiſtola ad Orientales hæc eadem refricat & inculcat.

Acacii facinora in Calendionem.

XXII. De ſede autem Alexandrina, pulſo inde Epiſcopo Orthodoxo Joanne, & ſuffecto

PAGIUS habitabant, jam inde a Cyrilli temporibus, poſt mortem Salophacioli a Catholicis ordinatus eſt Epiſcopus Alexandriæ, ſtatimque Synodicas literas ex more miſit ad Simplicium Papam, & ad *Calendionem* Epiſcopum Antiochiæ ut ex Breviario Hiſt. Eutychian. & ex Liberato liquet. Ad *Acacium* vero Conſtantinopolit. Epiſcopum Synodicas mittere neglexit, ſeu quod amicitiæ *Illi* Magiſtri Officiorum nimis confideret, ſeu quod jam diu antea infenſus erat *Acacio*, ut mox ex Liberato diximus. Ea res *Acacii* animum graviter commovit. Qui ſe a Joanne deſpectum videns, Imperatoris animum adverſus eum exaſperavit, minus idoneum Epiſcopatu Alexandrino eſſe dicens, qui olim de Eccleſia exire voluiſſet, & *Salophaciolo* ſuaſiſſet, ut nomen *Dioſcori* ſacris Diptychis inſereret: ad hæc perjurii reum eſſe affirmans, quippe qui juraſſet olim Imperatori, nunquam ſe Alexandrinam Sedem ambiturum, *Petrum* vero *Moggum* magis idoneum eſſe Epiſcopatui, utpote gratum atque acceptum populo Alexandrino: ejuſque opera Eccleſias urbis Alexandrinæ ac totius Ægypti ad unitatem reduci poſſe.
His

Digitized by Google

Quid Acacius in Jo. Epiſc. Alexandrinum. facto nefario Petro, hæc idem Gelaſius ad Fauſtum: *Qui in Synodo, vel ſecundum cujus Synodi formam Alexandrinum Joannem de Eccleſia, cui ordinatus fuerat, expulerunt, qui nullis cauſis evidentibus, nec ante conventus, nec poſtea provocatus, etiam in judicio competenti potuit accuſari? Quod ſi dicunt: Imperator hoc fecit: Hoc ipſum quibus canonibus, quibus regulis eſt preceptum? Cur huic tam pravo facto conſenſit Acacius; cum auctoritas divina dicat* (a): *Non ſolum qui faciunt prava, reos eſſe, ſed etiam qui conſentiunt facientibus?* Et ad Epiſcopos Dardaniæ, in eumdem Acacium dum rurſum invehitur, ait: *Dicat ergo, qua ipſe Synodo ſecundæ ſedis Antiſtitem, qualemcumque, certe Catholicum, & a Catholicis ordinatum, nec de fide Catholica aliquando impetitum, duxerit excludendum; & hæreticum manifeſtum Petrum ſua quoque executione damnatum Pontifici Catholico permiſerit ſubrogandum?* Hæc ad eos Gelaſius, quæ & fuſius eſt proſecutus in epiſtola ad Orientales.

(a) Rom. 1.

XXIII. Sed cur ita Acacius commotus fuerit contra Joannem creatum Epiſcopum Alexandriæ Orthodoxum, Liberatus Diaconus ſic narrat (b): *Joannes Talaida de ordinatione ſua neglexit per ſuos, Synodicas litteras Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo deſtinare: habens enim amicum Illum* (qui ante quadriennium geſſerat Conſulatum) *ſupradictum Magiſtrum Officiorum, ei de ſua ordinatione ſcripſit; ſcribens etiam Principi, quatenus per Illum Magiſtrum omnis ejus cauſa diſponeretur, putans eum Conſtantinopoli permanere. Mandavit ergo Magiſtriano litteras Synodicas, delegans ei omnem cum illius facere voluntate. Contigit autem tunc Illum Magiſtrum ab Imperatore Zenone mitti Antiochiam, ut teneret Leontium, qui illic ab exercitu cum voto Verinæ Auguſtæ fuerat ordinatus.* Hæc cum dicat Liberatus, corrigendum eſt ex his Marcellini Chronicon, dum Leontii tyrannidem recenſet poſt annos duos: quod & ſuperius admonuimus. Pergit vero idem Liberatus cœptam ſemel de Joannis legatione narrationem;

(b) Liber. Diac. Breviar. c. 17.

Acacius ob odium in Joannem univerſam turbat Eccleſ.

XXIV. *Cumque Magiſtrianus, qui fuerat a Joanne miſſus, non inveniſſet Illum Magiſtrum; neque Acacio, neque Imperatori litteras obtulit, ſed perrexit Antiochiam. Poſt hæc Acacius audiens de ordinatione Joannis, & contriſtatus quia Synodicas epiſtolas non direxiſſet, & unà faciens cum Gennadio Epiſcopo parente beati Timothei, volentes ei nocere, trahebant* apud Zenonem, & accuſabant eum, habentes adjutores patronos Petri Mogi; quaſi opportunus Epiſcopatui non eſſet Joannes, eo quod jam, vivente Timotheo Catholico, tractaverit exire de Eccleſia, & ab ipſo ſuaderetur idem Timotheus ut ſuſciperet Dioſcorum in Diptychis poſt mortem: Petrum autem amabilem in populo, & poſſe eum in communionem populum congregare. Occurrerunt quidam a Petro, volentes quaſi fieri unitatem quod jucundiſſime accepit Acacius, & Imperatori præſentavit, & perſuaſit ei ut ſcriberet Apollonio Auguſtali & Duci pergamio, ut Joannes expelleretur ab Alexandrina ſede: quaſi eam contra ſuum jusjurandum, quod in regia civitate dedit, arripuiſſet; cooperaretur Petro Mogo, ut remaneret in ſede: nec prius hoc faceret, niſi ſuſciperet Enoticon Principis, Synodicas deſtinaret epiſtolas Conſtantinopolitano Acacio, & Simplicio Romano, & cæteris Archiepiſcopis. Acacius vero, promittente Petro facere unitatem, nec adhuc implente legitime, nomen ejus in Diptychis recitari permiſit, tunquam jam Alexandrini Præſulis in ſede Catholica poſiti.*

* tractabant.

Acacius laborat pro Petro Mogo.

XXV. *Joannes Talaida judicatur a Zenone ab Epiſcopatu pelli. Acacius auxilio patronorum Petri perſuaſit Zenoni, ut fieret Enoticon: ad cujus perlationem, ſeu Profeſſionem ſuſcepit communicantes ſibi clericos Petri hæreticos & laicos ejectos Conſtantinopoli. Communicavit etiam Petrus Mogus his qui deſcenderunt cum Enotico, & Acacio Synodicam ſcripſit epiſtolam, & abs eo recepit.* Hæc Liberatus de cauſa & progreſſu rerum Acacii adverſus Joannem; cum non eſt veritus ſui animi explendæ vindictæ cauſa univerſam Orientalem Eccleſiam perturbare ac funditus per-

PAGIUS XX. His adductus Imperator ſcripſit primo literas ad Simplicium Papa per *Uranium Subadjuvam*, quibus Joannem tanquam perjurii reum, quod quidem *Acacio* etiam Epiſcopo notum eſſe perhibebat, Sacerdotio judicabat indignum. Satius autem eſſe dicebat, ut ad procurandam Eccleſiarum Ægypti unitatem atque concordiam, *Petrus* in eam Sedem reſtitueretur. His Imperatoris litteris acceptis *Simplicius Papa*, qui Joannis Apocriſiarios in communionem ſua recipere, ejuſque ordinationem ſua ſententia confirmare jam paratus erat, pedem repreſſit, ne contra Imperatoris teſtimonium quicquam præpropere egiſſe videretur. Mox per eundem *Uranium* reſcripſit Imperatori. Quod quidem ad *Joannis* ordinationem attinet, lecto Imperatoris teſtimonio ſuſpendiſſe ſe ab ejus confirmatione, quod vero ad reſtitutionem *Petri Moggi* ſpectat eum utpote hæreticum & ab hæreticis poſtulatum, nec poſſe nec debere reſtitui, quippe qui Apoſtolico judicio damnatus, in priſtino errore adhuc permaneret. Periere hæ literæ; ſed extant, quas eodem tempore ſcripſit ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quæ e Baronio num. XIII. & ſeqq. recitantur, dataque ſunt *Idibus Juliis Severino V. C. Coſ.* At Zeno cum id quod maxime cupiebat, reſtitutionem ſc. Petri ſibi a Simplicio dene-

Petrus Mogus fit etiam Epiſc. Alexandria

Digitized by Google

Quot abſurda admiſſa ſimul; perdere, ipſamque fidem Catholicam peſſumdare, atque ſacroſanctum Chalcedonenſe Concilium penitus labefactare. Quanta in re una, bone Deus, abſurda, quantaque monſtra ſimul oborta cernere fuit! Imperatorem ſua ſponte deponere Catholicum legitime ordinatum ſacerdotem, & hæreticum provehere; recipere in ſedem damnatum & depoſitum hæreticum, idque facere abſque Synodo, inconſultoque qui eum damnaverat Romano Pontifice; inſuper nomen ejus in tabulas referre Eccleſiaſticas: hæcque omnia abſque vel oblata ſaltem ab eo fidei Catholicæ confeſſione: & quod cunctis his portentis deformius videri poterat, illud fuit, ab Imperatore de fide ſanciri decretum; ſed & quod magis horrendum apparuit, ab eodem laico homine inferri in Epiſcopos & omnes alios Orthodoxos anathema. Hæc quidem pavenda adeo viſu monſtra Acacius primo concepit, ſed Zeno Auguſtus peperit. At quodnam qualeve fuerit edictum illud Zenonis, quod Unitivum voluit appellari; ex Evagrio hic deſcribamus (a):

(a) Evagr. l. 3. c. 14.

Zeno Imp. Cæſar, Pius, Victor, Triumphator, Max. ſemper Auguſtus, reverendiſſimis Alexandriæ; Ægypti, Libyæ & Pentapolis Epiſcopis, clericis, monachis, laicis S.

XXVI. Zenonis epiſtola conciliatrix. *Quoniam pro certo ſcimus Imperium noſtrum a ſincera ſolum & vera fide tum initium habuiſſe, tum ſtabilitum eſſe, tum robur ac præſidium quod expugnari nequit, ex ea ſumpſiſſe (quam quidem fidem divini numinis inſtincta trecenti decem & octo ſancti Patres Nicææ congregati expoſuerunt; quam etiam confirmarunt centum & quinquaginta ſancti Patres Conſtantinopoli coacti) noctes dieſque non precibus ſolum, ſed ſtudio omni & legibus ſanciendis laboravimus, uti ea in ſancta Catholica & Apoſtolica Dei Eccleſia, quæ ubique terrarum eſt, quæque immortalis & ſempiterna noſtri Principatus quaſi parens eſt, plene perfecteque explicatur: piuſque Dei populus in pace & divina concordia perſeverans, gratas acceptaſque precationes una cum ſanctiſſimis Epiſcopis & clero pietati deditiſſimo, monaſteriorum præpoſitis & monachis, Deo pro noſtri Imperii conſervatione offerat. Nam ſi præpotens Deus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus, qui ex ſancta Virgine Maria Deipara carnem ſumpſit & natus eſt, & noſtras conſentientes laudes & cultum quem ei tribuimus approbet, lubenſque & quaſi parato animo excipiat; non modo omnia adverſariorum genera fracta debilitataque concident, verum etiam alii omnes mortales ſuam ipſorum cervicem jugo noſtri Imperii, proxime ac ſecundum Deum, ſponte ſubiicient: & pax ejuſque commoda, æquabilis aeris temperatio, fructuum cujuſque generis abundantia, aliaque omnia quæ ſunt ad humanæ vitæ uſum accommoda, affatim ſuppeditabuntur.*

Jam igitur cum conſtet inter omnes, nos Imperiumque Romanum ſinceræ fidei ſubſidio conſervari; afferuntur nobis libelli ſupplices a piis monaſteriorum præfectis, eremitis, & aliis reverendiſſimis viris: qui nos vehementer obteſtantur, ut ſanctiſſimis Eccleſiis reſtituatur concordia, membraque membris conjungantur, quæ hoſtis probitatis dæmonium longiſſimo temporis ſpatio dirimere pro virili laboravit: pro certo perſuaſus, ſi corpus Eccleſiæ concordiæ vinculis firme cohæreas impugnaret, ſe ſuperatum iri. Nam quia membra Eccleſiæ non coaleſcebant, factum eſt, ut infinitæ hominum multitudines, quas temporis longinquitas tot annorum curriculis ex hac vita exemerit, partim baptiſmatis lavacro carentes mortem obierint, partim divinæ communionis minime factæ participes ex corporis cuſtodia (quod nemo homo vitare poteſt) emigrarint: quinetiam cædes fere infinitæ inde factæ, & non terra modo, verum etiam aer copioſa ſanguinis effuſione inquinatus. Quotus quiſque ergo eſt, qui non optarit iſta corrigi, adque ſtatum reduci meliorem? XXVII. Affectat pacem turbator quietis.

Quocirca dedimus operam, ut vos intelligatis, tum omnes ubique Eccleſias non aliud ſymbolum, vel doctrinam, vel deciſionem fidei, vel fidem, quam ſanctum ſymbolum, de quo diximus, trecentorum decem & octo Epiſcoporum, quod centum quinquaginta Patres, quos ſuppra commemoravimus, confirmarunt; aut habuiſſe, aut habere, aut habituros eſſe, aut ſcire ullos habere. Quod ſi quiſquam aliud habeat, eum alienum ab Eccleſia exiſtimamus. Nam hoc ſolo noſtrum Imperium (uti docuimus) conſervari confidimus; idemque ipſum populi amplexati, ſalutari Spiritus ſancti illuſtrantur lumine, ſacroque baptiſmatis lavacro tinguntur: eidem quoque aſ- XXVIII.

PAGIUS negatam videret, graviter offenſus eſt, ut teſtatur Auctor Breviculi Hiſt. Eutychian. his verbis: *Defuncto iſto Timotheo Epiſcopo Joannes Oeconomus Catholicus a Catholicis ordinatur Epiſcopus. Qui cum de conſuetudine Majorum ad Apoſtolicam Sedem Synodica per Iſidorum Presbyterum & Petrum Diaconum) ſcripta miſiſſet; ſuperveniente Urano Subadjuva, & contra Joannem jam Epiſcopum ſacra Principis deferente, ab Epiſcopatus illius confirmatione Papa ſuſpenſus eſt. Et quia in iiſdem Sacris de reſtituendo Petro* (Moggo ſcilicet), *quem ipſe damnavit fecerat mentionem, hæc pars omnino eſt denegata. Unde videtur Clementiſſimus Imperator offenſus. Cum ergo ſanctæ memoriæ Papa Simplicii nihil totiens ad Acacium directa, propter Alexandrinæ Eccleſiæ quietem, & Catholicæ fidei integritatem, Scripta proficerent, ſuperveniens idem ſanctus Joannes Epiſcopus, qui ſicut decebat, ab Apoſtolica Sede ſuſceptus eſt.*

ſenſi ſunt ſancti Patres in Concilio Epheſino congregati, qui impium Neſtorium & ejus erroris fautores miniſterio Eccleſiaſtico abdicarunt. Cui etiam una cum Eutychete (uterque enim fidei decretis, quæ diximus, repugnat) anathema denunciamus, approbamuſque ea quæ duodecim capita dicuntur Cyrilli piæ memoriæ ſanctæ & Catholicæ Eccleſiæ Alexandrinæ Archiepiſcopi.

XXIX. *Nam confitemur, unigenitum Dei filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum vere incarnatum eſſe, conſubſtantialem Patri ſecundum divinitatem, ſecundum humanitatem nobis conſubſtantialem, deſcendiſſe de cælo, carnem ſuſcepiſſe a Spiritu ſancto & Maria Virgine Deipara: unum eſſe, non duo. Unius enim eſſe dicimus & miracula quæ edidit, & paſſiones quas in carne ſuſtinuit. Eos autem qui eum dividunt, aut naturas ejus confundunt, aut carnem ſuſcepiſſe imaginariam introducunt, omnino rejicimus. Quippe incarnatio ſine labe peccati ex Deipara ex vera facta, acceſſionem alterius Filii non effecit. Nam manet Trinitas, etiam cum una Trinitatis perſona, nempe Deus Verbum, incarnata ſit. Quare cum exploratum habeamus, cum omnes ſanctas ubique & Orthodoxas Eccleſias, tum earum Præſides Deo cariſſimos, tum noſtrum Imperium, nullum aliud Symbolum, aliamve fidei deciſionem, præter Symbolum, de quo ſumus modo locuti, vel admiſiſſe, vel admittere velle; abſque ulla hæſitatione nos ad concordiam reducamus. Iſta quidem, certe vobis ſcripſimus, non ut novaremus fidem, ſed ut vobis de fide penitus perſuaderemus. Cuique autem, qui aliud quiddam vel ſenſerit, vel ſentiat ſeu jam, ſeu alias, ſive in Concilio Chalcedonenſi, ſeu in alio quovis Concilio, anathema indicimus, maxime vero omnium Neſtorio, Eutycheti, & illorum doctrinæ fautoribus.*

Zenonis fidei velata profeſſio.

Chalcedonenſis Concilii exploſio.

XXX. *Quocirca vos ſpirituali matri Eccleſiæ adjungite, atque ſecundum unam ſolamque fidei deciſionem trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum nobiſcum una divina in ea communione fruimini. Nam ſacroſancta veſtra mater Eccleſia tum vos ingenuos ſuos filios amplecti cupit, tum veſtram diu optatam dulcemque vocem audire deſiderat. Propere igitur vos ad eam recipite. Nam ſi hoc præſtiteritis, non modo Domini Salvatoris & Dei noſtri Jeſu Chriſti benevolentiam vobis conciliabitis, verum etiam a noſtra celſitudine magnam laudem conſequemini.* Hactenus Zenonis Enoticon, quo (proh nefas!) anathema infertur in Chalcedonenſe Concilium. At ſi effectum conſideres, nempe proſcriptionem Concilii Chalcedonenſis, quid minus habuit ab impia Baſiliſci tyranni Encyclica, Zenonis Enoticon? Quibus plane intelligas, quam fraudulenta fuerit cum detrimento Catholicæ fidei pax ſancita, eademque hiſce litteris promulgata.

XXXI. Iſtane cudit Acacius in ſecreto cubiculo, quæ voce præconis Zeno promulgat? Quod enim tacuit, cujus erat obſiſtere & reclamare, ſatis ſuperque ipſo hæc eſſe facta auctore cunctis innotuit. Proh pudor! iſtene ille, qui Baſiliſco eadem conanti, ſacerdotali conſtantia, fulcitu auctoritate illius cujus gerebat vices Romani Pontificis, viriliter obſtitit? Quo infelix proruit diræ ambitionis furiis agitatus! Unde quam juſtiſſima ea fuit querela Gelaſii, adverſus eumdem expoſtulantis, quod cum Baſiliſco viriliter reſtitiſſet, Zenoni in eamdem impietatem prolabenti minime obſtitiſſet, quin potius impuliſſet.

XXXII. Vidiſti fidei naufragium, Eccleſiarum ruinam, cladem infelicem Orthodoxorum, ſacrorum canonum abrogationem, ſancitam tacitam abdicationem Synodi Chalcedonenſis, inverſa jura, everſa Catholica dogmata, affectos ignominiis Patres, irriſas traditiones Eccleſiæ, Apoſtolicam læſam auctoritatem, ſpretam ſedis Pontificiæ majeſtatem, peſſumdatam funditus Chriſtianam religionem, exturbatamque penitus Eccleſiaſticam diſciplinam, dum laicus homo fidei decreta ſancit Epiſcopis, & claves poteſtatis ſuffuratus latro, in non obtemperantes anathema violentus intorquet. Sed conſidera velatam fraudem: Simulat ſe Imperator cum Neſtorio damnare etiam Eutychetem, quo doceret ſe non eſſe hæreticum, qui auctorem hæreſis Eutychetem condemnet. At numquid ſatis ad hæreſis proſcriptionem ſolius potuit eſſe damnatio, quæ quamplurimos habuiſſet acerrimos defenſores? Cur non cum Eutychete hæreſim quoque ipſius & omnes qui eam ſecuti eſ-

Zeno ſimulat damnare Eutychianam hæreſim.

PAGIUS XXI. Zeno igitur ſpreta Simplicii Papæ reſponſione, ſcripſit ad Pergamium Ducem Ægypti, & ad Apollonium Auguſtalem, *ut Joannes expelleretur ab Alexandrina Sede, quaſi eam contra ſuum juſjurandum, quod in Regia civitate dedit, arripuiſſet: cooperaretur Petro Mongo, ut permaneret in Sede; nec prius hoc faceret, niſi ſuſciperet Henoticum Principis, Synodicas deſtinaret Epiſtolas Conſtantinopolitano Acacio, & Simplicio Romano, & cæteris Archiepiſcopis. Acacius vero promittente Petro facere unitatem, nec adhuc implente legitime nomen ejus in Diptychis recitari permiſit tanquam jam Alexandrini Præſulis in Sede Apoſtolica poſiti*, inquit Liberatus cap. 17. Soliti erant Imperatores annis ſuis Decennalibus aut id genus Feſtis addictis bonum aut pacem Eccleſiæ procurare. Quare Zeno occaſione *Decennalium ſuorum* uſus *Henoticum* ſeu Unitivum Edictum, vel ſuadente vel dictante Acacio emiſit, & ad Ægyptiacæ Diœceſeos Antiſtites, Monachos, plebemque Chriſtianam direxit animo conciliandæ pacis & procurandæ Ec-

Zeno Henoticum promulgat.

eſſent, vel ſequerentur, pariter condemnavit: & cum ſcribat Enoticon illud ad Alexandrinos, cur ne verbum quidem habuit de damnatione Dioſcori Eutychiani erroris anteſignani? Satis igitur, puto, intelligis ſanctionem pacis & reconciliationis edictum intra ſe gladios peracutos occuluiſſe ad necem Orthodoxorum, & propinatum aureum calicem Babylonis intus continuiſſe blaſphemias.

XXXIII. Zeno Aug. perfidus ſemper.

De Zenone quidem illud dixerim atque firmiter aſſerverarim, ex his quæ præceſſerunt Imperium & quæ poſtea ſunt ſubſecuta, ſatis oſtenſum fuiſſe ipſum ſemper hæreticum, illorumque patrocinium modo palam, modo clanculo ſuſcepiſſe; ad breve autem temporis ſpatium, ut a Baſiliſci tyrannide ſibi Imperium vendicaret, ſe ſimulaſſe Catholicum; atque tamdiu eam ſuperinductam larvam pietatis præſetuliſſet, quoadusque ipſum cerneret eſſe firmiter ſtabilitum: exuiſſe autem illam poſtmodum, ubi ex ſententia proſpere cuncta ſe viderit conſecutum. Mox hic vetus eſt hæreticorum, ad tempus ſimulare ſe eſſe Catholicos, & oſtentare extrinſecus pietatem, donec de religione faciens lenocinium, potiatur optatis. At quænam ſecuta ſint, accipe:

XXXIV. (a) Evagr. l.3.c.13. Petrus Mogus publicat Zenonis Enoticon.

Petrus Mogus (inquit Evagrius *a*) *epiſtola recepit* (ipſum Enoticon ſcilicet) *eique ſubſcripſit; pollicetur que ſe eos, qui partes adverſarias ſequebantur, admiſſurum. Poſtea ergo cum celebris conventus Alexandriæ ab univerſo populo ageretur, & ad unum omnes epiſtolam Zenonis de concordia admitterent; Petrus quoque eos qui ſtabant a Proterio recipit, & concione apud populum in eccleſia habita, epiſtolam Zenonis de concordia legit.* Hæc Evagrius. At quid præter hæc ſceleſtus? Simulac in ſede poſitus eſt, profanavit ſepulcrum Timothei Catholici Epiſcopi nuper defuncti, ejusque corpus inde dimovens, alio projecit potius quam tranſtulit, ut ex litteris Felicis Papæ ad Acacium datis ſuo loco recitandis apparet. Hæc quidem Alexandriæ geſta ſunt.

XXXV. Cum vero ob tale promulgatum edictum maximus ab Orthodoxis tumultus excitaretur in ipſum Imperatorem, quod Chalcedonenſe Concilium viſum eſſet ignominia affeciſſe, atque tacite abrogaſſe; rurſus Proteus, Zeno inquam, mutat formam, induit forinſecus pietatem, qua contegat latentem intrinſecus lupum, tali ſibi uti arte opus eſſe conſiderans, ſi regnare vellet. Quid facit? ne ab Orthodoxis proclamaretur hæreticus, ſe vindicem demonſtrare conatus eſt ejuſdem Concilii Chalcedonenſis, cujus cauſa ſimulat ſe Catholico Joanni Alexandrino infenſum eſſe, quod in ſuſpicionem (ut calumniabatur) adductus eſſe videretur, non recipere Chalcedonenſe Concilium. Nam audi quid de eo Liberatus Diaconus habet (*b*): (b) Liber. Diac. c.18.

XXXVI. Petrus promovetur in ſedem Alexandrinam.

His (inquit) *itaque geſtis, Epiſcopus quidem Antiochiæ ſuſcepit Synodicam Joannis Talaidæ Epiſcopi Alexandrini quam per Magiſtrianum miſerat cum Illo Magiſtro. Imperator autem putans quod Joannes Epiſcopus non ſane ſaperet de Concilio Chalcedonenſi, ſed omnia ſimulate ageret, concilio Acacii ſcripſit litteras Pergamio Duci, & Apollonio Auguſtali, ut pelleret quidem Joannem Talaidam, inthronizaret autem Petrum ſuſcipientem Enoticon, & clericos Timothei Catholici, & quam tranſmiſit Synodicam Acacio & Simplicio Romano. Deſcenderunt ergo Alexandriam Abbas Amon, & qui cum illo pro Petro deferentes apices Imperiales. Et quidem Petrus inthronizatur ab omnibus.* Hæc Liberatus. Sic igitur videas. Catholicum eſſe pulſum eo falſo prætextu, quod non reciperet Concilium Chalcedonenſe, cujus idem erat validiſſimus aſſertor & propugnator: contra vero manifeſtum hæreticum Petrum illius Synodi adverſarium, ceu Catholicum eſſe in ſedem evectum.

XXXVII. Ita quidem inter eos res videtur fuiſſe compoſita, ut quod negarent factis, ore tamen profiteri viderentur Chalcedonenſe Concilium: quod tantum ab hæreticis exigere videbatur ipſe Imperator, nec non Acacius Conſtantinopolitanus Epiſcopus. Hinc plane accidebat, ut in gratiam hæreticorum Patrus Mogus Concilium illud damnaret; probaret vero, ut ab Orthodoxis benevolentiam eo modo captaret. De quo hæc habet Evagrius: (c) Evagr. l.3.c.17.

Hæretici verſipelles.

(*c*) *Iſte Petrus homo fraudulentus, verſutus, & temporibus inſerviens, minime in una perſtitit ſententia: ſed modo Con-*

cilium

PAGIUS Eccleſiarum unitatis. In eo non aliud Symbolum admittendum decernit, quam Nicænum; approbat XII. Sancti Cyrilli Capitula. *Neſtorium & Eutychen* damnat anathemate; de *Dioſcoro* ſilet, ne Alexandrinos offendat: Synodum Chalcedonenſem, & fidei definitionem in eam editam, ac Epiſtolam Sancti Leonis ad *Flavianum* ſilentio premit: imo damnat anathemate ſanctam Synodum, ſi expoſitæ in hoc ſuo Edicto fidei contraria ſit. Cæterum fidem Concilii Chalcedonenſis reipſa profitetur, & anathema iterat in hæreticos omnes præſertim in Neſtorium & in Eutychetem.

XXII. *Illud ab omnibus Viris piis rejicitur.*

Edictum illud cauſæ fidei nocuit, fovitque hæreſim, ſilendo tum de Sancti Leonis Epiſtola, tum de Synodi Chalcedonenſis definitione, tum denique de his vocabulis; *Ex duabus & in duabus Naturis* quæ Catholicæ fidei contra Eutychianam perfidiam nota ſingularis erat. Hinc Baronius ait, Zenonem hæreticum fuiſſe evertiſſe Catholica dogmata, & peſſum dediſſe funditus Chriſtianam religionem; Natalis tamen Alexander in parte prima ſæculi V. cap.3. & in Diſſert. XVIII. tam ex ipſius Henotici verbis, quam ex Epiſtola Zenonis ad Felicem

Pa-

vilium Chalcedonenſe anathemate damnavit; modo palinodiam cecinit, idemque ipſum Concilium omnibus ſuffragiis approbavit. Hæc ipſe. Intueris, lector, ludum hæreticorum aliud re, aliud verbis agentium, nec idem præſtare factis, quod verbis; ſed per occaſiones varias, diverſas ac plane contrarias eaſque novas ſubinducere ſibi formas: ut plane ludificatione quadam intuentium oculos perſtringere videantur, dum non idem ſemper, ſed diverſe admodum de religione ſentire, & ad horas ferme fidem mutare noſcantur. Ita plane ejuſmodi ventorum impulſibus hinc inde ferri ſemper hæreſis conſuevit, ut quæ nullius pondere veritatis conſtans firmaque ſubſiſtat: ſicque ex ſua ipſius levitate jure argui poſſit erroris. Qui igitur adverſus Chalcedonenſe Concilium hactenus decertavit hæreticus Petrus Mogus, accepto Zenonis Enotico, quo erlum tantum profeſſione Conciliorum tenebatur adſtrictus; ad præſeferendam tamen ſpeciem aliquam pietatis, qua poſſet decipere Orthodoxos impudenter nimis hiſce litteris ad Acacium ſcriptis, profitetur ſe Chalcedonenſis Concilii eſſe conſtantiſſimum aſſertorem. Recitat eas Evagrius, quæ ſic ſe habent (a):

(a) Evag. ib.

XXXVIII. Petri epiſtola ad Acacium.

Summus omnium Deus tuam ſanctitatem pro tantis tuis laboribus & vigiliis ſuſceptis compenſet: qui tot annorum temporis curriculo, non modo fidem ſanctorum Patrum obſervaſti, ſed etiam eamdem ſine intermiſſione palam prædicando confirmaſti. Ad quam roborandam, Symbolum a trecentis decem & octo ſanctis Patribus apte compoſitum animadvertimus, ſecundum quod Symbolum baptizati credidimus & credimus: quod etiam centum & quinquaginta ſancti Patres, qui Conſtantinopoli in unum convenerant, notum fecerunt. Proinde tu aſſidue omnibus prais ut dux; ſanctam Dei Eccleſiam traducis ad concordiam; nobis denique firmiſſimis rationibus perſuades, nihil in ſanctiſſimo & generali Concilio actum contra iſta Patrum decreta: ſed ea quæ erant olim Nicææ a ſanctis Patribus ſancita hoc Concilio conſenſu omnium confirmata eſſe. Nos igitur quoniam nihil in fide novatum invenimus, noſtra ſponte illi conſenſimus, credimuſque.

XXXIX. *Attamen non ſumus neſcii, monachos quoſdam, qui noſtræ fraternæ concordiæ invident, tuis piis auribus quædam inculcaſſe convicia, quæ tuam ſanctitatem non adeo facile offendere potuerunt. Primum, quod reliquias ſanctiſſimi & beatiſſimi noſtri Patris Timothei Archiepiſcopi in alterum locum tranſtulimus: quam rem nec Deo acceptam, nec legibus conſentaneam eſſe prædicant. Deinde ad alterum crimen tranſiliunt, quod ut commenticium, ita priore multo deterius eſt. Nam qui fieri poteſt, ut nos Concilium Chalcedonenſe anathemate damnemus, cum idem credendo confirmemus? Tuæ enim pietati minime obſcuram aut incognitam eſſe arbitror populi qui apud nos eſt æmulationem, monachorumque levitatem rebus novis ſtudentium, qui una cum aliis quibuſdam ſceleratis hominibus ab Eccleſia refugere cogitarunt, populumque inde avellere conati ſunt.*

XL. *Quamobrem veſtris precibus adjuti, litteras haſce excogitavimus, quæ huic malo ſint remedio, quæque de auctoritate Concilii Chalcedonenſis nihil detrahunt; pro certo perſuaſi, nihil in eo novatum eſſe. Atque quo tum ſimplicibus perſuaderemus, tum ut illi qui nobiſcum una verſabantur, pro defenſione idem ipſum dicerent, effecimus: in quod quidem negotium cum aſſidue incumberemus, exiguo momento populi animum repreſſimus. Illud etiam veſtra ſanctitas intelligat velim, quod adhuc etiam monachi non deſinunt diſſeminare zizania, ſibique quoſdam homines, qui numquam vixere in monaſterio, velut inſtrumenta ſibi admiſcere; & circumcurſando rumores varios contra nos & contra pacem Eccleſiæ Chriſti diſſipare; nihilque nobis permittere, ſicut canones & decus etiam ſanctæ Catholicæ Dei Eccleſiæ poſtulat, obire; ſed efficere ut noſter populus nobis potius imperet, quam pareat: omniaque moliuntur quæ Deo indigna ſunt & indecora.*

XLI. *Spes eſt igitur, tuam ſanctitatem diviniſſimo totius Orbis terræ domino Imperatori de omnibus ſignificaturam effecturamque ut decretum ab illius clementia illis tribuatur quod ea quæ ſunt conſentanea Eccleſiaſticæ tranquillitati (quæ cum Deo tum Imperatori congruens eſt) præſcribat*

Fraudes hæreticorum.

PAGIUS Papam, cujus fragmentum refert Evagrius lib. 3. cap. 20. illud nullam hæreſim continere oſtendit. Verba Epiſtolæ Zenonis poſt Edictum Henoticum datæ, hæc ſunt: *Pro certo habere debes & pietatem noſtram, & ſupra memoratum Sanctiſſimum Petrum, & univerſas Sacro-ſanctas Eccleſias, Sanctiſſimum Chalcedonenſe Concilium amplecti atque venerari, quod cum fide Nicæni Concilii prorſus conſentit*. Quamvis autem *Henoticum* nullam hæreſim contineret, communiter tamen ab Orthodoxis rejectum fuit. Neque enim Laici Principes decernere de fide poſſunt, & *Zeno* definitionem Synodi Chalcedonenſis, & Epiſtolam Sancti Leonis ad Flavianum, ſummo totius Synodi conſenſu receptam ſilentio premendo ſua œconomia condeſcendit hæreticis, qui illas execrabantur. Quare ſicut *Ecthesim* Heraclii & *Typum* Conſtantis imp. rejecit Eccleſia ob ſuppreſſas *duarum operationum* voces, quibus Monothelitarum hæreſis profligabatur; ita & *Henoticum* ob ſuppreſſam Sancti Chalcedonenſis Concili, & Epiſtolæ Sancti Leonis memoriam, obrutaſque ſilentio voces, *ex duabus & in duabus Naturis*, quibus hæreſim Eutychianam jugularunt. Ze-

ad eum ſane finem, ut omnes in illis rebus acquieſcant. Hactenus Petri Mogi ad Acacium litteræ: quibus illud plane fraudulentum detegitur initum eſſe conſilium, atque ita inter eos ex conſenſu tranſactum, ut ſic ſubſcribendam daretur Zenonis Enoticon, in quo nulla mentio niſi cum dedecore fieret Concilii Chalcedonenſis, quo ex illo poſſent conciliari hæretici adverſarii Chalcedonenſis Concilii: ſed tamen ne ex adverſo excludi viderentur Catholici ejuſdem Concilii defenſores, actum eſt inter eos, ut Concilium Chalcedonenſe haberetur in ore; & tamen ne hæretici indigne ferrent, cum opus eſſe viderent, illud ipſum anathemate condemnarent: quod idem Petrus viſus eſt egregie præſtitiſſe. Teſtatur enim Liberatus Diaconus (*a*), non ad Acacium tantum, ſed & ad Simplicium Papam Petrum Mogum dediſſe litteras, quibes ſignificaret, profeſſorem ſe eſſe Chalcedonenſis Concilii. Vidiſti ſubdolas artes, obtectas fraudes, velata commenta, ſimulata ſtudia, delibuta melle venena, confictaque omnia opera hæreticorum: quibus intelligas militare eos ſub eo duce qui pater eſt mendacii appellatus, & adverſus eum qui Veritas eſt, Chriſtum, inire certamen.

(*a*) *Liber. Diac. in Brev. c.* 18.

XLII. Sed quid actum? Comprehenſus eſt aſtutus in aſtutia ſua: dum enim ea uſus eſt arte Petrus ad Catholicos decipiendos & hæreſi addicendos, perdidit ſuis quamplurimos, qui ſeorſum ab ipſo ſine capite convenere; de quibus ſcribit iſta Leontius (*b*): *Unione facta, Petrus apud Alexandrinos in honore præcipuo erat, probatoque unionis illo ſcripto, in ſolio ponitur * Alexandrino, nec jam amplius in occulto ſed palam erat Epiſcopus. Quidam tamen nimio contra Synodum Chalcedonenſem odio impulſi, ſeceſſionem a Petro faciunt, nec cum illo communicabant ob eam cauſam, quod unionis ſcripto probato, Synodum anathemate manifeſto non fuiſſet exſecratus. Atque hi vocantur Acephali, capite carentes, quod Patriarcham ſuum minime ſecuti, ſeorſum communicarent. Hinc Petrus qui populum multipliciter ſcindi videret, tandem Synodum Chalcedonenſem palam anathematizare cogitur: quo fiebat, ut pariter & unionis ſcriptum reciperet, & palam anathemati Synodum ſubjiceret. Verum nec ſic quidem Acephali cum eo communicabant, quod ab initio ſcriptum unionis approbaſſet, non anathematizata Synodo.* Hæc Leontius.

(*b*) *Leont. de ſect. act.* 5. Acephali unde emerſi. * *ſolio potitur.*

XLIII. Ex his omnibus plane ſatis perſpicue poteſt intelligi, quam inconſulte Chriſtiani Principes quavis ratione, niſi abdicata penitus hæreſi, tranſigant cum hæreticis; & quam procul abhorreat a veritate & ſimplicitate Catholica, ut religio ſe velamentis obtegi atque traduci mendaciis & fictionibus patiatur, cum lucis candore gaudeat; contra vero hæreſes veſpertilionum more latibula quærant, ac lucem fugiant. Quæ autem poſt fuerint conſecuta, dicemus ordine temporis anno ſequenti: jam vero quæ ſunt an-

PAGIUS

XXIII. *Eccleſia quadam ergu Zenonem uſa eſt œconomia.*

Zenonis Imp. nomen poſt mortem ex Sacris Diptychis expunctum ſummo totius Eccleſiæ conſenſu, quando pax inita eſt inter Orientalem Eccleſiam & Romanam ſub Hormiſdæ Pontificatu & Juſtini Senioris Imperio. Oeconomia autem quadam uſa eſt Eccleſia erga *Zenonem*, nec ejus Edictum diſerte damnavit, tum ne ipſius animum exacerbaret, & graviora inde ſchiſmata & mala orirentur, quorum difficilior eſſet ſanatio; tum quia *Zeno* Synodum Chalcedonenſem diſerte non damnavit, nec hæreſim ullam adſtruxit *Henotico* ſuo, imo damnavit Eutychianum dogma, & aliunde privatis literis ad Pontifices Romanos datis Synodum Chalcedonenſem profeſſus eſt, ut liquet ex verbis laudatis, quibus ſcripſit ad Felicem III. Audiendus Facundus Hermianenſis, qui multa circa Henoticum notatu digna habet, lib. 12. cap. 4. *Ea vero quæ poſtea Zeno Imp. calcata reverentia Dei, pro ſuo arbitrio ac poteſtate decrevit, quis accipiat, quis attendat? In quibus poteſtas inconſiderata, non quod expediret, ſed ſibi liceret attendit: nec intellexit, quod non confuſio faciat unitatem. Nam ſi unitas non hæreticorum converſione, ſed contagio & commixtione facienda eſt, cur Acephali tantum, & non omnes hæretici admitterentur in Eccleſiam ſuis erroribus non ante damnatis, neque receptis definitionibus, quæ adverſus errores eorum conſtituta ſunt? Exhortans quippe memoratos Acephalos ad Eccleſiam reverti, priore loco ſic dicit: Flavius Zeno Pius, Victor, Triumphator, Maximus ſemper Auguſtus, Orthodoxis Epiſcopis, Archimandritis, & populis per Alexandriam, & per Ægyptum, & Pentapolim, Lybiam conſtitutis, & poſtquam eos vocavit Orthodoxos, commonet, ut ſocientur Eccleſiæ, dicens: Conjungimini igitur Matri Spiritali Eccleſiæ, ut una divina communicatione fruamini. O Virum prudentem, & undique circumſpectum, qui incubare præſumpſit officio Sacerdotum! Orthodoxos vocat Acephalos, ſi nihil aliud, ab Eccleſia ſeparatos. Cur igitur eos hortatur, ut conjungantur Matri ſpiritali, ſi ex eo disjuncti permanſerunt Orthodoxi?*

XXIV. *Facundus in Henoticum invehitur.*

Pergit infra Facundus: *Sed quid adhuc poteſtas mundana ſibi & non rationi confidens agat, accipite. Nam volens eiſdem Semieutychianis ſatisfacere, in hoc Edicto fidem ſuam expoſuit profitens quod Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum Concilium ſuſciperet, tacens autem de Chalcedonenſi, & duarum Chriſti Naturarum profeſſionem refugiens: quaſi non antidoto ſanandi ſint morbidi, ſed ad aliorum contagium colligendi. Cumque ſcriptum ſit: Loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regum & non confundebar; Rex confundebatur in conſpectu ſubjectorum loqui quod verum eſt. Hoc merebatur de Juſtitia Divina Dei contemptor, ut qui ejus ordini ſubditus eſſe noluit, ſubditos vereretur. Qui etiam aliud deterius addens, ait: Quod Sancta quæ ubique eſſent Catholica Eccleſia, & qui eis præeſſent Deo amabiles Sacerdotes, non aliter crederent. Quaſi omnium fides Eccleſiarum ex ejus voluntate penderet, & nemini liceret aliter credere quam præciperet Imperator.*

Po-

Digitized by Google

anni hujus Simplicii res geſtæ videamus.

XLIV. Hoc eodem anno, decimo Kal. Julias Simplicius ſcripta epiſtola (a) ad Joannem Ravennatem Antiſtitem, acri eum reprehenſione perſtringit de adhibita vi Gregorio, cum promovit ad presbyteratum, non ut honoraret, ſed ut invidia e loco priſtino dimoveret. Huic vero idem Simplicius gubernandam tradidit Mutinenſem Eccleſiam, ne quid Joannes eidem in poſterum negotii importune faceſſeret: ſed & eidem Gregorio triginta ſolidorum redditum poſſeſſionem ad Ravennatem pertinentem Eccleſiam, dum viveret, impertiri juſſit. Ex qua quidem epiſtola, non aliunde quam ab Apoſtolica ſede manaſſe privilegia Ravennatis Eccleſiæ, æque poſſumus intelligere, dum ſi illis abutatur, ablaturum ſe ea fore minatur. At quænam illa eſſent, æque demonſtrat, nimirum ut præeſſet Epiſcopis provinciæ Æmilienſis. Increpans igitur, hæc ait: *Privilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.* Et in fine: *Denunciamus, ſi poſthac quicquam tale præſumpſeris, & aliquem ſeu Epiſcopum, ſeu presbyterum, ſeu diaconum invitum facere forte credideris, ordinationes tibi Ravennatis Eccleſiæ vel Æmilienſis noveris auferendas.* Sed pluribus dictum eſt ſuperius, ſtropham & commentum eſſe, quod aſſeritur, per Valentinianum Imperatorem aucta eſſe jura & diœceſim Ravennatis Eccleſiæ.

(a) *Simpl. Pap. ep. 16. tom. 1. ep. decret.*

Simplicius Jo. Ravennatem acriter arguit.

XLV. Reperitur idem Simplicius Papa, ſcripta epiſtola ad Zenonem Hiſpalenſem Epiſcopum, ſuas illi vices in omnibus Hiſpaniarum Eccleſiis delegaſſe: ſed quod careat illa Conſulibus, nec ob id certo anno reddi potuerit, hic ad finem rerum Simplicii ipſius meminiſſe voluimus; qua quidem pervigil ipſius Papæ Simplicii ſtudium oſtenditur, dum videlicet ſub gladio Erulorum exiſtens, non prætermitteret ſollicitudinem externarum quæ eſſent longe poſitæ Eccleſiarum ſub Gothica ſervitute gementium. Ipſa autem perbrevis epiſtola ſic ſe habet (b):

Zeno Epiſc. Hiſpalenſis vicarius Apoſtolicæ Sedis.

(b) *Simpl. ep. 1.*

Dilectiſſimo fratri Zenoni Simplicius.

XLVI. *Plurimorum relatu comperimus dilectionem tuam fervore Spiritus ſancti ita ſe Eccleſiæ gubernatorem exiſtere, ut naufragii detrimenta, Deo auctore, non ſentiat. Talibus idcirco gloriantes indiciis, congruum duximus vicaria ſedis noſtræ te auctoritate fulciri; cujus vigore munitus, Apoſtolicæ inſtitutionis decreta, vel ſanctorum terminos Patrum nullo modo tranſcendi permittas: quoniam digna honoris remuneratione cumulandus eſt, per quem in his regionibus divinus creſcere innotuit cultus. Deus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime.* Hæc Simplicius more majorum ubique per vicarios Catholicæ Eccleſiæ præſidens: nam vidimus ejuſdem teſtificatione, in Orientalibus moderandis Eccleſiis Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo ſuas vices delegaſſe; quod & in aliis regionibus eſſe factum facile poſſumus intelligere, licet quæ ex multis perpaucæ remanſerunt Simplicii Papæ litteræ tantummodo iſta nos doceant.

XLVII. Hoc eodem anno, ſub Conſulatu Se-

PAGIUS XXV. Poſtea ſubjungit: *Deinde cum Palatii cauſæ transferantur ad Eccleſiam, quomodo Eccleſia cauſam ad Palatium transferebat? Poſtremo: Numquid jam docuerat, vel pacaverat omnes Reipublicæ inſenſas nationes? Jam per diverſas Imperii ſui Provincias ſeditiones ac ſeditionum cauſas abſtulerat, jam cunctis criminalium ſive civilium cauſarum querelis convenientem dederat finem? Cum igitur his non ſufficeret, quibus nemo ſufficere poteſt, quomodo ſi cogitaret tanta loci ſui pericula, & de omnibus ſe rationem Deo crederet redditurum, etiam periculis ſe alienis immergeret, vel ſi talem præſumtionem Divina Juſtitia non damnaret? Hic autem non contentus hoc quoque ad injuriam Sanctæ Synodi Chalcedonenſis adjecit, dicens: Annuate ergo vos in nullo dubitantes. Hæc enim ſcripſimus vobis non innovantes fidem, ſed ut vobis ſatisfaceremus. Omnem vero aliter ſapientem, ſive nunc, ſive quandoque, ſive Chalcedone, ſive in quacumque Synodo anathematizamus. Denique ſic in memorato dixit Edicto: Coaptentur membra membris, quæ inimicus boni ex multo tempore ſeparare feſtinavit: ſcit enim quoniam ſi integrum corpus Eccleſiæ impugnet, facile ſuperatur. Ex hac ergo diviſione contigit per tantas generationes tantorum annorum, ut alii quidem lavacro regenerationis fraudati de hac vita diſcederent, &c. Quod ſi conſentiamus prædicationi potentiæ ſæcularis, quæ poſt tantas generationes fallendo, vel tacendo quod verum eſt, fatere ſe poſſe credidit unitatem; docemus etiam nos, quod niſi aggregati ſimus Eutychianis integrum non ſit corpus Eccleſiæ, ſed vera nobis eſt, ſi abſque Acephalis truncos nos credimus remanſiſſe. Cumque beatiſſimus Leo diceret: Nam nullo modo fieri poteſt, ut qui Divinis audent contradicere Sacramentis, aliqua nobis communione ſocientur; ille contradictores in Eccleſiam miſit, dans ſanctum canibus, & conculcandas ante porcos projiciens margaritas. Denique in ipſos temeratores converſi, diſruperunt eos, & ab Eccleſia diviſerunt. Propter quod etiam grande ac diuturnum ſchiſma factum eſt, donec miſericors Deus per veſtræ Pietatis miniſterium eos redderet unitati.*

Et etiam in ipſum Zenonem.

XXVI. Ad num. XLV. Epiſcopus Hiſpalenſis in Hiſpaniis ante cæteros *Primatus* jure potitus eſt. Epiſtola enim prima *Simplicii* a Baronio hoc anno recitata hic Sanctus Pontifex ei vices ſuas ad curandam canonum executionem committit. Poſtea Sanctus *Leander* Hiſpalenſis Epiſcopus Concilio III. Toletano, ut Sedis Apoſtolicæ Vicarius interfuit, ut habet Sanctus Iſidorus in Chronico lib. 2. Iſte Primatus ad Concilii Toletani XII. tempora aut circiter perduravit. Verum Hiſpalenſis Epiſcopus ſolus in Hiſpaniis Primas non fuit: Hormiſdas enim Papa Joanni *Tarraconenſi* Epiſc. vices ſuas commiſit anno DXVII. ut patet ex ejus Epiſtola XXIV.

Epiſcopus Hiſpalenſis declaratur Primas.

XXVII. A num. XLVII. ad LIII. Concilium Turoneno-

verini, decimooctavo Kal. Decembris habita eſt Synodus Turonenſis, cui præfuit S. Perpetuus ejus ſedis tertius Epiſcopus a S. Martino, ſextus, (*a*) numeratus Turonenſium Epiſcoporum: eidemque Synodo interfuerunt aliquot ex Epiſcopis, quos diximus conveniſſe ad Concilium Andegavenſe ſub Talaſſio ejus Eccleſiæ Epiſcopo, qui etiam ille creditur, qui huic Concilio Turonenſi abſens ſubſcripſit. ☞ Cur autem non poſuerimus ipſum ſub Conſulatu illo Severini, qui habet collegam Dagalaiphum, anno videlicet Chriſti quadringenteſimo ſexageſimo primo, ut propoſueramus, cum de Concilio Andegavenſi ſermonem habuimus anno quadringenteſimo quinquageſimo tertio; quæ proxime dicentur de feſto die, ad quem vocati ſunt Epiſcopi, atque de ſancto Perpetuo Turonenſi Epiſcopo facient manifeſtum. ☜ Sanciti in eo reperiuntur canones tredecim ſpectantes ad Eccleſiaſticam diſciplinam. Quod autem hoc Concilium celebratum dicitur Turoni dicta die, cum (ut ibi narratur) ad ſacratiſſimam feſtivitatem Receptionis ſancti Martini Epiſcopi conveniſſent: quænam hæc ſolemnitas fuerit, diximus in Notis ad Romanum Martyrologium (*b*). Sed mirum quidem quod Gregorius ejuſdem Turonenſis Eccleſiæ Epiſcopus, cum dies feſtos recenſet, qui hoc tempore in ea Eccleſia agerentur, nullam de Receptione habeat mentionem; ait enim (*c*): *Solemnitas hujus baſilicæ triplici virtute pollet, id eſt, Dedicatione templi, Tranſlatione corporis Sancti, Ordinatione ejus Epiſcopatus: hanc enim quarto Nonas Julias obſervabis: Depoſitionem vero ejus tertio Idus Novembris eſſe cognoſcet.* Hæc ibi.

(*a*) *Gregor. Turon. l.10.c.31.*

(*b*) *Die 11. Novem.*

(*c*) *Greg. Turon. l.2. c.14.*

XLVIII. Porro diem Ordinationis ſimul agi cum die Tranſlationis, docet idem Gregorius (*d*) in libro quem ſcripſit de Miraculis ſancti Martini. Cæterum Receptionem ſancti Martini eamdem eſſe cum Tranſlatione putamus, cum videlicet e priſtino loco peranguſto in ampliorem baſilicam ejus venerandum corpus receptum eſt, ad quam ſolemnitatem invitati ſunt Epiſcopi qui huic Synodo interfuerunt: hoc namque tempore ipſam fuiſſe abſolutam baſilicam, Sidonius, qui de ea carmen ſcripſit, ſatis admonet, cum tamen ex ſupputatione annorum Turonenſium Epiſcoporum poſt S. Martinum a Gregorio facta, hic eſſent numeranda primordia ejuſdem Perpetui Epiſcopatus: ſed Acta Concilii repugnant, quod hoc anno ponitur celebratum poſt abſolutam baſilicam a Perpetuo erectam, de qua Gregorius iſta habet (*e*):

(*d*) *Greg. Turon. lib. Mirac. S. Mart. c.6.*

Tranſlatio ſive receptio Sancti Martini.

(*e*) *Greg. Turon. l.2. c.14.*

XLIX. *Cum virtutes aſſiduas ad ſepulcrum ejus fieri cerneret: cellulam, quæ ſuper eum fabricata fuerat, videns parvulam, indignam talibus miraculis judicavit. Qua ſubmota, magnam ibi baſilicam, quæ uſque hodie permanet, fabricavit, quæ abeſt * a Civitate paſſus quingentos quinquaginta: habet in longum pedes centum ſexaginta, in latum ſexaginta: habet in altum uſque ad cameram pedes quadraginta, quinque feneſtras in altario, viginti duas in capſo: viginti columnas * . . . . quadraginta unas: in toto ædificio feneſtras quinquaginta duas columnas centum viginti, oſtia octo, tria in altario, quinque in capſo.* Erat quod nominat Capſum, ea baſilicæ pars amplior, quam alio nomine Gremium dictam invenies, incipiens a cancellis primarii altaris (quod Sanctuarium dici conſuevit) uſque ad januas, quibus Fideles ingrediuntur in Eccleſiam; dictum Capſum a κάψα, cujus eſt diminutivum καψίον, de quibus vocibus Suidam conſule. Hæc de baſilica, in quam receptum eſt corpus S. Martini; e priori enim cellula fuiſſe ſublatum, quæ de ea idem auctor ſubdit his verbis demonſtrant paulo poſt, cum ait: *Et quoniam camera cellulæ illius prioris eleganti opere fuerat fabricata; indignum duxit ſacerdos ut opera ejus deperirent; ſed in honorem beatorum Petri & Pauli illam conſtruxit baſilicam, in qua cameram illam affixit: & multas alias baſilicas ædificavit, quæ uſque hodie in Chriſti nomine conſtant.* Hæc Gregorius de Perpetuo, quem ex nobiliſſimo Senatore atque ditiſſimo ad ejus Eccleſiæ regimen poſt Euſtochium ipſius propinquum vocatum fuiſſe, alibi tradit (*f*), ubi & de facta in novam baſilicam tranſlatione meminit.

Baſilica S. Martini a S. Perpetuo erecta.

* *habetur.*

* Aliqua deſunt.

(*f*) *Greg. Turon. l.10. c.13.*

Opta-

PAGIUS

Concilium Turonenſe.

nenſe primum hoc temporis charactere in Præfatione notatur: *Severino V. C. Conſule, ſub die XIV. Kalend. Decembris.* Extat illud MS. cum iiſdem verbis, ſed ſine nominibus Epiſcoporum, in Codice Bibliothecæ Regiæ n. 4241. *XIV. Kalend. Decemb.* etiam habent aliqui alii Codices. Verum legendum eſſe cum Codicibus MSS. Bellovacenſi & Remenſi, *ſub die XVIII.* Kalend. Decemb. in Diſſert. *de Anno & die mortis Sancti Martini Epiſcopi Turonenſis* oſtendi. Cum vero *Severinus* anno CDLXI. Dagalaipho collega Conſul fuerit, currentique anno *Severinus* alter cum *Trocundo* eandem dignitatem geſſerit, Baronius ſub hoc Severino Juniori hoc Concilium congregatum exiſtimavit. At recte obſervavit Sirmondus, revocandum illud eſſe ad annum CDLXI. quia *Leo Bituricenſis* Epiſcopus, qui eidem ſubſcripſit, longe ante præſentem annum obiit: interfuit enim Concilio Andegavenſi anno CDLIII. coacto, nec pervenit ad Conſulatum poſterioris Severini; cum Sidonius in literis ad *Perpetuum* Turonenſem anno CDLXXIII. datis recitet res geſtas in electione *Simplicii*, qui poſt Palladium & Eu-

lo-

L. Optavit in eadem baſilica idem Perpetuus carmen inſcribi, quod ut a Sidonio Apollinari fieret rogavit, præſtitit id ipſe jubenti animo: quod in epiſtola ad Lucentium ſcripta deſcriptum extat, ubi hæc præmiſit de templo ab eo conſtructo (a): *Baſilicam ſancti Pontificis confeſſoriſque Martini Perpetuus Epiſcopus, digniſſimus, tanto prædeceſſore ſucceſſor, multum priori, quæ fuit hactenus, capaciorem, novavit. Magnum eſt (ut ferunt) opus nominandumque quod in honorem talis viri factum, talis vir feciſſe debuerit. Hujus me parietibus inſcribere ſupradictus ſacerdos hoc epigramma compellit, quod recenſebis, ut eſt in his quæcumque depoſcit privilegio charitatis imperioſiſſimus. Atque utinam molis illius pompam, ſive donaria, nihil hujus obſequii turpet oblatio. Quod ſecus fore plurimum timeo; niſi forſitan inter omnia venuſta, ſic epigrammatis iſtius fœditas placeat, ut niger nævus candido in corpore, qui quidem ſolet ſic facere riſum, quod accipere ſuffragium. Sed quid hinc amplius? pone fiſtulas ipſe paſtorias, & elegiæ noſtræ, quia pede claudicat manum porrige.*

(a) Sidon. l.4.ep.18.

De carmine Sidonii indito Baſilicæ.

Martini corpus totis venerabile terris,
In quo poſt vitæ tempora vivit honor,
Texerat hic primum plebeo machina cultu,
Quæ confeſſori non erat æqua ſuo:
Nec deſiſtebat Cives onerare pudore
Gloria magna viri, gratia parva loci.
Antiſtes ſed qui numeratur ſextus ab ipſo,
Longam Perpetuus ſuſtulit invidiam.
Internum removens modici penetrale ſacelli,
Amplaque tecta levans interiore domo.
Creveruntque ſimul, valido tribuente patrono,
In ſpatiis ædes conditor in meritis.
Quæ Salomoniaco potis eſt confligere templo,
Septima quæ mundo fabrica mira fuit.
Nam gemmis, auro, argento ſi ſplenduit illud,
Iſtud tranſgreditur cuncta metalla fide.
Livor abi mordax, abſolvanturque priores:
Nil movet, aut addat garrula poſteritas.
Dumque venit Chriſtus, populos qui ſuſcitet omnes,
Perpetuo durent culmina Perpetui.

Hactenus inſcriptio de nova baſilica a ſancto Perpetuo erecta. Ad eumdem etiam extat ejuſdem Sidonii (b) epiſtola, cum ipſi petenti concionem habitam in electione Epiſcopi Bituricenſis miſit.

(b) Sidon. l.7.ep.10.

LI. Huic ſimile idem cecinit carmen, ſed alio metro, de baſilica Lugdunenſi a ſancto Patiente ejus Civitatis Antiſtite excitata, quod extat (c). Ad cujus Eccleſiæ dedicationem cum ex more complures ejuſdem provinciæ Epiſcopi conveniſſent, Fauſtus Epiſcopus Regienſis habuit concionem, cujus auditor idem Sidonius fuit eximius laudator (d). Eſt quidem admiratione dignum, his temporibus, cum ſub barbarorum gladio Galliæ laborarent, ſanctos Epiſcopos in ædificatione baſilicarum plurimos fuiſſe perinde atque ſummo degerent in otio & libertate. Invigilaſſeque eoſdem in inſtauranda Eccleſiaſtica diſciplina, certum eſt. Nam ut non recedamus a S. Perpetuo, de quo agi cœptum, occaſione Turonenſis Concilii, quod (ut vidimus) congregerunt hoc anno; vide quibus ille ſuam Eccleſiam excoluit ſacris inſtitutis; quæ verbis iſtis recitat Gregorius Turonenſis (e):

(c) Sidon. l.2.ep.10.

(d) Sidon. l.9.ep.3.

(e) Greg. Turon.hiſt. Franc. lib. 10.c.31.

LII. Jejunia a S. Perpetuo populo præſcripta.

Hic inſtituit jejunia vigiliaſque qualiter per circulum anni obſervarentur, quod hodie quoque apud nos retinetur ſcriptum; quorum ordo hic eſt:

De jejuniis.

Poſt Quinquageſimum, nempe Pentecoſten, *quarta & ſexta feria uſque ad natalem S. Joannis.*

De Kalendis Septembris uſque ad Kalendas Octobris bina in ſeptimana jejunia.

De Kalendis Octobris uſque ad depoſitionem domni Martini bina in ſeptimana jejunia.

A depoſitione domni Martini uſque ad Na-

PAGIUS

lodium Leonis ſucceſſores Bituricenſem Eccleſiam rexit. In hoc Concilio Tranſlatio reliquiarum Sancti *Martini* Epiſcopi Turonenſis facta non eſt, ut dixi in citata Diſſert. de Anno mortis S. Martini Epiſcopi Turonenſis.

XXVIII. Floret S. Perpetuus Epiſc. Turonenſis. Præfuit huic Concilio *Sanctus Perpetuus* Epiſcopus Turonenſis, qui colitur die VIII. Aprilis, ad quem diem Henſchenius de ejus virtutibus egit, & refert ejus teſtamentum *Kal. Maias, poſt Conſulatum Leonis Minoris ſcriptum,* anno ſc. CDXIII. Gregorius Turonenſis lib. 1. de Miraculis Sancti Martini cap. 6. tempus nos edocet quo Epiſcopatum Turonenſem Perpetuus ſuſcepit, dum ait: *Anno LXIV. poſt tranſitum glorioſi Domini Martini, beatus Perpetuus Turonicæ Sedis cathedram ſortitus eſt dignitatis.* Aſſerit autem Gregorius, ſanctum Briccium divi Martini ſucceſſorem ſediſſe annos XLVII. quos ſuo loco diximus ab anno Chriſti CCCXCVII. proficiſci, & Bricçium an. CDXLIV. a vita migraſſe. Quare cum S. *Euſtochius*, qui eum excepit annos XVII. Eccleſiam Turonenſem

Natalem Domini terna in ſeptimana jejunia.

De natali S. Hilarii uſque ad medium Februarium bina in ſeptimana jejunia. Hæc de jejuniis S. Perpetuus inſtituit præter illa quæ univerſalis Eccleſiæ auctoritate ab omnibus & ubique cuſtodirentur, ut Quadrageſimæ jejunia & alia. Subdit hæc inſuper de vigiliis ab eodem S. Perpetuo indictis, deſignatis pariter locis, in quibus eadem agi deberent, videlicet:

Vigiliæ a S. Perpetuo Turonenſi populo præſcriptæ.

Natali Domini in Eccleſia primaria ſcilicet.

Epiphania in Eccleſia.

Natali ſancti Joannis ad baſilicam ſancti Martini.

Natali ſancti Petri Epiſcopatus (quem dicimus Cathedram) *ad ipſius baſilicam.*

Sexto Kalendas Aprilis in Reſurrectione Domini noſtri ad baſilicam domni Martini.

Paſcha in Eccleſia: moris namque fuiſſe videtur ejus Eccleſiæ, ut præter mobile Paſcha, diem celebraret, qua crederetur Dominus ſurrexiſſe.

Die Aſcenſionis in baſilica ſancti Martini.

Die Quinquageſima, nempe Pentecoſtes *in Eccleſia.*

Paſſione ſancti Joannis ad baſilicam in Baptiſterio.

Natali ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ad ipſorum baſilicam.

Natali ſancti Martini ad ejus baſilicam.

Natali S. Symphoriani ad baſilicam domni Martini.

Natali ſancti Lidorii ad ejus baſilicam.

Natali ſancti Hilarii ad domni Martini baſilicam. Hactenus de vigiliis atque jejuniis: quibus commendetur ejus populi in Chriſtianæ religionis cultu laudabilis obſervantia, redarguaturque ſimul oſcitantia fide tepeſcentium Chriſtianorum: pariterque antiquæ conſuetudinis cuſtoditus uſus ad poſteros tranſmiſſus intelligatur, quo (ut ſuo loco ex Tertulliano diximus) ſolerent Epiſcopi ſubditis ſibi Fidelibus indicere jejunia atque vigilias. Subdit his Gregorius de aliis ab eodem Perpetuo erectis eccleſiis. Porro ipſius natalis dies anniverſaria celebratione non in Eccleſia tantum Turonenſi, ſed in Orbe Occidentali recurrit ſexto Idus Aprilis.

LIII. De tempore obitus S. Severini Noricorum Apoſtoli.

Hoc eodem anno ex hac vita migrare contigit clariſſimum illum a Deo miſſum ad Noricos & alias finitimas nationes Apoſtolum ſanctum Severinum, de quo plura ſuperius pro ratione temporis dicta ſunt. Licet autem Eugipius Abbas ejus diſcipulus, qui res ab eo geſtas quam fideliſſime poſteris tradidit, quo potiſſimum anno Domini, quibuſve Conſulibus ipſe deceſſerit, expreſſe non dicat; ſatis tamen ex ipſius ſcriptis veritas temporis conſignari poſſe videtur. Dum enim poſt victos Rugos, vinctos ductos eorum Regem atque Reginam in Italiam ab Odoacre Rege teſtatur, additque iterum adverſus Fridericum Regis filium ab eodem Odoacre Rege ſuum miſſum eſſe germanum: qui, illo fugato, tranſtulit gentem illam in Italiæ regiones, quando & ſacræ ejuſdem Sancti reliquiæ pariter per ejus diſcipulos tranſlatæ fuere (quod factum eſſe patebit anno Domini quadringenteſimo octogeſimooctavo) cumque idem auctor dicat annos ſex manſiſſe ante tranſlationem in ſepultura ejuſdem Sancti venerandum cadaver; jam certa numeri deducta nota, affirmare opus eſt, ipſum hoc anno eſſe defunctum.

LIV. Quænam autem præceſſerint ejus obitum præſtat hic ex eodem fideliſſimo ſcriptore narrare: atque primum quæ inter ipſum & Alemannorum Regem tranſacta ſunt, in medium afferemus. Ait enim Eugipius (a): *Batavis appellatur oppidum inter utraque flumina, Rhenum videlicet atque Danubium, conſtitutum, ubi beatus Severinus cellulam paucis monachis ſolito more fundaverat, eo quod ipſe ſæpius illuc rogatus a civibus adveniret, maxime propter Alemannorum incurſus aſſiduos, quorum Rex Gibuldus ſumma eum reverentia diligebat: qui etiam quodam tempore ad eum videndum deſideranter occurrit. Cui Sanctus obviam, ne adventu ſuo eam Civitatem prægravaret, egreſſus eſt; tantaque conſtantia Regem allocutus eſt, ut ille tremere coram eo vehementius cœperit, ſeceedenſque ſuis exercitibus indicaret numquam ſe nec in re bellica, nec aliqua formidine tanto fuiſſe tremore concuſſum,*

(a) Eugip. Vit. Sever. c. 19.

Cum-

PAGIUS ſem rexerit, ut prodit Gregorius Turonenſis, Sanctus Perpetuus anno CDLX. aut inſequenti Epiſcopus Turonenſis dictus eſt, & Gregorius annum LXIV. *poſt tranſitum glorioſi Domini Martini* deducit ab anno CCCXCVII. ut pleromque alibi, quamvis, ut alibi diximus de anno ejus mortis loquentes, certum ſit, Sanctum Martinum anno CD. animam Deo reddidiſſe. Cumque annos triginta Sedi Sancti *Perpetui* Gregorius tribuat, diemque ejus obitus taceat, mortuus eſt an. CDXC. aut inſequenti die incerto.

XXIX. S. Severinus Apoſtolus Noricorum moritur.

Ad. num. LIII. & ſeqq. Mortem Sancti *Severini* Noricorum Apoſtoli recte conſignat hoc anno Baronius, quod colligit ex ejus Vita ab Eugippio Presbytero ſcripta, & recitata a Bollando ad diem VIII. menſis Januarii, quo Severinus ad Deum migravit. Ejus Reliquiæ proceſſu temporis Neapolim tranſlatæ, ubi etiamnum coluntur.

LV. *Cumque Dei famulo daret optionem imperandi quæ vellet: rogavit doctor piiſſimus, ut ſibi potius præſtaturus gentem ſuam a Romana vaſtatione cohiberet; & captivos, quos tenuerat, gratanter abſolveret. Tunc Rex conſtituit, ut ex ſuis aliquem dirigeret ad id opus maturius exequendum. Statimque miſſus Amantius diaconus, e veſtigio Regem ſubſequitur; ejuſque præ foribus excubantis adventus multis diebus non potuit nunciari. Cui pro re, qua directus fuerat non peracta triſtiſſimo revertenti, apparuit quidam effigiem ſancti præſeferens Severini: qui eum minaci compellatione perterritum ſequi ſe juſſit: Cumque pavens & concitus ſequeretur, pervenit ad januam Regis ſtatimque dux ille prævius ex oculis mirantis evanuit.*

LVI. Gibuldus Rex Alemannorum cultor ſanctorum. *Verum Regis internuncius diaconum, unde eſſet, vel quid expectaret, interrogat. Ille rem breviter inſinuans, oblatis Regi, perceptiſque remeavit epiſtolis. Dimiſſus igitur, revexit fere ſeptuaginta captivos; inſuper promiſſionis Regis gratiam deferens, qua ſe ſpopondit, cum diligenter eam provinciam peragraret, remiſſurum quantus in eadem repertus fuiſſet numerus captivorum. Pro qua re ſanctus Lucillus presbyter poſtmodum deſtinatus magnam miſerorum copiam ex captivitate revocavit.* Hæc Eugipius de rebus ſancti Severini cum Alemannis: qui poſtea iterum Romanos bello laceſſentes, ab iiſdem, licet longe diſpari militum numero, orante pro eis eodem Severino, quomodo victi ſint, idem auctor pluribus narrat: quæ nos brevitati conſulentes, ſicut alia plurima, prætermittimus, ad ejus obitum recenſendum feſtinantes.

LVII. Sed remorantur adhuc nos, quæ his ſimilia de eodem Alemannorum Rege leguntur in rebus geſtis omni fide conſcriptis ſancti Lupi Trecenſis Epiſcopi, ad quarum finem iſta leguntur (*a*): *Omnes quidem Gentium Reges ei præſtabant reverentiam; ſed ſpecialius tamen a Rege Gebavulto* (ita enim ibi legitur pro Gibuldo) *eximia ei fuit exhibita obedientia. Namque Brionenſes, quos olim captivos abduxerat Alemannorum immanitas, litteris a beato viro acceptis, non illectus cupiditate, non præda hominum captus, non auri pondere nec pretio victus, ſed regia dignitate ſublimis libertati reſtituit, hoſtili ſervitute abſolutos; & nimiæ jam dominationis acerbitate preſſos, tamquam devotus Reipublicæ miniſter, in eum ſtatum, quem legibus omnes amiſerant, revocavit, priſtina dignitate donatos.* Hæc ibi. At de Alemannorum Rege ſatis.

(*a*) Apud Sur. t. 4. die 29. Jul.

LVIII. Verum ad Severinum revocetur oratio: de cujus obitu, qui hoc anno contigit, antequam Eugipius (*b*) agat, quæ idem Regem Rugorum, & Reginam admonuit, præmittit his verbis: *Poſt multos agones, & diuturna certamina, cum ſe idem beatus Severinus de hoc ſæculo tranſiturum, Domino revelante, ſenſiſſet; memoratum Rugorum Regem Febam cum uxore ejus crudeliſſima nomine Giſa ad ſe venire commonuit: quem cum ſalutaribus exhortatus eſſet affatibus, ut ita cum ſibi ſubjectis ageret, quo ſe jugiter cogitaret pro ſtatu regni ſui rationem Domino redditurum, aliiſque verbis intrepide monuiſſet, protenta manu Regis pectus oſtendens, Reginam his interrogationibus arguebat: Hanc (inquit) animam, Giſa, an aurum argentumque plus diligis? Cumque illa maritum ſe diceret cunctis opibus anteferre: vir Dei ſapienter adjecit: Ergo (inquit) deſine innocentes opprimere, ne illorum afflictio veſtram magis diſſipet poteſtatem: etenim manſuetudinem regiam tu ſæpe convellis. At illa: Cur (inquit) nos ſic accipis, ſerve Dei? Cui ipſe: Conteſtor (ait) vos ego humillimus jam profecturus ad Dominum, ut ab iniquis actibus temperantes, piis inſiſtatis operibus. Huc uſque regnum veſtrum auctore Domino proſperatum eſt: jam ex hoc vos videritis. His monitis Rex cum conjuge ſufficienter inſtructi, vale dicentes ei, profecti ſunt.* Ita quidem Severinus inſtar Hieremiæ, (*c*) ad quem Dominus: *Conſtitui te ſuper Reges & Principes* barbaros Reges ſæpe increpando perterruit, coegitque juſſa capeſſere, a quibus reſilientes mox divina eſt conſecuta vindicta: nam (ut de aliis taceamus) iſti ipſi cum ſancti ſenis piis monitis non paruiſſent, poſt annos quinque vincti captivique ducti ſunt in Italiam ab Odoacre Rege, ut inferius ſuo loco pluribus dicetur. Sed pergit Eugipius de obitu dicere:

(*b*) Eugip. Vit. S. Sev. c. 40.

Quæ S. Severinus ad Rugorum Regem, & Reginam.

(*c*) Hier. 1.

LIX. Vaticinatio S. Severini de futura tranſmigratione. *Tunc Sanctus non deſinebat de ſuæ migrationis vicinia ſuos alloqui dulcedine charitatis, quod quidem facere nec ante ceſſaverat. Scitote (inquit) fratres, ſicut filios Iſrael conſtat ereptos eſſe de terra Ægypti, ita cunctos populos terræ hujus oportet ab injuſta barbarorum dominatione liberari. Etenim omnes cum ſuis facultatibus de his oppidis emigrantes, ad Romanam provinciam abſque ulla ſui captivitate pervenient. Sed mementote præcepti ſancti Joſeph (d) Patriarchæ, cujus ego indignus & infimus vos atteſtatione convenio. Viſitatione viſitabit vos Dominus: tollite oſſa mea hinc vobiſcum, quod non mihi, ſed vobis eſt profuturum. Hæc quippe loca nunc frequentata cultoribus in tam vaſtiſſimam ſolitudinem redigentur, ut hoſtes æſtimantes auri ſe quippiam reperturos, etiam mortuorum ſepulturas effodiant. Cujus vaticinii veritatem eventus rerum præſentium comprobavit. Levari*

(*d*) Exod. 1.

Digitized by Google

ri vero ſuum corpuſculum Pater ſanctiſſimus pietatis providus argumento præcepit, ut dum generalis populi transmigratio proveniret, ſecum indiviſa fratrum quos acquiſierat congregatio proficiſcens, obtentu memoriæ ejus in uno ſocietatis ſanctæ vinculo permaneret. Diem etiam quo tranſiturus eſſet idem beatus Severinus e corpore ante duos ſeu amplius annos hac ſignificatione monſtravit.

LX. Quid in fratrem Regis Severinus. *Præterea Fridericus a fratre ſuo Rugorum Rege Feba ex paucis quæ ſuper ripam Danubii remanſeram oppidis unum acceperat a Favianis, juxta quod ſanctus Severinus (ut retuli) commanebat. Ad quem cum idem Fridericus ex more ſalutaturus accederet, cœpit ei Chriſti miles iter ſuum enixius indicare, ſub conteſtatione hac proloquens: Noveris me (inquit) quantocyus ad Dominum profecturum: & idcirco monitus præcaveto, ne me diſcedente, aliquid horum, quæ mihi commiſſa ſunt, attaminare pertentes, & ſubſtantiam pauperum captivorumque contingens, indignationem Dei (quod abſit) tali temeritate ſentias. Sed Fridericus inſperata commonitione perculſus: Cur, inquit, hac conteſtatione confundimur, cum nos optemus tantis orbari præſidiis, & ſanctæ largitioni tuæ, quæ omnibus nota eſt, conferre aliquid deceat, non auferre; quatenus ſolita, ſicut & pater noſter Flaccitheus, tua merear oratione muniri, qui experimento didicit ſanctitatis tuæ meritis ſe fuiſſe ſemper adjutum. Et ille: Qualibet (inquit) occaſione cellulam meam volueris lædere, & hic ſtatim probabis & in futuro ſolves, quam non opto, vindictam. Tunc Fridericus promittens ſe Chriſti famuli monita ſervaturum, remeavit ad propria.*

LXI. *Doctor vero dulciſſimus non ceſſabat ſuos alloqui per monita diſcipulos, dicens: Confido de gratia Domini mei Jeſu Chriſti, quia vobis in opere ſuo durantibus, & mea memoriæ peccata ſocietate conjunctis, æterna vitæ bona tribuet, nec præſentium ſolatia denegabit. Nonis itaque Januarii cœpit tenuiter lateris dolore pulſari, quo durante per triduum, medio noctis tempore fratres adeſſe præcepit: quos de corpore ſuo commonens, & paterna informatione corroborans, inſtanter ac mirabiliter talia proſecutus ajebat: Filii in Chriſto cariſſimi, &c.*

LXII. Obitus S. Severini. *Poſt hujuſmodi igitur ædificationis alloquium cunctos per ordinem ad oſculum ſuum juſſit accedere, & ſacramento communionis accepto, fleri ſe penitus prohibet; totumque corpus ſigno Crucis tenta manu conſignans, ut pſalleret imperavit. Quibus mœroris ſuffuſione cunctantibus, ipſe pſalmum protulit ad canendum: Laudate Dominum in ſanctis ejus: & dicto, Omnis ſpiritus laudet Dominum: ſexto Iduum Januariarum die in hoc verſiculo, noſtris vix reſpondentibus, quievit in Domino. Quo ſepulto, credentes omnimodo ſeniores noſtri quæ de transmigratione prædixerat, ſicut & multa alia, præterire non poſſe; locellum ligneum paraverunt, ut cum prænunciata populi transmigratio proveniſſet, prædictoris imperata complerent.*

LXIII. Barbarica temeritas a Deo punita. *Fridericus vero beati Severini morte comperta, pauper & impius barbara cupiditate ſemper immanior, veſtes pauperibus deputatas & alia nonnulla credidit auferenda. Cui ſceleri ſacrilegium copulans, calicem argenteum cæteraque altaris miniſteria præcepit auferri: quæ cum impoſita eſſent ſacris altaribus, nec auderet directus villicus ad tale facinus manus ſuas extendere; quemdam militem Avitianum nomine compulit diripere memorata: qui quamvis invitus præcepta perficiens, mox tamen inceſſabiliter vexatus omnium tremore membrorum, dæmonio quoque corripitur. Is ergo velociter conſilio meliore correxit errata: ſuſcepto namque profeſſionis ſanctæ propoſito, in inſula ſolitudine armis cæleſtibus mancipatum militiæ commutavit officium. Fridericus autem immemor conteſtationis & præſagii ſancti viri, abraſis omnibus monaſterii rebus, parietes tantum, quos Danubio non potuit transferre, dimiſit: ſed mox in eum ultio denunciata pervenit. Nam intra menſis ſpatium a Friderico fratris filio interfectus, prædam pariter amiſit & vitam.* Hic finis viri ſacrilegi: reliqua autem quæ ad S. Severini tranſlationem pertinent, dicturi ſumus ſuo loco inferius. Sed redarguendus hic ille qui penes plures error involuit, dum eum appellant Epiſcopum Noricorum, quem numquam voluiſſe Epiſcopatu initiari, Eugipius ejus diſcipulus diſertis verbis affirmat.

LXIV. Juſta auctoris in hæreticos compellatio. Ad hoc ipſum (clamare liceat) vivum ſemperque manens omnium virtutum digniſſimum exemplar digito Dei inſcriptum (quot enim miracula per ipſum Deus edidit, tot quiſque vere dixerit eſſe notas ampliſſimas divinæ manus opera exaratas) ad hoc ipſum inquam prototypum provoco filios deſertores, quo ſentiant quantum abhorreant a pura illa religione, fideque Catholica, quam acceperunt majores ipſorum a viro ſanctiſſimo; qui jure licet Noricorum Apoſtolus nominetur, tamen non ſolum Noricis, ſed & Batavis, Vindelicis, Rugis, & aliis Evangelium prædicavit, ſequentibus Apoſtolicis ſignis: ut plane nihilminus in his habuiſſe viſus ſit a cæteris Apoſtolis. Quo cum eædem nationes tanto glorientur inſtitutore; quid eſt quod quamplurimi ex ipſis, poſthabita recta veraque miraculis etiam oſtenſa doctrina, converſi ſunt ad

re.

recentiorum fabulas hæreticorum? *Currebatis bene*; (ſic liceat Apoſtoli (*a*) eos verbis a fide refugas compellare) *quis vos impedivit veritati non obedire? Perſuaſio hæc non eſt ex eo qui vocavit vos.* Cujus rerum præclare geſtarum auctorem habetis adeo probatum, utpote qui ſcripſit ea quæ vidit, & tanta quidem fide, ut non audeant eum veſtri reiicere, immo laudent celebrent, atque commendent (*b*). Hæc autem obiter adverſus apoſtatas a Catholica religione dicta ſunto; cum tamen ſciamus iiſdem in locis adhuc ſupereſſe, qui eadem quæ Severinus, retineant defendantque Catholica dogmata, & ejus virtutes affectantes, proxime imitatores accedant.

(*a*) *Galat.* 5.

(*b*) *Valent. Annal. Bojor. l.* 2.

I. QUadringenteſimo octogeſimotertio Chriſti anno Anicius Fauſtus Conſul creatus eſt: quo Joannes Epiſcopus Alexandrinus Catholicus, expulſus Zenonis juſſu anno ſuperiori, Antiochiam primum ad Calendionem Epiſcopum, inde vero Romam ſe contulit ad Simplicium Romanum Pontificem, quem ut legitimum Judicem appellarat. Agit de his Liberatus diaconus verbis iſtis (a): *Joannes autem Talaida ejectus de ſede Alexandrina propter Petrum Mogum, profectus eſt Antiochiam, ut videret Illum* Exconſulem *Magiſtrum* Officiorum: *cui cum narraſſet quæ ſibi evenerant, ejus conſilio ingreſſus eſt ad Calendionem Antiochenum Patriarcham; & ſumptis ab eo interceſſionis Synodicis litteris, Romanum Pontificem Simplicium oppelhavit, ſicut & beatus fecerat Athanaſius; & ſuaſit ſcribere pro ſe Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo. Et quidem ad hoc Simplicius præparati animi & voluntatis fuit: Acacius vero ſusceptis epiſtolis, ſimpliciter ſcripſit ei, quia Joannem quidem ignoraret Epiſcopum, Petrum vero Mogum ſuſcepiſſet in communionem in Zenonis Principis Unitivo; & quod citra ejus geſſiſſet ſententiam propter unitatem Eccleſiarum, Principis juſſione.*

(a) Liber. Diac. in Brev. c. 18. Jo. Epiſc. Alex. appellat Rom. Pontif.

Simplicius ſuſcipiens hujuſmodi litteras contriſtabatur adverſus Acacium, eique ſcripſit; quod non bene fecerit contra ſententiam Apoſtolicæ ſedis ad communionem hominum ſuſcipiens. Oportebat enim, communi decreto damnatum tamquam adulterum, communi Concilio damnatione liberari. Ad hæc autem, quia non ſufficeret Petro confiteri communicatorem ſe eſſe Eccleſiæ Catholicæ ſecundum edictum, ſed oporteret eum ſecundum terminum Chalcedonenſis Concilii & ſecundum epiſtolam Papæ Leonis amplecti communionem: unum enim de duobus agere debere, aut ſuaderet Petro pure ſuſcipere terminum Synodi, aut removere ſe ab ejus communione. Sed cum ad Acacium hæc ſcripta veniſſent, & deliberaret quidnam oporteret ſcribere, Papa Simplicius defunctus eſt. Hæc Liberatus. Deſiderantur ejuſmodi noviſſimæ Simplicii II. Simplicius redarguit curſum Acacium.

PAGIUS

SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DXXI. A.C. 483.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5976.

⊙ 16. B. ☽ 9. P. 10. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 483.

FELICIS III. PAPÆ 1.

ZENONIS IMP. 10.

ODOACRIS REG. 8.

[1] F*auſtus* abſque collega Conſul in Occidente proceſſit. Fauſti Exconſulis meminit Anaſtaſius in Symmacho Papa, ad quem & Symmachum ac Senatores extat Epiſtola Aviti Viennenſis Epiſcopi, tanquam præcipue dignitatis in Urbe Proceres de judicio in Synodo Romana adverſus Symmachum Papam, Theodorici Italiæ Regis auctoritate facto. I. *Conſulatus.*

A num-

NOTÆ [1] C*Oſſ. Fauſtus ſine Collega*

Groterus pag. MLXII. 5. F A U S T O. V I R O. C. . . . C O N S S.

Inſcriptiones baſilicæ S. Pauli, pag. IV. n. 76.

D P. VIII. KAL. FEBRUARIAS CONS. AGINANTI
FAUSTI. V. C.

Reineſius pag. 945.

DEP. KAL. SEPT. CONS. FAUSTI
V. C. JUNIORIS.

Fleetvvod pag. 400.

DEP. SANC. FELICIS. EPISC. V.
ID. FEB. POS. CONS. FAUSTI. V. C.

Hæc eſt Nolana inſcriptio in Baſilica S. Felicis in Pincis, ſæpius vulgata, ac etiam apud Ughellum in Nolanis Epiſcopis, qui *Felicem juniorem* inter Nolanos Antiſtites recenſet poſt *Laurentium*, qui Laurentius ex eodem Ughello, incerti temporis eſt, ſed ad ſæculi ſexti initium trahitur. Blanchinus in Præfatione ad Anaſtaſii tom. I. n. XXXI. eumdem lapidem exhibuit, ut ad *Fauſtum* conſulem A. D. 438. retulit.

Victor: *Poſt conſulatum Trocondii* V. C. Marcellinus; *Fauſto ſolo coſ.*
Epitome temporum, & Indiculus Paſchæ: *Fauſto* V. C. *Coſ.* GEORGIUS

Digitized by Google

plicii ad Acacium litteræ: ſed quam acres fuerint, ex aliis ab ipſo ad eundem anno ſuperiori ſimili argumento conſcriptis poſſumus intelligere. Porro qui Romanum Pontificem appellavit Joannes Alexandrinus Epiſcopus, appellationem ipſe proſecuturus, Romam ſe contulit. Verum cum venit, Simplicium Papam defunctum inveniens, libellum obtulit ejus ſucceſſori Felici: quod quidem ex ipſius Felicis Papæ litteris conſtat.

III. Quod vero ait ſuperius Liberatus in litteris Acacii ad Simplicium Papam redditis in cauſa Joannis, contrarium plane eſſe videtur iis quæ inferius idem auctor habet his verbis: *Dum per quinque annos ſæpius fuiſſet admonitus Acacius, de ſtatu Alexandrinæ Eccleſiæ ſanctæ, Papæ ſollicitudinem relevaret, nihil unquam reſpondere dignatus eſt*. Fuit eadem de Acacio quereia Simplicii Papæ ſucceſſorum, quod alto ſilentio rem tantam præteriiſſet, ſinens hæreticos in Eccleſias debacchari.

IV. *Simplicius Papa obiit.* Obitus autem Simplicii, de quo facta eſt mentio, principio menſis Martii contigit (ut habet Anaſtaſius de Rom. Pontificibus) cum ſediſſet annos quindecim, menſes quinque, & dies decem: de quo præter eas quæ ſuperius ſunt enarratæ dignæ ſanctiſſimo Præſule res geſtæ, hæc in eodem libro leguntur: *Hic dedicavit baſilicam S. Stephani in Cælio monte in urbe Roma, & baſilicam B. Apoſtoli Andreæ juxta baſilicam S. Mariæ, & aliam baſilicam S. Stephani juxta baſilicam S. Laurentii, & aliam baſilicam intra urbem Romam juxta Palatium Licinianum beatæ martyris Bibianæ, ubi corpus ejus requieſcit.*

V. *Res geſtæ per Simplicium Papam.* Quod vero ad baſilicam S. Andreæ in Eſquilino monte erectam pertinet: cum illa penitus diruta perierit, quod unicum extat de ea monumentum a Platina conſervatum, hic memoriæ cauſa erigam; ait enim: *Hec autem in temple hæc carmina legiſſe me memini muſivo opere deſcripta.*

Hæc tibi mens valide decrevit prædia, Chriſte,
Cui teſtator opes detulit ille ſuas:
Simpliciuſque Papa ſacris cæleſtibus aptans
Effecit vere muneris eſſe tui.
Ne quod Apoſtolici deeſſent limina nobis,
Martyris Andreæ nomine compoſuit.
Utitur hæc hæres titulis eccleſia juſtis,
Succedenſque domo myſtica jura locat:
Plebs devota veni, perque hæc commercia diſce
Terreno ſenſu regna ſuperna peti.

In antiquarum Inſcriptionum volumine, de eodem Simplicio, quod fecerit in Paradiſo (erat locus amœnus juxta baſilicam S. Petri ita dictus) ædificium, eſt ejuſmodi antiqua deſcriptio, hoc titulo (a): *In Paradiſo.*

(a) *Antiq. Inſcript. in Appen. pag. 1164. n. 1.*

CUM SUBITIS PERAGI FALLAX CLEMENTIA VERIS
ET SACER ADDENDO FESTA VETARET AQUIS
SIMPLICIUS PRÆSUL SACRARIA CELSA PETENTEM
PORTICIBUS JUNCTIS TEXIT AB IMBRE DIEM.

Ibidem ſub hoc titulo (b): *Super limina introitus eccleſiæ;*

(b) *Antiq. Inſcript. in Appen. pag. 1163. n. 3.*

QUI REGNI CLAVES ET CURAM TRADIT OVILIS
QUI CÆLI TERRÆQUE PETRO COMMISIT* AVENAS
UT RESERET CLAUSIS UT SOLVAT VINCLA LIGATIS
SIMPLICIO NUNC IPSE DEDIT SACRA JURA TENERE
PRÆSULE QUO CULTUS VENERANDÆ CRESCERET AULÆ.

* habenas.

Hactenus vetus inſcriptio. Subdit vero Anaſtaſius ☞. *Hic conſtituit ad ſanctum Petrum Apoſtolum, & ad S. Paulum Apoſtolum, & ad S. Laurentium martyres hebdomadas, ut presbyteri manerent ibi propter pœnitentes & baptiſmum, Regionem tertiam ad ſanctum Laurentium, Regionem primam ad S. Paulum, Regionem ſextam & ſeptimam ad S. Petrum*. Hæc ibi.

VI. Sed pœnitentiariorum presbyterorum in eccleſiis præſtolantium pœnitentes haud recentem fuiſſe in Romana Eccleſia uſum, jam ſuperius dictum eſt. Hebdomadarii erant hujuſmodi, quod ob ingruentem populum viciſſim ſuccedere ſolerent. Sed cur pro quatuor tantummodo Regionibus hi propoſiti erant, cum in ſeptem partitam univerſam Urbem ad ſacrarum rerum uſum

PAGIUS

Moritur S. Simplicius PP. A num. IV. ad XVII. Sanctus *Simplicius* Romanus Pontifex hoc anno vitam cum morte commutavit, *ſepultus in Baſilica Sancti Petri Apoſtoli VI. Nonas Martii*, inquit Anaſtaſius. Quare cum anno CDLXVIII. die XXV. Februarii Pontifex Romanus conſecratus fuerit, ſedit *annos quindecim & dies ſex*, die ſc. ſecundo Martii emortuali incluſo, quot annos & dies Anaſtaſius in uno exemplari MS. Colbertino, & Marianus Scotus in Chronico eidem aſſignant. Idem legitur in fuſiori Chronico Veterum Pontificum, & in Catalogis noſtris IV. & V. In Anaſtaſio vulgato ei attribuuntur anni XV. dies VII. & in variis Catalogis anni XV.

ſum, ſuperius, dum de ſeptem diaconis egimus Regionariis, dictum ſit? Accidiſſe putamus, quod reliquas tres regiones Eruli occupaſſent, qui Catholicæ Eccleſiæ minime communicarent, utpotequod ſecta eſſent hæretici Ariani.

VII. *Non humanæ inniti potentiæ Rom. Eccleſ.*

Ex quibus plane intelligis, quam procul abſit, ut Romanorum Pontificum auctoritas ex humanis fuerit deducta auctaque præſidiis; quod inſcii rerum geſtarum garriunt imperiti, nimirum cum blaterant, ob ſedem imperii Romæ fixam, creviſſe poteſtatem Apoſtolicæ ſedis. Antequam enim Chriſtiani Principes regnarent; quinam fovebant Romanos Antiſtites? Num Ethnici Imperatores, qui eos perſequebantur, demetebantque falce Martyrii? Ab his quidem emolumentum plane nullum, damna autem plurima quotidie experiri ſolebant iidem Rom. Pontifices: quorum tamen temporibus eoſdem Romanæ Eccleſiæ Præſules eadem ampliſſima auctoritate, & poteſtate cunctis totius Orbis Eccleſiis paſtorali regimine præfuiſſe, manifeſte docent res geſtæ ſingulis ferme annis ſuperius ſecundo tomo Annalium recitatæ. Quarum plane rerum imaginem, & temporum faciem aliqua ſaltem ex parte, his annis reddi conſpicimus: dum ceſſantibus penitus Occidentalis Orbis Romanis Imperatoribus, & regnantibus in Italia ad plura annorum ſpatia barbaris Arianis, Catholicis omnibus, ipſique potiſſimum Romanæ Eccleſiæ infenſiſſimis; nihilominus Romanæ Eccleſiæ ſemper effulſit auctoritas atque majeſtas, perinde ac ſi tempora eſſent Conſtantini atque Theodoſii Imperatorum, non Romæ tantum, ſed ubiqueterrarum, ubi vigeret Chriſtiana religio, quod ex rebus geſtis ſuis temporibus enarratis, pervidere facile eſt.

VIII. Et ne a Simplicio, de quo agimus, digrediamur: vidiſti eum ſub Odoacre Rege Romam occupante, barbaris Arianis eam replentibus, inter barbaricum furorem, & Arianorum cum potentia junctam procaciam, deploratiſſimis hiſce temporibus, perinde ac in ſumma pace otio & tranquillitate eſſet, eadem auctoritate ac libertate, qua ſemper antea prædeceſſores, inſidere cathedræ Petri, univerſi Orbis Eccleſiis Occidentalibus & Orientalibus ſancire leges, cognoſcere cauſas, definire ſententias, illos exauctorare, hos promovere, illoſque in ſedes Epiſcopales reſtituere, relevare oppreſſos, faſtu elatos dejicere, coercere Imperatores, obſiſtere omnibus barbaris victoribus Regibus, inſuper ab Oriente & Occidente ſuſcipere legationes, in omnibus denique arbitrum ipſis atque Judicem conſidere; & ubi corpore non poſſet præſens aſſiſtere, legationum auctoritate, ac per vicarias præfecturas tum Occiduo tum etiam Orientali ſemper Orbi præſto fuiſſe, præfuiſſeque cunctis Eccleſiis. Hæc quidem haud eſſe ventoſa atque inania verba, ex iis quæ ſingulis ejus Pontificatus annis dicta ſunt, haud dubiis, ſed probatiſſimis atque certiſſimis aſſertionibus perfacile quiſque poterit intelligere: unde ſimul omnino perſpicias, haud ſuper humanam inniti potentiam Petri cathedram, ſed ſupra firmam petram, ſuper quam fundavit eam Altiſſimus; adeo ut adverſus eam nec homines eidem adverſantes, neque tota vis inferorum prævaleant: ſed tamen parva hæc paucaque eſſe ſenties, quæ per Simplicium Papam auctoritate Apoſtolica præſtita eſſe diximus, ſi quæ ab ejus ſucceſſoribus fuere perfecta didiceris.

Sed quæ ſunt reliqua de Simplicio, quæ ad ornatum Eccleſiæ pertinent, & alia, ex eodem volumine de Romanis Pontificibus his attexamus: *Hic fecit in Eccleſia Romana ſcyphum aureum penſantem libras quinque, cantharos argenteos ad B. Petrum ſexdecim penſantes ſingulos libras duodecim. Hic fecit ordinationes in urbe Roma tres per menſem Decembrem, & Februarium, creavitque presbyteros quinquaginta octo, diaconos undecim, Epiſcopos per diverſa loca numero triginta ſex. Hic ſepultus eſt in baſilica S. Petri ſexto Nonas Martii, & ceſſavit Epiſcopatus ejus dies ſex.* Hactenus ibi. IX.

Ordinationes Papæ Simplicii.

Quæ autem hoc tempore ſedis Simplicii vacantis nondum ſucceſſore creato Romæ præſumpta ſint per Baſilium Præfectum Prætorio vicem agentem Odoacris Regis, hic in medium adducamus ex Actis tertiæ Romanæ Synodi ſub Symmacho Papa, quæ ſic ſe habent (a): *Dixerunt inter alia* (ſchiſmatici ſcilicet) *ſcripturam quandam illuſtris memoriæ Baſilium quaſi pro Eccleſiaſtica amore ſubſtan-* X.

(a) Conc. Rom. 3. ſub. Symmach. c. 12.

PAGIUS XV. menſis unus, & dies ſex; ſed errore Librariorum. Baronius ex proprio calculo ait, eum ſediſſe annos XV. menſes V. & dies X. Papebrocius denique annos XV. menſes XI. & dies VI. Verum *Hilari* ejus deceſſoris morte ſuo anno reddita, manifeſtum eſt, *Simplicium* ſupra annos XV. dies tantum ſex Eccleſiæ Romanæ præfuiſſe.

II. Mabillonius in Commentario prævio ad Ordinem Romanum parag. 16. hæc de Simplicio obſervavit: *Primi Apoſtolici*, inquit Amalarius in lib. 2. cap. 2. *ſemper in Decembri menſe, in quo Nativitas Domini noſtri Jeſu Chriſti celebratur, conſecrationes miniſtrabant uſque ad Simplicium, qui fuit a B. Petro XLIX. Ipſe primus ſacravit in Februario.* Idem teſtatur Micrologus ex *Romano Pontificali*, quo nomine librum de Geſtis Rom. Pontif. intelligit. Sane inter tot Pontifices, qui ad finem ſæculi noni ordinationes fecerunt, unus *Leo* II. in menſe Majo ordinationes fecit; & in menſe Septembri unam *Gregorius* Magnus, alii poſt Simplicium omnes vel menſe Decembri, vel in primis, vel in mediana hebdomada Quadrageſimæ, nulli, quod qui-

Immutatio in tempore ordinationum a Simplicio facta.

Digitized by Google

ſtantiæ conſcripſiſſe, in qua nullus Romanæ Eccleſiæ nec interfuit, nec ſubſcripſit Antiſtes per quem potuiſſet ſortiri legitimam firmitatem. Ne vero ego (inquit Symmachus Papa) *inde diſputem, ſed ut poſſit veſtrum judicare Concilium; requiratur & deferatur in medium, ut lectione agnoſcatis cujuſmodi poſſit habere ſubſtantiam. Sancta Synodus reſpondit: Deferatur in medium, ut cujuſmodi ſit, poſſit agnoſci. Et dum dixit, Hormiſda diaconus recitavit:*

XI Quid Baſilius in ſede vacante Papæ Simplicii. *Cum in unum apud B. Petrum Apoſtolum reſediſſent: ſublimis & eminentiſſimus vir Præfectus prætorio atque Patricius, agens etiam vices præcellentiſſimi Regis Odoacris, Baſilius dixit: Quamquam ſtudii noſtri & religionis interſit, ut in Epiſcopatus electione concordia principaliter ſervetur Eccleſiæ, ne per occaſionem ſeditionis ſtatus Civitatis vocetur in dubium: tamen admonitione beatiſſimi viri Papæ noſtri Simplicii, quam ante oculos ſemper habere debemus, hoc nobis meminiſtis ſub obteſtatione fuiſſe mandatum, ut propter illum ſtrepitum & venerabilis Eccleſiæ detrimentum, cum de hac luce tranſire contigerit, non ſine noſtra conſultatione cujuſlibet celebraretur electio.* Vides quibus artibus ſæculares poteſtates immiſcere ſe conatæ ſint in electione Romani Pontificis. Potuit forte rogaſſe eum Simplicius Papa, ut ad comprimendas turbas, diſſidiaque vitanda, præſto eſſet futuræ electioni ſucceſſoris Pontificis, non autem ut abſque ejus conſultatione electio haud fieret. Cæterum hæc omnia fuiſſe conficta, ac prorſus indigna quæ in medium proferrentur, cum res in controverſiam deducta eſt ſub Symmacho in dicto Romano Concilio, Creſconius Eccleſiæ Tiburtinæ affirmans, iſta dum legerentur, hæc fuit interlocutus: *Hic perpendat ſancta Synodus, uti prætermiſſis perſonis religioſis quibus maxime cura eſt de tanto Pontifice, electionem laici in ſuam redegerint poteſtatem: quod contra canones eſſe, manifeſtum eſt.* His ab illo dictis, pergit Hormiſda diaconus legere quæ ſequuntur.

XII. *Nam & cum quid confuſionis atque diſpendii venerabilis Eccleſia ſuſtineret; miramur, prætermiſſis nobis, quicquam fuiſſe tentatum: cum, etiam ſacerdote noſtro ſuperſtite, nihil ſine nobis debuiſſet aſſumi. Quare ſi amplitudini veſtræ vel ſanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri Antiſtitis electionem reſpiciunt, religioſa veneratione ſervemus, hanc legem ſpecialiter præferentes, quam nobis heredibuſque noſtris Chriſtianæ mentis devotione ſancimus.*

Ne umquam prædium ſeu ruſticum, ſeu urbanum, vel ornamenta, aut miniſteria Eccleſiarum, quæ nunc ſunt, vel quæ ex quibuſlibet titulis ad Eccleſiarum jura pervenerint, ab eo qui nunc Antiſtes ſub electione communi fuerit ordinandus, & illis qui futuris ſæculis ſequuntur, quocumque titulo & commento alienentur. Si quis vero aliquid eorum alienare voluerit, inefficax atque irritum judicetur: ſitque facienti, vel conſentienti, accipientique anathema. Iſta audiens & exhorreſcens Maximus Epiſcopus Bleranæ Eccleſiæ, hæc mox eſt interlocutus: *Modo ſancta Synodus dignetur edicere: ſi licet laico homini anathema in ordine Eccleſiaſtico dictare: aut ſi potuit laicus ſacerdotali * anathema dicere, & contra canones quod ei non competebat conſtituere. Dicite, vobis quid videtur: De me licuit laico legem dare? Sancta Synodus dixit: Non licuit. Et adjecit: Lege ſequentia. Hormiſda diaconus legit:*

XIII. Baſilii edictum de non alienandis bonis Eccleſiæ Romanæ.

* ordini.

XIV. *Et is qui prædium ruſticum vel urbanum juris Eccleſiaſtici fuerit conſecutus, noverit ſe nulla lege vel præſcriptione munitum: ſed ſive is qui alienaverit, ſive qui eum ſequutur *, voluntate contraria prædium hujuſmodi alienatum revocare tentaverit, id cum fructibus reſtituat quæ illud fuerit conſecutus; quam etiam pœnam placuit accipientis heredes probare, deſque reſpicere. In qua re cuilibet clericorum contradicendi libera ſit facultas. Iniquum eſt enim & ſacrilegii inſtar, ut quæ pro ſalute vel pro requie animarum ſuarum unuſquiſque venerabili Eccleſiæ pauperum cauſa contulerit, aut certe reliquerit, ab his quos hoc maxime ſervare convenerat, in aliquem * transferantur. Plane quæcumque in gemmis, vel auro, vel argento, necnon & veſtibus minus apta uſibus vel ornatui videbuntur Eccleſiæ, quæ ſervari ac diu manere non poſſunt, ſub juſta æſtimatione vendantur, & erogationi religioſæ proficiant.* Hæc autem ſcripta a ſchiſmaticis ſub Baſilii titulo oblata ſunt: quæ nullius prorſus fuiſſe roboris, eadem ſancta Romana Synodus ſub Symmacho, ipſoque præſente, de-

* conſequetus.

* alienationem.

a

PAGIUS quidem ſciatur, in Sabbato Paſchæ. Porro hebdomada *mediana* vocabatur, quæ quartam Quadrageſimæ Dominicam proxime ſubſequitur, ſicut etiam in Dominica Paſſionis, ut in libris *de Ordine Romano* nuncupatur; & quidem ſic utraque appellata, ut ibidem Mabillonius parag. XIX. explicat, quod cum ſex Quadrageſimæ hebdomades in duas partes æquales dividi poſſint, prima ſecundæ partis hebdomada dici poteſt *mediana*, quaſi prima poſt mediam Quadrageſimam, & qua Quadrageſimæ caput a feria ſecunda incipiebat; Dominica Paſſionis hebdomadam medianam ſubſequens itidem *mediana* vocabatur. Hæc recte Mabillonius, niſi quod aſſeris, Leonem II. menſe Maio ordinationem feciſſe, in ejus enim morte oſtendemus, illum menſe Junio ordinationem, ſuam peregiſſe.

Poſt

decrevit: in quorum abrogationem cum graviſſimæ a ſanctis Patribus ſententiæ dictæ fuerint; hic ſatis ex illis vel unam ſaltem referre Eulalii Epiſcopi Syracuſæ, quæ ſic ſe habuit.

XV. Eulalius Syracuſanus Epiſc. quid adverſus edictum Baſilii.

Scriptura quæ in ſacerdotali Concilio recitata eſt, evidentiſſimis documentis conſtat invalida. Primum, quod contra Patrum regulas a laicis quamvis religioſis, quibus nulla de Eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi legitur umquam attributa facultas, facta videtur. Deinde, quod nullius Præſulis Apoſtolicæ ſedis ſubſcriptione firmata docetur. Quod ſi cujus libet provinciæ ſacerdotes, intra terminos ſuos Concilio habito, quicquam ſine Metropolitani, ſuive Antiſtitis auctoritate tentaverint, irritum eſſe debere Patres ſancti ſanxerunt; quanto magis quod, in Apoſtolica ſede non exiſtente Præſule, qui prærogativa beati meritis Apoſtoli Petri per univerſum Orbem primatum obtinens ſacerdotii, ſtatutis Synodalibus conſuevit tribuere firmitatem, a laicis, licet conſentientibus aliquantis Epiſcopis (qui tamen Pontifici, a quo conſecrari probantur, præjudicium inferre non potuerunt) præſumptum fuiſſe cognoſcitur, viribus carere non dubium eſt, nec poſſe inter Eccleſiaſtica ullo modo ſtatuta cenſeri? Hæc dixit Eulalius conſentientia iis quæ ab aliis ſanctiſſimis Epiſcopis dicta fuerunt: in quam ſententiam & reliqui abiere. Sicque caſſa irritaque prorſus reddita ſunt, quæ hoc anno a Baſilio agente vicem Regis Odoacris, eodemque Præfecto Prætorio facta fuiſſe dicuntur; ſed quæ ſubdola ac fraudulenta commentitiaque rejecta ſunt, penitus antiquata fuere: utpote quod a ſchiſmaticis poſt annos duodeviginti, non ex Archivis Romanæ Eccleſiæ edita, in quæ numquam illata fuere; ſed ſcriniis fortaſſe Prætorianis. Porro Baſilium hunc Præfectum Prætorio haud alium exiſtimamus fuiſſe ab illo Cæcina Baſilio Conſulari Romæ ſpectatiſſimo, in cujus laudem plura habet Sidonius in epiſtola ad Heronium (*a*). Porro quod ad Simplicium Papam pertinet, ne quis putet eum Romanæ Eccleſiæ bona profudiſſe, ut ea occaſione Baſilius Præfectus de non alienandis bonis Eccleſiæ edictum promulgarit. Ipſum quidem Pontificem non minuiſſe, ſed auxiſſe Eccleſiæ bona, argumento eſt, quod apud Caſſiodorum (*b*) in litteris Theodorici, de domo quadam ab ipſo Papa Simplicio empta Romanæ Eccleſiæ hæc ſcripta reperiuntur: *Defenſores itaque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ conqueſti ſunt, beatæ recordationis quondam Simplicium domum in ſacratiſſima Urbe poſitam ab Euphraſio acolytho inſtrumentis factis ſolemniter comparaſſe: quam per annorum longa curricula Eccleſiam Romanam quieto jure ſuggerunt poſſediſſe, & in uſus alienos tranſtuliſſe ſecuritate domini; nunc autem exiſtere Samareæ ſuperſtitionis populum improba fronte duratum, qui ſynagogam ibidem fuiſſe, iniquis conatibus mentitur, cum ad humanos uſus habitacula longe aliter formata doceantur, quam poteſt eſſe memorata conſtructio, &c.* Sub barbaris Regibus Roma ſubjecta, omnibus improbis ſectis Romæ domicilia & ſynagogas ad profanos ritus habere conceſſum fuit, adeo ut etiam Samaritani ibi domicilium ſibi quærerent. Sed ad ſancti Simplicii ſucceſſorem electum tranſeamus.

(*a*) Sidon. lib. 1. ep. 9.

(*b*) Caſſiod. Variar. l. 3. ep. 45.

Sub Barbaris Regibus Urbs referta omni ſorde hæreticorum.

XVI. Felix Papa Tertius eligitur.

Poſt dies ſex ceſſationis Papæ Simplicii; die octava Martii creatus eſt Pontifex Felix patria Romanus ex patre Felice itidem genitus, functus antea preſbyterio in Titulo Faſciolæ: prodit hæc vetus Anaſtaſii liber de Romanis Pontificibus. Simulac autem Felix tantæ moli, tali turbulentiſſimo tempore ſubjecit humeros, inſiſtens prædeceſſorum veſtigiis eadem poſt illos graditur via: nam quod ad fidem Catholicam pertinet, rejecit Zenonis Enoticon. Teſtatur id quidem Theodorus Lector, qui ait (*c*): *Cum autem omnes (ut fertur) alii Patriarchæ Conciliationem Zenonis approbarent, ſolus Felix Romanus illi non communicavit.* Hæc ipſe. Præſtiturus id erat Simplicius prædeceſſor: ſed morte præventus, rem integram ſucceſſori reliquit. Felix igitur rem indigniſſimam deteſtatus, execratuſque eſt probroſum facinus, quo tum fides Catholica abrogatione Chalcedonenſis Concilii magnopere læderetur, tum etiam corrumperetur Eccleſiaſtica diſciplina; dum eo progreſſa eſt Zenonis audacia, ut de fide edictum promulgans, leges præſcriberet, Eccleſiæ doceret doctores, & Epiſcopis novum ſymbolum fidei ſervandum proponeret: iſta inquam Felix exhorreſcens, in ſubſcribentes impio edicto intulit anathema, ipſumque proſcripſit unitatis edictum, vere impietatis ſeminarium.

(*c*) Theod. Lect. Coll. lib. 2.

XVII.

Quod vero ad cauſam ſpectat Alexandrinæ Eccleſiæ, idem Pontifex Felix audivit Jo-

PAGIUS III. *Felix III. Pontifex Rom. creatur.*

* Poſt *Simplicii* mortem Anaſtaſius ait, Sedem vacaſſe *dies VI.* quod & in variis Catalogis noſtris legitur; ſed Interpontificium fuiſſe tantum dierum quinque recte ſcripſit Auctor Chron. Vit. Pontif. Sanctum enim *Felicem* hujus nominis III. natione Romanum die ſexta menſis Martii, in quam Dominica incidebat ordinatum eſſe ex ejus Sedis duratione conſtabit. Porro diem mortis deceſſoris, & diem Natalem novi Pontificis aliquando Anaſtaſium & Auctores Catalogorum intra Interpontificium computare, multa exempla oſtendunt.

IV. *Acacius Romam citat.*

A num. XVII. ad LII. Joannes *Talaia* Epiſcopus Alexandrinus, ubi Romam pervenit, ſuaſit *Simplicio Papæ*, ad quem appellaverat, ut

Digitized by Google

Joannem Epiſcopum Alexandrinum ſedem Apoſtolicam appellantem; ſuſcepitque ab eo querelarum libellum, quem ille Simplicio offerendum pararat; ſed morte prævento, tradidit ſucceſſori. Eo accepto Felix, quod res magni eſſet momenti, maximique ponderis, cum jam eo cauſa producta videri poſſet, ut meſſe matura forent evellenda zizania; verteretque periculum non unius Eccleſiæ, ſed trium præcipuarum ſedium Orientis Eccleſiarum: cum diſſimulatum diutius eſſet, ut poſt hæc omnis tolerantia ignaviæ potius quam patientiæ adſcribenda eſſet; idem Felix ea de re in maxima omnium cauſa Concilium ex Italiæ Epiſcopis more majorum cogendum eſſe putavit.

Concilium Romanum in cauſa Acacii.

XVIII. Convenerunt itaque ſanctiſſimi Patres, habentur ſacra Comitia, graviſſimæ dicuntur ſententiæ: in illud tamen omnium conſpiravere ſuffragia, ut legatio decerneretur Conſtantinopolim ad Zenonem Imperatorem, ſcriberenturque robuſtiſſimæ litteræ, quibus de proditione Catholicæ fidei, ejuſque proditoribus querelæ ingererentur: Scriberetur inſuper ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, cui de non defenſa fide, deque conniventia cum hæreticis ipſe Romanus Pontifex (ut par erat) expoſtularet; Inſuper adderetur his accuſationis libellus eidem Romano pontifici adverſus eumdem Acacium oblatus a Joanne Epiſcopo Alexandrino: huic jungeretur ipſius Romani Pontificis libellus ad eumdem Acacium, inſtar citationis, ut reſponderent adverſum ſe oblatis in Apoſtolicæ ſedis judicio objectionibus: ſed & ea de re alius mitteretur ad Zenonem Imperatorem libellus, ut cogeret Acacium cum accuſatore experiri judicio. Hæc nota ſunt in Synodo fuiſſe decreta, præter alia quæ ſecreto fuerunt commiſſa legatis. Conſtant hæc quidem omnia cum ex litteris ipſius Papæ Felicis ad Acacium datis, tum etiam ex epiſtola ad Imperatorem ab ipſo conſcripta: quæ ambæ, quod rerum geſtarum per exactam narrationem complectantur, hic eas deſcribendas putamus; eo magis, quod nuſquam (quod ſciamus) editæ, nunc primum e penetralibus noſtræ bibliothecæ produntur in lucem. Extant ipſæ quidem in pervetuſto codice Creſconianæ collectionis.

XIX. Datæ ſunt autem hæ litteræ iis qui a ſancta Synodo ad magnam hanc provinciam obeundam legati delecti ſunt, nempe Vitali atque Miſeno Epiſcopis, necnon Felici Eccleſiæ Romanæ Defenſori. Quarum vero hi fuerint Civitatum Epiſcopi nuſquam apud aliquem hiſtoricum expreſſum invenimus. De Miſeno tantum, in conſtituto Vigilii Romani Pontificis de tribus capitulis, reperimus eum nominatum eſſe Cumanum Epiſcopum. Sed in ſcripto perantiquo codice noſtræ bibliothecæ, cui eſt titulus, Concordantiæ canonum, inter alia ineſt perbreve compendium hiſtoriæ, complectens tempora ab ortu Neſtorii hæreſis uſque ad Concilium Romanum ſub Felice Papa, in quo damnatus eſt Acacius; quod licet ſine auctoris nomine editum reperiatur, alicujus qui hoc ſæculo vixit, & veritatis ſtudioſus fuit, eſſe videtur: in hoc, inquam, opere inter alia habentur hæc de his legatis miſſis Conſtantinopolim: *Poſtquam ergo Felix Papa litteras prædeceſſoris ſui nihil proficere cognavit, & ludibria quadam in everſionem fidei ab Acacia fieri: tunc Vitalem Epiſcopum Draentinum ex regione Picena, & Miſenum Cumanæ Eccleſiæ Epiſcopum ex regione Campaniæ direxit, &c.* Sed pro, Droentinum Truentinum legendum eſt. Erat enim tunc ea Civitas apud fluvium eodem nomine nuncupatum Truentum, hodie vulgo, Tronto, dictum: meminerunt ejuſdem Civitatis Plinius, Ptolemæus, & alii. Hæc de legatis Conſtantinopolim miſſis ſatis ſunto. Sed ſubjiciamus his litteras in Creſconiana collectione repertas, hactenus nuſquam excuſas; quarum lectio eo gratior accidere debet, quod earumdem mentionem habet ex Græcis Evagrius, ex Latinis vero Liberatus Diaconus, utpote quæ in Oriente atque Occidente eſſent ubique notæ.

Vitalis, & Miſenus Epiſcopi legati.

XX. Ipſas igitur datas ex Synodo litteras redditurі, primo loco eas quæ ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum ſcriptæ ſunt, hic deſcribamus, per quem optavit ſancta Synodus conveniri Zenonem Imperatorem, ut quæ adverſus Catholicam fidem perperam hactenus egiſſet, ſedulo ſtudio emendaret. Præfigitur his in codice litteris ejuſmodi inſcri-

PAGIUS ut pro ſua cauſa adverſus *Petrum Moggum* ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum ſcriberet. Quod quidem prompto ac libenti animo fecit Simplicius Papa. *Acacius* vero acceptis Simplicii literis reſpondit, ſe Joannem quidem Epiſcopum Alexandriæ minime agnoſcere; Petrum vero *Moggum* juſſu Zenonis Aug. in communione ſuſcepiſſe. His literis graviter commotus *Simplicius* reſcripſit, *Acacium* non recte neque ordine egiſſe, qui Petrum communi ſententia damnatum in communionem recepiſſet. Cumque Joannes *Simplicio* libellum pararet offerre varia in Acacium crimina continentem, Simplicius morte præventus eſt, antequam *Acacius* poſtremis ejus literis reſpondiſſet, ut prodit Liberatus cap. 18. Joannes libellum, quem Simplicio ante paraverat porrigendum, obtulit Felici Papæ: *Cum libelli*, inquit Evagrius lib. 3. cap. 18. *a Joanne Felici porrecti eſſent adverſus Acacium, ut qui illicite Petro communicaret, &c. alia quadam gereret contra ſacrorum canonum præſcriptum, Felix Vitalem ac Miſenum* Epi-

ſcriptio: *Felicis ad Acacium Epiſcopum per Vitalem & Miſenum Epiſcopos.* Ipſa autem epiſtola ſic ſe habet:

XXI. Felicis Papæ ad Acacium epiſtola.

Poſtquam ſancta memoriæ deceſſore meo Papa Simplicio de hujus vitæ curſu, ſuperna præceptione, migrante, miniſterii, quod regebat, ad meæ humilitatis officium gubernacula pervenerunt; in diverſas generalis Eccleſiæ curas, quas ubique terrarum cunctis populis Chriſtianis, ſummi Paſtoris voce delegante, beatiſſimus Petrus Apoſtolus pervigili moderatione diſpenſat: continuo me ſolicitudo maxima, quæ & prædeceſſorem meum inceſſanter urgebat, tam Alexandrinæ urbis, quam ſtatus fidei totius Orientalis regionis excepit. Hæc nos diebus noctibuſque perſtringens, ad dominum filium noſtrum Chriſtianiſſimum Principem per Vitalem & Miſenum fratres & Coepiſcopos noſtros legationem compulit deſtinare: quæ vice mea pietati ejus & debita præſentaret officia, & pro fide Catholica, majorumque noſtrorum ſervandis conſtitutionibus ſupplicaret.

XXII. Felix redarguit Acacium de affectato ſilentio.

*Hac igitur illo pergente, par fuit dilectionem tuam dilectis pariter ſalutare colloquiis, & conſequenter hortari, ut aliquando tandem patrocinium cauſæ Domini communis impendas; nec deſpiciendum putes, quod Chriſti confeſſione deciditur, & univerſalis ejus Eccleſiæ definitione . . . . . . vel de pace concorditer . . . . ſi illius & honore cupis eſſe clarus & nomine. Fatemur enim ſecundum Apoſtolicam (a) vocem, magnam nobis ineſſe triſtitiam & dolorem cordis noſtri continuum cogitationibus, quas in dies procedentibus * negotiis ſuſtinemus. In primis illud, quod dudum ante oculos fere omnium vertebatur, occurrit: cujuſnam rei cauſa videlicet interceſſit, indica nobis, quod dilectio tua non modo tantis opportunitatibus indeſinenter exortis, verum etiam ſæpenumero a deceſſoribus meis litteris invitata *, velut obſtinato ſilentio, numquam ſuper hanc partem aut conſulere quicquam volueris, aut referre. Cumque nos aliquid temere ſiniſtrum (quod abſit) de tua mente conveniat opinari: tamen quia venerabilium virorum, qui Eccleſiam, cui præſides, ante rexerunt, morem formamque deſtituas, ullo modo poſſis non eſſe ſuſpectus.*

(a) Rom. 9.

* propellentibus.

* incitata.

XXIII. Acacius ſuperbiæ redarguitur.

Certe ſi (quod non credimus) dedignaris beati Apoſtoli victoriis reverentiam tuis deferre faſtuoſis affectibus; memor, ſaltem officii pro fidei integritate Catholicæ, pro paternarum cuſtodia ſanctionum pro Synodi Chalcedonenſis conſtitutione ſervanda, quæ Nicæni Conventus penitus probat articulos; atque pro eis ubique hoſtibus comprimendis, ſicut Orthodoxorum urbis illius imitator Antiſtitum, conſtanter exurgere debuiſſes: quoniam te aliter inter membra corporis Chriſti monſtrare non poſſis, niſi nullatenus providere deſiſteres, illis, quæ per totum mundum dicuntur obrepſiſſe, contagiis.

XXIV.

Proinde adire debes ſæpius Chriſtianæ mentis Auguſtum, & cauſas eidem ſalutis ſuæ atque etiam Imperii redditurus, & conſervandi ejus auxilium frequenter ingerere; unde inimici illius corruerint, & qua via idem ſurrexerit, nihilominus intimare ei; ſcripta illa ſenſibus pietatis ejus afferre, quibus deceſſorem meum eximia laude extulit, eo quod hæreticam tyrannidem Catholicæ veritatis aſſertione confoderit. Item illa quoque, quibus Petrum Alexandrinum ab Alexandrinæ cervicibus excuſſit Eccleſiæ, & ſanctæ memoriæ Timotheum revocavit Orthodoxum: nec illa præterire, quibus, Epiſcopis & clericis, laiciſque per omnem Ægyptum conſtitutis, quod a divina Chriſtiana profeſſione deviaſſent, ſicut Catholicus Imperator obteſtans, niſi intra duos menſes ad communionem Timothei redirent; honoribus, Eccleſiis, omnibuſque in illa regione denunciavit eſſe privandos: ſimul etiam quibus Petri, quem illicite ſe Alexandrinæ Eccleſiæ injeciſſe perhibuit, ac Timothei hæretici jam defuncti ordinationes, vel ea quæ ſecreto per modos dicebant, irta recaſſavit: necnon etiam illud adnectere, quod cum Timotheus ſanctæ memoriæ Catholicus fungeretur extremis divinæ inſpirationis inſtinctu, tam ad ejus Pontificis conſulta reſcribens, quam ad urbis Alexandrinæ clerum, omni providentia mandaverit præcavendum, ut ſi præfatum Dominus ſacerdotem tranſire juſſerit, nonniſi de Catholicorum corpore clericorum, & qui Orthodoxæ fidei probaretur eſſe diſcipulus, omnibuſque communicaret Eccleſiis, atque a Catholicis ordinatus ſuccederet defuncto Pontifici: ni-

PAGIUS *Epiſcopos ad Zenonem miſit poſcens, ut Synodus Chalcedonenſis firmaretur, & Petrus tanquam hæreticus expelleretur, atque Acacius Romam mitteretur, rationem redditurus eorum, quæ Joannes ei obtulerat.* Joanni Talaiæ anni tres in Chronico Nicephori & in Tabulis Theophanis attribuuntur, qui utrimque incompleti fuere; cum anno CDLXXXI. Epiſcopus Alexandrinus renonciatus fuerit, quod annus ejus depoſitionis, qui certus eſt, magis confirmat.

V. Ob idque duos Legatos Conſtantinopolim miſit.

In Breviculo Hiſt. Eutychian. nomina Epiſcopatuum *Vitalis & Miſeni* exprimuntur: *Poſtquam ergo non ſolum nihil profeciſſe literas deceſſori ſui Sanctus Felix Papa cognovit, & ludibria quædam Acacio fieri in everſionem totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ electis Vitale Epiſcopo Truentinate ex Piceno regione, & Miſeno Cumana Eccleſiæ Epiſcopo ex regione Campania ſub hac inſtructione direxit, ut Petrus de Alexandrina pelleretur Eccleſia, & ut libello Sancti Joannis Epiſcopi*

*mirum ſapienter intendens, Petram, qui aut a nullis, aut ab hæreticis falſi nominis hujus honore jactaretur, ſuper * petram Catholicæ Eccleſiæ, e qua ejus temeraria fuerat præſumptione depulſus, numquam poſſe penitus præſidere.* Vides quanta arma neglexit Acacius, quibus, ſi voluiſſet, vincere potuiſſet Imperatorem. Sed ſubdit:

* unde Petrum.

XXV. *Hæc hujuſmodi quæ geſta ſunt & dilectionis tuæ conſcientiam non latent, convenerat ſæpius impertiri; præcipue cum in his Chriſtianiſſimo Principi promulgandis, quando ad regiam poteſtatem, Deo comitante, remeavit, operam tuam miſſis huc litteris non tacueris vehementer impenſam eſſe, dignam Catholico Pontifice; gloriareris, omnes qui contra ſedem veſtram * contraque Chalcedonenſem Synodum, & contra prædicationem ſedis Apoſtolicæ venire tentaverint, fuiſſe proſtratos: quo magis te pro tua ſalute & profeſſione ferventius apud clementiæ ejus aures oportuerat talia inceſſabiliter allegare, ac magnopere deprecari, quo nec ſuam, quam Catholica mente depromſerat, violari ullatenus pateretur cujuſlibet ſubreptione ſententiam: nec adverſus univerſalis Eccleſiæ ſanctionem per hæreticorum furias, quas, Deo ſuſpirante, pietas ejus eliſerat, ſineret denuo pullulare, quam manifeſtiſſime pervideres; ac tua modis omnibus prædicatione rurſum in ea quæ extiterant ei adverſa conſurgeres, atque eadem ſine dubitatione firmares: quando huic reluctantia, ſicut dudum fuerant ſubverſa jacuiſſent; ne vel tua (quod abſit) fidei deſtitutor, vel perfidiæ dicereris fautor alienæ. Error enim, cui non reſiſtitur, approbatur; & veritas, quæ minime defenſatur, opprimitur. Deinde cum tibi, Domino præſtante, apud dominum filium noſtrum religioſum Principem familiaritatem eſſe noverimus; nullus umquam potuit ſuaderi, dilectionem tuam nequiviſſe gerere, quin potius noluiſſe. Et ideo quia non impoſſibilitatis eſſet, quod taceretur: ipſe quoque non ambigis quid hinc univerſalis judicare poſſit Eccleſia.*

* noſtram.

Felix Pap. redarguit Acacium tacitæ conſpirationis cum hæreticis.

XXVI. *Ubi eſt, frater Acacii, labor tuus, quo tyrannides hæreticæ tempore deſudaſte? Patieris hoc damno conſcientiæ tuæ ejuſmodi perire mercedem? Reſpice Apoſtoli (a) verba, quæ teſtantur: Currebatis bene: quis vos confuſcinavit? Cur eorum, frater, quærere ſemitas veteres nunc relinquis? Cur irruentibus in ovile Dominicum lupis, nulla vigilantia miniſterii paſtoralis obſiſtis, ſed æquanimiter atque ſecurus commiſſum gregem aut laniari perſpicis, aut necari? Non dicentem recolis Dominum, & animam ſuam quidem pro ovibus ponere pios pro devotione paſtores; mercenarium autem de his curam penitus non habentem, mox ut beſtiam forte conſpexerit, ſine ulla diffugere conſideratione teſtantem? Verum cum tibi fugiendi nulla ſit cauſa: nam nulla formido eſt: metuo ne ſepta Dominica non tam pavore deſerere, quam (quod eſt deteſtabilius) ſponte videaris ſævis dentibus objeciſſe *.*

(a) Galat. 5.

*Jejeciſſe

XXVII. *Auſculta vocem ejuſdem Domini præmonentis (b): Qui mecum non eſt, contra me eſt: & qui mecum non colligit, diſpergit: & diligenter attende, nihil aliud eſſe, non procurare quæ Chriſti ſunt niſi ſe palam profiteri ejus inimicum. Non deſperemus facere, frater, veram Salvatoris noſtri ſententiam (c), qua ſe uſque ad finem ſæculi Eccleſiæ ſuæ non defuturum eſſe pollicitus eſt: nec ab inferi portis eam dixit (d) eſſe ſuperandam; & quæ (e) omnia per Apoſtolicæ ſcita doctrinæ ligarentur in terris, nec in cæleſtibus memoravit abſolvi. Neque putemus, quod, quibuſlibet ſit vallata periculis, umquam pondus vigoris ſui, vel cenſura beatiſſimi Petri, vel auctoritas univerſalis amittat Eccleſia: quæ quanto magis cavet ne mundi proſperitatibus intepeſcat, tanto non frangitur, ſed potius erudita divinitus, creſcit adverſis. Unde * perſpiciendum eſt, ne eam, quæ nullis poteſt obrui motibus * procellarum quicumque eam ſubmergere nititur in ipſo ſæculi pelago fluctuantis; ipſe potius a gubernatione ſalutari in profunda dejectus, illa prævalente, mergutur.*

(b) Luc. 11.

(c) Matt. 28.

(d) Matt. 16.

(e) Matt. 16. 18.

* ubi.

* molibus

XXVIII. *Atque ideo, cum ita ſit, moneo, hortor, & ſuadeo, ut quæ commiſſa ſunt corrigas, & ſequentibus ſtudiis de te facias meliora ſentiri: Negligere quippe, cum poſſis deturbare perverſos, nihil eſt aliud quam fovere. Non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui evidenter facinori deſinit obviare. Unde ſi contra Synodi inſtitu-*

Perſtringitur Acacius a Felice Papa.

PAGIUS *copi Alexandrini reſponderet Acacius, atque ipſi denunciaretur Acacio, ut anathema diceret Petro.* Eſt autem Truentum vulgo *Tronto*, fluvius Piceni, qui dividit Marchiam Anconitanam ab Aprutio ulteriori, juxta quem fluvium erat *Truentum* oppidum, nunc plane excifum. Cumæ vero, vulgo *Cuma*, erat urbs Campaniæ in ora littorali inter Linternum & Miſenum oppidum prorſus everſum, ſicuti & Linternum & Miſenum. Viderat Breviculum Hiſt. Eutychian. Baronius, ut indicat num. XIX. ubi ex eo laudata verba citat. Extant etiamnum Epiſtolæ illæ Felicis Papæ ad Zenonem Aug. quas Vitalis & Miſenus Epiſcopi ſecum detulerunt, & recitantur a Baronio num. XXXI. & ſeqq. Extant & literæ Felicis Papæ ad Acacium, quas refert Baronius num. XXI. & ſeqq.

VI. Scripſit etiam Felix ad Vitalem & Miſenum Epiſcopos, ne quicquam agerent, priuſquam cum Cyrillo Acœmetenſium Monachorum Præpoſito *eſſent collocuti, & ab eo quid agendum eſſet, didiciſſent*, inquit Evagrius cap. 19. qui ſub-

Legati Felicis III. in carcerem conjecti.

ſtituta Chalcedonenſis tendere hoſtilia corda perſpicis, & quieſcis, mihi crede, neſcio quemadmodum te Eccleſiæ totius aſſeris eſſe participem. Ad te oculos præterea non reducis, quia non ſolum in hac cauſa adverſus omnem Catholici dogmatis tendatur unitatem, ſed etiam cunctis hæreſibus, quæ vel, ſe nobis melius ſentire prætendunt, reſumendi vires, atque inter uſus priſtinos reſurgendi, latus campus aperitur, ſi ſemel quod a noſtris majoribus eſt diſpoſitum, qualibet occaſione pulſetur.

XXIX. *Unde iterum atque iterum proteſtamur, ne in abruptum totius Eccleſiæ ſtatus per audaciam contra Synodum Catholicam inſurgere moliëntium ſinatur abduci. In quo quidem certamine firmum fundamentum Deus ſtatuet, ſicut de eo nobis licet ſperare; & novit Dominus qui ſunt ejus. Verumtamen, ſalvo eo, quod in die judicii talem a nobis Eccleſiam, certum eſt, qualem a Patribus accepimus, exigendam; etiam in hac vita ſe ad eam non pertinere cognoſcat, quia non ſolum plenitudine ejus noxia conatur inferre, ſed etiam qui ea quæ eidem congruentia ſunt, diſſimulat providere. Abſit ut de tua dilectione taliter nos credamus,[a] quem & dudum pro Catholica fide viriliter ſtetiſſe reminiſcimur, & a totius Eccleſiæ corpore nolumus diſcrepare. Quapropter inſtantius (qui te ſincero diligimus charitatis intuitu, crebro repetitis hortationibus incitamus, ut ipſe viciſſim ea poſt hac devites, quæ te ab omni domo Chriſti oſtendant eſſe disjunctum; nec magis illa ſecteris, quæ ab eadem te faciant eſſe diviſum. Multa vero (quia non opus fuit litteris univerſa congerere) quæque utilitas negotii præſentis efflagitat, fratribus & Coepiſcopis Apoſtolicæ ſedis legatione fungentibus, vel cum domno filio noſtro clementiſſimo Principe, vel cum tua dilectione colloquenda mandavimus: quod[a] æquum eſt & pro Catholicæ fidei obſervatione prompta mente ſuſcipere, & pro tua æſtimationis intuitu neceſſariam apud Auguſtæ mentis benevolentiam ſuggeſtionibus adjuvari.* Hactenus ad Acaciam Felicis epiſtola.

[a] quos

XXX. Vidiſti, & (ut par eſt) magna, puto, admiratione conſideraſti, quanta humanitate, charitate manſuetudine, ac denique patientia agitari Apoſtolicæ ſedis, judicia conſueverint: ut licet mille undique fuerint obortæ dignæ cauſæ in Acaciam graviores Eccleſiæ cenſuras experiendi; tamen ne ſuperbum, & arrogantem hominem in ſuorum pravorum affectuum foveam præcipitem ageret ſeverior diſciplina, optimus Samaritanus, & Chriſti Redemptoris arte bene inſtructus ad ſananda inflicta vulnera medicus, lenitate olei ulcus durum emolliat, adhibens interdum & correctionis debitæ vinum, ut illud omni purgatum ſanie redditum ſuſcipiendæ ſanitatis compos efficeretur. Ita plane accidit (a), ut bonus homo de bono theſauro ſuo profert bona, malus autem mala: etenim inſtar alienæ (b) vitis converſus eſt Acacius in amaritudinem: & quæ (c) expectata eſt ut faceret uvas, fecit labruſcas. Sed deſcribamus hic ex eodem codice Creſconiano epiſtolam ejuſdem Felicis Papæ ad Zenonem Imperatorem eiſdem legatis hoc anno datam, cui præfixus ejuſmodi ibi legitur titulus (d):

(a) Luc. 6.
(b) Hier. 2.
(c) Iſai. 5.
(d) Ex cod. C. Creſcon. ex noſtra bibliot. pag. 290. 2.

Incipit epiſtola exemplum beatiſſimi Papæ Felicis urbis Romæ ad Zenonem Auguſtum per Vitalem, & Miſenum Epiſcopos.

XXXI. Epiſtola Felicis Papæ ad Zenonem Imp.

Decebat profecto, venerabilis Imperator, poſt ſancta memoriæ deceſſoris mei tranſitum, meque in ejus locum divina gratia ſubrogatum, clementiæ tuæ litterarum munus offerre, quod vel ea, ſicut rerum poſcebat ratio, nunciarem, vel officioſitatis meæ primitias exhiberem: quibus tamen rite depenſis, etiam, illa pariter necterentur, quæ ad veſtri maximen Imperii, proſperitatiſque ejus ſuffragia pertinerent; quantoque eſſent ſtudio majore curanda, tanto dignioribus internuntiis explerentur. Itaque conveniens fuit, ut Vitalis & Miſeni fratrum & Coepiſcoporum meorum, & famuli veſtri Felicis Eccleſiæ Defenſoris ad vos neceſſariam legationem mitterem, qui non tam bajuli ſpecie iſta deferrent, quam meam vicem peragentes, me quodammodo vobis facerent eſſe præſentem. Per hanc igitur velut cominus honorificentiæ tuæ junctus colloquiis, precor ut ſupplicationem meam benignis auribus, ſicut Princeps Chriſtianus, accipias. Nec exiſtimet pietas tua quod quiſquam magis ſincera mente te diligat quam qui te pacem in Deo vult habere perpetuam: quando fideli mente non am-

PAGIUS ſubdit cap. ſeq. *Scripſit etiam Felix alias ad eoſdem commonitoria. Literas quoque dedit ad Zenonem, quibus eum commonebat tum de Chalcedonenſi Synodo, tum de perſecutione, quæ in Africa excitata fuerat ab Hunerico.* Sed poſteriores hæ Felicis literæ perierunt. Eas poſt vigeſimum diem menſis Maii ſcriptas fuiſſe oportet; cum literæ Hunerici Vandalorum Regis de perſecutione anno ſequenti excitanda, datæ ſint *ſub die XIII. Kalendas Junias, anno VII. Regni Hunerici*, ut videre eſt apud Victorem lib. 2. de Perſecut. Afric. qui eas in medium adducit. Septimus Hunerici Regis annus die XXV. menſis Januarii præſentis Chriſti anni inchoatur. Legati cum *Abydum* veniſſent, illic ab Imperatoris ſatellitibus comprehenſi, & chartis eorum ablatis cuſtodiæ mancipati ſunt, ut ſcribit Theophanes, cui hac in re major fides habenda, quam Anaſtaſio, qui eos apud *Heracleam* Thraciæ oppidum captos tradit. Conjectis in cuſtodiam

ambigas, & temporalis culminis poteſtatem, & æternæ vitæ commercia de ſuperna propitiatione pendere.

XXXII. *Ecce jamdiu eſt, quod B. Apoſtoli ſedes, datis per beatæ memoriæ deceſſorem meum ad ſerenitatem tuam litteris, expectans, & nullum recepit pro Catholica fide, pro Occidentalium * tranquillitate reſponſum; præſertim cum tuam conſcientiam, glorioſiſſime Princeps, metuendis obſtrinxerit illa ſacramentis, ne ſedes beati Evangeliſtæ Marci a doctrina magiſtri ſui, vel communione permitteres ſeparari. Sed quoniam præfati deceſſoris mei ſtudium, longa incommoditate faciente, hæc eadem crebrius iterare non potuit; per meæ nunc humilitatis officium ſolicitius repetere non quieſcit. Rurſus ergo Apoſtoli Petri veneranda confeſſio materne inſtat vocibus, & ſuorum præcipue filiorum compellare non deſinens confidentiam tuæ pietatis, exclamat: Chriſtiane Princeps, cur me a curricula charitatis, quo Eccleſia univerſalis adſtringitur, permittis incidi? cur in me rumpis totius Orbis aſſenſum?*

* Orientalium.

Pro Eccleſia Alexandrina ſupplicat.

XXXIII. *Quæſo te, fili piiſſime, ne tunica Domini deſuper contexta per totum, quæ in unum corpus ſancto Spiritu ubique regente, individuam fore Chriſti figuravit Eccleſiam, ulla patiaris forte violari: neve cujus inter ipſos qui crucifixerunt Salvatorem manſit integritas, tuis videatur temporibus eſſe diviſa. Nonne mea fides eſt, quam ſolam eſſe unam, & nulla adverſitate ſuperandam Dominus ipſe monſtravit, qui Eccleſiæ ſuæ in mea confeſſione fundatæ portas inferi numquam prævalituras eſſe promiſit? Hæc te renatum ad regiam ſuſtulit dignitatem, atque ab ejus impugnatoribus poteſtate extruſa prævalendi tibi denuo viam in ipſius defenſione patefecit.*

XXXIV. *Verum, quæſo, propone etiam exempla geſtarum, & hanc vicem meis repende beneficiis, ut quæ per rerum examina comprobaſti, & periculoſa præcaveas, & ſubſidia recuperatæ a te dignitatis affectes. Hæc rogo, quæ dicta Deus eſſe voluit per dictæ ſedis Antiſtitem, vel per mei ordinis parvitatem, qui tuæ ſecuritatis intuitu, hujuſcemodi ideo promenda judicavit, ut non tam per ejus qualemcumque Vicarium, ſed præſentis Apoſtoli velut auctoritate commonitus, altius vias & divinæ reverentiæ & humanæ conditionis aſpiciens (quod abſit) non ingratus exiſtere videaris collatæ felicitatis auctori. Redeat, obſecro, in animi tui integra deliberatione conſpectum, quæ inimicos tuos facta dejecerunt; quæ te ad Imperiale faſtigium, Deo comitante, revexerint; qualiter illi cum nefanda dogmatis receptione conciderunt, & quemadmodum gloria tua in hæreticorum fuerit depulſione reparata; ut illi contra Chalcedonenſis Synodi venerabilia conſtituta & beatiſſimi Papæ Leonis ſcripta venientes, ipſa ſui molitione collapſi ſunt; & quibus modis eorum reformationes ad priſtinum remearunt *, tuam reverentiam Principatum.*

* reparaſunt.

XXXV. *Liceat, oro, apud te fidenter exponere *, quem convenit non tacere. Unicum in te ſupereſt priſci nomen Imperatoris. Ne, quæſo, nobis ſalutem tuam, pie Imperator, invideas: ne fiduciam pro te minuas ſupplicandi. Cauſæ, quibus Dominus ſit propitius, inquirendæ ſunt, non quibus ejus indignatio provocetur. Convenio, conteſtor, obteſtor; quoniam metuo, horreſco, formido, ne mutatione cauſarum (quod abſit) mutetur eventus. Reſpice propitius ad deceſſores tuos Auguſtæ memoriæ Marcianum ſcilicet & Leonem, & tantorum Principum fidem, legitimus eorum ſucceſſor. Amplecti debes illorum in religione conſenſum, quorum debes memoriæ reverentiam. Abſit a tua devotione, abſit a tua poteſtate, ut talium credaris reſpuiſſe judicium.*

* exercere.

XXXVI. *Poſtremo profeſſionem tuam, conſcientiamque recolendam ſenſibus tuæ pietatis inſinuo: Palatii tui facite ſcrinia recenſeri, & ſcripta illa diligenter inveſtigari, quæ ad apicem ſummæ regrediens poteſtatis, ad deceſſorem meum pietas tua pro communi gratulatione direxit: his cum ſemper magna laude proſequeris, quod hæreticam tyrannidem prædicationis Catholicæ vigore contriveris, qua utique iſtius veritatis prædicatione nihil aliud quam de Eutychiano labores errore prorſus abolende, ejuſque ſequacibus excludendis. Hæc pro Synodi Chalcedonenſis definitione ſervanda, reducendoque ſanctæ memoriæ Timotheo rectæ fidei ſacerdote, tota ſua textus ſerie pie locuta eſt. Hæc certe tua manſuetudo cognovit: nec res incognitas tua clementia proferre potuiſſet, & palam aperteque profeſſa, quod laudum tuarum teſtificatione firmaſti.*

XXXVII. *Requirantur illa quoque, quæ ad ſanctæ memoriæ Timotheum Orthodoxum Alexandrinum Epiſcopum ſerenitatis tuæ paginæ ſunt locutæ, atque ex ipſis Actibus in-*

Ex prioribus poſteriora redarguit.

PAGIUS diam Legatis, primo quidem minatus eſt Imperator, ſe ſe eos interſecturum, niſi *Petro & Acacio* communicarent. Sed cum minæ nihil proficerent, ad blanditias converſus donis ac muneribus eos corrumpere aggreſſus eſt. Addito etiam jurejurando tam ipſe, quam *Acacius* iiſdem pollicitus eſt, integram cauſam Apoſtolicæ Sedi ſervandam eſſe, nec ullum inde præjudicium cauſæ futurum, ſi Legati cum Acacio & Petro communionis ſocietatem iniiſſent. Teſtatur id Gelaſius Papa in Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ, haud procul ab initio: *Sed Acacius non ſolum deſpexit ſatisfacere poſtulatis; verum etiam ipſam Legationem Sedis Apoſtolicæ blandimentis, promeis, perjuriiſque deceptam, quibus ei cum Imperatore promiſit, integram Præſu-*

lis

intuere, niſi Petro ex ea memorata urbe ſecluſo, qui ei Eccleſiæ tunc temporis incubabat, ſupradictum Timotheum non fuiſſe revocatum. Vos ad eumdem venerandæ recordationis Pontificem jam reductum Sacras venerabiles mox dediſtis, quibus fideli pectore gloriabamini, quod ſanctæ Eccleſiæ magnæ civitatis Alexandriæ providens Orthodoxæ fidei, Dominus noſter ac Salvator verum reſtituerit ſacerdotem. Ubi manifeſtum eſt, quia cum hoc verbum dixiſtis, illum fuiſſe falſum qui pulſus eſt oſtendiſtis: & cum in venerando Timotheo Orthodoxo fidem Dominum teſtamini reduxiſſe perverſam in omnibus in Petro prohibetis refutaſſe doctrinam; non ob aliud, niſi quia & ille qui Orthodoxus pronunciatur & verus, Chalcedonenſi Synodo (ſicut ejus tunc miſſa tenet profeſſio) conſentiebat; & iſte qui falſus & perverſus ejicitur, ab ejuſdem Synodi tramite diſcrepabat.

XXXVIII. *Denique cunctos Epiſcopos Ægypti, univerſoſque cleros * increpaſtis; veſtris generaliter apicibus ſancientes, ut niſi intra duos menſes ab his quæ a principio contra canones, contra Eccleſiam Dei, contra Orthodoxam fidem cogitaverunt, abſtinerent, atque beati Timothei communione, quam impie reliquerunt, digna pœnitentiæ ſatisfactione remearent; non ſolum deſpoliandos honoribus, verum etiam & Alexandrina urbe, & omni Ægyptiaca regione carituros: injuſtum enim videri, ſicut Chriſtianus Imperator affirmans, ut qui ſe ad Eccleſiam, quæ ubique terrarum eſt, ſegregarent, haberent ſacerdotes, aut ullo ſacro miniſterii nomine cenſerentur. Vos indigne ſeparatos ab Alexandrinis ſeditiones concitatas, eos qui propter ordinem clericalem ſimili deceptione tenebantur, niſi ſalutaribus monitis obedirent, tali pœna dignos arbitrabamini.*

* clericos.

XXXIX. Quæ in Petrum pro Timotheo. *Vos Petrum ſpeciali notantes elogio, quod illicite ſe Alexandrinæ injeciſſet Eccleſiæ, omnes qui tam ab eo, quam ab hæretica Timotheo jam defuncto fuerant ordinati, ſi infra ſtatuta tempora reſipiſcerent, ad communionem Catholici Timothei mandaſtis recipi, (non etiam ad male præſumpti gradus privilegia decreveratis admitti) conſequenter addentes, cæteros deteriora ſubituros, ſi eligere meliora noluiſſent. Vos cujuslibet poſt has varias ſatisfactiones cauſas tanctis penitus abſtuliſtis, quibus ipſos ab unitatis conſortio diſſidentes recenſuiſtis tuliſſe judicium. Vos de ipſius perſona Petri quicquam denuo deferendi, ſapienti conſideratione tacuiſtis: quippequem Eccleſiæ arce dejectum, ſimul pervaſi Pontificii videretis honore nudatum; nec ullo modo fieri poſſe, ut unquam vel Orthodoxis præſideret, qui aut a nullis aut ab hæreticis fuerat inſtitutus; vel recidiva tertiæ temeritate, violentus ovili Dominicum ſubdolus & invidioſus intraret.*

Atque ideo quod corrigendis ejus prætendebatis ſectatoribus irrogandum, huic jam quaſi magiſtro ſceleris rationabiliter deputabatis inflictum: ut quibus fratres merſerat ad ruinam, fieret ipſe metuendæ damnationis exemplum. Quodque adeo verum eſt, ut ſuperſtite venerando Timotheo legionem ſollicite juſſeritis, ſi idem humanitus aliquid eveniſſet. Vos nonniſi de Catholicorum collegio clericorum & a Catholicis conſecratum ſubiiſtis videre paſtorem: quia ubique nullo more, nulla ritu ſub veſtræ ſerenitatis obtutibus, hæreſis ipſe præcipuus Eutychianæ dementiæ potuit eſſe vel dici Orthodoxi ſucceſſor Antiſtitis. Quo igitur animo beſtiam, quam a gregibus Chriſti duxiſtis abigendam, in eorum denuo patimini ſævire perniciem? Certe legibus, quas univerſis impoſitis, magis, vultis vinci, quam promulgare contraria: quanto ſatius fuerit, intemerata perſiſtere quæ heri pro integritate retinenda totius Eccleſiæ protuliſtis, quo & tui Catholici Imperii auctoritas inconvulſa permaneat, & nihil accedat quod actibus apud Dominum veſtræ felicitati obſiſtat. XL.

*Cernis enim, venerabilis Imperator, quia ut Chalcedonenſis Synodi indubitata defenſio inimicorum ejus eliſio eſt, ſic viciſſim manifeſta illinc impugnatione comprobatur hoſtium veneranda ipſius cognitionis * erectio. Meminiſtis quemadmodum verba divina nos inſtruant neque in dexterum, neque in ſiniſtrum limitem rectæ diſpoſitionis excedere, ſed via (ut ſcriptum eſt a) regia mediaque gradiendo; hinc atque inde Neſtorii Eutychetiſque ſacrilegia condemnata deteſtans, ita magnæ pietatis prædicent ſacramentum, ut omnipotentis Dei Patris conſubſtantiale ſempiternumque Verbum, quod incommutabili Deitate & incarnatum eſt, & ab ipſo ineffabilis conceptionis exordio, quam ſibi in utero Virginis matris potenter inſtruxit, unum eumdemque Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, unum eumdemque Dei & hominis Filium, unum eumdemque inconfuſe, indiviſe Deum hominemque veraciter permanentem intemerata Patris lege prolatum, in hoc mundo fuiſſe conſpicuum *, divina ſimul humanaque geſſiſſe; mortuum, atque ex mortuis exurgentem, in Patris dextera reſidere, itemque inde venturum, ut eſt viſus ire in cœlos, eatenus profiteantur, quatenus librorum memorat traditio divinorum, & Nicæni Concilii forma, ſicuti cuncti retro prædi-* XLI.

* protectionis.

(a) Deut. 5.

Veræ fidei doctrina.

* perſpicuum.

PAGIUS *ti Apoſtolici cauſam de omnibus eſſe ſervandam, Petri a communione pollutam redire perfecit.* Quæ ſub finem hujus anni, vel currentis initio contigere.

[d]everе Pontifices: ſic eorum tam Epheſino primo competenter inſerta Conventui, quo beati Papæ Cæleſtini temporibus Neſtoriana peſtis extincta eſt, quam datis Auguſtæ memoriæ Leoni ſanctæ memoriæ Leonis Papæ epiſtolis capitula ſubjecta teſtantur: quibus vir ille conſulens etiam totius Orientis Epiſcopis, eorumque reſponſa, ſubſcriptioneſque ſuper Synodi Chalcedonenſis approbatione ſuſcipiens, ea nullatenus paſſus eſt mutari; quæ magis Chriſtiana mente perpendit, & hoc eſſe verum, quod cum divinis aſſertionibus Catholicorum de toto Orbe doctorum longe antequam hujuſmodi quæſtio naſceretur, conſonantia ubique dicta concinnerant: & ideo nulla iteratione refodienda, quæ conſtarent jure damnata: ne non ſolum cauſa præſens in omne Catholici nominis extendat exitium, sed etiam cunctis reſiduis publica bella reſumendi pandatur occaſio, ſi quolibet modo, quod ſemel a veteribus univerſaliter deciſum eſt, retractetur: uti eſſe jam etiam pervidetis Alexandrinæ Eccleſiæ perverſorem funeſta diu impunitate graſſantem, veſtris præceptionibus, quibus merito dudum probatur ejectus, eſſe nihilominus abigendum.

XLII. Refellit falſos prætextus Zenonis.

An non ipſe eſt per triginta annos Catholica deſertor Eccleſiæ, inimicorumque ejus ſectator & doctor, & ad fundendum ſanguinem ſemper velox fuit & promptus. Numquid ad hunc iſtum diſſimulationem ſumus quadam ex conniventia præceptoris? In qua re vera non eſt opus diſcuſſione ſubtili; quia ejus aperta ſunt crimina. Dolet certe pietas tua, quod per diuturnos partis alternæ graveſque conflictus multi ex hoc ſæculo videantur ablati aut baptiſmatis aut communionis expertes. Sub hoc ergo Præſule ne ſint baptizati, & efficiantur hæretici, & ſine communione tranſeant, ne in perditorum pravitate deficiant: ut quemadmodum ſcriptum eſt (a): Cæcus cæco ducatum præbens, cum eodem mergatur in foveam.

(a) Matt. 15.

XLIII.

Non eſt hoc, oro te, acerrimum decreviſſe periculum, quando nec ſauciis adhibetur firma curatio, & ſanis ingeritur miſeranda contagio? Num quomodo ajunt ſedari poſſe, ſi in futuro furores ſuos patiantur? Quid eſt illud dicere jam nanſum nullum ſupereſſe certaminis, niſi hæreticæ victoria tribuatur? Proinde quibus inferri caſtigationis aliquid etiam corporalis, ut pater benignus horreſcit; multo clementius eorum animas non patiaris interripi, ſed pia depoſitione compreſſos tandem ſubdi facias Catholico ſacerdoti: ut vera generationis effectum & ſecurum ſibimet profutura communionis auxilium conſequantur. Subjecit vobis divina providentia facultatem, qua ſtidem effringatis opera perfidorum. Depulit ille noſtræ religionis vaſtatorem: vos ab ejus Eccleſiæ cervicibus irruptionem deturbate prædonum. Pacavit ille Rempublicam (ſicut veſter quoque ſermo teſtatur) a tyrannide hæretica: libertatem vos ab ipſis hæreſeos præceptoribus populos eruentes, Chriſtianis reſtituite. Ille vos aula legitimæ reſtituit Imperatoris jure ſuffultos: reddite vos magiſtro diſcipulum: ſedem beati Marci Evangeliſtæ ad communionem beatiſſimi Petri, de vita eorum meritis devotione reducite: ut ipſo in vobis opus bonum perficiente, qui cœperit, ſecure audire mereamini (b): Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit: & ad tuæ gloriæ cumulum, ita vice Dei præſidens, verendus veraciter exiſtens Divinitatis imitator; atque adhuc in rebus temporalibus conſtitutus, jam experiaris & munus in æternam tibi beatitudinem præparatum.

Quæ a Zenone præſtanda.

(b) Matt. 10. 24.

XLIV.

Quod vero cuncta litteris non potuerunt comprehendi, quæ negotii qualitas non ſinit præteriri; quædam venerabilibus noſtris fratribus, & Coepiſcopis meis, quibus cura legationis injuncta eſt, proprio apud vos agenda ſermone, commiſſa ſunt. Precor ut ea quæque & audire benignus, & indifficulter annuere tum pro Catholicæ obſervantia veritatis, tum etiam pro regni veſtri incolumitate dignemini. Hactenus Felicis Papæ epiſtola ad Zenonem Imperatorem, fortiſſima ipſa quidem ad redarguendum, & potentiſſima ad ſuadendum, ac digna plane tanto Apoſtolicæ ſedis Antiſtite, ſed mendoſa ſcriptio atque carioſa vetuſtas reddunt eam in nonnullis obſcuram.

XLV.

Quod vero magnopere crederetur fore ut Acacius refractarius ſuaſionibus Pontificis & Apoſtolicæ ſedis monitis minime acquieſceret; ſed contumaciter ſolita arrogantia reſiliret; optime conſultum fuit, ut iiſdem legatis daretur citationis libellus, quo Acacius ad Apoſtolicam ſedem ad reſpondendum objectis coram ipſo Romano Pontifice vocaretur; qui ſic ſe habet ex eodem codice ſcriptus.

XLVI. Libellus Felicis Papæ ad Acacium.

Epiſcopali diligentia commonente, debuerat dilectio tua Eccleſiaſticum morem ſecuta, quid reſponſio ſanctæ memoriæ prædeceſſoris mei per virum devotum Uranium ſubdiaconum apud clementiſſimum Principem, quid apud te quoque litteræ ipſius in cauſa Alexandrinæ Eccleſiæ protulerint, indicare: & curam, cujus te non immerito voluit eſſe participem, cuncto ſtudio proſperarum ſignificatione moliri; ut Catholica fides apud Chalcedonenſem Synodum roborata, & iterum firmata reſponſis omnium qui in eadem reſederunt Domini ſacerdotum, quam inopinato rurſus hæreticorum pravitas inquietat, communi opere inimicis propriis ſubjacere non permitteretur oppreſſa. Quod cum diu omittitur, ſuperveniens & Coepiſcopus

no-

*noſter Joannes fugatus ab hæreticis pervaſoribus ſedis Alexandrinæ, libellum nobis, quem ſanctæ memoriæ deceſſori meo paraverat porrigendum (quantum ex ſubjectis agnoſces) ingeſſit. Quem morem majoris ſui beatæ memoriæ Athanaſii exemplo & priorum * noſtrorum, non potuimus refutare.*

* piorum.

XLVII. * ſubjectis. *Et ideo lectis ſubditis *, frater cariſſime, ad hæc quæ propoſita eſſe cognoſcis, apud beatum Petrum Apoſtolum, cui preces in nobis oblatas pervides, & quem ligandi atque ſolvendi a Domino poteſtatem ſumpſiſſe, non potes diffiteri; & in Conventu fratrum, & Coepiſcoporum noſtrorum reſpondere feſtina: ut in alterutram partem quod juſtitia paraverit, ordinantes, amotis ſcandalis Eccleſiarum, quas ſcindi videmus, reparata concordia, & ſervata integritate fidei, puris mentibus acceptiſſimas faciamus placationis hoſtias, quas pro omni populo Chriſtiano & ſalute glorioſiſſimi Imperatoris offerimus. Ad quam rem de collegio noſtro fratres, & Coepiſcopos noſtros Vitalem & Miſenum, cum quibus illum a latere noſtro fideliſſimum noſtrum Felicem Defenſorem, ſanctæ Eccleſiæ Romanæ ordinatione direximus: quibus moram fieri non oportet, ne ad indignationem Domini provocandam, quæ corrigenda ſunt, procraſtinationibus convaleſcant.* Hucuſque libellus Acacio offerendus. Junctus huic fuerat & ille oblatus Romano Pontifici libellus Joannis Epiſcopi Alexandrini, ſed deſideratur in codice: ubi tamen ſcriptus extat hujuſmodi ejuſdem Felicis Papæ libellus ad Zenonem Imperatorem.

XLVIII. Libellus ad Zenonem Imp. *Cum ſibi redditam pacem, compreſſis per vos hæreticis, qui ſentiebantur attolli, univerſalis gauderet Eccleſia, & veſtræ pietatis Imperium etiam de inimicis ſuis victoriam reportaſſet, & per univerſum Orbem pro ſalute veſtræ ſerenitatis oratio cunctorum oraret ad Dominum ſacerdotum, & veſtra pietas fidei cuſtos & defenſor Orthodoxiæ ſub æterni Regis propitiatione regnares: quando venerandi apices veſtri, & Deo proxima currens de ſacro pectore frequenter auctoritas, inter gaudia recepti Imperii, Petrum converſatum cum hæreticis, & parricidæ illi Timotheo cohærentem, a profanis (quia nec ab aliis fieri poterat) Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopum, quantum ſibi exiſtimaverat, ordinatum, acceptiſſima Deo præceptione dejecerat; & tyranni litteras, quas in everſione contra fas & ſacroſancti Chalcedonenſis Concilii definitiones mens inſana dictaverat, pro regni ſui commendatione evacuavit: ita deinde illicitas ordinationes ejus, vel etiam Timothei, utpote hæreticorum, irritas fecit; atque eos, quantum extra Eccleſiam fuerint, judicavit *.*

* indicavit.

XLIX. *Sed nunc eum, mutatis omnium gaudiis in mœrorem, Eccleſiæ Alexandrinæ cognovimus præſidere. Quod ſi verum eſt (ut Chriſtianiſſimo Principi coram Deo fiducialiter eſt faciendum) divino judicio ſuggerimus, non leviter eſſe penſandum; niſi certis remediis, quod in contumeliam Dei factum dicitur, fuerit expiatum. Et quia (ſicut ſcriptum eſt) (a) unius membri totum corpus patitur paſſiones, in perſona ejus Orientis concutiuntur Eccleſiæ. Quod fratrem & Coepiſcopum meum Conſtantinopolitanum reſpicit ſacerdotem; adverſus quem in Conventu mihi ab eo, cujus ſedem præfatus fertur tenere, libellus oblatus eſt, quem deplorationibus meæ humilitatis annexui; ut idem frater & Coepiſcopus meus Acacius (ſicut Eccleſiaſticis neceſſe eſt, & veſtris legibus fieri decet) ad hæc quæ ad ſe pervidet intimari, apud beatiſſimum Petrum Apoſtolum diluere obedienter procuret, nec ullo modo exiſtimet differendum. Qui ſi (quemadmodum confidimus) bene conſcius eſt Apoſtolicum non debet judicium cum conſacerdotibus ſuis & moderationem abjicere; ut ſacerdotalibus actibus & comprobatione fideli comprobatus, primum Chriſti Domini noſtri atque omnium ſacerdotum, ac deinde pietatis veſtræ gratia glorioſus perfruatur.* Hucuſque Felicis Papæ libellus ad Zenonem contra Acacium. Deſideratur vero (ut diximus) Joannis Epiſcopi Alexandrini libellus, quem his ſe ſubjeciſſe idem Felix affirmat. Cæterum non ad Zenonem ſolum atque Acacium per eoſdem legatos datæ ſunt litteræ Conſtantinopolim, ſed etiam ad clericos, monachos, atque Laicos Orthodoxos, ut teſtatur Liberatus Diaconus (b). Intueris Romani Pontificis amplitudinem, & eminentem ſubiici neſciam auctoritatem: dum licet Romæ ſub Erulis Arianis propemodum captivus ageret, Zenonem Auguſtum gravibus coercet epiſtolis, & Conſtantinopolitanum Antiſtitem ad dicendam cauſam Romam vocet (ut ex recitatis modo Felicis Papæ ſcriptis vidimus) cum Alexandrinus Patriarcha apud ipſum Romanum Pontificem, oblato libello, eundem accuſaſſet Acacium, probe ſciens majorum exemplo Romanum Pontificem univerſali Eccleſiæ Judicem præſidere.

(a) 1. Cor. 12.

(b) Liber. Diac. in Brev. c. 18.

L. Quæ per hanc legationem Felix Papa perfici voluit. Meminit etiam earumdem litterarum & aliarum (ut diximus) Evagrius, qui de accuſatione Joannis Alexandrini Epiſcopi contra Acacium in oblato libello congeſta agit; & quomodo Felix Papa, ut Romam ad dicendam cauſam idem Acacius mitteretur, a Zenone petierit, narrat, res omnes paucis complexus poſt refutatum Zachariam hiſtoricum rem tantam ambagibus obvolventem; ait enim: (c) *Cum libelli a Joanne Felici contra*

Aca-

(c) Evag. l. 3. c. 18. 19. 20.

Acacium, quod contra Eccleſiæ ritum cum Petro communicaverat, deque aliis facinoribus ab eo contra canones admiſſis dati erant: mittuntur a Felice ad Zenonem Vitalis & Miſenus Epiſcopi ut ejus auctoritate tum Concilium Chalcedonenſe firmaret, tum Petrus ut hæreticus Epiſcopatu pelleretur tum denique Acacius mitteretur ad ipſum Felicem, rationem de rebus, quas Joannes, cujus mentionem ſæpe fecimus, ei objectaſſet, redditurus. At priuſquam Vitalis & Miſenus venere ad Imperatorem, Cyrillus qui monachis, quos ἀκοιμήτους, hoc eſt, Inſomnes, vocant, præerat, mittit ad Felicem, quod eum, cum tam gravia peccata contra veram fidem commiſſa eſſent, inſimularet tarditatis.

LI. De tempore perſecutionis Africanæ Eccleſiæ. *Felix igitur ſcribit ad Miſenum, ut nihil ante moliretur, quam eſſet cum Cyrillo collocutus, & ab eo quid eſſet faciendum didiciſſet. Aliæ præterea litteræ a Felice tum ad illos, tum ad Zenonem ſcriptæ fuerunt, quibus eos, non modo Concilii Chalcedonenſis, verum etiam perſecutionis in Africa regnante Theodorico excitatæ, in memoriam redigeret.* Hæc Evagrius: ea quibus intelligis pariter, hoc anno poſtquam legati ab Urbe receſſiſſent, fuiſſe excitatam in Africa adverſus Catholicos perſecutionem, de qua legatos jam profectos litteris admonuiſſet. Agemus de ea inferius, poſtquam quæ reliqua ſunt rerum geſtarum anni hujus Felicis Papæ adverſus alios hæreticos fuerimus proſecuti. Quæ vero Conſtantinopoli per legatos acta ſint, ſuo loco dicentur inferius anno ſequenti.

LII. Petrus Fullo Epiſc. Antioc. damnatus Romæ. Hoc itidem anno primo Felicis Romani Pontificis, in eadem quæ eſt habita (ut dictum eſt) Romæ Synodo, ab eodem Romano Pontifice damnatus eſt Petrus Fullo, idemque dictus & Cnapheus intruſus poſt ejectum Calendionem Epiſcopus Antiochenus. Hæc quidem hoc ipſo anno facta eſſe, certum inde argumentum deducitur, quod eum in litteris de ejuſdem Petri damnatione mentio habeatur de Acacio adhuc præſidente Epiſcopo Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, quem tamen conſtat anno ſequenti a Felice exauctoratum; aſſirmandum eſſe videtur, id factum hoc anno: nec dicere poſſumus eadem facta eſſe antea; cum hæc ipſa non ab ejus prædeceſſore Simplicio, ſed à Felice Papa peracta eſſe noſcantur, qui (ut vidimus) hoc anno ſedere cœpit. Magna profecto iſta Romæ habita Synodus dicenda eſt, in qua tanta ſunt geſta, cui Romanus Pontifex præfuit Judex, advenit Alexandrinus Patriarcha actor, citatuſque ex ea Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & Antiochenus depoſitus ſententiam damnationis accepit.

Acturi igitur de Petri funeſtiſſimi hæreſiarchæ damnatione hoc anno Romæ in Concilio per Romanum Pontificem Felicem facta, quæ antea præceſſerunt in medium adducemus. Accidit autem, ut (quod dictum eſt) nefarius Petrus, quam occultaſſet in corde, repentina eruptione in conſpectum omnium hæreſim propalaret, nempe ſe non Eutychianum eſſe tantum hæreticum, ſed & Apollinariſtam atque Sabellianum: dum ſacro Triſagio cani ſolito in omnibus Orientis Eccleſiis divinitus hominibus impertito, quo dicitur, SANCTUS DEUS, SANCTUS FORTIS, SANCTUS IMMORTALIS, addidit iſte in hæc verba blaſphemiam, QUI PASUS ES PRO NOBIS, adſcribens nimirum paſſionem ſanctiſſimæ Trinitati: deque his litteras ſcripſit ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum. Quo quidem portento edito ſe primo detexit eſſe Eutychianum, dum unam in Chriſto affirmabat eſſe naturam; & cum diceret carnem de cœlo allatam, in Verbum eſſe converſam, ſe eſſe docuit ſectatorem Apollinaris: cum vero æque Patri, ac Filio, Spirituique ſancto paſſionem conjungeret, plane Sabellianum ſe aperuit, aſſerens unam tantum totius Trinitatis eſſe perſonam, ſicque majori cumulo redderet proſcriptum diu ante nefandum Theopaſchitarum errorem, excitans & blaſphemias Marcionis, Valentini, Manetis, & aliorum jam diu ante ejectorum hæreticorum. LIII.

Hæc autem ubi audierunt Orthodoxi Epiſcopi Orientales, horreſcentes tot blaſphemiarum involucrum inſtar ſerpentum mutuis ſpiris inter ſe invicem glomerantium continuo exclamavere. Sed & Acacius Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſimulac ad ſe ſcriptam ab ipſo Petro audivit horrendam blaſphemiam, quantumlibet eidem Petro nonnihil ſtuduiſſet, tamen ad dementem hominem curandum, congregavit Conſtantinopoli Concilium. LIV. Synodus Conſtantinop. contra Petrum Cnapheum.

Epi-

PAGIUS VII. *Synodi Conſtantinopolitana & Romana adverſus Fullonem fictitia.* A num. LII. ad LXXIX. Baronius, cumque ſecuti Conciliorum Collectores duas hoc anno Synodos, in quibus *Petrus Fullo* damnatus ſit, proponunt, *Conſtantinopolitanam* ſc. ab Acacio, & Romanam a Felice Papa habitam. Verum nulla Synodus hoc anno adverſus Fullonem celebrari potuit, quia *Calendio* Epiſcopus Antiochenus per vim & calumniam anno tantum CDLXXXV. depoſitus eſt, & in ejus locum Petrus Fullo tunc ſubſtitutus. Præterea quorſum, inquit Valeſius in Obſervat. Eccleſiaſt. ad Evagrium lib. 2. cap. 4. *Acacius* Petrum Fullonem iterum damnare neceſſe habebat, quem *Simplicii* Papæ temporibus jam ante damnaverat, ut anno CDLXXVII. demonſtravi. Quorſum item Felix neceſſe habebat, *Petrum Fullonem* ſententia ſua damnare, qui jam ante a Simplicio fuerat damnatus in Synodo Romana anno CDLXXVIII. congregata, ut eo anno oſtendi. His rationibus hanc addo, quod non

ſolum

Epiſcoporum, ubi ab omnibus inſanus ille Petri damnatus fuit error. Meminit ejuſdem quoque Synodi Conſtantinopoli ab Acacio celebratæ Felix Papa in poſteriori epiſtola ad ipſum ſcripta. Extant adhuc & epiſtolæ (*a*) a diverſis Epiſcopis ad eumdem impoſtorem protinus datæ: & inter alias, quam ſcripſit Antheon Epiſcopus Arſeniotis in Ægypto, cujus eſt exordium: *Multum valde anguſtiatus ſum ſuper te frater honorandiſſime; quoniam per te magnum oritur ſcandalum, &c.* Meminit de ipſius ad Acacium, quibus aſtruebat hæreſim, litteris.

(*a*) *Habentur t. 2. Conc. in vet. edit. in exordio Quintæ Synod. & recent. edit. in Felice Papa, habet eaſdem cit. ſuperius C. Vaticanus.*

LV. Scripſit etiam ad eumdem Petrum Fauſtus Epiſcopus Apollonidis, necnon Pamphilus Epiſcopus Abydorum, alias Amidenorum ab Acacio Epiſcopo Conſtantinopolitano, ut id faceret, perſuaſus: nam inter alia: *Multa* (inquit) *triſtitia repletus hæc tibi uddo ſimul cum Acacio indactute me ad hoc ipſum, &c.* Sed & Aſclepas Tralliarum Antiſtes id ipſum naviter operatus eſt, ſcribens pariter ad eum epiſtolam, cujus eſt, principium: *Ecce cariſſime, repletus eſt mundus ſcandalo &c.* Acacius quoque qui Auctor illi extiterat reaſſumendæ ſedis Antiochenæ facti ſero pœnitens eumdem Petrum graviſſimis admonuit litteris, quæ ſic incipiunt: *Obſtupuit cœlum, & tremuit terra; mota ſunt autem & fundamenta ſanctæ Dei & Apoſtolicæ Eccleſiæ; luctus & ploratus apprehendit ſacerdotes Chriſti in his quæ ego & ſancta Synodus hic ſecundum Dei nutum congregata audivimus fieri a te frater:* & quæ ſequuntur. Qui autem poſt epiſtolam ſubiiciuntur in codice anathematiſmi, non ſunt ad Acacii epiſtolam ſpectantes, ſed ad epiſtolam Quintiani Epiſcopi Aſculani, ut præfert Vaticanum Latinum pervetus exemplar, in quo & dictæ epiſtolæ emendatiores leguntur, quam in ſecundo tomo Conciliorum, ubi editæ reperiuntur cum aliis ab Occidentalibus ad eundem datis.

LVI. Tantæ autem blaſphemiæ tonitruus, qui Orientem feriendo concuſſit, non ſine horrore in Occidente auditus eſt. Cum & Romanæ urbis Felix Antiſtes ſuper univerſum gregem invigilans, his quantocyus occurrere feſtinavit: collectaque Synodo nefandum damnavit errorem, ſcripſitque ad eumdem Petrum litteras, quibus ejus ſingulas blaſphemias confutavit: ſed primo cum luctu ita exorditur: *Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lacrymarum? &c.* in fine autem de collecta Synodo meminit verbis iſtis: *Hæc tibi ſcripſi una cum præſenti Synodo conveniens te coram Deo & ſanctis Angelis, ut ea doceas, & nobiſcum ſentias, ut illibata fides noſtra permaneat ad gloriam Dei.* Addidit & poſt has alias commonitorias litteras, ut idem Papa teſtatur in ſententiæ libello adverſus eumdem Petrum conſcripto: ſed cùm has omnes deſpexiſſet, damnationis in eum ſententiam irrogavit, ut ſuo loco dicemus.

Romana Synodus in cauſa Petri Cnaphei.

LVII. At non Felix tantum in Occidente, ſed (ut dictum eſt) & Quintianus magni nominis Aſculanus Epiſcopus id ipſum præſtitit ſcribens & admonens nefarium Petrum de illatis ab eo in Deum blaſphemiis: eſt ejus epiſtolæ exordium (*b*): *Multifariam multiſque modis a veritate cariſſime, declinaſti, &c.* Poſt multa autem duodecim appoſuit anathematiſmos, qui ſic ſe habent:

(*b*) *Extat apud t. 2. Concil.*

LVIII. *Omnis qui dicit unam naturam Dei Verbi & carnis, non duas unitas indiviſaſque; damnetur.*

Si quis confundit duas Chriſti naturas dicens Deum paſſum carne, & non paſſum Chriſtum carne, ſecundum Apoſtolum; damnetur.

Si quis impaſſibilem & immortalem Deum Verbum dicit converſum in paſſionem & mortem, & non hoc reddit ejus carni; damnetur;

Si quis nomen Triſagion, hoc eſt, ter ſanctum dicit propter nos crucifixum, & non Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum; damnetur.

Si quis poſt vocem ter ſanctam, Deum dicit crucifixum propter nos, & non potius unum Filium, cui in medio ter ſanctæ vocis hymnus dicitur; damnetur.

Si quis hominem dicit qui pro nobis crucifixus eſt, ſive Deum, dividendo naturas, & non eas copulando in crucifixione ejus damnetur.

Si

PAGIUS. ſolum utriuſque Concilii apud Antiquos nulla mentio ſit; ſed etiam ex libello Synodico conſtet, Zenonem Aug. Joannem Tabennioſitem Alexandria expuliſſe, & in eam Petrum Mongum, dato ei ſuo Henotico, remiſiſſe, *qui hæretica convocata Synodo, Chalcedonenſem ſanctam Synodum anathemate notavit; Acacium Conſtantinopolitanum adjutorem habens.* Quare Acacius hoc tempore non tantum hæreticos non damnavit; ſed fovit, illiſque adhæſit. Imo idem Anonymus refert poſtea, Synodum Romanam a Felice Papa adverſus Petrum Mongum & Acacium habitam, quæ utrumque *anathemate notavit, & ſanctam Chalcedonenſem Synodum confirmavit*, ann. ſc. ſequenti, ut ibidem videbimus. De Synodo vero Romana adverſus Fullonem non loquitur, niſi poſtquam iſtam recitavit, quam infra anno CDLXXXV. celebratam eſſe dicemus. Quare cum iſte Auctor, qui Synodus per hæc tempora in Oriente coactas accurrate narrat, de Synodo Romana adverſus Fullonem taceat, ea ſine dubio fictitia. Quæ vero Baronius hoc anno de Synodo Romana adverſus *Fullonem* congerit, partim ad annum CDLXXVIII. partim ad annum CDLXXXV. pertinent, ubi de ea commodius agemus.

Digitized by Google

Si quis dicit duas perſonas, ſeu ſubſiſtentias, & non potius duas naturas in unam perſonam & unam ſubſtantiam concurrentes; damnetur.

Si quis alterius ſubſtantiæ dixerit carnem Domini a carne noſtra, & non potius nobis conſubſtantialem abſque peccato; damnetur.

Si quis Deum hominem, & non magis Deum & hominem dicit; damnetur.

Si quis dicit creatum Patris Verbum, & non magis ejus carnem; damnetur.

Si quis dicit conſubſtantialem carnem Domini Deo & Patri, & non potius Deum Verbum; damnetur.

LIX. *Si quis dicit ſine mente & ſine anima Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & pro ea habuiſſe divinitatem, & ex hoc dicendum paſſum carne Deum, & non magis mentem cum anima rationali humanatum Deum Verbum, & impaſſibilem dicendum eumdem divinitate, humanitate vero paſſibilem; damnetur.* Hactenus Quintiani anathematiſmi. Qui autem apud ſecundum tomum Conciliorum poſt hos duodecim ſequuntur octo alii anathematiſmi, non ſunt Quintiani Epiſcopi Aſculani, ſed Aſclepiadis Trallenſis Antiſtitis, ut apparet ex codice Vaticano: non enim plures quam duodecim fuerunt Quintiani anathematiſmi, de quibus ipſe mox iſta pergit dicere.

LX. *Has duodecim damnationes direxi tibi, ut metuens horum judicia, recedas a tua calidiſſima novitate: ſciens quia oportet nos ſequi relationem ſanctiſſimi Epiſcopi Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Procli: quomodo cum in Campum concurreret cum omni populo ſuo inundante pro terræmotu eadem fluctuante civitate, & luctu ab omnibus emiſſo, repente puer in aera a quadam virtute elevatus eſt, eique præceptum eſt, ut in Litania diceretur Triſagion, hoc eſt, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miſerere nobis: & hæc denunciare Epiſcopo juſſus eſt, qui per tres horas ſtetit in tribunali circa pedes ejuſdem Epiſcopi: & hoc narravit puer. Et iſtam Litaniam facientibus, ſteterunt illi terrores. Sic itaque & tu Litaniam facito, & ceſſabit a te ira prolata: alioquin veniet ſuper te Felicis Papæ noſtri damnatio. Cuſtodiat autem Deus Mundum a ſcandalis nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.* Hactenus de his Quintiani epiſtola reddita ex codice Vaticano: quæ licet ſuo loco, eo anno quo acciderunt, fuerunt coartata: ob prodigii excellentiam haud piguit ex ejuſdem Quintiani epiſtola hic repetere. Sequebatur in codice poſt Quintiani litteras epiſtola Juſtini Epiſcopi in Sicilia ad eumdem Petrum blaſphemum data, quæ incipit: *Oportet armari militem adverſus hoſtem, &c.* Ubi poſt nonnulla hanc ſalubrem admonitionem apponit: *Quieſce ergo ab hac impietate ſæviſſima, non inducias ſcandalum, & non eris cauſa perditionis ſimplicium hominum: ne forte Pontifex noſter Felix ſecundum canones te condemnet; & nihil tibi proderit dicenti: Ego bene hæc appoſui, dum Crucifixum in voce Triſagion ſum confeſſus, &c.*

Sed in eodem codice Vaticano extat epiſtola Flacciani Epiſcopi Rhodopenſis hactenus nuſquam edita. Fuiſſe hic unus videtur ex illis Epiſcopis, qui ex Ægypto Romam cum Joanne Alexandrino venerunt, atque Romano Concilio interfuerunt. Habentur in ea nonnulla ſuo ipſius exordio, quomodo hic nefarius deceperit Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ut reſtitueretur in ſedem. Reddamus hic aliqua ex ea, ab ipſo epiſtolæ initio inchoantes, quod eſt hujuſmodi: LXI.

Venatores beſtiarum iracundia non terrentur, neque ſanguineis earum oculis perturbantur; ſed potius ex adverſo provocant eas qui confidunt in jaculis quæ ſecum habere noſcuntur. Et veritatis indagatores non metuunt Regum & Principum hæreticorum iracundias, nec qui inflammant in ſubverſionem oculos ſuos; ſed accedunt ad eos viriliter, ſi quo modo poſſint ex iis cibum Deo venari, cum faciunt furorem ceſſare eorum, quem habent de mala conſcientia, ſi quando ſancto Spiritui reluctantur. Hirundo dum non prævalet in hieme conſiſtere, apprehendit ea loca ubi tranquillus aer eſt: & pii viri hæreticorum fluctus reſpicere non valentes, illuc confugiunt, ubi fides temperata conſiſtit. Præfatur iſta Rhodopenſis, quod in adeo horrenda tempeſtate, qua Oriens obriguiſſet algore perfidiæ, ipſe Romam ad Apoſtolicæ ſedis tranquillitatem inſtar hirundinis commigraſſet. Sed quomodo ipſe feram beſtiam ſe appetere dicat, ejuſmodi eum exagitans invectiva demonſtrat: LXII. Epiſtola Flacciani Epiſcopi Rhodopenſis ad Petrum.

Quis eſt igitur qui procellas excitavit hareſum, niſi tu, qui ſollicitaſti aures Principis innocentis, & falſis litteris cor Pontificis erexiſti, id eſt Acacii, ut ad communionem te ſuſciperet, dicendo: non mihi fiat ulterius crucem apponere Trinitati, prædicando tantum Chriſtum crucifixum. Cui enim non videatur errare ſermo impudentiæ? Ubi ergo ex hoc declinans, remaneam non ſuſceptus a vobis? Et ubi ſunt viſcera Chriſti ad Petrum? Sunt hæc verba olim ſcripta ab ipſo Petro ad Acacium, cum ſe ſimulavit Catholicum eſſe ut receptus in communionem ab ipſo, ſedem, ex qua exciderat, recuperaret. Pergit vero Flaccianus: *Hæc & alia ſimilia dicens, non audis baculum exactoris: inſtitiſti in propoſito tuo, univerſiſque errores diſtribuis. At enim cribratas es canonice a Præſulibus noſtris, id* LXIII.

eſt, a Principe Apoſtolorum Petro, cui Dominus ait (a): Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælo. At nec hoc meminiſti, ut per dignam pœnitentiam relaxeris, in temetipſum ſtatuens ut perſeveres in hac damnatione. Sed in hac vita ſpem habes tantummodo ſperare in Principibus, ut redeas ubi digne ejectus es a ſancta ſede: ideoque perfectius es miſerabilior omnibus hominibus, tamquam minime deſiderium habens ad Deum vivum & ejus regnum cælorum. Veruntamen noli fruſtra pulvere dealbari, quia irregulariter ſacerdotii principatum accipiſti: neque inſtaris adverſus nos pie recteque prædicantes, &c. Pergit ipſe pluribus & quidem fortiter confutare ejus blaſphemias.

(a) Matt. 16.

LXIV. Petrus Fullo detegitur Arianus.

Cum enim inter alia profiteretur Petrus præ omnibus hæreticis Arium deteſtari; oſtendit ipſum eadem ſentire cum Ario: nam cum interdum excuſando diceret, ſe non affirmare Trinitatem eſſe crucifixam, ſed unam ex perſonis ejus nempe Filium tantum; ad hæc ipſe: *Cur* (inquit) *abhorres Arium, ut putes non quæ ſunt illius ſapere? Ubi apud te Conſubſtantialitas invenitur, quæ apud illum nequaquam ſuſcipitur? Dixiſti enim; Unum Trinitatis reor paſſibilem, ſed non Patrem, nec Spiritum ſanctum, ſed Filium Dei. Ecce factus es Arianæ hæreſeos a temetipſo convictus, cum hoc Arius dixerit: quia ſi paſſibilis eſt Filius, Pater vero non, quomodo conſubſtantialis?* Ad poſtremum vero poſt eruditam ſatis adverſus eum in longum productam diſputationem, hæc habet: *Reſipiſce, vigila, ne permaneas in judicio Patrum: ſcis enim, quia neque Reges, neque poteſtates, neque principatus ſolvere te poterunt hoc vinculo, niſi convictus relinquas temporalem dignitatem, ſedeaſque tamquam Job ſuper ſordes extra civitatem. Hæc eſt ad te mea ſalutatio ſecundum Deum in Chriſto circa te, non ſecundum homines.* Hactenus ipſe.

LXV. Porro ſcripta iſta ab eo ad Petrum videtur epiſtola, cum jam ipſe Petrus a Felice Papa damnatus eſſet: id enim ſignificaſſe illis viſus eſt verbis: *Cribratus es canonice a Patribus noſtris, id eſt, a Principe Apoſtolorum, &c.* Cum videlicet auditis adeo horrendis in Occidente blaſphemiis, ſimul cum Romano Pontifice qui collecti fuerunt Romæ Epiſcopi, aprum illum ſilveſtrem divinæ Scripturæ & ſanctorum Patrum ſcriptis appetivere, confodereque illato in eum ab omnibus anathemate, obnitente in primis in eumdem ipſo Romano Pontifice. Extat prolata in Petrum ipſum blaſphemum Felicis Papæ ſententia in dicta Romana Synodo quadragintaduorum Epiſcoporum hoc anno habita; quæ ſic ſe habet (b):

(b) Extat t. 1. epiſt. decr. Rom. Pont. & t. 2. Conc.

LXVI. Felicis Papæ ſententia de damnatione Petri Antiocheni.

Quoniam peſtiferis doctrinis imbutus, & impietate verborum, non curaſti ſequi præordinatos ſanctos Patres, qui ſedem beatæ memoriæ Ignatii glorioſi martyris ordinaverunt: quo etiam cum ſis indignus, neſcio quemadmodum adeptus fueris principatum, & ſceleribus tuis profanis, impiiſque dogmatibus inferre putaveris Eccleſiæ Catholicæ novitatem, ut non propter nos Chriſtum crucifixum dicas, ſed paſſionem impaſſibili Deo iniquiſſime intuliſti, & immortali Spiritui mortem apponere præſumpſiſti: Nec exterritus es, quæ tibi a ſanctis Evangeliis & Apoſtolis & viris probatiſſimis & beatiſſimis Patribus tradita ſunt, ſed collidis hæc commentis aſtruere, & ſenſum proprii languoris, & hujus hæreſeos ſcandalum ſimplicioribus inculcare, ita ut nec ſimilis prioribus videatur hæreſibus, ſed multipliciter potius hæc tranſcendant: Nec ambulare in veritate, nec noſtris duabus epiſtolis aurem voluiſti accommodare.* Vides duas præceſſiſſe epiſtolas a Felice datas, præter alias ad eundem a prædeceſſoribus ſcriptas; & antequam ſententiam in eum ferret, a Simplicio Papa antea condemnatum. Sed pergit:

* Evangeliſtis.

LXVII. Juſta percellitur ſententia hæreſiarcha.

Nunc igitur ſum exorſus adverſus te proferre ſententiam (magis autem Princeps Apoſtolorum Petrus qui inter ſanctorum Apoſtolorum præconia præco veridicus eſt) & non ſolum adverſus te, qui ejus nomini non conſentis, neque fidei parem te eſſe cognoſcis, quoniam ultra modum ab ejus intentione recta inviolabili fidei deviaſti; ſed etiam adverſus eos qui non erubeſcentes Evangeliorum venerabiles characteres, neque horum ſequacium Apoſtolorum perfectorumque virorum doctorum ſermones, inconſtanti ſententia, iniquis traditionibus tuis incumbunt, ita ut mala ſecta deteſtabiliter re vera ſequuntur amaritudinem, nec hujuſmodi execrabilem adverſantur impietatem. Dicimus ergo tibi, ſicut etiam illis (c): Quoniam dilexiſti malitiam ſuper benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem: dilexiſti omnia verba præcipitationis & linguam doloſam; propterea deſtruet te Deus in finem, non ſolum ab Antiochenæ Eccleſiæ ſede, ſed etiam ab omni Civitate.

(c) Pſ. 51.

LXVIII. Damnatus ab omnibus Petrus Antioch.

Etenim ſit in te hæc fixa damnatio a me, & ab his qui ſub me conſtituti Epiſcopales ſedes gubernare noſcuntur, & Acacio Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ paſtore, & venerabilibus Epiſcopis ejus juri ſubjectis, tamquam & ipſis minime conſentientibus tuis commentis. Sic aliquando ſiquidem dixiſti, Trinitatem propter nos crucifixam, & non Chriſtum: Aliquando vero immortalem Spiritum, Manichæi ſecutus errorem: Aliquando autem hæc fugiens, noſtrorum ſermonum pignoribus ia-

cre-

crepatus, Chriſtum poſt immortalem Spiritum paſſionem ſubſtinuiſſe dixiſti, ſicut Paulus Samoſatenus & Neſtorius, unum Filium dividentes in dualitatem Filiorum.

* hic. Quos ſit ſectatus hæreticos Petrus.

*Et cum his * putaſti non immorandum, ad pejora veniſti, ut hymni, quos Cherubim cum tremore Trinitatis inceſſanter emittunt, ad Trinitatem glorificandam non referantur; ſed ut totus hymnus ad Filium deducatur, confirmare volens ſententiam velut cancrum ſerpentem, quam adverſus ſimplices extuliſti: & hinc in omnium hæreſum laqueos præcipitatus es, a veritate declinando, nec prædicando propter nos Chriſtum crucifixum unigenitum Dei Filium, qui in medio Patris & ſancti Spiritus glorificatur.*

LXIX. *Quid enim hoc erit damnabilius, quam cum a vobis Pater & Spiritus ſanctus fiat glorioſus, calumnia Seraphin inferatur, quamcum non Trinitatem glorificare credatur, cum dicit, Sanctus, ſanctus, ſanctus, ſed ſolam perſonam? Quæ infernalis hæreſis ita crudeliter, ut vos inverecunda fuit? Veruntamen adhuc in iſta diſcurrentes novitate, uſque ad fundamenta blaſphemiarum Dei pertingitis: Filium Patrem & Spiritum ſanctum dicentes, Sabellium ſectamini & confuſionem inducitis & Trinitatis confeſſionem pariter abnegatis in qua baptizati ſumus & credimus & fatemur. Qui ergo non lugeat talia dicentes de ſancta & inviolabili Trinitate? Hoc mihi valde convenit allegare, & planctum ſufficienter effundere, cum in hoc ſimplicium animæ fuerint captivatæ, quæ tam rem impiam divulgaverunt: quos etiam extraneos judicamus a recta fide, Eccleſiaque Catholica & communione glorioſiſſimi noſtri Principis Petri, qui (a) claves regni cælorum a noſtro Salvatore percepit.*

(a) Matt. 16.

LXX. *Qui ergo voluerint eſſe communicatores Apoſtoli, ejus quoque doctrinam ſequantur docendo & credendo Chriſtum propter nos crucifixum, neque eum negando ſicut Petrus, qui nuper damnatus eſt, eo quod prave & nefarie in hymno Triſagion noviter introduxit, Qui crucifixus eſt propter nos. Scientes quia non Trinitatem crucifixam ab Apoſtolis accepiſtis, neque Patrem, neque Spiritum ſanctum, niſi carnem Chriſti, Filium Dei unigenitum ſolum. Igitur fugite ab hujuſmodi communione ſacrilega, & ero veſter ſocius atque communicator, & vos quoque mei, peſte doloſa a veſtra rectitudine, procul expulſa. Cuſtodite, Chriſti diſcipuli, mei autem filii, traditiones quas a ſacris voluminibus accepiſtis.* Hactenus excommunicationis in Petrum & ejus ſectatores ſententia miſſa in Orientem.

Blaſphemia adjecta hymno.

LXXI. Adjecit his litteras Felix Papa ad Zenonem Imperatorem, monens eum ut caveat a communione Petri jam judicio Eccleſiaſtico condemnati. Ipſæ autem ſic ſe habent (b) ut in re ſeria Romanum Pontificem decuit:

(b) Fel. ep. 3. t. 1. ep. Rom. Pont.

Convenit, tuæ clementiæ rerum ordinem nunciare geſtarum pro tranquillitate Imperii ſerenitatis tuæ. Et oro ſuſcipias precem meam, ac ſi ipſe præſens eſſem benignis auribus tuis, ut Chriſtianiſſimus Imperator; & nequaquam arbitretur pietas tua illum puro vos corde diligere, quicumque te pacem cum Deo habere non vult. Quoniam vero fideli mente credidiſti, nec ambigis, & temporalis ſolii poteſtatem & æternæ vitæ retributionem ſuperno ex momento pendere: per noſtram etiam parvitatem dignare ſuſcipere venerabilem ac divinam beatiſſimi Petri confeſſionem, Apoſtolorum ſcilicet Principis, cui & Regni claves a Salvatore traditæ ſunt (c); qui etiam præparabit Chriſtianiſſimo Imperio veſtro locum in cælo cum ſanctis Angelis: quique immutabilem, & immaculatam fidem in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Dei Filium unigenitum primus exponens a Salvatore ipſo beatus dictus eſt. Nam cum ipſe dixiſſet ad Dominum (d): Tu es Chriſtus Filius Dei vivi, ab ipſo audire meruit: Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui in cælis eſt: & ſuper iſtam confeſſionem ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.

Felix Papa excitat Zenonem contra Petrum.

(c) Matt. 16.

(d) Matt. 16.

Petri confeſſione fides ſtabilita.

Cum ergo Salvator dixerit, quod portæ inferi non prævalebunt adverſus ipſius Eccleſiam, ut ab ea ipſius denominationem tollant, quæ dicitur Chriſtus Jeſus & Dei omnipotentis Filius: Petrus Fullo primogenitus & diaboli filius, qui ſanctæ Antiochenæ Eccleſiæ indigniſſime ſe ingeſſit, ſanctamque ſedem Pontificatus Ignatii martyris polluit qui Petri dextera Epiſcopus ordinatus eſt, Euſtathiique confeſſoris ac præſidentis trecentorum decem & octo Patrum qui in Nicæa convenerunt, auſus eſt dicere, non oportere Chriſtum etiam Dei Filium nominare ſecundum divinam Salvatoris ſanctionem & traditionem divinarum Scripturarum, Patrumque expoſitionem, ſed unum de Trinitate paſſionem pro nobis pertuliſſe in ſubſtantia Deitatis, juxta Arii, Apollinaris, Eunomiique blaſphemiam, volens hac voce evacuare ſalutarem Domini incarnationem, ſecundum quam Chriſtus & paſſionem ſubiit (dicitur (e) enim unus ex nobis, qui Abrahæ ſemen apprehendit). Augere quoque Deorum pluralitatem nititur: quippe ſenſus ejus tres introducit Deos, unum mortuum, duos viventes. Solvit etiam Conſubſtantialis nomen, ſacraſque abjicit Synodos Nicænam, Conſtantinopolitanam, & Chalcedonenſem: Sanctamque quoque Mariam Virginem nequaquam admittere deprehenditur: Si enim LXXII.

(e) Hebr. 2.

non ex ea Verbum incarnatum homo factum eſt: quæ neceſſitas Virginis? & quare ad eam Gabriel: Quod ex te naſcetur ſanctum vocabitur Filius Dei, & dabit illi Dominus Deus ſedem David Patris ejus?

LXXIII. De blaſphemia Triſagio addita. *Poſt hæc autem omnia impia, & blaſphemia ſua præſumpta, & depravationem Triſagiæ deprecationis, cum illi addere voluit. Qui crucifixus eſt pro nobis: multa inconvenientia effecit; multumque a nobis & in Chriſto dilectis fratribus noſtris qui in Oriente ſunt, & a venerabili Acacio veſtræ regalis & a Deo amatæ civitatis Archiepiſcopo admonitus, converti noluit. Quapropter nunc ſancta Dei Eccleſia materne te vocibus, atque ad excellentem ejus filium alloqui non ceſſat: O a Chriſto amate Imperator, meæ venerabilitatis vinculum, in quo multitudines Fidelium conſtringuntur, diſſolvi non permittas. Domini autem Chriſti & unigeniti Filii Dei laudationem tranſgredi non permittas, quæ & veſtram civitatem periclitantem ſalvavit: ſed eam quam Angelorum traditionem indepravatam conſerva, & Petrum Arianæ ſuperſtitionis ſequacem ab Eccleſia Antiochena expelle.*

LXXIV. *Qua ex cauſa Petrus ſcidit veſtem meam deſuper contextam? Deus & pater mandavit Principi Apoſtolorum, quid vocarent Filium* (a). *Ejus unigenitus Filius in confeſſione primi Apoſtolorum fundavit me. Sanctus Spiritus quotidie teſtatur mihi dicens* (b): *Non judica te ſcire aliquid, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Si autem inimici, increduli inſidiatores qui extra vitem ſunt, & qui unigenitum Filium Dei mactaverunt, lapidaverunt*, & ligno crucis affixerunt, veſtem ſuam non diviſerunt; & Petrus fidei meæ veſtem dirupit? Portæ inferi non prævaluerunt adverſus me; & Petrus tentat meos muros demoliri?*

(a) Matt. 16.

(b) 1. Cor. 2.

* lanciaverunt.

LXXV. *Ego, piiſſime Imperator, te de Imperio expulſum rurſus introduxi, & malignos & inobedientes meis divinis dogmatibus dedi pro ſepultura tua, viam quoque potentiæ aperui ante te, inimicos tuos percuſſi una cum iniquo eorum dogmate, antiquam potentiam exquiſivi tibi a Deo in altis regnante, ex quo & regnum ſumpſiſti.*

Reſpice ad prædeceſſorem tuum piiſſimum Imperatorem Marcianum, & illius fidem libenter amplectere: Hæreticam tyrannidem Petri quam citiſſime eradica: Valentini & Eutychetis diſcipulum expelle & a civitate ſimul & Eccleſiaſtico regimine, & a dignitate hierarchica dejectum eſſe ſancito.

LXXVI. *Conſpice, ſanctiſſime fili, & Imperator invictiſſime, qualis in Chalcedonenſi Synodo indubitabilis defenſio fuit, & quibus expugnavit Eutychetem*, & divulgationes hæreticæ doctrinæ Petri expediat. Hæc legat ſancta Dei Apoſtolica & Catholica Eccleſia, ut ab ipſa propter prædictas cauſas depoſitum ad communionem non ſuſcipias, ſed per divinos apices veſtræ ſerenitatis ab Antiochia confinio propellite. Pro ipſo autem conſtituite virum operibus ſacerdotium ornantem, cuſtodemque diligentem ſanctæ Chalcedonenſis Synodi, & eorum quæ in ea firmata ſunt. Omnipotens Deus cuſtodiat veſtram potentiam in pace ſemper.* Hactenus Felix Papa ad Zenonem Imperatorem hoc quidem anno (ut dictum eſt) cum adhuc non eſſet Acacius ab Apoſtolicæ ſedis communione rejectus, quod fieri contigit anno ſequenti. Cur vero de reſtitutione Calendionis nihil penitus Felix agat; puto quidem rem interim diſſimulatam fuiſſe, quod ille, licet per calumniam, una cum aliis majeſtatis crimine factus reus, digno (ut apparebat) prætextu fuiſſet expulſus.

* Arſchiinum.

Hortatur Felix Zenonem, ut Petrum pellat.

LXXVII. Plures Synodi Rom. actiones. Ad hæc autem omnia de Petro hoc anno ſub Felice Papa conficienda, plures Synodi habitæ eſſe noſcuntur Actiones, in quibus primo ſcriptæ fuerint litteræ admonitionis ad Petrum: in dicta enim ad eum data tunc epiſtola de Synodo ea de cauſa congregata mentio habetur, poſt quam aliæ ſecutæ ſunt ejuſdem Pontificis ad Petrum ipſum litteræ eum iterum admonentis. Poſtremo vero illa celebrata eſt Actio, in qua recitata nuper eſt in Petrum lata ſententia: diutius enim detenti Romæ ea de cauſa Epiſcopi fuere: niſi velimus dicere ad aliam Synodum iterum eos vocatos Romam eodem anno fuiſſe. Quæ autem Antiochiæ inter hæc acta ſint, in compendio nuper citato iſta leguntur: *Dum Acacii ſcripta legeremus, quæ de Petro & Joanne Antiocheni ad Papam miſerat; excurſus Acacii etiam in hac cauſa graviſſima deprehenditur,*

LXXVIII. De Acacio recipiente, & promovente quos damnavit. *Denique* memoratus Petrus Joannem quemdam presbyterum ordinavit Apameæ Epiſcopum; a quibus non receptus, venit Antiochiam, & Petrum Epiſcopatus ſui pellit auctorem, & invadit ejus Eccleſiam: quos ſimul iterum damnatos dicit Acacius, petens ab Apoſtolica ſede, ut ſi ad eam forte confugerent, nec viſu dignos haberet: ſed ſi fortaſſe jam aliquam indulgentiam impetraſſent, irritam eſſe debere, nec eorum pœnitentiam recipiendam eſſe. Quod cum ſatus Joannes Alexandrinus Epiſcopus relegiſſet, tacere non potuit; quod illum Joannem, quem Acacius damnaverat cum Petro, & ſine remedio pœnitentiæ fecit ab Apoſtolica ſede damnari, poſt tot damnationes Tyriorum miſerat Eccleſiæ præſidere.* Hæc ibi; quæ geſta eſſe ante decretam in

* Etenim.

Ro.

Romano Concilio legationem, auctor oſtendit. Habet hæc etiam de damnatione Petri atque Joannis Antiochenorum intruſorum Antiſtitum, deque Acacio promovente ad Tyriæ Eccleſiæ Epiſcopatum eumdem Joannem, Liberatus Diaconus (*a*): eademque exacte explicata habentur in litteris (*b*) Felicis Papæ anno ſequenti datis ad clericos & Archimandritas Conſtantinopolitanos, ubi etiam legitur, Joannis ordinationem in Epiſcopum Tyri factam eſſe ab Acacio anno ſequenti, cum de ipſo cœptum eſſet Romæ agitari judicium. Quæ autem hæc ſecuta fuerint, dicemus ſuo loco. Jam vero in Occidentem clamor perſecutionis in Africa excitatæ nos revocet.

(*a*) *Liber. Diac. in Brev. c. 18.* (*b*) *Felic. epiſt. 4.*

LXXIX. Perſecutio in Eccleſia Africana.

Hoc enim anno, qui ſecundus numeratur ab eo tempore, quo de ventura perſecutione in Eccleſiam Africanam oſtenſæ ſunt recitatæ ſuperius divinæ prædictiones cœpta eſt eadem provinciæ dire ab Hunerico Wandelorum Rege exagitari: quod & datæ a Felice Papa hoc anno (ut vidimus) litteræ ad Zenonem Imperatorem ſignificant. Quæ igitur hoc anno, quæve ſequenti geſta ſint, ex Victore, qui aderat proſequemur: ſic enim exorditur (*c*): *Cenſet primo tyrannus juſſione terribili, ut nemo in ejus Palatio militaret, neque publicas ageret actiones, niſi ſe Arianum feciſſet. Quorum ingens numerus, ne fidem perderet, militiam temporalem abjecit. Quos poſtea domibus projectos, omnique ſubſtantia ſpoliatos, in inſulas Siciliam & Sardiniam releguavit.*

(*c*) *Victor de perſec. Vvand. l. 2.*

LXXX. * Quo eodem. * vendicaſſet. Spolia Epiſcoporum Vvandalicus fiſcus rapit.

*Quodam * tempore ſtatuere per totam Africam feſtinavit, ut noſtrorum Epiſcoporum defunctorum fiſcus ſibi ſubſtantiam vendicaret *: qui autem defuncto ſuccedere poterat, non ante ordinaretur, niſi fiſco regali quingentos ſolidos obtuliſſet. Sed hoc ædificium ubi conſtruere niſus eſt diabolus, ſtatim illud deſtruere dignatus eſt Chriſtus.*

LXXXI.

Suggeſſerunt eidomeſtici ſui dicentes: Si iſtud firmaverit præceptio veſtra, noſtri Epiſcopi in partibus Thraciæ & aliis regionibus conſtituti pejora incipient pati. Quod igitur hæc ipſi via præcluſa eſſet, ne quid contra jus faſque in Epiſcopos Catholicos agere videretur, quibus permotus Zeno Imperator eadem in ſibi ſubditos Arianos Epiſcopos irrogare potuiſſet; aliis dignis ſibi viſis prætextibus & juſtis apparentibus cauſis perſecutionem adornare conatus eſt: nimirum inquirere diriſſimis quæſtionibus ſi quæ reperire poſſet crimina Epiſcoporum. Sed qua id arte quæſierit, ex eodem Victore audi:

LXXXII. Enormis & dira quæſtio de ſacris virginibus.

Præcepit (inquit) *deinde ſacras virgines congregari dirigens Vvandalos cum ſuæ gentis obſtetricibus ad inſpicienda & contrectanda contra jura verecundiæ verecunda pudoris, ubi nec matres aderant, nec aliqua matronarum: quas cremantes gravi ſuſpendio, atque ingentia pondera pedibus alligantes, laminas ferri ignitas dorſo, ventri, mamillis, & lateribus apponebant, quibus inter ſupplicia dicebatur: Dicite quomodo Epiſcopi vobiſcum concubant, & clerici veſtri. Quarum acerbitate pœnarum plurimas tunc ſcimus extinctas eſſe: aliæ quæ remanſerunt, cutibus areſcentibus, factæ ſunt curvæ. Nitebatur enim ſemitam invenire, per cujus aditum publicam, ſicut, fecit, faceret perſecutionem. Et ita faciens, nullo modo inveſtigare potuit, quomodo Chriſti Eccleſiam macularet.* Cum igitur nihil inventum eſſet, unde hac ex cauſa perſecutionem poſſet inferre, nec quieſcere valeret animo, quem furor & crudelitas aſſiduis ſtimulis ad cladem Orthodoxorum impellerent; jam vi agere cœpit, quod jure explere quomodo poſſet non invenit: ſicque perſecutionem auſpicatur acerbam ſatis, quam Victor cernens lugubri proſecutus eſt ſtylo, cum ait:

LXXXIII.

Quibus autem proſequar fluminibus lacrymarum, quando Epiſcopos, presbyteros, diaconos, & alia Eccleſiæ membra, id eſt, quatuor millia nongenta ſexagintaſex in exilium eremi deſtinavit? in quibus erant podagri quamplurimi, alii propter ætatem annorum lumine temporali privati. In quorum numero beatus Felix Abdiritanus Epiſcopus habens jam in Epiſcopatu quadragintaquatuor annos, qui paralyſis morbo percuſſus nec ſentiebat quicquam, nec penitus loquebatur: De quo nos maxime cogitantes, quod non poſſet jumento portari, ut a ſuis Rex peteretur, ut ſaltem eum propere moriturum Carthagini eſſe juſſiſſet, quod ad exilium nulla poſſet ratione perduci. Cui ita fertur tyrannus cum furore dixiſſe: Si ani- ma-

Felix Epiſcop. paralyticus cogitur ſubire exilium.

PAGIUS VIII. *Primum Hunerici Regis adverſus Catholicos Edictum.*

Ad num. LXXIX. & ſeqq. Chiffletius in Elucidationibus ad Victorem Vitenſem cap. 11. obſervat ex eodem Victore lib. 7. *Hunericum* Vandalorum Regem ſæviiſſe qua in Manichæos, qua in ſuos Arianos *per quinque annos vel amplius*, inde vero converſum furorem ejus in Orthodoxos; duos Legatos Zenonem Imp. ad eum miſiſſe, *Reginum* ſc. hoc anno, & Uranium anno ſequenti; ac Hunericum duo Edicta emiſiſſe, quorum prius fuit de omnibus Africæ Epiſcopis Carthagine convocandis ad Kalendas Februarias anni VIII. Hunerici Regis, anno Chriſti CDLXXXIV. Baronius num. XCI. hæc verba Victoris, quæ de priori Legatione ſunt, refert: *Nam die Aſcenſionis Domini Legatus Zenonis Imperatoris Regina præſente, legendum in media Eccleſia Epiſcopo Eugenio dirigit præceptum*, &c. ita enim habent variæ Victoris editiones. Verum quomodo ſui muneris putavit eſſe Imperatoris Legatus, ut Hunerici ty-

mali ſedere non poteſt, jungantur boves indomiti qui eum colligatis funibus trahentes perducant ubi ego præcepi. Quem ex tranſverſo ſuper burdonem vinctum, quaſi quemdam ligni truncum toto itinere portabamus.

LXXXIV. Orthodoxorum pluſimorum exilium.

Congregantur univerſi in Siccenſem & Larenſem civitates, ut illuc occurrentes Mauri ſibi traditos ad eremum perduxiſſent. Supervenientes igitur Comites duo ſubtilitate damnabili blandis ſermonibus cum Dei confeſſoribus agere cœperunt: Quid vobis (inquiunt) videtur, ut ita pertinaces ſitis, ut domini noſtri præceptis minime obtemperetis, qui eſſe poteritis in conſpectu Regis honorabiles, ſi ejus feſtinetis facere voluntatem? Statim illis clamantibus & dicentibus ingenti vociferatione: Chriſtiani ſumus, Catholici ſumus, Trinitatem unum Deum inviolabilem confitemur: includuntur graviori quidem, ſed adhuc latiori cuſtodia, ubi nobis copia dabatur & introire, & verbum admonitionis fratribus facere, & divina myſteria celebrare. Ibi & infantuli fuere quamplurimi, quos genitrices materno ſequebantur affectu, aliæ gaudentes, aliæ retrahentes: aliæ gaudebant ſe martyres peperiſſe, aliæ morituros diluvio rebaptizationis nitebantur a confeſſione fidei revocare. Nullum tamen tunc nec blandimenta vicerunt, nec carnalis pietas aliquem inclinavit in terram. Nam quædam quid tunc fecerit anus, breviter referre delectat.

LXXXV. Chriſtianæ feminæ egregium exemplum.

Dum iter ageremus cum Dei exercitu comitantes & forte magis noctibus promoveremur propter Solis ardorem: conſpicimus mulierculam ſacculum & alia veſtimenta portantem, manu infantulum unum tenentem, atque his ſermonibus conſolantem. Curre, domine meus: Vide univerſos ſanctos, quomodo pergunt & feſtinant hilares ad coronas? Quam cum nos increparemus, quod importuna videretur, aut viris pro ſexu jungi, aut exercitui Chriſti ſociari. Reſpondit: Benedicite, & orate pro me, & pro iſto nepotulo meo; quia etſi peccatrix, filia ſum quondam Zuritanæ civitatis Epiſcopi. Cui nos: & qua ratione de tam longo itinere huc pergere demonſtratis? Quæ reſpondit: Cum hoc ſervo veſtro parvulo ad exilium pergo, ne inveniat eum ſolum inimicus, & a via veritatis revocet ad mortem. Ad hæc verba repleti lacrymis, nihil dicere valuimus, niſi ut voluntas fieret Dei.

LXXXVI.

Sed ubi adverſarius, qui jam forte dicebat, (a): Participabor ſpolia, replebo animam meam, interficiam gladio meo, dominabitur manus mea: nullum potuit occupare: incurrit * anguſta & teterrima loca in quorum conclavibus Dei exercitum coarctaret. Tunc eis etiam viſitationis humana negata conſolatio. Puniuntur & cuſtodes fuſtibus, & graviter affliguntur. Jactantur confeſſores Chriſti ſuper invicem, anguſtia coarctante, unus ſuper alium, ut agmina locuſtarum, & (ut propie dicatur) ut grana pretioſiſſima frumentorum. In qua conſtipatione ſecedendi ad naturale officium nulla ratio ſinebat loci: ſed & ſtercora & urinam, urgente neceſſitate, ibidem faciebant, ut ille tunc fœtor & horror univerſa pœnarum genera ſuperaret. Ad quos aliquando, dantes ingentia munera Mauris, dormientibus Vvandalis, vix clam admiſſi ſumus intrare. Qui introeuntes velut in gurgite luti uſque ad genua cœpimus mergi; illic tunc Hieremiæ vidimus fuiſſe completum (b): Qui nutriti ſunt in croceis, amplexati ſunt ſtercora ſua.

(a) Exod. 15.

* invenit.

Confeſſores anguſtiati arcto carcere.

(b) Hier. Thren. 4.

LXXXVII.

Quid multa? præcepti ſunt, undique perſtrepentibus Mauris, ad iter, ubi deſtinati ſunt, præparari *. Exeuntes itaque die Dominica, linita habentes ſtercoribus veſtimenta, facies ſimul & capita, a Mauris tamen crudeliter minabantur, hymnum cum exultatione Domino decantantes: Hæc (c) eſt gloria omnibus ſanctis ejus. Aderat enim ibi tunc beatus Pontifex Cyprianus Unizibirenſis Epiſcopus conſolator egregius, qui ſingulos pio & paterno fovebat affectu * non ſine fluminibus currentium lacrymarum paratus pro fratribus animam ponere, & ſe ultroneum, ſi dimitteretur, talibus paſſionibus dare: qui totum quod habuit egentibus fratribus in illa tunc neceſſitate expendit. Quærebat enim occaſionem, qualiter confeſſoribus ſociaretur ipſe animo & virtute confeſſor: qui poſtea per multos agones & ſqualores carceris ad exilium, quod deſiderabat, cum exultatione pervenit.

* properare.

(c) Pſal. 149.

De Cypriano Epiſcop. & Confeſſore.

* affatu.

Quan-

PAGIUS

tyranni hoc Edictum Eugenio Epiſcopo in media Eccleſia legendum dirigeret, quod ad Domini ſui rem nihil faceret, quin imo ejus ſtudiis maxime adverſaretur? Quare hunc locum optime reſtituit Chiffletius ex Codice *Cartuſiæ Portarum: Nam die Aſcenſionis Domini, Legato Zenonis Imperatoris, Regina præſente, legendum*, &c. Certe Edictum legi non potuit Eudoxia Regina præſente, cum ea hoc tempore in vivis non eſſet, ut in morte ejus referenda oſtendimus.

IX. *Perſecutio Africana.*

Miſſum eſt itaque prius Edictum die decima nona menſis Maii, in quam hoc anno Feſtum Aſcenſionis incidebat, ut legeretur die viceſima ejuſdem menſis, ſeu poſtridie Aſcenſionis, cum dicatur *datum ſub die XIII. Kalendas Junias anno ſeptimo regni Hunerici*, ut videre eſt apud Baronium num. XCII. Quamobrem literis dies adſcriptus, non quo eæ datæ, directæque: ſed quo promulgari deberent. Chiffletius putavit ex die promulgationis emendandum eſſe diem Edicto ſubſcriptum *XIII. Kalendas Junias*. Quomo-

LXXXVIII. Dignæ querelæ occurrentium populorum. *Quantæ tunc multitudines de diverſis regionibus & civitatibus ad viſendos Dei martyres occurrerent populorum, teſtantur viæ vel ſemitæ: quæ cum agmina venientium nequaquam caperent, per vertices montium & ima vallium concurrens turba Fidelium inæſtimabilis deſcendebat, cereos manibus geſtantes, ſuoſque infantulos veſtigiis martyrum projicientes, iſta clamabant: Quibus nos miſeros relinquitis, dum pergitis ad coronas? Qui hos baptizaturi ſunt parvulos fontibus aquæ perennis? Qui nobis pœnitentiæ munus allaturi ſunt, & reconciliationis indulgentia obſtrictos peccatorum vinculis ſoluturi? quia vobis dictum eſt* (a): *Quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Qui nos ſolemnibus orationibus ſepulturi ſunt morientes? A quibus divini ſacrificii ritus adhibendus eſt conſuetus?* Hæ fuerunt ex præcordiis erumpentes piorum querelæ, quibus intelligis quæ eſſent munia ſacerdotum, & perſeverans in tot anguſtiis in ſacris obeundis, ac miniſtrandis Eccleſiæ ſacramentis traditio accepta a majoribus, & in poſteros jugiter propagata: quibus infeliciſſimos ſugilles noſtri temporis Novatores.

(a) Matt. 16.

LXXXIX. Crudelitas in lapſos a Mauris admiſſa. *In his vocibus* (ſubdit Victor) *& lacrymis nullus jam pergere admiſſus eſt conſolator; ſed arctabatur multitudo ad currendum, ut ubi cannava erat præparata, laborioſam caperet manſionem. Qui cum ſenes deficerent & alii forte etſi juvenes delicati, cœperunt haſtilium cuſpidibus ad currendum & lapidibus tundi: unde magis deficientes, amplius laſſabantur. Poſt vero imperatum eſt Mauris, ut eos qui ambulare non poterant, ligatis pedibus, ut cadavera animalis mortui traherent per dura & aſpera lapidum loca: ubi primo veſtimenta, poſtea membra ſingula carpebantur; quibus per gladios acutos petrarum huic caput conterebatur, alii latera findebantur, & ita inter manus trahentium ſpiritum exalabant. Quorum numerum nequaquam valuimus colligere, multitudine coercente. Exaltatur tamen per totum aggerem publicum vilis ſepultura ſanctorum loquentibus tumulis.*

XC. *Reliqui habiliores ad ſolitudinis loca perveniunt, in quibus collocati, hordeum ad veſcendum ut jumenta accipiunt. Ubi etiam venenatorum animalium atque ſcorpionum tanta dicitur eſſe multitudo, ut ignorantibus incredibilis videatur: quæ ſolo flatu etiam procul poſitis veneni virus infundat. Ab ſcorpii autem percuſſu nullum dicunt aliquando evaſiſſe. Quorum feritas virulenta uſque ad præſens tempus, Chriſto defendente; nullum ſervorum ejus nocuiſſe docetur. Sed cum illic alerentur ordeaceis granis, poſtea, & hoc oblatum eſt: quaſi non poterat Deus qui pluerat patribus manna, paſcere & nunc tali exilio mancipatos.* Durum exilium Orthodoxorum.

Cogitat acriora adverſus Eccleſiam Dei, ut qui membra aliqua abſciderat, totum laniando perderet corpus. Nam die Aſcenſionis Domini legatus Zenonis Imperatoris, Regina præſente, legendum in media Eccleſia Epiſcopo Eugenio dirigit præceptum, quod etiam univerſæ Africæ veredis currentibus deſtinavit:

Rex Hunericus Vvandalorum & Alanorum univerſis Epiſcopis Homouſianis. Non ſemel, ſed ſæpius conſtat eſſe prohibitum, ut in ſortibus Vvandalorum ſacerdotes veſtri conventus minime celebrarent, ne ſua ſeductione animas ſubverterent Chriſtianas. Quam rem ſpernentes plurimi reperti ſunt contra interdictum Miſſas in ſortibus Vvandalorum egiſſe, aſſerentes ſe integram regulam Chriſtianæ fidei tenere. Et quia in provinciis a Deo nobis conceſſis ſcandalum eſſe nolumus, ideo Dei providentia cum conſenſu ſanctorum Epiſcoporum noſtrorum hoc nos ſtatuiſſe cognoſcite: ut ad diem Kalendarum Februariarum proxime futurarum, omiſſa inexcuſatione formidinis, omnes Carthaginem veniatis, ut de ratione fidei cum noſtris venerabilibus Epiſcopis poſſitis inire conventum, & de fide Homouſianorum, quam defenditis, de divinis Scripturis proprie approbetis; quo poſſit agnoſci, ſi integram fidem teneatis. XCI. Edictum de diſputatione facienda.

Hujus autem edicti tenorem univerſis Epiſcopis tuis per univerſam Africam conſtitutis direximus. *Data ſub die XIII. Kalend. Junias, anno ſeptimo Hunerici.* Eſt hic ipſe annus. Hæc ſunt de futura collatione Hunerici mandata, fiduciam habentis defecturos omnino Catholicos ab ea quam ipſe exigebat probatione, nempe ut ex divina Scriptura vocem Conſubſtantialitatis probare poſſen- XCII. Quo tendebat Hunerici dolus.

PAGIUS modo enim, inquit, publice in Eccleſia lectum eſt Edictum die XIX. menſis Maii, ſi tantum poſtridie nempe die XX. Maii datum confectumque eſt? Exiſtimat itaque datum ipſa die Aſcenſionis XIV. Kalendas Junias. At non dicit Victor lectum eſſe præceptum die XIX. menſis Maii ſeu die Aſcenſionis, ſed eo tantum die directum; ut nempe poſtridie, ſeu XIII. Kalendas Junias, quo, conſignatum habetur, legeretur. Victor, & ex eo Baronius produnt Hunericum hoc anno, *Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, & alia Eccleſiæ membra, idest quatuor millia nongenta ſexaginta ſex in exilium eremi deſtinaſſe.*

X. Thedericus pro Romanis militat. Marcellinus in Chronico ſub hujus anni Coſſ. ſcribit: *Thedericus Rex Gothorum Zenonis Aug. munificentiis pene pacatus, Magiſterque præſentis militiæ factus, Conſul quoque deſignatus, creditam ſibi Ripenſis Daciæ partem Myſiæque inferioris cum ſuis ſatellitibus pro tempore tenuit.* Magiſter militum præſentium, ſeu *Præſentalis* ita dictus erat, quod in procinctu ſeu comitatu

ſent, quam certo ſciret teſtificatione ſuorum Epiſcoporum in divinis Scripturis expreſſam minime reperiri: ſicque patefacta fovea videretur, qua vel Catholici fidem quam non probareſt ea divinis Scripturis deſererent: vel ſi perſtarent in ſententia, oblata juſta videri poſſet occaſio omnes Epiſcopos Orthodoxos ab Africa expellendi. Quæ autem poſtea ſecuta fuerint, & quomodo hæc a piis accepta, ſubdit ſic Victor.

XCIII. *Cognoſcentibus igitur qui aderamus, ſimulque legentibus, contriſta ſunt extemplo corda noſtra, & contenebrati ſunt oculi noſtri & vere tunc dies (a) feſti noſtri converſi ſunt in luctum, & cantica in lamentationem, dum edicti tenor indicaret futuræ perſecutionis furorem. Et præſertim ubi dixit: In provinciis noſtris a Deo nobis conceſſis ſcandalum eſſe nolumus: quaſi diceret: In provinciis noſtris Catholicos eſſe nolumus. Tractatum eſt quid fieret. Nullum invenit remedium imminens calamitas, niſi a ſancto Eugenio rationabilis (ſi cor barbarum emolliretur) ſuggerenda daretur tali textu conſcripta:*

(a) Tob. 2. Mœrent Catholici.

XCIV. *Quoties animæ vel vitæ æternæ ac fidei Chriſtianæ cauſa tractatur intrepide (ſicut regalis providentia compromiſit) neceſſe eſt quod competit, ſuggeratur. Nuper poteſtas regia per Vvitaredum Notarium parvitatem meam admonere dignata eſt, qui nobis de merito ac religione fidei præceptum ejus in Eccleſia præſente clero & plebe, recenſuit: Ex cujus tenore cognovimus ad omnes Coepiſcopos meos præceptum regium ſimiliter emanaſſe, ut die conſtituta pro diſputatione fidei veniatur. Quod nos venerabiliter accepiſſe ſuggeſſimus: debere etiam tranſmarinarum omnium partium, qui nobis ſunt in una religione vel communione conſortes, agnoſcere: quia ubique regno ejus obtemperant univerſi: maxime quod totius mundi cauſa eſt, non ſpecialis provinciarum Africanarum tantummodo. Et quia ſecundo reſponſo ſuggerendum me promiſi oblaturum; merito ſuppliciter peto magnificentiam tuam, ut ad domini & clementiſſimi Regis aures memoratam ſuggeſtionem meam perferre digneris; quo ejus clementia dignanter agnoſcat, nos diſputationem legis cum adjutorio Dei nullatenus declinare, vel fugere; ſed ſine univerſitatis aſſenſu nos non debere aſſerendæ fidei noſtræ cauſas aſſumere. Quod petimus, ut benignitate qua tantus eſt, & juſtitia ſapientiæ ſuæ dignetur annuere. Data ab Eugenio Epiſcopo Eccleſiæ Catholicæ Carthaginis.*

S. Eugenii libellus ad Hunericum.

Suggeſtio Eugenii Epiſc. Carthag.

XCV. *Sed cum hæc ſuggeſtio a beato Eugenio offerretur; ille jam (b) qui conceperat dolorem, urgebatur iniquitatem gravius parturire: & ita ſancto viro Epiſcopo Eugenio per Obadum Præpoſitum regni ſui mandaſſe videtur: Subde mihi univerſum Orbem terrarum, & ſub poteſtate mea univerſus mundus redigatur: & facio, o Eugeni, quod dicis. Ad quod beatus Eugenius reſpondit ut potuit: Quod rationem (inquit) non habet, dici non debuit; ſic eſt hoc, quomodo ſi dicatur homini, ut per aera feratur & volitet, quod moris non eſt humanæ naturæ. Dixi enim: Si noſtram fidem, quæ una & vera eſt, poteſtas Regis cognoſcere deſiderat, mittat ad amicos ſuos: ſcribam & ego fratribus meis, ut veniant Coepiſcopi mei qui vobis nobiſcum communem fidem noſtram valeant demonſtrare; & præcipue Eccleſia Romana, quæ caput eſt omnium Eccleſiarum.*

(b) Pſ. 7. Hunericus S. Eugenium deridet.

XCVI. *Ad hæc Obadus: Ergo tu & dominus meus Rex ſimiles eſtis? Eugenius Epiſcopus dixit: Ego non ſum ſimilis Regis; ſed dixi: Si veram cognoſcere deſiderat fidem, ſcribat amicis ſuis, ut dirigant noſtros Catholicos Epiſcopos; & ego ſcribo Coepiſcopis meis, quia Catholicæ univerſæ una eſt cura.* Haud quidem hæc inepte Eugenius: ſiquidem qui Romano præerant Imperio Principes, erant Honerico fœdere juncti, Odoacer in Occidente, idemque ut ille Arianus, & Zeno in Oriente in Catholicos parum æquus. Sed ſubdit Victor: *Hæc agebat Eugenius, non quia deeſſent in Africa qui adverſariorum objecta refellerent, ſed ut illi veniſſent qui alieni ab eorum dominatu majorem fiduciam libertatis haberent, pariterque oppreſſionis noſtræ calumnias univerſis terris & populis nunciarent. Ille autem qui nectebat dolos, audire noluit rationem, agens argumentationibus crebris, ut quoſcumque Epiſcoporum audierat eruditos, variis inſectationibus agitaret. Jam ad exilium Vibianenſem ſecundo Donatianum, impoſitis centum quinquaginta fuſtibus, miſerat Epiſcopum, necnon & Sufetulenſem Præſidium, virum ſatis acutum: tunc & venerabiles Manſuetum, Germanum, Fuſculum, & multos alios fuſtigavit.*

XCVII. *Dum hæc geruntur, imperat ut cum noſtræ religionis viris illorum menſam nullus communem haberet, neque cum Catholicis omnino veſcerentur. Quæ res non ipſis aliquod præſtitit beneficium, ſed nobis maximum contulit lucrum. Nam ſi ſermo eorum*

Vetat Hunericus comunicare Vvandalos cum Catholicis.

PAGIUS Principis ageret, & *Præſentalibus* numeris præeſſet, ut docet Notitia Imperii apud Ducangium in Gloſſario, in voce *præſens*. Morabatur *Theodericus* in civitate *Nova*, quæ urbs erat Mœſiæ inferioris ad Danubium poſita, ut anno CDLXXXVII. probabimus. Porro valde decipiuntur, qui hæc Marcellini verba de Regno Theodorici interpretantur; cum illud in *Pautalia* regione fuerit, ut anno ſuperiori vidimus. De bello a *Theodorico* adverſus Zenonem Imp. geſto locuti ſumus anno CDLXXIX.

rum (dicente Apoſtolo a) ſicut cancer conſuevit ſerpere ; quanto magis communis menſa ciborum poterit inquinare? cum dicat Apoſtolus (b): Cum nefariis nec cibum habere communem. Hucuſque Victor res præſentis anni ſua hiſtoria eſt profecutus: quæ vero ſequitur ſubinferre, ſequenti anno contigiſſe noſcuntur, noſque ſuo ea loco reddemus.

(a) 2.Tim. 2.

(b) 1.Cor. 5.

JESU CHRISTI ANNUS 484.	FELICIS PAP. ANNUS 2.	ZENONIS IMP. 11. ODOACR. REG. 9.

I. Theodoricus gratus Zenoni.

JAm volvitur annus Domini quadringenteſimus octogeſimus quartus, duobus notatus Conſulibus, Theodorico Gothorum Rege, atque Venantio. Meruit barbarus Rex ob debellatos Imperii perduelles (ut dictum eſt ſuperius) non triomphum tantum atque equeſtrem ſtatuam; ſed & Conſulatum, immo & adoptionem Imperatoris, ut geſtarum rerum ſcriptores (a) affirmant: quin inſuper evexit illum Zeno in ſpem Occidentalis Imperii potiundi. Ita plane Imperator imbellis ad turbas in Eccleſia concitandas tantummodo comparatus, dum rebelles deprimit, barbarum Regem plurimis officiis demeretur; cujus ope ſuf- ful- (a) Jordan. & alii.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5977.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DXXII. A.C. 484.

☉ 17. AG. ☽ 10. P. 5. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 484.

FELICIS III. PAPÆ 2.

ZENONIS IMP. 11.

ODOACRIS REG. 9.

I. *Decennalia Zenonis.* [a] COSS. *Theodericus* Orientalis, & *Venantius* in Occidente creatus; duo enim alii, Venantii Conſules ordinarii, de quibus ſuo loco, Conſules Occidentales fuere. *Theodericus* Gothorum Rex a Zenone adoptatus, in Faſtis & Actis publicis ejus Conſulatu ſignatis Rex non dicebatur, ut in priori parte Diſſert. Hypat. cap. 7. num. VI. monſtravi. *Zeno* Imperii poſt Leonis Jun. mortem ſuſcepti *Decennalia* dedit, quorum indicium dedicatio Lauræ S. Enthymii de qua anno ſequenti num. XXVII.

II. *Legati Conſtantinopolim miſſi Romam redeunt.* A num. I. ad XLIII. *Vitalis* & *Miſenus* Sedis Apoſtolicæ Legati, cum variis artibus decepti fuiſſent, e cuſtodia producti una cum Acacii & Petri Mongi Apocriſariis ad Eccleſiam proceſſerunt, & Miſſarum ſolemnia celebrarunt, reclamantibus licet Orthodoxis, & prævaricationem hanc eſſe perditionem rectæ fidei, ſemel, iterum, ac tertio conteſtantibus. Primum quidem proteſtationis libellum funiculum ad hamum circumligantes uni ex Legatis ſuſpen- de-

NOTÆ * [1] COſſ. *Theodericus & Venantius.*
Lapis Sitiani in agro Novarienſi, in æde ſacra, in cujus averſa parte eſt antiquior inſcriptio; inter Donianas Inſcript. cl. XX. num. XII.

✠ D
HIC REQUIESC. C
AUGUSTA PARVV
VIXIT IN SAECULO A
UNO ET MESES X ET DIE
XXXIII ET DE POSETA EST SU*B DIE
S
IDUS JULIAS IN. D. S. XII.
S
FL. SEUDERICO V CS CS.

Vetus item lapis apud Aringhum tom. II. pag. 415. & Fleetvvodum pag. 456.

DP. KAL. SEPTEMB.
VENANTIO. V. C. COS

Reineſius pag. 915.

DEP. SAN. FELICIS. V. ID. FEB.
POS. CONS. FAUSTI V. C.

Procopius de bell. Goth. lib. I. meminit *Theoderici, patricii, & qui ſellam conſularem Byzantii adſcenderat.* Victor: *Theoderito* V. C. *Coſ.* Marcellinus: *Theoderico & Venantio.*

Epitome temporum & Indiculus Paſchæ: *Venantio* V. C. *Conſ. & Theoderico. Hunirieus perſequitur catholicos.*

Theodericus A. D. 483. a *Zenone Aug.* Conſul in annum ſequentem deſignatus fuerat, ex Marcellini Chronico A. D. 483. ubi habet: *Theodericum regem Gothorum Zenonis Auguſti munificentiis pacatum, magiſtrumque præſentis militiæ factum,* CONSULEM *quoque* DESIGNATUM, *creditam ſibi Ripenſis Daciæ partem Mœſieque inferioris cum ſuis ſatellitibus pro tempore tenuiſſe.* Anonymus Valeſii: *Zeno recompenſans beneficiis Theodericum, quem fecit Patricium & conſulem, donans ei multum* &c. Jornandes de rebus Geticis: *Poſt aliquod tempus ad ampliandum honores ejus, in arma ſibi eum filium adoptavit, de ſuiſque ſtipendiis triumphum in urbe donavit, factuſque eſt* CONSUL ORDINARIUS, *quod ſummum bonum primumque in mundo decus edicitur.* Hinc *Theoderici* nummus apud Jo. Georgium Eccardum in Epiſtola de nummis quibuſdam, ſub regimine Theodorici Oſtrogothorum regis cuſis, Zenonis imaginem referens, manu dextra conſularem baculum tenens; quod Gothi conſularem dignitatem maximi facerent. GEORGIUS

(a) Luc. 18. fultus, nec Deum (a) timere, nec homines revereri curavit. Etenim hoc anno eo audaciæ ſceleratus progreſſus eſt, ut cum religione jus quoque gentium violaret. Quomodo autem id acciderit, jam enarrare pergimus.

II. Legati Apoſtolicæ ſedis male habiti a Zenone. Cum enim duo Epiſcopi Vitalis atque Miſenus Apoſtolicæ ſedis legatione fungentes, ab ipſo Felice Romano Pontifice miſſi, Conſtantinopolim perveniſſent: perinde ac ſi non ad regiam civitatem, neque ad Chriſtianum Imperatorem ſe contuliſſent, ſed in ſilvarum receſſibus incidiſſent in graſſatores; continuo tenti, ſcriptis, quæ ferebant, cauti; atque carceri mancipati ſunt: miſſi namque, loco accurrentis cum facibus cleri, haſtati ſatellites; fuit pro cantu pſalmorum ſonitus catenarum; loco acclamationum jurgia atque blaſphemiæ; pro oſculis ſputa, pro ſalutatione repenſæ ſunt contumeliæ; ac denique pro Eccleſia, in quam primo deduci ſolerent, tetrus paratus eſt carcer. Ejuſmodi plane eſſe ſolent opera hæreticorum, ut omnia vi metuque agant, nulloque charitatis ſymbolo paciſve cum piis, ſed fuſtibus, gladiis, atque carceribus tractent. Innovata vidit hoc anno Macedoniana tempora Conſtantinopolis, cum Imperatoris potentia furit hæreſis truculenta, ſanguinem ſitiens Orthodoxorum.

III. Acacius ſeducit legatos. Sed quod deterius eſt, ſucceſſit violentiæ fraus: illa valuit tamquam leo furens perfidus Imperator; iſta prævaluit tamquam draco inſidians Acacius ejus civitatis Epiſcopus: qui pellexit blanditiis, invitavit illecebris, mellitiſque ſermonibus emollivit tandem ferrea pectora ſacerdotum; ſicque liberari eos vinculis fecit, ut graviori catena prævaricationis aſtringeret; ſic exemit e carcere, ut in profundum impietatis barathrum coniiceret; & dum ſibi ſubdole reddit eos obſequentes & Principi, apoſtatare fecit a Deo, & a quo

Legatorum prævaricatio. miſſi fuerant Romano Pontifice. Quid demum? O indignum facinus! o portentum! ignominioſa admodum ceſſit legatorum Apoſtolicus vigor, enervata eſt conſtantia ſacerdotum, emarcuitque penitus inconcuſſum hactenus robur Antiſti-

Ann. Eccl. Tom. VIII.

tum; cum contra mandata Felicis Papæ ut Acacio communicarent inducti ſunt, utique audirent abſque contradictione recitari in Eccleſiæ ſacris Diptychis nomen nefandi hominis Petri hæretici Alexandrinæ Eccleſiæ invaſoris.

Tanta hæc torpeſcentes admiſere legati Apoſtolicæ ſedis, nobile ſuſceptum munus turpi prævaricatione fœdantes; inurentes notam Eccleſiæ non habenti maculam neque rugam; immemores plane petræ (b), e qua ſciſſi, & cavernæ laci e qua præciſi eſſent, Petri inquam Apoſtoli ſucceſſoris Pontificis, & Romanæ Eccleſiæ inviolatæ hactenus amplitudinis, e qua profecti eſſent Conſtantinopolim corrigere devios, a quibus ipſi præcipites acti ſunt. IV. (b) Iſai. 51.

Rem adeo funeſtam paucis bis Liberatus Diaconus narrat (c): *Itum eſt Conſtantinopolim: & prædicti Epiſcopi in cuſtodiam ſunt redacti, chartis ſublatis, ne Catholicis, quibus ſcriptum fuerat, redderentur. Quos iterum poſt hæc Acacius de cuſtodia eiiciens, ſecum fecit procedere, ut quaſi confirmato Petri ſacerdotio dimitterentur.* Et inferius hæc addit de Felice Defenſore ſocio legatorum: *Felix Defenſor Eccleſiæ, qui cum legatis directus fuerat, impediente infirmitate, cum ipſis pergere non potuit: ſed poſtquam Vitalis & Miſenus e cuſtodia Conſtantinopoli ſunt egreſſi, perrexit cum chartis Eccleſiaſticis Conſtantinopolim: paſſuſque eſt & ipſe ſublatis chartis, graviſſimam cuſtodiam.* Hæc ipſe perbreviter nimis, quæ tamen ſunt omnino ab Evagrio prætermiſſa: quippe ſecutus Zachariam Eutychianum erubeſcentem nefanda iſta memoriæ commendare, ea reliquit omnino preſſa ſilentio. V. (c) Liber. Diac. c. 18. Quomodo legati habiti Conſtantinopoli.

Auſpicatur autem narrationem Evagrius ab excuſatione Zenonis imperatoris ad Felicem Pontificem miſſa, cum ait (d): Zeno autem reſcripſit ad Felicem Romanum Pontificem, *eam fruſtra perturbatum verbis Joannis, qui cum jurejurando ſe aſtrinxiſſet, numquam omnino ſedem Epiſcopatus Alexandrini occupaturum; violata fide, & jurejurando neglecto, nullius non ſacrilegii genus admiſiſſet: Pe-* VI. (d) Evag. l. 3. c. 20. 21. Zeno male ſe purgat apud Rom. Pontif.

PAGIUS derunt, ſecundum vero in codicem immiſerunt, tertium olerum cophino inſerentes ad Legatos miſerunt, ut ſcribit Theophanes. His ita geſtis Legati Sedis Apoſtolicæ operti ignominia ac dedecore revertuntur; cum non ſolum ea ad quæ miſſi fuerant, non egiſſent, ſed cum Petro Mongo, ad quem expellendum directi erant, inita communione polluti eſſent. Porro *Zenonis* & *Acacii* literas, quas illi ad Felicem Papam reſcripſerant, Romam redeuntes ſecum detulerunt, plenas contumeliarum in Joannem *Talaiam: Petri* vero *Mongi* laudibus ac præconiis refertas. Epiſtulæ Zenonis Aug. partem refert Evagrius in lib. 3. cap. 20. de Acacii Epiſtola Felix Papa, Synodus Romana, & Auctor Breviculi Hiſt. Eutychian. mentionem faciunt.

III. *Damnantur cum Acacio & Mongo.* Poſt diſceſſum Legatorum ex Urbe Conſtantinopoli *Felix* Defenſor Eccleſiæ Romanæ, quem Felix Papa ex Latere ſuo Legatum miſerat, cum *Vitalis* atque *Miſenus* ex Sacerdotali collegio delecti fuiſſent, ut teſtatur Felix in libello ad Zenonem Aug. cogente morbi neceſſitate tardius ſubſecutus, ita contumelioſe exceptus eſt ab *Acacio*, ut nec eum in conſpectum ſuum admittere ſuſtinuerit, ut teſtatur Felix Papa in ſententia damnationis Acacii. Addit Liberatus, *Felicem* præterea detruſum eſſe in cuſtodiam, & chartas ejus ablatas, quia nempe Acacio & Petro, ſicut *Vitalis* & *Miſenus*

trum vero non ſine accurata de ejus ſide inquiſitione ad ſacerdotii gradum elatam fuiſſe: ſed cum ſubſcripſiſſe ſua manu, ſe ſidem trecentorum decem & octo ſanctarum Patrum qui Nicææ convenerant, eni ſanctam Concilium Chalcedonenſe conſentit, approbare. Iſta enim a Zenone ſcripta ſunt his verbis: Debes pro certa cognoſcere, & noſtram pietatem, & Petrum ſanctiſſimum, de quo ante dictum eſt, & omnes ſanctiſſimas Eccleſias, ſanctiſſimum Concilium Chalcedonenſe complecti & venerari: quod quidem Concilium cum ſide Concilii Nicæni conſentit. Hæc Evagrius de excuſatione Zenonis Imperatoris.

VII. Romanum Concilium a Felice Papa cogitur. His Romam perlatis, necnon quæ ab Orthodoxis monachis ad Felicem Papam contra legatos ſcripta ſunt: ſtatim ipſe Romanus Pontifex Felix convocavit, ex more, Epiſcoporum Concilium, ut tantum nefas ex proditione legatorum admiſſum ſententia omnium damnaretur; & tam ipſos proditores, quam ad ſcelus impulſores par damnationis pœna percelleret. Quæ autem in hoc Concilio acta ſint, Evagrius in primis narrat his verbis: *Extant præterea in Actis ejuſdem Concilii* Romæ habiti ſub Felice *epiſtolæ tum a Cyrillo Monacho Acœmetarum ordinis, quem ſupra poſuimus, tum ab aliis monaſteriorum Præpoſitis Conſtantinopolis, tum ab Epiſcopis & clericis Ægypti ad Felicem Papam contra Petrum utpote hæreticum, & eos qui cum eo communicabant.*

VIII. Monachorum laudata conſtantia. Porro iidem ſanctiſſimi monachi Orthodoxi degentes Conſtantinopoli lapſu legatorum veluti ingentis molis ruina concuſſi ſunt: ſed tamen minime deſpondere animum; verum majoribus ſumptis ſpiritibus, mox aliquos delegarunt, qui Romam cuncta referre Pontifici advolarent. De his enim addit Evagrius iſta: *Qui autem ex domicilio monachorum, quos Acœmetas vocant, venere ad Felicem, Miſenum & Vitalem propterea coarguerunt, quod ad ipſorum uſque Conſtantinopolim adventum Petri nomen clam & occulte in ſacris tabulis legi conſueverat: ex eo autem ad præſens uſque tempus palam & aperte Miſenum & Vitalem Petro communicaſſe. Epiſtola quidem Ægyptiorum tum iſta de Petro complexa eſt, tum etiam quod Joannes & Orthodoxus eſſet, & ut leges Eccleſiaſticæ poſtulant, ordinatus; Petrus autem a duobus ſolum Epiſcopis eadem erroris pravitate cum illis infectis creatus; tum denique quod ſtatim poſt Joannis fugam nulla non ſupplicii genera Orthodoxis ab eo inflicta. Quæ omnia Acacio per quoſdam, qui Conſtantinopolim venerant, ſignificata eſſe, Acaciumque Petro in omnibus quæ moliebatur ſubſidio fuiſſe, memorant.*

Crevere etiam res iſtæ ſermone Simeonis monachi, qui fuit ex numero eorum, qui vocantur Acœmetæ, miſſi a Cyrillo ad Felicem: Nam Miſenus & Vitales ab eo fuerant reprehenſi, propterea quod cum hæreticis communicaverant; idque cum nomen Petri ut hæretici palam in ſacris tabulis recitaretur: quodque ea ratione multi ſimplices homines ab hæreticis in errorem adducerentur, qui affirmare non dubitarunt Petrum ab Epiſcopo Romano in communionem receptum eſſe. Addidit etiam Simeon, cum quadam quæſtione rogarentur, Miſenum & ejus fautores noluiſſe quemquam Orthodoxorum in colloquium venire, vel litteras reddere, vel quicquam contra veram ſinceramque ſidem admiſſum accurate examinare. Producebatur item in medium Silvanus presbyter, qui una cum Miſeno & Vitale fuiſſet Conſtantinopoli; iſque verba monachorum confirmavit. Lecta eſt præterea Acacii epiſtola ad Simplicium, qua ſignificabat, Petrum jampridem & abdicatum fuiſſe, & filium tenebrarum declaratum. Quibus de cauſis Miſenus & Vitalis de ſacerdotii gradu dimoverentur, & a ſacroſancta & pura ſepararentur communione: idque de ſententia totius Concilii. IX.

Quod quidem Romanum Concilium quæ ſequuntur de Petro pronunciavit: Petrum hæreticum jampridem ſententia ſacræ ſedis Apoſtolicæ condemnatum, interdictum Eccleſia, & anathemate mulctatum Eccleſia Romana non recipit. Cui quidem licet nullum aliud crimen obiiciatur, hoc profecto ſatis habet ponderis, cum quidem X.

non

PAGIUS

nur fecerant, communicare noluerat. Priuſquam Legati Romam reverſi eſſent, fama adventum eorum præveniens, prævaricationem eorum ubique divulgaverat. Tandem ingreſſus in Urbem Felix Papa Synodum LXVII. Epiſcoporum collegit in Baſilica Sancti Petri. Illic *Vitalis* ac *Miſenus* cum Legationis ſibi mandatæ rationem reddere juberentur, & ad vanas excuſationes converterentur, *Felix Papa* primo Vitalem ac Miſenum Epiſcopos Sacerdotio & communione privavit. *Petrum* deinde *Alexandrinum*, & *Acacium* Conſtantinopolitanum a Sacerdotali collegio, & ab Eccleſiaſtica communione pronunciavit alienos. Hæc eſt prima damnatio Acacii in Synodo Romana habita *die V. Kalend. Auguſti Venantio Coſ.* ut colligitur ex ſententia depoſitionis, quam Felix Papa ad Acacium miſit. Hujus Synodi Romanæ unicum hodie ſupereſt fragmentum, pars ſc. ſententiæ ab univerſa Synodo prolatæ in Petrum & Acacium.

IV. Duæ Synodi Romanæ adverſus Acacium non confundendæ. *Acacius* in duabus Synodis Romanis damnatus eſt, quarum altera hoc anno, ut mox dixi, coacta, & a Baronio diligenter explicata: altera detecta a Valeſio lib. 2. Obſervat. Eccleſiaſt. ad Evagrium cap. 3. ubi tamen eam hoc anno habitam perperam credidit, ut anno ſequenti, quo ea celebrata, oſtendemus, in damnatione ac depoſitione *Acacii* duo maxime poſtea

non poſſe Orthodoxis præeſſe, quod ab hæreticis ordinatus fuit. Eadem Concilii ſententia hoc quoque complexa eſt: Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum gravi ſſimo crimine dignum res ipſa declaravit: quippe tametſi litteras ad Simplicium ſcripſerit, & Petrum appellarit hæreticum; tamen idem ipſum jam Zenoni minime patefecerit; cum certe illud, ſi modo amaret Zenonem, præſtare deberet; verum Imperatoris deſiderio ſatisfacere magis, quam fidei conſulere expetierit. Hactenus Evagrius de rebus geſtis hoc anno in Romano tali ex cauſa congregato a Felice Papa Concilio.

XI. Synodus Romana in cauſa Miſeni, & Vitalis. Verum res tanta haud ita leviter tranſeunda, ſed locupletius explicanda, cum ſermo ſit de eo Romano Concilio, in quo ſummi ponderis negotium ventilatum eſt & definitum. Non ante quidem ejuſmodi Synodus habita eſt, quam miſſi legati redierunt Conſtantinopoli Romam: cum iidem ad dicendam cauſam Synodum ingredi juſſi ſunt, ubi parata erant ſcripta, necnon præſentes teſtes, quibus legati prævaricationis accuſarentur: hi enim eorumdem (ut dictum eſt) adventum præcaſſarant. Felix igitur in tanto rerum diſcrimine, licet veluti captiva ſub Erulis Arianis teneri videretur Eccleſia, & majores in Oriente ſciret ab Eutychianis hæreticis excitatos eſſe tumultus; inſuper Catholicæ fidei adverſari Imperatorem, eumque ſub Catholico pallio duplo iniquius perſequentem; & in qua omnem ſpem collocaverat, legationem in proditionem eſſe converſam aſpiceret: nequaquam animo conſternatus eſt; ſed conſurgens alacrior, malis reſiſtere parans, indicit Synodum, in qua ſeptuagintaſeptem Epiſcopi convenere: tot enim ſubſcripſiſſe reperiuntur ſententiæ in Acacium latæ, ut Vaticanus codex oſtendit.

XII. Miſenus & Vitalis vocati reddere rationem. Properarunt ergo vocati ex Italia Epiſcopi ad Synodum: qui ſimul in unum congregati cum eſſent apud S. Petrum Apoſtolum, præſidente Felice Romano Pontifice, ſolemnibus ex more rite peractis, juſſerunt Miſenum atque Vitalem Epiſcopos de legatione ſibi credita reddere rationem. Sed inventi minime ipſi ſervaſſe, immo tranſgreſſi eſſe præcepta, quæ obtinuri eam functionem acceperant: & licet modo negarent, modo excuſarent ſe fuiſſe deceptos, neſcienteſque cum hæreticis communicaſſe; convicti tandem ex ipſius Acacii litteris, quas iidem ipſi ſecum tulerant ad eumdem Romanum Pontificem, una omnium ſententia judicati ſunt qui communione Apoſtolica eſſent indigni, necnon ab Epiſcopatus honore alieni. Sic itaque abiere infelices illi inſtar Cain (a) projecti a facie Domini, ſtigmate damnationis inuſti. Porro quod ad literas Acacii pertinet, quas ad Felicem Papam iidem retulere legati: ipſum illis profeſſum ſe communione eſſe junctum cum Petro Alexandrino ſæpe damnato hæretico, teſtatur Gelaſius in epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ. Eo procaciæ perfrictæ frontis contumax homo pervenit, ut peccata ſua ſicut Sodoma (b) prædicaret.

(a) Geneſ. 4.

(b) Iſai. 3.

XIII. In Synodo agitur Acacii cauſa. His peractis, alia Seſſione cognita eſt Acacii cauſa, allatiſque in medium cunctis manifeſtis ab eo perpetratis criminibus, ſententia omnium eſt judicatus hæreticus hæreticorum participatione pollutus. At nec ſic quidem in eum excommunicationis ſententiam intorquere, Patribus hactenus viſum eſt: ſed ſcriptis ad eum rurſum litteris Synodalibus, admonitus eſt, ut reſipiſceret, alias ſciret ſe excommunicationis ſententia percellendum. De hac autem quæ præceſſit ſententiam admonitione, teſtatur Liberatus Diaconus verbis iſtis (c): *Ubi ergo ad plenum detectus eſt Acacius hæreticus. Papa Felix litteris ſuis Synodicis ad Acacium ſic poſuit: Peccaſti, ne adiicias, & de prioribus ſupplica, &c.*

(c) Liber. Diac. Brev. c. 18.

XIV. Nihil plane factum præpropere ab ipſo Romano Pontifice, ſed toto ſuæ ſedis tempore uſque hanc diem nihil magis ipſum curaſſe Felicem, quam Acacium admonere, teſtatur Gelaſius in epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ. Subdit vero Liberatus: *Suſceptis his Acacius litteris, perſeveret, eoque recedens e communione Petri, neque ſuadens ei palam ſuſcipere Chalcedonenſe Concilium & tomum Papæ Leonis.* Hæc Liberatus. Porro deſiderantur ejuſmodi litteræ Synodales ad Acacium miſſæ.

Con-

PAGIUS ſtes reprehenderunt Græci, ut advertit idem Valeſius in Notis ad lib. 3. Evagrii cap. 18. Primum, quod in Synodo damnatus ac depoſitus non fuiſſet: Sed ſolus *Felix* Papa nomen ſuum ſententiæ depoſitionis præfixiſſet. Alterum, quod non convictus, nec diſcuſſus juxta Eccleſiaſticas regulas, damnationis ſententiam excepiſſet. Priori objectioni ita reſpondebant Romani, non opus fuiſſe nova Synodo ad condemnandum *Acacium*; omnes enim ſectatores & communicatores hæreticorum, qui ſpeciali ſententia olim condemnati ſunt, ſimul cum eiſdem hæreticis damnatos intelligi, ut ſcribit Gelaſius Papa in Epiſtola ad Orientales. Nec ſatisfacit reſponſio Baronii numero XXI. Gelaſium de Oecumenica Synodo loqui dicentis; Neque enim Græci hoc in negotio generale inter ac particulare Concilium diſcrimen ullum faciebant: ſed generaliter affirmabant, *Acacium* nulla in Synodo ſpecialiter ob ipſum congregata fuiſſe damnatum: *An de uno dolet Acacio, quod ſpeciali Synodo non fuerit confutatus; cum proprium crimen ſuis literis ipſe detexerit, nec audiri debuerit jam ſponte confeſſus, & de tantis Pontifici-*

bus

XV. Conſtat autem tantum abfuiſſe ut Acacius reſipiſceret, at mox Joannem illum Apameæ Epiſcopum electum, qui nuper, ipſo Acacio agente, fuerat a Romano Pontifice cum Petro excommunicatus; idem Acacius crearit Tyri Epiſcopum, Petrum vero Fullonem confirmarit in ſede Antiochena, ut Papæ Felicis litteræ datæ ad clerum Conſtantinopolitanum declarant, quæ inferius recitandæ erunt. Ita plane ſuperbus nihil quavis occaſione oblatum prætermiſſum voluit, quo aliena ſibi vendicaret jura Eccleſiarum, & adverſus Romanum Pontificem niteretur;
(a) Iſai. 14. illum per omnia ſectatus, (a) qui ponere ſtatuit ſuam ſedem ſuper aſtra cœli, ut fieret Altiſſimo ſimilis: ſtulte nimis ſibi fingens, una cum Romano Imperio in Occidente, etiam eſſe Romanam Eccleſiam humi depreſſam; eidem contemnens obtemperare: ſuperbe ratus ei minime cedere debere Præſulem ampliſſimæ Civitatis, in qua Romani Imperii ſceptra vigerent. Verum non ſuper regnum & Imperium inniti Apoſtolicam ſedem, ſed ſuper Chriſtum Regem Regum & Dominum Dominantium, ipſe ſuo tandem expertus eſt damno, ut quæ ſunt reliqua tomi hujus paſſim oſtendent, & quæ ſequenti dicentur tomo, cum aboleri juſſum eſt ejus nomen e ſacris tabulis, manifeſtabunt. Sed jam proſequamur hiſtoriam.

XVI. Acacius condemnatur. Cum igitur ipſi Romano Pontifici Felici & ſanctæ Synodo ſimul innotuiſſet, Acacium more ſuo contempſiſſe noviſſimam admonitionem, nec ſpem ullam penitus eſſe reliquam, ut reſipiſceret, atque errata corrigeret; collatis calculis una omnium pari ſententia condemnatur, & ut indignus penitus Catholica communicatione, ab ea rejectus exploditur: ſcriptaque in eum excommunicationis ſententia, eadem miſſa eſt Conſtantinopolim. Tradit hoc ipſum Liberatus his verbis: *Hæc* (inquit) *cognoſcens Papa Felix*, nempe admonitionem præmiſſam contemptui habitam, *ſcripturam miſit Acacio*
* Titum. *per Tutum * Defenſorem, cujus eſt principium: Multarum tranſgreſſionum reperiris obnoxius*. Extant ipſæ quidem litteræ, quibus hujuſmodi inſcriptio præfixa
eſt (b): (b) Epiſt. 4. Felic. t. 1. epiſt. Rom. Pont.

FELIX EPISCOPUS SANCTÆ ECCLESIÆ CATHOLICÆ URBIS ROMÆ ACACIO.

XVII. Sententia contra Acacium. *Multarum tranſgreſſionum reperiris obnoxius, & in venerabilis Concilii Nicæni contumelia ſæpe verſatus alienarum tibi provinciarum jura temerarie vendicaſti. Hæreticos pervaſores atque ab hæreticis ordinatos, & quos ipſe damnaveras atque ab Apoſtolica inſtitiſti ſede damnari, non modo communioni tuæ recipiendos putaſti; verum etiam aliis Eccleſiis (quod nec de Catholicis fieri poterat) præſidere feciſti, aut honoribus, quos non merebantur, auxiſti. Teſtatur hoc Joannes, quem a Catholicis Apameæ non receptum, pulſumque de Antiochia Tyriis præfeciſti: & Humerius tunc de diaconia dejectus, atque Chriſtiani nominis appellatione privatus, a te etiam in presbyterii provectus officium. Et quaſi hæc minora tibi viderentur, in ipſam doctrinæ Apoſtolicæ veritatem auſu ſuperbiæ tuæ tetendiſti: ut Petrus, quem damnatum a ſanctæ memoriæ deceſſore meo ipſe retuleras (ſicut teſtantur annexa) B. Evangeliſtæ Marci ſedem, te connivente, rurſus invaderet; & fugatis Orthodoxis Epiſcopis & clericis, ſui proculdubio ſimiles ordinaret: pulſoque eo qui illic fuerat regulariter conſtitutus, captivam teneret Eccleſiam. Cujus tibi adeo grata perſona eſt, & miniſtri ejus accepti, ut Epiſcopos & clericos plurimos Orthodoxos nunc Conſtantinopolim venientes detegaris affligere, & Apocriſarios ejus confovere; atque anathematizantem eumdem Petrum Chalcedonenſis decreta Concilii, & violantem ſanctæ memoriæ Timothei ſepulturam (ſicut ad nos certiores nunc quoque nuncii detulerunt, per Miſenum & Vitalem credideris excuſandum: nec eum laudare deſieris, & multis efferre præconiis; ita ut damnationem ejus, quam ante retuleras, veram non fuiſſe jactaris.* Tan-

PAGIUS *hus Catholicis non dolet ſine ulla diſcuſſione ſeclusſe*, inquit Gelaſius in ea Epiſtola Orientales alloquens, ubi fatetur ingenue *Acacium* in nulla ſpeciali Synodo convictum atque auditum fuiſſe. Certe ex duabus Synodis Romanis, in quibus damnatus *Acacius*, neutra ipſius cauſa congregata eſt, ſed prior ob Vitalem ac Miſenum Sedis Apoſtolicæ Legatos collecta; in qua *Vitalis* quidem ac *Miſenus* damnati, *Petrus* vero *Alexandrinus*, & *Acacius* perſtricti tantum obiter ac notati, ut docet Evagrius cap. 18. Poſterior vero cauſa Eccleſiæ Antiochenæ collecta anno ſequenti, in eaque Petrus Alexandrinus & Acacius Conſtantinopolitanus, ut ſocii & communicatores Petri Fullonis Antiocheni Epiſcopi damnati ſunt.

V. Quod vero Felicem Papam ſolum ei ſententiæ nomen ſuum præfixiſſe querebantur Græci, huic objectioni ita reſpondet Felix in Epiſtola Synodica ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes: *Unde nunc cauſa Antiochena Eccleſiæ apud B. Petrum Apoſtolum collecti rurſum Dilectioni veſtræ morem, qui ſemper apud nos obtinuit properavimus indicare. Quoties intra Italiam propter Eccleſiaſticas cauſas præcipue Fidei colliguntur Domini Sacerdotes, conſuetudo retinetur, ut Succeſſor Præſulum Sedis Apoſtolicæ, ex perſona cunctorum & totius Italiæ Sacerdotum juxta ſollicitudinem ſibi Eccleſiarum omnium competentem, cuncta conſtituat*. Idem ante Felicem dixerat Julius Papa in Epiſtola ad Orientales, quam refert Athanaſius in Apologetico. Jam vero quod ſpectat ad ſecundam objectionem Orientalium de Acacio ſine ulla diſcuſſione damnato, ſatis reſponſum eſt a Gelaſio
Papa

Reſpondetur rationibus Græcorum in cauſa Acacii.

Digitized by Google

XVIII. *Tantum autem perſeveras in hominis defenſione perverſi, ut quondam Epiſcopos, nunc vero & honore & communione privatos Vitalem atque Miſenum, quos ad ejus expulſionem ſpecialiter miſeramus, ſublatis chartis cuſtodiæ paſſus fueris mancipari: & ad proceſſionem, quæ tibi cum hæreticis habetur, exinde productos (ſicut eorum profeſſione patefactum eſt) ad hæreticorum tuamque communionem, contempta quæ vel gentium jure ſervari debuit legatione, pertraxeris, præmiiſque corruperis: & in læſionem B. Apoſtoli, a cujus ſede profecti fuerant, non ſolum inefficaces redire feceris; ſed etiam impugnatores omnium, quæ fuerant mandata, monſtraris. In quorum deceptione tuam nequitiam prodidiſti: & ad libellum fratris & Coepiſcopi mei Joannis qui te graviſſimis objectionibus impetivit, in Apoſtolica ſede ſecundum canones reſpondere diffidens, objecta firmaſti.*

XIX. *Felicem quoque Defenſorem fideliſſimum nobis, neceſſitate faciente, ſerius ſubſecutum, indignum tuis conſuiſti oculis. Eos quoque tecum litteris tuis communicare teſtatus es, quos conſtat hæreticos: quid enim ſunt aliud, quid poſt obitum ſanctæ memoriæ Timothei ad Eccleſiam ſub Petro redeunt, vel qui ſe ex Catholicis eidem tradiderunt, niſi quod Petrus ab univerſa Eccleſia atque a te fuerat judicatus? Habe ergo cum his quos libenter amplecteris portionem ex ſententia præſenti, quam per tuæ tibi direximus Eccleſiæ Defenſorem, ſacerdotali honore & communione Catholica, necnon etiam a Fidelium numero ſegregatus; ſublatum tibi nomen & munus miniſterii ſacerdotalis agnoſce, ſancti Spiritus judicio & Apoſtolica auctoritate damnatus, numquamque anathematis vinculis exuendus.*

XX. Cælius Felix Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ urbis Romæ ſubſcripſi. *Data quinto Kalend. Auguſti, Venantio viro clariſſimo Conſule. Simul ſubſcripſerunt ſexagintaſeptem Epiſcopi.* Hactenus ſententia in Acacium lata. Sed antequam ulterius progrediamur, admonendam, ex ejuſmodi recitata epiſtola, hoc anno ſub Conſulatu Venantii data, redargui penitus mendacii quæ leguntur in libro de Romanis Pontificibus ſub Felice, ubi dicitur, triennio poſt damnatum Acaciam miſſos eſſe legatos Conſtantinopolim Miſenum & Vitalem; cum ante ejus damnationem miſſos eſſe eoſdem legatos, tum ex dicta recitata ſententia, tum omnium hiſtoricorum teſtificatione exploratiſſimum habeatur.

His igitur datis a Felice Papa atque Synodo de damnatione Acacii litteris, mox aliæ ſcriptæ fuerunt ad omnes Orientales Epiſcopos, quibus admoniti ſunt, ut Acacii communionem vitarent, quem Eccleſia Apoſtolica ſua communicatione judicaſſet indignum. Paruerunt Macedones Epiſcopi, necnon qui præerant Dardaniæ Eccleſiis, teſtatur id quidem Gelaſius Papa in epiſtola ad Laurentium, & in ea quam ad Epiſcopos Dardaniæ ſcripſit. Sed hic ille nobis modo nodus ſolvendus: Quomodo poſtea Euphemius Epiſcopus Conſtantinopolitanus tempore Gelaſii, Felici ſucceſſoris, ait ad excuſationem Acacii, ipſum non fuiſſe damnatum in Synodo? Patet quidem ex Gelaſii epiſtola (a) quæſtionis ſolutio: nempe intellexiſſe illum de Synodo œcumenica, quam ipſe Gelaſius tradit haud fuiſſe ad damnationem Acacii neceſſariam: ſed & excuſat, haud integrum fuiſſe Felici Orientales vocare Epiſcopos, quos ſciret Acacii communione pollutos. XXI. De litteris ad Orientales Epiſcopos datis.

(a) *Gelaſ. epiſt. 12.*

Scripſit & ſancta Synodus Romæ collecta etiam poſt latam ſententiam in Acacium litteras ad clericos & monachos tum Conſtantinopoli, tum in omni provincia Bithyniæ conſiſtentes, quibus eos de rebus in Synodo adverſus Acacium geſtis admonuit. Sic enim ſe habent, magno Dei beneficio conſervatæ (b): XXII.

Sancta Synodus apud beatum Petrum Apoſtolum congregata univerſis presbyteris & Archimandritis Orthodoxis Conſtantinopoli & Bithyniæ conſiſtentibus dilectiſſimis filiis in domino ſalutem.

(b) *Felic. ep. 4. to. 1. ep. Rom. Pont.*

Olim

PAGIUS

VI. *Sententia in Acacium.* Papa in Epiſtola ad Orientales, cujus verba ſupra protulimus. Hæc recte Valeſio obſervata.

Baronius num. XIII. poſtquam retulit damnationem Vitalis atque Miſeni ſcribit; *his peractis alia Seſſione*, cognitam eſſe cauſam *Acacii*, allatiſque in medium cunctis manifeſtis ab eo perpetratis criminibus, ſententia omnium judicatum eſſe hæreticorum participatione pollutum. At nec ſic quidem in eum excommunicationis ſententiam intorquere Patribus hactenus viſum eſſe: ſed ſcriptis ad eum rurſus literis Synodalibus admonitum eſſe, ut reſipiſceret; alias ſciret ſe excommunicationis ſententia percellendum. De hac autem quæ præceſſit ſententiam admonitione, teſtari Liberatum cap. 18. ſed hujuſmodi literas Synodales ad Acacium miſſas deſiderari. Ita Baronius. Valeſius in lib. 2. Obſervat. Eccleſiaſt. ad Evagrium cap. 8. contendit, Baronium & Liberatum hac in narratione hallucinatos eſſe, nec *Acacium* ſecundo admonitum poſt damnationem Vitalis atque Miſeni, nec latam damnationis in Acacium *ſententiam dilatam* fuiſſe. Qui enim fieri poteſt, inquit Valeſius, ut Felix Papa ad Synodicas literas, quas refert Liberatus poſt damnationem Vitalis ac Miſeni ad Acacium ſcripſerit; cum conſtet Felicem Papam, *quarto aut quinto die* poſt damnationem illorum ſententiam depoſitionis miſiſſe ad Acacium? Exiſtimat itaque Valeſius primo admonitum fuiſſe Acacium a Felice Papa per Epiſtolam ad ipſum ſcriptam, quam Legati Sedis Apoſtolicæ Vitalis atque Miſenus Conſtantinopolim miſerunt, & ſecundam admonitionem aliam non eſſe, quam libellum citationis a Felice Papa ad Acacium tranſmiſſum per eoſdem Legatos; qui

ſic

Digitized by Google

Olim nobis, atque ab initio ſedi Apoſtolicæ omnium noſtrorum principi fides veſtra probata eſt ſanctitatis: nec dubitari poteſt, ita vos vera in Deum pietatis tenere conſtantiam, ut etiam diſcernendi juſtos ab impiis, Fideles ab infidelibus, Catholicos ab hæreticis, dono Divini Spiritus habeatis induſtriam. De quo gloriantes in Domino; etſi nihil eſſet quod in cauſa fidei latere noverimus; tamen ne quis puſilla forte ſit mentis, pro ſollicitudine miniſterii, per Ezechielem Prophetum (a) *a Domino ſpecialiter verba dicta proferimus: Quod ſi (inquit) ſpeculator gladium viderit venientem, & non inſonuerit buccina, & populi ſe non cuſtodierint, veneritque gladius, & tulerit de eis animam; ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem vero de manu ſpeculatoris requiram. Videtis ecce quæ nos veſtra conſtringat, quæ mandata præterreant: & quod cavendum eſt potius, ne ipſis taceamus adverſis, quam magis verendum divinis ſubjacere ſuppliciis; & cum poſſit cæleſtis vocis auditu, quiſquis ſe cuſtodierit, ſine dubitatione ſalvari; ſpeculatoris ſit gravior reatus, ſi quemquam taciturnitas ejus amiſerit.*

(a) Ezec. 33.

XXIII. *Unde quæ ſint acta, memoramus: Cum Vitalis atque Miſenus in noſtro judicio conſtituti cauſas mandata ſibi pro fide legationis exponerent; quoniam aſtutiores ſunt filiis lucis filii tenebrarum, prævaricatores mandata ſibi legationis, circumveniente magiſque opprimente Acacio, ſunt reperti: ita ut (quantum fama mobilitate præcognitum eſt) confiteretur eos, prædicti contra formam præcepti, prohibitum ſui exhibuiſſe famulatum, cum ob hoc ſpecialiter directi fuiſſent. Utinam Eccleſia vobis audientibus eum corriperet, & Petro Alexandrina urbe excluſo (quem S. Simplicius Papa ſæpius popoſcerat longinquo exilio relegandum, ut Catholicis Epiſcopis ſubveniretur & populis) iſti coram vobis inter altaria veneranda non ſolum Acacio; quod vetitum fuit contraria perpetranti, ſed eiſdem ipſis, ad quos directi fuerant evitandos, ſe neſcientes communicaſſe dixerunt; nec Catholicis Epiſcopis & clericis quos perſequebatur Acacius, callida ſeductione tranſlati, ſubvenire voluerunt. Et cum ſe univerſa ſic ut illis mandata ſunt mentirentur egiſſe; lectis Acacii litteris, quas ipſi detulerant, manifeſtum eſt eos ſine excuſatione vidiſſe, unum atque idem Petrum, Acaciumque ſentire, qui Petrum a S. Simplicio & ante Epiſcopatum fuiſſe damnatum, & ab Epiſcopatus ipſius retulerat honore propulſum.*

Adjectum etiam tunc, cum iſta in examinatione tractantur, quod Acacius Joannem illum Tyriorum Eccleſiæ fecerit præſidere, qui Apamenis a Petro Antiochenæ Eccleſiæ tyranno fuerat Epiſcopus ordinatus; ſed minime exceptus, proprio ordinatore depulſo, eamdem ſedem non timuit occupare: quos tunc hypocrita Acacius ita fecit ab Apoſtolica ſede damnari, ut his etiam Chriſtianorum vocabulum tolleretur, quod Geſta apud eum habita manifeſtant. XXIV.

His ergo deterioribus compertis, Vitalem atque Miſenum a ſacerdotali collegio & ſacroſancta communione ſuſpendimus: Acacium quoque membris Chriſti perniciosius inhiantem, & per Civitates atque provincias unam de fide Catholica Eccleſiam diſſipantem, inter Epiſcopos ſanctos atque inter Chriſtianos judicavimus non haberi. Qualiter enim fieri poterat, ut ſcindens tunicam Chriſti, quam nec crucifigentes eum dividere auſi ſunt, in numero Fidelium cenſeretur? Igitur omnia quæ nobis in timore Dei competunt, cogitantes & prævidentes, ne totiens extincta Eutychiana peſtis hæreſeos, cujus Acacius defenſor eſt & patronus, ſerpens ut cancer, Chriſti membra diſperderet; eum jam nunc e corpore Eccleſiaſtico, ut partem putridam anathematizamus, ſententia memorata abſciſſum, Dominicis eloquiis obſequentes (b)*: Si oculus tuus, aut pes tuus ſcandalizaverit te, abſcinde eum, & projice abs te. Et ut charitas veſtra poſſit agnoſcere, venerandas Synodos Nicænum & Epheſinam priorem, atque Chalcedonenſem contra Neſtorium, & Eutychetem impiiſſimum, nos tenere, &c.* His ſubjecta fuiſſe videtur rectæ fidei inſtructio, quæ deſideratur in dicta epiſtola, opera librariorum ita decurtata relicta, & annexa ſequentibus, quæ ejuſdem eſſe noſcuntur epiſtolæ, videlicet? XXV.

(b) Matt. 18.

XXVI. *Poſt illam ſententiam, quæ in Acacium perturbatorem totius Orientis Eccleſiæ dicta*

PAGIUS ſic incipit; *Epiſcopali diligentia commonente, debueras diligentia tua*, & cætera apud Baronium anno CDLXXXIII. n. XLVI. & ſeq. legenda.

VII. *Sententia Valeſii eam ſtatim promulgatam fuiſſe cenſentis.* Denique quod Baronius affirmat, dilatam fuiſſe damnationis ſententiam in Acacium, dicit Valeſius manifeſte refelli ex epiſtola ipſius Synodi Romanæ *ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes*. In hac enim Epiſtola, quæ geſtorum in illa Synodo Romana accuratam narrationem complectitur, primo quidem Vitalis ac Miſenus damnati eſſe dicuntur: poſtea vero nulla interpoſita dilatione Acacius a Sacerdotali honore, & Eccleſiaſtica communione removetur. Verba Epiſtolæ a Baronio num. XXII. recitatæ, ſunt hæc: *His ergo deterioribus compertis Vitalem atque Miſenum a Sacerdotali collegio & Sacroſancta communione ſuſpendimus. Acacium quoque membris Chriſti perniciosius inhiantem, & per Civitates atque Provincias unam de fide Catholica Eccleſiam diſſipantem, inter Epiſcopos Sanctos, atque inter Chriſtianos judicavimus non haberi. Qualiter enim fieri poterat ſcindens tunicam Chriſti, quam nec crucifigentes eam divide-*

re

cta eſt, bis quoque nunc congregati addicimus * *litteris, memoratam ſubdendo ſententiam, quum placuit per Tutum Defenſorem Eccleſiæ Acacio dirigi; ne volentes aliqui circumſcribere veritatem, maliguiſſimis blandimentis ſimpliciores quoſque ſeducant. Nam ſi terra marique Orthodoxis non ponerentur inſidiæ, plurimi ex nobis cum eadem Acacii ſententia venire potuiſſent. Unde nunc cauſa Antiochenæ Eccleſiæ apud beatum Petrum Apoſtolum collecti, rurſum dilectioni veſtræ, more qui apud nos ſemper obtinuit, properavimus indicare.*

* adducimur. Appendix ad ſuperiorem epiſtolam.

XXVII. Mox vetus Romanæ Eccleſiæ. *Quotiens intra Italiam propter Eccleſiaſticas cauſas, præcipue fidei, colliguntur Domini ſacerdotes, conſuetudo retinetur, ut ſucceſſor Præſulum ſedis Apoſtolicæ ex perſona cunctorum totius Italiæ ſacerdotum, juxta ſolicitudinem ſibi Eccleſiarum omnibus* * *competentem cuncta conſtituat, qui caput eſt omnium, Domino ad beatum Petrum Apoſtolum dicente: (a) Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Quam vocem ſequentes trecenti decem & octo ſancti Patres apud Nicæam congregati, confirmationem rerum atque auctoritatem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ detulerunt; quam utramque uſque ad ætatem noſtram ſucceſſiones omnes, Chriſti gratia præſtante, cuſtodiunt. Quod ergo placuit ſanctæ Synodo apud beatum Petrum Apoſtolum (ſicut diximus) per Tutum Eccleſiæ Defenſorem, & beatiſſimus vir Felix, caput noſtrum, Papa & Archiepiſcopus judicavit, in ſubditis continetur.* His juncta fuiſſe videtur exſcripta ſententia in Acacium lata, jam ſuperius ſuo loco a nobis poſita: cui hæc ſubjecerunt:

* omnium.

(a) Matt. 16.

Auctoritas Apoſtolicæ ſedis.

XXVIII. *Sic* * *autem Acacius impietatem peſtiferæ damnationis tetendit, ut etiam dejectus inſultet, ut ſciſſus ſævire non deſinat; & cum omnino extra corpus habeatur, ejus tamen membra dilaceret, & de ſe ſcriptum eſſe teſtetur (b): Impius cum venerit in profundum malorum, contemnit adiiciens deteriora prioribus, perſequendo jam mortuos, ejus anima graviter delinquendo, condemnationem ſecundæ mortis incurrit: qui, Calendione Epiſcopo ſancto (quemadmodum cognovimus) nuper ejecto, Petrum totiens & a ſe ante damnatum in ejus immiſit Eccleſiam; ita ut plurimi (ſi verum eſt) Catholici ceſſerint, relictis ſuis ſedibus, ſacerdotes; & noſtræ projectæ ſint porcis & canibus margaritæ.*

* Sicut.

(b) Prov. 18.

XXIX. *Veruntamen neminem terreat, quod damnatus Acacius non quieſcat. Eliſus eſt ſatanas, & tamen operatur. Vicit Chriſtus & vincit, nec adhuc hoſtis abſiſtit. Et quia certum eſt nobis, meminiſſe vos etiam propheticæ lectionis, nec aliquid habere contra conſiſtentia caſtra formidinis: opportuniſſime cohortamur expectantes Dominum, ut (ſicut & nos) perſeveretis in finem; & ſententiam, quam reperitis in ſubditis, animo conſtanti retineatis.*

XXX. *Ne quid autem maligni in litteris noſtris mutari apud praviſſimas mentes, aut aliter interpretari poſſit: primum clementiſſimo Principi (ſicut oportuit) ſupplicantes, has eaſdem litteras noſtras ad dilectionem veſtram, clerum, plebemque, & ampliſſimum Senatum direximus, quibus ſinguli univerſique ſubſcripſimus; divinum petentes auxilium, ut vitatis inſidiis, hæc ad vos ſcripta faciat pervenire.* Et alia manus: *Deus vos incolumes cuſtodiat, filii dilectiſſimi.* Subſcriptiones Epiſcoporum.

XXXI. *Candidus Tiburtinæ civitatis Epiſcopus Petro Alexandrinæ Eccleſiæ pervaſori, & Acacio quondam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, necnon etiam Petro Antiocheno ab Epiſcopatu & Chriſtianorum numero olim jure & merito ſegregatis, omnibuſque ſequacibus eorum, ſequens auctoritatem ſedis Apoſtolicæ ſecundum deſiderium noſtrum juxta Eccleſiæ ſtatum Catholicæ de-*

PAGIUS *re auſi ſunt, in numero fidelium cenſeretur? Igitur omnia, quæ nobis in timore Dei competunt cogitantes ac providentes, ne totius extincta Eutychianæ peſtis hæreſeat, cujus Acacius defenſor eſt ac patronus, ſerpens, uti cancer, Chriſti membra diſperderet, eum jam nunc ut partem putridam anathematizamus ſententia memorata abſciſſum.* Vides nullam hic mentionem fieri dilationis interpoſitæ, ſed poſt damnationem Vitalis atque Miſeni, ſententiam excommunicationis continuo in Acacium eſſe libratam. Quod ſi dilatio interpoſita fuiſſet, proculdubio id retuliſſent Epiſcopi in Epiſtola Synodica ad Archimandritas. Id enim ad exaggerandum crimen Acacii non mediocre pondus habuiſſet; ſed nec Gelaſius Papa in Geſtis de nomine Acacii mentionem ullam facit interpoſitæ dilationis. Ita Valeſius qui nomine *Geſtorum de nomine Acacii* intelligit Breviculum Hiſt. Eutychian. uti etiam a quibuſdam aliis appellatur.

VIII. Verum nec Liberatus, nec Baronius, ſed ipſemet Vir doctiſſimus fallitur. Nam, ut recte vidit Baronius, quando Felix Papa *Vitalem & Miſenum* in Orientem legavit, dedit eis Epiſtolam a ſe ad Acacium ſcriptam, qua ſignificat, optare Sanctam Synodum Romanam, ut Zenonem Imp. inducat ad emendandum ſedulo ſtudio ea, quæ adverſus Catholicam fidem hactenus perperam egiſſet, ſed quia magnopere credebatur fore, ut Acacius refractarius ſuaſionibus Pontificiis & Apoſtolicæ Sedis monitis minime acquieſceret, iiſdem Legatis datus citationis libellus, cujus initium: *Epiſcopali diligentia commonente*, &c. Quare libello illo *primum* admonitus fuit Acacius, non vero *iterum*: & Epiſtola illa, quam etiam duo Legati tulere, non eſt libellus citationis, ſed Epiſtola exhortatoria, qua Felix Papa Acacium *inſtantius, crebro, repetitis hortationibus* incitat ut ipſe ea poſthac devitet, *quæ eum ab omni domo Chriſti oſtendant eſſe disjunctum*, ut legitur in illa Epiſtola a Baronio anno CCCCLXXXIII. num. XXV. & ſeqq. relata, in qua nullum admonitionis vel citationis veſtigium

Refellitur primo.

liberatione prolatam, anathema dicens, ſubſcripſi. Et quadragintaduo Epiſcopi ſimiliter ſubſcripſerunt. Hactenus ibi de epiſtola Synodali. Ex hac igitur Candidi Epiſcopi Tiburtini ſubſcriptione manifeſtum redditur, non unum tantum eſſe in Synodo Romana damnatum Acacium, ſed & repetitam damnationem Petri Antiocheni, & Petri Alexandrini Epiſcoporum hæreticorum, eoſdemque ſedibus exauctoratos.

XXXII. Quod vero ad ipſos monachos Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, ad quos Synodalis epiſtola data eſt, ſpectat: magna quidem Dei providentia in his moderandis eluxit, ut compenſato certamine, tunc pro defenſione Catholicæ veritatis inſurgerent monachi, cum ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus faveret hæreticis; ſicut contra cum Eutyches Archimandrita una cum ſuis hæreſim ſeminaret, tunc ex adverſo ſtaret Catholicus ejuſdem civitatis Antiſtes ſanctiſſimus Flavianus. Perſeveravit & in poſterum ejuſmodi in monachis una cum ſancta Romana Eccleſia in fide Catholica defendenda conſtantia, digna quidem laude: ut plane illud civibus decantare licuerit (*a*): *Niſi reliquiſſet Dominus ſemen, & quidem ſemen verum, ſemen ſanctum; quaſi Sodoma & quaſi Gomorrha fuiſſemus*. Sed de his ſæpe dicendum ſuis locis inferius.

(*a*) *Iſa. 1.*

XXXIII. Hæc igitur cum hoc ipſo anno, qui ſecundus Felicis Pontificis numeratur, ex nota Conſulatus & aliis ſignis facta eſſe, certiſſimum ſit: ſolvenda illa objectio eſt, quam ex Gelaſii Papæ epiſtola quis poſſet inferre, cum ſcribens ad Anaſtaſium (*b*) Imperatorem dicat, triennio ferme laboratum eſſe cum Acacio, ut emendaret quod deliquiſſet, antequam Felix in eum ſententiam damnationis inferret: cum tamen hic ſit ſecundus Felicis annus. Ad hæc dicendum eſt, nequaquam triennium illud ad Felicis ſedis tempora referendum eſſe, ſed ad numerum illum explendum extrema Simplicii tempora computanda, ut quæ dicta ſunt ſuperius acta ab eo eſſe contra Acacium docent. Teſtatur id quidem Gelaſius de Acacio ab Eccleſia Romana per triennii ferme temporis ſpatium ſæpe præmonito, in epiſtola ad Dardaniæ Epiſcopos data (*c*).

(*b*) *Gelaſ. ep. 10.*

(*c*) *Gelaſ. ep. 11.*

XXXIV. *Quid autem acciderit cum anathematis littera Conſtantinopolim perlata ſunt, Liberatus Diaconus narrat his verbis:* (*d*) *Datis Acacio hujuſmodi litteris, eas non ſuſcepit, patrocinio fultus Imperatoris: ita ut cogerentur qui eas detulerant, per quemdam ignotum monachum Acœmetenſem, ipſam chartam damnationis, dum ingrederetur ad celebranda ſacra, ſuſpendere in ejus pallio, & diſcedere.* Addit ad hæc Nicephorus (*e*), monachos illos monaſterii Dii nominati, qui comminiſtri ad hoc opus fuere, ab Acacianis dira paſſos eſſe, occiſos ex iis aliquos, nonnullos vulneratos, vel cuſtodiis mancipatos: quorum celebris eſt memoria in tabulis Eccleſiaſticis, in quibus monachorum Dii monaſterii ejuſmodi occaſione necatorum glorioſum martyrium innoteſcit (*f*). Porro monaſterium Dii dictum fuit ab Archimandrita Dio, qui egregia ibi Conſtantinopoli claruit ſanctitate, cujus meminimus in Notis.

(*d*) *Liber. Diac. Brev. c. 16.* Acacio quomodo redditus libellus ſententiæ.

(*e*) *Niceph. l. 16. c. 17.*

(*f*) *Martyrol. Rom. ex Græc. die 8. Februar.*

XXXV. Addit Nicephorus ex Baſilio Cilice veteri hiſtorico (cujus meminit Suidas, quem ait fuiſſe Epiſcopum Irenopolis) Acacium eo inſaniæ perveniſſe, ut nomen ipſius Felicis Papæ e ſacro eraſerit Albo; cum nullus ante eum, quamvis complures hæretici & hæreſiarchæ illi præfuerint civitati Epiſcopi, tantum nefas nec cogitare auſus eſſet. At cum legis Acacium e ſacris Diptychis nomen Felicis Pontificis obliteraſſe, in memoriam revoca Dioſcorum Alexandrinum id ipſum adverſus S. Leonem Papam, in eum anathema inferendo, tentaſſe: & conſidera quales eſſe conſueverint qui adverſus Romanos Pontifices inſurrexerunt. Non id prædeceſſores Acacii Alexander, Paulus, Chryſoſtomus, Proclus, & Flavianus Epiſcopi ſanctiſſimi & laudatiſſimi aliquando vel in animum inducere; neque anteceſſoris Dioſcori Diony-

Acacius nomen Felicis Papæ delet.

PAGIUS extat. Multo minus in libello citationis; qui incipit: *Epiſcopali diligentia commonente*. Imo hæc verba, quæ Liberatus refert: *Peccaſti, ne adjicias, & de prioribus ſupplica*, ipſemet Valeſius attentius conſideraverat in Notis ad Evagrium lib. 3. cap. 18. ubi libellum iſtum primam admonitionem fuiſſe affirmavit, quod non video in dubium revocari debere.

IX. Refellitur ſecundo. Secundam admonitionem ad nos non perveniſſe, optime etiam ſcripſit Baronius num. XIV. eamque recte ſuo tempori aſſignavit Liberatus cap. 18. ubi hæc habet: *Redeunt aliquando Legati: ſed præceſſerant Monachi, qui eos graviter de proditione arguebant. Auditi ſuntimus & convicti ex ipſis literis, quas detulerunt, a locis propriis ſunt remoti.* Et paulo poſt: *Ubi ergo ad plenum detectus eſt Acacius hæreticus, Papa Felix in literis ſuis Synodicis ad Acacium ſic poſuit: Peccaſti, ne adjicias, & de prioribus ſupplica. Susceptis his Acacius literis perſeverat, neque recedens a communione Petri, neque ſuadens ei palam ſuſcipere Chalcedonenſe Concilium, & Tomum Papæ Leonis. Hæc cognoſcens Papa Felix damnationis ſcripturam miſit Acacio per Totum* (ſeu melius Tutum) *Defenſorem, cujus eſt principium: Multarum tranſgreſſionum repertus obnoxius.* Prima itaque admonitio anno præcedenti ex Synodo Romana cum literis Felicis Papæ ſupra citatis miſſa in Orientem per *Vitalem & Miſenum*: ſecunda, quæ in Edicto ſententiæ memoratur his verbis: *Acacius, qui ſecundo a nobis admonitus*, &c. Acacio currenti anno denunciata; ſed non per Vitalem & Miſenum, ut fuerat prior, quia, ut teſtatur Li-

nyſius, Petrus, Alexander, Athanaſius vel levi ſaltem cogitatione tentarunt: immo hos omnes, eorumque ſimiles conſtat omni reverentiæ & honoris cultu proſecutos eſſe Romanos Epiſcopos: adverſus quos dumtaxat cornua erexiſſe ejuſmodi cornutas beſtias illis ſimiles, quas Joannes (a) ſæpe in viſu prævidit. His ſeſe jungant ſocios Novatores, eorumque veſtigia ſectentur, tantis ducibus gloriantes, eamdem a Domino cum illis accepturi in fine mercedem.

(a) Apoc. 12.13.17.

XXXVI. Sed quid inſuper contemptor Acacius? Addit Liberatus (b), numquam ceſſaſſe ſacra peragere, anathematis licet vinculis alligatum. Et quid ſibi non licere, inconceſſumve exiſtimat eſſe, qui ſemel caſtra Fidelium deſerens, ad inimicos ſe contulit transfuga? Et quid diabolo ſuadenti negabit hæreticus, qui ejus impulſu vallum tranſiliit pietatis? Et quomodo humilis acquieſcet mandatis ſaluberrimis imperantis, qui ei ſe ſubdidit ſervus, qui eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ? At leviora hæc viſa ſunt cruentæ beſtiæ, quæ pro nihilo duxit præcipuas ſedes & totius Orientis metropoles hæreticis tradidiſſe, cum & Orthodoxos omnes quos ſciret Epiſcopos ab Eccleſiis ſuis expellens ac fugans, eaſdem nefariis hominibus dederit, quos tum hæreſis infamaret, tum vitæ turpitudo damnaret.

(b) Liber. c.18.

XXXVII. Catholici Orientales Epiſcopi ab Acacio depoſiti. Sic igitur auctum eſt malum, & ruina latius patuit, cum poſt collatas Patriarchales ſedes poſſidendas immo diſſipandas hæreticis, etiam in alias præcipuas Orientalis Orbis Eccleſias, pulſis paſtoribus Orthodoxis, ſubinduxerit latrones & fures, atque ad hoc tantum in ovile ovium, ut perderent atque maſtarent, immiſerit. Audi de his Gelaſii Papæ querelas, & lacrymas intuere nec poſt plura annorum ſpatia deterſas vel exiccatas, ſed uberiori ſcaturigine iterum atque iterum erumpentes pro menſura excreſcentis in Eccleſiæ ſata malorum alluvione torrentis: iſte enim ipſe deplorat in epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ ſcripta, cum in eumdem Acacium ait (c): *Qua denique per totum Orientem Synodo, ejectis Orthodoxis nullo crimine maculatis, pravos quoſque & criminibus involutos ſua proviſione ſuppoſuit? Qua Synodo tot aliena privilegia nefandus populator invaſit? Sed libri non ſufficerent, ſi tragedias ejus, quas per Eccleſias totius Orientis exercuit, ſigillatim deſcribere moliamur. An illud ipſius argumentum nobis æſtimant opponendum, quod facinora ſua in Imperialem auſus eſt jactare perſonam? Cur igitur quando voluit, obſtitit Baſiliſco tyranno, certe hæretico vehementer infeſto?* Et inferius de iiſdem agens ſic exaggerat:

(c) Tom. 1. ep. Rom. Pont. ep. 11.

XXXVIII. Quanta mala Acacius perpetrarit. *Quaſi vero tantum in Alexandrini Petri communione Acacius prævaricator extiterit, & non in omnibus quos vel fecit, depulſis Catholicis Pontificibus tamquam tyrannis, Eccleſiis quibuſlibet præponi, vel taliter præpoſitis perverſa communione permixtus eſt: qui hoc ipſo ſecundum canones fuerant ab Eccleſiaſtica communione pellendi, quod ſe paſſi ſunt ſucceſſores vivis ſacerdotibus adhiberi. Quis autem non perſpiciat Chriſtianus, quod Catholicis Pontificibus propria ſede dejectis, nonniſi hæretici potuerint introduci? Quibus tamen cunctis vel auctor fuit Acacius ſubrogandis, vel ſubrogatis communicator acceſſit, his utique qui a communione hæreticorum nullatenus diſcrepabant. Cur igitur vel cum hæc fieri videret Acacius non ſicut ſub Baſiliſco jam fecerat, ad Apoſtolicam ſedem referre curavit; ut ſi ſolus ipſe non poterat, junctis cum eadem conſiliis atque tractatibus, apud Imperatorem quæ religioni competerent, allegaret? Nam ſi Baſiliſcus (ut dictum eſt) tyrannus & hæ-*

PAGIUS Liberatus, ii jam Romam redierant, quando ea Conſtantinopolim miſſa. Quare cum ſententia adverſus Acacium, cujus initium: *Multarum tranſgreſſionum reperiris obnoxius;* data ſit *V. Kalend. Auguſti Venantio V. C. Conſ.* anno ſc. currenti, apparet Synodum Romanam verno tempore celebratam; alioquin an literæ Synodicæ ſecundæ admonitionis effectum aliquem habuiſſent, Romæ *V. Kalend. Auguſti*, quo die ſententia lata, ſciri non potuiſſet.

X. *Refellitur tertio.* Decipitur etiam Valeſius, quando aſſerit, *Felicem Papam* quarto, aut quinto die poſt damnationem *Vitalis*, atque *Miſeni*, ſententiam depoſitionis miſiſſe ad *Acacium:* ſententia enim adverſus Vitalem & Miſenum menſes aliquot data antequam Acacius damnaretur, ut mox dixi. Præterea Epiſtola Synodi Romanæ *adverſus Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli, & per Bithyniam conſiſtentes*, a Baronio ann. XXII. & ſeq. recitata, pertinet ad ſecundam Synodum Romanam autumno anni ſequentis habitam, non vero quatuor aut quinque dies poſt Synodum Romanam, de qua hic agimus. Quare cum ea ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli, & per Bithyniam conſiſtentes data ſit in ſecunda Synodo Romana, in ea ſummarie tantum referuntur, quæ in priori geſta ſunt; neque enim opus erat in ea ſicuti nec in Breviculo Hiſt. Eutychian. exaggerare quæ Acacius ante priorem ſententiam in eum latam geſſiſſet, ſed ſufficiebat, ut paucis verbis, ſicuti moris eſt, perſtringerentur, & quæ poſt damnationem *Acacius* egerat, fuſius narranda erant. Ex illo igitur argumento mere negativo nihil deduci poteſt contra ſententiam Baronii. Alia, quæ Valeſius ſcribit adverſus aliqua ejus dicta, cum loquitur de Synodo Romana hoc anno coacta, remitto ad annum ſequentem, quo verba faciam de ſecunda Synodo Romana, quæ Baronio ignota fuit.

[D]icus ſcriptis Apoſtolica ſedis vehementer infractus eſt, & a pluribus retiotatus exceſſibus: quanto magis legitimus Imperator, qui ſe Catholicum videri volebat, potuit cum Apoſtolica ſede cunctorum quoque Pontificum moderata ſuggeſtione mitigari, præcipue cum ejuſdem Acacii eſſet ſpecialis fautor & amator, qui litteris ſuis tam ipſum Acacium, quam ſanctæ memoriæ Papam Simplicium magnis laudibus extuliſſet; doceretur quod hæreticis conſtantiſſime reſtitiſſet? Cur tanto tempore Acacius inter iſta conticuit, niſi quia præpediri nolebat ulterius quæ deſiderabat explere? Hæc & alia Gelaſius in deteſtationem Acacii.

XXXIX. Porro pulſi ex Oriente Epiſcopi Orthodoxi magno ſuorum luctu, hinc inde diſperſi ſunt apud Occidentales; ubi fides Catholica illibata magis ſervaretur & illæſa inter barbaros Erulos, quam in Oriente, ubi tum Epiſcopi, tum Imperator atque ei parentes dominarentur hæretici. Qui autem pulſi ex Ægypto, vel aliunde a Petro Mogo, vel ab Orientalibus Eccleſiis a Petro Cnapheo ſe contulerunt Conſtantinopolim apud Imperatorem de paſſis contumeliis conqueſturi, ibi dirioribus eos pœnis afflictari contigit. Nam de his hæc Liberatus (a) ſummatim narrat; *Porro Petrus de propriis civitatibus proprios expulit ſacerdotes, ex quibus nonnulli apud Conſtantinopolim perſecutionem graviſſimam pertulerunt.*

(a) Liber. Diac. Brev. c. 18.

XL. *Scandalizabat autem Imperator & illos, qui a parte Nephalii Abbatis erant, & qui circa Joannem Epiſcopum Egumenum*, & Præpoſitum monaſterii Diochon: & agens contra Joannem, præpoſituram ei abſtulit, & eam tradidit monaſterii Abbatis Amonis. Sed permanens in Epiſcopatu, ſcribens Acacio quia eſſet Synodi communicator; & fallens Alexandrinos, quia non communicaret Synodo: ita ut quidam communicatorum ejus clerici, monachi, & laici, cognoſcentes ejus fallaciam, ſeparaverint ſe ab ejus communione: & extra collectas facientes non paſſi ſunt nomini ejus communicare, & eorum qui poſt Epiſcopatum habuerunt Alexandrinum, eo quod nomen Petri haberent in Dipiychis.* Sed ſubobſcura ſunt hæc ex mendis (ut puto) in codicem illapſis, quæ tamen ex his quæ dicentur inferius fient clariora. Porro etſi aliæ provinciæ horum occaſione dire concuſſæ ſunt; Ægyptus tamen gravius exagitata eſt: cum enim proni ſint ad rixas ipſa natura, addita vero impietate, redditi ſunt penitus intolerabiles: hæreſum enim eſt, animos, quos ſemel occupaverint, efferare, & homines reddere peni-

* Acumi-nem.

Turbæ Orientales undique auctæ.

PAGIUS XI. *Ante damnationem Acacii Joannes Apamenus Tyriorum Epiſcopus dictus.*

Valeſius tamen recte obſervavit, hallucinatum eſſe Baronium num. XV quando ſcripſit, *Acacium* poſt Vitalis atque Miſeni damnationem *Joanni Apameno ſeu Joanni Codonato*, ut eum vocat Theophanes, Tyriorum Epiſcopatum tradidiſſe. Id enim factum anno CDLXXXII. ut eo anno num. II. ... ex eodem Theophane oſtendi. Quare diu ante Synodum Romanam hoc anno coactam, in qua *Vitalis* ac *Miſenus* damnati, *Joannem Codonatum* ad Epiſcopatum Tyri promoverat *Acacius*. Certe cum *Joannes Tabennioſita* paulo poſt illam tranſlationem Romam veniſſet, legereturque Epiſtola Acacii ad Simplicium Papam, qua poſtulabat, ut Petrus Mongus & Joannes ille Codonatus judicio Sedis Apoſtolicæ condemnarentur, hac etiam in parte graviſſimos Acacii lapſus atque exceſſus ſe obſervaſſe dixit, ut refert Auctor Breviculi Hiſt. Eutychian. *Quod cum præfatus Joannes Alexandrinus Epiſcopus eglegiſſet, tacere non patuit, quod Joannem illum* (ſc. Codonatum) *quem Acacius damnaverat cum Petro* (nempe Fullone) *& ſine remedio pœnitentiæ fecit ab Apoſtolica Sede damnari: poſt tot damnationes Tyriorum miſerit Eccleſiæ præſidere. Poſtquam ergo non ſolum nihil profeciſſe, literae prædeceſſoris ſui Sanctus Felix Papa cognovit, & ludibria quædam ab Acacio fieri in everſionem totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ, electis Vitale Epiſcopo*, &c. Et paulo poſt narrata proditione Vitalis & Miſeni, ſubdit: *Quibus rebus habita Synodo commotus beatiſſimus Papa Vitalem ac Miſenum ab officio & communione ſuſpendit, Acaciumque damnavit.* Videat Baronius Breviculum Hiſt. Eutychian. ex quo laudatum locum refert anno CDLXXXIII. num. XIX. ad quem tamen animum hic non advertit. Sed & Liberatus in Breviario cap. 18. hanc promotionem Joannis Codonati ad Epiſcopatum Tyri, refert ante Legationem Vitalis ac Miſeni, & Felix Papa in Sententia damnationis adverſus Acacium prolata, ejuſdem etiam meminit.

XII. *Refellitur opinio contraria.*

Fefellit Baronium Epiſtola Synodi Romanæ *ad univerſos Presbyteros & Archimandritas, Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes*, in qua leguntur hæc verba; *Adjectum eſt etiam tunc, cum iſta in examinatione tractantur, quod Acacius Joannem illum Tyriorum Eccleſiæ fecerit præſidere, qui Apameæ a Petro Antiochenæ Eccleſiæ tyranno* (ſc. Fullone) *fuerat Epiſcopus ordinatus*. Nam hæc verba non id dicunt, quod Baronius exiſtimavit, Joannem ſc. Tyriorum Eccleſiæ ab Acacio præpoſitum fuiſſe, tunc cum Acacii cauſa in Romana Synodo examinaretur. Sed id tantum dicunt, inquit Valeſius citatus, dum *Acacii* crimina in ſupra dicta Synodo diſcuterentur, adjectum eſſe illud inter cætera, quod *Joannem Antiochenum* (nempe Codonatum) olim a ſe damnatum, & quem a Sede Apoſtolica una cum Petro Antiocheno (ſc. Fullone) damnari curaverat, Tyriorum Eccleſiæ præfeciſſet. In quo duplex erat delictum: tum quod Provincias nihil ad ſe pertinentes temere invaſiſſet, Antiochenum ſc. & Tyriorum Epiſcopum ordinando: tum quod hominem Sedis Apoſtolicæ judicio condemnatum, citra ejuſdem Sedis conſenſum, non modo in communionem ſuam recepiſſet; verum etiam ad honorem Sacerdotii promoviſſet.

XIII. *Epiſtola Felicis P. ad Archimandritas Conſtantinopoleos & Provinciæ Bithyniæ data.*

Quod vero Baronius ibidem num. XV. Epiſtolam illam Synodi Romanæ ad *univerſos Presbyteros & Archimandritas, Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes*, vocat literas Felicis Papæ ad Clerum Conſtantinopolitanum, in eo Cardinalem doctiſſimum etiam non audiendum eſſe, idem Valeſius laudatus recte notavit. Datæ enim ſunt

(a) Evag. l.3.c.22. nitus inhomanos. Sed Evagrium audiamus, qui ait (a):

XLI. Tumultus Alexandrini. *Itaque cum ſchiſma Alexandrinæ Eccleſiæ exardeſceret, Petrus quibuſdam Epiſcopis & monaſteriorum Præpoſitis perſuaſit, ut cum ipſo communicarent, Leoniſque etiam de fide deciſionem & Acta Concilii Chalcedonenſis reiicerent: atque eos qui libros Dioſcori & Timothei non reciperent, damnavit: quinetiam alios plurimos, cum illis idem perſuadere non poſſet, ſuis ipſorum monaſteriis exturbavit.* Quod igitur idem Petrus invaſor Eccleſiæ Alexandrinæ omnia per vim & metum agens, civitatem illam, atque univerſam Ægyptum in magnum diſcrimen adduxiſſet, ut jam bello civili inter ſe confligerent, mutuoque ſe conficerent hæretici ac Orthodoxi; Nephalius, qui his occurrere conatus eſt, quomodo in diſcrimen adductus ſit, idem qui ſupra Evagrius ita narrat (b): *His* (b) Evag. l.3.c.22. *de cauſis Nephalius Conſtantinopolim profectus, quid factum ſit, nunciat Zenoni. Qui animo propterea conturbatus, Coſmam unum ex ſatellitum numero eo mittit, qui quidem graviſſimis minis coargueret Petrum, quod tum contra litteras Zenonis de concordia ſcriptas feciſſet, tum ſua aſperitate gravem ſeditionem excitaſſet. At cum nihil Coſmæ ſuccederet ex ſententia, præterquamquod monachi expulſi ejus opera, ſuis ipſorum monaſteriis eſſent reſtituti; ad Imperatorem revertitur. Quare Imperator mittit rurſum Arſenium Ægypti Præſidem, & militum præſidiariorum Præfectum: qui una cum Nephalio Alexandriam profectus, de concordia inter eos conſtituenda verba facit. At cum illis non poſſet perſuadere, nonnullos eorum mittit Conſtantinopolim: & quamquam multa verba coram ipſo Zenone de Concilio Chalcedonenſi fiebant, nihil tamen de eo concluſum: quando quidem Zeno neutiquam illi omnino aſſenſit.* Hæc Evagrius.

Interea autem Felix Romanus Pontifex XLII. cum videret res adeo in Oriente eſſe turbatas, ut nulla penitus ſpes foret Joan- Joannes creatus Nolanus Epiſcop. nem Epiſcopum Alexandrinum in ſuam ſedem reſtitui poſſe; eumdem Antiſtitem confeſſorem Nolanæ in Campaniæ nobili præfecit Eccleſiæ. Teſtatur id quidem Liberatus Diaconus, ubi ait (c): *Joannes* (c) Liber. Diac. Breviar. c.18. *vero Talaida habens Epiſcopi dignitatem remanſit Romæ; cui Papa Nolanam dedit Eccleſiam, quæ eſt in Campaniæ regione; in qua plurimos reſidens annos, in pace defunctus eſt.* At de rebus geſtis hoc anno a Felice Romano Pontifice ſatis.

Sed ſuccedunt lacrymæ lacrymis, & mœ- XLIII. ror mœrori conjungitur ex perſecutione Uvandalica in Eccleſia Africana majoribus in dies acceſſionibus aucta, & novis ſem-

PAGIUS ſunt ad Archimandritas Urbis Conſtantinopoleos, & Provinciæ Bithyniæ, qui Presbyterorum erant honore decorati. Certe Epiſcopi in Epiſtola illa ad univerſos Presbyteros & Archimandritas, Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes, teſtantur, ſe eaſdem literas miſiſſe ad Clerum Urbis Conſtantinopolis. Diſtinguendi ſunt igitur Presbyteri & Archimandritæ Conſtantinopolis a Clero ejuſdem Civitatis. Eoſdem porro eſſe Presbyteros & Archimandritas docet Epiſtola III. Felicis Papæ, quæ hanc habet inſcriptionem. *Felix Ruſino, Talaſſio, Presbyteris & Archimandritis, & ceteris Monachis circa Conſtantinopolim & Bithyniam conſtitutis.* Ita docte Valeſius, qui in eo tamen fallitur, quod exiſtimet, has literas a Felice Papa datas in Synodo Romana hoc anno celebrata cum ſcriptæ ſint in alia Synodo Romana anno ſequenti habita, ut ibidem demonſtrabo.

XIV. *Refellitur opinio Henſchenii.* Henſchenius ad diem XXV. menſis Februarii in Vita Sancti Felicis III. Papæ, ſecutus Chronica tum Theophanis, tum Victoris Tununenſis, arbitratus eſt, *Joannem Tabennioſitam* Alexandrinum Præſulem, *Acacio* cum Petro Mongo communicante, Romam veniſſe anno ſequenti, eodemque Felicem Papam Synodum Romæ coegiſſe, & *Vitalem* ac *Miſenum* Legatos Conſtantinopolim miſiſſe; utrumque eo anno detentum *Abydi* in carcere fuiſſe, & anno CDLXXXVII. pecunia corruptos Acacio conſenſiſſe; eodem anno tam ipſos, quam Acacium a Felice Papa damnatos, ideoque ſuſpicari ſe errorem irrepſiſſe in Edicti ſubſcriptionem Felicis Papæ, & loco, *Venantii U. C. Coſ.* anno ſc. CDLXXXIV. legendum eſſe, *Boetio U. C. Coſ.* qui Conſulatus cadit in an. CDLXXXVII. niſi forſan, inquit Henſchenius, Venantius Boetii in Conſulatu collega fuerit. Verum Boetius ſine collega Conſul proceſſit, ut ex omnibus Faſtis liquet, & tam ex hucuſque dictis, quam ex his, quæ anno ſequenti in medium proferemus, conſtat, Chronologiam illam cum certis Antiquitatis documentis conſiſtere non poſſe, neque Venantii Conſulatum a præſenti anno removeri. Quoad Victorem Tununenſem, mira, in ejus Chronico per hos annos temporum perturbatio; & quoad Theophanem, licet is per hæc tempora in rerum narratione, ut plurimum accuratus ſit, in Chronologia tamen non raro peccat.

Miſſa eſt per *Tutum* Defenſorem Eccleſiæ Ro- XV. *Præfata Epiſtola anno ſequenti ſcripta.* manæ ad *Acacium* ſententia, quemadmodum & Epiſtola ad *Zenonem* Aug. qua rogabant Epiſcopi, ut Synodi decretis obtemperaret. Valeſius Baronium ſecutus ait, his duabus Epiſtolis ſubjectas fuiſſe literas Synodicas ſcriptas ad univerſos Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes, quibus ſubſcripſerant Epiſcopi XLII. Verum, ut jam dixi, literæ illæ Synodicæ datæ ſunt tantum anno ſequenti poſt celebratum poſterius Concilium Romanum adverſus Acacium. Sententia adverſus *Acacium* & literis ad Zenonem Aug. acceptis, *Tutus* in Orientem navigavit; ſed ibi amore pecuniæ corruptus *Acacio* promiſit, ſe omnia quæ Romæ contra ipſum agerentur, aperturum. Recitatæ ſunt *Tuti* literæ in Conventu, non hoc anno habito, ut Valeſius & Baronius putarunt, ſed in poſteriori Synodo Romana, in qua *Tutus* officio pariter & ſacroſancta communione privatus eſt, ut anno ſequenti videbimus.

A num. XLIII. ad CXXX. Poſterius *Hunerici* XVI.

ſemper prætextibus reſtaurata. Meminiſſe hic lector debet (ut poſteriora prioribus conjungamos) anno ſuperiori promulgatum a Rege Uvandalorum edictum de Synodo colligenda Africanorum omnium Orthodoxorum Epiſcoporum, in qua Orthodoxi cum Arianis de fide Catholica diſpotarent; præſcriptæque ſunt ad certamen ineundum anni hujus Kalendæ Februariæ, ut relata a Victore Acta (a) teſtantor, & ipſius Regis Hunerici edictum, quod datom ibi dicitur anno octavo regni ipſius, quem quidem ſub Conſulibus aoni hujus incidere, ex Marcellino diſces in Chronico: ut plane intelligas omnia ſuo reddi tempori; atque cognoſcas etiam, res geſtas ſub anno ſeptimo Hunerici, concinne ſuperiori anno eſſe relatas. His de tempore confirmatis, quænam præceſſerint hoc anno publicum a Rege indictum Conventum, ex eodem auctore hic ſunt deſcribenda, quæ ſic ſe habent:

(a) *Victor de perſec. Vvandal. l. 2.*

XLIV. Eugenius illuminat cæcum.

Cum ignis jam perſecutionis accenderetur, & flamma infeſtantis ubique Regis arderet; oſtendit Deus noſter quoddam miraculum per ſervum ſuum fidelem Eugenium, quod præterire non debeo. Fuit in eadem civitate, id eſt Carthagine, quidam cæcus civibus civitatique notiſſimus, nomine Felix. Hic viſitatur a Domino prædiciturque ei noctu per viſum (dies enim Epiphaniorum illuceſcebat) Vade ad ſervum meum Eugenium Epiſcopum, & dices ei, quia ego te ad illum direxi. Et illa hora, qua benedicit fontem: ut baptizentur accedentes ad fidem, continget oculos tuos, & aperientur & videbis lumen. Qui tali viſione commotus, putans ſe (quomodo uſſolet) deludi per ſomnium, ſurgere noluit cæcus: ſed cum iterum mergeretur * *in ſomnos, ſimiliter ut ad Eugenium pergeret, compellitur. Rurſum negligit; tertioque feſtinanter & graviter increpatur. Excitat puerum, qui ei ſolitus erat manum porrigere. Pergit veloci agilitate ad Fauſti baſilicam, orat: veniens cum ingentibus lacrymis, ſuggerit cuidam diacono, nomine Peregrino ut cum Epiſcopo nunciaret, indicans ſe habere aliquod ſecreti genus intimandum.*

* orgeretur.

XLV.

Audiens Epiſcopus juſſit hominem introire. Jam enim ob feſtivitatem celebritatis hymni nocturni per totam eccleſiam, canente populo, concrepabant. Indicat cæcus Antiſtiti ordinem viſitationis * *ſuæ; dicitque illi: Non te dimittam, niſi mihi, ſicut a Domino juſſus es, reddideris oculos meos. Cui Eugenius ſanctus: Recede a me frater: peccator ſum, & indignus, & ſuper omnes homines delinquens, utpote qui in hæc tempora ſervatus ſum. Ille autem tenens genua ejus, aliud non dicebat, niſi illud quod jam dixerat: Sicut juſſum eſt redde mihi oculos meos. Attendens quoque Eugenius inverecundam credulitatem, & quia jam tempus urgebat, pergit cum eo, comitante officio clericorum, ad fontem: ubi fixis genibus cum ingenti gemitu, pulſans ſingultibus cælum, criſpantem benedixit alveum fontis: & cum completa ſurrexit oratione, ita cæco reſpondit: Jam tibi dixi, frater Felix, peccator homo ego ſum: ſed qui te viſitare dignatus eſt, præſtet tibi ſecundum fidem tuam, & aperiat oculos tuos. Simulque vexillo Crucis conſignante oculos ejus, ſtatim cæcus viſum, Domino reddente, recepit. Quem ſecum, quouſque univerſi baptizarentur, ibi detinuit ob hoc, ne tanto miraculo populus excitatus vitam contereret, qui receperat lumen.*

* viſionis.

Quomodo illuminatus ſit cæcus.

XLVI.

Fit poſtea manifeſtum Eccleſiæ univerſæ. Procedit ad altare cum Eugenio, ſicut moris, qui fuerat cæcus, ſua ſalutis oblationem Domino redditurus: quam Epiſcopus accipiens altari impoſuit. Fit ſtrepitus, gaudio metante *, *irrevocabilis populorum: ſtatim nuncius pergit ad tyrannum. Rapitur Felix: inquiritur ab eo quid factum ſit, qualiterque receperit lumen. Dicit illi ex ordine totum. Dicuntque Arianorum Epiſcopi: Hoc Eugenius per maleficia fecit. Et quia oppreſſi confuſione, non poterant nubilare, eo quod Felix univerſæ civitati manifeſtus eſſet & notus; tamen volebant eum, ſi fas eſſet, necare, quemadmodum Judæi ſuſcitatum Lazarum (b) cupiebant occidere.* Hæc Victor de cæco per Eugenium Orthodoxum Carthaginenſem Epiſcopum divinitus illuminato.

* manante

(b) *Joan.* 12.

Quis

PAGIUS

Hunericus Orthodoxos in Africa perſequitur.

rici Vandalorum Regis contra Orthodoxos Edictum, quod refert Baronius ex Victore Vitenſi lib. 4. datum eſt ſub die *VI. Kalendas Martias Carthagine*, idque hoc anno, qui Biſſextilis fuit. Juſſerat enim Hunericus priori ſuo Edicto anno ſuperiori emiſſo, ut *ad Kalendas Februarias anni octavi Regni noſtri ſine metu aliquo convenirent*, ſc. Orthodoxi, ideoque hoc anno, quo die XXV. menſis Januarii, cœptus eſt annus octavus Regni Hunerici. Obſcrvat Chifflelius in Elucidat. ad Victorem Vitenſem hoc ſecundum Edictum datum eſſe *VI. Kalendas Martias* nempe ipſo intercalari die, cujus diei infelix eſſe omen, Majorum opinio fuit, vel teſte Valentiniano, qui anno CCLXIV. proximo poſt Biſſextilem diem apud Nicæam Imperator levatus eſt, cum Biſſextilem ipſum quaſi ominoſum declinaſſet, ut ſcribit Ammianus lib. 26. quod confidentius dixiſſet Chiffletius; ſi ejus tempore liber Lactantii de Mortibus Perſecutorum lucem vidiſſet. In eo enim traditur, Diocletianum, cum anno CCCIII. perſecutionem adverſus Chriſtianos excitavit, ominoſum diem elegiſſe, ſc. Terminalia, *quæ ſunt ad ſeptimum Kalendas Martias, ut quaſi terminus imponeretur huic religioni*, inquit Lactantius cap. 12. ut videre eſt Tomo I. hujus Criticæ anno CCCII.

Idem

XLVII. Ex miraculo oſtenſa veritas fidei.

Quis non ſentiat, divino conſilio, antequam de fide iniretur cum adverſariis indictus conflictus, id factum eſſe ad veritatem fidei Catholicæ confirmandam? Ut ſciretur a piorum parte ſtare Deum, qui per fidelem Antiſtitem talia inconceſſa naturæ ſigna ederet; ſicque abſque alia diſceptatione ſatis ſuperque expioratum redderetur, quænam Deo probata eſſet Catholica fides: illudque initum tyranni conſilium caſſum penitus & irritum redderetur, quo (ut vidimus) anno ſuperiori in exilium duci juſſerat qui in Africa erant doctiores Epiſcopi; ut qui relicti eſſent ad Conventum hujuſmodi celebrandum, ut minus periti dantes manus, cauſa caderent; & ſic de fide Catholica impietas Ariana trophæa victoriæ exaltaret. Sed (quod ſcriptum eſt (a): *qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos:* jam ante certamen, Dei potentia victi ſunt adverſarii, & vera religio tanto totius populi plauſu de proſtrata perfidia triumphavit, atque cum illa univerſa ſimul Eccleſia, quæ eidem ut Catholico communicabat, atque communicatura eſt in æternum, cum eadem ſit unius corporis omnium membrorum conditio, dum capiti inhærere noſcuntur; unde vel hoc uno potiſſimum ſigno Orthodoxi ab hæreticis diſtinguantur.

(a) Pſ. 2.

XLVIII. Orthodoxi male habiti.

Verum quod diaboli moris eſt, non cedere ſuperatum, ſed majori audacia poſt caſum redintegrare certamen; inſtant una cum barbaro tyranno Epiſcopi Ariani, ut jam propinquante indicta ad diſputandum die, confererent cum Catholicis Epiſcopis manus. Non refugiunt noſtri, ſed expectant parati. Quæ autem inter eos tranſacta fuerint, idem Victor ita deſcribit: *Appropinquabat jam futurus dies ille calumnioſus Kal. Februariarum ab eodem ſtatutus. Conveniunt non ſolum univerſæ Africæ, verum etiam inſularum multarum Epiſcopi afflictione & mærore confecti. Fit ſilentium diebus multis, quouſque peritos quoſque & doctiſſimos viros exinde ſepararet, calumniis appoſitis, enecandos* (præter alios anno præterito exilio ſeparatos) *Nam unum ex ipſo choro doctorum, nomine Lætum, ſtrenuum atque doctiſſimum virum, poſt diuturnos carceris ſqualores incendio concremavit, æſtimans tali exemplo timorem incutiens, reliquos eliſurum.*

Lætus Epiſc. Martyr.

XLIX.

Tandem venitur ad diſputationis conflictum, ad locum ſcilicet, quem delegerant adverſarii. Evitantes igitur noſtri vociferationis tumultus, ne forte poſtmodum Ariani dicerent, quod eos noſtrorum oppreſſit multitudo: eligunt de ſe noſtri, qui pro omnibus reſpondeant, decem. Collocat ſibi Cyrila * (erat hic princeps omnium Arianorum Antiſtitum) *cum ſuis ſatellitibus in loco excelſo ſuperbiſſimum thronum, aſtantibus* * *noſtris. Dixeruntque noſtri Epiſcopi: Illa eſt ſemper grata Collatio, ubi ſuperba non dominatur elatio, ſed ex conſenſu communi venitur, ut Cognitoribus decernentibus, partibus agentibus, quod verum eſt, agnoſcatur. Nunc qui erit Cognitor? qui examinator? vel libra juſtitiæ, ut bene prolata confirmet, & prave aſſumpta refellat?*

* Cyrola.

* ſtantibus

L. Affliguntur Orthodoxi.

Et cum talia & alia dicerentur, Notarius Regis reſpondit....... Patriarcha Cyrila dixit....... Legatur nobis, quo concedente iſtud ſibi nomen Cyrila aſſumpſit. Et exinde ſtrepitum concitantes, calumniari adverſarii cœperunt. Et quia hoc noſtri petierant, ut ſaltem ſi examinare non licebat, prudenti multitudini vel ſpectare liceret; jubentur univerſi filii Catholicæ Eccleſiæ qui aderant, centenis fuſtibus tundi. Deeſſe quidem in textu nonnulla noſcuntur, quibus ſignificaretur, negatam eſſe Catholicis præſentiam Judicis Cognitoris: ſed inſtantibus iiſdem, ut ſaltem populo intereſſe liceret, nec id conceſſum, immo (ut vidiſti) juſſi ſunt qui aderant fuſtibus verberati: Sed pergit Victor:

LI.

Tunc clamare cœpit beatus Eugenius: Videat Deus vim quam patimur: cognoſcat afflictionem perſecutionum, quam a perſecutoribus ſuſtinemus. Converſique noſtri Cyrilæ dixerunt: Propone quod diſponis. Cyrila dixit: Neſcio Latine. Noſtri Epiſcopi dixerunt: Semper te Latine eſſe locutum, manifeſto novimus; modo excuſare non debes, præſertim quia tu hujus rei incendium ſuſcitaſti. At videns Catholicos Epiſcopos ad conflictum magis fuiſſe paratos, omnino audientiam diverſis cavillationibus declinavit. Quod ante noſtri providentes, libellum de fide conſcripſerant ſatis decenter, ſufficienterque conſcriptum, dicentes: Si noſtram fidem cognoſcere deſideratis, hæc eſt veritas quam tene-

PAGIUS XVII. *Eclipſis Solis poſt perſecutionem Africanam.*

Idem Victor lib. 5. multis deſcribit famem ac luem, quæ Africam depopulatæ ſunt, ſaltem ab æſtate anni octavi Hunerici, currentis nempe, qua clade ſæviente ceſſavit perſecutio Catholicorum ab Arianis, quos fecerat communis calamitas de ſua ipſorum ſalute ſollicitos: tunc enim Rex ipſe Hunericus, ut ait Victor, *ſuis Provinciis, & domibus ſingulos vocari juſſit.* Cum igitur *Hunericus* octavo Regni ſui anno ad finem vergente interierit, ejus in Catholicos perſecutio haud multum ſupra duos annos ſolidos tenuit; nempe toto anno Regni ſeptimo cum parte anni ſexti, & parte octavi. Non ſolum peſtis & fames in Africa graſſatæ ſunt, ſed ut inquit Turonenſis lib. 2. cap. 3. *Tunc & Sol teter apparuit, ita ut vix ab eo pars vel tertia eluceret, credo namque pro tantis ſceleribus & effuſione ſanguinis innocentis.* Calviſius in Opere Chronologico obſervat, hanc eclipſim contigiſſe anno ſequenti die viceſima nona menſis Maii, horis ſeptem poſt meridiem, Lutetiæ. Quare erravit Chiffletius loco citato,

tenemus, *&c.* Subiicitur a Victore oblatus tunc libellus fidei, cujus eſt exordium: *Regali imperio, fidei Catholicæ, quam tenemus, præcipimur reddere rationem, &c.*

LII. Libellus Eugenii, non Victoris.

Cui quidem libello perperam inditus ejuſmodi titulus reperitur: *Victoris Epiſcopi Uticenſis de Catholica fide liber.* Eam namque inſcriptionem ex nomine auctoris commentarii illius puto additam: nam a Gennadio idem ipſe libellus Eugenio tribuitur, cum de ipſo ait: *Eugenius Carthaginis Africæ civitatis Epiſcopus admonitus ab Hunerico Uvandalorum Rege, Catholicæ fidei expoſitionem, & maxime verbi Homouſii proprietatem diſſerere, cum conſenſu omnium Africæ, Mauritaniæ, & Sardiniæ, atque Corſicæ Epiſcoporum & confeſſorum, qui in Catholica permanſerunt fide compoſuit librum fidei non ſolum ſanctarum Scripturarum ſententiis, ſed & Patrum teſtimoniis communitum, & per collegas confeſſionis ſuæ porrexit.* Hæc Gennadius: verum apud Victorem idem fidei libellus minime integer reperitur: quæ enim deſunt, habes in Bibliotheca SS. Patrum Tom. 4. ubi integre cuſus habetur. Quæ autem hæc ſecuta ſint, idem Victor narrare pergit his verbis (a):

(a) *Victor de perſ. Vvandal. lib. 3.*

LIII. Ariani tumultuantur.

Cum noſter libellus legeretur oblatus, veritatis lumen nequaquam ſufferre cæcis oculis potuerunt, inſanientes vocibus inferendis, graviterque ferentes, quare nos nomine noſtro, Catholicos, dixerimus: ſtatimque mentientes ſuggerunt Regi de nobis eo quod ſtrepitum fecerimus, audientiam fugientes. Qui eadem hora accenſus, & credens, mendacio, feſtinavit facere quod volebat. Et jam conſcriptum habens decretum, *& occulte cum eodem decreto per diverſas provincias ſuos homines dirigens Epiſcopis Carthagine poſitis, una die, univerſæ Africæ Eccleſias clauſit, univerſamque ſubſtantiam Epiſcoporum & eccleſiarum ſuis Epiſcopis munere condonavit. Neſciens quoque quid loqueretur, neque de quibus affirmabat, legem quam dudum Chriſtiani Imperatores noſtri contra eos & contra alios hæreticos pro honorificentia Eccleſiæ Catholicæ promulgaverant, adverſum nos illi proponere non erubuerunt, addentes multa de ſuis, ſicut placuit tyrannicæ poteſtati. Hæc eſt enim ſeries datæ & propoſitæ legis:*

LIV. Hunerici edictum contra Catholicos.

Rex Hunericus Vvandalorum & Alanorum univerſis populis Regno noſtro ſubjectis. Triumphalis majeſtatis & Regiæ probatur eſſe virtutis, mala in auctores conſilia retorquere. Quiſquis enim aliquid pravitatis invenerit, ſibi imputet quod incurrit. In qua re nutum divini judicii clementia noſtra ſecuta eſt, quod quibuſque perſonis, prout eorum facta meruerint, ſeu bona, ſeu forte talibus contraria dum facit expendi, ſimul etiam provenit compenſari. Itaque his provocantibus, qui præceptionem inclytæ recordationis patris noſtri vel manſuetudinis noſtræ crediderint eſſe temnendam, cenſuram ſeveritatis aſſumimus. Auctoritatibus enim cunctis populis fecimus innoteſci, ut in ſortibus Vvandalorum nullos conventus Homouſiani ſacerdotes aſſumerent, nec aliquid myſteriorum (quæ magis polluunt) ſibimet vendicarent. Quod cum videremus eſſe neglectum, & plurimos eſſe repertos dicentes ſe integram regulam fidei tenere; poſtmodum univerſos conſtat fuiſſe commonitos ſpatio temporis prorogato menſium . . . . . novaque contentionis, ſi quid ab eorum propoſito poſſet optari, ut ad Kalendas Februarias anni octavi regni noſtri ſine metu aliquo convenirent.*

* innoteſcere.

LV. Multa mentitur Honericus.

Qui dum huc ad Carthaginenſem confluerent civitatem, poſt moram temporis præſtitutæ, aliam quoque dilationem aliquantorum dierum dediſſe cognoſcimur. Et dum ſe conſistere paratos aſtruerent, primo die a venerabilibus Epiſcopis noſtris eis videtur eſſe propoſitum, ut Homouſion, ſicut admoniti erant, ex divinis Scripturis proprie approbarent, aut certe quod a mille & qui id excurrunt, Pontificibus de toto orbe in Ariminenſi Concilio, vel apud Seleuciam amputatum eſt, præ-

PAGIUS

to, ut animadvertit Card. Noriſius in Addendis ad Hiſtoriam Pelagianam, dum autumavit Turonenſem locutum eſſe de alia eclipſi, quæ hoc anno die XIII. Januarii poſt meridiem contigit. In hac enim fere totus Sol defecit, cum tamen tertiam Solis partem non fuiſſe obſcuratam Turonenſis tradat. Marinus in Vita Procli de utraque eclipſi loquitur, & de ea, quæ præſenti anno die XIII. Januarii viſa eſt, ait: *Apparuerunt ante finem anni prodigia veluti Solis defectus, adeo perſpicuus, ut nocte atque interdiu perduraverit. Obſcuritas enim profunda ingruit, & ſtella conſpecta ſunt. Defectus autem iſte contigit in Capricorno plagam verſus Orientalem.* De ea eclipſi legendus Card. Noriſius, qui eam juxta calculum Aſtronomicum explicat, obſervandumque Marinum, qui id temporis Athenis Procli ſucceſſor morabatur, ut docet Photius Biblioth. cod. 242. incipere annum a verno tempore; cum ſcribat eclipſim, quæ die XIII. Januarii viſa eſt, accidiſſe ante finem anni.

XVIII. *Magnus numerus Epiſcoporum in Africa.*

Victor Vitenſis prodit, *Hunericum* poſt Edicti ſui promulgationem, juſſiſſe cunctos Epiſcopos, qui Carthagine fuerant congregati, numero CCCXLVIII. extra muros propelli, & miſiſſe qui ab eis peterent, ut jurarent ſe facturos, quod in charta illis exhibita continebatur, ſi Eccleſias ſuas ac domos recuperare vellent. Continebat charta, ut jurarent, ſe poſt obitum Regis ejus filium *Hildericum* Regni ſucceſſorem deſiderare, ſeque ad regiones tranſmarinas Epiſtolas non directuros. Refert poſtea Victor his, qui juraverant, dictum eſſe: *Juſ-*

prædamnarent: Quod nequaquam facere voluerunt univerſa ad ſeditionem per ſe concitati populi revocantes. Quinimmo & ſecunda die, dum eis mandaremus, ut de eadem fide (ſicuti propoſitum fuerat) reſponderent: hoc evidenter aſſumpſere temeritate tranſacta, ut ſeditione & clamoribus omnia perturbantes, ad conſtictum facerent minime perveniri.

LVI. * nos. *Quibus hoc * provocantes ſtatuimus, ut eorum Eccleſiæ clauderentur, hac illis conditione præſcripta, ut tamdiu eſſent clauſæ, quamdiu mallent propoſitum pervenire *; quod ea obſtinatione facere noluerunt, quam pravis videntur aſſumpſiſſe conſiliis. Adeo in hos eſt neceſſarium ac juſtiſſimum retorquere, quod ipſarum legum continentia demoſtratur, quas inductis ſecum in errorem Imperatoribus diverſis, tunc contigit promulgari; quarum illud videtur tenere conceptio. Ut nulla ſuper exceptis inſtitutionis ſuæ Antiſtitibus Eccleſia patuiſſet, nulli liceret alios aut conventus * agere, aut exercere conventus, nec eccleſias aut in urbibus, aut in quibuſdam parviſſimis locis penitus obtinere, neque conſtruere: ſed præſumpta Fiſci viribus * jungerentur; ſed etiam & eorum patrimonia Eccleſiæ ſuæ fidei ſociata ſuis Antiſtitibus provenirent: nec commemorare quæcumque loca talibus licentia patuiſſet, ſed extorres omnibus urbibus redderentur & locis, nec baptiſmatis omnino haberent aliquam facultatem, aut forte de religione diſputarent, & nullam ordinandi haberent licentiam ſive Epiſcopos, ſive presbyteros, vel alios quot ad clerum pertinere contingeret, propoſita ſeveritate vindicta; ut tum hi qui ſe paterentur hujuſmodi honores accipere, quam etiam ipſi ordinatores denis libris auri ſinguli mulctarentur: eo adjecto, ut nullus eis locus eſſet vel aditus *ſupplicandi, ſed etiam ſi qua ſpecialia meruiſſent, minime prævalerent; & ſi in hac pernicie perdurarent, & de populo * ablati in exilium ſub proſecutione idonea mitterentur.*

* retinere.

Jubentur claudi Eccleſiæ omnes Catholicorum.

* juribus.

* de proprio.

LVII. *In populos quoque præfati Imperatores ſimiliter ſævientes, quod eis nec donandi libertas, nec teſtandi, aut capiendi vel ab aliis derelictum penitus ſubjaceret, non fideicommiſſi nomine, non legati, non donationis, aut relictionis quæ mortis cauſa appellatur, vel quolibet codicillo, aliiſve forſitan ſcripturis: ita ut etiam qui ſuis Palatiis militarent condemnationi graviſſimæ pro dignitatis merito facerent ſubjectos, ut omni honoris privilegio ſpoliati, infamiam incurrerent, & publico criminis hujuſmodi perſonæ ſe cognoſcerent eſſe ſubjectos: Officialibus etiam Judicum diverſorum triginta argenti pondo pœna propoſita: quam, ſi quinque vicibus in errore perdurantibus contigiſſet inferre, tum demum tales convicti, atque ſubjugati verberibus, in exilium mitterentur.*

Contra hæreticos leges latæ convertuntur adverſus Catholicos.

LVIII. *Deinde codices univerſos ſacerdotum, quos perſequebantur, præceperunt ignibus tradi. Quod de libris hujuſmodi, quibus ſibi nominis illius errorem perſuaſit iniquitas, præcipimus faciendum. Hæc enim (ut dictum eſt) pro ſingulis quibuſque perſonis illi obſervanda præceperant, ut illuſtres ſingillatim auri pondo quinquagenta darent, Spectabiles auri pondo quadragena, Senatores auri pondo tricena, populares auri pondo vicena, ſacerdotales auri pondo tricena, Decuriones auri pondo quina, Negotiatores auri pondo quina, plebeii auri pondo quina, Circumcelliones auri pondo dena. Et ſi qui forte in hac pernicie permanerent, confiſcatis omnibus rebus ſuis, exilio mulctarentur. Ordines autem civitatum, ſed & procuratores, & conductores poſſeſſionum tali pœna videbantur affligere, ut ſi forte tales celare detegerentur, & minime publicaſſent, & retentos judicio non facerent præſentari, ipſi tenerentur ad pœnam: Conductoribus etiam regalium prædiorum hac mulcta propoſita, ut quantum domui regiæ inferrent, tantum etiam Fiſco pœnæ nomine cogerentur exſolvere. Id generaliter in omnibus conductoribus, vel poſſeſſoribus, qui * in eadem ſuperſtitione crediderint perdurandum, conſtituerunt obſervari. Judicibus etiam, qui huic rei inſtantiſſime non imminebant, pœna proſcriptionis, & ſanguinis ſupplicium ponebatur: ſed & de primatibus Officiorum* tres

De aliis pœnis contra hæreticos olim ſtatutis.

PAGIUS *Juſſit Rex, ut Civitates atque Eccleſias veſtras nunquam videatis, ſed relegati colonatus jure ad excolendum agros accipiatis:* non jurantibus vero: *Juſſi eſtis in Corſicam inſulam relegari, ut ligna profutura navibus Dominicis incidatis.* Ex illis itaque, CCCII. extra Civitates ſuas per Africæ Provincias diſperſi terram coluere, quadraginta vero ſex in Corſica ligna cædere coacti ſunt. Quibus ſi addas viginti octo, qui effugerant, paſſum unum, & confeſſorem unum, cum octoginta octo, qui ante Conventum Carthaginenſem e vivis exceſſerant, habebis numerum quadringentorum ſexaginta ſex Epiſcoporum in Africa currenti anno ſedentium. Et ſic ſunt omnes Epiſcopi diverſarum Provinciarum num. CDLXVI. ut legitur in Notitia Provinciarum & Civitatum Africæ, quam Sirmondus Tom. I. Opuſculorum publicavit, quæque extat apud Victorem lib. 4. de Perſecutione Vandalica. In Collatione Carthaginenſi anno CDXI. Honorii juſſu habita, mentio fit DLXXV. Sedium Epiſcopalium. Quare intra annos LXXIV. centum & quatuor Epiſcopatus in Africa extincti? Victor quidem lib. I. teſtatur ex Zeugitana & Proconſularis Provinciæ Epiſcopis, quorum erat numerus CLXIV. paulatim omnes defeciſſe: *Et nunc, inquit, ſi vel ipſi ſuperſunt, tres tantum eſſe videntur, Vincentius Gigitanus, Paulus Sin-*

an-

tres numero puniretur, aliis viginti librarum auri condemnatione mulctandis.

LIX. Retorquet leges latas contra Arianos in Catholicos.

Quare his neceſſe eſt conſtitutionibus obligari Homouſianos omnes, quos hujuſmodi malæ perſuaſionis conſtat tenuiſſe & tenere materiam: quos ab omnibus ſupradictis abſtinere decrevimus in proſecutione venturis per ordines cunctarum urbium; ſed etiam Judices, qui ſuperioribus neglectis dira ſupplicia diverſis non intuliſſe monſtrantur, omnes ſupradictæ fidei Homouſion erroribus implicatos, quæ cuncto prædamnata eſt Concilio tantorum numero ſacerdotum, univerſis rebus prædictis & contractibus præcipimus abſtinere; quod nihil ſibi noverint eſſe permiſſum. Sed univerſos ſimilis pœna maneat & aſtringat, ſi ad veram religionem, quam veneramur & colimus, intra diem Kalendarum Juniarum anni octavi regni noſtri converſi non fuerint. Ad diem autem præſtitutum eadem pietas noſtra conſtituit, ut prædamnatis errorum indulgentia non negetur, & obſtinatos animos ſupplicia digna coerceant. Qui autem in eodem errore permanſerint, ſeu domus noſtræ occupati militia, ſeu forſitan diverſis titulis neceſſitatibuſque præpoſiti, pro gradibus ſuis dictarum ſuperius mulctarum illationes cogantur excipere, nihil valituris quæ forſitan per ſubreptionem quemquam talium contigit promereri. In privatos etiam, vel cujuſcumque gradus & loci perſonas hoc noſtra promulgatio præcepit obſervandum, quod circa tales ſupradictis legibus videbatur expreſſum, ut pœna congrua ſubderentur. Judices autem provinciarum quod ſtatutum eſt negligentes exequi, ſuperiori pœna, quæ talibus eſt præſcripta, conſtituimus obligandos.

LX. Suis ſacerdotibus Rex dat cuncta Orthodoxorum.

*Veris autem majeſtatis divinæ cultoribus, id eſt, ſacerdotibus noſtris Eccleſias univerſas vel totius cleri nominis ſupradicti quibuſcumque terris, & regionibus conſtitutas, quæ propria Divinitate, Imperii noſtri regimine *poſſidentur, una cum rebus quæ ad eaſdem pertinent, hoc decreto ſtatuimus debere proficere; non dubitantes plus alimonia inopum proficere, quod ſacroſanctis Pontificibus noſtris collatum eſt. Hanc igitur legem e fonte juſtitiæ prodeuntem, cunctis præcipimus innoteſcere; quatenus nullus ſibi ignotum eſſe, quod præceptum eſt, poſſit obtendere. Optamus vos bene valere. Data ſub die ſexto Kalendas Martii, Carthagine.* Hactenus edictum, quod quidem ſatis intelligitur diu ante Conventum Epiſcoporum fuiſſe conſcriptum: haud enim paucorum dierum potuit opus, cunctas promulgatas in hæreticos ab Orthodoxis Imperatoribus leges invenire, legere, ex iiſdemque pœnas inflictas in hæreticos, adverſus Catholicos retorquere: ut plane verum eſſe experimento noſcatur, antequam convenirent utriuſque partis Epiſcopi, eam fuiſſe in Catholicos legem ſcriptam, quam velamento illo, quod in diſputatione defeciſſent, vel tumultuati eſſent in dicta Collatione, voluit obumbrari.

LXI. Dira perſecutio ubique Orthodoxorum.

Sed quid acciderit in ſingulis locis, in quibus per univerſam Africam Hunerico ſubjectam ejuſmodi fuit promulgatum edictum, in Actis paſſionis ſeptem martyrum, quæ ad finem librorum Victoris habentur appoſita, hæc leguntur: *Poſt modicum quoque temporis, univerſas ſimul eccleſias præjudicatis * venerabilibus portis, cæmentis ingentibus claudi mandavit. Univerſa namque monaſteria virorum, vel puellarum ſanctarum, Gentibus, id eſt, Mauris cum habitatoribus donare præcepit; unus fuit omnibus ejulatus, unus pro Chriſto moriendi integer & plenus affectus. Paria currebant flumina lacrymarum, quia permiſerat Dominus (a) cibari eos pane lacrymarum, & potari eos in lacrymis menſurarum, aut forſitan ſine menſura. Etſi reperta eſt exiens de arca (b) inhians cadaveribus mortuis pars aliqua pereuntium corvorum, major eſt tamen in nomine Trinitatis numerus felicium columbarum. Quanti nobiles & optimi viri, ampli & late aſpitis domini, terram cum cœlo commutaverunt, & ſimul corpus cum ſubſtantia tradiderunt? Atque delicatæ & nobiliſſimæ feminæ, contra verecundiam naturæ, ſpectante vulgo, virgis cæſæ, variiſque tormentis cruciatæ, victricia trophæa portarunt? Quanti infantuli irridentes edicta feralia, ante mundum contempſerunt, quam illecebroſam ejus ſemitam introirent? &c.* Hæc ibi.

* præcluſis dicatis.

(a) Pſ. 79.

(b) Geneſ. 8.

Sed

PAGIUS

navitanni, vere, Arrito, & nomine Paulus; & alius Quintianus, qui nunc perſecutionem fugiens apud Edeſſam Macedoniæ civitatem commanet peregrinus; ſed ibi loquitur Victor, non de Epiſcopatibus, ſed tantum de Epiſcopis, qui ad eam redacti erant paucitatem, poſtquam Genſericus anno CDLV. ne aliqui ordinarentur, prohibuit; adeo ut intra annos triginta quatuor mortui fuerint Epiſcopi in duabus tantummodo Provinciis, CLXI. Victor enim, ut mox videbimus, hæc ſcripſit anno CDLXXXVIII. aut inſequenti.

XIX. Procopius lib. I. de Bel. Vandal. cap. 8. de hac perſecutione loquitur, cujus locum, ſed corruptum refert Baronius num. XCVI. quem ideo hic integrum exhibebo: *Chriſtianos Africæ tam crudeliter, tamque injuſte nemo vexavit, quam Honoricus. Cum enim illos ad ſectam Arianam compelleret, quoſcumque parum ad hoc ſequendum promptos deprehendebat, igne, aliiſque ſuppliciis excruciatos necabat. Multis linguam funditus tenus abſcidit, qui etiam noſtra ætate ſuperſtites Byzantii explanate loquebantur, nullum capientes ſenſum illius pœnæ. Ex his duo voluit habere cum meretricibus ſermonis uſum amiſerunt. Annos demum octo Vandalis dominatus, morbo oppetiit, &c. Extincto Honorico, in manus Gundamundi, cujus pater Genzo Gizeri-*

Martyres elingues loquuntur.

ni

LXII. Sed redeamus ad ſanctos Epiſcopos, quos inter dracones Carthagine agentes reliquimus. Victor enim his verbis lugubrem tragœdiam proſecutus, ſic ait (*a*): *Poſt hæc dicta feralia veneno toxicato tranſverſa, jubet Hunericus cunctos Epiſcopos qui Carthagine fuerant congregati, quorum jam eccleſias, domos & ſubſtantiam ceperat, in hoſpitiis quibus erant expoliari, & expoliatos foras muros propelli: non animal, non ſervus non mutanda quæ ferebant veſtimenta penitus dimittuntur: addent adhuc, ut nullus quempiam illorum hoſpitio reciperet, aut alimoniam præſtaret: qui autem hoc miſerationis cauſa facere tentaſſet, cum univerſa domo ſua incendio cremaretur. Sapienter tunc etiam projecti Epiſcopi fecerunt, ut licet mendicantes, exinde non abirent: quia ſi recederent non tantum violenter omnino revocarentur, ſed & mentirentur, eos, ſicut mentiti ſunt, fugiſſe conflictum; maxime, quia ubi reverterentur, jam nequaquam fuerat, eccleſiis, ſubſtantia, vel domibus occupatis.*

(*a*) *Victor de perſ. Vvandal. l. 3.*

Epiſcopi Orthodoxi quam male habiti.

LXIII. *Dum ergo gementes in circuitu murorum nudo ſub aere jacerent, factum eſt ut Rex impius in piſcinas exiſſet. Cui univerſi occurrere maluerunt, dicentes: Ut quid taliter affligimur? pro quibus malis forte commiſſis iſta perpetimur? Si ad diſputationem congregati ſumus, quare expoliati? quare traducimur? quare differimur, & ſine eccleſiis & domibus noſtris foras civitatem fame & nuditate laborantes, mediis ſtercoribus volutamur? quos ille torvis oculis aſpiciens, priuſquam ſuggeſtionem eorum audiſſet, juſſit ſuper eos cum ſeſſoribus equos dimitti, ut tali violentia poſſent non ſolum conteri, verum etiam necari. Quorum tunc multi contriti ſunt, & præcipue ſenes & infirmi. Tunc deinde jubentur ad quemdam locum, qui dicitur Aedes Memoriæ, illi viri Dei occurrere, fraudem ſibi neſcientes aptatam. Ubi cum veniſſent; charta eis oſtenditur involuta: diciturque illis iſta ſubtilitate ſerpentis: Dominus noſter Rex Hunericus licet doleat quod fueritis contemptores, & adhuc ejus voluntati obedire tardetis, ut ejus efficiamini religionis, cujus eſt ipſe: nunc tamen bonum de vobis cogitavit. Si juraveritis ita, ut quod iſta charta continet, faciatis: dimittit vos eccleſiis & domibus veſtris.*

Convenientes Orthodoxi Epiſcopi Regem protriti.

Tentat Rex nova arte Epiſcopos.

LXIV. *Ad quod univerſi Epiſcopi reſponderunt: Semper dicimus & diximus & dicturi ſumus: Chriſtiani ſumus, Epiſcopi ſumus, Apoſtolicam fidem unam & veram tenemus. Factoque, poſt confeſſionem fidei ſilentio modico, illi qui a Rege fuerant deſtinati feſtinabant extorquere Epiſcopis ſacramentum. Tunc beati viri Hortulanus & Florentinianus Epiſcopi pro omnibus & cum omnibus dixerunt: Numquid animalia nos irrationabilia ſumus, ut neſcientes quid charta contineat, facile aut temere juremus? Acceleraverunt quoque illi a Rege deſtinati ſcripturæ ejus propalare tenorem, qui hujuſmodi ſermonibus fuerat coloratus: Sic enim calumnioſa ſeries continebat: Jurate, ſi poſt obitum domini noſtri Regis, ejus filium Hildericum deſideratis eſſe Regem: vel ſi nullus veſtrum ad regiones tranſmarinas epiſtolas diriget. Quia ſi ſacramentum hujus rei dederitis, reſtituet vos Eccleſiis veſtris.*

LXV. *Cogitavit tunc multorum pia ſimplicitas etiam contra prohibitionem divinam ſacramentum dare, ne Dei populus in poſterum diceret, quod vitio ſacerdotum, qui jurare noluerunt, non fuerint Eccleſiæ reſtitutæ. Alii quoque aſtutiores Epiſcopi ſentientes dolum fraudis, nequaquam jurare voluerunt, dicentes, prohibitum fuiſſe Evangelica auctoritate, ipſo Domino dicente (b): Non jurabis in toto.* Diu ſane peneſque multos invaluit iſta ſententia, quod prohibente Domino verbis illis, *Non jurabis omnino*. Prohibitum eſſet unicuique Chriſtiano jurare: verum adjunctis iis quæ Dominus dicit per Hieremiam (*c*): *Jurabis in veritate, in judicio, & in juſtitia*. Licitum eſſe jurare, Catholica (*d*) Eccleſia docuit. Sed de his pluribus ſuo loco: pergit Victor:

(*b*) *Matt. 5.*

(*c*) *Hier. 4.*

(*d*) *22. q. 1. per tot.*

LXVI. *Quibus miniſtri Regis: Secedant in parte (inquiunt) qui jurare diſponunt. Qui cum ſecederent, Notariis ſcribentibus, quis quid diceret, ex qua civitate fuiſſet exceptum eſt. Similiter factum eſt de illis qui minime juraverunt. Statimque pars utraque cuſtodiis mancipatur. Poſt vero fraus quæ celabatur, apparuit. Jurantibus*

Hunericus in omnes perfidus.

PAGIUS

el filius fuerat, Sceptrum Vandalicum devenit, &c. Chriſtianos excarnificavit atrocius.

XX. Hac perſecutione ſæviente Zeno, qui anno ſuperiori *Reginum* Legatum ad Hunericum Regem miſerat, alterum Legatum, *Uranium* ſc. hoc anno ad eundem miſit, de quo Victor lib. 5. habet: *Sed qui hoc fabuloſum putat, Uranium Zenonis Legatum interroget, cujus præſentia præcipue geſta ſunt; illa ſc. cauſa, quia veniens Carthaginem ſeſe pro defenſione Eccleſiarum Catholicarum veniſſe jactabat, &c. ut illi oſtenderet tyrannus ſe neminem formidare, in illis plateis vel vicis plures tortores & crudeliores ſtatuit, in quibus, Legatis moris eſt aſcendendo ad Palatium, & deſcendendo tranſire, ad opprobrium videlicet reipublicæ ipſius, & noſtri jam deficientis temporis facem.* Hæc Legatio ad Decennalia Zenonis referenda.

Zeno Legatum ad Hunericum mittit.

XXI. Baronius *Victorem Vitenſem* Auctorem librorum quinque de perſecutione Africana, errore tunc communi vocat Victorem *Uticenſem*, Epiſcopum in Provincia Proconſulari. Verum Chiffletius loco laudato cap. 7. oſtendit, certum eſſe Victorem fuiſſe *Vitenſem* Epiſcopum, quæ Provinciæ Byzacenæ, Civitas, cum ignota eſſet recentioribus Librariis, hi mendum in antiquis exem-

Victor non Uticenſis, ſed Vitenſis Epiſc.

bus dictum eſt : Quare contra præceptum Evangelii jurare voluiſtis? Juſſit Rex ut civitates atque eccleſias veſtras numquam videatis ; ſed relegati, colonatus jure ad excolendum agros accipiatis : ita tamen, ut non pſallatis, neque oretis, aut ad legendum codicem in manibus geſtetis, non baptizetis, neque ordinetis, aut aliquem reconciliare præſumatis. Similiter non jurantibus ait : Quia regnum filii domini noſtri non optatis ; ideireo jurare noluiſtis : ob quam cauſam juſſi eſtis in Corſicanam inſulam relegari, ut ligna profutura navibus dominicis incidatis. Hæc Victor, hucuſque proſecutus de Epiſcopis Carthagine ad Collationem congregatis hiſtoriam, illoſque relinquens, ad perſecutionem, quam in aliis Africæ provinciis mox poſt promulgatum edictum Orthodoxi ſunt paſſi, ſtylum convertit. At nos non relinquamus hunc celebrem ſanctiſſimorum Antiſtitum confeſſorum Conventum.

LXVII. Exhorruiſti, lector, ſimulque compaſſus es, ubi tot venerandos Epiſcopos confeſſores barbaricæ feritati truculentiſſimi Regis ſubjacere conſpexiſti, cum furentibus Arianis in manſuetiſſimos ſacerdotes diræ ſæviendi eſt permiſſa poteſtas. Quibus illud Dominicum (*a*) jure fuerit exprobrandum: *Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum :* Cum mutandæ ſint vices, & tempus affuturum, *cum videntes* (*b*) *impii turbabuntur timore horribili & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes : Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperii : Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore : Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei & inter ſanctos ſors illorum eſt.*

(*a*) *Luc.* 22.

(*b*) *Sap.* 5.

LXVIII. Quæ autem poſt hæc ita exagitatis apud Charthaginem contigerit ſanctis Epiſcopis, dolemus a Victore prætermiſſa: niſi æquius ſit exiſtimare injuria temporis ea ex codice excidiſſe, ſicut & alia plura vel decurtata, vel ſaltem mendoſa reperiuntur. Conſtat quidem nullam penitus apud eum mentionem haberi de S. Vindemiali Epiſcopo, hoc tempore martyrio illuſtrato, notiſſimo martire, univerſo Catholico Orbi conſpicuo ex publicis Eccleſiæ Catholicæ monumentis (*c*). De Ruffiniano præterea profugo ex provincia Bizacena, & in Sicilia vitam anachoreticam excolente, noto ex Actis S. Fulgentii, nulla prorſus eſt apud Victorem mentio: ut plane acciderit ut idem Victor rerum ſcribendarum copia nimium exuberante victus fuerit : quod & ipſe liberaliter ingenueque fatetur. Quamobrem quæ ex ſacris martyrum paſſionibus de his Gregorius Turonenſis in lucem prodidit, hic deſcribamus.

(*c*) *Martyr. Rom. die 2. Mart.*

Agens enim Gregorius de eadem perſecutione Uvandalica ſub Hunerico excitata, ex alia plane quam Victoris hiſtoria iſta narrat : (*d*) *Legimus* (inquit) *Quorumdam ex ipſis martyrum paſſiones : ex quibus quædam replicanda ſunt, ut ad ea quæ ſpopondimus, veniamus. Igitur Cyrola falſo vocatus Epiſcopus, hæreticorum tunc maximus vocabatur aſſertor. Cumque ad perſequendum Chriſtianos Rex per diverſa tranſmitteret, S. Eugenium Epiſcopum virum inenarrabili ſanctitate, qui tunc ferebatur magnæ eſſe prudentiæ, in ſuburbano civitatis ſuæ reperit perſecutor ; quem ita violenter rapuit, ut nec ad hortandum gregem Chriſti ullum abire permitteret. Ille vero cum ſe videret abduci, epiſtolam civibus pro cuſtodienda fide Catholica hoc modo tranſmiſit :* LXIX.

(*d*) *Greg. Turon. hiſt. Franc. l. 2. c. 3.*

Eugenius ducitur intra Carthaginem mittendus in exilium.

Dilectiſſimis & in Chriſti amore dulciſſimis filiis & filiabus Eccleſiæ mihi a Deo commiſſæ, Eugenius Epiſcopus.

Regalis emanavit auctoritas, & pro exercenda fide Catholica, edicto nos Carthagine venire * *præcepit. Et ideo ne abiens a vobis, Eccleſiam Dei in ambiguo, hoc eſt, in ſuſpenſo dimitterem, aut oves Chriſti non verus paſtor ſilentio relinquerem; neceſſarium duxi has pro me vicarias veſtræ dirigere ſanctitati. In quibus* LXX.

* abire

non

PAGIUS exemplaribus ſuſpicati, & nominum ac vocum deluſi affinitate, Uticenſem pro Vitenſi repoſuerunt. In codice Carthuſiæ Portarum MS. bonæ notæ, ipſo Operis initio legit Chifflerius: *Incipit Prologus in Hiſtoria perſecutionis Africanæ, edita a Sancto Victore patria Vitenſis Epiſcopo.* Idem ego legi in duobus MSS. quorum alterum in Bibliotheca Colbertina, alterum in Bibliotheca Monaſterii Sancti Martini de Campis in Urbe Pariſienſi ſiti aſſervatur. His adde, in libello Notitiæ Epiſcoporum Africæ, qui ſub Hunerico perſecutionem ſuſtinuere, in Catalogo Epiſcoporum Provinciæ Proconſularis legi: *Florentinus Uticenſis*, ſed in Indice Præſulum Provinciæ Byzacenæ ita ſcribi: *Victor Vitenſis non occurrit*. Quare Uticenſis Eccleſia ad Provinciam Carthaginenſem, Vitenſis vero ad Byzacenam pertinebat, & tempore perſecutionis Africanæ Victor noſter Vitenſis Epiſcopus erat, Florentinus Uticenſis.

Porro cum Victor Vitenſis ipſo Operis ſui initio dicat : *Sexageſimus nunc, ut clarum eſt, agitur annus, ex quo populus ille crudelis & ſævus Vandalicæ gentis Africæ miſerabilis attigit fines*, & ingreſſus Vandalorum in Africam acciderit anno Chriſti CDXXIX. ut ſuo loco oſtendi, liquet eam Hiſtoriam anno CDLXXXVIII. aut ſequenti elucubratam eſſe. Baronius in Martyrologio Romano ad diem menſis Auguſti XXIII. *Utica in Africa*, inquit, *Beati Victoris Epiſcopi*, a quo & ſcriptam Hiſtoriam Vandalicæ in Africa perſecutionis affirmat in Notis: de quo tamen Victore, cum nulla ſit apud Bedam, Uſuardum, Adonem, Rabanum Maurum, aliosque Antiquos mentio, relinquendum eſt ſacræ Rituum Congregationi, inquit Chiffletius citatus, XXII.

Scribit Librum de Perſecutione Africana.

Digitized by Google

Eugenii epiſtola ad ſuos Carthaginenſes. *non ſine lacrymis peto, hortor, moneo, & ſatis abundeque obteſtor per Dei majeſtatem, & per tremendum judicii diem, atque adventus Chriſti terribilem claritatem ut fixius teneatis Catholicam fidem, aſſerentes Filium Patri eſſe æqualem, & Spiritum ſanctum eamdem habere cum Patre & Filio deitatem.* Hortatur ut caveant rebaptizationem. *Servate itaque unici baptiſmatis gratiam, cuſtodientes chriſmatis unctionem. Nemo poſt aquam revertatur ad aquam renatos ex aqua: nutu enim Dei ſal in aqua conficitur; ſed ſi in aquam redactum fuerit, omnis ſpecies ejus confeſtim evacuatur. Unde non immerito Dominus in Evangelio ait (a): Si ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur? Et utique hoc eſt infatuari, velle ſecundo condiri, cum ſemel factum ſufficiat. Nam audiſtis Chriſtum dicentem (b): Qui ſemel lotus eſt, non habet neceſſitatem iterum lavandi. Ideoque fratres, & filii, filiæque meæ in Domino, non vos contriſtet abſentia mea, quin Catholicæ diſciplinæ inhæreatis. Ego vos nec longinquitate aliqua obliviſcor, nec morte a vobis divellor.*

(a) Matt. 5. Marc. 9. Luc. 14.

(b) Jo. 13.

LXXI. *Scitote quia quocumque me fecerint dividi agone, mecum eſt palma. Si ad exilium abiero, beati Joannis Evangeliſtæ exemplum habeo. Si ad mortis exitiam: vivere (c) mihi Chriſtus eſt, mori lucrum. Si rediero, fratres, implebit Deus deſiderium veſtrum.* Ut perſtent in fide admonet. *Attamen ſufficit modo, quod vobis non tacui. Monui, inſtruxi quomodo potui: ideoque immunis ſum a ſanguine omnium pereuntium: & ſcio quia adverſus eos legentur litteræ iſtæ ante tribunal Chriſti cum venerit reddere unicuique ſecundum opera ſua. Si reverſus fuero, fratres, videbo vos in hac vita: ſi non reverſus fuero, videbo vos in futura. Dico tamen vobis, Valete, orate pro nobis & jejunate, quia jejunium & eleemoſyna ſemper Dominum ad miſericordiam deflexerunt. Mementote eſſe ſcriptum in Evangelio (d): Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: Timete autem eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem & animam & corpus perdere & mittere in gehennam.* Hucuſque Eugenii ſanctiſſimi confeſſoris epiſtola curſim & furtim præ anguſtia temporis & loci conſcripta, cum jam ex tyranni ſententia eſſet in exilium deportandus. Verum multa antea præceſſerunt, quæ Victoris volumen non habet; qui ut ipſe teſtatur relictis antequam in exilium ire juberentur, Epiſcopis, ad enarrandas clades, quæ ex Regis edicto tunc inferebantur Eccleſiis, orationem convertit. Porro ex Gregorio referemus, quæ in Victore deſiderantur; quæ quidem eſſe germana, germanitas recitatæ epiſtolæ ſatis indicare poſſe videtur. Gennadius enim meminit iſtiuſmodi S. Eugenii epiſtolarum, ubi ait: *Epiſtolas veluti commonitorias fidei & unius ſacri & conſervandi baptiſmatis omnibus ſuis quaſi paſtor dereliquit.* Sed quænam epiſtolam iſtam præceſſerint, audi Gregorium; qui ait:

(c) Philip. 1.

(d) Matt. 10. Luc. 12.

Tractus itaque ſanctus Eugenius ad Regem, cum illo Arianorum Epiſcopo pro fide Catholica decertavit. Cumque eum de ſanctæ Trinitatis myſterio potentiſſime deviciſſet, & inſuper multas per eum virtutes Chriſtus oſtenderet; in majorem inſaniam idem Epiſcopus, invidia inflammante, ſuccenditur. Erant enim tunc temporis cum ſancto Eugenio viri prudentiſſimi atque ſanctiſſimi, Vindemialis & Longinus Epiſcopi, pares gradu, virtute non impares, nam ſanctus Vindemialis eo tempore ferebatur mortuum ſuſcitaſſe; Longinus autem multis infirmis ſalutem tribuit. Eugenius quoque non ſolum viſibilem oculorum cæcitatem, ſed etiam mentium depellebat. Horum gloriam æmulatus idem Arianorum Antiſtes, ne vel hac ex parte inferior appareret, quod virtute perficere non daretur ſubdola arte facere cogitavit. Quid autem egerit, audi Gregorium, dum ſubdit: LXXII. De Vindemiale & Longino Epiſcopis.

Quod cernens ille nequam Arianorum Epiſcopus, nempe Cyrola, *vocatum ad ſe quemdam hominem ab illo quo ipſe vivebat errore deceptum, ait: Non patior, quod hi Epiſcopi multa in populo ſigna depromunt, illoſque cuncti, me neglecto, ſequuntur. Acquieſce nunc his quæ præcipio: & acceptis quinquaginta aureis, ſede in platea, per quam nobis eſt tranſitus; & manum ſuper clauſos oculos ponens, me præeunte cum reliquis, exclama magna virtute, dicens: Te beatiſſime Cyrola noſtræ religionis Antiſtes, deprecor, ut reſpiciens manifeſtes gloriam ac virtutem tuam, ut oculos meos aperiens, merear lucem videre, quam perdidi. Qui juſſa complens, reſidenſque in platea,* LXXIII. Cyrola ſtropham ſtruit falſi miraculi.

tranſ-

PAGIUS tus, num Victor Auctor Operis de Perſecutione Africana in Sanctorum Canonem relatus cenſeri poſſit. Holſtenius in Animadverſ. ad Martyrologium Rom. verba illa a Recentioribus addita fuiſſe conqueritur.

XXIII. Moritur Hunericus Rex Vandalorum. Denique cum *Hunericus* Vandalorum Rex Dominationem tenuerit annos ſeptem, menſibus decem, ut habet Victor lib. 5. & Anonymus Auguſtanus *dies* addat *duodecim*, apparet illum obiiſſe hoc anno XI. menſis Decembris. Cointius anno DCXLII. num. XXXVIII. reprehendit *Procopium* citatum, quod ſcripſerit, *Hunericum annos octo* Vandalis præfuiſſe. At Procopius numero rotundo loquitur. Errat tamen Iſidorus in Chronico, non ſolum quia tradit Hunericum annos ſeptem, menſes quinque regnaſſe; ſed etiam quia mortem ejus confert in Eram DXIV. quæ in annum Chriſti CDLXXVI. convenit. *Hunerico* ſucceſſit *Gundabundus*, ut ſupra cum Procopio diximus.

tranſeunte hæretico cum ſanctis Dei: iſte qui Deum irridere cogitabat, exclamat magna virtute dicens: Audi me, beatiſſime Cyrola: audi me, ſancte ſacerdos Dei: reſpice cæcitatem meam: Experiar ego medicamenta, quæ ſæpe cæci reliqui a te meruerunt, quæ leproſi experti ſunt, quæ ipſi etiam mortui perſenſerunt: Adjuro te per iſtam virtutem quam habes ut mihi deſideratam reſtituas lucem, quia gravi ſum cæcitate percuſſus.

LXXIV. Qui videbat, cæcatur ab Ariano Epiſcopo. *Veritatem enim neſciens, verum dicebat, quia cæcaverat eum cupiditas, & virtutem Dei omnipotentis irridere per pecuniam æſtimabat. Tunc hæreticorum Epiſcopus paululum ſe devertit, quaſi in virtute triumphaturus, elatus vanitate atque ſuperbia poſuit manum ſuam ſuper oculos ejus, dicens: Secundum fidem noſtram, qua recte Deum credimus, aperiantur oculi tui. Et mox ut in hoc nefas erupit, riſus mutatur in planctum, & dolus Epiſcopi eſt patefactus in publico. Nam tantus dolor oculos miſeri illius invaſit, ut eos digitis vix comprimeret, ne creparent. Denique miſer clamare cœpit, ac dicere: Væ mihi miſero, quia ſeductus ſum ab inimico legis divinæ, Væ mihi qui Deum per pecuniam irridere volui, & quinquaginta aureos accepi, ut hoc facinus perpetrarem. Ad Epiſcopum autem ajebat: Ecce aurum tuum: redde lumen meum: quod dolo tuo perdidi. Voſque rogo, glorioſiſſimi Chriſtiani ne deſpiciatis miſerum ſed velociter ſuccurrite pereunti. Vere enim cognovi (a) quia Deus non irridetur.*

(a) Galat. 6. Marc. 9.

LXXV. *Tunc ſancti Dei, miſericordia moti: Si (inquiunt) credis, omnia poſſibilia ſunt credenti. At ille clamabat voce magna: Qui non crediderit Chriſtum Filium Dei & Spiritum ſanctum æqualem habere ſubſtantiam atque deitatem cum Deo Patre, hodie quæ ego perfero, patiatur. Et adjecit: Credo Deum Patrem omnipotentem, Credo Filium Dei Chriſtum Jeſum æqualem Patri, Credo Spiritum ſanctum Patri & Filio conſubſtantialem atque coæternum. Hæc illi audientes, & ſe invicem amore mutuo prævenientes, oritur inter eos ſancta contentio, quis oculis ejus ſignum beatæ Crucis imponeret. Vindemialis vero ac Longinus Eugenium; ille autem e contra eos exorat, ut manus imponeret cæco.* Eugenius illuminat cæcum. *Quod cum feciſſent, & manus ſuas ſuper caput ejus tenerent; ſanctus Eugenius Crucem ſuper oculos cæci faciens, ait: In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti veri Dei, quem trinum in una æqualitate atque omnipotentia confitemur, aperiantur oculi tui. Et ſtatim ablato dolore, ad priſtinam redit ſanitatem. Manifeſtiſſime autem patuit per hujus cæcitatem, qualiter hæreticorum Epiſcopus oculos cordium miſero aſſertionis ſuæ velabat amictu, ne veram lucem illi liceret fidei oculis contemplari. O miſerum? qui non ingreſſus per januam, id eſt, Chriſtum, qui eſt janua vera, lupus magis gregis, quam cuſtos effectus eſt; & pacem fidei, quam in credentium cordibus debuerat accendere, pravitate cordis ſui conabatur extinguere. Sancti vero Dei alia ſigna in populo multa fecerunt, & erat vox una populi dicentis: Verus Deus Pater, verus Deus Filius, verus Deus Spiritus ſanctus una fide colendus, uno timore metuendus, eodemque honore venerandus: nam quæ Cyrola aſſerit, falſa eſſe cunctis eſt manifeſtum.* Hæc quidem tunc illi: ex quibus æque irrideas & ſibilis inſecteris recentiorum quoque hæreticorum ſtrophas in miraculis affectandis, cum pariter & ipſi Dei virtute deluſi vitam adimunt viventi, dum videri volunt revocaſſe ad vitam fingentem ſe mortuum. Sed de his ſuo tempore. Jam vero quæ poſt hæc Hunericus in ſanctos admiſit Epiſcopos, oratio Gregorii ita proſequitur:

Videns autem (inquit) *Hunericus Rex aſſertiones ſuas per ſanctorum fidem glorioſam taliter denudari, nec erigi ſectam erroris, ſed potius deſtrui, fraudemque Pontificis ſui in hoc ſcelere fuiſſe detectam; ſanctos Dei poſt multa tormenta, poſt aculeos, poſt flammas, poſt ungulas, juſſit interfici. Beatum vero Eugenium decollari juſſit, ſub ea ſpecie, ut ſi in ea hora qua enſis ſuper cervicem ejus incumbebat non reverteretur ad hæreticorum ſectam, non occideretur, ne eum pro martyre excolerent Chriſtiani; ſed exilio damnaretur. Quod ita factum eſſe, manifeſtum eſt. Nam cum imminente morte interrogatus fuiſſet, ſi mori pro fide Catholica deſtinaret: reſpondit: Hæc eſt enim ſempiterna vita, pro juſtitia mori. Tunc ſuſpenſo gladio, apud Albigenſem Galliarum urbem exilio deportatus eſt, ubi & finem vitæ præſentis fecit.* Hæc Gregorius. Verum quæ tradit de ſancti Eugenii exilio in Gallias, ſub ſucceſſore Hunerici contigerunt, ut ſuo loco dicturi ſumus: hoc autem tempore non in Gallias, ſed in eremum Tripolitanæ provinciæ relegatum, Victor tradit inferius, ubi quænam paſſus ibi S. Eugenius fuerit, narrat. LXXVI.

Sic igitur barbari furentis animus, ex ſanctorum Eugenii & Vindemialis virtutibus magis magiſque exſauciatus, mox jubet omnes illos Carthagine congregatos ſanctos Epiſcopos, glorioſiſſimos confeſſores, martyres deſignatos, cives Sanctorum, domeſticos Dei, mundi exules, cæli incolas in exilium deportari: quod illis triumphus gloriæ, præmium vitæ, iter ad cœlum, atque regni corona fuit. LXXVII.

Cæterum non una de omnibus fuit ſenten-

tentia Hunerici, licet unum ejus pravæ mentis fuerit inſtitutum, nimirum, ut omnes (ſi poſſet) prævaricari compelleret aſperis, vel emolliret flecteretque lenitate. Hinc itaque accidit, ut in inſulam Corſicam ad opus navium alios relegaverit, in deſerta alios Africæ, alios vero in amœniora loca proxima ſuis, quibus præerant Epiſcopi, civitatibus. Eugenium vero in eremum Tripolitanæ provinciæ relegavit, ubi præfectus erat Antonius quidam ſæviſſimus Arianus, ut ab eo cogeretur duriſſima pati. Qui quidem ubi illuc deferendum ſe vidit tradi militibus, eam quam ex Gregorio recitavimus epiſtolam ad ſuos Carthaginenſes conſcripſit. Cæterum licet ipſe in deſertum locum longe abductus eſſet, haud tamen ceſſavit ſuis Carthaginenſibus prodeſſe, alias commonitorias (ut dictum eſt ex Gennadio) ſcribens epiſtolas. At quid univerſæ Eccleſiæ Catholicæ ſuperſcripto præſtitit, idem Gennadius teſtatur his verbis (a): *Altercationes quoque, quas cum Arianorum Præſidibus per internuncios habuit, conſcripſit, & relegendas per Majorem domus Hunerico tranſmiſit; ſimiliter & preces pro quiete Chriſtianorum eidem veluti Apologias obtulit.* Hæc Gennadius. De alio autem ejuſdem Eugenii exilio in Gallias, atque ejus obitu, ſuo loco dicturi ſumus.

(a) Genn. de Scrip. Eccl. c. 97.

LXXVIII. De Fauſto Epiſcopo. Porro ſicut exemplo Eugenii demonſtratum eſt, non omnes Epiſcopos Africæ relegatos in Corſicam inſulam eſſe; ita etiam ex his quæ habentur in Actis S. Fulgentii Epiſcopi liquet nonnullos haud longius amandatos: in eis enim hæc leguntur: *Fuit autem tunc temporis Epiſcopus quidam laudabiliter prædicandus, nomine Fauſtus, qui pro fide Catholica non longe a cathedra ſua juſſus fuerat relegari. De multis enim ſacerdotibus hoc Hunerici tyranni aſtuta malignitas ordinaverat, ut juxta patriam propriam peregrinationis incommodum ſuſtinentes, ad negandum Deum facile flecterentur. In eodem proinde loco, ubi relegatus tenebatur; monaſterium ſibi conſtruxerat; in quo ſpiritualiter vivens, apud omnes Chriſtianos venerabilis habebatur. Ad hunc ergo S. Fulgentius (quippe ei notiſſimus) alacriter venit, eique ſecretum cordis ſui fideliter indicavit, &c.* Narrat enim quomodo apud eum idem S. Fulgentius vitam monaſticam exercuit, atque tandem ad regimen Ruſpenſis Eccleſiæ vocatus eſt. At de exulibus hactenus.

LXXIX. Proſequamur jam modo quæ de eadem Uvandalica ſub Hunerico perſecutione Gregorius recenſet his verbis (b): *Sanctum vero Vindemialem gladio perenti præcepit, quod & impletum eſt in hoc certamine. Octavianus vero Archidiaconus & multa millia virorum ac mulierum hanc fidem aſſerentium interempta atque debilitata ſunt. Sed pro amore gloriæ nihil erant hæc ſupplicia confeſſoribus ſanctis, qui in paucis vexati, in multis bene ſe noverant diſponendos, juxta illud Apoſtoli (c): Quia non ſunt condigna paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelatur in Sanctis. Multi tunc errantes a fide, accipientes divitias, inſeruerunt ſe doloribus multis. Infelix autem quidam Epiſcopus, nomine Revocatus, eo tempore eſt revocatus a fide Catholica.* Hæc de his Gregorius ex paſſionibus quas legit Sanctorum, ut ipſe teſtatur exordio narrationis.

(b) Greg. Turonenſ. hiſtor. Franc. l. 2. c. 3.

De S. Vindemiale Epiſcopo & Martyre.

(c) Rom. 8.

Præter illos a Victore ſub hac perſecutione recenſitos martyres, alii etiam (ut dictum eſt) paſſi reperiuntur. Nam & Iſidorus (d) meminit Læti Epiſcopi Leptenſis hoc tempore ſub Hunerico martyrio coronati: qui & miranda hæc de ipſius præſtantia addit, poſt centum ſeptem annos Juſtinianum Imperatorem fuiſſe ab eodem martyre excitatum, ut exercitum ad recuperandam Africam mitteret; nam ei omnia dextera eventura pollicitus eſt; quod quidem ut ab eodem inſigni martyre Læto fuerat prænunciatum, evenit. Hæc de præclaris martyribus a Victore prætermiſſis, & quidem inſignibus: ut probe intelligas ipſum haud omnia proſecutum, vel ſcias codicem trium librorum ab ipſo ſcriptorum haud integrum reperiri, ſed plura in eo deſiderari. LXXX.

(d) Iſidor. hiſtor. Vvandal. Lætus Epiſcopus Leptenſis Martyr.

Jam vero quæ reliqua ſunt anni hujus perſecutionis Uvandalicæ, victor prævio, proſequamur, qui ait (e): *Addidit itaque beſtia illa, ſanguinem ſitiens innocentum, Epiſcopis necdum ubique in exilium directis, per univerſas Africanæ terræ provincias uno tempore tortores crudeliſſimos deſtinare; ut nulla remanſiſſet domus & locus, ubi non fuiſſet ejulatus & luctus; ut nulli ætati, nulli parceretur ſexui, niſi illis qui eorum ſuccumberent voluntati: Hos fuſtibus, illos ſuſpendio, alios ignibus concremabant. Mulieres & præcipue nobiles contra jura naturæ nudas omnino in facie publica cruciabant. Ex quibus unam noſtram Dionyſiam curſim ac breviter nominabo. Cum viderent eam non ſolum audacem, ſed etiam matronis ceteris pulchriorem, ipſam primo niſi ſunt fuſtibus expoliatam aptare. Quæ cum peteret, diceretque de Domino ſuo ſecura: Qualiter libet cruciate, verecunda tamen membra nolite nudare: amplius illi magis furentes, celſiori loco veſtimentis exutam conſtituunt, ſpectaculum eam omnibus facientes. Quæ inter ictus virgarum, dum rivuli ſanguinis toto jam corpore fluitarent, libera voce dicebat: Miniſtri diaboli, quod ad opprobrium meum facere* LXXXI.

(e) Victor de perſec. Vvandal. l. 3.

Feminæ opprobriis & tormentis cruciatæ.

com-

computatis, ipſa eſt laus mea. Et quia erat Scripturarum divinarum ſcientia plena, arctata pœnis, & ipſa jam martyr, alios ad martyrium confortabat. Quæ ſuo ſancto exemplo univerſam ſuam patriam liberavit.

LXXXII. De Martyrio Majorici filii Dionyſiæ. *Qae cum ſuum unicum filium, admodum adhuc teneræ ætatis & delicatum, timore pœnarum formidoloſum conſpiceret, verberans eum nutibus oculorum, & increpans auctoritate materna ita confortavit, ut matre multo fortior redderetur. Cui inter crudelia verbera conſtituto, ita dicebat. Memento fili mi, quia in nomine Trinitatis in matre catholica baptizati ſumus: non perdamus indumentum noſtræ ſalutis; ne veniens invitator, veſtem non inveniat nuptialem, & dicat miniſtris (a): Mittite in tenebras exteriores, ubi erit fletus oculorum, & ſtridor dentium. Illa pœna timenda eſt, quæ numquam finitur: illa deſideranda vita, quæ ſemper habetur. Talibus itaque filium ſolidans verbis, velociter martyrem fecit. Venerabilis vero adoleſcens, Majoricus nomine, in certamine confeſſionis ſpiritum reddens, curſum palmiferum conſummavit. Amplexanſque illa hoſtiam ſuam, quantis potuit vocibus Domino gratias agens, ad gaudium ſpei futuræ in ſua domo maluit ſepelire; ut quotiens ſuper ſepulcrum ejus Trinitati preces effunderit, alienam ſe a filio numquam eſſe confidat. Quanti igitur per eam in illa civitate (ut ſati ſumus) acquiſiti ſunt Deo, longum eſt enarrare. Nam & ejus germana, nomine Dativa, atque Leontia filia S. Germani Epiſcopi, cognatuſque Dativæ venerabilis Emelius medicus, religioſus quoque Tertius Trinitatis confeſſione præclarus, vel Sibidenſis Bonifacius quanta pertulerint, qualibuſque cruciatibus eviſceratæ, vel eviſcerati ſint, qui valet ex ordine dicat.*

(a) Luc. 13.

LXXXIII. Servus Suburbitanus dire vexatus. *Servus quoque Sabarbitanæ * civitatis majoris generoſus & nobilis vir pro Chriſto quas pertulit, quis explicet pœnas? qui poſt cædes innumerabilium faſtium, trocbleis frequentibus elevatus, dum tota pro urbe penderet, nunc in ſublime ſe tollente ictu celeri, dimiſſis iterum cannabinis, ſuper ſilices platearum pondere corporis veniens, ut lapis ſuper lapides corruebat. Sed & ſæpius tractum, & lapidibus acutiſſimis defricatum, & cutibus ſeparatis, pelles corporis lateribus dorſoque videres & ventre pendere. Iſte jam temporibus Genſerici non valde diſſimilia pertulerat, ne amici cujuſdam ſui ſecreta nudaret: quanto magis nunc, ut ſuæ fidei ſacramenta muniret? Et ſi hominis gratia fideliter exhibuit fidem; quantum debet illi, qui redditurus eſt pro fide mercedem?*

* Suburbitanæ.

LXXXIV. Victoriæ Culuſitanæ certamen. *In civitate vero Culuſitana non valeo quæ geſta ſunt nunciare: quia & ipſam quantitatem martyrum, vel etiam confeſſorum, impoſſibile eſt homini ſupputare. Ubi quædam matrona nutrix ſui nominis Victoria, dum in conſpectu vulgi continuato ſuſpendio cremaretur, a marito jam perdito, filiis præſentibus, taliter rogabatur: Quid pateris, conjux? Si me deſpicis, vel horum, quos genuiſti, miſerere impia parvulorum. Quare obliviſceris uteri tui, & pro nihilo ducis quos cum gemitu peperiſti? Ubi ſunt fœdera conjugalis amoris? Ubi ſocietatis vincula, quæ inter nos dudum honeſtatis jure tabulæ conſcriptæ fecerunt? Reſpice, quæſo, filios ac maritum, & regiæ juſſionis implere feſtina præceptum, ut & imminentia adhuc tormenta lucreris, ſimul & mihi doneris & liberis noſtris. Sed illa nec filiorum fletu, nec ſerpentis audiens blandimenta, affectum multo altius elevans a terra, mundum cum ſuis deſideriis contemnebat. Quam cum in continuatione ſupplicii vulſis humeris, etiam qui cruciabant conſpicerent emortuam, depoſuerunt prorſus omni parte exanimem. Quæ poſtea retulit, quandam ſibi virginem aſtitiſſe, atque tetigiſſe membra ſingula, & illico fuiſſe ſanatam.*

LXXXV. De Victoriano Adrumentino. *Qualiter autem Adrumentinæ civitatis civem Victorianum tunc Proconſulem Carthaginis prædicem neſcio, deficientibus verbis: quo in Africa partibus nullus ditior fuit, qui etiam apud impium Regem pro rebus ſemper ſibi commiſſis fideliſſimus habebatur. Mandatur ei a Rege familiariter diciturque quod eum habiturus eſſet præ omnibus, ſi ejus præcepto facilem accommodaſſet aſſenſum. Sed ille vir Dei miſſis ad ſe tale dedit cum fiducia magna reſponſum: Securus de Deo & Chriſto Domino meo, dico quæ Regi dicatis: Subiget ignibus, adigat beſtiis, excruciet generibus omnium tormentorum: ſi conſenſero, fruſtra ſim in Eccleſia Catholica baptizatus. Nam ſi hæc præſens vita ſola fuiſſet, & aliam, quæ vera eſt, non ſperaremus æternam; nec ita feciſſem ad modicum atque temporaliter glorari, & ingratus exiſtere, qui ſuam fidem mihi contulit creditori. Ad quod tyrannus excitatus, quantorum temporum, & quantis eum afflixerit pœnis, humanus ſermo non poterit explicare. Qui tripudians in Domino, feliciterque conſummans martyrialem coronam accepit.*

LXXXVI. Duo germani Aquiſregienſes martyres. *Apud Tambajenſem quoque civitatem geſta quis queat certamina martyrum explicare? Ubi duo germani Aquiſregienſis civitatis ſibi ſecuri de Domino invicem juraverunt, & rogaverunt tortores, ut una pœna parique ſupplicio torquerentur. Et dum primo ſuſpendio, mollibus lapidum pedibus alligatis, tota die penderent, unus*

illo-

illorum petivit ſeſe deponi, & ſibi induciat dari. Cui frater alius metuens ne fidem negaret, de ſuſpendio clamabat: Noli noli frater: non ita juravimus Chriſto. Accuſabo te, cum ante thronum ejus terribilem venerimus, quia ſuper corpus ejus & ſanguinem juravimus, ut pro eo invicem patiamur. Iſta dicens & alia multa, confortavit germanum ad prælium paſſionis. Qui clamans ingenti voce dicebat: Adigite ſuppliciis quibus vultis, & pœnis Chriſtianos arctate crudelibus: quod frater meus facturus eſt, hoc etiam ego. Quantis jam laminis ignitis aduſti ſunt, qualibus ungulis exarati, quibus cruciatibus torti, ipſa res docet, & quod eos ipſi tortores a ſua facie projecerunt dicentes: Iſtos imitatur univerſus populus, ut nullus ad noſtram religionem penitus convertatur, & præcipue quia nulli livores, nulla pœnarum veſtigia in eis penitus videbantur.

LXXXVII. *In Typaſenſi vero quod geſtum eſt Mauritaniæ Majoris civitate, ad laudem Dei inſinuare feſtinemus. Dum ſuæ civitati Arianum Epiſcopum ex Notario Cyrillam* ad perdendas animas ordinatum vidiſſent; omnis ſimul civitas evectione navali de proximo confugit, relictis pauciſſimis, qui aditum non invenerant navigandi. Quos Arianorum Epiſcopus primo blandimentis, poſtea minis compellere cœpit, ut eos faceret Arianos: ſed fortes in Domino non ſolum ſuadentis inſaniam irriſerunt, verum etiam publice myſteria divina in domo una congregati celebrare cœperunt. Quod ille cognoſcens, relationem occulte Carthaginem adverſus eos direxit. Quæ cum Regi innotuiſſet, Comitem quemdam cum iracundia dirigens; præcepit, ut in medio foro, congregata illuc omni provincia, linguas eis & manus dexteras radicitus abſcinderet. Quod cum factum fuiſſet; Spiritu ſancto præſtante, ita locuti ſunt, & loquuntur, quomodo antea loquebantur. Sed ſi quis incredulus eſſe voluerit, pergat nunc Conſtantinopolim, & ibi reperiet unum de illis ſubdiaconum Reparatum ſermones politos ſine ulla offenſione loquentem; ob quam cauſam venerabilis nimium in Palatio Zenonis Imperatoris habetur, & præcipue Regina mira eum reverentia veneratur.* Intelligis ex his, lector, Victorem ipſum ejuſmodi ſcripſiſſe hiſtoriam adhuc vivente Zenone Auguſto.

* Cyrolam.

Linguis exciſis Confeſſores loquuntur.

LXXXVIII. Miraculum in fidei confirmationem editum.

Quod ad hujuſmodi adeo ingens, totoque Orbe vulgatum miraculum pertinet; ſumma providentia factum eſt ejus qui facit mirabilia ſolus, ut cum divinitas Filii ſui impugnaretur in Africa, adeo ut qui lingua eam defendere potuiſſent, extra provinciam in inſulas & alia loca fuerint relegati, eamdem ſine linguis, ſed ſublimioribus vocibus, tuba cæleſti, divino præconio, Spiritus ſancti tonitruo, quo etiam adverſariis timor incuteretur & tremor, voluerit non in Africa ſolum, ſed ubique terrarum audiri: ut plane dicere vere licuerit (a); *Non hominum, ſed Dei voces*: & illud occinere (b): *Altiſſimus dedit vocem ſuam*: & (c): *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia*: cum ſine humana lingua ab hominibus in ſui nominis confeſſione ipſa veritas proferretur lingua cæleſti ejuſdem quidem generis cum illis quæ ſuper ſingulos qui convenerant, dum (d) completi eſſent dies Pentecoſtes, linguæ diſpertitæ tamquam ignis cælitus miſſæ ſunt. Ut illud propheticum uſurpare licuerit (e): *Dominus locutus eſt: quis non prophetabit?* cum admirando modo: intonuit de cælo Dominus (f), & Altiſſimus dedit vocem ſuam: cujus ſono tinnirent audientium aures non eorum dumtaxat qui eodem vixerunt tempore, ſed & qui hoc noſtro ſæculo ſunt Chriſtiani) niſi inſtar aſpidis ſurdæ obturent aures) ſi velint poſſint audire Dei vocem, teſtantis apud illos eſſe Catholicam fidem, quos teſtificatione ſua ipſe Deus ſignificavit eſſe Catholicos. At quamnam fidem ſectari ſe antea illi profeſſi ſunt? Audiſti nuper eorumdem Epiſcopos in publica Collatione, publico dato libello, eſſe profeſſos, ſequi ſe fidem illam, quam Romana profiteretur Eccleſia; quam & profeſſi ſunt eſſe caput omnium Eccleſiarum.

(a) Act. 12.
(b) Pſ. 17.
(c) Pſ. 28.
(d) Act. 2.
(e) Amos 3.
(f) Pſ. 17.

LXXXIX. Porro rem tantam non uni vel alteri, ſed unius provinciæ omnibus qui remanſerant Catholicis divinitus impertitam: nec una die, vel menſe, annove, ſed uno ferme ſæculo, uſque ad obitum ſcilicet illorum omnium qui talia paſſi ſunt, patefactam; neque una in civitate, vel provincia Africæ, ſed etiam in tranſmarinis regionibus, in quas illi diſperſi ſunt, prædicatam, voluit Deus etiam ſummæ auctoritatis ſcriptoribus reddi poſteris omni ex parte teſtatam. Etenim non ſolum Victor idemque gloria confeſſionis illuſtris, qui iſtæc omnia oculis vidit & manibus contrectavit, poſteris commendavit; ſed & Imperatoriæ quoque ſanctionis teſtificatione res tanta meruit celebrari. Audi Divini operis dignum præconem, Juſtinianum inquam ipſum Imperatorem; qui in conſtitutione a ſe edita de Officio Præfecti Prætorio Africæ iſta ait: *Vidimus* (inquit) *venerabiles viros, qui abſciſſis radicitus linguis, pœnas ſuas miſerabiliter loquebantur.*

Miraculum a pluribus aſſertum.

XC. Accipe alium rurſum de viſu teſtem, doctiſſimum virum Æneam Gazæum (g), qui his temporibus claruit Platonicus philoſophus, de quo & paulo inferius dicturi ſumus: hic enim ad calcem diſputationis elucubratiſſimæ de animarum immortalitate, & corporum reſurrectione, in dialogo qui inſcribitur; *Theophraſtus*, iſta habet, cum per dialogiſmum Axi-

(g) Habetur in Biblioth. ſanct. t. 9.

Æneæ Gazæi teſtificatio de loquentibus ſine linguis.

thæus ſic ad Theophraſtum: *Quod autem heri, & quidem paulo ante factum eſt, id (opinor) ipſe quoque vidiſti.* THEOPHRASTUS: *Quid id eſt, cedo?* AXITHÆUS: *Magnam Libyam dura premi tyrannide. Ac quoniam tyrannis humanitatem ſive benignitatem & ſanam atque verum de rebus ſententiam haud admittit; ſane tyrannus criminis in loco ducit, eorum qui ipſius imperio ſubſunt, pietatem; jubetque illud tam præclarum & bonum dogma ſacerdotes abnegare: iis qui non obtemperant (proh ſcelus!) caram Deo linguam excindit, Terei illius, de quo ſcriptum eſt in fabulis, exemplum imitatus: qui cum vim virgini feciſſet, & accuſationem ſceleris declinare ſtuderet, linguam exſecuit. At virgo peplo facinus intexuit, & exponit arte, cum natura, ut loqueretur, non daret. Illi vero, de quibus nobis eſt oratio, nec peplo opus habent; ſed ipſius naturæ conditionem implorant, quæ recentiorem eis auturam die tertio poſt largitur, non dato quidem alterius linguæ, ſed facultatis ſine lingua articulate quam unquam antea quod vellent eloquendi munere. Ego vero patabam fieri non poſſe, ut tibicen carens tibiis, artis ſuæ ſpecimen ullum daret, itemque citharœdus deſtitutus cithara muſicam artem eam exerceret.*

XCI. *At novum hoc ſpectaculum cogit me ſententiam illam mutare, nihilque eorum quæ videntur rerum fixum ac firmum exiſtimare, ſi quidem id Deus loco ſuo movere velit. Ipſe ego hos viros vidi, & loquentes audivi, & vocem adeo articulatam eſſe poſſe miratus ſum. Inſtrumentum vocis inquirebam, & auribus non credens, oculis judicandi munus remiſi: atque ore aperto, linguam totam radicitus evulſam vidi, ac ſtupefactus mirabar, non ſane quo pacto vocem conformarent, ſed quomodo conſervati eſſent. Atque hoc ipſum etiam imperiti cujuſque ad credendum duritiem emolliret, ac doceret, verumne ſit quod dicimus, corpora collapſa reſurgere.* Hæc Æneas Gazenſis, qui (ut diximus) hoc Zenonis tempore claruit, non ab Ænea Trojano ita denominatus, ſed a viro divino Ænea Gazenſi Epiſcopo, quem ſubrogatum Irenioni Antiſtiti, & præceſſiſſe Porphyrium virum ſanctiſſimum Gazenſem Epiſcopum, quæ dicta ſunt ſuperiori tomo in rebus geſtis ejuſdem Porphyrii declarant. Quæ præterea miranda his ferme diebus in Syria accidiſſe eodem in loco ipſe narrat, nos (ne a ſuſcepta narratione longius emigremus) poſt hæc mox narraturi ſumus.

XCII. Sed & de re tanta quæ reliquæ ſunt teſtificationes (licet ad fidem faciendam illæ opus non ſint in re adeo perſpicue demonſtrata, & omni fide probata) in medium afferamus, quo fiet ut nec improbus adverſarius & refractarius contradictor negare & a fide reſilire omnino poſſit. Addamus igitur citatis auctoribus Marcellinum Comitem, qui & his viventibus vixit, claruitque ſub Juſtiniano Imperatore. Ipſe enim eadem habet in Chronico, qui & hoc addit mirabilius: *Tunc idem Rex Hunericus unius Catholici adoleſcentis vitum a nativitate ſine ſermone ducentis linguam præcepit abſcindi: Idemque mutus, qui ſine humano auditu Chriſto credens, fidem didicerat; mox præciſa ſibi lingua locutus eſt, gloriamque Deo in primo vocis ſuæ exordio dedit. Denique ex hoc Fidelium contubernio aliquantos ego religioſiſſimos, præciſis linguis, manibuſque truncatis, apud Byzantium integra voce conſpexi loquentes.* Hæc Marcellinus: quibus omnibus adde Procopium Rhetorem hiſtoricum, qui eodem vixit tempore, & ſub Juſtiniano nobiliſſimos duxit militiæ ordines, & eadem quæ vidit ſcriptis teſtatus eſt.

Duplex miraculum.

XCIII. Miracula fidem probant.

Habes itaque (ut de aliis taceam) quinque qui eadem quæ viderunt & audierunt, ſcriptorum monumentis, poſteris commendarunt, nempe Victorem Epiſcopum Uticenſem, Juſtinianum Imperatorem, Æneam Gazæum, Marcellinum Comitem, atque Procopium, quibus tanta prodigia voluit Deus reddi omni fide teſtata, omnibuſque perſpicua, ut poſteris cunctis innoteſceret, curare noſtra Deum: cum tam magno miraculo, jam ſubacta a Vvandalis Africa, ipſa Catholica fides preſſuram paſſa tunc de victoribus triumpharet, ubi extingui penitus putaretur: Sicque certa, fida, tutaque ſemita monſtraretur, per quam Fideles cuncti abſque errore, periculove ſecuri, quo tendunt, in cælum perveniant. Ex quibus non illius tantum temporis corrigi & emendari valuiſſent hæretici, ſed omnes qui poſtea emerſere, quive hoc perditiſſimo tempore tamquam ranæ in Ægypto ebullientes Catholicam veritatem infeſtant.

XCIV. Etenim quos Deus tanto ſigno, tot ſine lingua teſtantibus vocibus, docuit eſſe Catholicos, & fidem, cujus cauſa ſubirent martyrium, eſſe veram; plane & Eccleſiam, in qua eſſent, dici debere Catholicam, perſpicue demonſtravit. At ab ea quam longe abſint Novatores, qui ſe hodie Catholicos profitentur hæretici, lectis quæ ipſe Victor & mox poſt ipſum Fulgentius, vel alii hujus temporis Africani doctores ſcripſere, perſpicue ſatis, ſi modo velint, intelligere poſſunt. Contra vero cum nos eamdem cum illis ſectemur fidem, eademque habeamus communia ſacramenta, per omniaque doctrinam ſimilem; Catholicos nos non eſſe, haud dicere poſſunt, re-

dar-

darguti ab iis, qui linguas non habentes, pro nobis altiſſima voce clamant: ut plane per conſecrata illi ex fidei confeſſione organa benedicta ipſe Deus loqui intelligatur.

XCV. Ad poſtremum vero ſuccedant iis qui viderunt, teſtes qui audierunt ab illis tamen qui viderant. Eſt is ſanctus Gregorius Papa, qui de iiſdem hæc in dialogis habet (a): *Zenonis * quoque Auguſti temporibus, dum contra Catholicorum fidem exorta a Uvandalis perſecutio Ariana in Africa vehementer inſaniret; quidam in defenſione veritatis Epiſcopi fortiter perſiſtentes ad medium ſunt deducti: quos Vvandalorum Rex verbis ac muneribus ad perfidiam flectere non valens, tormentis frangere poſſe ſe credidit. Nam cum eis in ipſa defenſione veritatis ſilentium indiceret, nec tamen ipſi contra perfidiam tacerent, ne tacendo forſitan conſenſiſſe viderentur; raptus in furorem, eorum linguas abſcindi radicitus praecepit. Res mira, & multis nota ſenioribus: quia ita pro defenſione veritatis etiam ſine lingua loquebantur, ſicut prius loqui per linguam conſueverant. Hi itaque eo tempore profugi ad Conſtantinopolitanam urbem venerunt. Eo quoque tempore quo pro explendis reſponſis Eccleſiæ ad Principem ipſe tranſmiſſus ſum, ſeniorem quemdam Epiſcopum reperi, qui ſe adhuc eorum ora ſine linguis loquentia vidiſſe teſtabatur; ita ut apertis oris clamarent: Ecce videte quia linguas non habemus, & loquimur. Videbantur enim a reſpicientibus, ut ferebant, quia abſciſſis radicitus linguis quaſi quoddam barathrum patebat in gutture, & tamen ore vacuo plena ad integrum verba formabantur.* Lapſi in fornicationem dono Dei privati. *Quorum illic unus in luxuriam lapſus, mox privatus eſt dono miraculi: recto videlicet omnipotentis Dei judicio, ut qui carnis continentiam ſervare neglexerat, ſine lingua carnea non haberet verba veritatis.* Hactenus S. Gregorius. Eadem de iiſdem confeſſoribus, qui linguis abſciſſis, recte tamen nihilominus loquerentur, S. Iſidorus teſtatur in hiſtoria Vvandalorum.

(a) Greg. dial. l. 2. c. 32.
* Juſtiniani.

XCVI. Ex his autem quæ ex S. Gregorio recitavimus, poſſumus intelligere quæ habentur depravata ſatis apud Procopium, dum hæc ita leguntur (b): *Multis etiam linguam incidendo afflixit ſcilicet; ſuntque uſque meo tempore Byzantii qui impedita ſunt voce: non autem omnes hoc pœnæ genus paſſi: ſed ſi duo conſcii fuiſſent amicarum cum illo concubitus, loqui amplius non permittebantur.* Hæc apud Procopium magis, quam Procopius ipſe: ſiquidem ſive depravatione textus, ſive interpretis imperitia, nullum ex his verbis germanum ſenſum hiſtoriæ conſonum elicere poſſumus; qui tamen ex narrata a S. Gregorio facti ſerie legitimus ille eſſe cognoſcitur, ut dicere ipſe velit, multos lingua præciſos ad ſua tempora perſeveraſſe Conſtantinopoli voce expedita loquentes; ſed duo concubitu amicarum fœdatos, haud permiſſos eſſe amplius loqui. Hæc quidem Procopius; quæ in eo tantum differunt a ſancto Gregorio, quod unum ipſe lapſum refert, eaque gratia nudatum, Procopius autem duos.

(b) Procop. de bello Vvandal. l. 1.
Locus Procopii reſtitutus.

Sed antequam reliqua de rebus in Africa geſtis his jungamus, proſequamur quæ polliciti ſumus narrata ab hujus temporis florentiſſimo auctore Platonico philoſopho Ænea Gazæo ad mortuorum reſurrectionem inſinuandam: ait enim: *Nec fabulæ ſunt quod dicimus, nec e longa vetuſtatis memoria repetitum, ſed hac tempeſtate factum miraculum. Ego ipſe vidi ſenem & egregie bonum & Deo cum primis carum. Ei familiaris erat quidam agricola vir ſimplicis ingenii, & pater unius tantum puerali: cum quo puero vir ille ruſticus ſenem illum frequenter adibat, volens aliquid boni facere & diſcere; illucque ſuarum frugum primitias, tamquam ad fanum quoddam afferebat. Accidit haud ita multo poſt, ut puer gravi morbo correptus vitam cum morte commutaret. Eum jam defunctum pater non (uti lex mandabat) ſepulcro condit; ſed ſportæ impoſitum, foliis obtectum, atque in humeros ſublatum portans, ad ſenem ipſum intrat. Deinceps autem, depoſito onere, ſenem (uti conſueverat affatur, cum ei intentis in ipſum oculis aſſediſſet, paucaque & dixiſſet & audiſſet, puero (ut habebat) ceu uvarum primitiis, illic relicto, diſceſſit.* XCVII. De puero e mortuis ſuſcitato.

At ubi Sol jam occidiſſet, facta ſolita precatione, ſenex fructus illuc attracturus, foliis remotis, non uvas, ſed mortuum invenit; & quantam pater ſpem fidemque habuiſſet, eſt admiratus. Ergo cum animo ad Deum intento ſuper puerum incubuiſſet, prius non ſurrexit, quam puerum reſuſcitaſſet; atque ſic eum reſuſcitatum ad patrem miſit: ipſe vero in exilium ivit, ne admiratione ejus homines perciti, nimis moleſti deinceps eſſent. XCVIII. Hæc auctor, ex tanto miraculo probans Theophraſto Catholicam fidem de reſurrectione mortuorum in Eccleſia prædicatam; cum & ſuperius idem teſtetur, ad hoc ipſum indicandum ſanctorum virorum oſſa plurima edere ſolita crebro miracula. At de his hactenus. Jam res Africanas iterum repetamus, & quæ reliqua ſunt de perſecutione, atque legatione Zenonis Imperatoris ad Hunericum tyrannum ſuaſione Felicis Eccleſiæ Romanæ Pontificis: qui ante (ut vidimus) ad eumdem datis litteris Africanam Eccleſiam ſub Uvandalica perſecutione laborantem, ut i-

dem opem ferret, commendaverat. Teſtatur quidem Evagrius (a), etiam Zenonis in Africam ad Uvandalorum Regem legationem miſſam, jam per Felicem Romanum Pontificem procuratam: de qua acturus Victor (b) iſta prius de ejuſdem perſecutionis acerbitate præmittit:

(a) Evag. l. 3. c. 20.

(b) Victor de perſ. Vvandal. lib. 3.

XCIX. Supplicia diverſa & multiplicia.

Sed quis (inquit) *congruo ſermone poſſit exequi aut coacervare diverſitates pœnarum, quas ex juſſu Regis ſui etiam ipſi Uvandali in ſuos homines exercuerunt? In ipſa quoque quæ geſta ſunt Carthagine, ſi nitatur ſcriptor ſingillatim aſtruere etiam ſine ornatu ſermonis, nec ipſa nomina tormentorum poterit edicere. Quæ res hodieque poſita in promptu demonſtrat: alios ſine manibus, alios ſine oculis, alios abſque pedibus, alios truncos naribus auribuſque intendas; alioſque videas, nimio ſuſpendio pelle evulſis, caput quod eminere ſolebat, in medio ſcapularum fuiſſe demerſum, dum jugiter in altis ædibus ſuſpendio cruciantes, impulſione manuum funibus agitatis per vacuum aerem huc atque illuc faciebant vagari pendentem: qui nonnunquam diruptis funibus de illa altitudine ſuſpenſionis ictu valido corruentes, plurimi arcem cerebri cum oculis amiſerunt; alii confractis oſſibus, ſpiritum continuo reddiderunt; alii poſt paulum exhalaverunt.*

C. *Sed qui hoc fabuloſum putat, Uranium Zenonis legatum interroget, cujus præſentia præcipue geſta ſunt, illa ſcilicet causa, quia veniens Carthaginem, ſeſe pro defenſione Eccleſiarum Catholicarum veniſſe jactabat. Et ut ille oſtenderet tyrannus ſe neminem formidare, in illis plateis vel vicis plures tortores & crudeliores ſtatuit, in quibus legatis moris eſt aſcendendo ad Palatium, & deſcendendo tranſire, ad opprobrium videlicet Reipublicæ ipſius, & in noſtri jam deficientis temporis facem.*

CI. *Tunc igitur & quædam uxor cujuſdam Collarita Regis, nomine Dagila, quæ temporibus Genſerici multoties jam confeſſor extiterat, matrona nobilis ac delicata, flagellis & fuſtibus omnino debilitata, exilio arido & invio relegatur, ubi nullus hominum forte conſolationis gratia veniendi haberet acceſſum, relinquens cum gaudio domum, maritum, ſimul & filios. Cui poſtea oblatum eſſe dicitur, ut in mitiorem eremum tranſlata, frueretur, ſi vellet, ſolatio ſociorum. Illa vero ingens ſibi adeſſe credens gaudium, ubi nullus humanus eſſet conſolantis affectus, ne fieret, ſupplicavit.* Subdit his Victor enarrare exilium cleri Carthaginenſis: ſed quoniam ante ipſum præceſſit certamen ſeptem martyrum monachorum, de eo primum ordine temporum agendum erit. *His etiam diebus & duo negotiatores, Frumentius, & alius Frumentius ejuſdem urbis Carthaginenſis, egregia martyrio coronati ſunt. Tunc & ſeptem fratres non natura, ſed gratia, ſimul in monaſterio commanentes, confeſſionis certamine expleto, immarceſcibilem pervenerunt ad coronam, id eſt, Liberatus Abbas, Bonifacius diaconus, Servus ſubdiaconus, Ruſticus ſubdiaconus, Rogatus monachus, Septimus monachus, & Maximus monachus.*

Septem Monachorum certamen.

In quorum martyrio quoniam mirum in modum divinæ potentiæ vis enituit, ipſorum certamen hic ex veteribus monumentis deſcribere pergratum erit: ſic enim ſe habuit (c):

(c) In Appen. ad lib. 3. de perſ. Vvandal.

CII. *Erant hi de territorio Capſenſis civitatis, cui præfuit ſanctus Vidomalis ſacerdos egregius & Chriſti fidelis Antiſtes. Quibus attractis ad urbem Carthaginenſem, primo eis illecebroſis blandimentis ſerpens voluit ſibilare, promittens honores caducos & divitias ingentium voluptatum, necnon & Regis amicitias, vel alia multa, quæ ſolent inſipientium animas, occupante diabolo, viſco mundiali captare: ſed hæc omnia milites Dei ac ſi contagia reſpuerunt, clamantes uno ore (d): Unus Dominus, una fides, unum baptiſma; nec poterit in nobis, adjuvante Domino, iterari, quod in ſancto Evangelio ſemel præceptum eſt dari: quia qui (e) ſemel lotus eſt, non habet neceſſe iterum lavari, quia mundus eſt totus. Facite quod vultis, inferte pœnas corporibus noſtris: melius eſt temporalia ad modicum ferre ſupplicia, quam æterna pendere & ſubire tormenta. Habete quæ promittitis cum ipſis divitiis poſt paululum perituri. Nobis vero nullus de poſtibus frontium valebit evellere, quod uno baptiſmate artifex Trinitatis dignatus eſt titulare.*

(d) Epheſ. 4.

(e) Joan. 13.

CIII. Martyres in carcere docent.

Quid multa? dum tali conſtantia divinitus munirentur, juſſi ſunt carcerali cuſtodia mancipari: & ita crudelius onerati ferri ponderibus, tenebroſis deputati ſunt locis, ubi nulla miſeratio arrideret lenitatis. Sed populus ille memoratæ urbis in Domino ſemper fidelis, dato munere carcerariis; die ac nocte Chriſti martyres frequentabat; & ita ab eis doctrina & virtute fidei roborabatur, ut talia etiam ipſi pro Chriſti nomine plena delectatione perferre cuperent; & capulo perſequentis facilia ſupponerent colla. Hoc autem tyrannicas pervenit ad aures: qui ebrietate furoris incenſus, jubet eos adhuc inauditis ſuppliciis adigi, & majoribus vinculis onerari: naviimque imperat lignorum aridorum manipulis adimpleri, atque in eadem omnibus alligatis, in medio pelago igne ſuppoſito concremari. Eductiſque illis de cuſtodia, multitudo populi Dei, bellatores Trinitatis, quaſi agnos innocuos ad victimam deducebat, & rigentium pondera catenarum quaſi quædam monilia pervidebat: quia non fue-

rant

rant illa vincula, ſed potius ornamenta.

CIV. Incedebant itaque cum fiducia ad ſupplicium, quaſi ad epulas concurrentes, una voce per ambitum platearum Domino decantantes (a): Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Votiva nobis hæc dies eſt, & omni feſtivitate feſtivior. Ecce (b) nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, quando pro fide Domini Dei noſtri perferimus præparatum ſupplicium, ne amittamus acquiſita fidei indumentum. Sed & populus publica voce clamabat: Ne timeatis, o populi Dei, neque formidetis minas, neque terrores præſentium tribulationum: ſed potius moriamur pro Chriſto, quomodo ipſe mortuus eſt pro nobis, redimens nos pretio ſui ſanguinis ſalutaris. Unum tamen vehementi conatu, qui inter eos infantulus videbatur, nomine Maximum, cupiebant auctores malorum a ſanctorum conſortio ſeparare, dicentes: infantule, quid feſtinas ad mortem? dimitte eos; inſaniunt: & audi conſilium noſtrum, ut poſſis invenire vitæ remedium, & tanti Regis adire Palatium.

(a) Luc. 2.
Pergunt hilares ad martyrium.
(b) 2. Cor. 6.

CV. Tunc ille ætate quidem puerili, ſenili tamen maturitate clamabat: Nemo me ſeparet a ſancto Patre meo Liberato Abbate, & fratribus meis, qui me in monaſterio nutrierunt; cum ipſis ſum in timore Dei converſatus, & cum ipſis deſidera paſſionem ſuſcipere, cum quibus credo me & futuram gloriam invenire. Nolite putare quia poteſtis ſeducere pueritiam meam: ſimul nos Dominus ſeptem voluit congregare: ſimul dignabitur omnes uno martyrio coronare. Quomodo nemo perire potuit de ſeptenario illo numero felicium Machabæorum (c) ita etiam ſeptenus noſtræ congregationis numerus nullum inveniet detrimentum. Nam ſi negavero eum, & ipſe negabit me; quoniam ab ipſo dictum eſt (d): Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui eſt in cœlis: & qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui eſt in cœlis.

Pueri Generoſa confeſſio.
(c) Mach. 2.
(d) Matt. 10. Luc. 12.

CVI. Perducti itaque cum feſtinatione ad navale ſupplicium pro voluntate infandi Regis, vel crudelium miniſtrorum, extenſis manibus & pedibus, clavati * fuerunt potius, quam ligati. Qui dum igni fuiſſet ligno injectus, ſtatim imperio divino, videntibus cunctis, extinctus eſt. Et dum ſæpius renovaretur nutrientibus pabulis, iterum atque iterum extinguebatur rogus globo flammarum. Et cum exinde magis tyrannus furore ſimul eſſet & rubore repletus, juſſit eos remorum ictibus enecari, & ita ſingulos in modum canum, cerebris comminutis extingui: qui tali genere mortis debitum ſpiritum feliciter Domino reddiderunt: nec expaverunt, lignis quatientibus mortificari quibus ſemper fuit ſpes omnis in ligno.

* elevati.
Iterata de igne miracula.

CVII. Sed cum in mari venerabilia corpora jactarentur, illico (quod contra naturam eſt æquoris) eadem hora illæſa corpora pelagus littori reddere maturavit, nec auſum fuit (ut moris eſt) triduana dilatione in profundo retinere, ne præcepta Dominico minime paruiſſet. At quod miraculi genus & ipſe tyrannus, licet impœnitens, ut fertur, expavit. Gaudens autem quæ aderat multitudo, corpora ſanctorum martyrum diligenti tradidit ſepulturæ præeunte clero venerabilis Carthaginenſis Eccleſiæ. Ubi etiam & prædicandi diacones tertio jam confeſſores effecti, Salutaris & Murittæ geruli reliquiarum affuerunt. Humatæ ſunt igitur cum hymnis ſolemnibus lipſanæ beatæ Sanctorum in monaſterio Bigua continuo baſilicæ quæ dicitur Celebrinæ *. Hactenus certamen & corona ſeptem ſanctorum martyrum. Poſt hæc autem ſecutum eſt exilium lacrymabile totius cleri Carthaginenſis, qui ſanctos martyres mandaverat ſepulturæ, quod a Victore ita deſcribitur (e):

Reddita mox a mari corpora & ſepulta.
* Celerinæ.
(e) Victor de perſ. Vvandal. lib. 3.

CVIII. Tunc etiam Eugenio Paſtore jam in exilio conſtituto, univerſus clerus Eccleſiæ Carthaginenſis cæde inediaque maceratur, fere quingenti vel amplius: inter quos quamplures erant lectores infantuli, qui gaudentes in Domino, procul exilio crudeli truduntur. Quos autem intelligat Victor lectores infantulos, quæ nuper dicta ſunt in certamine ſeptem martyrum docent, nempe ea voce eſſe pueros nominatos: at Notas in Romanum Martyrologium de his conſule. Pergit Victor.

CIX. Sed libertatem tunc, dum media urbe cæderentur, Murittæ diaconi cæteris liberiorem tacere non debeo. Fuit quidam Helpidiphorus nomine nimium crudelis & ferus, cui fuerat delegatum membra confeſſorum Chriſti ſuppliciis graſſantibus laniare. Hic enim dudum fuerat apud nos in Eccleſia Fauſti baptizatus, quem venerabilis Muritta diaconus de alveo fontis ſuſceperat generatum. Poſt vero dum apoſtataret, tanta extitit feritatis adverſus Eccleſiam Dei, ut ſuperior omnibus executor perſecutionis eſſet inventus. Quid multa? Dum primo presbyteri ſuppliciis macerandi ordine citarentur; poſt Archidiaconum Salutarem, arctatur pœnis memoratus Muritta (fuit enim ſecundus in officio miniſtrorum) Qui cum, Helpidiphoro ſedente & fremente, honorabilis ſenior cœpiſſet extendi, priuſquam exueretur, clam furto neſcientibus cunctis, illa quibus eum ſuſcipiens de fonte dudum texerat, ſabana bajulabat. Quibus ventilatis, ſimulque in oſtenſione cunctorum extenſis, in his verbis totam ad fletum lacry-

Helpidiphorus apoſtata crudeliſſimus.
Quid Muritta in Helpidiphorum.

crymas commoviſſe dicitur civitatem.

CX. *Hæc ſunt linteamina, Helpidiphore miniſter erroris, quæ te accuſabunt, dum majeſtas venerit judicantis, cuſtodiente diligentia mea ad teſtimonium tuæ perditionis, ad demergendum te in abyſſum putei ſulphurantis: hæc te immaculatum cinxerant de fonte ſurgentem: hæc te acrius perſequentur, flammantem gehennam cum cæperis poſſidere: quia induiſti te maledictionem ſicut veſtimentum, ſcindens atque amittens veri baptiſmatis & fidei ſacramentum. Quid facturus es miſer, cum ſervi patrisfamilias ad cœnam regiam congregare cæperint invitatos? Tunc te aliquando vocatum, terribiliter indignatus, exutum ſtolam Rex conſpiciet nuptialem, dicetque tibi* (a) *: Amice, quomodo huc veniſti, veſtem non habens nuptialem?* (a) Matt. 22. *Non video quod contuli, non noſco quod dedi. Perdidiſti militiæ chlamydem, quam in tela virgineorum membrorum decem menſibus texui: & tendiculas Crucis, quas extendens, aquam mundavi, & purpura mei ſanguinis decoravi, non conſpiciunt oculi mei: characterem non video Trinitatis: talis intereſſe non poterit epulis meis. Ligate eum pedibus & manibus, funiculis ſuis, quia ſe ipſe voluntarie ſeparare voluit a Catholicis dudum fratribus ſuis: ipſe funes extendit catenatos in laqueum, quibus & ſemetipſum vinxit, & alios ne ad iſtud venirent convivium impedivit: juxta ſemitam multis ſcandalum poſuit, quem nunc cum rubore perpetuo & dedecore ſempiterno de convivio meo projeci. Hæc & alia Muritta dicente, igne conſcientiæ ante ignem æternum obmuteſcens Helpidiphorus torrebatur.*

CXI. Victualia parata confeſſoribus ablata. *Pauntes itaque univerſi dorſa ſua verberibus, alacres ad exilium pergunt. Quibus adhuc in itinere longioris viæ conſtitutis, deſtinantur, Epiſcopis Arianorum ſuggerentibus, homines immiſericordes ac violenti; ut illud quod eis forte miſeratio Chriſtiana victui contulerat profuturum, crudeliter auferretur. Quando unuſquiſque eorum libentius fortiter* cantabat* (b) *: Nudus exivi de utero matris meæ, nudum me oportet ad exilium pergere: quia Dominus novit eſurientibus cibum porrigere, & in deſerto veſtire. Uvandali namque duo ſub Genſerico ſæpius confeſſores, comitante matre, contemptis omnibus divitiis ſuis, cum eiſdem clericis in exilium perrexerunt. De multitudine autem pergentium confeſſorum, id eſt, Eccleſiæ Carthaginis clericorum, ſuggerente quodam ex lectore Theucario perdito, quos ille noverat vocales, ſtrenuos atque aptos modulis cantilenæ, deſignatione ſua deberet, dicit, duodecim infantulos ſeparari, quos ipſe, dum Catholicus eſſet, diſcipulos habuit. Statim illo ſuggerente, ſub feſtinatione dimittuntur, & vi barbarici furoris biſſeni numerus puerorum de itinere revocatur: ſegregantur corpore, non ſpiritu a grege ſanctorum. Qui timentes præcipitium, cum ſuſpiriis lacrymarum, ne divellerentur conſtringebant manibus genua ſociorum: quos violentia tamen hæretica minacibus ſeparans gladiis Carthaginem revocavit. Sed cum eis, quaſi cum tali ætate, non blanditiis ageretur, ſuperiores ſuis inventi ſunt annis; & ne obdormirent in morte, lucernam ſibi Evangelici luminis accenderunt. Indignantur ob hoc graviter Ariani, & ſe ſuperatos a pueris erubeſcunt. Unde accenſi, ſubdi fuſtibus jubent, quos jam ante pauciſſimos dies variis verberibus diſſipaverant. Imprimuntur vulneribus vulnera, & rurſum pœna reſtaurata recrudeſcit. Factum eſt, Domino confortante, ut nec ætas minor deficeret in dolore, & magis animus creſceret roboratus in fide. Quos nunc Carthago miro colit affectu, & quaſi duodecim Apoſtolorum, chorum conſpicit puerorum. Una degunt, ſimul veſcuntur, pariter pſallunt, ſimul in Domino gloriantur.* Et inferius:

* forte.

(b) Job. 1.

Duodecim puerorum clericorum certamen.

Illo tempore crudelius Arianorum Epiſcopi, preſbyteri, clerici, quam Reges & VVandali ſæviebant: Nam ad perſequendum ipſi cum ſuis clericis ubique gladiis accincti ſæviebant: ſicut quidam Epiſcopus inter illos cæteris crudelior, Antonius nomine, qui tam nefaria & incredibilia in noſtros exercuit, ut narrari non queant. Fuit iſte in quadam civitate proxima eremo, quæ Tripolitanæ provinciæ vicinatur; qui ut beſtia inſatiabilis Catholicorum ſitiens ſanguinem, huc illucque ad rapiendum fugientes excurrebat. Nam impius Hunericus ſciens Antonii ferocitatem, in ipſis eremi partibus voluit ſanctum Eugenium relegare. Quem dum cuſtodiendum Antonius accepiſſet, ita eum arctiori cuſtodia cinxit, ut nullum ad eum introire permitteret; inſuper variis inſidiarum atque pœnarum ſuppliciis extinguere cogitavit. CXII. Antonii Ariani Epiſc. crudelitas.

Sed Eugenius ſanctus dum noſtræ perſecutionis defleret incommoda, & aſperitate cilicii ſenile attereret corpus, nudamque ſuper humum cubitans, ſtratum faces ſui rigaret imbribus lacrymarum, aliquando ſenſit infeſtum paralyſis morbum. Quo nuncio in gaudia converſus Arianus, pergit feſtinus ad cubile eximii hominis Dei. Et cum videret, urgente paſſione, verum Pontificem balbutientia verba producere: cogitavit ſimul extinguere, quem ſupereſſe nolebat. Præcepit, ut acetum aſperum, nimiſque acerrimum quæreretur. Cui cum fuiſſet allatum, venerabilis ſenis recuſantibus & nolentibus faucibus ingerebat. Nam ſi communis Dominus, qui ad hoc venerat ut pateretur, cum guſtaſſet, noluit bibere; quan-* CXIII. S. Eugenius quæ paſſus in exilio ab Antonio.

* potaret.

to

*eo magis iſte ſervus & confeſſor fidelis omnino nollet, niſi hæretica feritas ingeſſiſſet? Ex quo aceto præſertim ille * paſſionis noxiæ morbus accepit augmentum: cui pietas Chriſti miſericordiæ ſubveniens, poſtea ſanum exibuit.* Hæc de Eugenio Victor.

CXIV. Porro poſt Hunerici obitum eumdem Sanctum ſupervixiſſe, pugnaſſeque rurſum ſtrenue pro fide Catholica, Gelaſius Papa auctor eſt, qui de ipſo ejuſque collegis hæc habet in epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ: *Ecce nuper Hunerico Regi Vvandalicæ nationis vir magnus & egregius ſacerdos Eugenius Carthaginenſis Epiſcopus, multique cum eodem Catholici Sacerdotes conſtanter reſtiterunt ſævienti, cunctaque extrema tolerantes, hodieque perſecutoribus reſiſtere non omittunt.* Hæc Gelaſius. Propagaſſe quidem vitam ſanctum Eugenium ſaltem uſque ad Pontificatum Gelaſii, etiam Gennadius (a), qui eo tempore ſcripſit, oſtendit, dum ſuperſtitem adhuc fuiſſe Eugenium tradit, cum de ipſo agit, ejuſque lucubrationes recenſet. At de eo nobis ſæpe dicendum inferius. Sed rurſum Victor.

(a) Genn. de Vir. illuſtr. c. 97.

CXV. Antonius Habetdeum Epiſcopum invitum rebaptizat.

*Alio autem noſtro Epiſcopo Habetdeum ſimiliter relegato, Tamalumenſis civitatis, in qua Antonius fuerat, quantum potuerat infeſtari, res ipſa demonſtrat. Nam cum diverſis eum perſecutionibus affligeret, nec poſſet eum facere Arianum, videretque Chriſti militem ſemper in confeſſione conſtantem; promiſerat ſuis, dicens: Niſi eum noſtræ fecero religionis, non ſit Antonius. At ubi in ſua profeſſione minor inventus eſt, ſuggerente ſibi diabolo, cogitat aliud: Pedibus manibuſque ligatis, vinculis ingentibus arctat Epiſcopum: oreque obturato, ne lingua clamaret; aquam corpori, ut putabat, rebaptizationis ſpargit: quaſi valeret conſcientiam ligare cum corpore, aut non adeſſet qui audit gemitus compeditorum, & cordis ſecreta rimatur: vel ſuperare poſſet aqua mendax tantæ voluntatis propoſitum, quod jam homo Dei manantibus * lacrymis miſerat legatum in cælum. Exuit ſtatim virum vinculis, & tali quaſi gaudens proſequitur voce: Ecce jam frater Habetdeum noſter Chriſtianus effectus es: quid ultra facere poteris, niſi ut voluntati conſentias Regis? Cui Habetdeum: Illa eſt, impie Antoni, mortis damnatio, ubi voluntatis ſervatur aſſenſio. Ego fidei meæ tenax, vocibus confitens crebris, quod credo & credidi, clamando defendi. Sed & poſtquam catenis vinxiſti, & oris januam oppilaſti, in prætorio cordis violentia mea, ſcribentibus Angelis, Geſta confeci, & lectitanda Imperatori meo tranſmiſi.*

* metantibus.

CXVI. Inviti rebaptizantur ibique.

*Erat quidem generalis iſta violentia tyrannorum. Nam Vvandali pro hac re ubique fuerant deſtinati, ut tranſeuntes itinera, ſacerdotibus ſuis adducerent jugulandos. Ac ubi eos fallacis aquæ gladio peremiſſent, indicium eis perditionis, ſcriptura teſte, tradebant, ne alibi ſua violentia traherentur: quia non licebat ſive privatis, ſive negotiatoribus alicubi tranſire, niſi ſcriptam characteris indicio ſuam miſeri oſtenderent mortem: quam per revelationem ſervo ſuo Joanni olim oſtenderat Chriſtus, ubi dicit (b): nulli licebit aliquid vendere, vel emere, niſi qui habuerit characterem beſtiæ in fronte ſua, & in manu ſua. Nam & Epiſcopi atque preſbyteri illorum cum armatorum manu nocturnis temporibus vicos & oppida circuibant, & ſic deſpirantibus * januarum aquam, gladiumque geſtantes, animorum prædones intrabant: & quos domi repererant, alios forte in lectulis ſoporatos imbre igneo atque fulmineo reſpergentes, dæmoniaca vociferatione Chriſtianos ſuos ipſi pariter vocitabant; ut ludum prorſus ſuæ hæreſeos magis, quam aliquam religionem oſtenderent. In quo minus capaces & ignari impletum in ſe pollutionis ſacrilegium putabant; prudentiores vero, nihil ſibi, quod nolentibus atque dormientibus ingeſtum eſt, obeſſe gaudebant. Nam & multi eadem hora cinerem capitibus ſuis injecerunt: alii ſeſe vel (quia factum eſt) cilicio lugubri texerunt: nonnulli cœno fœtido linierunt, & linteamina violenter impoſita per fila conſciderunt, atque in latrinis fœtidiſque locis manu fidei projecerunt.*

(b) Apocal. 13.

Rebaptizatis tantum patebat commercium.

CXVII. Quid in nobilem puerum Cyrola.

Tali violentia, nobis videntibus, in Carthagine filius cujuſdam nobilis annorum circiter ſeptem juſſu Cyrolæ Patriarchæ Arianorum, a parentibus ſeparatus eſt, matre ſine verecundia matronali, ſolutis crinibus, poſt raptores tota urbe currente, infantulo clamante, ut poterat: Chriſtianus ſum, Chriſtianus ſum, Chriſtianus ſum. Cui & os obturantes, inſontem inſanum in ſuam gurgitem demerſerunt. Ita de filiis medici venerabilis Liberati factum eſſe probatur. Nam cum juſſu Regis cum uxore & liberis ad exilium mitti juberentur: cogitavit impietas Ariana a parentibus filios parvulos ſeparare, quo poſſet per pietatis affectum etjam virtutem proſternere genitorum. Disjunguntur tenera pignora filiorum. Qui cum vellet lacrymas emittere, auctoritate uxoria increpatur, ut in ipſo exitu ſui illico lacrymæ ſiccarentur. Ait enim ei conjux: En propter filios, Liberate, perditurus es animam tuam? Computa eos non fuiſſe natos: nam & ipſos omnino vindicaturus eſt Chriſtus. Nonne vides eos clamantes & dicentes: Chriſtiani ſumus? Sed

CXVIII. Liberati & uxoris ejus certamen. *Sed hæc mulier quid in conſpectu Judicum egerit, tacendum non eſt. Nam cum ipſa & maritus, licet ſeorſum, carceris tamen cuſtodia tenerentur, ita ut ſe penitus non viderent: mandatur mulieri, diciturque illi: Solve iam duritiam tuam ecce vir tuumparuit imperio Regis, & noſter factus eſt Chriſtianus. Atque illa: Videam illum, & faciam ego quod voluerit Deus. Educta igitur de carcere, invenit virum ſuum ſtantem cum ingenti multitudine pro tribunalibus connexum. Et verum exiſtimans quod fecerant inimici, iniecta manu apprehendens oram veſtimentorum ejus gutturi proximam, videntibus omnibus, ſuffocabat eum, dicens: Perdite & reprobe, gratia Dei & miſericordia ejus indigne, quare voluiſti ad modicum gloriari, & in æternum perire? Quid tibi proderit aurum? quid argentum? numquid liberabunt te de camino gehennæ? Dixit & alia multa. Cujus maritus reſpondit: Quid pateris mulier? Quid tibi videtur? Aut quid forte de me audire potuiſti? Ego in nomine Chriſti Catholicus permaneo, nec amittere potero aliquando quod teneo. Tunc hæretici mendacii ſui conſcii & detecti, & fallaciam ſuam colorare * minime potuerunt.*

* celare.

CXIX. Migrant in ſolitudinem pii, ibique * mortui. *Et quia ſuperius de violentia immanitatis eorum breviter diximus; hanc plurimi metuentes, alii ſe in ſpeluncis, alii in deſertis locis, viri, vel feminæ, nullo ſibi conſcio, ſeſe claudebant: & ibidem, nulla ſuccurrente ſuſtentatione ciborum, fame vel frigore victi, contritum & contribulatum ſpiritum exhalabant, per hæc afflictionis incommoda inviolatæ ſecum fidei ſecuritatem portantes. Sic enim Creſconius presbyter Myzentinæ civitatis in ſpelunca Ziquenſis montis repertus eſt, putreſcente jam ſolutus cadavere.*

CXX. *Et quia de ſancto Habetdeum præfati jam ſumus: pergit tunc ad Carthaginem: adire cenſuit nefarium Regem, ut conſcientiam ſuam, quam ſemper familiarem Trinitas habuit & amicam, etiam hominibus faceret manifeſtam. Nec eum retinere potuit Antonius propter verecundiam ſuam: offert impiiſſimo Regi libellum in hac ſimilitudine verborum.*

CXXI. Habetdeum Epiſc. præſens compellat Regem. *Quid quæſo, jam cum projectis habetis? Quid cum eis, quos exilio relegaſtis, quotidie dimicatis? Abſtuliſtis ſubſtantias, Eccleſiis, patria, domibuſque privaſtis; ſola anima remanſit, quam captivare contenditis. O tempora, o mores! Univerſus hæc mundus intelligit, & ipſe qui perſequitur videt. Si fides dicitur quam tenetis, quid veræ fidei membra tantis perſecutionibus agitatis? Quid vobis cum exilio noſtro? Quid vobis cum egenis in ſæculo, quorum eſt vita ſemper in Chriſto? liceat ſaltem gaudere conſortio beſtiarum eis, quos abjeciſtis a facie omnium populorum.*

Dum hæc & alia ſimilia Pontifex dixiſſet: ſceleratus tyrannus hoc ei mandaſſe perhibetur: Vade ad Epiſcopos noſtros, & quod tibi dixerint ſequere; quia ipſi hujus rei habere noſcuntur per omnia poteſtatem. Sed neque Antonium hæc res ab inſania potuit revocare, ſcientem ſe magis imperio Regis ob hoc multum poſſe placere. Habetdeum vero Epiſcopum gaudentem bono conſcientiæ ſuæ ad locum exilii maluit revocare. CXXII.

CXXIII. Fame dira vexata Africa. *Ea tempeſtate facta eſt incredibilis fames, & cœpit Africam totam una depopulatone vaſtare: nullus tunc affuit imber, nulla prorſus gutta de cælo profluxit: nec fruſtra, ſed vero & juſto judicio Dei, ut ubi perſequentibus cœnoſi gurgitis aqua & ignis ſulphuris bulliebat: indulgentiæ cæleſtis, quæ ſemper affluenter aderat, pluvia negaretur. Lurida remanſerat terræ facies omnis: non vitis tegebatur æſtate pampineis opaca virgultis; non ſata reſperſa vultus cæſpitum viridabant; non olea ſemper viridis, foliiſque repleta jucundis decoris ſui conſuetum tegmen habebat; non pomorum virgulta, maritante tellure, gemmas produxerant florum, poſtea fructus (ut aſſolent) editura. Triſtia fuere tetraque omnia, ut par peſtilentiæ clades Africam confunderet omnem, &c.*

CXXIV. Peſtilentia ſimul graſſatur in Africa. Proſequitur pluribus recenſere funera non Africanorum tantum, ſed & Vvandalorum, tum fame, tum etiam peſte pereuntium: ut plane ipſa elementa clamarent, in ultionem offenſæ Divinitatis tales tantaſque ſimul immitti in Africam clades, quibus omnes deſolatæ fuerint urbes: quorum conſideratione, & eorum quæ eſſent ante oculos inſpectione, idem Victor confeſſor inſtar Hieremiæ ſeorſum poſitus lugubres threnos flebili voce, crebris interrupta ſuſpiriis dolens ac mærens occinuit. En collige tibi fructus ex ſemimine, quod in ſulcis impietatis ſeminat hæreſis, ut plane ſecundum illud Evangelii (a): *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos*: nonniſi ex inferis & ſatanæ regno dixeris prodire radicem, quæ in tot germina maledictionis & deſolationis excreſcit. Meminit etiam Gelaſius in Andronicum ſcribens ejuſmodi famis, quæ Africam dire vexavit.

(a) Matt. 7.

CXXV. Hunerici portentoſus obitus. Cæterum qui (b) diſpergit ſuperbos in furore ſuo, & reſpiciens omnem arrogantem humiliat: excitatus tamquam dormiens Dominus, vermibus tradidit conſumendum eum qui robuſtorum militum agminibus vallabatur, Hunericum. Hoc enim anno, cum de proſtrata fide Catholica amens putaret parandum ſibi triumphum, divinam cogitur experiri vindictam, & hominum hominum miſerrimus redditur. Quomodo autem id acciderit, idem Victor ad calcem operis his verbis, di-

(b) Job. 40.

dignum apponens colophonem, rem paucis deſcribens ſic ait (a): *Tenuit ſceleratiſſimus Hunericus dominationem regni annis ſeptem, menſibus decem, meritorum ſuorum mortem conſumans, nam putrefactum & ebulliens vermibus, non corpus; ſed partes corporis ejus viderentur eſſe ſepulta. Et ille legis dator & tranſverſor ex Donatianorum hæreſi ad eos veniens quidam Nicaſius in brevi ſimili morte periit.* Hactenus Victor.

(a) Victor. de perſ. Vvandal. l. 3. in fin.

CXXVI. Quod vero ad execrabilem obitum impii Hunerici ſpectat, rem aliter ſcriptam a Gregorio Turonenſi reperimus, cum ait (b): *Tunc & Sol teter apparuit, ita ut vix ab eo pars vel tertia eluceret: credo namque pro tantis ſceleribus & effuſione ſanguinis innocentis. Hunericus vero poſt tantum facinus arreptus a dæmone, qui diu de ſanctorum ſanguine paſtus fuerat, propriis ſe morſibus laniabat: in quo etiam cruciatu vitam indignam juſta morte finivit.* Hæc Gregorius; licet perperam ipſum Hunericum ſucceſſiſſe Traſamundo teſtetur. Porro ſanctus Iſidorus interitum Hunerici ab his etiam diverſe refert his verbis: *Hunericus octavo regni ſui anno, ut Arius pater ejus interioribus cunctis effuſis, miſerabiliter vitam amiſit.* Hæc Iſidorus in hiſtoria Vvandalorum, ubi ait eumdem Regem menſes nonniſi quinque poſt ſeptem vixiſſe annos.

(b) Greg. Turon. de Geſt. Franc. l. 2. c. 3.

CXXVII. Verum prærogativa antiquitatis atque præſentiæ, cum hæc omnia Victor oculis intueri potuerit, ei potius præ cæteris deferendum eſſe videtur, ut dicamus vermibus ultricibus truculentum carnificem inſtar Antiochi, Herodis, & Maximini, eſſe conſumptum, ſecundum antiquam illam prædictionem fortiſſimæ Judith dicentis (c): *Væ genti inſurgenti ſuper genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis: in die judicii viſitabit illos: dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, ut urantur & ſentiant uſque in ſempiternum.* Fuit plane ejuſmodi tam dirum ſupplicium præjudicium æternæ damnationis: in cujus funere næniæ illæ fuerint concinnendæ, quibus Tyri Regem Ezechiel flere videtur, cum ad illum Dominus (d): *Fili hominis, leva planctum ſuper Regem Tyri:* & poſt multa in exprobationem ejus ſcelerum: *In multitudine* (inquit) *iniquitatum tuarum polluiſti ſanctificationem meam: propterea ego educam ignem de medio tui, qui comedat te. Et dabo te in cinerem ſuper terram in conſpectu omnium viventium. Omnes qui te viderunt in Gentibus, obſtupeſcent ſuper te.* Iſtiuſmodi plane canticis decuit impium, contumacem, & Deo rebellem homicidam tumulari: ea adverſo Fidelibus gratias Deo agentibus & illud Davidicum (e) occinentibus: *Cognoſcetur Dominus judicia faciens: in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator:* Et quæ ſequuntur. Sarcophagum vero ejus, ipſa putrium carnium theca, iræ Dei præclarum atque perſpicuum monumentum, quonam fuit digniori epitaphio inſcribendum, niſi quod ad Regem Tyri dictum Ezechiel addit (f): *NIHIL FACTUS ES, ET NON ERIS IN PERPETUUM.* Vel quod Magnus ille Mathathias de hujc ſimili Antiocho dixerat (g): *GLORIA EJUS FUMUS ET VERMIS EST.* Sed ſepultum ſua ignominia hominem relinquamus, jam digne (ut par erat) eidem perſolutis extremis.

(c) Judith. 13.
Impio Regi auctor poſtrema perſolvit.
(d) Ezech. 28.
(e) Pſ. 9.
(f) Ezech. 28.
(g) Mach. 2.

CXXVIII. Ad hoc uſque tempus, ad Hunerici obitum ſcilicet, perduxit ſuam Victor de Vvandalica perſecutione hiſtoriam. Porro ipſe Victor particeps paſſionum, jugi confeſſione clarus, titulo ſanctitudinis relatus reperitur in Romanum Martyrologium (h). Quo tempore etiam alii ejuſdem nominis claruere in Africa Epiſcopi, ut Victor Cartennæ in Mauritania, qui ad Genſericum volumen adverſus Arianos conſcriptum miſit. Sed & alius fuit Victor Martyrianus Epiſcopus, cujus eſt mentio apud Caſſiodorum (i); qui Caſſiani Collationes purgavit, ut ſuo loco ſuperius dictum eſt.

(h) Roman. Martyrol. die 23. Auguſti.
(i) Caſſiod. Inſtitut. divin. lect. c. 29.

CXXIX. Succeſſit Hunerico VVandalorum Regi in Africa Gundabundus Genſonis alias Gentonis fratris filius, qui propior genere Genſericum attingebat, ut Procopius (k) tradit. Hunc Victor Godagiſum nominat; quem natu majorem, ne ſuccedere poſſet in regnum, idem Hunericus una cum uxore (ut ait Victor l) crudeli exilio relegavit. Hunc imitatione ſuorum perſecutum eſſe Africanam Eccleſiam, Procopius tradit; ſecus vero Iſidorus, qui ait: *Gundabundus regnavit annis duodecim, qui pacem ſtatim Eccleſiæ donavit, & Catholicos preſtinus ab exiliis revocavit.* Hæc ipſe de rebus Wandalorum compendioſo Chronico. Sed utrumque verum dixiſſe putamus: Iſidorum quidem; quia Victor qui poſt annos tres eam ſcripſit hiſtoriam de perſecutione Wandalica, ſi illa poſt obitum Hunerici adhuc perduraſſet, exigebat ratio argumenti, ut de ea vel ſaltem meminiſſet: Sed & Procopium quoque vera locutum eſſe exiſtimamus; quod ex Actis ſancti Fulgentii in Africa Epiſcopi Ruſpenſis apparet perſecutionem rurſus excitatam fuiſſe, in qua ipſum multa pati contigerit. Præterea conſtat Gelaſii teſtificatione, adhuc ipſo ſedente fuiſſe in Africa perſecutores: quibus S. Eugenium Carthaginenſem Epiſcopum & alios ejus collegas ſacros Antiſtites reſtitiſſe tradit. Quamobrem dicendum exiſtimamus, ad aliquot annos novi Wandalorum Regis quieviſſe in Africa Wandalicam perſecutionem, poſtea vero recruduiſſe: quando autem id acciderit, dicemus inferius ſuo loco.

Gundabundus Rex Vvandalorum.
(k) Procop. de bello Vvand. l. 1.
(l) Victor de perſ. Vvandal. lib. 2.

CXXX. Evarici Reg. obitus.

Hoc eodem anno alius Princeps barbarus, itidemque Arianus, & Eccleſiæ perſecutor in Gallia moritur Evaricus Rex Gothorum, haud longe diſſimili fine ab interitu Hunerici: nam de eo Gregorius: (a) *Non multum poſt tempus ultione divina percuſſus interiit*. At quomodo id acciderit non dicit. Porro quod ad tempus ejus obitus ſpectat, ipſum hoc anno extremum clauſiſſe diem, inde facile colligere poſſumus, quod ejus filius Alaricus, ipſi ſtatim ſuccedens, hoc ipſo anno regnare cœpiſſe reperitur, ut optime colligitur ex Concilio Agathenſi: quod cum celebratum habeatur ſub Conſulatu Meſſalæ, quo numeratur annus Domini quingenteſimus ſextus, ibidemque dicatur habitum eſſe anno vigeſimoſecundo ejuſdem Regis; affirmare neceſſe eſt, hoc anno ipſum ibi regnare cœpiſſe: ex quo erroris redarguuntur, qui Evaricum tradunt regnaſſe annos quindecim, ut Iſidorus habet in Chronico: cum enim (ut dictum eſt ſuperius) conſtet ipſum regnare cœpiſſe Chriſti anno quadringenteſimo ſexageſimoquarto, ad vigeſimum annum perveniſſe liquet. Sed cum ſuperius idem auctor uſque in annum Zenonis Imperatoris undecimum perveniſſe tradit, rectæ chronographiæ concinna diſponit: verum error in numero ineſt, dum decem & octo tantum anni ponuntur intercurriſſe ab anno octavo Leonis Imperatoris, qui eſt Domini quadringenteſimus ſexageſimuſquartus, quo & regnare cœpiſſe Evaricum ponit, uſque in hunc annum quo obiit, cum viginti numerentur. Ex quibus etiam habes in quo emendes Gregorium Turonenſem (b), dum Evaricum habet regnaſſe annos vigintiſeptem. At admonitum lectorem volumus, ab auctore recentiore, (c), qui res Gothorum proſecutus eſt, ſuorum gentilium nimis ſtudioſo perperam poſitum eumdem Evaricum Regem pium, quem tradit temporali regno ad æternum glorioſa morte migraſſe; quam Arianum fuiſſe, & Eccleſiam Gallicanam perſecutum, teſtificatione Sidonii, & Gregorii Turonenſis, perſpicua luce ſuperius eſt demonſtratum.

(a) *Greg. hiſt. Franc. l. 2. c. 25. in fin.*

Alaricus Rex Gothorum in Gallia.

(b) *Greg. Turon. de Geſt. Franc. l. 2. c. ult.*

Evaricus impius.

(c) *Joann. Magn. hiſt. Goth. l. 16. cap. ult.*

Hoc pariter anno defuncto Childerico Franchorum Rege apud Pariſios in Galliis regnante, ejus filius Clodoveus ſucceſſit, qui regnum tenuit (ut Gregorius Turonenſis tradit d) annis triginta. Hoc quidem anno regnare cœpiſſe Clodoveum, ex tempore ejus obitus, quem contigiſſe dicemus anno Domini quingenteſimo decimoquarto, ſatis liquet. Conſentit & Sigebertus, qui & hoc anno ejuſdem Clodovei Regis ingreſſum ponit. Porro ejus nomen diverſo modo ab antiquis etiam ponitur: ab aliis Clodoveus, ab aliis vero Hludovieus, vel aliter ſcriptum reperitur. CXXXI.

(d) *Greg. hiſt. lib. 2. c. 30. in fin.*

Clodoveus Rex Franchorum regnare cœpit.

Sic igitur Imperio Romano Occidentali collapſo, barbariſque triplicis generis Gallias occupantibus, nempe Gothis, Burgundionibus, atque Franchis: deploratis penitus rebus, divina providentia factum eſt, ut ejus tantummodo gentis regnum ad poſteros feliciter propagaretur, penes quam cultus pietatis foret excel- CXXXII.

PAGIUS XXIV. *Interitus Evarici Viſigothorum Regis.*

Ad num. CXXX. *Evarici* Viſigothorum Regis Ariani obitus anno ſequenti contigit. Auctor enim Anonymus Chronici inſerti Chronico Victoris Tununenſis, *poſt Conſulatum Theodorici*, anno nempe CDLXXXV. ſcribit: *His diebus Euricus Rex moritur, & Alaricus filius pro eo Rex efficitur*. Præterea Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 47. aſſerit, eum *decimo nono anno Regni ſui*, vita privatum eſſe. Quare cum ineunte anno CDLXVII. regnare cœperit, ad annum ſequentem vitam propagavit. Ideo autem Iſidorus in Chronico Gothorum *annos ei decem & ſeptem* attribuit, quia non niſi annos completos Regni ejus enumerat. Mortuus eſt ante diem ſecundam Februarii inſequentis anni; cum Reſcriptum ab Alarico ejus filio ac ſucceſſore, quo Codicis Theodoſiani epitomen confirmat, datum ſit *ſub die quarto Nonas Februarii, anno XXII. Alarici Regis Toloſæ*, anno nempe Chriſti DVI. quod verum non eſſet, niſi ante ſecundum diem menſis Februarii inſequentis Chriſti anni primum Regni ſui inchoaſſet. Baronius inciderat in Codicem mendoſum Chronici Iſidori; ſiquidem ſcribit, eum teſtari Euricum regnaſſe annos quindecim; cum tamen in correctis hujus Chronici Editionibus a Labbeo & Grotio curatis, anni ſeptemdecim Eurico aſſignentur. In eo vero errat Iſidorus, quod affirmet, hunc Principem Arianum & Eccleſiarum Gallicanarum perſecutorem e vivis exceſſiſſe Era DXXI. ſuperiori ſc. Chriſti anno. Denique Turonenſis lib. 2. cap. 20. ait, *Euricum* vita functum *an. XXVII. regni ſui*, ſed errore nato ex numero X. a Librario perperam geminato.

XXV. *Moritur Childericus Francorum Rex.*

A num. CXXXI. ad CXXXVI. *Childericus* Francorum Rex vitam cum morte commutavit anno quadringenteſimo octogeſimo primo, cum *Clodoveus* ejus filius ac ſucceſſor annos triginta juxta Turonenſem lib. 2. cap. 43. regnaverit, ejuſque mors in annum DXI. inciderit, ut certis argumentis ſuo loco oſtendetur. Regnavit *Childericus* annos viginti quatuor, Anonymo in Geſtis Regum Francorum cap. 9. Aimoino lib. 1. cap. 12. & Roricone lib. 1. teſtibus. Sed his annis menſes aliquot addendi. Is *Tornaci*, quæ Regalis civitas quondam fuit, ut habet Audoenus in Vita Sancti Eligii Noviomenſis Epiſcopi, ſepultus eſt Ethnico ritu, cum multis ornamentis, gladio Regali, annulo, aliiſque, quæ anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo tertio XIII. Kalendas Junias reperta ſunt, & poſt aliquot annos Luteriam allata, ut ſcribit Joannes Jacobus Chiffletius in libro de hac ſepulcrali gaza elucubrato, inſcriptoque: *Anaſtaſis Childerici Regis*. Ex Clodovei initio & fine perperam in Annalibus conſignatis, rerum Francicarum Chronologia in iiſdem valde depravata. Unde operæ pretium nos facturos exiſtimamus, ſi eam ad accuratos apices reducamus, cum poſtquam Chriſtianam religionem *Clodoveus* amplexus ſit, frequens Francorum in Eccleſiaſtica Hiſtoria mentio occurrat.

Flo-

Digitized by Google

excellentius effulſurus, cujus in Childerico (ut dictum eſt) flores apparuerunt, in Clodoveo autem collecti ſunt fructus. Coluit ille licet Ethnicus ſanctiſſimam virginem Genovefam: quam non tantum veneratus eſt, ſed & muneribus frequentavit ejus filius Clodoveus; qui licet Gentilis adhuc, magna etiam veneratione proſecutus eſt ſanctum Remigium Rhemenſem Epiſcopum, cui etiam ampliſſimas villas dono dedit, quas tamen illa erogandas curavit in pauperes.

CXXXIII. Teſtatum id quidem peregregie reliquit ipſe S. Remigius publica teſtificatione, nempe teſtamento ſuo, in quo iſta leguntur (a): *Villas, quas mihi dominus, illuſtriſque memoriæ Hludovicus Rex, quem de ſacro baptiſmatis fonte ſuſcepi, cum adhuc Paganus Deum ignoraret, ad proprium* * *tradidit, locis pauperibus deputavi; ne forte eum eſſet infidelis, cupidum terrenarum rerum me arbitrari poſſet, & non potius ſuæ ſalutem animæ, quam exteriora ab ipſo bona requirere. Quod admiratus, intercedere me pro quibuſcumque neceſſitatem patientibus, & fidelis, & ante fidem benigne liberaliterque conceſſit. Et quia ex omnibus Epiſcopis Gallicarum pro fide & convocatione Francborum potiſſimum me laborare cognovit: dedit mihi Deus tantam gratiam in conſpectu ejus, virtuſque divinas, quæ per Spiritum ſanctum me peccatorem plurima ſigna ad ſalutem præfatæ gentis Francborum operari fecit, ut non ſolum ublatu omnibus Eccleſiis Francborum reſtitueret, ſed etiam de proprio gratuita lenitate plurimas ditaret Eccleſias. Neque prius de regno ejus, quantum paſſus eſt pedis, Eccleſiæ Rbemorum jungere volui, donec ut hoc omnibus Eccleſiis adimpleret, obtinui. Sed neque poſt ejus baptiſmum, &c.* De illius enim poſt baptiſmum, rebus geſtis, ſuo loco agemus. Hæc ſatis ex verbis ipſius S. Remigii, aureis plane exaranda notis, inſinuaſſe; ut intelligas reverentia erga ſacerdotes, atque erga Eccleſias munificentia Clodoveum adhuc Ethnicum inſtar Cornelii Centurionis ad promerendam Chriſtianam fidem ſibi ſtraviſſe viam, & ad ſtabiliendum regnum Franchorum jeciſſe ſolida fundamenta: quæ ſi concutiantur, totam deſuper ſtructam molem neceſſe ſit in diſcrimen adduci; ſi vero convellantur, deficere penitus; permanere vero firmiter, ſi ipſa permaneant.

(a) Briſſ. de Form. l. 7.

* uſum.

At ſumma laude dignus ipſe Remigius, jure dicendus Franchorum Apoſtolus, dum quod Apoſtolum decet, & Apoſtolus docet, (b) non quæ ſua ſunt quæſivit, ſed illorum, neque quod ſibi (c) utile, ſed multis, ut ſalvi fiant: illud ore verſans & opere (d): *Non quæro veſtra; ſed vos.* Ita plane moribus ipſe compoſitus, virtutibus imbutus, & a divino Spiritu afflatus eſſe debuit, qui nobilem Franchorum gentem, ejuſque præſtantiſſimum Regem e tenebris gentilitiæ ſuperſtitionis ad lucem Evangelicæ veritatis adduceret: Sicut & talem tantumque decuit eſſe Regem, qui primus Franchorum regnum Chriſtiana religione perpetuo illuſtraret, atque regno eamdem Chriſtianam religionem jugiter protegeret & foveret. CXXXIV.

(b) Philip. 2. (c) 1. Cor. 10. (d) 2. Cor. 12.

Quis iſta conſiderans, oculiſque perluſtrans præſentis temporis Eccleſiæ ſtatum omni ex parte deploratiſſimum, non magnopere admiretur Dei providentiam in ſua ſemper Eccleſia protegenda? Etenim ubi penitus collapſum eſſet Occidentis Imperium, & ubique tam in Oriente quam Occidente Reges regnarent hæretici; tunc e Gentilibus Deus voluit ſibi Principem ſuſcitare, & aggregare ſibi populum, qui ab ingruentibus hæreticis atque exundantibus barbaris ſanctam Eccleſiam liberaret, necnon etiam magnopere illuſtraret: ad id namque a Deo inſtituti Reges viſi ſunt eſſe Franchorum. Hæc autem quomodo ſe vere habuerint, quæ ſuis ſingulis dicenda ſunt annis, perſpicuo declarabunt. Erit plane digito etiam demonſtrare, quod ubi fides Catholica viguit, ibi regna majoribus in dies gloriæ augmentis ad poſteros ſunt tranſmiſſa; in quibus autem hæreſis alta radice fixa coaluit, ipſa penitus eſſe collapſa, & e terris quas occuparant evulſa, ut Gothorum, Vvandalorum, Erulorum, Alanorum, Suevorum, & Gipedarum: ſecundum illam Domini prædictionem: *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus, eradicabitur:* contra vero Franchorum ob pietatis irriguum lato lætoque cæſpite germinaſſe. Sed de his modo ſatis: quæ anni hujus ſunt reliqua proſequamur. CXXXV.

Dei conſilium in ſublevanda ab oppreſſoribus Eccleſia.

Hunc ipſum annum Domini octogeſimumquartum ſupra quadringenteſimum ſignat ſua epiſtola ad Oreſium, ſive potius CXXXVI.

PAGIUS XXVI. *Floret S. Genovefa.* Florebat hoc tempore in Galliis Sancta *Genovefa*, in cujus Vita legitur, Pariſienſes aliquot annis gravem a Francis obſidionem paſſos eſſe, finitoque bello famem mox duriſſimam ſecutam, ac eo tempore *Genovefam* miraculis claruiſſe.

XXVII. Ad num. CXXXVI. & ſeqq. Epiſtola Sidonii libri noni duodecima ad Oroſium Hiſpanum, qui poema aliquod ab eo flagitabat, neque hoc anno, ut putavit Baronius, neque anno CDLXXXII. ut alii arbitrati ſunt, ſed tantum anno ſequenti data. In ea enim ſe ſe huic exercitio, e tempore quo dictus eſt Epiſcopus, renunciaſſe dicit, addens: *Inſuper deſidia noſtra verecundia comes ad hoc ſententiam inclinat, ut me poſtquam in ſilentio decurri tres Olympiadas, tam pudeat novum poema conficere, quam pigeat.* Quare cum Sidonius anno CDLXXIII. Arvernenſis Epiſcopus creatus fuerit, ut ſuo loco oſtendi, tres illæ Olympiades

Sidonius factus Epiſcopus poeſi renunciavit.

(a) Sidon. l. 9. ep. 12.

eius Orentium data Sidonius (a) Apollinaris, cum numerat a tempore ſui Epiſcopatus tres Olympiadas; quem ſuperius vidimus creatum Atvernenſem Antiſtitem anno Domini quadringenteſimo ſeptuageſimoſecundo. Interpellatus enim a viro docto & poeticis facultatibus ſatis exculto Orentio Tarraconenſi, ut carmen aliquod de fertili depromptum ingenio mitteret; ipſe ſe excuſans, hæc paucis (b):

(b) Sidon. l. 9. ep. 12.

CXXXVII. Sidonii Epiſtola ad Orentium.

Venit in noſtras a te profecta pagina manus, qua trahit multam ſimilitudinem de ſale Hiſpano in jugis cæſo Tarraconenſibus. Nam recenſenti lucida & ſalſa eſt; nec tamen propter hoc ipſum mellea minus, ſed ſermo dulcis & propoſitionibus acer. Sic enim oblectat eloquio, quod turbat imperio; quippe quæ parum mentiens quid ordinis agam, carmina a nobis nunc nova petat. Primum ab exordio religioſæ profeſſionis, huic principaliter exercitio renuntiavi: quia nimirum facilitati poſſet accommodari, ſi me occupaſſet levitas verſuum, quem reſpicere cœperat gravitas actionum. Tum præterea conſtat, omnem operam, ſi longa intercapedine quieſcat, ægre reſumi. Quiſnam enim ignoret, cunctis aut artificibus, aut artibus maximum decus uſu venire? Cumque ſtudia conſueta non frequentantur, brachia in corporibus, ingenia pigreſcunt in artibus. Unde eſt & illud, quod ſero correptus, aut raro, plus arcus manui, juga bos, equus freno rebellat. Inſuper deſidiæ noſtræ verecundia comes ad hoc ſententiam noſtram inclinat, ut me, poſtquam in ſilentio decurri tres Olympiadas, tum pudeat novum poema conficere, quam piget. Hoc item nefas, etiam difficilem factu tibi negari, cujus affectum tanto minus decipi decet, quanto conſtantius nil repulſum veretur. Tenebimus ergo quippiam medium: & ſicut epigrammata recentia modo nulla dictabo, ita litteras (ſi quæ jacebunt verſu referta ſcilicet, ante præſentis officii neceſſitatem) mittam tibi, petens, ne tu ſis eatenus juſtitiæ prævaricator, ut me opineris numquam ab hujuſmodi conſcriptione temperaturum. Neque enim ſuffragio tuo minus augear, ſi forte digneris jam modeſtum potius, quam facetum exiſtimare. Vale. Hactenus Sidonius: quæ Orentii occaſione haud oportuit prætermiſſa.

CXXXVIII. Orentius poeta Hiſpanus.

Porro hunc ipſum Orentium Tarraconenſem, ad quem Sidonius ſcribit, & laudat, illum puto, qui poſtea Epiſcopus Eliberitanus interfuit Concilio Tarraconenſi, licet Oruntius pro Orentio, vel Orontius in diverſis exemplaribus ſcriptus inveniatur; & plane eumdem cum illo de quo Sigebertus (c): *Orentius Commonitorium Fidelibus ſcripſit metro heroico, ut mulceat legentem ſuavi breviloquio.* Id enim opinari, patriæ nomen, ac ſtudium poeticæ facultatis, & in ſcribendo ſuavitas æque a Sigeberto atque a Sidonio laudata, facile perſuadent. Dolemus nobilis ingenii omnia periiſſe monumenta, immo & nomen ipſum ferme oblivione ſepultum, quod vix tandem eruderatum, obtectaque rubigine purgatum reddere liceat. At de Orentio ſatis ☞. Poſt priorem vero noſtrorum Annalium editionem contigit, opportune in lucem edi Antuerpiæ Commonitorium ejus Orentii, induſtria Martini Delrio Societatis JESU presbyteri, ab eodemque doctis notis elucidatum, cui bene precamur, atque gratias agimus, optantes nobile ejus ingenium in hujuſmodi ſapientiæ theſauris terra obrutis Eccleſiæ uſui reſtituendis indefeſſo ſtudio laborare. ☜

(c) Sigebert. de vir. illuſtr. c. 34.

CXXXIX.

Quod vero ad ipſum Sidonium ſpectat: haud diu poſt hæc putamus ſupervixiſſe: etenim non perveniſſe ad tempora Anaſtaſii Imperatoris, Gennadius ſignificare videtur, dum ipſe ſcribens opus illud ſub Anaſtaſio, de Sidonio dum agit ſub Leone atque Zenone eum claruiſſe tradit. Porro de ejus lucubrationibus agens (d): *Scripſit* (inquit) *varia & grata volumina & ſana doctrina: homo ſiquidem tam divinis, quam humanis litteris ad integrum imbutus, acerque ingenio. Scripſit ad diverſos diverſo metro, vel proſa compoſitum inſigne volumen, in quo quid in litteris poſſit, oſtendit. Verum in Chri-*

ſtia-

(d) Genn. de Scrip. Eccl. c. 92. Sidonii ſcripta.

PAGIUS. des anno ſequenti, quo nova Olympias, nempe CCCXVI. cœpit, decurſæ. Mortuus eſt poſtea *Sidonius* Zenone imperante, ut ex Gennadio lib. de Script. Eccleſ. ejuſque Epitaphio colligitur. Recitat illud Savaro ex MS. Cluniacenſi in Vita Sidonii, quam in hujus Operibus a ſe Notis illuſtratis præfixit, in cujus fine legitur:

Dextram fundo preces ſuper ſepulchrum,
Nulli incognitus, & legendus Orbi,
Illic Sidonius tibi invocatur.

XII. Kal. Septemb. Zenone Imp.

Refert etiam illud Sirmondus poſt Vitam Sidonii, ſive ab eodem MS. ſive a Savarone acceperit, ſed loco, *tibi invocatur*, legit, *tibi invocatur*. Nota temporaris ab Imperio Zenonis deſumta *demonſtrat*, Epitaphium longe poſt Sidonii mortem conditum; cum enim Sanctus Præſul Viſigothorum Regibus *Arverno* dominantibus ad Deum migrarit, ſi ejus mortis tempore illud exaratum eſſet, non Imperatoris Orientis, ſed Regis Viſigothorum nomen in eo legeretur; cum in ipſis etiam Conciliis, tam in Hiſpaniis, quam in Septimania, Viſigothis regnantibus, celebratis, aliiſque monumentis publicis, eorumdem Regum nomina deſcriberentur. Savaro laudatus ex eo Epitaphio, & Martyrologiis Claromontanis tam MSS. quam vulgatis Sidonium *XII. Kal. Septembris*, ſeu die XXI. menſis Auguſti demortuum, & ex

Gre-

Digitized by Google

ſtiano vigore pollens, etiam inter barbaræ feroritatis duritiem, quæ eo tempore Gallos oppreſſerat, Catholicus, Pater, & doctor habetur inſignis. Hæc ipſe. Sed quæ vexatio a duobus ſceleratis clericis ante obitum eidem illata fuerit, & quomodo in eoſdem ſeveriſſime ultus ſit Deus, ex Gregorio hic deſcribamus auditu dignam hiſtoriam; ubi enim ipſe ejus doctrinam & erga pauperes effuſam largitatem enarravit, hæc ſubdit (a):

(a) Greg. de Geſt. Franc. l. 2. c. 23.

CXL. Quæ paſſus Sidonius a pravis presbyteris.

Cumque ad officium Dominicum fuiſſet mancipatus, & ſanctam ageret in ſæculo vitam, ſurrexere contra eum duo presbyteri, & ablata ei omni poteſtate a rebus Eccleſiæ, arctum ei victum & tenuem relinquentes, ad ſummam eum contumeliam redegere. Sed non longi temporis ſpatio eonltam ejus injuriam Divina voluit ſuſtinere clementia: nam unus ex his nequiſſimis & indignis dici presbyteris, cum ante noctem minatus fuiſſet eum de Eccleſia velle extrahere, ſignum ad matutinas audiens fuiſſe commotum, fervens felle contra Sanctum Dei ſurrexit, hoc iniquo corde explere cogitans, quod die præcedente tractaverat. Ingreſſus autem in ſeceſſum ſuum, dum ventrem purgare nititur, ſpiritum exhalavit. Expectabat enim puer a foris eum cerea dominum egreſſurum. Jamque advenerat lux; & ſatelles ejus, id eſt, alius presbyter, mittit, nuncium dicens: Veni, ne tardaveris, ut quæ nobis die heſterna convenerant, pariter expleamus. Sed cum reſponſa dare differret exanimis, elevato puer velo oſtii, reperit dominum ſuper cellulam ſeceſſus defunctum. Unde indubitatum eſt, non minoris criminis hunc reum eſſe, quam Arium illum, cui ſimiliter in ſeceſſu fuere interna depoſita per partes inferiores egeſta: quia nec illud ſine hæreſi poteſt accipi, ut in Eccleſia non obediatur ſacerdoti Dei, cui ad paſcendum oves commiſſæ ſunt: & ille ſe ingerat poteſtati, cui neque a Deo, neque ab hominibus aliquid eſt commiſſum. Dehinc beatus ſacerdos, uno adhuc manente nihilominus inimico, ſuæ reſtituitur poteſtati.

CXLI. Quid Sidonius diem obiturus.

Factum eſt autem poſt hæc, ut accedente febre ægrotare cœpiſſet. Qui rogat ſuos, ut eum in Eccleſiam ferrent. Cumque illuc illatus fuiſſet, conveniebat ad eum multitudo virorum ac mulierum, ſimulque etiam & infantium plangentium, atque dicentium: Cur nos deſeris paſtor bone, vel, cui nos quaſi orphanos derelinquis? Numquid erit nobis poſt tranſitum tuum vita? Numquid erit poſtmodum qui nos ſapientiæ ſale ſic condiat, aut ad Dominici nominis timorem tali prudentiæ ratione redarguat? Hæc & his ſimilia populis cum magno fletu dicentibus; tandem ſacerdos, Spiritu in ſe ſancto influente reſpondit: Nolite timere, o populi: ecce frater meus Aprunculus vivit, & ipſe erit ſacerdos veſter. Qui non intelligentes, putabant eum loqui aliquid in extaſi. Quo migrante, presbyter ille nequam, alter ex duobus qui remanſerat, protinus omnem facultatem Eccleſiæ, tamquam ſi jam Epiſcopus eſſet, inhians cupiditate, præoccupat, dicens: Tandem reſpexit in me Deus cognoſcens me juſtiorem eſſe Sidonio; largituſque eſt mihi hanc poteſtatem.

CXLII. Viſio de divino judicio.

Cumque per totam urbem ſuperbus ferretur, adveniente die Dominico, qui imminebat poſt tranſitum ſancti viri, præparato epulo, juſſit cunctos cives in domo Eccleſiæ invitari: deſpectiſque ſenioribus, primus recumbit in toro. Cui oblato pincerna poculo ait: Domine mi, vidi ſomnium, quod, ſi permittis, dicam: Videbam hac nocte Dominica, & ecce erat domus magna, & in domo erat thronus poſitus, in quo quaſi Judex reſidebat, cunctis poteſtate præſtantior: cui adſiſtebant multi ſacerdotum in albis veſtibus, ſed & promiſcua populorum turba valde innumerabiles. Verum cum hæc trepidus contemplarer, conſpicio eminus inter eos beatum aſtare Sidonium, & cum presbytero illo tibi cariſſimo, qui ante hos paucos annos de hoc mundo migravit, attente litigantem: quo devicto, jubet Rex, ut in imis carceris anguſtiis retrudatur: ablatoque iſto, contra te iterum ſuggerit, dicens, te in eo ſcelere, propter quod ille

PAGIUS Gregorio Turonenſi lib. 2. cap. 23. diem illum in *Sabbatum* incidiſſe deducit. Indeque recentiores Hiſtorici, tacito *Savaronis* nomine, Sidonii mortem in annum CDLXXXII. quo Sabbatum in diem XXI. Auguſti cadebat, paſſim conferunt.

XXVIII. *Dies & annus ejus mortis fruſtra hactenus inveſtigati.*

* Verum non meram & ſinceram gemmam, ſed adulterinam & ſuppoſititiam *Savaroni* ſuffurati ſunt. Nam tam incertum, an Sidonius die XXI. Auguſti ſpiritum Deo reddiderit quam an dies ejus mortis cum Sabbato concurrerit. Innumeris enim exemplis in hac Critica demonſtravimus, Sanctos aliis diebus, quam quibus vita functi fuerint, aut eorum corpora terræ mandata, ſæpe cultos fuiſſe. Certe Epitaphii conditor ſatis oſtendit, ſe ad diem ei conſecratum, non vero ad eum, quo mortuus eſt, aut terræ mandatus, reſpicere, cum ait, *tibi invocatur*, vel, ut habet Sirmondus, *tibi invocetur*. Præterquam quod videtur *Sidonius* ſerius inter Sanctos connumeratus, cum nulli veteri Martyrologio nomen ejus inſcribatur. Memoravit illud quidem Baronius in Martyrologio Rom. ſed ex Additionibus Molani ad Martyrologium Uſuardi, idque ad diem XXIII. menſis Auguſti, quia Martyrologi diei mortis aut Tranſlationis Reliquiarum Sanctorum plerumque rationem habere non ſolent. Parte alia ex Turonenſis loco laudato Sanctum Antiſtitem die Sabbati ad cœlum migraſſe, perperam infertur. Narrat Turonenſis duos Presbyteros, qui adverſus Sidonium, dum viveret, inſurrexerant, malo fine per-

ille prius damnatus fuerat, fuiſſe participem. Verum ubi Judex quem ad te tranſmitteret, ſolicite cœpit inquirere, ego me inter reliquos occulere cœpi, & a tergo ſteti, tractans apud memetipſum, ne forte ego, qui notus ſum homini mittar.

CXLIII. *Dum hæc mecum tacitus volverem, amotis omnibus, remanſi ſolus in publico: vocatuſque a Judice, propius accedo. Cujus virtutem atque ſplendorem contuens, cœpi hebes effectus, titubare præ metu. Et ille: Ne timeas puer, inquit: ſed vade, dic presbytero illi: Veni ad reſpondendam cauſam; quia Sidonius te accerſiri deprecatus eſt. Tu vero ne moram facias ad eundem; quia ſub grandi teſtificatione mihi præcepit Rex ille tibi hæc loqui, dicens: Si tacueris, morte peſſima morieris. Hæc eo loquente, exterritus presbyter, elapſo de manu calice, reddidit ſpiritum, ac de recubitu ablatus, mortuus ſepulturæ mandatus eſt, poſſeſſurus infernum cum ſatellite ſuo. Tale judicium ſuper contumaces clericos Dominus in hunc pertulit modum, ut unus Arii ſortiretur mortem, alius tamquam Simon magus, Apoſtoli ſancti oratione ab excelſa arce ſuperbiæ præceps allideretur: Qui non ambiguntur, pariter poſſidere tartarum, qui ſimul legerunt nequiter contra ſanctum Epiſcopum ſuum.*

Terribilis ultio in presbyterum perverſum.

CXLIV. *Interea cum jam terror Francorum reſonaret in his partibus & omnes eos amore deſiderabili cuperent regnare; ſanctus Aprunculus Lingonicæ Civitatis Epiſcopus apud Burgundiones cœpit haberi ſuſpectus: cumque odium de die in diem creſceret, juſſum eſt ut clam gladio feriretur. Quo ad eum perlato nuncio, nocte a caſtro Divionenſi per murum demiſſus, Arvernos advenit, ibique juxta verbum Domini, quod poſuit in ore S. Sidonii, undecimus datur Epiſcopus.* Hæc Gregorius. Ad Aprunculum hunc ſpectare videtur Aper ille itidem Arvernenſi matre ortus, & Arvernis educatus, ad quem extat ejuſdem Sidonii epiſtola, (a) qua ad patriam eum niſus eſt revocare. Quantum vero temporis Aprunculus ſederit, ignoratur: conſtat tamen in Aurelianenſi Concilio ſediſſe ejus ſucceſſorem Euphraſium. ☞ At cogimur poſt priorem editionem his iſta addere ob calumniam quam patimur a novo Scholiaſte in Sidonium Apollinarem, cum de Aprunculo agens, hæc ait: *Male etiam Baronius hunc Aprunculum putat eſſe Aprum, de quo ſupra lib. 4. epiſt.* 21. Non iſta dixi, ut vides Lector (te appello) eumdem eſſe Aprunculum cum Apro, ſed tantum ex eadem patria & cognitione nominis videri illum ad hunc ſpectare, quod exiſtimare vel opinari quis prohibet? Ipſe, contradicendi & redarguendi quodam velut perculſus œſtro, ſtylo mendaci; cum vero ex noſtrorum ſcriptorum proficit lectione, tacet, & ſuo vult ingenio tribui quod invenit alieno multo labore paratum. Quam digna ſint iſta animo libero, judicent omnes: cum tamen ipſi non ingrati, cum quid jure corrigendum admonuit, eidem gratias agamus, & bene precemur. De quibus autem ſumus calumniam paſſi, vindex erit Jacobus Sirmondus: qui etiam quantum ſcholia illa ſchola indigeant viri peritioris, ut vel voces ipſas auctor diſcat Eccleſiaſticas, & quam multipliciter in eis erraverit, cuique intuenti apertiſſime demonſtrabit, cum ſuas in Sidonium ante ipſum elucubratas edet Notationes: deponetque tunc plane faſtum, cum ſentiet ſe diſcipulum qui magnus ſibi viſus eſt eſſe magiſter; erubeſcetque cum viderit ſe redactum ſub ferulam, & ingemiſcet Savarus ſentiens non ſe verum. ☜

Aprunculus Arvernenſis Epiſc.

(a) Sidon. l. 4. ep. 11.

Sym-

PAGIUS periiſſe, & cum Sidonio mortuo unus ex illis *per totam Urbem ſuperbus ferretur, adveniente die Dominico, qui imminebat poſt tranſitum Sancti Viri*, juſſiſſe præparato epulo cunctos Cives in domo Eccleſiæ invitari, quia ſcilicet ſe Sidonio ſucceſſurum credebat, Pincerna dixit ſe *hac nocte Dominica* vidiſſe thronum & Sidonium coram Judice adſtantem. Quæ cum narraret Pincerna, Presbyter ille ſubita morte interiit, ut pluribus narrat Baronius ex Turonenſi. At ſi Sidonius anno CDLXXXVII. U. G. vivere deſierit, idque die XXI. Auguſti, qui eo anno in feriam ſextam incidebat, dies Dominica, quæ tunc concurrebat cum die XXIII. Auguſti, recte poteſt dici dies Dominicus adveniens, *qui imminebat poſt tranſitum Sancti Viri*. Quare ſicut ex Martyrologiis & citato Epitaphio non ſequitur, *Sidonium* die XXI. Auguſti ad ſuperos evolaſſe; ſic nec etiam ex Turonenſi diem ejus emortualem in Sabbatum incidiſſe. Annus itaque & dies emortualis *Sidonii* non minoribus, quam antea, tenebris circumfuſi.

Tranſlatio S. *Euſtathii* Epiſc. Antiocheni de qua anno CDLXXXII. num. XIII. & ſeqq.

I. Obſcura facies Orientalis Eccleſiæ.

SYmmacho Conſule abſque collega notatur in Faſtis tam Græcis, quam Latinis præſens annus Domini quadringenteſimus octogeſimusquintus, quo res Orientalis Eccleſiæ in deterius dilabuntur, cum pulſis (ut dictum eſt anno ſuperiori) Orthodoxis, & ſuffectis in eorum locum hæreticis, vel ſaltem communicatoribus hæreticorum, tenebræ undique ſparſæ impietatis tetram ubique & horrendam noctem induxerunt; ut cum Hieremia lugubre illud exclamandum jugiter fuerit (*a*): *Quomodo obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiam Sion*: cum tamen officio non defuerit Felix Papa, qui exemplo Domini, (*b*) qui vulnerat & medetur, poſt damnatum Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, malorum omnium (ut demonſtratum eſt) & auctorem & propagatorem, ipſum filium tenebrarum in lucem, & deſertorum revocare ad Eccleſiam omni ſtudio laboravit.

(*a*) Hier. 2.
(*b*) Job. 5.

II. Egiſſe id in primis eumdem Pontificem per Andromachum virum illuſtrem, teſtatus eſt Gelaſius Papa in Commonitorio ad Fauſtum, ubi hæc habet: *Illud autem nimis eſt impudens, quod Acacium veniam poſtulaſſe confingunt, & nos extitiſſe difficiles. Teſtis eſt frater veſter, filius meus vir illuſtris Andromachus, qui & a nobis abundanter inſtructus eſt, ut cohortetur Acacium, depoſita obſtinatione, reſipiſcere, & ad ſedis Apoſtolicæ remeare conſortium: Quique ſe, ſub jurejurando, magnis cum eodem molitionibus egiſſe, teſtatur; nec ad ea quæ recta ſunt, potuiſſe deflecti, ſicut rerum probatur effectu*. Hæc Gelaſius de Romana Eccleſia eo tempore cum Felix Papa illi præeſſet, non autem poſtquam in locum ejus ipſe Gelaſius eſt ſubrogatus; nam tunc jam Acacius defunctus erat. At ille quidem inſtar illius propheticæ beſtiæ (*c*), induravit cor ſuum tanquam lapidem, & (ut eſt in Job) inſtar fabrilis incudis, ne crebro percuſſus, mallei verbi Dei cederet ictibus, ſed magis ex piis ſanctiſque monitis obrigeſceret; optime imitatus auctorem ſuum, proximus illi comes acce-

Invitatus Acacius ad reſipiſcentiam.

(*c*) Job. 41.

PAGIUS SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DXXIII. A. C. 485.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5978.

☉ 18. F. ☽ 11. P. 21. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 485.

FELICIS III. PAPÆ 3.

ZENONIS IMP. 11.

ODOACRIS REG. 10.

I. Conſulatus.

[1] Q. *Aurelius Memmius Symmachus Junior* abſque collega Conſulatum geſſit, ut omnes Faſti docent, & quidem in Occidente. In Epitaphio *Naamatii* Epiſcopi Viennenſis, quod integrum Viennæ in Gallia legitur, dicitur *Junior*, quia ſcil. ejuſdem familiæ erat ac *Symmachus* an. CDXLVI. Conſul Occidentalis. Sirmondus in Notis ad Epiſtolam 15. Ennodii ad eum datam, oſtendit *Symmachum* illis omnibus nominibus appellatum. Gener fuit *Boetii* Philoſophi; & a Theodorico Rege Italiæ Judex in cauſa Baſilii & Prætextati, qui magicarum artium accuſabantur, inter alios delectus, ex Epiſt. 22. libri 2. apud Caſſiodorum, apud quem & aliæ ſunt Theodorici ad Symmachum iſtum Epiſtolæ.

II. Inventio corporis S. Barnabæ.

A. num. I. ad XX. Victor Tununenſis in Chronico *poſt Conſulatum Longini II.* qui juxta ejus ſupputandi modum annus eſt Chriſti CDLXXXVIII. ſcribit: *Corpus Sancti Barnabæ Apoſtoli in Cypro, & Evangelium ſecundum Matthæum ejus manu ſcriptum ipſo eodem revelante inventum eſt*. Quod Sigebertus in Chronico anno uno tardius conſignat, Cedrenus ad annum IV. Zenonis Imp. refert. Nicephorus vero lib. 16. cap. 37. Anaſtaſio Imperante id contigiſſe ſcribit. Quare hujus Inventionis annus incertus. Quoad controverſiam, quæ diu extitit Patriarcham inter Antiochenum & Epiſcopum Cypri, cujus Eccleſia ab Antiochena independens declarata eſt, poſtquam corpus S. Barnabæ ibidem repertum, legendus Lupus in Scholiis ad Concilium Epheſinum pag. 565. Sed cum corpus Sancti *Barnabæ* Petro Fullone Eccleſiam Antiochenam tyrannice adminiſtrante inventum ſit, accidit id inter præſentem annum, quo Eccleſiam illam iterum invaſit, annumque CCCCLXXXVIII. quo interiit.

III. Fullo invadit Eccleſiam Antiochenam.

Auctor Breviculi Hiſt. Eutychian. his verbis Opus ſuum abſolvit: *Quibus robur habita Synodo commotus beatiſſimus Papa Vitalem & Miſenum ab officio & communione ſuſpendit, Acaciumque damnavit* (anno ſcil. præcedenti) *cujus audacia deteriora committens, etiam Petrum Antiochenum, ejecto Catholico Calendione, quem ipſe ordinaverat, ad Antiochenam miſit Eccle*ſiam

---

NOTÆ [1] COſſ. I. *Aurelius Memmius Symmachus junior* ſine collega.
Relandus habet *Q. Aurelius Symmachus*.
Gruterus pag. MLVII. 5. & Reinerius Cl. XX. pag. 982. ex Aringho

B. P. V. IDVS. SEPT. SYMMACHO V. C. CONSS.

De *Symmacho* conſule exſtat Alcimi Aviti Epiſtola XXXI. Epitome temporum & Indiculus Paſchæ: *Symmacho* V. C. *Conſ.* GEORGIUS

Digitized by Google

(a) Job. 41. cedens, qui rex dicitur (a) ſuper omnes filios ſuperbiæ; cum rebellans adverſus eum a quo ampliſſimam acceperat dignitatem, Vicariam dico Præfecturam Apoſtolicæ ſedis, tanta ſibi delegata a Simplicio Papa auctoritate, in ipſum auctorem atque ejus ſucceſſorem Felicem arma convertit: quibus univerſam Orientalem Eccleſiam perturbavit, de cujus uſque ad mortem obſtinatione hæc idem Gelaſius per ironiam: *Sed revera tali percuſſus pœna reſipuit, correctionem promiſit, emendavit errorem; aut ille tractatus lenior voluerit coerceri, qui etiam verbera dura non ſenſit: quo in ſua perfidia & damnatione moriente, &c.*

III. Inanis tergiverſatio defenſorum Acacii. Ex officiis igitur (ut vidimus) per Apoſtolicam ſedem adhibitis ad curationem inflicti Acacio vulneris, plane detegitur, quam calumnioſe ejus poſt obitum defenſores cavillare conati ſint illatam in eumdem anathematis a Felice ſententiam, quod in ejus fine Pontifex illa verba poſuerit: *Apoſtolica auctoritate damnatus, nunquam anathematis vinculis exuendus:* quaſi excluſerit omnino eum a venia per pœnitentiam conſequenda. Nam quonam pacto januam miſericordiæ prorſus clauſiſſe Acacio Felicem Papam per illam ſententiam dicere potuerunt; cum ipſe Felix, ut eum revocaret in Eccleſiam, tantopere requiſierit? Sed ſic quidem numquam abſolvendum ad calcem ponit, ſi in errore perſiſteret: quod adverſus eos Gelaſius agens in tractatu de Anathemate pluribus docet. Qui itaque Acacio non defuit omni conſilio, idem Felix Papa in officio continere ſtuduit eos, qui reliqui erant in Oriente, Orthodoxos Epiſcopos, ne cum hæreticis communicarent: ſcimus id quidem præſtitiſſe Felicem ex datis litteris ad Illyricos Præſules, quarum Gelaſius (b) meminit. (b) Gelaſ. ep. 2.

IV. Corpus S. Barnabæ repertum, & cum eo Evangelium S. Matthæi. In tantis autem Orientalis Eccleſiæ offuſis ubique tenebris, fecit Deus in inſula Cypri ad illuſtrationem veritatis ſplendeſcere lumen ſuum, cum veluti redivivus collega Pauli Apoſtoli S. Barnabas una cum S. Matthæi Evangelio, quo potiſſimum Chriſti vera humanitas comprobatur, in opprobrium Eutychianæ hæreſis tunc graſſantis apparuit, certis ſignis, miraculorum virtute veluti digito, ubi Catholica fides eſſet, edocens. Hiſtoria quidem omni acceptatione digniſſima, omnium aſſertione atque conſenſione recepta, ab egregio viro illius temporis Alexandrino monacho Orthodoxo ſcripta, extat. Quam ut egregium monumentum, & lucernam caliginoſo loco lucentem, ad Dei ſummam in ſua Eccleſia moderanda providentiam commendandam, hic tibi opportune intexendam putavimus. Etenim quod ad tempus ſpectat, cum hæc cuncta auctor contigiſſe tradat, ſimulac pulſo in Oaſim S. Calendione, immiſſus eſt in Antiochenam Eccleſiam Petrus Fullo, & jam vexare Orthodoxos omnes aggreſſus; his plane eam rem convenire temporibus certum eſt. Quæ igitur tunc temporis tranſacta ſint, idem auctor verbis iſtis aggreditur enarrare (c): (c) Extat apud Sur. die 11. Jun.

V. *Ubi Zeno Imperator beatum Calendionem Patriarcham in Oaſim exulem relegavit*

PAGIUS *ſum*. Quare Calendio ſedit annos IV. ut legitur in Chronico Nicephori, & in Tabulis Theophanis, non vero unum aut alterum, ut perperam Baronius anno CDLXXXII. num. IV. & ſeqq. & anno CDLXXXIII. num. LI. & ſeq. autumavit. *Imperator autem Zeno*, inquit Theophanes, *a Tyrannis ſe opprimentibus liber Calendionem Antiochenſibus Eccleſia expulit, & Oaſim relegavit, atque Petrum Fullonem in Sedem reſtituit*. Paulo poſt: *Petrus autem Fullo Antiochiam ingreſſus multa nefanda perpetravit, ut puta Synodi execrationes Epiſcoporum abrogationes, monachorum intruſiones, ordinationes illegitimas, & his ſimilia. Inprimis autem Ter Sancto hymno addidit; Rex Chriſte, qui pro nobis crucifixus es. Reverſus idem ſuſtulit verba; Rex Chriſte*. Theodorus tamen Lector lib. 2. additamentum illud non Petro Fulloni ſed Calendioni attribuit: *Scribit etiam* (nempe Theodorus) *eumdem Calendionem Ter Sancto hymno adjeciſſe, Chriſte Rex, propter eos, qui adjecerant appendicem illam: Qui crucifixus es pro nobis*. Quod & Nicephorus lib. 15. cap. 28. tradit. Quare recte Sirmondus in Notis ad Epiſt. III. Aviti, & Valeſius in Annotat. ad lib. 2. Theodori obſervant, ex Theodori loco emendandum eſſe Theophanem, & ubi de Petro Fullone ſcribit, πρότερον δὲ τῷ τρισαγίῳ προσέθηκεν, Χριστὲ βασιλεῦ ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. Πέτρος δὲ πάλιν ἐλθὼν περιεῖλε τὸ Χριστὲ βασιλεῦ, id eſt, *in primis autem Ter Sancto hymno addidit; Rex Chriſte, qui pro nobis crucifixus es*, legendum eſſe, πρότερον δὲ ὁ Καλανδίων τῷ τρισαγίῳ id eſt *prius autem*, vel, *antea autem Calendio Ter Sancto hymno*, &c. Nam hæc Theophanis verba neceſſario videntur exigere. Cum enim poſtea dicat: Πέτρος δὲ πάλιν ἐλθὼν id eſt, *Petrus vero reverſus ſuſtulit*, &c. omnino ſignificat, qui clauſulam illam addiderat Triſagio, *Chriſte Rex*, alium fuiſſe a Petro. *Calendionis* igitur nomen eo loco omiſſum eſt negligentia Librariorum, idque a multis ſæculis; cum Anaſtaſius in Hiſtoria & Cedrenus in Chronico idem additamentum Fulloni etiam adſcribant. Goarus, qui Theophanem Latino reddidit, vocem *Petrus* in ſua verſione prætermiſit, eoque pacto locum jam mutilum obſcuriorem reddidit. Porro Theophanes citatus Calendionis exilium cum anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXXXII. male alligavit.

IV. *Secunda Synodus Romana*. Ex ejectione *Calendionis* e Sede Antiochena, factum, ut Eutychianis hæreticis aditus panderetur, & in locum Catholicorum Antiſtitum ſubrogarentur hæretici, ut teſtatur Gelaſius Papa, tum in Epiſtola, quam ad Epiſcopos Dardaniæ, tum in ea quam ad Epiſcopos Orientales ſcripſit. Hanc calamitatem Antiochenſis Eccleſiæ cum Felix Papa accepiſſet, Synodum Epiſcoporum Romæ hoc anno coegit, cujus ſupereſt Epiſtola ejuſdem Felicis ad Zenonem Aug. ordine V. recitata Tom. IV. Concil. pag. 1070. & a Baronio anno CDLXXXIII. num. LXXI. & ſeqq.

Quæ Petrus Fullo adverſus Catholicos molitus ſit.

vit, Fullone illa Antiochenæ ſedis Epiſcopatum vi capiente; qui ut impius, & nullam ſpem reliquam habens, tyrannidem ipſam impune vel ſcelerate potius exercebat, interficiens, proſcribens, & omnes eos fugans qui nolebant cum ejus impietate communicare. Sed hæc quidem miſſa faciam, cum multa ſint, & propriam hiſtoriam requirant. Conferet autem ſe oratio noſtra ad id quod magis urget, ut ſancti Apoſtoli Barnabæ gratiam omnibus notam faciamus; & quanta patriam ſuam cura, & benignitate proſequatur declaremus. Cum nondum contentus eſſet Petrus Fullo innumerabilibus illis malis, quibus Orientis partes affecit; in provincias etiam illas, quæ nihil ad eum pertinebant manus injecit. Cum enim Imperatoris, & eorum qui erant apud Imperatorem gratioſi, lenitatem auro ſibi comparaſſet: ipſius etiam Dei legem deinceps contempſit: & Cyprios homines Dei & fidei amatores ac recta ſentientes omnimodo vexare cogitavit: quoniam ejus inſulæ habitatores pietatem a parentibus ſuis traditam ſervantes, recuſabant cum ejus impietate communicare.

VI. Petrus Fullo nititur contra acta in Concil. Epheſino.

Itaque Cypri ſedem ſanctiſſimam, & a principia inde uſque ab Apoſtolorum tempore liberam, ipſe arripere & ſibi ſubjicere aggreſſus eſt: idque ad Imperatorem retulit, falſum deferens ac dicens: Quoniam verbum Dei ab urbe Antiochia ad Cyprum inſulam manavit; ob id Cypri Eccleſiam ſub Antiochena ſedis Patriarcha eſſe oportet, quandoquidem Apoſtolica & Patriarchica ſedes eſt. Hæc ille rectæ fidei & ſententiæ deſertor contendebat, cum tamen non ignoraret, ea quæ in urbe Epheſo ſancta illa Synodus, Cyrillo præſidente, definierat a ſe violari atque corrumpi. Extant quidem ejus rei Acta Synodalia ejuſdem Epheſini Concilii (a), quorum ſuo loco meminimus. Subdit his vero hæc mox Alexander: *Sed pietatis præco & ſanctiſſimus Apoſtolus Barnabas patriæ ſuæ opportuno tempore ſubveniens, illius Petri ſtultitiam, vel malitiam potius redarguit.*

(a) Conc. Epheſ. t. 2. append. 3. cap. 4. edit. Reg.

VII. Petrus Fullo deſert Acacio.

Cum enim Epiſcopus Salaminæ juſſus fuiſſet ad regiam urbem ſe conferre, & adverſus Antiochenos coram Patriarcha cauſam dicere, præ timore torpeſcebat, Fullonis illius inſidias ſuſpectas habens. Conſidera hic, lector, amabo te uſitatum morem hæreticorum, nempe a ſententia ab œcumenica Synodo lata provocare ad Imperatorem: inſuper & illud prorſus Antiocheno Patriarcha indignum, quod cum poſt Alexandrinum cenſeatur Antiochenus primus Epiſcopus Orientis, ſubjiceis ſe tamen judicio Conſtantinopolitani Epiſcopi. Ex quibus quaſi per tranſennam, imo aperte nimis intueri & intelligere valeas, cur Acacius nefandi heretici ſæpe damnati patrocinium ſuſcepiſſet, & communicationem amplexus eſſet: ea nimirum ex cauſa, quod Fullo nequiſſimus turpiter ei ceſſiſſet jus primatus contra Leonis Papæ & ſucceſſorum Pontificum Romanorum ſententiam. Sed pergit Alexander:

VIII. Prima apparitio S. Barnabæ.

Erat tunc Salaminæ urbis Epiſcopus Anthemius vir cum primis admirabilis, quod ad rectam fidem & vitæ innocentiam pertineret, ſed ad diſputationem cum adverſariis ſuſtinendam parum valebat. Cum igitur ancipiti fluctuatione fluctuaret, neque certum haberet, quid ageret, num videlicet Conſtantinopolim proficiſci deberet, nec ne: nocte in ſomnis aſtitit illi quidam, divinam quamdam ſpeciem præſeferens, & luminis ſplendore multa effulgens, lucidaque veſte indutus, ac ſacro habitu decorus; qui & hæc dixit: Cur ita triſtis es nunc, Epiſcope. Quomodo tantus iſte torpor te corripuit? Cur vultus tuus ita concidit? Nihil mali ab adverſariis tuis patieris. Hæc cum dixiſſet, ab Anthemio diſceſſit. Qui experrectus, & timore perterritus Epiſcopus, in faciem ſe proſtravit, & multis lacrymis ita Deum deprecatus eſt: Domine Jeſu Chriſte Fili Dei vivi, adjuva Eccleſiam hanc. Scio autem quod illam adjuvat. Si viſio hæc a te profecta eſt; fac, quæſo, ut ea iterum ac tertio mihi oſtendatur; ut te mecum eſſe, certo ſcire poſſim.

PAGIUS

ſeqq. Ea nunciat *Felix* Imperatori *Fullonem* Synodali judicio ſententia anathematis condemnatum, ideoque ab ejus communione abſtinendum eſſe. Hortatur præterea eundem Imperatorem, ut Fullonem depoſitum ex Antiochena Eccleſia expellat. Hujus Epiſtolæ, initium eſt: *Convenit Clementia tua.* Superſunt præterea Epiſtola Synodica ad *Clericos, & Monachos Orientales*, Epiſtola Felicis Papæ ad *Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & Bithyniæ conſiſtentes*, Epiſtola ejuſdem Pontificis ad *Vetranionem Epiſcopum* ipſaque adverſus Acacium ſententia. Valeſius in Obſervat. Eccleſiaſt. ad Evagrium lib. 2. exiſtimat, literas Felicis Papæ ad Zenonem, quæ traditæ ſunt *Tuto* Defenſori Eccleſiæ Romanæ, ad hanc Synodum etiam pertinere. Sed *Tutus* poſt priorem Synodum Romanam anno elapſo habitam, non vero poſt poſteriorem, in Orientem miſſus eſt, ut oſtendunt ex literæ *Tuti* mentionem facientes quæ datæ ſunt, *V. Kalend. Auguſti Venantio V. C. Conſule*; cum tamen hæc ſecunda Synodus Romana *III. Nonis Octob.* coacta fuerit, ut mox videbimus. In hac ſecunda Synodo *Petrus Fullo*, qui tyrannico more Antiochenſem Eccleſiam occupabat, anathemate percuſſus eſt, & *Acacius* Conſtantinopolitanus Epiſcopus, cum *Petro Mongo* Alexandrino Epiſcopo iterata excommunicatione damnatus.

Digitized by Google

IX. Secunda & tertia apparitio S. Barnabæ. *Interea Epiſcopus ille divinis precibus attentius vacabat, ab omnium hominum congreſſione remotus. Nocte autem quæ deinceps conſecuta eſt, cum aſtitiſſet idem ille vir eadem forma & habitu quo antea viſus fuerat: Jam (inquit) tibi dixi, nihil mali te paſſurum ex iis quæ tibi adverſarii minantur. Nihil igitur ſuſpicans, prompto animo ad urbem Conſtantinopolitanam venias. Hæc cum dixiſſet diſceſſit. Epiſcopus vero rurſum Domino gratias egit, neque quicquam alicui dixit, ſed expectabat tamen revelationem tertiam. Nocte igitur conſequente idem vir apparuit: qui gravius eum increpans: Quouſque (inquit) non vis credere verbis meis, quæ diebus his complenda ſunt? Proficiſcere in urbem regiam prompto & alacri animo: illinc enim cum gloria reverteris, nec quicquam mali ab adverſariis patieris, cum Deum ipſum propter me ſervum ſuum tui propugnatorem habeas. Tunc Epiſcopus: Quæſo, inquit, domine mi, dic, quis es tu, qui hæc mecum loqueris. Tunc ille ait: Ego ſum Barnabas diſcipulus Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſegregatus a Spiritu ſancto, ut una cum Paulo Apoſtolo electionis vaſe munus Apoſtolicum inter Gentes exercerem. Hujus rei ſignum hoc habeas: Egredere extra urbem Occidentem verſus, ſtadiis quinque in eam regionem quæ ſalutatis locus appellatur (per me enim Deus ipſe in loco illo miraculo effecit) & ſub arbore ſiliqua effodias. Speluncam enim atque arcam invenies: quoniam illic totum corpus meum conditum eſt, & Evangelium propria manu ſcriptum, quod a ſancto Apoſtolo & Evangeliſta Matthæo excepi. Quoniam vero adverſarii tui ſurſum & deorſum miſcentes omnia, & jura quædam obiicientes tecum diſceptant, Antiochiæ ſedem Apoſtolicam eſſe contendentes; & tu contra jus tuum illis opponas: Et mea, inquiens, ſedes Apoſtolica eſt: nam & Apoſtolum habeo in patria mea. His dictis Barnabas diſceſſit.*

X. Inventio corporis S. Barnabæ cum Evangelio S. Matthæi. *Epiſcopus vero experrectus, Deum adoravit; totoque clero & populo Chriſtianiſſimo congregato, exiit in eum locum quem per revelationem didicerat, multo apparatu, & Cruce ipſa prælata. Cumque preces ad Deum miſiſſet, juſſit locum effodi: quem poſtquam paulum fodiſſent, invenerunt ſpeluncam lapidibus obſtructam. Illis autem ſublatis, apparuit arca illa: qua detecta, invenerunt venerandas ſancti & venerabilis Apoſtoli Barnabæ reliquias ſuavem gratia ſpiritualis odorem ſpirantes. Invenerunt etiam Evangelium ſupra Barnabæ pectus impoſitum. Illam vero arcam plumbeo ſigno munierunt. Cumque Deum precati eſſent, diſceſſerunt, viris religioſis in eo loco ab ipſo Epiſcopo conſtitutis, qui veſpertinis & matutinis hymnis Deum collaudarent.*

XI. Anthemii adventus Conſtantinopolim. *Ille ergo inſigniores Epiſcopus ſecum habens, venit in urbem regiam Conſtantinopolim, & ad Patriarchæ domum deductus eſt. De cujus adventu cum Imperator audiſſet, Patriarchæ ipſi mandavit, ut cum Synodo, quæ illuc convenerat, omnium Patrum, controverſiam audiret, & quod illi videretur decerneret. Coacto igitur Concilio, cum cauſa illa tractaretur, adverſarii aſſerebant ſua jura, ut ſibi videbantur, quod Antiochena ſedes Apoſtolica*

PAGIUS V. *Baronium latuit.* Hanc Synodum Romanam Baronius non agnovit, ſed *Petrum Fullonem* a Felice damnatum exiſtimavit, in alia Synodo Romana, an. CCCCLXXXIII. ut ipſe credidit, habita. Cum tamen nondum tunc Petrus Fullo Antiochenam Eccleſiam invaſiſſet, & in ea quiete *Calendio* viveret. Hujus Synodi meminit libellus Synodicus, qui tam Synodi Romanæ anno præcedenti contra Petrum Mongum & Acacium coactæ, quam alterius Romanæ mentionem facit & de hac ſecunda ait: *Quin & ipſe Felix Romæ divina & ſancta convocata Synodo, depoſitionis libellum Fulloni miſit*; ſed Baronii tempore libellus hic lucem non viderat. Valeſius citatus recte utramque diſtinxit, ſed graviter peccavit, cum ſecundam Kalendis Auguſti ſuperioris Chriſti anni congregatam tradidit, ita ut quatuor damtaxat dierum ſpatium inter utramque Synodum interceſſerit; prima enim *V. Kalend. Aug.* illius anni coacta fuit. Illud colligere ſe putat Valeſius ex ſubſcriptione Epiſtolæ Felicis Papæ *ad Zenonem Aug.* quam primus in lucem protulit Sirmondus, quæque extat Tom. IV. Concil. pag. 1083. ex quo factum eſſe Valeſius opinatur, ut ea quæ in utraque Synodo geſta erant, unica Epiſtola complexi fuerint Epiſcopi. Verum ea ad Zenonem Epiſtola ad ſecundam Synodum pertinere non poteſt, licet dicatur data *Kalendis Auguſti Venantio V. C. Coſ.* Nam ea in Epiſtola ad Zenonem, ſicuti & in ſententia Acacii, nulla fit mentio Eccleſiæ Antiochenæ, & quælibet Synodus propriam de more Synodicam dictabat. Idem vero Epiſtola ad Zenonem, triduo poſt ſententiam adverſus Acacium emiſſam data eſt, quia non in Synodo, ut fuerat ſententia, ſed poſt eam ſolutam, a ſolo Felice Papa ſcripta.

VI. *Memoratur a Felice PP. in literis ad Presbyteros & Archimandritas,* Præterea Epiſtola, quæ eſt ad *Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & in Bithynia conſiſtentes*, anno elapſo data non eſt, ut Valeſius putavit, ſed currenti. Hujus Epiſtolæ titulus eſt apud Baronium anno ſuperiori num. XXII. *Univerſis Presbyteris & Archimandritis Conſtantinopoli & Bithynia conſiſtentibus*: in Collectione vero Concil. ubi recitatur pag. 1124. ejus inſcriptio eſt: *Epiſtola Synodi Romanæ ad Clericos & Monachos Orientales.* In ea quidem Epiſtola duplex Acacii excommunicatio, duæ item Synodi Romanæ, in quibus damnatus eſt Acacius, clare & diſtincte commemorantur; ſed ea data eſt *III. Nonas Octobris Symmacho V. C. Coſ.* ut ex veteri codice MS. in margine notat Labbeus. Hæc temporaria nota non legitur in fine ejuſdem Epiſtolæ a Baronio recitatæ, ſicuti nec in præcedentibus Conciliorum editionibus: at eam germanam & ſinceram eſſe, tenor ejus demonſtrat. In ea enim Synodus Romana prima deſignatur hoc texto. *Cum Vitalis atque Miſenus*

ſta & Patriarchica eſſet, ob idque contendebant & alias provincias ſibi ſubjectas eſſe debere. Hæc cum aſſererent; iis, qui præſentes erant, rationi conſentanea dicere videbantur: Beatus vero Anthemius paulum moratus, contra obiiciens: Et mea (inquit) ſedes Apoſtolica fuit, inde uſque a principio & libertate honorata, qui & Apoſtolum habeo in patria mea integro corpore conſtantem, beatiſſimum, inquam, illum Barnabam ſanctarum laudum præconiis celeberrimum. Hoc cum Anthemius appoſuiſſet, nihil loci adverſariis relictum eſt, cum Epiſcopi qui præſentes erant, ſilentio Anthemii orationem confirmaſſent. Adverſarii vero rubore perfuſi, muti remanſerunt reſponſo illo tam juſto perculſi.

XII. Repulſo Petro Fullone, Anthemio cauſa adjudicata. *Hæc cum Imperator audiſſet, Epiſcopum Cypri ad ſe accerſiri juſſit, & de revelatione ſancti Apoſtoli Barnabæ diligenter ab eo quæſivit. Ille nihil ex his quæ vera cognoverat occultavit, ſed ordine rem omnem Imperatori narravit. Ille hæc audiens, valde gaviſus eſt, divinæ gratiæ divitias admirans, quod Imperii ſui temporibus tantum miraculum a Deo factum cognoſceret. Tunc Antiochenæ urbis Epiſcopum illinc expulit, & juſſit ut in poſterum Cypri Epiſcopo, quod ad eum cauſam pertinebat, nihil omnino moleſtus eſſet. Beatum vero Anthemium Epiſcopum ita rogavit: Quoniam ſancti Pontificatus tui temporibus Domino noſtro Jeſu Chriſto placuit ſanctum ſuum Apoſtolum Barnabam revelare: jube, quæſo, celeriter Evangelium illud, quod inventum eſt, nobis afferri. Id ſi feceris, mihi filio ſuo gratiſſimum erit: habebis enim & me ipſum poſthac tibi, pater, in omnibus, obtemperantem. Aſſenſus eſt ejus petitioni Epiſcopus; & quemdam ex eis quos ſecum habebat, una cum fideliſſimo Imperatoris miniſtro Epiſcopum miſit, qui Evangelium illud in urbem Conſtantinopolim attulerunt: erant autem libri tabellæ thinis lignis compoſitæ.*

Evangelium illud Imperator in manibus ſumpſit, & deoſculatus eſt, auroque multo exornatum in Palatio ſuo repoſuit, ubi ad hodiernum uſque diem ſervatur, & in magna quinta Paſchæ feria quotannis in Palatii Oratorio Evangelium ex eo libro recitatur. Epiſcopum vero Anthemium magnis honoribus proſecutus, pecuniis multis donatum ad inſulam Cyprum remiſit, eique mandavit, ut ſancto Apoſtolo Barnabæ templum in eo loco erigeret, ubi venerandæ ipſius reliquiæ inventæ fuerant. Multi autem ex optimatum numero pro illius templi ædificatione pecuniam contulerunt. Ille igitur in Cyprum reverſus, multos artifices atque operarios collegit, & ædificationi non mediocrem operam dedit, & Apoſtolo Barnabæ templum valde magnum tum ædificio, tum multo & vario ornatu inſigne conſtruxit. Ad eam vero templi partem quæ ad Libyam ſpectat, aulam quamdam compoſuit quatuor porticus habentem, & cellas hinc atque illinc e regione ſibi oppoſitas in aula conſtruxit; ut qui divina officia in templo monachi celebrarent, in illis cellis habitare poſſent. Quinetiam a longinqua regione aquæductum derivari fecit, & in medio atrio concham quandam pulcherrimam conſtruxit, in quam aqua illa deflueret; ut tam qui in eo loco habitabant, quam qui peregre veniſſent, abunde aquis illis frui poſſent: ita ut qui locum illum vidiſſet, parvæ alicujus & jucundæ urbis figuram videre ſibi XIII. Evangelii codex Conſtantinop. aſſervatus. Eccleſia S. Barnabæ cum monaſterio erecta.

PAGIUS *nos noſtro judicio conſtituti, &c. Prævaricatores mandata ſibi Legationis circumvenientes, magiſque opprimente Acacio ſunt reperti, &c.* Deinde prima Acacii damnatio refertur his verbis: *Acacium quoque membris Chriſti pernicioſius inhiantem, & per Civitates ac Provincias unam de fide Catholica Eccleſiam diſſipantem inter Epiſcopos Sanctos, atque inter Chriſtianos judicavimus non haberi, &c.*

VII. *Valeſius dum anno ſuo non reddidit.* Altera Synodus Romana, in qua Acacius iterum damnatus, paulo poſt fuſius memoratur his verbis: *Unde nunc cauſæ Antiochenæ Eccleſiæ apud beatum Petrum Apoſtolum collecti, rurſum Dilectioni veſtræ morem, qui apud nos ſemper obtinuit, properavimus indicare.* Tum infra: *Sic autem Acacius impietatem peſtifera damnationis extendit, ut etiam dejectus inſultet, ut ſciſſus ſævire non deſinat, & cum omnino extra corpus habeatur, ejus tamen membra dilaceret, & de ſe ſcriptum eſſe teſtetur:* Impius cum venerit in profundum malorum contemnit, *adiiciens deteriora prioribus, perſequendo jam mortuos, animæ ejus graviter delinquendo, condemnationem ſecundæ mortis incurrit. Qui Calendione Epiſcopo ſancto, quemadmodum cognovimus, nuper ejecto, Petrum toties & a ſe damnatum, in ejus immiſit Eccleſiam.* Quæ verba cap. 3. refert etiam Valeſius citatus, ut duas Synodos Romanas in cauſa Acacii celebratas fuiſſe oſtendat. At quomodo Romæ poſt quartum a priori Synodo diem, ut ipſe vult, ſciri potuere crimina illa ab Acacio commiſſa poſt ſententiam adverſus ſe latam? Profecto major Romam inter & Conſtantinopolim diſtantia intercedit, quam ut intra quatuor dies res in Oriente geſtæ Romæ nunciari potuerint. Unde ex laudatis verbis intelligere poterat Vir eruditiſſimus poſteriorem Synodum Romanam anno præcedenti poſt diem *V. Kalen. Auguſti* coactam non fuiſſe. Præterea priori Synodo ſexaginta ſeptem Epiſcopi, poſteriori duo & quadraginta tantum interfuere; ideoque intra quatuor dies utraque Synodus non habita. Nam in fine laudatæ Epiſtolæ Synodicæ hæc verba leguntur, ut videre eſt apud Baronium anno ſuperiori num. XXXI. *Subſcriptiones Epiſcoporum. Candidus Tiburtinæ Civitatis Epiſcopus Petro Eccleſiæ Alexandrinæ pervaſori, & Acacio quondam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ; nec non etiam Petro Antiocheno ab Epiſcopatu & Chriſtianorum numero olim jure & merito ſegregatis, omnibuſque ſequacibus eorum, ſequens auctoritatem Sedis Apoſtolicæ ſecundum noſtrum juxta Eccleſiæ ſtatum Catholicæ deliberatione prolatam anathema dicens ſubſcripſi. Quadraginta duo Epiſcopi ſimiliter*

Digitized by Google

bi viſus eſſet. Deinde arcam illam, in qua Barnabæ Apoſtoli reliquiæ traditæ erant, in dextera ſacræ aræ parte collocavit: qui locus multo argento & marmoreis columnis ornatus erat.

XIV. *Diem vero feſtum, quo beati Apoſtoli & generoſi martyris Barnabæ memoria celebraretur, Patres agi per ſingulos annos conſtituerunt tertio Idus Junii, ut Romani numerant, ut vero Cypri Conſtantienſes, die undecimo ejuſdem menſis qui ab illis dicitur Meſores & decimus numeratur, ut autem Aſiani homines, vel Paphii numerant, decimonono menſis, qui Phithipatus dicitur, & nonus numeratur. Hoc igitur anni tempore in eum locum, quem ſupra diximus, gentes plurimæ conveniunt, & divina officia concelebrant in gloria Patris & Filii & Spiritus ſancti, amen. Reliquiarum S. Apoſtoli Barnabæ revelatio ita ſe habuit, ut diximus: quæ vero miracula quotidie a ſanctiſſimo ipſius ſepulcro abunde proficiſcuntur, ea ſi quis conſcribere velit, ne multis quidem voluminibus (ut opinor) illa complecti poterit.* Hactenus de his Alexander: eadem breviter habent Theodorus Lector, Suidas, Nicephorus, atque alii tum Græci tum Latini hiſtorici. Porro Nicephorus (*a*) erraſſe plane convincitur, dum ejuſmodi reliquiarum inventionem factam ſub Anaſtaſio Imperatore recenſet, refragantibus cæteris omnibus, ipſiuſque inventionis Actis.

(*a*) Niceph. l. 16. c. 37.

XV. Petri Fullonis temeritas repreſſa divinitus.

Sic igitur Deus ad convincendum & confutandum inſultantem regia autoritate pollentem Petrum hæreticum, iſta tam grandia hoc ipſo tempore in revelatione ſacrorum pignorum, & editione ſignorum voluit demonſtraſſe: quibus non id tantum factum eſt, ut de ſubiicienda Cypri Eccleſia ſub Antiochena metropoli nullum amplius negotium fuerit a Fullone impio faceſſitum; ſed & fides Catholica ubique in Oriente exagitata, illic abſque ulla moleſtia fuerit intacta ſervata. At idem perditiſſimus Fullo, cui in animo nihil erat magis inhærens, niſi ut cuncta a Catholicis bene geſta irritaret ſi poſſet, non tantum iſta adverſus ſententiam Patrum Concilii Epheſini molitus eſt; verum etiam cum audiſſet vagum quemdam nebulonem Perſam, fugitivum ſervum, agentem ſe ut clericum ab Eccleſia ejectum, aſſumit ipſe hominem, atque ad Epiſcopatum uſque provexit: rem plane monſtruoſam, ut nondum Chriſtianus, abſque baptiſmo quis inventus, fuerit ordinatus Epiſcopus: quam quidem Nicephorus ita narrat (*b*):

(*b*) Niceph. l. 16. c. 27.

XVI. Petrus Fullo ordinat Xenajam.

Xenajas quidam erat (Philoxenum Græca lingua recte vocet) genere Perſa, & fortuna ſervus, peridoneus ſatanæ miniſter: qui ſub Calendionis Epiſcopatu, cum ab hero ſuo profugiſſet, ad Eccleſiam Dei acceſſit, clericum ſe eſſe affirmans, cum quidem nondum divinæ regenerationis lavacro initiatus eſſet. Calendion ubi hominem eum, & latentem in eo malevolentiam ex ſignis & conjecturis quibuſdam cognovit, ab Eccleſia eum proſcripſit. Ubi vero Calendioni Petrus Cnapheus (qui & Fullo dictus eſt) ſucceſſit, Xenajam illum non ſolum recepit, verum etiam nondum baptiſmo initiatum, vicinæ Hierapolis Epiſcopum creavit, & Philoxenum nominavit. Et Petrus ubi tandem ſe Epiſcopatum viro nondum baptizato mandaſſe intellexit, dixiſſe fertur, ſufficere ei pro baptiſmo conſecrationem. Xenajas iſte primus (o audacem animum & os impudens!) vocem illam evomuit, Chriſti & eorum qui placuere imagines venerandas non eſſe &c.

Xenajas auctor Iconoclaſtarum.

Quæ enim ſubdit ſub Flaviano contigiſſe, ſuo loco dicenda erunt. Recitantur hæc eadem ex antiquiori auctore per Anaſtaſium diaconum in poſteriori Nicæno Concilio, nempe ex Theodoro Lectore, quo tempore ejus hiſtoria integra habebatur: in qua hæc amplius leguntur, quonam modo ſcilicet idem ſceleſtiſſimus Xenajas inventus tandem ſit, quiſnam qualiſve eſſet, qui in Syria agebat Epiſcopum: *Hunc* (inquit Theodorus) *non longe poſtea quam factus eſt a Petro Fullone Epiſcopus Hierapolis, Epiſcopi Perſici inſequentes, ſervilibus parentibus natum ipſum quoque ſervum, & nondum baptizatum accuſabant, &c.*

Vi-

PAGIUS *liter ſubſcripſerunt*. In fine vero ſententiæ adverſus Acacium, in priori Synodo Romana emiſſæ, habetur: *Data V. Kalend. Auguſti Venantio V. C. Conſule*. Simulque ſubſcripſerunt *ſexaginta ſeptem Epiſcopi*. Quare hæ duæ literæ Synodicæ diverſis annis ſcriptæ, licet Baronius utramque in una eademque Synodo datam autumarit, & Valeſius non niſi quatuor dies inter utramque interpoſitos crediderit. Ad hanc Synodum revocanda Epiſtola Felicis Papæ ad Zenonem Aug. de quo legenda quæ diximus anno CDLXXVI. Sententia adverſus *Acacium* lata refertur ab Auctore Breviculi Hiſtoriæ Eutychianiſtarum ſub hoc titulo: *Exiſtum ſententia Felicis Papæ propter Acacii Epiſcopi Conſtantinop. damnationem*. Sententia his verbis concepta: *Acacius, qui ſecundo a nobis admonitus ſtatutorum ſalubrium non deſtitis eſſe contemptor, meque in meis credidit carcerizandum, hunc Deus, cœlitus prolata ſententia, de Sacerdotio fecit exterrem. Ergo ſi quis Epiſcopus, Clericus, Monachus, Laicus, poſt hanc denunciationem eidem communicaverit, anathema ſit, ſancto Spiritu exequente*. Et cum illa ſententia egregium ſuum libellum claudit Auctor ille Anonymus, cujus aliqua verba in medium adducit Baronius anno CDLXXXIII. num. XIX. licet Henſchenius in Vita Sancti Felicis III. Papæ ad diem XXV. Februarii num. XV. perperam exiſtimarit, Auctorem Hiſtoriæ ibidem a Baronio citatæ diverſum

XVII. Vidiſtine quanto gloriari poſſint auctore impii Iconoclaſtæ? homine ſcilicet ſceleſtiſſimo & ſervilis conditionis errone, vix nomine cognito, a ſanctiſſimo Orthodoxo Epiſcopo ejecto, a nefandiſſimo Fullone recepto; qui Epiſcopus fuerit ſine baptiſmate, & ſine Chriſto dictus tantum nomine Chriſtianus, dicendus potius dæmoniacus, cui nondum pulſus per baptiſmum ſpiritus nequam fuerat, ſed inhabitans ſemper in eo jam eſſet per ſacramentum conſecrationis quaſi vectibus, ne pro-

PAGIUS ſum eſſe ab Auctore Breviarii Entychianiſtarum. Præterea Henſchenius ibidem num. XVIII. utramque Synodum Romanam adverſum Acacium habitam, & utramque adverſus illum ſententiam male confundit. [1]

VIII. *Tutus Defenſor Eccleſiæ Romanæ damnatur.* Non multo poſt ſecundam Synodum Romanam *Tutus* Defenſor Eccleſiæ, & officio Defenſoris Eccleſiæ, ac communione fidelium privatus. Is enim qui ſententia *Acacii* accepta anno præcedenti in Orientem navigavit, ſententiam damnationis, quam attulerat, *Acacio* inter altaria tradidit, ejuſque pallio affixit, ut ſeribunt Victor Tununenſis, Liberatus, ſe Theophanes. Epiſtolas quoque *Felicis* Papæ, ad quos ſcriptæ erant, reddidit. Sed & Edictum ſententiæ Felicis Papæ univerſis in Urbe Conſtantinopoli legendum propoſuit. Extat illud ibidem apud Baronium num. XXVI. & ſeqq. quod tamen huc revocandum. His omnibus fideliter peractis dolis *Acacii* circumventus eſt, Nam, ut

NOTÆ [1] NUper opera Cl. Maffei in Collectione Veneta Conciliorum tom. V. col. 180. &c. e vetuſtiſſimo Veronenſi Codice vulgatum fuit ſupplementum Acacianum, nempe Epiſtola de evitanda communione Acacii ad Orientales Epiſcopos, Gelaſio I. in eodem Codice adſcripta; ſed quæ prædeceſſori ejus Felici III. adſcribenda videtur, ut infra. In ea vero quædam occurrunt, quæ ad hanc hiſtoriæ portionem illuſtrandam, atque ad Pagium emendandum valent. Id autem cum ante nos egregie præſtiterit Vir Cl. P. de Rubeis Ordinis Prædicatorum in Diſſertatione ſua de hoc argumento anno 1750. excuſa Venetiis, ideo ejus meditamenta in rem noſtram transferemus. Igitur ex hac epiſtola conſtat cum Acacio & Romano Pontifice fuiſſe *priſcam communicationem. Quæ ut ſervaretur illæſa per quinquennium fere* (ait Pontifex) *monuimus. Et licet nec reſcribere dignaretur* Acacius, *nos tamen numquam deſtitimus adhortari. Poſtremo legatis miſſis* Vitali, & Miſenio *terruimus* &c. Quinquennium iſtud ducendum videtur ab anno, quo Timotheus Soloſaciolus, amoto Petro Moggo, Alexandrinæ cathedræ reſtitutus fuit, quod anno 477. ut Pagius ibid. contigit. Nam Timotheus priſtino reſtitutus muneri per literas Simplicium Pontificem rogavit, ut ſcribens ad Zenonem Imperatorem id efficeret, ut Moggos, qui depoſitus a Sacerdotio, Alexandriæ tamen agebat, *ad longinquum exilium deportaretur. Ex tunc Simplicius non deſiit ſcribendo ad Acacium &c. Sed numquam inde reſcriptum eſt.* Verba ſunt Authoris geſtorum de nomine Acacii, Ab hoc igitur anno vel a ſubſequenti cœptum quinquennium ducit nos ad annum 483. quo Legati, Vitalis & Miſenius Conſtantinopolim miſſi ſunt. Redierunt tandem anno ſequenti, & in Synodo Romana ejuſdem anni, de male geſta legatione convicti, depoſiti ſunt ab Epiſcopatu, ſententiam que damnationis ſubierunt. Tunc & ad Acacium damnandum proceſſum fuit, ut Pagius 484. 6. &c. Hæc autem damnatio unica proceſſit; nec unquam alias damnatus fuit, qua in re fallitur Pagius, putans anno 485. in alia Romana Synodo iterum ejuſdem cauſam Acacii diſcuſſam, ac nova ſententia abdicatum illum fuiſſe. Id enim falſum eſſe, & ſemel tantum damnatum Acacium Epiſtola illa nuper vulgata probat, in qua Græcis poſtulantibus ut abſolvatur Acacius, abſolvanturque pariter Vitalis, & Miſenius, reponitur, abſolvi nequaquam poſſe Legatos, quin ſimul illi *dicant anathema Petro Alexandrino, & omnibus qui ei poſt anathema communicaverint*, adeoque & Acacio. Dein ſubdit Author. *Quomodo vultis eum* (Acacium) *abſolvere? An grave videtur ſemel damnatum Acacium; & bis damnatum non erit grave?* Et iterum: *Quam* (damnationis Acacii ſententiam) *ſi denuo confirmo, definitionis ſuæ tenore manſura eſt.* Tum & aliud: *Sufficit vel ſemel dicta ſententia procurare ſolutionem. Quid eum me vis meo iterare decreto, ſi ſemel latam indignamini.* Semel igitur non bis Acacius damnatus fuit; quamquam bis damnatus dici ſeſtiſſime potuerit a Felice Papa in Epiſtola ad Vetranionem; ſemel ſcilicet quod in excomunicationem latam in Synodo Calcedonenſi contra Eutichianos eorumque fautores obvolutus fuerit; iterum vero in ſententia contra Acacium, vel nomine ejus expreſſo prolata.

In altera vero Synodo Romana, anno 485. habita, de qua Pagius, de damnando iterum Acacio actum minime fuit; ſed cum iidem Patres qui Synodo antecedentis anni interfuerant, iterum hoc ipſo anno 485. conveniſſent, literas ad Presbyteros, Archimandritas Regiæ Urbis dederunt, in quibus inter cætera hæc leguntur: *Poſt illam ſententiam quæ in Acacium...... dicta eſt* (anno 484.) *hic quoque nunc congregati* (anno 485.) *addicimus* (addimus) *literis memoratam ſubdendo ſententiam quam placuit per Tutum...... dirigi*; id eſt ſententiam illam, jam in Acacium anno ſuperiori latam, & ad Regiam Urbem per Tutum miſſam, nunc iterum noſtris hiſce in literis inſerimus. Ita verba illa explicat non inepte P. de Rubeis, ex qua demum expoſitione conſtat in Synodo anni 485. nullam novam ſententiam in Acacium dictam fuiſſe.

Porro novam illam Epiſtolam nuper vulgatam ad Felicem III. pertinere, licet in MS. Veronenſi & in Collectionibus Gratiani, Cardinalis Deus dedit, & Anſelmi, ac demum in Epiſtola Nicolai I. *ad univerſos Epiſcopos Galliæ*, in quibus fragmenta quædam ejuſdem Epiſtolæ ſervantur, Gelaſii nomen præfert; probat invictis rationibus idem P. de Rubeis §. 24. Idque demum ex eo conſtat, quod Author ſe Acacium damnaſſe non ſemel prodat: *Acacium a noſtra communione ſubmovimus*, additque ſe miſſis Legatis illum rogaſſe damnationem minitando, ni pareret, atque alia plura, quæ cum Felici plane congruunt. Inſuper tunc temporis adhuc Petrus Moggius vivebat, qui deceſſit anno 490. *Quamdiu vivit*, ait Epiſtolæ Author de eodem Petro, *nolite illi communicare.* Denatus fuit Petrus anno 490. ideſt antequam Felix obierit, & Gelaſius inceperit. MANSI

progredi poſſet, incluſus: tali afflatus numine qui & tanto promotore dignus eſt factus Epiſcopus. Huic igitur tam nobili hæreſiarchæ digniſſimi ejus ſectatores Iconoclaſtæ ut ſuo ipſorum duci & principi columnas erigant, inſcribant titulos, ſtatuant ſimulacra: hujus ſolius imagines proſequantur honore, conſcribant panegyricos, laudent pro roſtris, incendant thura, accendant lumina, effundant unguenta, & omni denique monimentorum genere immortalitati ejus memoriam conſecrent: ut omnis poſteritas notum habeat, a quo ipſi glorioſum duxere principium, & cujus imitatores atque diſcipuli facti ſint: non enim invidemus.

XVIII. Sed quænam ſapientiſſimus Perſarum, ex Manichæis proveniens, docere in Syria cœperit, accipe ex antiquo hiſtorico, Joanne Diacrenomio: quæ his verbis recitantur in Nicæno Concilio poſteriori: *Xenajas non eſſe decens, dicebat, Angelos exiſtentes incorporeos corporea forma effigiare, & in humana effigie incorporeos repræſentare. Quinetiam & hæc fuit opinio ejus, Chriſto non dandum eſſe honorem, aut laudem dicendam pictura arte hominum elaborata: eſſe autem illi ſolummodo acceptum adorationem in ſpiritu & veritate. Inter cætera autem dicebat & hoc eſſe puerilis animi factum, fingere in columbæ idolo ter adorabilem Spiritum ſanctum: nuſquam enim Evangelicis litteris traditum eſſe, Spiritum ſanctum columbam eſſe, ſed quod in ſpecie columbæ aliquando viſus eſt: id autem diſpenſative, & non ſubſtantialiter factum eſt.* Ita

PAGIUS ut liquet ex Epiſtola Felicis Papæ ad Monachos Urbis Conſtantinopoleos & Bithyniæ, quæ Tomo IV. Concil. pag. 1085. legitur; miſſus ad eum ſenex quidam Maronas nomine magnam pecuniæ vim *Tuto* pollicitus eſt, ſi Acacio omnia, quæ Romæ contra ipſum agebantur, aperire vellet. Verum *Ruſinus & Thalaſſius* Archimandritæ, & cæteri Monachi Conſtantinopoli & per Bithyniam conſtituti, ſimul atque *Tutus* Romam reverſus eſt, literas ſcripſerunt ad *Felicem* Papam, miſſis etiam *Tuti* ipſius literis, quibus in Conventu Epiſcoporum lectis, officio pariter & Sacroſancta communione privatus eſt Tutus, ut docet Felix in laudata Epiſtola a Sirmondo primum in lucem edita: *Lecta ſunt*, inquit Felix, *litera ipſius in Conventu fratrum qualiter pacta, interpoſita perſona Marone condemnato ei, cui ſententiam portarat; inhaſiſſe creditur*. Quæ verba depravata ſic corrigenda cenſet Valeſius: *Qualiter pacto interpoſito per ſenem Maronam condemnato ei, cui ſententiam portarat, inhaſiſſe creditur*. Sed quo in Conventu, quove anno Tutus damnatus, incompertum.

IX. *Valeſius Tutum a ſecunda Synodo Rom. in Orientem miſſum putat.* Valeſius in Notis ad lib. 3. Evagrii cap. 21. contendit, ſententiam a Felice Papa adverſus *Acacium* latam, quæ incipit: *Multarum tranſgreſſionum*, &c. dictatam eſſe in poſteriori Synodo Romana, & per Tutum Defenſorem Eccleſiæ ad Acacium miſſam; non vero tunc cum Vitalis & Miſenus damnati ſunt. Dicit primo id docere, Felicem Papam in Epiſtola Synodica *ad Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes*. Poſtquam enim de Vitale & Miſeno & Acacio damnatis in Synodo Romana, ſcripſit, hæc addit Felix Papa: *Poſt illam ſententiam, quæ in Acacium perturbatorem totius Eccleſiæ Orientis dicta eſt, hic quoque nunc congregati adjecimus literis*, &c. Et paulo poſt: *Unde nunc cauſa Antiochenæ Eccleſiæ apud beatum Petrum Apoſtolum collecti, rurſus Dilectioni veſtræ morem, qui apud nos ſemper obtinuit, properavimus indicare*. Ex quibus verbis apparet, hanc Epiſtolam ſcriptam eſſe a Felice nomine Synodi tertiæ Romanæ, quæ collecta erat, cauſa Antiochenæ Eccleſiæ quam pulſo Calendione Petrus Fullo invaſerat. In hac igitur Synodo *Felix* ſententiam adverſus Acacium: quæ incipit: *Multarum tranſgreſſionum*, dictavit, & per Tutum Defenſorem ad Acacium tranſmiſit. Ita Valeſius, qui putat anno ſuperiori tres Synodos Romæ habitas; alteram adverſus Vitalem & Miſenum; alteram adverſus Acacium; tertiamque in cauſa Antiochenæ Eccleſiæ; quam Tutum in Orientem deſtinaſſe arbitratur.

X. *Refellitur.* At jam anno ſuperiori oſtendi, unicam eo anno Romæ Synodum coactam, eamque verno tempore inchoatam, in una Seſſione Vitalem & Miſenum damnatos eſſe, & poſtea Acacium ſecundo monitum; cumque certo innotuiſſet, eum non reſipiſcere, latam eſſe adverſus eum ſententiam *V. Kalend. Auguſti*, & poſt primum menſis Auguſti diem, quo Felix Papa de iis, quæ Romæ geſta erant, Zenonem Aug. per literas certiorem fecit, *Tutum* in Orientem navigaſſe, qui Acacio ſententiam, cujus initium: *Multarum tranſgreſſionum*, denunciavit. Quia vero nihil omitti debuit, ut Acacius in viam rediret, exiſtimo *Tutum* juſſum eſſe remanere Conſtantinopoli, ut iteratam damnationem, ſi eam ferri opus eſſet, Acacio intimaret. Certe, ut legitur in Breviculo Hiſt. Eutychian. *Per ferme triennium ſanctæ memoriæ Papa Simplicius non deſiit ſcribendo ad Acacium Epiſcopum, ut ageret cum Imperatore, & fieret de Petro* (ſc. Mongo) *quod Timotheus* (Solaphaciolus) *Epiſcopus poſtulabat. Scriptum eſt etiam Principi, ſed nunquam inde reſcriptum eſt*. Quare non arbitrandum, Felicem Simplicii ſucceſſorem in iterata Acacii damnatione præcipitanter egiſſe. Cumque in Epiſtola laudata ad Presbyteros & Archimandritas Conſtantinopoli & per Bithyniam conſiſtentes, diſerte dicatur, ſententiam in Acacium datam per *Tutum* Defenſorem Eccleſiæ Acacio directam eſſe; quando poſtea ſermo eſt de his, quæ cauſa Antiochenæ Eccleſiæ in poſteriori Synodo Romana geſta ſunt, dicitur: *Quod ergo placuit ſanctæ Synodo apud beatum Petrum Apoſtolum, ſicut diximus, per Tutum Eccleſiæ Defenſorem, & beatiſſimus vir Felix caput noſtrum Papa & Archiepiſcopus judicavit, in ſubditis continetur:* apparet locum illum corruptum eſſe, ſicuti & quædam alia ejuſdem Epiſtolæ, quod ultimum nullus negaverit; ideoque, ut quidem mihi videtur, ſic eſſe emendandum, *per Tutum Defenſorem Eccleſiæ dirigi, & beatiſſimus vir Felix*, &c. Niſi enim locus ille corrigatur, ſenſum imperfectum habet; emendatus vero oſtendit, *Tutum* utramque damnationem Acacio denunciaſſe.

XI. „ Dicit ſecundo Valeſius: Non eſt quod quis „ dicat, eam ſententiam jam antea latam fuiſſe in

ta (ut ſemel dicam uno verbo) intempeſtivum putabat & inconveniens pios homines Spiritum ſanctum ut corpus habentem delineare.

XIX. *Hac quidem Xenajas, qui & Philoxenus, docens, ſimul cum ipſa doctrina, & opere rem demonſtrabat. Sæpe Angelorum imagines afferens jecit: Chriſtum autem imagines repræſentantes, omnes in unum locum collocavit.* Hactenus Joannes de Xenaja; de quo haud mirandum, ſi nondum Chriſtianus, divinas Scripturas oon perlegit, Chriſtianæque religionis traditiones minime perveſtigavit. Si enim ſciſſet Dei præcepto juſſos eſſe incorporeos Cherubin in Arca & in Sanctuario effigiari; ſicque noviſſet Chriſtianos procul abeſſe, ut columbam dicant eſſe Spiritum ſanctum, ſed ipſam repræſentare, qui in ea forma eſt oſtenſus hominibus: ſi ſciſſet a temporibus ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti, ejus imagines in veneratione habitas in Eccleſia, & a poſteris digno honore cultas; ſique intel-

PAGIUS

Refellitur ſecunda. „in ſecunda Synodo Romana (ſic enim primam Valeſius vocat) tunc cum Vitalis ac Miſenus damnati ſunt: ſed aliquanto poſt miſſam fuiſſe a Felice ex præcepto Synodi tertiæ Romanæ (ſic ſecundam Valeſius appellat.) Id enim refutat Evagrius, qui in Synodo Romana, qua *Vitalis* ac *Miſenus* damnati ſunt, ſententiam depoſitionis in *Acacium* latam non eſſe dicit. Ita Vir doctiſſimus, qui ipſemet in Notis ad idem caput Evagrii, dubium a ſe propoſitum, dum minus advertit, diſſolvit. Ait enim: Poſt Synodum Romanam, quæ ob cauſam *Vitalis* ac *Miſeni* collecta fuerat, & in qua Vitalis quidem & Miſenus damnati ſunt, *Petrus* vero & *Acacius* notati & perſtricti, conſequens erat, ut Evagrius de ſententia depoſitionis in Acacium lata, & per *Tutum* Defenſorem Conſtantinopolim miſſa loqueretur. Nec tamen id hoc loco fecit Evagrius: cujus rei duæ poſſunt afferri rationes. Aut enim ob reverentiam Sedit Conſtantinopolitanæ id factum eſt ab Evagrio aut propterea id jam ſupra retulerat ex Zacharia Rhetore, ut videre eſt in cap. 18. Quod igitur illic retulerat, id hoc loco repetere ſuperfluum duxit. Ita Valeſius. Hæc autem Evagrii verba: *Joannes Felici perſuaſit, ſicut a Zacharia proditum eſt, ut ſententiam mitteret ad Acacium, cui quidem ſententia non acquievit Acacius.* Hæc Valeſius, quibus evertit, quæ adſtruere volebat.

XII. *Refellitur tertio.* „Dicit tertio Valeſius: Liberatus in Breviario cap. 18. manifeſte docet, ſententiam illam depoſitionis adverſus Acacium diu poſt damnationem Vitalis ac Miſeni prolatam fuiſſe. Audi enim quid dicat Liberatus: *Redeunt aliquando Legati, ſed præceſſerant Monachi, qui eos graviter de proditione arguebant. Auditi cominus & convicti ex ipſis literis, quas detulerant, a locis propriis ſunt remoti.* Et paulo poſt: *Ubi ergo ad plenum detectus eſt Acacius hæreticus, Papa Felix in literis ſuis Synodicis ſic poſuit: Peccaſti, ne adjicias & de prioribus ſupplica. Suſceptis his Acacius literis perſeverat, neque recedens a communione Petri, neque ſuadens ei ſuſcipere Synodum Chalcedonenſem & Tomum Papæ Leonis. Hæc cognoſcens Papa Felix damnationis ſcripturam miſit Acacio per Tutum Defenſorem, cujus eſt Principium: Multarum tranſgreſſionum reperiris obnoxius.* Paulo ante ſcripſerat Valeſius: Poſt damnatos Vitalem & Miſenum Felix literas Synodicas miſit ad Acacium, in quibus ita ſcriptum: *Peccaſti, ne adjicias, & de prioribus ſupplica.* Quibus acceptis, cum Acacius adhuc recalcitraret, Felix Papa convocatis iterum Epiſcopis apud Sanctum Petrum depoſitionis ſententiam in Acacium promulgavit, eamque per Tutum Defenſorem Eccleſiæ Romanæ direxit Acacio, quæ ſic incipit: *Multarum tranſgreſſionum reperiris obnoxius.* Ita Valeſius.

XIII. *In hac Hiſtoria varius & incertus.* Sed hoc argumentum ad rem non facit, cum tantum probet, illam depoſitionis ſententiam, cujus initium: *Multarum tranſgreſſionum*, &c. latam eſſe poſt priorem Seſſionem Synodi Romanæ, ſeu, ut Valeſius vocat, poſt primam Synodum Romanam, in qua Vitalis & Miſenus damnati, quod nullus in dubiun revocat. Sed quæſtio vertitur, an in ultima Seſſione prioris Synodi Romanæ, aut ut vult Valeſius, in ſecunda Synodo Romana, *V. Kalendas Auguſti* habita ſententia illa dictata fuerit; an vero in altera Synodo Romana Antiochenæ Eccleſiæ cauſa congregata. Valeſius in hac poſtrema datam contendit, eamque in rem Liberatum laudat, qui tamen nihil minus dicit, nec ullum de hac Synodo verbum habet. Quomodo autem hoc aſſerere poteſt Vir eruditiſſimus, cum ipſa ſententia data ſit *V. Kalend. Auguſti*, & ipſemet ſcribat, poſtremam Synodum Romanam *Kalendis Auguſti* congregatam fuiſſe? Præterea fatetur Valeſius, Acacium bis damnatum eſſe, quod & diſerte habet Felix Papa in Epiſtola ad Votranionem Epiſcopum, ubi ait: *Unde merito prædictus Acacius iterata excommunicatione depulſus eſt*: duplex autem excommunicatio duplicem ſententiam neceſſario exigit, & ſecunda excommunicatio nova perpetrata crimina poſt priorem latam. At quomodo intra quatuor dies nova illa crimina Conſtantinopoli commiſſa Romæ innoteſcere potuere? Quod ſi Valeſius velit, ut velle videtur, Acacium bis damnatum eſſe; unicumque adverſus eum latam ſententiam, quæ incipit: *Multarum tranſgreſſionum, &c.* Profecto monſtra loquitur. Quæ a ſe in Notis dicta diligentius in lib. 5. Obſervat. Eccleſiaſt. ad Evagrium retractans ex parte revocavit: ibi tamen etiam lapſus eſt. Nam cap. 2. fatetur ſententiam depoſitionis datam eſſe *V. Kalend. Aug.* in prima damnatione Acacii. Tum cap. 3. ſcribit, Felicem Papam eam ſententiam protinus ad Acacium mittendam non putaſſe, ſed cum his adhuc graviora crimina adjeciſſet, *Calendionem*, alioſque Orientis Epiſcopos e Sedibus ſuis dejeciſſet, Felicem Papam iterum Acacium damnaſſe in alia Synodo Romana *Kalendis Auguſti* congregata, quatuor ſc. dies poſt iſtam. Deinde cap. 4. tradit, cum de Calendionis deſtitutione, & de violenta Petri irruptione nunciatum fuiſſet, eandem ſententiam, quæ aliquandiu ſuppreſſa fuerat, juſſu ultimæ Synodi Romanæ miſſam eſſe ad Acacium per *Tutum* Defenſorem Eccleſiæ. Ac denique cap. 6. aſſerit, Liberatum cap. 18. cujus verba numero præcedenti retulimus, erraſſe, quando ſcripſit, in ſecunda admonitione ad Acacium miſſa Felicem Papam hæc verba poſuiſſe: *Peccaſti, ne adji-*

ciar

tellexiſſet rudium eſſe Scripturam imagines, ac proinde quibus ſignis voluit innoteſcere Deus mortalibus per ipſam Scripturam divinitus traditam, eadem licere coloribus repræſentare; ſi his inquam, inſtitutus eſſet catechumenus homo, ſine baptiſmo, & ſine Chriſto, nomine tantummodo Chriſtianus; haud illa adeo impla & inſulſa aliquando effutiſſet. Sed danda venia cæmentario, ſi inve-

PAGIUS *cias, & de prioribus ſupplica*. Ait denique Valeſius, ſecundam admonitionem aliam non eſſe, quam libellum citationis a Felice ad Acacium tranſmiſſum, qui incipit: *Epiſcopali diligentia commonente*, in quo citata a Liberato verba non leguntur. Quæ ea mente hic referenda duxi, ut quiſque intelligat, quam incertus veri hac in re fuerit Vir de Hiſtoria Eccleſiaſtica optime meritus. Vide interim quæ anno ſuperiori num. IX. de loco Liberati ab eodem citato dixi.

XIV. *Fullo Chalcedonenſem Synodum damnat, & ipſe in Oriente damnatur.*

Baronius anno ſuperiori num. LVII. & ſeqq. recitat partem Epiſtolæ Synodicæ a *Quintiano* Epiſcopo *Arculianorum*, quem ipſe perperam Epiſcopum *Arculanum* appellat, ſcriptæ, cui ſubjiciuntur duodecim adverſus eumdem *Fullonem* anathematiſmi. Hæc Epiſtola his verbis exorditur: *Multifariam multiſque modis* &c. & Græce ac Latine extat integra cum XII. anathematiſmis Tom. IV. Concil. pag. 1103. Synodus a qua ea Epiſtola ſcripta, legitur in libello Synodico ante annos DCC. ſcripto, primumque Græce edito, & in linguam Latinam verſo a Joanne Pappo Argentorati anno MDCI. & recitatur tam in Bibliotheca Juris Canonici veteris Tom. II. quam in citato Tomo Concil. pag. 1153. Auctor Anonymus illius libelli more a Veteribus uſurpatu, illum per capita aut per Synodos non diſtinxit, indeque gravi errore hic titulus præponitur Synodo a Petro Fullone celebratæ: *Alexandrina alia, Petri Mongi*, cum tamen a Fullone Antiochiæ, vel in alia Urbe ſui Patriarchatus convocata fuerit, ut conſtat ex ejuſdem Synodi ſummario in quo legitur: *Zenon Claudione*, (legendum Calendione) *Antiocheno in exilium acto in Oaſim; Petrum Fullonem denuo reſtituit: qui hæretica convocata Synodo ſacram Chalcedonenſem Synodum anathemate notavit, & multis cum ſceleribus Xenaiam Hierapolis Epiſcopum deſignavit*. Hierapolim autem Patriarchatus Antiocheni civitatem eſſe inter omnes convenit. Tum eidem Synodo altera ſubjicitur, cujus titulus non minus inſulſus: *Alexandrina proxime oppoſita*; cum tamen in Patriarchatu Antiocheno coacta fuerit. Hoc illius ſummarium in eodem libello recitatum: *Beatus igitur Felix Romæ veteris Epiſcopus cum ab Orthodoxis Orientis Epiſcopis, Petri* (nempe Fullonis) *impietatem cognoviſſet, per Quintianum Arculianorum Epiſcopum, divinam & ſanctam convocans Synodum, Fullonem deponendum curavit*. Quare Petrus Fnllo tam in Occidente, quam in Oriente hoc anno damnatus fuit, & in altera editione Conciliorum harum duarum Synodorum tituli expungendi erunt. Porro ubi ſita fuerit *Arculianorum* Civitas, nec Ortelius in Theſauro ſuo Geographico, nec quivis alius, quem viderim, explicat; ſed non dubium, quin Urbs fuerit Patriarchæ Antiocheno ſubjecta. Habitæ & aliæ Synodi adverſus *Fullonem*, de quibus mox, in Civitatibus etiam parum notis aut nominibus, quæ aliis Civitatibus communia erant, appellatis, ut liquet de *Arſinoe*, quo nomine quatuordecim Urbes vocatas fuiſſe, docet Ortelius citatus.

XV. Dicit ibidem Baronius, in Codice Vaticano poſt illam Epiſtolam & anathematiſmos, ſequi Epiſtolam *Juſtini* Epiſcopi in *Sicilia* ad eumdem Petrum blaſphemum data, quæ incipit: *Oportet armari militem adverſus hoſtem*, &c. Quæ etiam Græce & Latine extat Tom. IV. Concil. pag. 1103. Sed utrobique loco in *Sicilia*, legendum, in *Cilicia*, utraque enim Ciliciæ Metropolis Epiſcopo Antiocheno ſubdita erat, nihilque Siculis cum Orientalibus commune fuit. Ait etiam Baronius ibidem num. LXI. & ſeqq. in eodem Codice Vaticano extare Epiſtolam *Flacciani* Epiſcopi Rhodopenſis adverſus Petrum Fullonem, cujus fragmentum Latinum recitat, quemadmodum & Labbeus Tom. IV. Concil. pag. 1107. In eodem Tom. Concil. refertur *Anthemii Epiſcopi Arſinoes Epiſtola ad Petrum Epiſcopum Antiochiæ*, quæ eſt de additione Crucis in Triſagio, extatque tam Græce quam Latine. Tum Epiſtola etiam Græce & Latine *Fauſti* Epiſcopi Apollonidæ ſeu Apolloniadis. Deinde Epiſtola *Pamphili* Epiſcopi *Abydenorum* ſeu *Abydorum* ad eundem Petrum, quæ etiam Græce legitur. Ac denique Epiſtola *Aſclepiadis* Epiſcopi Tralliarium (ſeu potius Trallium ſub Epiſcopo Epheſino) ad eumdem Petrum, cui ſubjecti ſunt anathematiſmi novem. Quas omnes Epiſtolas in Synodis diverſarum Provinciarum adverſus Petrum Fullonem celebratis datas eſſe oportet. Lambecius Tom. VIII. Biblioth. Cæſareæ pag. 497. ait, in codice Græco ibidem aſſervato præmitti Concilio Conſtantinopolitano ſub Menna novem Epiſtolas diverſorum Epiſcoporum ad Fullonem, quarum prima eſt *Quintiani Epiſcopi Erculianorum*, poſt quam ſequuntur aliæ.

Variæ Epiſtolæ adverſus Fullonem ſcriptæ.

XVI. *Valeſii rationes adverſus illas Epiſtolas.*

Valeſius lib. 1. Obſervat. Eccleſiaſt. ad Evagrium cap. 4. contendit, has omnes Epiſtolas falſas eſſe ac ſuppoſititias, additque hujus rei potiſſimum cauſa totam illam a ſe ſuſceptam eſſe Diſputationem. „Qua in re Vir doctiſſimus ſummopere hallucinatur. Hæc prima ejus „ratio: Omnes illæ Epiſtolæ a diverſis Epiſcopis ad Petrum Fullonem ſcriptæ; ex Græco ſermone in Latinum converſæ ſunt. Quod „quidem evidenter apparet, tum ex elocutione, quæ barbara eſt & inconcinna, tum „ex eo quod duæ habentur earum interpretationes longe inter ſe diverſæ. Ita Valeſius. Verum incertum, an autographum perierit, & ſolæ verſiones Latinæ remanſerint, „quæ progreſſu temporis ab uno eodemque „Scriptore in Græcum ſermonem converſæ fuerint, indeque factum ſit, ut duæ habeantur „earumdem interpretationes Latinæ ita inter ſe „diverſæ. Secundo dicit Valeſius: Nomina ipſa Epiſcoporum, qui ad Petrum Fullonem „ſcribunt, haud dubie conficta ſunt, & commentitia. Cui enim notus eſt *Fauſtus* Apollonidis, *Pamphilus* Abydorum, *Aſclepiades* „Trallium, *Anthemius* Arſinoes Epiſcopi? Cui „compertus eſt *Quintianus* Epiſcopus *Aſculanus*, aut *Juſtinus* Epiſcopus Siciliæ. Neque „enim additum eſt nomen Urbis, ſed totius „Inſulæ Epiſcopus appellatur. Nullus certe ex „iſtis Epiſcopis in Hiſtoria illorum temporum „reperitur nominatus. Ita Vir eruditiſſimus.

XVII. *Secunda Valeſii ratio.*

Verum vana hæc ratio; cum quotidie varia nomina antiquorum Epiſcoporum antea ignorata, e tenebris eruantur. Certe vel in ſolo Synodico adverſus Tragœdiam Irenæi plura Epiſcoporum Græcorum nomina exhibentur, quæ omnes antea fugerant. Præterea *Quintiani* diſer-

veniatur in arte ſutoria imperitus. At quid recitatis Xenajæ blaſphemiis in eo concilio œcumenico? *Patriarcha dixit: Audivimus, viri ſacerdotes, quales fuerint*

PAGIUS ferte meminit Auctor libelli Synodici, ut mox vidimus, neque is *Aſculanus* in Italia, ſed *Arculianorum*, vel *Ereulianorum* in Oriente Epiſcopus fuit, ut legitur in eodem libello. Ex *Quintiani* itaque ibidem mentione liquet, aliorum Epiſcoporum nomina conficta non eſſe; alioquin qui ea ſuppoſuiſſet, Epiſcopis per hæc tempora viventibus, ut impoſtorum mos eſt, illas attribuiſſet. *Juſtinus* Exſcriptoris errore dicitur Epiſcopus in *Sicilia*: loco, in *Cilicia*, paſſimque apud Veteres occurrunt exempla, in quibus aliquis dicitur Epiſcopus Galliarum, vel Hiſpaniarum, ut omnibus notum. Præterquamquod Librarii in inſcriptionibus Epiſtolarum exarandis non raro peccarunt.

XVIII. *III. Valeſii ratio.* „ Tertia ratio Valeſii Felicem Romanæ Urbis Epiſcopum atque *Acacium* Epiſcopum Urbis Conſtantinopolitanæ, per literas corripere atque admonere Petrum Fullonem, ut ad meliorem frugem revertatur, haudquaquam certe miramur: id enim juris habuerant in collegam & conſortem Patriarchalis Dignitatis. Iſti vero modicarum Urbium Epiſcopi, nulla auctoritate præditi, & in diverſis Provinciis longe ab Antiochenſi Diœceſi poſiti, qua ratione impulſi ſunt, ut Antiochenum Patriarcham ſcriptis ad eum literis admonerent, quibus id ſufficere oportebat, ut *Petri Fullonis* hæreticam novitatem ad ſuos Patriarchas deferrent, ipſi vero per ſe ac ſuo nomine ad *Petrum Fullonem* ſcribere nequaquam debuerant; verum id munus Metropolitanis ſuis ac Primatibus ſuis reſervare. Ita Valeſius non attendens animum ad miſerandum Eccleſiæ Orientalis ſtatum, in quo hoc tempore ea verſabatur, neque reminiſcens, quæ in Notis ad Theodoretum lib. 4. cap. 13. & lib. 5. cap. 6. ipſemet jam ſcripſerat, ordinationem ſc. Presbyterorum ac Epiſcoporum, multaque ſimilia in Eccleſiaſtica Hiſtoria occurrere contra vigorem canonum geſta a præſtantiſſimis Epiſcopis; qui ubi Chriſtianam religionem periclitari videbant, parvi pendere ſolebant regulas & canones Eccleſiæ, dummodo Eccleſiam ipſam ſalvam & integram conſervarent. Ad hæc, ut alibi diximus, ipſi Laici homines adverſus naſcentem hæreſim ſæpe inſurrexere, uti *Conſtantius*, magnus ſervus Dei, qui Pelagianis primus obſtitit, *Euſebius Rhetor*, qui primus Neſtorii dolum detexit affixa ad Eccleſiæ valvas obteſtatione, & *Marius Mercator*, qui etiam Laicus Pelagianos perſecutus eſt. Miror itaque Valeſium, qui doctiſſimis Notis Evagrium illuſtravit, animum non advertiſſe ad ea, quæ is ſcribit lib. 3. cap. 34. *Coſmas*, inquit Evagrius, *Epiſcopus noſtræ Epiphaniæ, quam Orontes fluvius alluit, & Severianus Epiſcopus vicinæ Urbis Arethuſa, Synodicis Severi literis commoti, cum ab ejus communione ſeſe abrupiſſent, libellum depoſitionis ad eum mittunt, Antiochenæ Eccleſiæ etiam tum præſidentem.* Si enim anno DXII. duo Epiſcopi libellum depoſitionis ad Severum, unum e ſucceſſoribus Fullonis, mittere auſi ſunt, longe credibilius eſt, laudatos Epiſcopos Fullonis doctrinam anathemate perculiſſe, eumque, ut reſipiſceret, literis Synodicis monuiſſe.

XIX. Quomodo autem modicarum Urbium Epiſcopi ad ſuos Metropolitas, hique ad Patriarchas novitates hæreticas deferre poterant, cum Petrus Alexandrinus, Petrus Antiochenus, Acacius Conſtantinopolitanus, & plerique Metropolitæ Zenonis Henoticon tuerentur, maximaque eorumdem pars cum hæreticis communicaret? Victor enim Tununenſis *poſt Conſulatum Theodorici*, anno nempe præſenti, ſcribit: *Orientales Epiſcopi præter paucos Henoticon Zenonis communione atque conſenſu polluti, Petri Alexandrini, Petri Antiocheni, & Acacii Conſtantinopolitani Epiſcoporum, Synodo Chalcedonenſi renunciant.* Inſuper recitatæ litteræ omnes Synodicæ ſunt, non vero ab Epiſcopis privato nomine ſcriptæ, & graſſante hæreſi nullus erat Epiſcopus, qui adverſus eam Clerum ſuum cogere non poſſet, ſi Patriarcha ea infectus eſſet. *Epiſcopi modicarum Urbium in Fullonem inſurrexere.* Hinc anno CCCCLXXVI. *Joannes Cyri Epiſcopus Beatus, cum Petrum Fullonem iterum Antiochiæ videret impie adminiſtrantem Eccleſiam, & Baſiliſci potentia ſuam fulcientem infirmitatem: Divinam & ſanctam ſua in Urbe congregavit Synodum, & Petrum Fullonem anathemate damnavit*, inquit Auctor libelli Synodici, qui nono Eccleſiæ ſæculo vixit. Et tamen Cyrus urbecula tantum erat, ut eam appellat Cyrillus Alexandrinus in Reſponſione ad ea, quæ Theodoretus, unus ex præfatis Joannis deceſſoribus, contra anathematiſmos dicit: πολίχνιον, ideſt, *oppidulum*, non vero Oppidum, ut perperam vertit interpres, oppidulum ſc. Euphratenſis Provinciæ, Epiſcopo Antiocheno ſubditum, de quo oppidulo, Provinciaque meminit *Hierocles* in Notitia Provinciarum Imperii Romani. Si itaque quando *Petrus Fullo* iterum invaſit Eccleſiam Antiochenam, modicorum oppidorum Epiſcopi Synodos adverſus eum celebrarunt, quis dubitare poteſt, quin in tertia ejus Eccleſiæ Antiochenæ invaſione, idem, & quidem majori ratione præſtiterint.

XX. *IV. Valeſii ratio.* „ Quarta Valeſii ratio: Omnes illæ Epiſtolæ, licet a diverſis Epiſcopis, & ex Provinciis longe inter ſe diſſitis conſcriptæ, uno tamen eodemque ſtylo elaboratæ ſunt, ideſt, rudi ac barbaro ſermone. Quo maxime argumento falſitas earum deprehenditur. Neque enim fieri poteſt, ut tam diverſarum nationum Epiſcopi eodem prorſus genere ſermonis utantur. At ſi hoc verum ſit, oportet omnes illas Epiſtolas Græcas, ab uno eodemque Auctore e Latino ſermone, poſtquam autographum Græcum periit, in linguam Græcam verſas fuiſſe eoque tempore, quo jam barbaries invaluerat. Verum opus non eſt ad eam conjecturam recurrere, cum argumentum a ſtylo deductum, ſi alia deſint, infirmum ſit ac lubricum, mirumque videri non debeat, Epiſtolas eodem tempora eademque de cauſa ab Epiſcopis in ſcribendo parum ornatis datas, inter ſe non multum diſſimiles eſſe.

XXI. *V. Valeſii ratio.* Quintam rationem deducit Valeſius ex Epiſtola Flacciani Rhodopenſis Epiſcopi ad Petrum Fullonem data, in qua hæc verba leguntur: *Quis eſt igitur qui procellas excitavit hæreſum, niſi tu qui ſollicitaſti aures Principis innocentis, & falſis literis cor Pontificis erexiſti, ut ad communionem te ſuſciperet, dicendo: Non mihi fiat ulterius Crucem apponere Trinitati, prædicando tantum Chriſtum crucifixum. Cui enim non videatur horrere ſermo impudentiæ? Ubi ergo ex hoc declinans remaneam non ſuſceptus a vobis; & ubi ſunt viſcera Chriſti ad Petrum?* Huic rationi jam ſatisfecit Baronius anno CCCCLXXXIII. num. LXIII. obſervavitque, hæc eſſe verba Fullonis in aliqua Epiſto-

qui imagines non receperunt, nempe non baptizati, Manichæi, qui non vere, ſed per imaginem Deum hominem factum tradunt, Hæc ibi, At de his ſatis.

Hoc

PAGIUS

la ad Acacium, ab eo ſcripta, tunc cum ſe ſimulavit eſſe Catholicum, eo conſilio, ut ſuceptus in communionem Acacii, Sedem Antiochenam recuperaret.

XXII. *Acacius cum Fullone communicabat ſed non palam.*

At, inquit Valeſius, ex Gelaſii Papæ Epiſtola ad Orientales conſtat, *Acacium* numquam ,, Petro Fulloni communicaſſe. Scribit enim ,, Gelaſius in Epiſtola ſupra memorata, idque ,, frequenter inculcat, gloriari ſolitum eſſe ,, Acacium, quod Petro Antiocheno nunquam ,, communione ſociatus fuiſſet. Idem quoque ,, teſtatur in Epiſtola XIII. ad Epiſcopos Dardaniæ, *Qua Synodo Calendionem idem expelli* ,, *fecit Acacius? Nihilominus eidem Petrum* ,, *tam manifeſtum hæreticum, ut eidem palam* ,, *nec ſe communicare prætenderet, ſua paſſus eſt* ,, *diſpoſitione ſubſtitui*. Sic enim locus ille ſcribendus eſt. Qua igitur modo literas ab eo ,, accepit Acacius? Hæc Valeſius. Sed cum, teſte Breviculo Hiſt. Eutychian. variiſque Romanorum Pontificum literis pateat, *Acacium* Petrum Fullonem in Eccleſiam Antiochenam immiſiſſe, manifeſtum eſt, hunc ad Acacium ſcripſiſſe, & ſecreto cum eo communicaſſe. Neque enim Gelaſius loco citato dicit, Acacium prætendiſſe ſeſe cum Petro Antiocheno non communicaſſe, ſed tantum Palam cum illo non communicaſſe. Sic in Epiſtola ad Orientales, non dicit, Acacium cum Petro Antiocheno non communicaſſe, ſed tantum Petro Antiocheno *uſque in finem ſe non communicaſſe glorisabantur Acacius*. Et paulo poſt addit Gelaſius: *Hoc modo etiam ille vir bonus Acacius Antiocheno Petro, cui ſe palam non communicare jactabat, per alios ſine ambiguo communicaſſe detegitur*. Flaccianus itaque in ſua Epiſtola loquitur de latenti & ſecreta communione Acacii cum Petro Antiocheno, non vero de publica. Ad alia Valeſii argumenta jam reſpondimus anno CCCCLXXVIII. num. IX & ſeqq. Porro in eam ſententiam delapſus eſt Vir doctiſſimus, quod incredibile judicaſſet, *Quintianum* Epiſcopum Italum, & *Juſtinum* in Sicilia Epiſcopum damnaſſe Fullonem Epiſcopum Orientalem, huncque etiam a Felice Pontificatus ſui initio condemnatum eſſe. Sed poſt ea, quæ in medium adduximus, res difficultatem non habet.

XXII. *Tres Epiſtolæ Græcæ Felici PP. inſcriptæ legitimæ ſunt.*

Reſtant tres Epiſtolæ Græcæ & Latinæ Felici Papæ adſcriptæ, quarum prior in Edit. Concil. III. ordine eſt inter Felicianas, data ad *Petrum Fullonem ex Synodo Romana*. Secunda ordine IV. ad eundem Fullonem ſcripta, qua deponitur & anathematizatur. Ejus initium apud Baronium anno CCCCLXXXIII. n. LXVI. & ſeqq. *Quoniam peſtiferis doctrinis imbutus*, &c. in Editione vero Conciliorum en alia verſione: *Quoniam importabilibus verbis impie garrulaſti*, &c. Tertia ordine V. ad Zenonem Aug. qua ei Felix ſignificat, ſe Fullonem Synodali judicio damnaſſe, ejuſque initium: *Convenit Clementia tua*, &c. Has tres literas Va- ,, leſius loco citato falſas eſſe contendit. Ait ,, enim: Cur Epiſcopus Aſculanus, cur Pon- ,, tifex Romanus Græce ſcribit ad Petrum Ful- ,, lonem? Neque enim ſolebant illis temporibus ,, Epiſcopi Romani alia quam Latina lingua ,, literas ſcribere ad Epiſcopos Græcos, ut te- ,, ſtantur Epiſtolæ Pontificum Romanorum. Hæc Valeſius. Verum *Quintianus*, non Epiſcopus Latinus, ſed Epiſcopus Græcus fuit, idque *Arculanorum* ſe Erculanorum, ut jam diximus. Tres vero laudatæ Epiſtolæ fuere Latina lingua ſcriptæ, ſed deperdito Latino autographo remanſit tantum verſio Græca, ex qua Latinæ factæ ſunt. Idem fatum ſubiere aliquæ aliæ Epiſtolæ, quæ alia lingua, quam qua ſcriptæ fuerant, in lucem editæ ſunt. Neque aliæ conjecturæ Valeſii adverſus tres laudatas Epiſtolas alicujus momenti ſunt.

XXIV. *Acacius damnatus non eſt tanquam hæreticus.*

Cæterum quamvis *Acacius* juſtiſſimis de cauſis a *Felice* Papa damnatus fuerit, a fide tamen Catholica non defecit, ut oſtendit Natalis Alexander in Diſſert. XIX. quinti Eccleſiæ ſæculi. In Epiſtolis enim Summorum Pontificum, in ejus cauſa ſcriptis, multorum quidem criminum, nuſquam tamen hæreſeos arguitur. Ad hæc *Facundus* Hermianenſis Epiſcopus in libro adverſus Motianum, ob eam cauſam damnatum ſcribit *Acacium*, quod inimicos Synodi Chalcedonenſis in communionem ſuam ſuceperit, non quod ipſius Concilii fidem impugnarit, aut anathemate damnarit. Adde Auctorem Breviculi Hiſt. Eutychian. qui licet exceſſus *Acacii* graviſſimos memoret, quod ſc. Petrum *Mongum* & Petrum *Fullonem* in communionem ſuam ſuſceperit, laudaverit, & primum in Sedem Alexandrinam, ſecundum vero in Sedem Antiochenam a Zenone reſtitui curaverit; quod *Simplicii* & *Felicis* Romanorum Pontificum ſanctiſſima monita ſpreverit & ludibrio habuerit *in everſionem totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ*; & quod hoſtili more Sedis Apoſtolicæ Legatos in carcerem detruſerit: nuſquam tamen hæreſim Acacio improperat. Denique Felix Papa in ſententia adverſus Acacium, cujus exordium eſt: *Multarum tranſgreſſionum reperiris obnoxius*, &c. omnia capita recenſens ob quæ eum damnat, violatæ fidei ab Acacio mentionem non fecit. Hinc Baſilius Cilex, qui, ut teſtatur Photius in Bibl. cod. XLII. ſcripſit Hiſtoriam a morte Simplicii Papæ uſque ad initium Juſtini Senioris, non dicit Acacium tanquam hæreticum damnatum eſſe, ſed tantum ait: *Hic Petrus* (ſc. Mongus) *ſanctam Chalcedone habitam Synodum publice atque in Eccleſia anathemate damnabat. Per quem & Acacius* (*recte quidem initio contra illum permotus*) *poſt, quod ab illo non abhorreret, hæretici opinionem apud multos non effugit, a Romanis etiam Sede motus eſt*.

XXV. *Sed tanquam hæreticorum communicator.*

Nec refert quod *Zenoni* auctor fuerit condendi aut promulgandi *Henotici*, aut etiam quod ipſum conſcripſerit, quia Eccleſia Edictum illud non rejecit ut hæreticum, ſed ut inſufficiens ad hæreſim Eutychianam profligandam, aut etiam quia profeſſionem fidei modis omnibus abſolutam non complectebatur. Quare licet *Acacius* ea in re graviter peccaverit, non propterea tamen a fide apoſtatavit. Quando vero Liberatus in Breviario cap. 18. ait: *Ubi ergo ad plenum detectus eſt Acacius hæreticus*, ſignificat tantum eum detectum eſſe hæreticum communione, non dogmate, quia ſc. cum Petro Mongo aliiſque hæreticis communicabat, quod indicat ipſemet Liberatus, cum ſtatim ſubjungit; *Suſceptis his Acacius literis perſeverat, neque recedens a communione Petri, neque ſuadens ei palam ſuſcipere Chalcedonenſe Concilium & Tomum Leonis Papæ*. Perſeveravit itaque Acacius in ſuo crimine, in communione nempe cum Petro Mongo hæretico manifeſto, & jam olim ab Eccleſia damnato. Quam juſtis vero de cauſis *Acacius* damnatus fuerit, ejuſque nomen ex ſacris Diptychis poſt mortem expunctum pluribus probat Natalis Alexander laudatus.

A num.

XX. Obitus Martyrii Epiſ. Hieroſolymitani. (a) Nicep. in Chron. Cyril. in Vit. Saba. (b) Evagr. l.3. c.16.

Hoc eodem anno vita functus eſt Martyrius Hieroſolymitanus Epiſcopus, cum ſediſſet annos octo; tot enim anni ejus ſedi a Nicephoro (a) adſcribuntur, necnon a Cyrillo in Saba: cui cum ab Evagrio (b) crimen communicationis cum hæreticis adſcribatur, injuria id factum ſcias: nam honorificentiſſima eſt ejus memoria apud Cyrillum in rebus geſtis ſanctiſſimi viri Euthymii, quas ſcripſit poſt ejus obitum. Quamobrem haud facile Evagrio aſſenſerimus ea petenti a Zacharia Eutychiano; cum præſertim eumdem Martyrium Euthymii teſtimonia commendarint, cujus ultima functio legitur in Eccleſiæ dedicatione apud monaſterium ejuſdem ſancti Euthymii inſignibus miraculis declarata: quæ tu apud eumdem auctorem conſulas, qui de Eccleſiæ dedicatione iſta habet (c): *Cum vero miraculum brevi totam pervaſiſſet ſolitudinem, & perveniſſet etiam ad ipſum Archiepiſcopum Martyrium; deſcendens ille multis copiis ad cœnobium, præclaram quidem egit ſynaxim & vigiliam cum multis lampadibus & ſuffitibus: ſplendidam autem & magnificam fecit dedicationem, deponens ſub ara quaſdam partes reliquiarum martyrum Tarachi, Probi, & Andronici, ſeptimo menſis Maii: erat vero jam duodecimus annus poſt deceſſum Euthymii.* Hæc Cyrillus. Porro ex annorum notato numero duodeno ab Euthymii migratione, quæ ipſo teſte contigit anno decimo ſexto Leonis Imperatoris, qui numeratus eſt annus Domini quadringenteſimus ſeptuageſimus ſecundus; dicendum eſt, anno præterito eamdem dedicationem fieri contigiſſe: cui cum divina miracula fuerint ſuffragata, & eadem una cum Catholicis ſanctiſque viris habita ſit; non niſi a Catholico Epiſcopo potuit celebrari.

(c) Cyril. in Vit. Euthy. apud Sur. die 20. Jan. Dedicatio Eccleſiæ facta a Martyrio.

XXI. Salluſtius Epiſ. Hieroſolymitanus.

Succeſſit autem Martyrio Epiſcopo Salluſtius, & ipſe Catholicus; haud enim aliter dignum ſentire de eo, qui magnum illum Sabam presbyteratus ordine inſignivit, jam antea calumniis circumventum, ſed ab ipſo abſolutum: ut plane ſicut ex dedicatione Eccleſiæ S. Euthymii Orthodoxa Martyrii fides fuerit demonſtrata, ita & ex ordinatione Sabæ & alterius dedicatione Eccleſiæ contingat Salluſtium ipſum ejus ſucceſſorem Catholicum exhibere. At ſcias, non parvi eſſe negotii certum quempiam his temporibus oſtendere Orthodoxum, cum totus ferme Oriens vel hæreſi, vel communicatione cum hæreticis eſſet diluvio pene merſus. Porro hujus rei geſtæ hiſtoriam, qua videlicet occaſione ſanctiſſimus Sabas a Salluſtio Hieroſolymitano Epiſcopo presbyter ordinatus ſit, idem Cyrillus eſt litteris proſecutus his verbis (d):

(d) Cyril. in Vit. S. Saba apud Sur. die 5. Dec.

XXII. *Cum Patriarcha*, Martyrius ſcilicet, *octavo anno Pontificatus vita exceſſiſſet, & Salluſtius ſedem poſt accepiſſet; jam quadrageſimumoctavum ætatis*, inchoatum videlicet, *agente beato Saba, quidam ex Laura pravis animis, menteque perverſa & illiberali, qui plane erant cæci, & ut cum divina dicam Scriptura (e), ſpiritum non habebant &c.* Et paulo poſt: *Seditioſi ergo iſti (oportet enim non ex nominibus, ſed ex ſtudiis potius illos vocare) mala meditantes adverſus divinum Sabam, veniunt in ſanctam Civitatem; & ad Salluſtium Epiſcopum linguis doloſis, aut (ut melius dicam) cordibus accedentes, eum quærebant, quis eſſet præfuturus. Ille autem cum eſſet ſapiens, & aures non haberet faciles, nec ea admitteret, niſi prius examinata; accurate rogavit, quinam eſſent, & unde. Illi vero dicebant, ſe habitare prope quemdam torrentem, & illic peragere certamina exercitationis, celantes nomen Sabæ; ſciebant enim eum ex virtute notum eſſe omnibus, quomodo ipſi ſtudium ponebant, ut ex vitio cognoſcerentur ab omnibus. Cum ii autem ſæpe rogarentur, ut dicerent cujaſnam eſſet torrens, & quomodo vocaretur, & non poſſent effugere interrogationem dicunt: Qui ab aliquibus vocatur torrens Sabæ.*

(e) Jud. 1.

PAGIUS XXVI. *Moritur Martyrius Hieroſolymorum Epiſc.*

A num. XX. ad XXVI. Martyrius Hieroſolymitanus Epiſcopus anno tantum ſequenti diem obiit. Cyrillus enim Monachus in Vita Sancti Sabæ cap. 38. ſcribit; *Saba jam quadrageſimum octavum ætatis ſuæ annum agente, Patriarcha Martyrius anno ſui Pontificatus octavo exceſſit e vivis.* Natus erat Saba menſe Januario *Theodoſio XVII. Conſule*, anno ſc. Chriſti CCCCXXXIX, ideoque anno tantum ſequenti XLVIII. ætatis annum inchoavit. Baronius exiſtimat, non eſſe audiendum Evagrium lib. 3. cap. 16. aſſerentem Martyrium ad Petrum Mongum Alexandrinæ Urbis Epiſcopum hæreticum, qui in locum Salophacioli ſubrogatus fuerat, Synodicas ſuas miſiſſe. Verum ſubdit ſtatim Evagrius; *Poſtea tamen quidam a communione Petri ſe ſe abjunxerunt: atque exinde Petrus Chalcedonenſem Synodum publice anathematizavit.* Quare non mirum ſi *Martyrius* ad Petrum Mongum, ſimulantem ſe Catholicum, literas Synodicas miſerit; præſertim cum Liberatus cap. 18. teſtetur; Mongum initio Epiſcopatus ſui ſcripſiſſe *Acacio & Simplicio quia communicator eorum eſſet, & ſancta Synodi*, & eos qui erant ex parte Salophacioli in communionem ſuam admitteret. Certe Cyrillus Monachus in Vita Sancti Euthymii Abbatis Græce & Latine a Pougeto edita, de Martyrio prodit; Is ad Zenonem Imp. & Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum de Apochiſtarum (ideſt, Eutychianorum) *negotio blaſphemia & fugienda hæreſi ſcripſit*. Idem Cyrillus de Martyrio nondum Epiſcopo loquens, aſſerit duos commemorabiles Anachoretas e Nitria egreſſos in Palæſtinam ſe contuliſſe: *Alter*, inquit, *nomine Martyrius genere Cappadox erat: alter Elias appellatus ex Arabia ortum ducebat. Utrumque vehementer amabat mente illuminatus Euthymius,*

Digitized by Google

XXIII. Salloſtius commovetur in Sabæ accuſatores. *Ille autem cum intellexiſſet eum eſſe Præfectum, adverſus quem iſti ſtruebant calumniam, rogavit rurſum: Ubi eſt hic Sabas. Illi autem mittentes reſpondere ad propoſitum (o arrogantiam & amentiam!) dixerunt ei non poſſe ſufficere curæ de tam multis ſuſcipiendæ propter ſimplicitatem nimiam & ruſticitatem: lenitatem illius, & moderationem ſimplicitatem vocantes improbi, eo quod nollet hic populus (ut admirandus dixit Iſaias a) aquas Siloe, quæ fluunt ſilentio. Porro autem illud quoque addiderunt accuſatores, nempe nimiam in ſuſcipiendo ſacerdotio cautionem, dicentes neque ipſum velle eſſe ſacerdotem, neque alteri, ut fiat ſacerdos, concedere. Sed hæc quidem illi.*

(a) *Iſai. 8.*

XXIV. *Quiricus autem quidam ſacerdos & virtutis amator ardentiſſimus, cum tunc adeſſet apud Epiſcopum, & quæ dicta eſſent audiviſſet. Quid vero (inquit) vos primi Sabam ſuſcepiſtis, an ille vos? Cum autem illi reſpondiſſent, illum quidem ipſos ſuſcepiſſe & congregaſſe, eis vero regendis eum minime ſufficere, qui in magnam creviſſent multitudinem, cum eſſet agreſtior & ſimplex. Excipiens rurſus Quiricus: Si ille (inquit) vos ab initio congregavit, & locum qui erat deſertus conſtruxit ad habitandum; quanto magis & ipſum locum jam conſtructum & habitatum, & vos qui in unum eſtis congregati, erit is aptus ad regendum? Cui enim in his quæ erant magis difficilia opem tulit Deus, ipſe etiam omnino adjuvabit in iis quæ ſunt minus laborioſa, & facilem ei reddet præfecturam & adminiſtrationem. Ad hæc illi qui pacem oderant, cum quibus erat Sabas pacificus, & clam de proximo illiberaliter detrahebant, cum nihil poſſent reſpondere; tunc dimiſit Epiſcopus: Conſiderate (inquit) in præſentia: craſtino autem die accuratius de his inquiremus.*

XXV. Sabas abſolutus & ordinatur Presbyter. *Et ſtatim quidem accerſit beatum Sabam, neſcientem cur eſſet accerſitus. Porro vero eoſdem quoque adducit & ad probandum quidem (ut putabant) ſuam accuſationem, & ad expellendum Sabam a præfectura; ut autem rei oſtendit exitus, ad ora eis potius obſtruenda, & ad omnem auferendam ſermonis occaſionem. Nam poſtquam aſtiterunt, rectus ille & incorruptus Judex, nihil illis omnino dicens, non arguens, neque alio egens teſtimonio, qui de virtute Sabæ optime eſſet certior factus, & ab ea jam eſſet ſatis perſuaſus, eum quidem ordinat ſacerdotem in conſpectu omnium. Hac autem apud eos uſus admonitione: Ecce (inquit) habetis veſtrum Patrem, & Lauræ veſtræ Præfectum, quem Deus deſuper, & non homo elegit: nos vero ſolum Spiritui ſancto manus commodavimus, non ipſum ſed vos potius ipſos afficientes beneficio. Sic dixit: & cum ſtatim aſſumpſiſſet beatum Sabam, & ipſos ſeditioſos, ac religioſum qui tunc aderat Quiricum, cum eis in Lauram proficiſcitur, & primum illud ſanctum conſecrat templum, deinde etiam aram in eo conſtituit, & glorioſorum Chriſti martyrum illic multas recondit reliquias.* Hucuſque Cyrillus de rebus geſtis Salluſtii Epiſcopi cum S. Saba. Sed jam ad Imperatoris aulam transferatur oratio.

XXVI. De Longino Zenonis Imperatoris fratre. Sub ejuſdem anni Conſulatu Symmachi, de fratre Zenonis Imperatoris Longino nomine hæc habet Marcellinus in Chronico: *Longinus Zenonis frater Auguſti poſt decennalem cuſtodiam, quam eidem Illus apud Iſauriam inflixerat, ad germanum Conſtantinopolim venit.* Conatus eſt hunc Zeno Imperator creare Cæſarem, ut relinqueret Imperii ſucceſſorem: ſed quod eſſet perditiſſimis imbutus moribus, numquam id eſt conſecutus reſiſtente inter alios Pelagio Patricio laudatiſſimo viro, qui & quomodo ea de cauſa a Zenone ſit juſſus interfici, paulo poſt dicturi ſumus. Quam vero iſte Longinus germanus Imperatoris, æque ac ipſe Zeno, rapaciſſimus & impuriſſimus eſſet, Suidas prodit his verbis: (b) *Longinus & Conon fratres Zenonis Imperatoris injuſte potentia utentes, in urbibus omnibus alienas poſſeſſiones ſibi vendicabant, & mercede graviſſimorum delictorum reos defendebant. Longinus autem omni quoque incontinentia refer-*

(b) *Suid. in hiſt.*

PAGIUS *& ad colloquium frequentius invitabat, perſpicienti ſe. oculo, Potius prævidens unumquemque ipſorum proprio tempore Sancti Jacobi Apoſtoli Sedi ſucceſſurum eſſe.*

XXVII. *Martyrius Lauram S. Euthymii dedicat.* Idem Cyrillus in Vita ſancti Euthymii pag. 93. narrato quodam miraculo opera ſancti Euthymii patrato, ſcribit, Martyrium dedicaſſe Lauram ejuſdem Sancti; *Hoc miraculo cognito Archiepiſcopus Martyrius multa cum magnificentia in dedicationem Monaſterii advenit, celebrataque eſt Vigilia cum inſigni luminum apparatu, & ſynaxim agentes ſub altare depoſuerunt Reliquias ſanctorum & egregiorum victorum Martyrum Tarachi, Probi & Andronici ſeptima die menſis Maii. Erat vero jam annus duodecimus ab Euthymii obitu.* Mortuus eſt Euthymius menſe Januario anni CCCCLXXIII. ideoque ea dedicatio anno ſuperiori Decennalibus Zenonis Imp. memorabili peracta; & quidem feria ſecunda, quæ eo anno cum die VII. Maii concurrebat. Sed dies ille ſolemnis erat ob Translationem Reliquiarum Sancti *Euthymii*, de qua ſuo loco locuti ſumus. Nicephorus in Chronico annos octo Martyrio tribuit, & *Saluſtium* ei ſucceſſiſſe ſcribit. Addit: *A quo ſeparatus eſt Epiſcopus Romanus propter Edictum Concordiæ a Zenone editum.* Laudatur tamen in Vita Sancti Sabæ a Cyrillo Monacho, cujus verba Baronius recitat.

XXVIII. *Longinus e carcere exit.* Ad num. XXVI. Marcellinus in Chronico ſub Symmachi Conſulatu ſcribit: *Longinus Zenonis frater Auguſti poſt Decennalem cuſtodiam, quam*

refertus, erat ſemper ebriorum hominum utens conſuetudine, & multos lenones ſecum habens: qui cum ſe illi principum virorum uxores adducturos pollicerentur, ſcorta magnifice exornata in curribus inſignibus adducendo, fucum illi faciebant, quaſi illas ipſas adduxiſſent. Idem etiam monialium cœtum diremit hoc modo: Cum crebro Pergis verſaretur, nunciatum illi eſt a lenonibus, admodum formoſas eſſe illas mulieres. Itaque illis miſit legamina & ſiccos panes & veſtes & alia quædam, quaſi curaret eas ſcilicet e ſolicitudine, vel converſione timorum: Facile enim cauſas ſpecioſas ad illaqueandas mulierculas, feminarum aucupatores comminiſcuntur. Et monaſterium ingreſſus, multas earum vi potius, quam perſuaſione deduxit. Nam adeo laſcivus fuit, ut & in ingenuas & magiſtratuum uxores & virgines importune faceret impetum, omniaque ageret impudenter. In progreſſu autem globos argenteos & armillas projiciebat: multaque alia mala perpetravit Longinus iſte.* Hæc Suidas de ſpurciſſimo homine ad delinquendum Imperatoria male uſo potentia: ut plane ad maiorum cumulum acceſſerit turpitudo ſoluta licentia exundans, veluti alluvione lutum ubique relinquens.

XXVII. Quales Zenonis magiſtratus.

Quid præterea idem Suidas de ipſius Zenonis magiſtratuum avaritia dicat, accipe: *Bonam* (inquit) *gubernationem Romani ſenſiſſent, niſi Sebaſtianus tum in aula potentiſſimus illum quovis ſuo arbitratu impuliſſet, velut in foro cauponantem omnia, nec ſine pretio quicquam in Regia ſinens confici. Nam & magiſtratus vendebat omnes, pretio tum ſibi reſervato, tum Imperatori communicato. Quod ſi quis acceſſiſſet qui paululum quicquam adjiceret, is præferebatur. In toto denique Palatio nihil erat rerum omnium, quod venale non eſſet. Quod ſi Zeno magiſtratum aliquem ſuis familiaribus contuliſſet, ipſe mancipis inſtar eam ab illis redemptum, pluris vendebat aliis, Zenoni ſortes præbens.* Hæc de magiſtratibus. Extant ad hunc ipſum Sebaſtianum Prætorii Præfectura fungentem ejuſdem Zenonis Imperatoris complura reſcripta (*a*). De male vero educatione Zenonis filii, quem optabat Imperii relinquere ſucceſſorem, idem Suidas (*b*) mox iſta addit:

(*a*) *ll.* 37. 38. *C. de Epiſc. & cleric.*
(*b*) *Suid. in hiſt.*

XXVIII.

Zeno Romanorum Imperator filium ſuum admodum adoleſcentem Imperii ſucceſſorem relinquere cupiens, & dignitatibus ornabat, & corpus exercere jubebat ad ſtaturæ incrementum. At Imperatoris proceres poteſtatem nacti Fiſci affatim exhauriendi, curabant ut adoleſcens Sybaritico luxu corrumperetur, & lenocinio ſuo ad inſanos amores æqualium incitabant. Itaque vita ratione ad voluptatem & ſuperbiam comparata, ab omni honeſtate remotus, & jam tum arrogantiam ob expectationem Imperii e vultu elucentem præſeferens ſublimis incedere, & erigere cervices cœpit, ac (ut paucis dicam) erga omnes non alium ſe præbere, quam adverſus ſervos. Verum inſpector omnium rerum, & nativa & edocta ejus improbitate perſpecta ita illum mulctavit, ut alvi profluvio multos dies ſine ſenſu lectum inquinans, immatura ætate rebus humanis eximeretur. Hactenus Suidas.

Filius Zenonis male moratus interiit.

XXIX. Pravis moribus facile ſe jungunt hæreſes.

Vides igitur, præter hæreſum creſcentes omni ex parte torrentes, pravorum quoque morum exuberaſſe profluvium, ex ipſa aula regia erumpentibus iniquitatum omnium fontibus: ut non mireris ejuſmodi homines hæreticis faviſſe, Catholicamque fidem lacerari adeo permiſiſſe, ipſiſque Romanis Pontificibus refractarios obſtitiſſe, qui ab ipſo bonorum omnium auctore Deo vitæ turpitudine ſeparati, ab eodem fuerint divinæ præſidio gratiæ derelicti. Haud enim reperire facile erit aliquem ſe ab Eccleſia Catholica ſeparaſſe, quem, delictis præcedentibus, non projecerit Deus, inſtar Saul (*c*), a facie ſua.

(*c*) 1. *Reg.* 16.

XXX.

Sed ad deploratiſſimum rerum ſtatum illud acceſſit, quod cujus muneris erat Imperatorem admonere, ut tam ſua quam aliorum peccata corrigeret, idem ipſe ſervus gloriæ, & non Apoſtolicus paſtor Acacius, non id tantum facere prætermiſit, oblitus Apoſtoli admonentis (*d*): *Argue, increpa, obſecra*; ſed etiam (proh nefas!) turpi adulatione connivit. Quid enim corrigeret pravos mores Imperatoris Acacius, qui in graviora delicta, nempe in hæreticorum communionem, ipſum veluti vinctum ſecum in impietatis profundum abduxerat? Teſtatus id quidem eſt ipſe Zeno litteris ad Felicem Pontificem ſcriptis, ut tradit Gelaſius Papa ſcribens ad Dardanos, ubi ait (*e*): *Ipſe Zeno Imperator ſuis litteris profitetur, cuncta ſe ex Acacii egiſſe conſilio.* Sicque plane accidit, ut dum cæcus cæco ducatum præſtaret, in altiſſimam ambo foveam ceciderint præcipites cum ruina

(*d*) 2. *Timoth.* 4.
(*e*) *Gelaſ. epiſt.* 13.

PAGIUS

quam eidem Illus apud Iſauriam inflixerat, ad germanum ſuum Conſtantinopolim advenit. Ita quidem legitur tam in editione Onuphrii, quam in editione Sirmondi: verum loco, *Decennalem* legendum, *annalem*. Illus enim, teſte ipſomet Marcellino, anno tantum ſuperiori adverſus Zenonem rebellavit.

XXIX. *Filius Zenonis Imp. moritur.*

Ad num. XXVIII. Suidas in Hiſtoria ſua ſcribit, *Zenonem* habuiſſe filium immatura ætate demortuum. Sed Theophanes ad ann. Leonis Imp. XV. dicit eum fuiſſe ſpurium, cujus filiam *Ermenericus* Ardaburii Patricii filius uxorem duxit. Hæc Theophanis de Erme-

na multorum. Unus tantum inventus eſt Pelagius Patricius omni laude digniſſimus, qui Zenonem redargueret, cujus rei cauſa ab eodem Zenone eſt juſſus occidi, ut ſuo loco dicemus.

Se-

PAGIUS menerico loquentis verba, *καὶ νόθῃ Ζήνωνος παιδὶ γαμβρὸς καθίσταται* ita interpretatur Petavius, ut *Ermenericus ſpuria Zenonis filia conjugio copulatus fuerit*. At cum conſtet, *Zenonem* habuiſſe filium, & nullus ei filiam fuiſſe tradat, recte Theophanis verba Latine reddidit Goarus; *Et a ſpurio Zenonis filio gener aſſumitur*.

JESU CHRISTI ANNUS 486.	FELICIS PAP. ANNUS 4.	ZENONIS IMP. 13. ODOACR. REG. 11.

I. De Joanne Antiocheno Presbytero. SEquens annus Domini quadringenteſimus octogeſimusſextus Conſulatu Longini atque Decii innoteſcit, quo hæc a Marcellino de Joanne Antiocheno narrantur in Chronico: *Joannes Antiochenæ parœciæ ex Grammatico presbyter ſcripſit adverſus eos, qui in una tantum ſubſtantia adorandum eſſe Chriſtum aſſerunt, nec acquieſcunt duas in Chriſto confitendas eſſe naturas.* Hæc cum dicat ipſe, affirmare quidem viſus eſt hunc fuiſſe Catholicum, & adverſus invaſorem Antiochenæ Eccleſiæ Petrum Fullonem vexillum veræ fidei confeſſionis erexiſſe. Verum Neſtorianiſmi ſuſpectus eſt redditus, dum & redarguere aggreſſus eſt ſcripta Cyrilli contra Neſtorium; de quo iſta Gennadius habet (a): *Simul & impugnat aliquas Cyrilli Alexandrini Epiſcopi ſententias, dicens incaute ab illo adverſus Neſtorium prolatas, quæ fomentum & robur addunt Timotheanis; quod valde inaniter dicit. Vivere adhuc dicitur, & extempore declamare.* Hæc Gennadius. At licet hic Joannes ex Grammatico dicatur presbyter, diverſus plane eſſe videtur a Joanne Grammatico dicto, qui & Philoponus cognominatus eſt; nam ille non Antiochiæ, ſed Alexandriæ & poſt hæc tempora claruit.

(a) Genn. de Script. Eccl. c. 93.

II. Cæterum quod ad dogmata pertinet: ſane quidem ſicut Alexandriæ & Antiochiæ per ipſarum Eccleſiarum Epiſcopos Eutychiana hæreſis magnopere invaleſcebat, ita etiam in Syria Superiori Neſtorianæ blaſphemiæ altiores in dies radices figentes extendebant uſque in Perſidem propagines ſuas. Edeſſæ enim palam aderant profeſſores Neſtoriani, qui doctrinam Theodori Mopſueſteni publice in ſcholis docebant, ut Theodorus Lector fidem facit his verbis (b): *In Civitate Edeſſæ locus quidam doctrinæ erat Perſicæ (ut ajunt) ſcholæ; unde Perſæ Neſtorianam opinionem contraxiſſe putantur, quod nonnulli Neſtorio adhærentes, & loco Theodori præſidentes, dogmata ſua, quibus delectabantur, Perſis tradiderunt.* Hæc Theodorus. Niſibi etiam hoc ſæculo fuiſſe celebres ſacrarum litterarum ſcholas, ex Caſſiodori (c) teſtificatione cognoſcimus. Id pepererunt bella civilia, ut præcipuis Eccleſiis occupatis a defenſoribus Eutychiani erroris, adverſuſque Catholicos concertantibus, Neſtoriani, nemine illis faceſſente negotium, in Syria Superiori & Perſide magnopere fuerint propagati: ex quibus poſtea illud infernale monſtrum (ut ſuo loco dicetur) ſecta Mahometanorum erupit. Neſtoriana hæreſis propagatur.

(b) Theod. Lect. l. 2. Collectan.

(c) Caſſiod. inſtit. div. lect. in præfat. exord.

III. Petri Fullonis obitus. Hoc eodem tempore perditiſſimus ille, Orientalis Eccleſiæ peſtis, fidei Orthodoxæ demolitor, potentiſſimus diaboli miniſter Petrus Fullo, invaſor Eccleſiæ Antio-

PAGIUS SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DXXIV. A. C. 486.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5979.

☉ 19. E. ☽ 12. P. 6. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 486.

FELICIS III. PAPÆ 4.

ZENONIS IMP. 13.

ODOACRIS REG. 11.

I. Quindecennalia Zenonis. [1] COSS. *Longinus & Decius*, ille Orientalis; erat enim Imperatoris frater, ut anno ſuperiori vidimus; *Decius* in Occidente creatus, ubi familia Deciana in magno ſplendore erat. Hujus Decii reſpectu Decius anno DXXIX. Conſul ordinarius *Junior* appellatur, ut ibidem dicemus. In hunc annum incidunt *Quindecennalia* Imperii vivente Leone Jun. a Zenone ſuſcepti, quorum indicium Conſulatus ab ejus fratre geſtus.

II. Moritur Fullo Epiſ. Antiochenus. Ad num. III. *Petro Fulloni* Eccleſiæ Antiochenæ invaſori, tam in Nicephori Chronico, quam in Tabulis Theophanis, anni tres poſt *Calendionis* depoſitionem aſſignantur; ideoque interitus ejus contigit anno CCCCLXXXVIII. quo & eum recitat Victor Tununenſis in Chronico. Valde porro hallucinatus eſt Theophanes, qui Fullonem poſt Petri Mongi mortem ſuperſtitem fuiſſe ſcripſit. Gelaſius enim Papa in Epiſtola ad Orientales illum ante Mongum demortuum indicat, cum ſcribit: *Sed donec advixit Antiochenus Petrus, qui utrique poſt Acacia-*

NOTÆ [1] C*Oſſ. Longinus, & Decius.*
Victor: *Longino V. C. coſ.* Marcellinus: *Longino ſolo coſ.* Fleetwod pag. 458.

FILIA. EIVS. PRAETEXTATA
C. P. DP. XV. KAL. AVG.
DECIO. V. C. COS.

Inſcriptiones baſilicæ S. Pauli ann. 598. *Depoſ*ITA. V. KAL. NOBEBRES. CONS. DECI.
Epitome temporum & Indiculus Paſchæ, anno a Paſſione Domini CCCCLX. *Decio V. C. conſ.* GEORGIUS

Digitized by Google

tiochenæ, ex hac vita ad tremendum juſtitiæ divinæ tribunal, ſera licet morte vocatur. At nec licuit tunc, adultero e medio ſublato, Eccleſiæ Antiochenæ Catholici alicujus Antiſtitis conſortio frui. Etenim prævalente hæreticorum factione favore Zenonis Imperatoris, ex ipſorum ſententia delectus eſt ejuſdem hæreticæ pravitatis Antiſtes Palladius, qui communicationem retinuit eum nefando Epiſcopo Alexandrino, dum vixit, de quo ſuo loco inferius dicturi ſumus. Sic nobiliſſimæ Antiochenæ Eccleſiæ miſerandus plane erat ubique ſtatus & luctuoſa conditio, prementibus eam nefandis hæreticis: ita ut videretur eſſe facta omnium Orientalium hæreticorum illuc undique confluentium infelix errorum emporium. Porro hoc anno ſedere cœpiſſe Petri ſucceſſorem Palladium, anni ſedis ejus inferius numerandi docebunt.

Qua-

PAGIUS *cianum cum Petro Alexandrino fœdus initum, defunctus oſtenditur, numquam Antiocheno Petro, Alexandrinus Petrum communicare deſiit.* Cæterum Petrus Fullo favore Zenonis Aug. Epiſcopatum Antiochenum uſque ad mortem retinuit, & *Palladium* hæreticum ſucceſſorem habuit.

III. *Aquarum benedictio in Vigilia Epiphaniæ,* Theodorus Lector lib. 2. prodit, Petrum Fullonem inſtituiſſe, *ut Sacrum Chriſma in Eccleſia coram omni populo conſecraretur, atque invocatio ſuper aquas die Feſto Theophaniorum fieret, ſub veſperam, Item, ut in omni precatione nomen Deiparæ proferretur. Denique ut in ſingulis Collectis Symbolum recitaretur.* Fiebat hæc ſancti Unguenti ſeu Chriſmatis conſecratio feria quinta Magnæ hebdomadis, qua de re legendum Euchologium Græcorum pag. 618. & quæ ibi notavit Goarus, qui & pag. 467. Fullonem id ſolum inſtituiſſe cenſet, ut aquarum benedictio in pervigilio Theophaniorum fieret ad veſperam, cum antea media nocte fieri conſueviſſet, ut ex Sancto Chryſoſtomo oſtendit.

IV. *Symbolum in Miſſis recitari ſolitum.* Quoad *Symbolum*, cum in Græco Theodori legatur: ἐν πάσῃ συνάξει, ideſt, *in quavis Synaxi*, & Synaxeos nomine Sacri conventus intelligantur, in quibus Sacra myſteria peragebantur, Valeſius in Notis ad Thodorum recte exiſtimat, eum intelligendum de Miſſis ſolemnibus, in quibus etiamnum *Symbolum* fidei recitatur. Quod vero idem Theodorus paulo antea ſcripſit, *Timotheum* ſc. Conſtantinopolitanum Epiſcopum primum inſtituiſſe, ut *Symbolum* Nicænum in ſingulis Collectis recitaretur, arbitratur Valeſius *Timotheum* id primum inſtituiſſe Conſtantinopoli, quod, *Petrus Fullo* longe antea Antiochiæ inſtituerat. Sane ritus iſti, qui a Fullone primum inducti dicuntur, non illico ab omnibus Eccleſiis uſurpati ſunt, ſed progreſſu temporis paulatim inoleverunt.

Obitus *Martyrii* Epiſc. Hieroſolymitani, de quo anno ſuperiori num. XXVI.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 487. | FELICIS PAP. ANNUS 5. | ZENONIS IMP. 14. ODOACR. REG. 12.

I. QUadringenteſimus octogeſimusſeptimus Chriſti annus Boetii Conſulatu notatur: hic ille putatur Boetius, qui Anicius familia, Manlius Severinus cognominatus eſt, vir clariſſimus, de quo ſuis locis inferius dicturi ſumus.

Concilium Romanum de lapſis reſtituendis. Sub hoc Conſulatu celebrata eſt Romæ Synodus, cujus Acta his verbis deſcripta leguntur: *Flavio Boetio V. C. Conſule, ſub die III. Iduum Martiarum, in Baſilica Conſtantiniana, reſidente venerabili viro Papa Felice una cum Candido Tiburtino Paſchaſino Centumcellenſi, Conſtantio Aquinate, &c.* Poſtque enumeratos duodequadraginta Epiſcopos, preſbyteroſque Romanæ Eccleſiæ, iſta ſubnectuntur: *Felix Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ urbis Romanæ & præſidens Synodo dixit: Communis dolor, & generalis eſt gemitus, quod intra Africam rebaptizatos etiam Epiſcopos, presbyteros, diaconoſque cognovimus: quæ res ſine dubio ad veſtræ quoque pervenit notitiam ſanctitatis. De quo quid obſervari debeat, ordinare nos convenit, Proinde ut manifeſta ſit ſuper hoc noſtra ſententia, quæ nobis ſunt viſa recitentur.* Hæc jure quidem præfatus eſt Felix ob funeſta ante biennium recenſita ex Victore & aliis: quibus manifeſta reddita ſunt, quæ egerint Vvandali, cum blanditiis, minis, ac vi adhibita, nolentes etiam ac reluctantes rebaptizarent.

II. Porro hujus hoc anno celebrandæ Synodi unde manarit occaſio, eſt dicendum.

Ann. Eccl. Tom. VIII.

Cum novi Vvandalorum Regis indulgentia (ut vidimus) eſſent relaxata Epiſcoporum & aliorum Orthodoxorum exilia; qui lapſi fuerant, reſipiſcentes, medicinam quæſivere vulneribus: horum autem ingentem fuiſſe numerum, quæ ex Victore ſuperius dicta ſunt, manifeſtant. Sed cum hujuſmodi a confeſſoribus poſtliminio redditis vitarentur; ne iidem ita relinquerentur foris abſque medela, conſultum fuit petere pharmachiam, ipſam videlicet adire Romanam Eccleſiam, ex qua congruum & præſentaneum præpararetur antidotum ægrotantibus. *Lapſi confugiunt Romam.*

III. Sic itaque collecta ab ipſo Felice Romano Pontifice Synodo, quod ejus muneris potiſſimum eſſet, lapſos conſacerdotes erigere, cum a Domino dictum ſit ad Petrum (*a*): *Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos*: pro qualitate vulnerum pharmaca opportuna compoſuit pluribus diſtincta capitibus: quæ ipſa recenſentur in antiqua Creſconiana collectione. Sic quidem omnia attemperata, ut cum olei lenitate ſit conjuncta acrimonia vini, ſeveritaſque putredinem abſtergeret ulceris, quod clementia deliniret. Idque more majorum, quo ſcilicet lapſis ſuccurrere Romana ſemper conſuevit Eccleſia, prout quæ olim inter Romanum clerum, Corneliumque Romanum Pontificem, & Cyprianum Carthaginenſem Epiſcopum interceſſere declarant. Sic igitur iſta decernens, ita præfatus eſt Felix, ſcribens ad eos generalem epiſtolam (*b*):

(*a*) Luc. 22.

(*b*) *Felic. ep. 6. t. 2. epiſt. Rom. Pont.*

Qqq Di-

PAGIUS

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DXXV. A. C. 487.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5980.

☉ 20. D. ☽ 13. P. 29. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 487.

FELICIS III. PAPÆ 5.

ZENONIS IMP. 14.

ODOACRIS REG. 12.

I. *Conſulatus.* [a] FL. *Boetius* abſque collega Conſulatum geſſit, ut omnes Faſti teſtantur, idque in Occidente. Baronius & Onuphrius eum *Boetium Anicium Manlium Severinum* vocant, quia *Boetius* Philoſophus anno DX. Conſul, ita appellabatur. Verum hujus conjecturæ fundamentum prorſus falſum. Deſumitur enim ex Epiſtola Felicis Papæ ad Sanctum Cæſarium Arelatenſem Epiſcopum, a Baronio anno ſequenti num. VII. recitata, quæ dicitur data *poſt Conſulatum M. Sev. Boetii V. C.* Et tamen ea Epiſtola a Felice IV. non vero a Felice III. ſcripta, idque *poſt Conſulatum Mavortii*, ut anno ſequenti videbimus. Boetius in Synodo Romana *de Lapſis reſtituendis* habita, dicitur *Flavius Boetius*, ut videre eſt apud Baronium num. I.

Ad

NOTÆ [a] COſſ. *Fl. Boetius* ſine collega Fleetwod pag. 410.

DEPOSITVS. IN. PACE. VII. ID. OCTOB. BOETIO. V.C. CONS.

Victor: *Poſt conſulatum Longini V. C.* Marcellinus: *Boetio ſolo coſ.* Epitome temporum & Indiculus Paſchæ: *Boetio V. C. conſ.* GEORGIUS

Dilectiſſimis in Chriſto Jeſu fratribus, univerſis Epiſcopis per diverſas provincias conſtitutis,

IV. *Qualiter in Africanis regionibus aſtutia diaboli ſævierit in populum Chriſtianum, atque in id multiplici deceptione proruperit, ut non modo vulgus incautum, ſed ipſos quoque in mortis profundo demerſit ſacerdotes; nullus non Orbis ingemuit, nulla terra neſcivit. Unde in grandi mærore poſiti diſſimulare non poſſumus pereuntium atque a nobis exigendarum diſcrimen animarum. Quapropter competens adhibenda eſt talibus medicina vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortiferæ captis peſte nihil poſſit, ſed ſegnius tracta pernicies reata non legitimæ curationis involvat pariter ſaucios & medentes. In primis itaque venientis ad nos, & remedia poſtulantis, ſollicite diſtinguenda eſt profeſſio & perſona decepti, ut medela poſſit congruens adhiberi, &c.*

V. Decreta de pœnitentibus. Statuit enim, ut Epiſcopi, presbyteri, atque diaconi miſere lapſi, etiam ſi coacti pœnis ad id fuiſſent impulſi, ad obitum uſque ab omni Fidelium excluſi cœtu, atque etiam a catechumenis ſegregati orantes, ad finem vitæ laica tantummodo communicatione impartirentur: Reliqui autem inferioris ordinis clerici, vel monachi, aut laici, ſi ſponte in facinus prolapſi eſſent, iidem triennio inter Audientes perſeverare deberent, ſeptem autem annis inter pœnitentes ſub manibus ſacerdotum collocarentur, peregrinæ tantum communicationis participes facti, dum cum ſæcularibus permitterentur orare, nondum vero eiſdem communicationis viatico imperrito, niſi interea aliquem ex eis mori contingeret. Pueros inſuper atque puellas, ſive clericos, ſive laicos, quos ætas excuſat, non tamen ſine pœnitentia ad Eccleſiam admittendos, ſed inter pœnitentes ſub manus impoſitione teneri debere, ut tandem communicationis participes eſſe poſſent. Additum inſuper his, ut cjuſmodi lapſis nullus umquam aditus pateret deberet ad clericatum, inter laicos Catholicos tantummodo ad exitum uſque vitæ connumerandis, nec inter eos ab aliquo recipiendis, niſi litteris reconciliationis ab Epiſcopis ſcriptis oſtenſis.

His igitur ab ipſo Felice Romano Pontifice conſtitutis, ad calcem epiſtolæ Apoſtolica auctoritate conſcriptæ, Apoſtolica itidem eamdem noluit caruiſſe modeſtia, cum iſta ſubjunxit: *His itaque rite diſpoſitis, & ad Eccleſiarum veſtrarum notitiam noſtra deliberatione perlatis, parere vos convenit. Quibus licet ad animarum reparationem nihil deeſſe videatur: tamen ſi cui novi aliquid, quod præterire nos potuit, fuerit revelatum; ſecundum beatum Apoſtolum Paulum, tacente priore, fideliter inſinuet: quia Spiritus ſanctus ubi vult ſpirat, maxime cum ſua cauſa tractatur; nec nos pigebit audire, ſi qua ſunt omiſſa, non arroganter abnuere, ſed rationabiliter ordinare.* VI. Romanæ Eccleſiæ auctoritas juncta modeſtiæ. His Felix verbis clauſit epiſtolam: quæ quidem cum non ſub anni hujus Conſulatu, ſed ſequentis Idibus Martii data legatur, quæ hoc anno, dicta ſuperius die, in Synodo lecta eſt; accidiſſe potuit, ut tunc minime mitti valuerit, ſed cum diu Romæ retenta eſſet, exſcripta iterum, dies appoſita illa fuerit, qua in Africam mitteretur.

VII. Theodoricus infeſtus Zenoni. Eodem anno Conſtantinopolitana civitas defectione Theodorici Gothorum Regis in diſcrimen adducitur: de quo iſta ſub anni hujus Conſulatu habet Marcellinus in Chronico: *Theodericus Rex Gothorum Zenonis Auguſti beneficiis ſatiatus, cum magna ſuorum manu uſque ad regiam civitatem & Meletiadem oppidum infeſtus acceſſit; plurimiſque locis igne crematis, ad Novenſem Myſiæ civitatem, unde advenerat, remeavit.* Hæc ipſe, quæ quidem incomperta fuiſſe videntur iis qui dixerunt Theodericum veneratum ſemper eſſe Zenonem ut patrem, & conceſſiſſe eidem Italiam ab Erulis vindicandam: nam tentaſſe conſtat primum infidelem & in-

PAGIUS II. *Theodericus inſurgit adverſus Zenonem.* Ad num. VII. & ſeq. Marcellinus in Chronico ſub hujus anni Coſſ. ait: *Theodoricus Gothorum Rex Zenonis Aug. numquam beneficiis ſatiatus, magna ſuorum manu uſque ad Regiam Civitatem, & Melentiadam Oppidum infeſtus acceſſit, plurimiſque locis igne crematis ad Novenſem Mœſiæ civitatem, unde advenerat, remeavit.* Erat Melentias *Thraciæ pagus CII. ſtadiis Byzantio diſtans*, inquit Suidas in Hiſtoria. Nova vero Oppidum Mœſiæ inferioris ad Danubium ſita, ut videre eſt apud Ptolomæum in Tabula nona Europæ. Ibi morabatur Theodoricus, ut etiam teſtatur Anonymus Valeſianus, qui ait, Zenonem cum *Baſiliſcus* Imperium invaſiſſet, miſiſſe ad civitatem Novam, in qua erat Theodericus Dux Gothorum. Tum de rebus anno ſequenti geſtis loquens, ſcribit: *Mittens Theodericum ad Italiam, palliatus eſt (nempe Zeno) ut ſi victus fuiſſet Odoachar, pro merito laborum ſuorum loco ejus dum adveniret, tantum prævegnaret. Ergo ſuperveniente Theoderico Patricio de civitate Nova cum gente Gothica miſſus ab Imperatore Zenone de partibus Orientis ad defendendam ſibi Italiam.* Hanc Theodorici adverſus Zenonem ingratitudinem tacet Jordanes, qui ſicuti & Caſſiodorus, gloriæ Theodorici nimium ſtudioſus erat. Poſt illam invaſionem Zeno, ut refert Anonymus Valeſianus, Theodoricum in Italiam miſit, ſed anno ſequenti ut ibi dicetur.

III. *Regnum Rugorum in Germania extinctum.* Anonymus a Cuſpiniano editus ſub Boetii Conſulatu habet: *Pugna facta eſt inter Odoacrem Regem, & Febanum Regem Rugorum, & vicit Odoacer, & adduxit captivum Febanum Regem ſub XVII. Kal. Decembris* Idem habet Caſſiodorus in Chronico; ſed quem *Feban* aut *Febanum* appellat, Eugipius in vita Sancti Severini Noricorum Apoſtoli recitata a Bollando ad diem VIII. Januarii, num. XII. *Flacciteum* vo-

Digitized by Google

& ingratum barbarum Orientale ſibi Imperium (ſi licuiſſet) arripere; ſed ſpe tantæ fruſtratum, anno ſequenti (ut ſuo loco dicetur) invaſiſſe Italiam poſſeſſam ab Erulis, quos hoc anno Rugos populos infeſtos Italiæ debellaſſe, Caſſiodorus affirmat in Chronico. Sic plane vides, barbaros beneficiis Romanorum ſæpe demeritos, ſemper proditores effectos. Sed quæ fides ſincera inveniri in hominibus poſſet, qui infideles Deo hæretica eſſent imbuti perfidia? Ex his omnibus per Marcellinum ſinceriſſime patefactis, totam illam Jordani orationem Theodorici ad Zenonem de invadenda Italia, & Zenoni ipſi tradenda, ut effictum commentum ad contegendam barbari Regis ingratitudinem, explodendam eſſe facile ſentias, ſimulque corrigendos alios ipſum ſecutos. Sive igitur illam accepit Jordanus (ut de aliis profitetur) a Caſſiodoro erga Regem illum propenſiſſimo, ſive in gratiam gentis ſuæ ipſe confinxit; ſatis ſit oſtendiſſe eſſe commentum. Sed quæ ſint iſta, ab eodem auctore accipe:

VIII. Quæ tranſacta finguntur inter Theodoricum & Zenonem.

Inter hæc erga Theodericus Zenonis Imperio fœdere ſociatus, dum ipſe in urbe bonis omnibus frueretur, gentemque ſuam in Illyrico (ut diximus) reſidentem non omnino idoneam aut refertam audiret, elegit potius ſolito more gentis ſuæ labore quærere victum, quam ipſe otioſa frui regni Romani bonis, & gentem ſuam mediocriter victare: ſecumque deliberans, ad Principem ait: Quamvis nihil deeſt nobis Imperio veſtro famulantibus: tantum * *(ſi dignum ducit pietas veſtra) deſiderium mei cordis libenter exaudiat. Cumque ei (ut ſolebat) familiariter facultas fuiſſet loquendi conceſſa: Heſperia (inquit) plaga, quæ dudum deceſſorum prædeceſſorumque veſtrorum regimine gubernata eſt, & urbs illa caput Orbis & domina quare nunc ſub Regis Turcilingorum & Rugorum* * *tyrannide fluctuat? Dirige cum gente mea (ſi præcipis) ut hic expenſarum pondere careas; & ibi, ſi adjutus a Domino vicero, fama veſtræ pietatis irradiet. Expedit namque ut ego, qui ſum ſervus veſter & filius, ſi vicero, vobis donantibus regnum illud poſſideam; haud ille, quem non noſtis, tyranni jugo Senatum veſtrum, partemque Reipublicæ captivitatis ſervitio premat. Ego vero ſi vicero, veſtra dona, veſtroque munere poſſidebo: ſi victus fuero, veſtra pietas nihil amittit, immo (ut diximus) lucratur expenſas. Qua audita, quamvis ægre ferret Imperator diſceſſum ejus, nolens tamen eum contriſtare, annuit quæ poſcebat, magniſque ditatum muneribus dimiſit a ſe, Senatum populumque ei commendans Romanum.* Hæc ipſe; ſed prorſus inania eſſe, quæ ſuperius dicta ſunt, manifeſtant. Acceſſit nova commotionis cauſa Theodorico in Odoacrem expeditionis parandæ, nempe invidia ex rebus proſpere geſtis adverſus Rugos, ab ipſo hoc anno devictos; cum Regis filius, captivo ducto patre, ad eumdem Theodericum confugit. At hæc quomodo ſe habuerint, enarremus.

* tamen.

* Erulorum.

Ann. Eccl. Tom. VIII.

IX. Factum id quidem hoc anno, Caſſiodorus paucis refert: *His Conſulibus* (inquit) *Odoacer Phœba Rege Rugorum victo captoque potitus eſt.* Hæc ipſe. Porro hæc ante quinquennium eſſe prædicta a ſancto Severino, Eugipius fidelis teſtis enarrat, noſque ſuo loco ſuperius diximus. At quæ idem auctor de his dicat, audiamus: poſt enim recenſita ſacrilegia a filio Regis admiſſa, quibus Dei iram accelleravit, ita mox ſubdit: *Quapropter Rex Odoacer Rugis intulit bellum. Quibus devictis & Frederico fugato, patrem ejus Feletheum eumdem & Phœbam dictam, captivum duxit, atque ad Italiam cum noxia conjuge ſupra memorata, videlicet Giſa, tranſmiſit.* Hæc Eugipius. Quæ autem his ſubdit de miſſo iterum

PAGIUS vocat, teſtaturque ſalutaribus ejus monitis inſtructum fuiſſe, ac *Feletheum* ſeu *Favam*, aut Favum filium ſucceſſorem nactum eſſe. Is, ut prodit Paulus Diaconus lib. 1. de Geſtis Langobard. cap. 19. ulteriorem Danubii ripam incolebat, quam a Norici finibus idem Danubius ſeparat; ac illum, ejuſque conjugem Severinus, *ut ab iniquitate quieſcerent, cæleſtibus monitis monuit. Quibus pia verba ſpernentibus, hoc quod eis poſtmodum contigit, longe antea futurum prædixit.* Addit Paulus, Odoacrem adunatis gentibus, quæ ejus ditioni parebant veniſſe in *Rugiland*, pugnaſſe cum Rugis, ipſoſque, & Feleteum eorum Regem extinxiſſe. Erat vero *Rugiland* Rugorum patria jam deſcripta. Eugipius citatus num. LIV. hæc de Odoacre addit: *Friderico fugato, patre quoque Fava capto, cum ad Italiam cum noxia conjuge ſupra memorata, videlicet, Giſa, tranſmigravit.* Poſt hæc cum Fridericus ad propria revertiſſet, Odoacer miſit Aonulphum fratrem ſuum, *ante quem denuo fugiens Fridericus ad Theodericum Regem, qui tunc apud Novam civitatem Provinciæ Mœſiæ morabatur, profectus eſt.* Cum eo poſtea in Italiam venit, & pro eo adverſus Odoacrem militavit. Verum Fridericus fregit deinde fidem, & hoſtibus ſociatus eſt; inter quos orta diſcordia ipſemet victus, ut teſtatur Ennodius in Panegyrico Theodorico dicto pag. 306. ubi Ennodius Theodoricum alloquens ait: *Fridericus, poſtquam tibi de adverſariis tuis peregit triumphum, de ſe præbuit.* Ita extinctum Rugorum in Germania Regnum, in quod Langobardi de ſuis regionibus egreſſi venere, & *aliquantis commorati ſunt annis*, ut prodit Paulus Diaconus citatus.

IV. Floret S. Eugendus Abbas.

Florebat hoc tempore in Regno Burgundico Sanctus *Eugendus* Abbas Monaſterii Jurenſis, ſeu Condateſcenſis poſtea Sancti *Claudii* appellati, quem Sanctus *Romanus* & Sanctus *Lupicinus* primi ejuſdem Cœnobii Abbates ſucceſſorem deſignaverant. Ille ſeptem vix annos na-

ab Odoacre germano ſuo adverſus Fridericum, qui fuga lapſus ſe contulerat ad Theodoricum Gothorum Regem in Mœſia agentem, atque iterum reverſus paternum ceperat regnum, dicemus anno ſequenti, quo contigere; itemque de tranſlatione ſacrarum reliquiarum S. Severini in Italiam, cujus prædictione & ſpreta admonitione ad Regem & conjugem facta, iſta omnia contigiſſe diximus: ut perſpicue apparuerit, quanto & vitæ & regni diſpendio Principes non audiant ſacerdotes ſalubria ingerentes, & quam graviori ſupplicio ſe reddant obnoxios, qui in eoſdem delinquunt. Etenim quod ad Rugorum Regis ſtatum, pertinet, tanto contempto monitore, ſero didicit, fruſtra juniti militum viribus, qui deſtituitur divino præſidio: violentiuſque inſurgere ſolere in auctores ſuos admiſſa peccata, quam adverſariorum exercitus, qui juſtitiæ obice ſæpe langueſcant, ſed in vindictam delinquentium invicti reddantur.

Qui

PAGIUS tus Romano a genitoribus oblatus eſt, ut legitur in Sancti Romani Vita cap. 4. ſcripta ab Anonymo Monacho Jurenſi diſcipulo trium horum Sanctorum, citatis teſtimoniis Seniorum, qui adbuc ſupererant, atque olim ſub Sanctis Romano & Lupicino vitam iſthic Monaſticam egerant. Eam S. Romani Vitam recitat Bollandus ad diem XXVIII. menſis Februarii. Succeſſit *Eugendus* Sancto Lupicino circa annum CDLXXX. &, ut ait idem Auctor in Vita Sancti Eugendi, relata a Bollando ad diem primum Januarii, & a Mabillonio Sæculo I. Benedictino, vixit *annos ſexaginta & ſex fere menſes*. Cumque annos vix ſeptem natus Romano a progenitoribus oblatus fuerit, ut teſtatur idem Anonymus in Vita S. Romani cap. 4. uſque ad annum circiter DXII. in vivis eſſe potuit. Queſnellus Tom. II. Oper. Sancti Leonis M. in Diſſert. V. cap. 2. pluribus contendit, Vitas SS. Romani, Lupicini, & Eugendi corruptas fuiſſe, & interpolatas ab aliquo poſterioris ætatis Auctore, ſed ejus conjecturas ſupra refellimus, eaſque Vitas genuinas eſſe ſupra monſtravimus. In Vita S. Eugendi habemus inſigne exemplum Sacramenti Extremæ Unctionis. Is enim morti proximus, *vocato ad ſe uno de Fratribus, cui cum libertate peculiari olim etiam perungendi infirmos opus injunxerat, ſecretiſſime quoque ſibi pectuſculum petiit (ut moris eſt) inungi*. In unctione enim infirmorum non eædem partes ſemper inunctæ ſunt, nec ſervata eadem temporis ratio, ut oſtendit Mabillonius in Præfat. ad citatum Tomum num. XCVIII.

JESU CHRISTI ANNUS 488.	FELICIS PAP. ANNUS 6.	ZENONIS IMP. 15. ODOACR. REG. 13.

I. Obitus Acacii Epiſc. Conſtantinop. QUi ſequitur annus quadringenteſimus octogeſimus octavus, duobus Conſulibus Dinamio atque Siphidio adnotatur: quo & finem vivendi fecit Acacius Conſtantinopolitanus Epiſcopus in anathemate perſeverans, cum ſediſſet annis (ut Nicephorus habet in Chronico) decem & ſeptem, atque menſibus novem: cujus nomen licet a ſucceſſoribus cum

Arrogantia Acacii in imaginibus ejus declarata. Catholicis in Eccleſia recitaretur, contradicentibus Romanis Pontificibus, ex Diptychis tandem ignominioſe abolitum eſt, id fortiter agente Hormiſda Papa apud Juſtinum Imperatorem, ut ſuo loco dicetur. Tanti fuit hic faſtus & arrogantiæ, ut ſineret ſuas ipſius imagines adhuc viventis (quod de nullo ante eum Epiſcopo legitur) in Eccleſiis dedicari; qui enim ei aſſentabantur, ipſius effigies in Eccleſiis pingere vel affigere conſueverunt; de quibus iſta Suidas habet: *Cum omnes Eccleſias in ſua poteſtate haberet, ſolicitam curam impendit his qui præerant: quorum ſagaciores ejus imaginem in templis conſecrarunt. Cum igitur univerſe omnibus in Eccleſiis imagines oſtenderentur; opinati quidam ſunt, eum ex ambitione dedicationem illam imperaſſe. Confirmabat pictura templi juxta napale, e calculis muſivo opere elaborata, Cum enim totum opus ſub Gennadio fuiſſet perfectum, in inſigni templi loco eum effinxerunt, & inter hunc, Salvatorem Gennadio dicentem: Solvite* (a) *templum hoc, & Acacio: Poſt te hunc excitabo.* (a) Joan. 2. 16. Quod ſcilicet poſt Gennadium fuiſſet Acacius creatus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, *Ob tales igitur imagines Acacius, quamvis benignas & officioſas, opinionem inſanæ cupiditatis gloriæ eſt conſecutus*, Hæc Suidas de Acacio. Sed cum ejus nomen e ſacris tabulis, ita decernentibus Romanis Pontificibus, ſublatum eſt, utique, & ejuſmodi imagines ab eccleſiis oportuit fuiſſe deletas.

II. Flavitas malis artibus mercatus thronum. Acacio igitur in hunc modum ex hac vita ſubducto, in locum ejus Flavitas, quem & Flavianum alii appellant, malis artibus ſubrogatus eſt; de quo iſta Nicephorus: (b) *Poſt Acacium Flavitas Conſtantinopolitanum ſuſcepit Epiſcopatum, vir qui quidem presbyter eſſe viſus ſit, ſed uſque adeo ad audaciam & improbitatem ſummam pervenit, ut id quod dicturus ſum facinus, ſatis qualis fuerit, indicare poſſit. Zeno Imperator chartam puram in ſacro ponit altari, atque in charta alia per ſcriptum Deo ſupplicavit, ut per Angeli manum, quæ in hominum conſpectum non veniret, nomen ejus adſcriberet,* (b) Nicep. l. 16. c. 18.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5981.

SÆC. V. Annu Eræ Hiſp. DXXVI. A. C. 488. ☉ 21, GB. ☽ 14, P. 17. Apeil. Indict. 11.

JESU CHRISTI 488.

FELICIS III. PAPÆ 6.

ZENONIS IMP. 15.

ODOACRIS REG. 13.

I. Quindecennalia Zenonis. [1] COſſ. *Dinamius* & *Fiſidius*, in Occidente inquit Onuphrius, creati. *Quindecennalia* Zenonis poſt Leonis Jun. obitum imperantis in hunc annum incidunt.

II. Moritur Acacius Conſtantinop. Epiſc. A num. I. ad VII. *Acacii* Conſtantinopolitani Epiſcopi obitus contigit anno ſequenti, *Euſebio Conſule*, ut ſcribit Victor Tununenſis, cui ſuffragatur Nicephorus Patriarcha, qui annos ſeptemdecim & menſes novem Acacio aſſignat, ac Theophanes, qui eum defunctum tradit anno Incarn. ſecundum Alex. CDLXXXI. Kalend. Septemb. currentis Chriſti anni inchoato. Hæc Tununenſis verba: *Acacius Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſub damnatione moritur: & pro eo Flavianus Epiſcopus ordinatur, cui tertio promotionis ſuæ menſe mortuo Euphemius Synodi Chalcedonenſis decretorum cuſtos, in Epiſcopatu ſuccedit.* Sed quem *Flavianum* Tununenſis vocat, Nicephorus lib. 6. cap. 13. *Flavitam*, Theophanes vero *Phravitam* appellant. Et Nicephorus in Chronico, qui eum *Phraitam* nominat, tres menſes, & dies XVII. aſſignat. Denique Zona-

NOTÆ [1] * COſſ. *Dinamius* & *Fiſidius*.
Relandus Dynamio, *Claudii* prænomen, ſeu nomen dat; & *Siſidium* legit. De *Dynamio*, Fabrettianus lapis, pag. 528. ubi

CLAVDIVS. IVLIVS. ECCLESIVS.
DYNAMIVS, V. C. ET INL.

In epiſtola Felicis P. III. cod. monaſterii S. Crucis: *Dynamius & Siſidius*.
Victor: *Poſt conſulatum II. Longini*. Marcellinus: *Dynamio & Siſidio*.
Lapis apud Georgium Gualtherium in antiquis Siciliæ tabulis, ſed inemendatus; nuper vero accurate editus ab Antonio Maria Lupo in diſſertatione ad Epitaphium S. Severæ Martyris. DEPOSITA SVB DIE PRIDIE NON. FEBRVARIAS DYDIMI DIOSIFIDIO VV. CC. Epitome temporum & Indiculus Paſchæ: *Dinamio & Siſidio*. GEORGIUS

Digitized by Google

beret, quem cœleſti calculo Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Hierarcham præfectum vellet. Atque ob eam rem quadraginta dierum jejunium indixit; & Deum omnes orare, ut qui illi placitus eſſet oſtenderetur, juſſit. Hæc ubi Flavitas cognovit, auro multo templi cuſtodem, qui idem princeps Imperialium cubiculariorum erat, corrupit, ut in charta pura nomen ejus adnotaret, eamque rurſus Imperatoris ſigillo obſignaret. Hoc ubi factum eſt, & ubi conſtitutum jejunii tempus præteriit, ſigillo e charta ſublato, derepente Flavitas ingenti gloria, perinde atque a Deo deſignatus eſſet, affineas, correptus eſt, & magnifico ſaltu in Patriarchæ Thronum is conſcendit.

III. Detecta impoſtura Flavitæ. *Verum enim vero piaculum id omnipotens providentia non diu latere paſſa, illuſionem eam, ſcenicamque actionem quamprimum in apertum duxit. Infelix enim ille cum non totos quatuor menſes in ſede ea tranſegiſſet, morte repentina ex hominibus ſublatus eſt, cum ac dimidiam quidem partem muneris ejus, quo Epiſcopalem dignitatem redemerat, corradere potuerit. Argentarii hæredibus ejus inſiſtere, & pecuniam nuper admodum mutuo datam exigere. Atque illi qui ſolvendo non eſſent, Zenonem adiere, eique ut ab acerbis illis creditoribus liberaret, ſupplicarunt, & rem ipſam ſecreto ei ipſi, qui de illa inquirebat, indicarunt. Zeno autem, re audita, obſtupuit. Et poſtquam non Chriſtum, ſed Chryſum, hoc eſt, aurum potius Flavitæ nomen in libello illo, adſcripſiſſe cognovit, judicium re vera & juſtitiam juxta pſalmum (a) fecit. Atque eunuchum quidem, qui ſibi divinam exiſtimationem & gloriam arrogaſſet, tolli; pecuniam autem creditam ex ſubſtantia ejus diſſolvi argentariis juſſit. Ipſam vero Eccleſiam Epiſcopis permiſit, at illi ſuffragiis ſuis, quem idoneum eſſe procurationi ei judicarent, eligerent.* Hæc ipſe: ſed de ſucceſſore Flavitæ agendum anno ſequenti. Porro nec inter Catholicos fuit adnumerandus Flavitas, utpote hæreticorum communione pollutus: inſiſtens enim veſtigiis prædeceſſoris Acacii, ejus nomen inter ſacra recitari fecit, quem ſciebat a Catholica communione eſſe defunctum extorrem, ut Gelaſii Papæ litteræ (*b*) indicant, de quibus ſuo loco dicendum: quinetiam (ut teſtatur Evagrius *c*) idem eſt repertus hoſtis Concilii Chalcedonenſis.

(*a*) *Pſal.* 118.

(*b*) *Gelaſ. commonit. ad Fauſt.*

(*c*) *Evagr. l.3. c.23.*

IV. Flavitas hæreticus volt videri Catholicus. Sed cum talis eſſet, nihilominus affectavit dici Catholicus ob ineundam communicationem cum Romano Pontifice, expetens quaſi Catholicus a Felice Papa communionem, ex qua ſciret magna infamia Acacium excidiſſe. De eo autem iſta in primis Liberatus Diaconus habet (*d*): *In his turbis Eccleſia conſtituta, moritur Acacius, & ordinatur poſt eum Flavianus * presbyter, qui fuit a Sancta Thecla; qui non conſenſit ſine Romano Pontifice inthronizari, ſed tranſmiſit Synodicam Papæ Romano Felici. Qui modico vivens tempore, moritur, non accipiens epiſtolam ipſius.* Hæc Liberatus. Vides hæreticum hominem, & in ovile ovium ingreſſum aliunde quam per oſtium ut latronem, & furem: quo tamen ſuffurari æque poſſet Catholicum nomen, ſedere renuiſſe, donec acciperet a Romano Pontifice litteras communicatorias. Sed quid inſuper fraudulentus homo?

(*d*) *Liber. Diacon. in Brev. c.18.*

* Flavitas.

V. In gratiam Zenonis Imperatoris litteras etiam dedit ad ejus amicos hæreticos Epiſcopos, ut de eo Nicephorus ita teſtatur (*e*): *Cum Flavitas adhuc thronum obtineret, Synodales ad Petrum Alexandrinum epiſtolas dedit, & ejuſdem generis litteras ab eodem accepit, in quibus eadem de Chalcedonenſibus Actis, anathemati ea ſubiiciens, ſcripſit.* Et paulo poſt: *Appoſuiſſem* (inquit) *& Petri & Flavitæ litteras, niſi me prolixitas illarum exterruiſſet. Et Flavitas ad Felicem ſcribens, ſe illius communionis eſſe, Petri autem conjunctionem averſari ſignificaverat: idem ad Petrum litteras dans fecerat, communionem ſe illius recipere, Felicem autem reiicere inſinuans. Quas litteras ubi Felix Papa a piis quibuſdam ad ſe perlatas accepit, legatos Flavitæ cum contumelia Roma expulit.* Hæc de Flavita atque Felice Nicephorus: quibus plane uſitatus hæreticorum mos detegitur nihil ſincere agere, ſed miſcere omnia ſubdole, temporibus atque perſonis pro vitæ præſentis commodis inſervientes.

(*e*) *Niceph. l.16. c.19.*

VI. Suſpecta Hæreticorum pœnitentia. At quis negare potuiſſet, rem tantam non ſerio agere Proteum iſtum, cum tanti ſe facere communicationem Romani Pontificis prætulerit, ut abſque ejus conſenſu noluerit in throno ſedere, legationemque miſerit honorificam dignam procul dubio Romano Pontifice, & litteras de-

PAGIUS naras Acacio *annos XVII.* Flavitæ vero *menſes tres cum ſemiſſe* attribuit.

III. *Conſtantinopolitan. Patriarcharum imagines in Eccleſiis poſita.* Obſervat Valeſius ad lib.1. Theodori Lectoris, morem olim fuiſſe, ut Patriarcharum imagines in Eccleſiis collocarentur. Nec Patriarcharum ſolum id enim non tam mirandum eſſet, cum Patriarchæ non minus quam Imperatores ipſi colerentur; verum etiam Orphanotrophorum, & aliorum Clericorum imagines honoris cauſa in Eccleſiis apponebantur. Teſtatur id vetus Auctor apud Suidam in voce [illegible], ubi dicit, eos qui ab Acacio beneficiis affecti fuerant, vivente adhuc *Gennadio* ejus deceſſore, imagines ejus in cunctis Eccleſiis erexiſſe; præcipue vero in Eccleſia, quæ eſt juxta navale, Gennadium Patriarcham & *Acacium* depinxiſſe; atque inter hos medium Servatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, qui hæc Gennadio diceret: *Deſtrue hanc Eccleſiam, & Succeſſoris ejus temporibus illam reſtaurabo.* Baro-

dederit cum profeſſione Catholicæ fidei: tales namque oportuit illas fuiſſe, quibus ſe deteſtari communicationem Petri Alexandrini ſignificarat. Quis, inquam, talia ac tanta videns, recipiendum eſſe ad communicationem Flavitam negaret? Attamen prudenter diſtulit Felix, & quid tempus pareret, provide expectavit: probe ſciens, quod fictum eſt, haud diutius permanſurum. Sed opportune, Deo volente, factum eſt, ut Alexandria cum literis Flavitæ ad Petrum datis Romam nuncii adventarent, ea quibus totius fabulæ patefactum eſt argumentum. Unde accidit, ut in præſentes hæretici hominis legatos, quos utique ea auctore qui miſerat, tales & ipſos eſſe exiſtimavit, jure Pontifex commotus fuerit, ut in fraudulentos & impoſtores homines, qui circumvenire atque decipere ſedem Apoſtolicam adveniſſent. At de his modo ſatis.

Hoc item anno, qui notatur poſt Conſulatum Manlii Severini Boetii, Felix Papa ad S. Cæſarium Arelatenſem Epiſcopum has litteras dedit de non ordinando in ſacerdotem quemquam ex laicis.

Dilectiſſimo fratri Cæſario, Felix.

VII. *Legi quod inter fraternitatem veſtram eſt conſtitutum, non licere ex laica converſatione ad officium ſacerdotale ante probationem temere promoveri; de qua re etiam a te ad nos pervenit opinio, aliquos poſt ordinationem ad ſæcularis vitæ mores fuiſſe tranſgreſſos. Et licet ſit talis nefanda præſumptio, plus tamen eſt periculoſa neglectio. Qui enim poteſt venienti malo reſiſtere, & hoc diſſimulans fieri permittit, ipſe magis mali auctor operis approbatur. Nemo ſe itaque per antiquam conſuetudinem ſperet exuere: quia quæ illicite inchoata ſunt, ſi damnentur, in poſterum ſuos fructus generare non poſſunt; nam quod gradibus eruditur ſine perfectione doctrinæ ad ſumm pervenit conſtitutum, errat per examinationem: quia non recipit firmitatem, nec honorem * quis per timorem poteſt ſervare, qui in ejus gloriam ſemel laborare pervenit. Et laus inanis cui tribuitur lædit, ad elationem nutriens magis, quam provocans ad opera veræ virtutis. Vas electionis ad ſuum diſcipulum Timotheum ſcribit, dicens (a): Nemini cito manus impoſueris, nec communicaveris peccatis alienis. Quid ſibi vult: Ne citius imponas manus? Quia dignitas quæ datur, ideo datur, ut duret immobilis; debet enim antequam concedatur, longa ſub deliberatione tractari. Unde magiſter, qui elementorum ignorat initia? Unde gubernator, qui inter nautas ſua ſervitia non monſtravit? Ignorat quonam ratio magiſtris debetur, qui ad obedientiam ſua corda non flexit. Unde quemadmodum in domo Dei converſari debeat poſteris ſit in exemplum, ſit in omnibus clericis, & in his maxime qui ſunt ad ſacerdotia deligendi, Apoſtolicæ monitionis eloquium, qui ait (b): Oportet & teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt. Quapropter communi conſenſu ſub obſervatione venerabilium canonum ordinandum eligite ſacerdotem, ut & de noſtra ſimus ſalute ſoliciti, & illorum utilitatibus conſulamus, qui fuerint ad hunc ordinem diligenter adſciti. Dominus te incolumem cuſtodiat, frater cariſſime. Dat. III. Non. Febr. P. C. M. Sev. Boetii V. C.*

(a) 1. Tim. 5.

(b) 1. Tim. 3.

VIII. Theodorici expeditio adverſus Erulos.

Sub hujus quoque anni Conſulibus apparatum atque procinctum Theodorici Amali Regis Gothorum ad invadendam Italiam Marcellinus recenſet; ipſius autem ingreſſum in Italiam atque progreſſum refert ſub ſequentis anni Conſulibus, ſicuti etiam Caſſiodorus; quos in his ſequemur, res geſtas propriis temporibus aptantes. Dei plane conſilio factum eſt, ut Ariani, qui diverſarum nationum principatu ſuo Orbem jam cinxiſſe viderentur Occidentalem, pervaſuri quoque Orientem, ſi unanimes inter ſe fuiſſent, adverſus ſe invicem arma converterent, armarenturque Gothi in Erulos & alios illis inhærentes populos Arianos. Inceſſit plane animum Thodorici Regis invidia, quod ipſe cum ſuis velut extorris incertis ſedibus vagaretur, Eruli autem vix ante cogniti populi univerſam Italiam, jam annos plurimos obtinerent, quam Gothi primi omnium bellico robore ſuperaſſent: adeo ut non tam aliena quam ſua ſibi Theodoricus repetere videretur. Accendebatur æmulatione inſuper ejus animus, cum ſciret ſuæ gentis Alaricum Regem nobiliſſimam Galliarum provinciam occupaſſe, illicque jam vagandi finem imponentem, honorificam fixiſſe ſedem. His igitur bellicoſiſſimi atque altiſſimi animi ipſe juvenis ſtimulis agitatus, ad invadendam totis viribus Italiam vires undique ſibi comparat. Quibus autem progreſſibus rem perfecerit, annis ſingulis apparebit.

IX. Iterum Rugos Odoacer vincit.

Hoc item anno, qui ſequens eſt a clade Rugorum per Erulos facta, cum eorum Rex atque Regina in Italiam captivi ducti ſunt; Fridericus Regis filius, qui

PAGIUS ronius quidem num. I. exiſtimavit, eas imagines *Acacio* poſitas dum eſſet Patriarcha, illumque primum ex Patriarchis fuiſſe, qui hunc honorem affectarit. Sed Baronium refellunt verba Suidæ, qui Eccleſiam illam juxta navale, in quo erat Acacii imago teſſellato opere fabricata, ſub Gennadio Patriarcha abſolutam eſſe affirmat. Quare is mos ante Gennadii tempora jam invaluerat.

IV. *Epiſtola Felicis IV. perperam Felici III. attributa.*

Ad num. VII. Epiſtola *Felicis Papæ* ad Sanctum Cæſarium Arelatenſem Epiſcopum de non ordinando in Sacerdotem quemquam ex Laicis, quam Baronius recitat, data eſt a *Felice IV.* non vero a *Felice III.* quo Eccleſiam Romanam re-

qui in Mœſiam ad Theodoricum Gothorum Regem fugerat, viribus pollens in paternum regnum veniens, illud præſidio deſtitutum invadens tenuit. Cujus rei gratia Rex Erulorum Odoacer, comparato rurſum exercitu, ad eumdem debellandum germanum ſuum mittit, ut eum obtineat, gentemque illam ab ejuſdem tyrannide liberatam in Italiam tranſferat. Quod cum feliciter impleretur, ex eo factum, ut etiam venerandum corpus S. Severini ante annos ſex defuncti, ejus diſcipuli memores id ab eo vivente juſſum, ſuſtulerint, atque religioſo pietatis officio in Italiam tranſtulerint. Sed quomodo cuncta hæc acciderint, Eugipius in rebus geſtis ejuſdem ſancti Severini narrat his verbis:

X. Fridericus fugatur, & populi in Italiam transferuntur.

Poſt audiens idem Odoacer Fridericum ad propria revertiſſe, ſtatim fratrem ſuum miſit cum multis exercitibus Onoulphum. Ante quem denuo fugiens Fridericus, ad Tendericum Regem, qui tunc apud Novam civitatem provinciæ Mœſiæ morabatur, profectus eſt. Onoulphus vero præcepto fratris admonitus, univerſos juſſit ad Italiam migrare Romanos. Tunc omnes incolæ, tamquam de domo ſervitutis Ægyptiæ, ita de quotidianæ barbaricæ frequentiſſimæ deprædationis educti, ſancti Severini oraculu cognoverunt: nempe omnes fore tranſferendos in Italiam accolas regionis illius.

XI. ☞ Quod autem ad Fridericum ſpectat: poſtea accidiſſe videtur, ut ipſe rurſus pugnans adverſus Erulos, eoſdem ſuperarit, ſed vinceretur poſtmodum ipſe a Theodorico Italiæ jam facto Rege. Id quidem ex verbis Ennodii Ticinenſis in Panegyrico Theodorico dicto intelligi ſatis poteſt, cum ſic ait: *Nam Fridericus poſtquam tibi de adverſariis tuis peregit triumphum, de ſe præbuit.* Pugnaſſe enim viſus eſt adverſus Odoacrem ſub ipſo Theodorico in Italia, eumque viciſſe, rebellans vero ipſe poſtea ab eodem Theodorico eſſe ſuperatus. Sed ad S. Severini tranſlationem revocemus orationem ☜. Quomodo vero diſcipuli ſancti Severini exhumatum venerandum ejus corpus tranſtulerint, idem Eugipius ita docet, cum iſta mox ſubdit:

XII. S. Severini corporis tranſlatio.

Cujus præcepti non immemor venerabilis noſter presbyter tunc Lucillus, dum univerſi per Comitem Pierium compellerentur exire, præmiſſa cum monachis veſpere pſalmodia, ſepulturæ locum imperat aperiri. Quo patefacto, tanta ſuavitatis fragrantia omnes nos circumſtantes accepit, ut præ nimio gaudio atque admiratione proſterneremur in terram. Deinde humaniter æſtimantes oſſa funeris invenire disjuncta (nam annus ſextus depoſitionis ejus effluxerat) integram corporis compagem reperimus: ob quod miraculum immenſas gratias retulimus omnium conditori, quia cadaver Sancti, in quo nulla aromata fuerant, nulla manus acceſſerat conditoris, cum barba pariter & capillis uſque ad illud tempus manſiſſet illæſum. Linteaminibus igitur immutatis, in loculo multo ante jam tempora præparato funus includitur, carpento, trabeatibus equis, impoſitum; mox evehitur, cunctis nobiſcum provincialibus idem iter agentibus: qui oppidis ſuper ripam Danubii derelictis, per diverſas Italiæ regiones, varias ſuæ peregrinationis ſortite ſunt ſedes. Sancti itaque corpuſculum ad caſtellum nomine Feletbem emenſis regionibus apportatum eſt.

XIII. Mutus loquitur precibus S. Severini.

Per idem tempus multi variis occupati languoribus, & nonnulli a ſpiritibus immundis oppreſſi medelam divinæ gratiæ ſine ulla mora ſenſerunt. Tunc & mutus quidam ad id caſtellum ſuorum miſeratione perductus eſt: qui dum in oratorio, quo ſancti viri corpuſculum ſuper carrum adhuc poſitum permanebat, alacer perveniſſet, ac ſui eo clauſo oris ſui oſtio in cordis cubiculo ſupplicaret; illico lingua ejus in oratione ſoluta laudem dixit Altiſſimo. Cumque reverſus ad hoſpitium quo ſuſcipi conſueverat, interrogatus fuiſſet, ex more, nutu, ſignoque pulſatus; & oraſſe, & laudem ſe Deo obtuliſſe, clara voce reſpondit. Quo loquente, pavefacti qui eum noverant, ad oratorium cum clamore currentes, S. Lucillo presbytero, ſimulque nobis, qui cum illo eramus, ignorantibus quod evenerat indicarunt. Tunc omnes exultantes in gaudio divinæ gratiæ clementiæ gratiarum retulimus actionem. Quod vero quæ his ſubdit Eugipius de tranſlatione facta inde Neapolim, dicant contigiſſe ſub Gelaſio Papa: plane nonniſi poſt annos quatuor ſacras S. Severini reliquias illuc tranſlatas eſſe, affirmare neceſſe eſt. Agemus de ea ſuo tempore.

Ma-

PAGIUS

regente, Sanctus *Caſarius* Monaſticam vitam duxit. Fefellit Baronium codex, in quo Librarii errore legitur: *Dat III. Non. Feb. P.C. M. Sev. Boetii V. C.* Legendum enim, *poſt Conſulatum Mavortii*, ideoque anno DXXVIII. quo ea nota temporia uſurpata. Quam emendationem Sirmondus eruit ex codice MS. Eccleſiæ Arelatenſis, in quo ea Epiſtola legitur data *poſt Conſulatum Maborti*, ideſt, *Mavortii*. Sed imperitus Librarius locum, quem legere neſcivit, ut ſæpe fit corrupit.

V. *Tranſlatio Reliquiarum S. Severini.*

Ad num. XIII. Corpus ſancti *Severini* Noricorum Epiſcopi ter tranſlatum eſt. Primo anno ſexto depoſitionis ejus, ut refert Baronius ex ejus Vita, idque ex Monaſterio, quod juxta *Fabianam* conſtruxerat, in Italiam *ad montem Feletem*. Eam Tranſlationem deſcribit Eugippius in Vita Sancti Severini cap. 12. qui eidem interfuit. Quare cum hic annus ſextus ſit a morte Severini, & Quindecennalibus Zenonis Imp. inſignatur, hæc Tranſlatio recte a Baronio

hoc

XIV. *Ex miraculis innoteſcere rectam fidem.* Magna quidem Dei providentia factum apparet, ut in ſumma Occidentalis orbis obſcuritate. Arianis ubique regnantibus, denſaque errorum caligine veritatem obnubilantibus; tantæ lucis radii eruperint cunctis miraculorum virtute perſpicui: ut audiretur ab omnibus, loquente muto, immo & defuncto virtutis voce clamante, illum eſſe Deum verum, quem Severinus coluiſſet, cujus oſſibus tanta poſſe præſtare; idem Dominus conceſſiſſet. Ac proinde palam factum cunctis mortalibus, ea fide, iiſdemque ritibus ſacrificiis Deum eſſe colendum, quibus idem vir ſanctiſſimus divinum ſibi numen conciliaverat. Cui micanti fulguri ſi filii tenebrarum oculos aperire voluiſſent, rectam per quam incederent viam evidentiſſime perſpexiſſent.

XV. *De S. Antonio S. Severini diſcipulo.* At vero non ſimul cum Severino præclaræ ejus virtutes extinctæ ſunt: nam & illa eum Deus auxit benedictione, ut locupletem ſanctorum morum hæreditatem veluti teſtamento relictam tranſmiſerit in diſcipulos; quos egregia enituiſſe ſanctitate, non ſolum quæ unus ex illis Eugipius ſcribit oſtendunt, ſed & Ennodius Ticinenſis hujus temporis ſcriptor celeberrimus docet. Scripſit enim iſte Vitam S. Antonii ejuſdem S. Severini diſcipuli. Fuerat hic nepos æque ſanctiſſimi viri Conſtantii Lauriacenſis Epiſcopi, cujus meminit pariter Eugipius in Vita ipſius Sancti Severini. Quomodo autem idem Antonius poſt obitum Severini e patria exire coactus, pluribus annis una cum diſcipulis quos collegit, vitam exercuerit eremiticam, in qua mirifica reſplenduit ſanctitate, dono prophetiæ clarus atque miraculis; ac quomodo fugiens humanas laudes, demum inde receſſerit, atque ubi aliæ plures elucerent accenſæ lucernæ, ne ſolus ipſe vere lucerna ardens & lucens intuentium pateret aſpectui, in Lerinenſe monaſterium ſe contulerit, & ſancto ibi fine quieverit; idem Ennodius pluribus narrat. Aſſervari hactenus clarum miraculis ejus venerandum corpus in Eccleſia ejuſdem cœnobii Lerinenſis, accepimus; ſolemnique ritu annis ſingulis ejus diem natalem a monachis S. Benedicti illic agentibus peragi, certa relatione comperimus. Sed de his modo ſatis.

PAGIUS hoc anno recitata. De duabus aliis ſuis locis ſermo erit.

VI. *Leontius & Illus morte affecti.* Marcellinus in Chronico ſub hujus anni Coſſ. ſcribit: *Leontius interea Rex, & Illus tyrannus in Papyrio Iſauriæ caſtello capti, decollatique ſunt. Capita eorum Conſtantinopolim allata præfixa haſtilibus tabuere. Eodem anno Theodoricus Rex omnium ſuorum multitudine Gothorum in Italiam tendit.* Illi & Leontii interitum hoc etiam anno recitat Theophanes ad annum nempe Incarnat. ſecundum Alex. CCCCLXXX.

Petri Fullonis interitus hoc anno contigit, ut anno CCCCLXXXVI. innuavi.

JESU CHRISTI ANNUS 489.	FELICIS PAP. ANNUS 7.	ZENONIS IMP. 16. ODOACR. REG. 14.

I. Euphemius Epiſ. Conſtantinop. eligitur. (a) Evag. l.3. c.23.

REdemptoris noſtri annus quadringenteſimus octogeſimuſnonus, Probino, & Euſebio Conſulibus aperitur: quo Euphemius ex Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ presbytero eligitur poſt Flavitam ejus Civitatis Epiſcopus; de quo iſta Evagrius (a): *Cum Euphemius litteras Petri Alexandrini de mutua inter eos communione accepiſſet, animadvertiſſetque eas Actis Concilii Chalcedonenſis anathema indixiſſe; valde omnino commotus fuit; ſeque a Petri communione penitus ſe junxit.* Hæc Evagrius, eademque Nicephorus: ex quibus planc idem Euphemius poſſet videri Catholicus; cum & hoc addidit, ut Chalcedonenſe Concilium probarit, atque nomen Petri in ſacra Diptycha relatum expunxerit, Felicis vero Papæ nomen ab Acacio abolitum in eaſdem ſacras tabulas referret: ſed quod reliquerit in eis nomen Acacii, factum eſt ut Felix cum Apoſtolicæ ſedis communicatione indignum exiſtimarit. Teſtatur hæc omnia Nicephorus l.

Euphemius rejecit Petrum Mongum.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5982.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DXXVII. A. C. 489.

☉ 22. A. ☽ 25. P. 2. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 489.

FELICIS III. PAPÆ 7.

ZENONIS IMP. 16.

ODOACRIS REG. 14.

THEODORICI REG. 1.

I. Conſules.

[1] COSS. *Euſebius & Probinus* Prior Orientalis; cum ejus ſolius meminerint Faſti Heracliani, ubi ſæpius Conſules Occidentales per hæc tempora prætermittuntur; poſterior Occidentalis, & ex familia Aniciana. Reineſius enim in Syntagmate Inſcript. pag. 67. ubi hujus familiæ genealogiam a ſe conditam exhibet, obſervat cognomen Probi, Probini, Probiniani ac Probæ Aniciis plerumque datum fuiſſe. Euſebius poſt quinquennium iterum Conſul fuit.

A num. I. ad VI. *Euphemius* Conſtantinopolitanus Epiſcopus Chalcedonenſem Synodum ſuſcepit, & veneratus eſt, ac *Mongum* eidem Synodo anathema dicentem exoſum habuit, ut teſtatur Evagrius lib. 3. cap. 23. Id unum in ipſo dignum reprehenſione fuit, quod Acacii nomen e ſacris Diptychis non expunxerit, ut teſtatur Gelaſius Papa in Epiſtola prima ad eundem data. De eo pluribus infra. Euphemio Eccleſiam Conſtantinopolitanam regente Sanctus *Daniel Stylita* octogenarius ad Deum migravit, ut refert Baronius ex Metaphraſte in ejus Vita ad diem XI. Decemb. II. *Euphemius Epiſ. Conſtantinop. Synodum Chalced. veneratus eſt.*

A num.

NOTÆ [1] COſſ. *Euſebius & Probinus* Relandus: *Anicius Probinus, & Euſebius*. Fleetvvod. pag. 437. ex Aringho.

CONSULA....PROSINO, VV. CC.

Gudiana:

GENIO. CONSER
VATORI. DOM. ANIC. SACR.
ANICIUS. PROBINUS. V. C.
CONSUL ORDINARIUS.

Gruterus pag. MLVII. 5. ex quo Reineſius pag. 982. & alii ex Cornelii Margarini inſcriptionibus baſilicæ S. Pauli pag. III. num. 22.

HIC REQUIESCIT. ARMILIA. SAC. VG. DP.
V. ID. DEC.
PROSINO V. C. CONSS.

Vetus lapis ſepulcralis S. *Amaſii* epiſcopi *Spoletani*, apud Ughellum tom. I. in Spoletanis n.XI.

DP. SCI. AMASI. EP. CONS. PROBINI. V. C.
SVB. D. X. KAL. AVG. QVI VIXIT.
ANNIS LXXXV. EX QVIBVS. EP.
ANNIS. XIII. MENS. II.

Item alius Maſſiliæ ex Bimardo apud Muratorium in novo theſauro veterum Inſcriptionum tom. I. pag. CDXIII. 6.

RECESSIT VIII. KALEN....
PROSINO. ET EVSEB.

Victor. *Euſebio V. C. Coſ.* Marcellinus: *Euſebio & probino*. Epitome temporum & Indiculus Paſchæ: *Provino V. C. Conſule*, GEORGIUS

(a) Niceph. l. 16. c. 19.

Cur Euphemius non admiſſus a Rom. Pontif.

ſtis verbis (*a*): *Euphemius ſimulatque Epiſcopatum iniit, nihil moratus, ſuis ipſe manibus in ſacris tabulis Petri Mogi nomen expunxit, & Felicis appellationem repoſuit; atque in ſacro ſuggeſtu conſidens, Synodales more recepto epiſtolas Romam ad Felicem dedit. Porro Papa ſcripta quidem illius recepit, & Euphemio veluti Orthodoxo favit, ſed illum in Epiſcopalem communionem non admiſit, propterea quod Acacii quoque & Flavitæ nomen de ſacro libro non deduxiſſet.* Hæc Nicephorus. Sed quod Liberatus Diaconus tradit, ſuſcepiſſe a Felice Romano Pontifice Euphemium ſcripta; intelligas ea fuiſſe commonitoria, non autem communicatoria, ſicut & eſſe comperiuntur litteræ quas ipſius in ſede ſucceſſor ad eumdem Euphemium ſcripſit, quibus eum admonuit, ut nomen Acacii aboleret, ſi vellet conſequi Eccleſiæ Catholicæ communionem. Hæc quidem hoc modo inter Euphemium atque Felicem hoc anno tranſacta ſunt.

Contentio inter Euphemium, & Petrum.

II. Inter ipſum autem Euphemium atque Alexandrinum Epiſcopum Petrum Mogum res aliter ſe habuere. Confirmante enim Chalcedonenſe Concilium Euphemio, illo autem improbante; mutuo inter ſe digladiari cœperunt, cogentes alter adverſus alterum Synodos, ſeque mutuo anathemate ferientes uſque in ſequentem annum, quo ex hac vita perfidum illum Mogum abripi contigit, ut tradunt Evagrius (*b*) atque Nicephorus.

(b) Evagr. l. 3. c. 23. Niceph. l. 16. c. 20.

III. Summam plane Euphemius laudem conſecutus fuiſſet, niſi illud divinæ Scripturæ, de eo dici potuiſſet (*c*): *Coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum deſcendentibus in infernum*: dum videlicet haud adduci potuit, ut impii Acacii expungeret nomen e Diptychis. Flavitæ autem Epiſcopi nomen quidem ab eo ſive caſſatum, ſive inter defunctorum memorias non receptum, inde certum deducimus argumentum, quod cum de Acacii nomine illi a ſucceſſore Felicis Gelaſio negotium ſit faceſſitum, numquam in ejus litteris de nomine Flavitæ facta mentio reperitur, qui quidem ex ſcriptis ejus ad Petrum, Romam perlatis manifeſtus fuit comprobatus hæreticus: ob id igitur de illo minime tacendum fuiſſet, niſi id ſponte Euphemius ante præſtitiſſet. Inde etiam accidit, ut in aliquibus Græcorum monumentis poſt Acacium eidem dicatur ſucceſſiſſe Euphemius, nulla facta de Flavita penitus mentione: ut videre eſt in Actis magni illius Danielis Stylitæ, ubi deſcribitur ejuſdem Danielis obitus hoc ipſo tempore, cum videlicet ipſe Euphemius creatus eſt Conſtantinopolitanus Epiſcopus. Res quidem memoria digna, cum ſanctiſſimus vir miraculis plurimis nobilitatus, migraturus e vita hac, nihil magis quam fidem Catholicam quaſi Dei depoſitum teſtatum atque obſignatum ſuis reliquerit: poſt quæ reddidit Deo ſpiritum, cum antea iſta præceſſiſſent, quæ his verbis ab auctore narrantur (*d*):

(c) Baruch. 3.

Flavitæ nomen ſublatum e Diptychis.

(d) Extant apud Sur. die 11. Dec.

Danielis Stylitæ obitus.

IV. *Divinum myſterium Daniel celebravit, & intemerata ipſa ſumpſit ſacramenta, & iis, quibus præerat, impertiit. Atque jam quidem Magnus extremum agebat ſpiritum; & ipſe Antiſtes Epiſcoporum (is erat Euphemius, jam enim mortuus erat Acacius) cum aliis veniebat ad emigrationem. Aderat autem Rais fideliſſima, & vir quidam qui poſſidebatur a Dæmone, ac pergebat ad columnam; qui & Sanctorum ad Sanctum adventum, clamando, aperte ſignificabat, & eos ſuis appellabat nominibus; & ipſorum, ut qui conveniſſent, meminerat Angelorum. Deinde adiiciebat fore ut tertia hora ejus diei Daniel excedat ad Dominum, & a diuturna habitatione immundus expellatur ſpiritus: quæ utraque ſuo tempore evenerunt. Quæ autem prius dicta eſt Rais magnifice parabat ea quæ pertinebant ad ſepulturam: & cum multos adduxiſſet artifices, & juſſiſſet fieri tumulum in inferiore parte columnæ & uſque ad faſtigium, ſtatuit ex utraque parte tumuli homines qui faces ferrent, & lampades tenerent in manibus, & ea canerent quæ cani ſolent in deceſſu.*

Sepultura Danielis Stylitæ.

V. *Cumque illa corpus infra detuliſſet, in plumbeo id poſuit loculo: in hoc quoque ſervans magni Danielis teſtamentum. Illic enim mandavit diſcipulis: Seu Imperatores, ſeu Reges, aut ulli alii ſe invicem ſuperare contendant in loculi ſumptu & magnificentia; nolite ſuſcipere: ſed & illic & ſic corpus depoui ſinite, ubi & quomodo voluerit Rais fideliſſima. Hæc ergo peracta ſunt, & expulſus eſt immundus dæmon, cum multum hominem diſcerpſiſſet, &c.* Pergit dicere de mirandis quæ poſt ejus obitum contigerunt. Sed illud obſerva: recuſari juſſiſſe, ſi quæ ab Imperatore ultima munera ſolverentur, utpote homine conſuetudine hæreticorum inquinato, & ob id a communione Catholica alieno. Sic igitur magnus Daniel octogenarius ex hac vita deceſſit, cujus memoriam cum viventis tum mortui miraculis illuſtratam Dei Eccleſia perpetuitati anniverſariis ſolemnibus conſecravit.

VI. *His etiam Conſulibus* (inquit in Chro-

PAGIUS III. A num. VI. ad XIII. Theodoricum hoc anno Italiam intraſſe, non tantum Marcellinus & Marius Aventicenſis; ſed etiam Caſſiodorus & Anonymus a Cuſpiniano editus in ſuis Chronicis docent. Hæc verba ejuſdem Anonymi, ſed Librarii errore ſub anni ſequentis Coſſ. col-

Theoderici in Italiam ingreſſus.

Adventus Theodorici in Italiam.

nico Caſſiodorus) *feliciſſimus atque fortiſſimus dominus noſter Rex Theodericus intravit Italiam: cui Odoacer ad Iſontium pugnam parans, victus cum tota gente fugatus eſt. Eodem anno, repetito conflictu, Veronæ vincitur Odoacer.* Hæc ipſe. Sed quæ tunc tranſacta ſint inter ſanctum Epiphanium Ticinenſem Epiſcopum, & Theodoricum Regem, ſcribit Ennodius Ticinenſis diaconus verbis iſtis (a) ex codice tamen nonnihil depravato acceptis.

(a) Ennod. Ticin. in Vit. S. Epiphan. Epiſ. Ticinen.

VII. *Diſpoſitione cœleſtis imperii ad Italiam Theodoricus Rex cum immenſa roboris ſui multitudine commeavit. Ad quem vir integerrimus Epiphanius, dum Mediolani poſitus eſſet, occurrit. Quem cum ille Regum præſtantiſſimus cordis oculis inſpexiſſet, & ſolita judicii ſui ſacerdotem noſtrum libra penſaret; invenit in eo pondus omnium conſtare virtutum: cujus integritatem velut fabrilibus lineis ad perpendiculum mentis emenſus eſt. Quique tali apud ſuos de illo ſermone uſus eſt: Ecce hominem, cui totus Oriens ſimilem non habet; quem vidiſſe, præmium eſt; cum quo habitare, ſecuritas. Fortiſſimo muro Ticinenſis Civitas, incolumi iſto, vallatur: quos impugnantium nulla vis poſſit obruere, quos numquam balearis fundæ tranſcendat excurſus. Si qua neceſſitas inter undas certaminum acceſſerit, tutum eſt apud iſtum matrem familiaſque deponere, expeditum excurſibus militare bellorum. Interea perduelles animos dedititii* * *exercitus mutationum incendit ambitio: quorum caput Tufa fuit, homo in perfugarum infamia notitia veteri pollutus; qui concepit mente, ut ſe deſperantibus partibus cum ingenti multitudine redderet. Quod cum Theodoricus Rex principali ſolicitudine cognoviſſet, continuo omnem illam, quam totus Oriens vix ſuſtinuit, contraxit manum, atque ad Ticinenſis Civitatis ſe anguſtiam contulit. Videres urbem familiarem cœtibus ſcatentem, domorum immanium culmina in anguſtiſſimis reſecata tuguriis cerneret, nec ad recipiendam habitantium denſitatem ſolum ipſum poſſe ſufficere.*

* Ticinenſes quid paſſi ſint.

VIII. *Inter hæc ille in bonis vir exercitatiſſimus, in quo animorum amplitudo cunctis pandebat acceſſum, opportunum ſibi coaicieus tempus offerri, quo benignitatis ſuæ pleno auſtro vela laxaret, & portum gloriæ per variarum notitiam gentium & actuum celebritatem ſecunda navigatione pertingeret, primiore in loco (quod nullæ chartæ veterum, nulli librorum de quocumque loquuntur annales, quod cum ſtupore relator affirmet, vel cum admiratione lector admittat, ut cum ſagaciſſima gente habitans, & quam nulla ſuſpicionum aura prætervolat, in rebus dubiis; quando metus periculi etiam mitia contra quolibet corda ſolicitat) ſic illis fideliſſimus extitit, at inimicos eorum toto devinctos teneret affectu, & inter diſſentientes Principes ſolus eſſet, qui pace frueretur amborum. Applicabat enim ad compendium unius, quicquid præſtabatur ab altero: & reverentia perſonæ ſuæ atque dulcedine ſic largientis temperabat animum, ut nullatenus accenderetur, ſi aliquid a ſe beneficii per Epiſcopum & inimicus acciperet. Ille fuit ſic circa quemcumque, ut concordiam pugnantes ſervarent, & ejus quietem bella non læderent. Jam ſi ad illud veniamus, quot quotidiana & ipſe paſcebat humanitate raptores, & illis intra Civitatem ſumptuum neceſſaria miniſtrabat, qui foris prædia illius continua vaſtitate deleverant. Nam tot millia hominum uno eodemque tempore, cum diverſa poſcerent, reficiebat blanditiis, humiliabat alloquio, paſcebat muneribus. Si cujus liberi uxorque inimicis qualibet ex parte fuiſſent intercipientibus occupati; illico ſupplicationis illius pretio reddebantur ſuis, quos auri redimere non potuiſſet effuſio. Regi aptiſſimus & præ ſanctis omnibus venerabilis exiſtebat: ut quoſcumque Romanorum bellandi licentia hominum ejus feciſſet eſſe captivos, mox illi reſtitueret, quem ſola intelligebat aliorum libertate ditari.*

Digna officia S. Epiphanii Epiſcop. Ticin.

IX. *Deinde enumerare nequeam, quanta ille ſubjugatorum agmina ſolo proprio reddidit: quanta, ne vexarent, vir inſtituit,* &c. Paulo poſt hæc ſequitur, dicens: *Poſt hinc digreſſis Gothis, Civitas Ticinenſis Rugis eſt tradita, hominibus omni feritate immanibus, quos acris & acerba vis animorum ad quotidiana ſcelera ſolicitabat: diem putabant periiſſe, qui illos ſine facinore, caſu aliquo interveniente, fugiſſet. Quos tam beatiſſimus Antiſtes ſermonum ſuorum melle deliniebat, ut efferа corda auctoritati ſe ſubmitterent ſacerdotis; & amare diſcerent, quorum*

Rugi Gothis truciores.

PAGIUS

locata; *Hic Coſſ. ingreſſus eſt Rex Theodericus in Poſſato pontis Sontii V. Kal. Septembris, & fugit Odoacer Rex de Foſſato, & abiit Veronam. Eo anno ingreſſus eſt Odoacer Rex in Foſſatum Herulis in Pineta exiſtentibus. Et occiſus eſt Libella Magiſter militum, & ceciderunt plurimi ab utraque parte, & clauſit ſe Ravennam Odoacer Rex VI. Idus Julias. Et regreſſus eſt Rex Theodericus in Ticino XI. Kal. Septembris.* Sed error irrepſit in numeros, qui corrigendi ex Anonymo Valeſiano in Excerptis de Conſtantio Chloro, & aliis Impp. Loco itaque *V. Kal. Septembris*, legendum, *V. Kal. Octobris*. Deinde loco, *VI. Idus Julias*, legendum, *pridie Kalendas Octobris*. Hæc porro verba Anonymi Valeſiani: *Zeno recompenſans beneficiis Thedericum, quem fecit Patricium & Conſulem, donans ei multum & mittens eum ad Italiam, paſtuatus eſt, ut ſi vi-*

rum pectora odiis ſemper fuiſſe dedicata cognovimus. Mutata eſt per meritum illius perverſitas naturalis, dum in borum mentibus radix peregrina apud illos affectionis inſeritur. Quis ſine grandi ſtupore credat dilexiſſe & timuiſſe Reges Epiſcopum & Catholicum & Romanum, qui parere Regibus vix dignabatur? Cum quibus tamen integrum pene biennium exegit, ut ab eo flentes diſcederent etiam ad parentes & familias regreſſuri. Hæc Ennodius.

X. At quid Mediolanenſis Civitas paſſa ſit, cum ei præeſſet Laurentius Epiſcopus, idem Ennodius docet his verbis, dum ejuſdem Epiſcopi res præclare geſtas recenſet: (a) *Veniamus ad illa quæ religioſo ſunt digna memoratu. Cum hoſtilis irruptio, more pecorum, Chriſtianum populum per diverſa diſtraheret: tu variorum generibus cruciatuum capiebaris in omnibus: tu paterna conventus pietate ſuſtinebas tormenta multorum, ut ait Apoſtolus* (b): *Quis veſtrum cruciatur, & non ego? Inter iſta tamen fractum te non vidit adverſitas. Hoc triumphis ſuis decerpi ſenſit inimicus, quod capti ſacerdotis animum non ſubegit. Pugnabas adhuc pro abſolutione plurimorum: & tibi nihil metuens, de plebis tuæ anxietate pendebas. Nolo diutius triſtibus immorari, nolo tragœdiam maligni temporis aperire; libens de illuſtri converſatione tua aliquanta prætervolo; ne te, narrando, cogam denuo ſuſtinere quæ paſſus es: quamquam Doctor Gentium in tribulatione exercitum ſe fuiſſe commemoret, vociferans:* (c) *Cum infirmor, tunc potens ſum. Taceo inediam, frigus, & injurias, & illa quæ tibi inimici animus providit augmenta morborum. Sed credo hæc puerilia, & ſucco antiquæ valetudinis robuſta membra tolerabant. Nonne e mortuis per compages artubus, & a paſſibilitate propria longa jam ætate deſtractis, ſola anima flecti neſcia ſuſtinebat, & ad imitanda intentione adverſos impugnantes muro conſtantiæ ſtabilita certabat?*

(a) Ennod. in natal. Laurent. Epiſc. Mediolan.

Quid egerit cum capta eſt Civitas Mediolanenſis a barbaris.

(b) 2. Cor. 11.

(c) 2. Cor. 12.

XI. *Poſthac ad redivivum ſtatum libertatis optatæ, numquam pia vota deſpiciens Chriſtus Redemptor noſter occurrit, & fractas ratione nominis vires artifici medela ſolidata, in vigorem ſalutiferum res contrita remeavit: cum ex alto benignis oculis cæleſtis dominator aſpexit, Mediolanenſium urbi lux eſt proprii reddita ſacerdotis. Tunc enim rarus habitator, tunc horror* * *in domibus, & per dulcia cubiculorum limina confuſa diſcurſio. Tunc enim ubique pavor & luctus: & Dei templa ferarum habitationibus deputata ſordebant, cum marcens incuria ſplendidiſſima dudum atria ſitu vetuſti humoris obnuberat. Lætitiam cæteris tuo dediſti de reditu, tu regreſſus ad lacrymas, &c.* Hæc & alia Ennodius; qui & de ſe ipſo, quæ tunc paſſus ſit, cum agit de rebus ſuis, hæc ait (d):

Laurentius Epiſc. Mediolanenſis cum ſuis redit.

* error.

(d) Ennod. in dict. de rebus ſuis.

XII. *Tempore quo Italiam optatiſſimus Theoderici Regis reſuſcitavit ingreſſus: cum omnia ab inimicis ejus inexplicabili clade vaſtarentur, & quod ſupereſt gladiis fames necaret: & excelſa montium, caſtrorumque arces penuria perrumperet, & in culminibus locatos armis ſævior egeſtas obſideret: ego annorum ferme ſexdecim, amicè qui me aluerat, tempeſtate ea, privatus ſum: remanſi ſolus, inops, re & conſilio deſtitutus, &c.* Subdit enim, ſe Dei ope ex conjugio nobilis ac prædivitis puellæ poſtea in meliorem ſtatum collocatum. At demum mutuo conſenſu illa cælibem ſanctamque vitam profeſſa, ipſe vero Ennodius fuit diaconus ordinatus: cum poſt hæc incidens in mortalem ægritudinem, ope S. Victoris curatus eſt, ut ſuis ipſe ſcriptis affirmat.

Ennodii ætas.

XIII. Cum autem ejuſmodi malis vehementer affligerentur Eccleſiæ; coegit tunc neceſſitas, ut Epiſcopi, quibus facultas ſuppeteret, ne paterent greges quibus præerant hoſtium frequentibus incurſionibus, ædificarent caſtella munita: inter alios enim id præſtitiſſe Honoratum Epiſcopum Novarienſem, ejuſdem Ennodii eidem inſcriptum epigramma declarat his verſibus.

VERSUS DE CASTELLO HONORATI EPISCOPI.

De Caſtello Honorati Epiſcopi.

Pontificis caſtrum ſpes eſt fideliſſima vitæ,
Qui tutos ſanctus quæ accitura petant.
Hic clypeus: votum eſt, procul hinc Bellona recede.
Quod meritis conſtat, prælia nulla gravant.
Conditor hic muros ſolidat, munimina factor,
Nil metuat quiſquis huc properat metuens.

Scias

PAGIUS *ſi victus fuiſſet Odoachar, pro merito laborum ſuorum loco ejus dum adveniret, tantum prævegnaret. Ergo ſuperveniente Theoderico Patricio de civitate Nova* (ibi enim morabatur, ut idem Anonymus jam inſinuaverat, quod & indicat Marcellinus ad Conſulatum Boetii) *cum gente Gothica miſſus ab Imperatore Zenone de partibus Orientis ad defendendam ſibi Italiam. Cui occurrit venienti Odoachar ad fluvium Sontium, & ibi pugnans cum eodem victus fugit. At vero Odoacer abiit in Veronam, & fixit Foſſatum in campo minore Veronenſe V. Kalendas Octobris. Itaque perſecutus eſt eum Theodericus, & pugna facta ceciderunt populi ab utraque parte; tamen ſuperatus Odoachar fugit Ravennam pridie Kalendas Octobris. Et prambulavit Theodericus Mediolanum, & tradiderunt ſe ipſi maximi pars exercitus Odoacris nec non & Tufa Magiſter militum*

Scias inſuper, fuiſſe etiam & Epiſcopis milites pro defendendis Eccleſiæ juribus: nam de his idem Ennodius in epiſtola ad Fauſtum his verbis meminit: *Ille mancipia ſua a me ſublata deflevit, & contra potentiam Eccleſiaſtici militis advocandam credidit regium defenſionem, &c.*

XIV. Quod autem ſpectat ad Honoratum Epiſcopum, a quo munitum caſtrum erectum fuit ad ſuorum confugium hiſce temporibus barbarorum tumultuum: licet in epigrammate nulla mentio; fuiſſe ſcias Honoratum hunc Novarienſem Epiſcopum, ad quem ejuſdem Ennodii oratio extat in dedicatione Baſilicæ Petri & Pauli Apoſtolorum, quam prædeceſſor Victor Epiſcopus ex fano idolorum purgatam converterat in Deo dicandum templum ſub memoria eorumdem Apoſtolorum; auxit vero eamdem & ornavit idem Honoratus Antiſtes, atque per S. Laurentium Mediolanenſem Epiſcopum, alioſque ad Encænia convocatos, ex more, Præſules conſecrari curavit. Hæc quidem omnia in oratione in dedicatione dicta, ipſo ejus exordio in primis narrantur, ipſius nomine Honorati, his verbis:

XV. De Baſilicæ SS. Petri & Pauli dedicatione.

*Credo ego vos, fratres cariſſimi, tota mentis cura venerari, quod in loco hoc, manente templi nomine, vetus perierit pro religione cultura, quod delubri reverentia fugatis inſtituatur libaminibus, quod Sacrarium appelletur: merito poſtquam ſeniores hoſtias abjuravit, & in adolendi * mutatione ſacrificii, ædis nomen aſſumpſerit; poſtremo quod in aliam ſtatum inconcuſſis migraverunt fundamenta culminibus, & cum ad ſtructuram parum humanus ſudor adjecerit.* Et paulo poſt de Victore prædeceſſore Epiſcopo hujus operis auctore iſta ſubiicit: *Requirendum ſane, quis hujus operis, quis innovationis auctor extiterit, prædeceſſor nempe parvitatis meæ, venerabilis Victor Antiſtes: futura annunciatrix innocentiæ Divinitas nomen impoſuit &c.* Eadem Ennodius itidem iſtis verſibus:

* adorandi.

——— *poſſeſſas linquite ſedes,*

Quod fecit Victor, victor ubique tenet.
Accidit ad cumulum merito ſucceſſor & actis.
Qui morum lamen hinc Honorate geris.

At de ſacta dedicatione baſilicæ hæc in dicta oratione: *Ubi ſunt dii, quibus potentiam dederunt homines fulgore gemmarum? Non invideo: omnia iſta (ut credo) fugerunt. Chriſtus ingreſſus eſt: reſpiciamus, quibus fultus auxiliis. Venerunt cum eo cælorum radii, Apoſtolorum diademata Petrus & Paulus. Qui enim in reſtauratione ædis eſſent neceſſarii, niſi architectus & petra? niſi lapis & ſuperædificans? niſi fundamentum & opifex? &c.* At de de his modo ſatis ad inſinuandum non Honoratum tantum atque Victorem SS. Antiſtites, ſed etiam eum qui apud Catholicos omnes ſemper viguit Sanctorum cultum.

Hoc eodem anno, qui numeratur quintus regni Clodovei, idem Rex Syagrium Romanum, qui Sueſſionenſem tenebat Civitatem, vicit: quem fugientem ad Alaricum Gothorum Regem Arianum, ab eo petitum, redditum & acceptum idem Clodoveus occidit. Accidiſſe videtur, ut diruto penitus Occidentali Imperio, regnante in Italia Odoacre, qui in Galliis tunc gerebant Prætorii Præfecturas, eaſdem quibus præerant, retinerent ſibi Civitates. Inter hos Syagrius fuit, quem (ut diximus) a Clodoveo peremptum Gregorius ſcribit. Porro hunc illum putamus Syagrium pronepotem Syagrii Conſulis ordinarii, his temporibus degentem in Gallia, ad quem extat Sidonii Apollinaris jocoſa epiſtola, (*a*), qua eundem inhæſiſſe Burgundionibus docet, cum eum appellet novum Burgundionum Solonem. XVI. Syagrius vincitur a Clodoveo. (*a*) Sidon. l. 5. ep. 5.

XVII. His autem Franchorum incurſionibus non mediocre damnum eſt illatum Eccleſiis: ſed tum eluxit juſtitia Clodovei, licet adhuc Gentilis; de quo iſta narrat Gregorius (*b*): *De quadam* (inquit) *Eccleſia urceum miræ magnitudinis ac pulchritudinis hoſtes abſtulerant cum reliquis Eccleſiaſtici miniſterii ornamentis.* (*b*) Greg. Turonen. de Geſt. Fran. l. 2. c. 27.

Epi-

PAGIUS *litum, quem ordinaverat Odoachar cum Optimatibus ſuis Kal. April. Eo anno miſſus eſt Tufa Magiſter militum a Theoderico contra Odoacrem Ravennam. Veniens Faventiam Tufa, obſedit Odoacrem cum exercitu, cum quo directus fuerat, & exiit Odoachar de Ravenna, & venit Faventiam, & Tufa tradidit Odoacri Comites Patricii Theoderici, & miſſi ſunt in ferro, & adducti Ravennam.* Hæc partim hoc anno partim ſequenti geſta, ex iiſque lucem accipiunt, quæ recitat Baronius ex Ennodio in Vita Sancti Epiphanii Epiſcopi Ticinenſis, qui Theodericum Regem, dum Mediolani eſſet, inviſit.

IV. Ad num. XVI. & ſeqq. Cum *Clodoveus* Francorum Rex anno CCCCLXXXI. regnare cœperit relata ab eo, quinto Regni ſui anno de Syagrio Sueſſionum Rege victoria pertinet ad annum CCCCLXXXVI. De ea Gregorius Turonenſis lib. 2. cap. 27. ſcribit: *Anno quinto Regni ejus Syagrius Romanorum Rex Ægidii filius ad civitatem Saxonas, quam quondam ſupra memoratus Ægidius tenuerat, Sedem habebat. Super quem Clodovechus cum Ragenario parente ſuo, quia & ipſi timebat, veniens campum pugnæ pro ſe præparari depoſcit, ſed nec iſte diſtulit ac reſiſtere metuit.* Addit Gregorius Syagrium ſuperatum, ad Alaricum Gothorum Regem Toloſæ morantem confugiſſe, a quo datus Clodoveo eum petenti, Regno & vita privatus eſt. Porro per *Saxonas* Turonenſis Sueſſionas intelligit, ut multi alii rerum Clodoveus Regni Francici fines amplificat.

Fran-

Epiſcopus autem Eccleſiæ illinc miſſos ad Regem dirigit, ut ſi aliud de ſacris vaſis accipere non mereretur, ſaltem vel urceum Eccleſiæ ſuæ recipiat. Hæc audiens Rex, ait nuncio: Sequere nos uſque Sueſſionas; quia ibi cuncta quæ acquiſita ſunt, dividenda erunt. Cumque mihi vas illud ſors dederit, quæ Papa poſcit adimpleam. Dehinc adveniens Sueſſionas, cuncto onere prædæ in medium poſito, ait Rex: Rogo vos, o fortiſſimi prœliatores, ut ſaltem mihi vas iſtud (hoc enim de urceo ſupra memorato dicebat) extra partem concedere non abnuatis. Hæc Rege dicente, illi quorum erat mens ſanior, ajunt: Omnia, glorioſe Rex, quæ cernimus, tua ſunt: ſed & nos ipſi tuo ſumus dominio ſubjugati. Nunc quod tibi beneplacitum videtur, facito: nullus enim poteſtati tuæ reſiſtere valet.

XVIII. Quid Clodoveus in militem ſacrilegum.

Cum illi hæc ita dixiſſent, unus levis, invidus, ac cerebroſus, cum voce magna, elevatam bipennem urceo impulit, dicens: Nihil hinc accipies, niſi quæ tibi ſors vera largitur. Ad hæc obſtupefactis omnibus, Rex injuriam ſuam patientiæ lenitate coercuit: acceptumque urceum nuncio Eccleſiaſtico reddidit, ſervans abditum ſub pectore vulnus. Tranſacto vero anno, juſſit omnem cum armorum apparatu advenire phalangam, oſtenſuram in Campo Martio ſuorum armorum nitorem. Verum ubi cunctos circuire deliberat, venit ad urcei percuſſorem, cui ait: Nullus tam inculta, ut tu, detulit arma: nam neque tibi haſta, neque gladius, neque ſecuris eſt utilis. Et apprehenſam ſecurim ejus in terram dejecit. At ille cum paululum inclinatus fuiſſet ad colligendam eam, Rex elevatis manibus, ſecurim ſuam capiti ejus defixit: Sic inquit tu apud Sueſſionas in urceo illo feciſti. Hæc Gregorius. Fuiſſe autem vas illud Rhemenſis Eccleſiæ, requiſitum vero a S. Remigio ejus Eccleſiæ Epiſcopo, tradit Hincmarus, dum ejuſdem Sancti res geſtas refert.

XIX. Cæterum quæcumque alia damna intuliſſent ſui Eccleſiis, idem Cledoveus factus poſtea Chriſtianus (ut S. Remigius teſtatur) ſarcienda curavit. De alio ab eo donato ipſi S. Remigio vaſe argenteo, hæc in teſtamento ſuo idem S. Remigius habet: *Aliud argenteum vas decem librarum, quod mihi ſæpe nominatus dominus illuſtriſque memoriæ Hludovicus Rex (quem, ut prædixi, de ſacro baptiſmi fonte ſuſcepit) donare dignatus eſt, ut de eo facerem quod ipſe voluiſſem; tibi hæredi meæ Eccleſiæ ſupra memoratæ jubeo thuribulum & imaginatum calicem fabricari; & epigrammata quæ Lauduni in argenteo ipſe dictavi, in hoc quoque inſcribi volo: quod per me faciam, ſi habuero ſpatium vitæ.* Hæc ipſe in ſuo teſtamento (a), Remigius. Quod pertinet ad imaginatum calicem, intelligere potes propagatum ad poſteros veterem uſum effigiandi ſacras imagines in calicibus, de quo Tertullianus meminit in libro de Pudicitia. At de his ſatis.

(a) *Apud Briſſ. form. lib.* 7.

No.

PAGIUS Francicarum Scriptores. *Chararicus* Rex, qui apud Morinos Sedem habebat, cum Ragenario in auxilium adverſus Syagrium a Clodoveo vocatus, *eminus ſtetit, neutram adjuvans partem ſed eventum rei expectans, ut cui eveniret victoria, cum illo & amicitiam colligaret*, inquit Turonenſis lib. 2. cap. 41. qui addit, *Ragnacharium* apud Cameracum regnaſſe. Eo bello defecit poteſtas omnis Romanorum in Gallia. Clodovei ditiones auctæ ſunt, prima Belgica integra: acceſſit & ſecundæ Belgicæ pars non ignobilis Civitas Metropolis Remorum, cum Civitatibus Sueſſionum, & Catuellaunorum; nec non Civitates Meldorum & Tricaſſium in Provincia Lugdunenſi quarta, ſeu Senonia cum pagis aliquot Lugdunenſis primæ; penetravit enim *Clodoveus* uſque ad fines Burgundionum, ut Gregorius lib. 2. cap. 23. indicat. Sed de his legendi recentes rerum Francicarum Scriptores.

V. Hoc vel ſuperiori anno *Hengiſtus* Saxonum Rex incerto mortis genere obiit. Huntindonienſis lib. 2. eum quadrageſimo anno adventus in Britanniam mortuum aſſerit, Malmesburienſis lib. I. de Reg. cap. 5. ſcribit: *Poſt hæc anno triceſimo nono adventus ſui Hengiſtus diem clauſit, Vir qui ſucceſſus ſuos non minus fraudibus quam viribus urgens, multumque ſævitiæ genuinæ indulgens, omnia cruentius quam civilius agere mallet.* Huntindonienſis vero & Malmeſburienſis primum Anglorum in Britanniam adventus annum repetunt ab anno Chriſti 449. quem tamen Beda ab anno CDXLVII. quo in Britanniam vocati ſunt, in temporum intervallis dimetienſis deducit. *Hengiſto* mortuo ſucceſſit in Cantii Regnum *Æſca* filius, de quo, ſicut nec de ejus ſucceſſoribus, antequam Chriſtianam fidem amplectantur, verba non faciemus. Ab *Hengiſto* originem duxit Sanctus *Edilbertus* Cantii Rex, qui Sancto Gregorio Magno Eccleſiam Romanam adminiſtrante Sacrum baptiſma ſuſcepit, & ſubditos ad religionem Chriſtianam adduxit.

Moritur Hengiſtus Rex Anglo-Saxonum.

Moritur *Acacius* Epiſcopus Conſtantinopolitanus, ut anno ſuperiori num. II. diximus.

JESU CHRISTI ANNUS 490.	FELICIS PAP. ANNUS 8.	ZENONIS IMP. 17. ODOACR. REG. 15.

I. Perſecutio Vvandalica recrudeſcit. Nonageſimo ſupra quadringenteſimum Chriſti anno Fauſtus Junior & Longinus ſecundo Conſules recenſentur a Marcellino, a Caſſiodoro autem unus tantum Conſul ponitur Fauſtus. Quo anno in Africa (quantum ex Actis S. Fulgentii Ruſpenſis Epiſcopi colligere licet) Vvandalica adverſus Catholicos perſecutio recrudeſcit, non quidem adverſus Catholicos omnes, ſed in illos dumtaxat ſacerdotes, qui lapſos in errorem reconciliarent pœnitentes. Scripta ſunt Acta illa ab ejuſdem Fulgentii diſcipulo eidem comite ad ipſius ſucceſſorem Felicianum, omni fide teſtata, utpote ſcripta ab auctore res ſui temporis proſequente: qui de dira eadem perſecutione licet tantum pertingat quæ ad eumdem beatum Fulgentium ſpectent, tamen ea ejuſmodi tenoi lucis ſpeculo cætera quæ remanſerunt obſcura poſſumus intelligere.

II. Porro res Fulgentii aggreſſuri, de ejus genere atque natali pauca præfari opus eſſe putamus. Atque in primis corrigendus eſt error, qui in ejus Vitæ exordium manifeſtus irrepſit, dum loco Genſerici, ponitur Hunericus; ubi auctor ejus genus deſcribens, hæc ait (a): *Fulgentius parentes habuit ex numero Carthaginenſium Senatorum: avus denique ejus, nomine Gordianus, dum Rex Hunericus memoratam Carthaginem victor invaderet, Senatores plurimos, immo cunctos amiſſis omnibus bonis ad Italiam navigare compelleret, inter cæteros etiam ipſe impoſitam peregrinationem liberali voluntate ſuſcepit: volens ſaltem facultatibus perditis, non perdere libertatem. Poſt cujus obitum duo ex filiis ejus, ſpe recuperandæ hæreditatis, Africanam provinciam repetentes, manere intra Carthaginem minime potuerunt, domo propria donata Arianis ſacerdotibus: ſed poſſeſſionibus ſuis ex parte auctoritate regia repetitis, ad Bizacium * perrexerunt: ibique in Lepte Civitate unus eorum nomine*

(a) *Apud Sur. t. 1. die 1. Jan.* S. Fulgentii primordia.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5983.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DXXVIII. A. C. 490.

☉ 23. G. ☽ 16. P. 25. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 490.

FELICIS III. PAPÆ 8.

ZENONIS IMP. 17.

ODOACRIS REG. 15.

THEODORICI REG. 2.

I. *Vicennalia Zenonis.* [1] Coſſ. *Longinus II. & Fl. Fauſtus Junior*, ut notatur in veteri charta Veneta apud Mabillonium in itinere Italico pag. 201. Dicitur etiam *Junior* in Faſtis Caſſiodori, qui ideo ejuſdem familiæ erat ac *Fauſtus* anno CCCCLXXXIII. Conſul Occidentalis. Ad Fauſtum hoc anno Conſulem extat Epiſtola Ennodii tertia lib. 1. & Epiſtola V. ejuſdem libri ubi Fauſtus vocatur *Avienus*. *Longinus* Conſul in Oriente creatus: erat enim frater Zenonis Imp. ut ex dictis liquet, qui ſicut in ejus Quindecennalibus, ita & in Vicennalibus Imperii vivente Leone Jun. ſuſcepti, Conſulatum geſſit. Begerus in Theſauro Numiſmatum-Palatino, nummum hujus Imperatoris producit in poſtica inſcriptum, Victoria Augg. infra, Conob. ideſt, *Conſtantinopli obſignata moneta*. In ea poſtica repræſentatur *Victoria* ſcribens in clypeo, XXX. ideſt, vota Tricennalia, a Zenone Imp. in ſuis Vicennalibus de more ſuſcepta. Fallitur itaque Ducangius in Differt. *de inferioris ævi Numiſmat.* num. XLII. ubi ait, vota Decennalia & id genus alia poſt extinctam Theodoſii familiam Nummis adſcribi deſiiſſe. Cæterum voces hæ *Auggg.* vel Augg. nihil peculiare in nummis per hæc tempora cuſis denotant; cum legantur etiam in Nummis Marciani, Maximi tyranni, Aviti, Glycerii Nepotis, Majoriani, Severi, Anthemii & Anaſtaſii. Quare ea ſcribendi in nummis formula communi uſui ac errori attribuenda.

NOTÆ [1] C*oſſ. Longinus* II. & Fl. *Fauſtus junior*. Fabrettus pag. 757. num. 627.

E X S V P E R A N T I A D. X V. K A L. S E P T. D E P O S I T A.
&c.
C O N S. F A V S T I. I V N. I V. I D. I A N V A R I A S

Fleetwod pag. 454.

D I E. K A L. S E P T.
C O N S. F A V S T I. V. C. I V N I O R I S.

Mabillonius in ſupplem. rei Diplomat. ex veterrimo diplomate: RAVENNAE. SVB DIE QVARTO. NONAS. IANVARIAS. P. C. FLAVI. FAVSTI IVNIORIS. V. C. CONS.
Victor: *Poſt Conſulatum* III. *Longini* V. C. Marcellinus: *Longino* II. & *Fauſto*. Epitome temporum & Indiculus Paſchæ: *Fauſto juniore*. GEORGIUS

mine Claudius ex conjuge nomine Mariana, Chriſtiana ſcilicet & honeſta femina, iſtum, Fulgentium videlicet, *cui tanta gloria debebatur, genuit, &c.* Corrigendum itaque eſſe pro Hunerico, Genſericum, illud in primis admonet, quod quæ dicta ſunt, non Hunerico, ſed Genſerico conveniunt, qui victor Carthaginem cepit; ut quæ de eo ſuperius diximus, declarant: nec patitur ratio temporis, ut ſub Hunerico ſit natus Fulgentius qui ſub hac recrudeſcente perſecutione jam Abbatis nomine præfecturam gerebat monaſterii: Qui igitur annum agens ætatis ſexageſimumquintum (ut idem auctor teſtatur) in pace ſub Rege Hilderico deceſſit, hoc tempore eum egiſſe annos ætatis circiter duodetriginta, intelligere poſſumus. Quæ autem tunc ipſe Fulgentius paſſus ſit, idem auctor rem geſtam ſic exorditur:

III. Fulgentius fugit. *Naſcitur rurſum talis perſecutio fidei, ut ſanctæ memoriæ Fauſtum Epiſcopum cogeret per diverſas latebras commigrare, nec in ipſo monaſterio ſineret jugiter quieſcere. Tunc beatus Fulgentius timens, aut illo loco ſolus remanere, aut de loco in locum frequentius commigrare, conſulto prius Epiſcopo Fauſto, vicinum monaſterium petiit, ubi paucis & ſimplicibus fratribus, Felix nomine Abbas præerat amicus ejus ab adoleſcentia, cum quo etiam lusus familiariter vixerat.* Et poſt nonnulla: *Cum ſubito barbaricæ multitudinis provincia turbaretur incurſu: videntes ſalutem temporalem fugæ præſidio vindicandam, labores illico perferendæ peregrinationis excipiunt; limatoque conſilio, procul abſcedunt, ubi nulla belli naſcentis opinio conſtruendi monaſterii præberet integram facultatem. Permovent igitur caſtra ſpiritualia duces incly ti cæleſtis exercitus, & per ignotas Africæ regiones, monachorum ſuorum caterva comitante, pariter gradiuntur, ubique facientes gaudium bonis, invidiam malis.*

IV. Arianus presbyter quid in Catholicos. *In territorio denique Siccenſi dum cogitant certas ſedes ſtatuere, regionis fecunditate delectati, virorum etiam Fidelium favore ſuſcepti: presbyter, quidam ſecta Arianus in fundo Babardilla perfidiam prædicabat, cui nomen quidem fuit inter homines Felix, natione barbarus, moribus ſævus, facultatibus potens, Catholicorum perſecutor acerrimus. Hic beati Fulgentii nomen in illis regionibus clarum fieri ſentiens, reconciliandos occulte multos, quos deceperat, ſuſpicabatur. Neque virum dignum ſacerdotio vere adhuc eſſe monachum credidit, ſed eum ſub habitu monachi ſacerdotis officium putat implere. Et re vera ſacerdotis officium etiam tunc laudabiliter implebat, non aliquantos reconciliando, ſed omnes quos attingere poterat, ad reconciliationem ſalutaribus monitis invitando: cujus ſermo dulcis & rectus quia dura quoque corda molliebat, nec immerito hunc presbyterum ſic timere pro ſua perfidia compellebat. Arripit igitur presbyter inſani furoris ſtimulis concitatus Dei ſervos crudeliter perſequi; & per omnes vias cuſtodiis diſtributis, ambulantium ſimpliciter obſidet itinera. Neceſſarium quippe fuerat, athletas fortiſſimos voluntariis abſtinentiæ laboribus ad omnem tolerantiam præparatos, perſequentium paululum tradi manibus: ut martyrialis agonis effecti participes, illata diſcerent ſupplicia tolerare, probaturi quid profeciſſent, ſi flagellis membra omnia diſſipantibus, a fide vera minime defeciſſent.*

Neſcientes igitur cogitationes maligni ſerpentis, habentesque fiduciam conſcientiæ, nihil timentes, ſimul ambo gradiebantur ſecum loquentes. Et ecce ſubito quaſi violentia ſæviſſimæ tempeſtatis invadit incautos, dividit junctos, ligat diviſos, & feralibus vinculis oneratos perducit ad presbyterum Arianum vinctos: efficiuntur ſubito ſine crimine rei, ſine belli ſorte captivi. Quibus enim fugientibus nihil nocere potuerant Mauri, pœnas ingerunt Ariani. Tunc antequam teneretur Felix Abbas paucos ſolidos, unde fratrum ſuſtentabatur inopia, ſimpliciter ubi metus pervaſerat, projecit, & cuſtodiendos Dei ſervis ipſi Deo committit. O divinæ ſingularis potentia miraculi! Nemo valuit ſolidos illos projectos aſpicere, nullus permiſſus eſt victum pauperum pauperibus tollere. Sed illi ſoli, qui ſic probandi fuerant, tenentur, ligantur, ad presbyterum perducuntur. Quibus ore terribili violentus presbyter intonat: Cur ex veſtris regionibus occultæ veniſtis Chriſtianos Reges evertere? Beno eum miſer Chriſtianos Reges eſſe dicebat, in quibus Chriſtum Regem Regum miſerabiliter exſufflaverat, & quos Filium Patri æqualem negare ſimilis Antichriſto docuerat. Illis ad hæc veraciſſimæ reſponſionis verba parantibus, inferri præcepit verbera primitus. V. Captivi ducuntur confeſſores.

Igitur Felix Abbas vehementi charitate commotus: Parcite, ait, fratri Fulgentio, qui non poteſt tormenta perferre: nolite iſtum cædere inter veſtras manus forſitan moriturum. Convertatur in me veſtra crudelitas: ego ſcio quid confitear, in me eſt omnis cauſa. Tunc dilectionis admiratione ſtupefactus, removeri paulisper beatum Fulgentium jubet, atque illum gravius cædi, miniſtris ſæviſſimis imperat. Tunc hilari animo Felix Abbas verberibus ſubditur: dolorem quippe cum gaudio ſuſtinebat, quia beatum Fulgentium nihil adhuc pati videbat. Et inferius: *Tunc ſæviſſimus presbyter* VI. Felicis Abbatis charitas erga Fulgentium.

Fulgentius dire cæciatur. *etiam de Felicis Abbatis injuria minime ſatiatus, nec beato Fulgentio parcendum putavit. Beatus autem Fulgentius vir omnino delicati corporis, utpote ex familia natus illuſtri, violentos impetus fuſtium, repentini doloris acerbitate creſcente, vix tolerans (ſicut ipſe nobis poſtea referebat) cogitavit presbyteri furentis inſaniam vel mollire, ſi poſſet; vel certe paululum, donec recrudeſceret, avocare: quo facilius inter ipſas moras inveniret ſpatium reſpirandi, ne continuata pœna omnino intolerabilis fieret: Dico aliquid, ſi loquendi poteſtas tribuitur, dum cæderetur, exclamat.*

VII. *Tunc presbyter putans eum confiteri velle, jubet, quieſcere cædentes: & ſic adhuc ad flagella ſuſpenſum, loqui præcepit quod volebat. Ubi dum beatus Fulgentius eloquentia ſolita ſermonibus blandis, ſuæ peregrinationis, narrare eſt aggreſſus hiſtoriam, presbyterum facit attonitum, diuque nimia verborum ſuavitate delinitum, pene totius crudelitatis reddit oblitum. Miratur presbyter beati Fulgentii facundiam, probat ſapientiam, magnumque aliquem virum conjiciens, erubeſcit inferre violentiam. Sed ne proderet ſuam ſuperatam eſſe ſævitiam: Cædite, ait iterum fortiter, & multiplicatis flagellis lacerate verboſum. Me etiam, puto, ſeducere cogitat; longoque inanis fabulæ circuitu quid conficere moliatur, ignoro.* Arianus presbyter ignominia afficit Fulgentium & Felicem. *Recrudeſcit iterum manus veſana tortorum, flagelliſque innumeris beatus Fulgentius exaratur. Tandem presbyter de illa cæde confuſus, virorum laudabilium merita ſenſit, nec apud ſe eos tenere diutius auſus eſt; ſed deformiter decalvatos, ablatis etiam omnibus veſtimentis, ex domo ſua nudos inaneſque projecit.* Porro decalvationem virorum etiam apud barbaros magnum fuiſſe ſupplicium, docent leges Theodorici, quibus ejuſmodi pœna pro diverſis delictis infligitur. Pergit auctor:

VIII. *Sed nec illa decalvatio viris ſanctiſſimis turpitudinem, nec nuditas attulit confuſionem: quos tolerata propter odium religionis injuria, primæ jam confeſſionis decoraverat ornamento ſuperna gratia fulciendos. Proceſſerunt itaque de domo presbyteri tamquam de loco glorioſi certaminis inſignis victoriæ laureis coronati. Reverſique per campum, ubi fuerant capti ſolidos, quos Abbatem Felicem projeciſſe diximus, integro ibi numero ſervatos inveniunt; & quaſi ex divino munere reſtitutos hilariter accipiunt: agenteſque ineffabiles gratias Deo, qui conſolatur humiles in omni tribulatione, revertuntur ad proximos fratres. Hujus autem crudeliſſimi facti deteſtabilis opinio cunctam ſimul meſtificat regionem: nunciatur etiam Carthagine fama. Inter alios quoque Arianorum Epiſcopus dolet mactatum gravi cæde beatum Fulgentium: & quia parentes ejus cognitos habebat idem Epiſcopus, ipſumque beatum Fulgentium ſingulariter adhuc laicum dilexerat; adverſus presbyterum ſuæ religionis & parochiæ, qui cædis auctor extiterat, graviter commovetur, vindicare beatum Fulgentium parans, ſi querelam de memorato presbytero deponere voluiſſet. Sed beatus Fulgentius, multis ut hoc faceret ſuadentibus: Non licet, ait, in hoc ſæculo vindictam quærere Chriſtiano, &c.* Factum Ariani hominis omnes deteſtati ſunt. Puniendus quidem erat presbyter ille, quod non inventos homines reconciliare lapſos, ita fuſtibus verberari juſſiſſet: nam de illis tantum pœna ſumenda erat, qui addictos jam Arianis ad Eccleſiam Catholicam revocaſſent. Poſt hæc vero Fulgentius profecturus in Ægyptum ad inviſendos anachoretas, navigans in Siciliam, ab Eulalio Epiſcopo Syracuſano detinetur: quomodo autem inde Romam navigaverit, ſuo loco dicturi ſumus. At de Fulgentio modo hactenus. Porro miſiorem putamus perſecutionem hanc ab illa ſub Hunerico excitata: ſiquidem hæc illos tantum pertingeret Dei miniſtros, quos eſſet ſuſpicio reconciliare Eccleſiæ clanculum pœnitentes.

IX. De Theodulo presbytero. Hoc anno, qui Zenonis Imperatoris ultimus numeratur (nam anno ſequenti, menſe Aprilis deceſſit) moritur Theodulus celebris in Cœleſyria ſcriptor, de quo iſta Gennadius (a): *Theodulus presbyter in Cœleſyria ſcripſiſſe multa dicitur. Sed ad me liber ejus pervenit, quem de Conſonantia divinæ Scripturæ compoſuit, id eſt, veteris & novi Teſtamenti adverſus antiquos hæreticos, qui propter differentiam præceptorum vel cæremoniarum alium veteris Teſtamenti Deum dixerunt, alium novi. Moritur hic ſcriptor ante triennium, regnante Zenone.* Hæc Gennadius poſt tres annos iſta ſcribens. Porro ejuſdem Theoduli celebris eſt memoria vivens jugiter in tabulis Eccleſiaſticis etiam apud Latinos decimo Kalendas Aprilis, ubi Antiochenus presbyter dicitur. Certe quidem perditiſſimis his temporibus cum res Antiochenæ penitus collapſæ eſſent, dominantibus nefandis Eutychianis, iiſdemque pollentibus auxilio Imperatoris, hunc inventum eſſe Orthodoxum inter eos qui ſcriptis exagitarent hæreticos, maximæ fuit gloriæ: etenim ſummæ conſtantiæ ſpecimen extitit, unum hominem contra hæreticorum phalanges Orthodoxæ confeſſionis erexiſſe vexillum,

(a) Genn. de Script. Eccl. c. 92.

Quo

X. S. Cæſarius Epiſc. Arelatenſ. ſcriptor nobilis.

Quo etiam tempore in Occidente S. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus, doctrina celebris, ſanctitate conſpicuus, ad Felicem Romanum Pontificem de Gratia & libero arbitrio librum ſcripſit: quem agnitum ipſe Felix non ſolum probavit, ſed & ſcripta de eo epiſtola confirmavit, vulgandumque ubique curavit: non extat ille quidem, ſed quantus fuerit, ex Romani Pontificis addita illi epiſtola (quod de aliis hactenus non meminimus factum) poſſumus opinari. De eo enim apud Gennadium hæc leguntur (a): *Cæſarius Arelatenſis urbis Epiſcopus, vir ſanctitate & virtute celeber, ſcripſit egregia & grata valde & monachis neceſſaria opuſcula. De Gratia quoque & libero arbitrio edidit teſtimonia, divinarum Scripturarum, & ſanctorum Patrum judiciis munita; ubi docet, nihil hominem de proprio agere aliquid boni poſſe, niſi eum divina gratia prævenerit. Quod opus etiam Papa Felix per ſuam epiſtolam roboravit, & in latius promulgavit.*

(a) Genn. de Scrip. Eccl. c. 86.

XI. Fauſti ſcripta de Gratia & libero arbitrio.

Sed accuratius diſquirendum, quid eſt quod commentarium illum a Cæſario ſcriptum de Gratia & libero arbitrio *Felix Papa per ſuam epiſtolam roboravit*, & quod (ut ait Gennadius) *in altius promulgavit?* Hæc ut percipias, lector, illa eſt tibi horum temporum rerum geſtarum hiſtoria repræſentanda de rebus geſtis in eadem Gallia Narbonenſi & Aquitania. Idem enim Gennadius antequam de Cæſario agat, capite quod præcedit, recenſens ſcripta Fauſti ex Abbate Lerinenſi Epiſcopi Regienſis in Aquitania, inter alia hæc habet (b): *Edidit quoque opus egregium de Gratia Dei, qua ſalvamur. In quo opere docet, gratiam Dei ſemper & invitare & præcedere & adjuvare voluntatem; & quicquid ipſa libertas arbitrii de labore piæ mercedis acquiſierit, non eſſe proprium meritum; ſed eſſe gratiæ donum.* Hæc Gennadius. Quiſnam, rogo, ſub tam pulchro titulo, adeo fidei Orthodoxæ concinno, exiſtimare poſſet ineſſe librum in quo lateret hæreſis, ceu anguis in herba ſub prominentibus floribus? quod quidem haud rudes tantum, ſed & diſertos potuit decepiſſe.

(b) Genn. de Scrip. Eccl. c. 85.

XII.

Quot enim quantiſque præconiis lucubratio iſta Fauſti accepta fuerit (ut ex hoc magis periculum imminens innoteſcat, & quantum præſtiterit Catholicæ Eccleſiæ Cæſarius ſuis ſcriptis, atque quam opportuna illis acceſſerit comprobatio facta a Felice Romano Pontifice per epiſtolam, magis intelligas) neceſſe eſt, ut quæ Sidonius Apollinaris in ſacris dogmatibus olim adhuc tyro jam diu ante de eiſdem libris ad Fauſtum ipſum auctorem conſcripſit, patienter audias. Res ſane agitur (ut intelligis) magni momenti, utpote quæ non in Galliis tantum atque in Italia, ſed & Conſtantinopoli atque in Africana Eccleſia (ut videbis) exagitata, cui ipſo ſui exordio opus fuerit digniſſimorum Romanorum Pontificum intercedere auctoritatem, Felicis, atque Gelaſii ſucceſſoris, illa probando ſcripta, quæ eo argumento a S. Cæſario edita eſſent; iſta autem reprobando, atque reiiciendo inter apocryphorum quiſquilias, quæ eodem argumento eſſent ab ipſo Fauſto conſcripta.

XIII.

Sidonius igitur ad eumdem Fauſtum data epiſtola, quomodo duo libri ab eo editi, a ſe vero diutius expetiti in manus ſuas devenerint, docet: atque primum verbis iſtis ipſum ita compellat auctorem: (c) *Veniſti, magiſter, in manus meas: nec exulto tantum, verum inſulto: Veniſti, & quidem talis, qualem abhinc longo jamdiu tempore deſideria mea præſtolabantur. Dubito ſane, utrum & invitus, aut certe ſimilis invito: quippe quo providente * vel (ſi tamen hoc nimis abnuis) acquieſcente, ſim tuis libris inſalutatus; iiſque (quod multo eſt injurioſius) territorium Arvernum cum præterirent, non ſolum mœnia mea, verum etiam latera radentibus. An verebare, ne tuis dictis invideremus? Sed Dei indultu, vitio nulli minus addicimur. Cui ſi ita ut cæteris a mea parte ſubiiceretur, ſic quoque auferret, congrediendi æmulationem deſperatio * conſequendi. An ſuperciliam tamquam difficilis ac rigidi ploſoris extimeſcebas? Et quænam eſt cujuſque * peritiæ cervix tanta, quive hydrops, ut etiam tepida veſtra non ferventiſſimis*

(c) Sidon. l. 6. ep. 9. Celebrat Sidonius Fauſti ſcripta valde.

* prohibente.

* diſputatio.

* cuiquam

PAGIUS II. *S. Cæſarius adverſus Fauſtum Regienſem Epiſc. ſcribit.*

A num. X. ad XLII. Sanctus *Cæſarius* Arelatenſis Epiſcopus hoc tempore adhuc Abbas erat *in ſuburbana Civitatis inſula*, ut ſcribit Cyprianus in ejus Vita, Civitatis ſc. Arelatenſis, ut ſupra oſtendimus; ſed adverſus librum Fauſti Epiſcopi Reienſis in ſecunda Narbonenſi *de Gratia & Libero arbitrio* non ſcripſit ante annum DXXIII. eo ſc. tempore, quo Conſtantinopoli a Scythis Monachis, & ab Africanis in Sardinia exulibus contra Fauſtum agebatur. Plures in Gallia eos *Fauſti* libros admirati fuerant, horumque doctrinam ſecuti. Verum eo Chriſti anno ſeſe eorum conatibus oppoſuit *Cæſarius* tunc Arelatenſis Epiſcopus, librumque edidit *de Gratia & Libero Arbitrio* eodem prorſus titulo, quem ſuo Operi Fauſtus inſcripſerat. Hunc librum a Felice Papa hujus nominis IV. laudatum, atque Apoſtolica auctoritate communitum, ſcribit Interpolator Gennadii cap. 86. cujus verba recitat Baronius num. X. Verum hic *Cæſarii* liber ad nos non pervenit. Eum an. DXXIII. ſcriptum fuiſſe ex dicendis conſtabit.

III. *Synodus Arelatenſis adverſus Prædeſtinatianos.*

Fauſtus Regienſis Epiſcopus ſuorum Lerinenſium ac Caſſiani Magiſtri opinioni adhærens, Auguſtini ſententiam de efficaci electorum Prædeſtinatione hac occaſione impugnavit. Fama erat, nonnullos ita Sancti hujus Doctoris ſententiam de gratuita Prædeſtinatione defendere,

Digitized by Google

laudibus proſequatur? An ideo me faſtidiendum, negligendumque curaſti, quia contemneres juniorem? quod parum credo. An quia indoctum? quod magis fero: ita tamen, ut qui dicere ignorem, non & audire: quia & qui Circenſibus ludis adfuerunt, ſententiam de curſibus non ferunt. An aliquo caſu diffidebamus, ut putaremur, iis quos edidiſſetis, libellis derogaturi? Atqui, præſule Deo, tenuet nobis eſſe amicitias, nec inimici fingere queunt. Hæc cum ſcribat Sidonius, & conquæratur ad ſe miſſos non fuiſſe libros, ſatis intelligi poſſe videtur, Fauſtum illos non omnibus communicaſſe, utique ex mala conſcientia timentem, ne, qui in eis eſſent laquei ſub herbis latentes, ub aliquo acuti ingenii viro & dogmatum callentiſſimo detecti, penitus diſſiparentur. Sidonius autem etſi vir pius & doctus, penetralia tamen rerum Eccleſiaſticarum adhuc junior haud fuerat perſcrutatus. Sed pergit ipſe:

XIV. Sidonius vi abripuit Fauſti ſcripta. *Iſta quorum? inquis. Ecce jam pando, vel quid indagaſſe me gaudeam, vel quid te celaſſe ſuccenſeam. Legi volumina tua, quæ Riochatus Antiſtes ac monachus, atque iſtiuſmodi bis peregrinus tuis Britannis pro te reportat; illo jam in præſentiarum Fauſto potius, qui non ſeneſcit, quique viventibus non defuturus poſt ſepulturam, ſit per ipſa quæ ſcripſit ſibi ſuperſtes. Hic igitur ipſe venerabilis, apud oppidum noſtrum cum moraretur donec gentium concitatarum procella deferveret* * *(cujus imaginis hinc & hinc turbo tunc inhorruerat) ſic reliqua dona veſtra detexit, ut perturbans quæ præſtantiora portabat operuerit ſpinas mras illuſtrare diſſimulans tuis floribus. Sed poſt duos aut iis amplius menſes ſic quoque a nobis cito profectum, cum quipiam prodidiſſent de viatoribus myſtica gaza clauſos involucris clam ferre theſauros; pernicibus equis inſecutus abruptum, qui facile poſſint itineris pridiani ſpatia prævertere, oſculo in fauces occupati latronis inſilui, humano loco* *, *geſta ſereno, veluti ſi excuſſura quæcumque catulorum Parthi colla raptoris pede volatico tigris orbata ſuperemicet. Quid multa? capti hoſtis genua complector, jumenta ſiſto, fræna ligo, ſarcinas ſolvo, quæſitum volumen invenio, produco, lectito,*

* deſtrueret.

* joco.

excerpo, maxima ex magnis capita defructuans. Tribuit & quoddam dictare celeranti ſcribarum ſequacitas ſaltuoſa compendium, qui comprehendebant ſignis, quod litteris non tenebant. Quibus lacrymis ſane maduerimus, mutuo viciſſim fletu rigati tunc, cum ab amplexu ſæpe repetitu ſepararemur, longum eſt dixiſſe, nec refert: quod triumphali ſufficit gaudio, ſpoliis onuſtum charitatis, & ſpiritualis compotem præda me domum retuli. Vidiſti, lector, quanta aviditate Fauſti, libri illi fuerint expetiti, quantave tandem inventi fuerint rapacitate ſublati: qui in Britanniam mittebantur, ubi diu viguit (ut dictum eſt) dogma Pelagii. Ut non mireris ſi a Cæſario paratum antidotum voluerit Felix Papa ſuis litteris ubique vulgari, ne conditum dulce venenum (quod a viris haud imperitis ipſo primo guſtu tum ſuave, tamque gratum apparuit) incaute legentibus necem inferret, cum laudati viri laudibus adeo immenſis prædicaretur. Fuiſſet hic integra ipſa reddenda Sidonii ad Fauſtum epiſtola, niſi nimiæ prolixitatis argui veritus eſſem: tu ipſam otioſius conſulas.

Et ne dubites Sidonium de alio aliquo a Fauſto edito ſcripto potius intelligere voluiſſe, quam de opere de quo agitur; perpende accurate ipſius Sidonii verba illa, quibus ait: *Legimus opus operoſiſſimum, multiplex, acre, ſublime, digeſtum titulis, exemplisque congeſtum, bipartitum ſub dialogi ſchemate, ſub cauſarum themate quadripartitum.* Ita plane: apparet enim commentarium illum in duos libros eſſe diſtinctum: per capita tituloſque diviſum, dialogiſmi figuram concione referentem, ſub cauſarum themate quadripartitum. Nam priori libro tum adverſus Pelagium omnia libero arbitrio hominis tribuentem, tum adverſus eos qui cuncta Divinæ gratiæ tantummodo accepta ferenda eſſe jactarent, diſputat: poſteriori vero de præſcientia & prædeſtinatione cumulatiſſime diſſerit, ut idem in præfatione operis ad Leontium (quæ inſcribitur Fauſti profeſſio fidei) apertiſſime profitetur: ut nemo jure inficias ire poſſit, alium aliquem a Sidonio Fauſti exprimi commentarium, quam qui duobus libris partitus, de Gratia Dei & humanæ mentis arbitrio inſcriptus habetur. XV. De quibus Fauſti libris Sidonius intellexit.

Sed

PAGIUS ut in abſurdos prorſus errores declinarent, quos Auguſtiniani dogmatis adverſarii altius exaggerabant, *Leontius* Arelatenſis Epiſcopus, qui ex Hilari Papæ Decreto in Galliis Synodos cogebat, Concilium *Arelate* indixit, in quo cum plurima contra nova ac periculoſa dogmata Patres ſtatuiſſent, uni *Fauſto* communi conſenſu injunctum fuit, ut editis libris ea fuſius pertractaret, de quibus in Synodo actitatum fuerat. Teſtatur hoc ipſemet Fauſtus in Præfatione ad Leontium, cui Opus ſuum inſcripſit: *Quod pro ſollicitudine*, inquit, *Paſtorali Beate Papa Leonti, in condemnanda Prædeſtinationis errore, Concilium ſummorum Antiſtitum congregaſtis, univerſis Gallarum Eccleſiis præſtitiſtis. Quod vero ad ordinanda ea, quæ collatione publica doctiſſime protuliſtis, operam infirmis humeris, curamque mandaſtis, parum, ut reor, tanto negotio, parum ſanctæ exiſtimationi veſtræ conſuluiſtis, & me judicio charitatis, non pericula electionis oneraſtis.*

Inte-

XVI. Sed lectorem monitum velim, poſteriorem Fauſti librum haud integrum reperiri, ſed deſiderari in eo illa de quibus ad Leontium idem Fauſtus in fine iſta præfatur: *In qua quidem opuſcula poſt Arelatenſis Concili ſubſcriptionem, novis erroribus deprehenſis, adjici aliqua, Synodus Lugdunenſis exegit.* Hæc ibi. At quænam iſta ſubſcriptio Arelatanſis Concilii? Numquid Epiſcoporum Concilium Fauſti commentarium illum ſubſcriptione firmavit? minime gentium: verum ſubſcripſit Synodus Fauſti illi tantum epiſtolæ, quam dedit ad Lucidum presbyterum, ut hominem in errores lapſum revocaret ad Catholicam fidem. Sed cur, dices, illa ſubſcriptio Aralatenſis Concilii non in fine Fauſti operis amplius, ſed in fronte ipſius ante præfationem poſita legitur, quam illis (ut ait) adjici, Synodus Lugdunenſis exegit? Numquid hoc caſu factum? nequaquam: ſed accipe Fauſti vafrum conſilium. Sic ipſe quidem ad finem ſui commentarii iſta appoſuit, quibus videri poſſet edita ſcripta ab ipſo jam a duabus Synodis eſſe recepta: ſed ſcias prudenter jureque inde poſtea eſſe ſublata, & ante illud Fauſti opus collocata, ut ſua quæque tempori & auctoribus redderentur ne Fauſti fraus ſimpliciores decipere poſſet.

XVII. De hæreſi prædeſtinatorum. Acturi nos vero de his quam accuratiſſime, in primis in memoriam revocandum putamus, poſt ſancti Auguſtini obitum prodiiſſe quoſdam, qui ex ejus ſcriptis male perceptis complures invexerunt errores, quos S. Auguſtini nomine & auctoritate defendere conabantur: ſed eos pro defenſione ipſius S. Auguſtini agens, ſanctus Proſper valide confutavit. Dicebantur iſti (ut Sigebertus (a) adnotavit) hæreſis Prædeſtinatorum ſectatores: qui idcirco eo nomine vocabantur, quia de præſtinatione & divina gratia diſputantes, aſſererent, nec pie viventibus prodeſſe bonorum operum laborem, ſi a Deo ad damnationem præſciti eſſent; nec impiis obeſſe, etiamſi improbe viverent, ſi a Deo prædeſtinati fuiſſent ad vitam: qua aſſertione boni a bonis avocarentur operibus, & mali ſtabilirentur in malis; quæ quidem (ut diximus) ex ſcriptis ſancti Auguſtini male perceptis, qui hujuſmodi erant, ſe accepiſſe jactabant. His autem deceptus erroribus fuit Lucidus quidam magni nominis presbyter, ad quem Fauſtus epiſtolam illam ſcripſit, quam ut vere Catholicam ab Epiſcopis Concilii Arelatenſis probatam & ſubſcriptione munitam diximus; cujus etiam auctoritate libros illos duos, de quibus aſt ſermo, Fauſtus probare voluit. Ut igitur cuncta quam exactiſſime in re magni momenti explorata reddantur, hic tibi primum ipſam ad Lucidum Fauſti epiſtolam reddendam putavimus, ut de reliquis Fauſti ſcriptis pretioſum a vili ſecernas: ſic enim ſe habet.

(a) Sigeb. Chron. anno Dom. 413.

Domino devinctiſſimo & mihi ſpeciali affectu venerando ac ſuſpiciendo fratri Lucido presbytero, Fauſtus.

XVIII. Fauſti epiſtola ad Lucidum. *Grandis charitas eſt, parum cauti fratris errorem per Dei adjutorium & gratiam magis velle curare, quam, ſicut ſummi Antiſtites meditantur, a bonitate ſuſpendere. Quid poſſum de hoc ſenſu, ſicut vit, cum unanimitate tua, per litteras loqui, cum te præſens multa & blanda & humili allocutione numquam potuerim ad viam veritatis attrahere? Loquentes ergo de Gratia Dei & obedientia hominis, id omnimodo ſtatuere debemus, ut neque proni in ſiniſtram, neque importuni in dexteram regiam magis gradiamur viam. Illud autem venerationem tuam dixiſſe miratus ſum, quod nullus umquam ſub religioſa profeſſione contra Catholicam fidem vel ſcripſerit, vel prædicaverit, cum plurimi multiplices & profanos auctores ſuos etiam ſcriptorum monumentis crediderint inferendos, qui tamen Chriſtiano nomine gloriabantur. Breviter ergo dicam, quantum cum abſente loqui poſſum, quid ſentire cum Catholica Eccleſia debeas, ideſt.*

Ut cum gratia Domini operationem baptizati famuli ſemper adjungas; & eum qui prædeſtinationem, excluſo labore hominis, aſſerit, cum Pelagii dogmate deteſteris.

XIX. Anathematiſmi Fauſti Regienſis. *Anathema ergo illi, qui inter reliquas Pelagii impietates, hominem ſine peccato naſci & per ſolum laborem poſſe ſalvari, damnanda præſumptione contenderit; & qui eum ſine gratia Dei liberari poſſe crediderit.*

Item anathema illi, qui hominem cum fideli confeſſione ſolemniter baptizatum, & aſſerentem Catholicam fidem, & poſtmodum per diverſa hujuſmodi oblectamenta prolapſum, in Adam & originale peccatum periiſſe aſſeruerit.

Item anathema illi, qui per Dei præſcien-

PAGIUS IV. *Prædeſtinatiani in Concilio Lugdunenſi damnati.* Interim cum rurſus errores de Divinæ gratiæ auxiliis ſuborti eſſent, in Lugdunenſi Synodo eorum pariter confutandorum cura eidem Fauſto commiſſa fuit. Aſſerit id Fauſtus in fine ejuſdem Præfationis: *In quo quidem*, inquit, *Opuſculo poſt Arelatenſis Concilii ſubſcriptionem novis erroribus deprehenſis adjici aliqua Synodus Lugdunenſis exegit.* At Fauſtus mala fide atque animo contra Auguſtini ſententiam præoccupato demandatum munus executus, a rectiori dogmate exorbitavit; etenim dum Prædeſtinatianam hæreſim confutat, libroſque duos *de Gratia & libero Arbitrio* ſcribit, *Auguſtini* de gratuita Prædeſtinatione ſententiam totis viribus impugnat, & Maſſilienſium dogmata dudum a Sancto Doctore everſa reſtaurat. Sæpe fidem ex viribus Liberi Arbitrii naſci docet: *Unde hic extra legem poſiti accuſantur, increduli, niſi quia legem*

ſcientiam in mortem deprimi hominem dixerit.

Item anathema illi, qui dixerit, illum quê periit, non accepiſſe ut ſalvus eſſe poſſet, id eſt, de baptizato, vel de illius ætatis Pagano, qui credere potuit & noluit.

Item anathema illi, qui dixerit, quod vas contumeliæ non poſſit aſſurgere, ut ſit vas in honorem.

Item anathema illi, qui dixerit, quod Chriſtus non pro omnibus mortuus ſit, nec omnes homines ſalvos eſſe velit. Hactenus Fauſti anathematiſmi, qui mox iſta ſubjungit:

XX. *Cum autem ad nos in Chriſti nomine veneris, aut cum a ſanctis ſacerdotibus evocatus fuerie: tunc opportune (ſi Dominus juſſerit) locis ſuis teſtimonia proferemus; quibus & quæ Catholica ſunt, manifeſtentur; & quæ Catholicis ſunt contraria, deſtruantur.* Hæc Fauſtus, qui & mox ſubdit quæ de his ipſe ſentiat, verbis iſtis:

XXI. Fauſti profeſſio. *Nos autem per illuminationem Chriſti veraciter & confidenter aſſerimus, & eum qui periit per culpam, ſalvum eſſe potuiſſe per gratiam, ſi gratiæ ipſius famulatui, laboris obedientiam non negeſſet: & eum qui per gratiam ad bonæ conſummationis metas, ſervitio obſequente, pervenit, cadere per deſidiam, & perire potuiſſe per culpam.*

XXII. *Nos ergo per medium, Chriſto duce, gradientes, poſt gratiam, ſine qua nihil ſumus, laborem laborioſæ ſervitutis aſſerimus: ſed omnimodo arrogantiam & præſumptionem laboris excludimus; ut totis viribus deſudantes, ne gratia in nobis evacuetur, quicquid de manu Domini ſuſceperimus, donum pronunciemus eſſe, non pretium: ſcientes laboris ipſius fructum officii rem eſſe, non meriti: cum Evangeliſtu dicentes (a): Servi inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus. Hæc quæ ſtrictim pro epiſtolæ brevitate memorata ſunt, aut recipere ſe, aut reſpuere, unanimitas tua, recurrente ſermone, reſpondeat. Cæterum qui hanc veritatis menſurum, gratia procedente, & conatu aſſurgente, non ſequitur, dignus erit qui a ceris liminibus arceatur.*

(a) Luc. 17.

XXIII. *Ego autem individuam mihi bonitatem tuam toto ſinceræ benignitatis amplexu in via retinens, in matris Eccleſiæ gremio permanere, repudiato hoc errore, deſidero: Qui ſi cito reſpuatur, ignorantiæ fuiſſe videbitur, blaſphemiæ vero reputabitur, ſi pertinaciter defendatur. Gravem namque in auctorem retorquemus invidiam, ſi dicamus, quod ei poſſibilitatem capeſſendæ ſalutis noluerit dare quî periit, et dumtaxat, qui capere jam poſſit arbitrii libertatem: cum minime negare poſſimus, quod mandati prævaricatorem in judicii ſui examinatione damnabit. Quî enim non eſt obnoxius de ſuſcepto, neſcio quomodo reus eſſe poſſit de perdito. Ac ſic peccantes in Deum, cujus in primis incautius aſſeruimus gratiam, in poſtremis ejus videbimur impugnare juſtitiam. Hujus autem epiſtolæ exemplar mecum retine, in conventu ſanctorum Antiſtitum, ſi ita neceſſe fuerit, proferendum. Quam ſi ſuſcipiendam putaveris fraternitas tua: aut ſubſcriptam manu propria mox remittat, aut ſequentibus ſcriptis omnino ſe improbuſſe reſpondeat. Quod ſi eam ſubſcriptam (ut dixi) tranſmittere nolueris, aperte adhuc te in errore perſiſtere, ipſo ſilentio comprobabis: ac proinde jam neceſſitatem mihi facies ad perſonam tuam publicis conventibus exponendam. Et ideo ſecundum hæc quæ a me ſunt directa, reſcribe, utrum ea, remotis circuitionibus, aut cognoſcas, aut reſpuas.* Hactenus ad Lucidum Fauſti epiſtola.

XXIV. Synodus brobat Fauſti epiſtolam. Protulit vero idem poſtea eamdem epiſtolam expoſuitque cognoſcendam Patribus in Concilio congregatis: qua Catholica cognita, undecim Epiſcopi qui interfuerunt, eidem ſubſcripſerunt in hunc modum:

Auxianus in Chriſti nomine Epiſcopus relegi & ſubſcripſi.

Fauſtus exemplar epiſtolæ meæ relegi & ſubſcripſi.

Paulus Epiſcopus in Chriſti nomine relegi & ſubſcripſi.

Eutropius in nomine Chriſti Epiſcopus relegi & ſubſcripſi.

Pracmatius in Chriſti ſigno Epiſcopus relegi & ſubſcripſi.

Patiens in Chriſto Epiſcopus relegi & ſubſcripſi. Eu-

PAGIUS *legem naturæ, cui fides juncta eſt, ſervare noluerunt. Unde obiicitur incredulitas niſi quia in promptu fuit credendi facultas? Liberi itaque Arbitrii ratio facit, ut remuneretur credens, ut damnetur incredulus*, inquit Fauſtus lib. 2. cap. 8. Controverſiam iſtam de Prædeſtinatianis, quæ noſtris diebus maximopere exarſit accurate diſcuſſere Em. Card. Noriſius lib. 1. Hiſt. Pelagianæ cap. 15. & Natalis Alexander ſæculo quinto part. 1. Diſſert. 5. cum quibus ſequentia obſervanda.

V. Exordium hujus ſectæ. Inter cæteros, qui *Prædeſtinatianorum* erroribus infecti cenſebantur, erat quidam *Lucidus* Presbyter, quem ut ab eo dogmate *Fauſtus* abduceret, Epiſtolam miſit eumdem amice conveniens, quo horridam ſententiam exueret, publicam ſin minus obſequeretur, delationem apud Synodum interminatus: hanc Epiſtolam ſubſcripſere undecim Epiſcopi, ac ipſe etiam poſtea *Lucidus*. Hæc apud Fauſtum legitur, in qua ſuorum errorum palinodiam canit. Primus, qui Prædeſtinatianorum meminit fuit Proſper Tiro in Chronico Imperiali, qui ad annum Honorii XXIII. ait: *Prædeſtinatorum hæreſis, quæ ab Auguſtini libris male intellectis accepiſſe dicitur initium, his temporibus ſerpere exorſa eſt.* Cum vero Honorius anno CCCXCV. die XVII. Januarii Theodoſio Magno patri ſucceſſerit, anno Chriſti 417. Prædeſtinatorum hæreſis ex iſto Auctore prorupit. Sigebertus ad annum CDXV. illam

Euphronius relegi & admiratus ſum plenitudinem ſanctam.

Megetius Epiſcopus relegi & ſubſcripſi.

Claudius in nomine Chriſti Epiſcopus relegi & ſubſcripſi.

Leucadius in nomine Chriſti Epiſcopus relegi & ſubſcripſi.

Julianus in nomine Chriſti Epiſcopus ſubſcripſi.

Lucidus presbyter relegi & ſubſcripſi. Quod autem huic epiſtolæ ipſe Lucidus presbyter ſubſcriptus legatur, accidiſſe videtur, ut qui per litteras palinodiam recantarat, etiam in Synodo coram Epiſcopis id ipſum voluerit præſtitiſſe.

XXV. Voluimus hic Epiſcoporum recenſuiſſe nomina, quod omnes ferme magnæ famæ Antiſtites fuerint, quorum apud Sidonium mentio habeatur: nam Auxanius primo loco poſitus, in Lucidi epiſtolæ inſcriptione Auxianus legitur; quem illum puto hujus temporis Epiſcopum, apud Sidonium mendoſe *Aulianum* nominatum in antiqua lectione, qua mendoſius recens habet *Julianum*. Eſt mentio Auxanii, qui & Auxamius ſcriptus reperitur, in epiſtola Hilari Papæ ad Leontium & alios Epiſcopos de controverſia inter eum atque Ingenuum Ebredunenſem Epiſcopum. Nominatur & Fauſtus, ad quem extat Sidonii epiſtola (*a*). Pragmarius item, qui habetur ordine quintus, idemque ſanctus, (*b*) ad quem extant litteræ Sidonii (*c*) fuit iſte Epiſcopus Auguſtudunenſis, idemque notus in Concilio Epaunenſi. Patiens, qui ſequitur ordine ſextus, & ipſe inter Sanctos relatus, fuit Epiſcopus Lugdunenſis, de quo ſæpe idem qui ſupra Sidonius (*d*) meminit, noſque plura de eo in noſtris Notis. Euphronii pariter, qui numeratur ſeptimus, memoria apud Sidonium (*e*) viget, quem ſanctum nominat: ſicut & Megetii, ad quem ejuſdem Sidonii extat epiſtola (*f*). Claudius, qui ordine ſequitur nonus, Epiſcopus fuit Biſuntinus, idemque inter Sanctos memoria (*g*) celebris, qui item ſubſcriptus legitur Concilio Epaunenſi. De Leucadio nihil invenimus. Julianum vero, qui ultimo loco ponitur, illum putamus fuiſſe, qui Carpentoratenſem rexit Eccleſiam, Epaunenſique ſubſcripſit Concilio.

(*a*) Sidon. l. 6. ep. 6.
(*b*) Martyrol. Rom. die 22. Novembr.
(*c*) Sidon. l. 6. ep. 2.
(*d*) Sidon. l. 6. ep. 12.
(*e*) Sidon. l. 5. ep. 25.
(*f*) Sidon. l. 7. ep. 3.
(*g*) Martyrol. Rom. 6. Jun.

XXVI. At ſubiiciamus hic ejuſdem Lucidi epiſtolam, quam ad alium Epiſcoporum Conventum in deteſtationem eorumdem errorum his verbis conſcripſit:

Dominis beatiſſimis in Chriſto reverendis Patribus Leontio, Euphronio, Fonteio, Viventio, Mamerco, Patienti, Viriano, Auxiano, Fauſto, Megetio, Paulo, Græco, Eutropio, Baſilio, Leontio, Claudio, Leucadio, Pragmatio, Marcello, Prætextato, Juliano, Amicali, Joanni, Opilioni, Licinio, Viventio, Theophraſto Epiſcopis, Lucidus. Epiſcopi Synodi Lugdunenſis.

Correctio veſtra, ſalus publica; & ſententia veſtra, medicina eſt. Unde & ego ſummum remedium duco, ut præteritos errores accuſando excuſem, & ſalutifera confeſſione mea diluam.

XXVII. *Proinde juxta prædicandi recentia ſtatuta Concilii, damno vobiſcum ſenſum illum qui dicit, humanæ obedientiæ laborem divinæ gratiæ non eſſe jungendum.* Lucidi plena confeſſio.

Qui dicit, poſt primi hominis lapſum ex toto arbitrium voluntatis exſtinctum.

Qui dicit, quod Chriſtus & Salvator noſter mortem non pro omnium ſalute ſuſceperit.

Qui dicit, quod præſcientia Dei hominem violenter compellat ad mortem, vel quod cum Dei pereant voluntate qui pereunt.

Qui dicit, quod poſt acceptum legitime baptiſmum in Adam moriatur quicumque deliquerit.

Qui dicit, alios deputatos ad mortem, alios ad vitam prædeſtinatos.

Qui dicit, ab Adam uſque ad Chriſtum, nullum ex Gentibus per primam Dei gratiam id eſt, per legem naturæ in adventum Chriſti fuiſſe ſalvatos, eo quod liberum arbitrium in primo parente perdiderint.

Qui dicit, Patriarchas ac prophetas, vel ſummos quoſque Sanctorum, etiam ante redemptionis tempora, intra paradiſum degiſſe. Hæc omnia quaſi impia & ſacrilegiis repleta condemno.

XXVIII. *Ita autem aſſero gratiam Dei, ut niſum hominis & conatum gratiæ ſemper adjungam, & libertatem voluntatis humanæ non extinctam, ſed attenuatam & infirmatam eſſe pronunciem, & periclitari eum qui ſalvus eſt, & eum qui perit potuiſſe ſalvari.*

Chriſtum etiam Dominum & Salvatorem noſtrum, quantum pertinet ad divitias bonitatis ſuæ, pretium mortis pro omnibus obtuliſſe: & quia nullum perire velit, qui eſt Salvator omnium, maxime fidelium, dives in omnibus qui invocant illum. *Aſ-*

PAGIUS illam recitat, ejuſdemque mentionem faciunt Fauſtus in Præfatione ad Leontium, ac Arnobius Junior in Expoſitione Pſalterii. Verum anno XCXVII. Auguſtinus nondum de Prædeſtinatione electorum ſcribere cœperat, ut ſuo loco demonſtravi, ideoque vana hæc Prædeſtinationis Chronologia.

VI. Baronius recte tradit, libros de Prædeſtinatione Sanctorum & de Dono perſeverantiæ contra Semipelagianos ſcriptos fuiſſe; itemque Proſperum & Hilarium Romam profectos adverſus eoſdem a Celeſtino literas obtinuiſſe. Verum num. XVII. hæc ſcribit: Poſt *Sancti Auguſtini obitum prodiiſſe quoſdam, qui ex ejus Scriptis male intellectis complures invexerunt errores, quos Sancti Auguſtini nomine & auctoritate defendere conabantur: ſed eos, pro defenſione ipſius Sancti Auguſtini agens Sanctus Proſper, valide con-*

A Monachis Adrumetinis non repetendum.

Aſſero etiam, per rationem & ordinem ſæculorum alios lege gratiæ, alios lege Moyſi, alios lege naturæ, quam Deus in omnium cordibus ſcripſit, in ſpe adventus Chriſti fuiſſe ſalvatos; tamen ex initio mundi ab originali nexu niſi interceſſione ſacri ſanguinis non abſolutos.

XXIX. *Profiteor etiam æternos ignes & infernales flammas factis capitalibus præparatas: quia perſeverantes humanas culpas merito ſequitur divina ſententia; quam juſte incurrunt qui hæc non toto corde crediderint. Orate pro me, domini ſancti & Apoſtolici Patres.* Hactenus profeſſio Lucidi ſecundum ea quæ a nominatis Epiſcopis in Synodo definita fuiſſent, in hoc incumbentibus Patribus, ut errores exploderent illorum potiſſimum, qui ex doctrina S. Auguſtini male ab ipſis percepta, ſive in pravum ſenſum calumnioſe detorta, pravas deduxiſſent concluſiones, quaſi ex neceſſitate prædeſtinationis fatum introduxiſſet, ſive alios errores, quos omnes ante hanc Synodum S. Proſper (ut dictum eſt) confutavit, cum adverſus calumniatores doctrinæ ejuſdem S. Auguſtini, reſponſionum quatuor libros conſcripſit. Ex cujus ſententia iidem nominati nuper Epiſcopi ejuſmodi emergentes condemnaverunt errores, nulla prorſus de S. Auguſtino habita mentione; ex quo fonte improbe illi atque falſo aſſererent eſſe deductos: cum re vera non ex S. Auguſtino iſta proferre, ſed pravis eorum ſenſibus convicti ſint.

XXX. Bene quidem hucuſque res geſta: ſed qui inter eos conſedit Fauſtus S. Proſperi ſucceſſor Epiſcopus Regienſis & æmulus, inſtar cauponis, (a) qui miſcens aquam vino, non juſtificatur a peccatis; primum ſummam fidem apud Patres invenit, quod ſucceſſor eſſet acerrimi defenſoris Catholicæ fidei, & Lucidum magni nominis virum ad pœnitentiam perduxiſſet, meruiſſetque laudem apud ſacros Synodales conventus, quibus interfuerunt (ut vidimus) viri ſanctiſſimi atque doctiſſimi: nam præter recenſitos illos qui Fauſti epiſtolæ ſubſcripſere, inter eos etiam, ad quos ſuæ pœnitentiæ Lucidus presbyter libellum direxit, magnus ille adnumeratur Mamercus Vienenſis Epiſcopus, cujus præconia Sidonius Apollinaris poſteris ſatis copioſe teſtata reliquit; & alii, quorum apud eumdem auctorem celebris fama eſt, ut Leontius Epiſcopus Forojulienſis, ad quem etiam Fauſtus libros illos ſuos inſcripſit, & Sidonii extat epiſtola; (b) Theopraſtus, ad quem item ipſius Sidonii data reperitur epiſtola; (c) ſicut & ad Eutropium; (d) necnon ad Græcum, (e) quem plurimum laudat; item Joannes, cujus eſt mentio apud eumdem Sidonium in epiſtola ad Domnulum; (f) necnon Baſilius, ad quem extant ipſius litteræ (g).

(a) Eccl. 26.

Fauſti conatus.

(b) Sidon. l.6. ep.3.

(c) Sidon. l.5. ep.5. l.6. ep.4.

(d) Idem l.6. ep.6.

(e) Sidon. l.6. ep.8.

XXXI. Quod igitur duorum iſta Conciliorum extarent monumenta a Fauſto ſuis libris aſſixa, quibus viſus eſſet a ſe editum commentarium illum duobus libris diſtinctum confirmare voluiſſe: Cæſarius quod videret venenum ea arte eſſe paratum, ut decipere etiam prudentem hominem poſſet, eodem argumento (ut diximus) Catholicos edidit libros, quos epiſtola ſancti Felicis Romani Pontificis confirmavit: cum e contra Gelaſii Papæ cenſura ſcripta Fauſti inter rejecta ſint adnumerata.

(f) Idem l.5. ep.25.

(g) Idem l.7. ep.6.

XXXII. At non unus tantum præſtitit hoc Cæſarius, ut ſcriptis ſuis Catholicam fidem firmans, Fauſti refutaret errores: ſed & ſanctus Avitus Viennenſis Epiſcopus eodem ferme tempore iſtud ipſum exhibuit: de quo habet iſta ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus Ado (h), cum de Fauſto agit his verbis: *Fauſtus ex Abbate Lerinenſis monaſterii apud Regium Galliæ Epiſcopus factus, Pelagianum dogma deſtruere conatus, in errorem labitur: unde qui ejus ſenſus in hac parte Catholicos prædicant (ſicut Gennadius de Illuſtribus viris ſcribens) omnino errant. Ita enim liberum arbitrium tam Auguſtinus, quam cæteri Catholici in Eccleſia Dei docent, ut illuminatio, virtus, & ſalus illi a Chriſto & per Chriſtum & cum Chriſto ſit: Fauſtus vero iſte, ita liberum Chriſtianum arbitrium docere conatur, ut illuminatio ejus, virtus, & ſalus non a Chriſto, ſed a natura ſit. Contra hunc ſcribit lucidiſſima fide Avitus Viennenſis Epiſcopus, ejus redarguens errorem: ſimiliter & Joannes vir eruditus Antiochenus presbyter.* Hæc Ado.

(h) Ado in Chron. anno Dom. 492.

Errores Fauſti.

XXXIII. Non eſt quidem, ut pro Fauſto aliqua poſſit in ejus defenſionem vel excuſationem Apologia elaborari, quem conſtat in univerſo orbe Catholico impugnatum. Etenim in Occidente Cæſarius & Avitus doctiſſimi atque ſanctiſſimi in Galliis Epiſcopi adverſariis eum ſcriptis exagitarunt, eumdemque in Africa S. Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus ſeptem libris vehementiſſime oppugnavit, de quibus Iſidorus (i): *Legimus de Gratia Dei & libero arbitrio Fulgentii libros Reſponſionum ſeptem, Fauſto Galliæ Regienſis urbis Epiſcopo Pelagianæ pravitati conſen-*

(i) Iſidor. de Vir. Illuſtr. c.14.

PAGIUS *confutavit; dicebantur iſti, ut Sigebertus adnotavit, hæreſis Prædeſtinatorum ſectatores.* Sed imprimis falſum eſt, Adrumetinos Monachos Prædeſtinatianæ hæreſi initium dediſſe, licet id etiam Sirmondus in libello de hac hæreſi cap. 1. exiſtimarit; imo apud illos Semipelagianiſmus exorſus eſt, & in ipſis cunis ab Auguſtino ſuffocatus. Nam cum Sanctus Doctor accepiſſet, quoſdam Adrumetinos Monachos in ſiniſtras opiniones de divina Gratia & hominis

ſentienti reſpondeatis: obnititur ejus profundam deſtruere calliditatem. Hæc ipſe: ſed qui præſtant his omnibus Felix atque Gelaſius Romani Pontifices eadem Fauſti ſcripta rejecerunt: ut plane univerſum Occidentalem orbem in eoſdem Fauſti libros inſurrexiſſe eoſdemque oppugnaſſe, atque hæreſis condemnaſſe manifeſtum ſit,

XXXIV. In Oriente vero non unus dumtaxat (quem refert Ado) Joannes presbyter Antiochenus eos Fauſti libros refellit, ſed Orthodoxi ferme omnes, obnitentibus contra & turbas moventibus Conſtantinopoli Scythiæ monachis, qui de his libellum obtulerunt legatis Hormiſdæ Papæ Conſtantinopoli agentibus: quem cum illi recipere noluiſſent, ipſi Romam profecti eumdem Pontificem conveaere.

XXXV. Sed ad Poſſeſſorem Epiſcopum ea de re ipſum Pontificem litteris itidem conſulentem, de Fauſti libris iſta reſcripſit Hormiſda: *Hi vero, quos de Fauſti cujuſdam Galli Antiſtitis dictis contuliſſe litteris indicaſtis; id ſibi reſponſum habeant: Neque illum, neque quemquam, quos in auctoritate Patrum non recipit examen Catholicæ fidei, aut Eccleſiaſticæ diſciplinæ ambiguitatem poſſe gignere, aut religionis præjudicium comparare. Fixa ſunt a Patribus, quæ Fideles ſectari debeant inſtituta.* Et poſt nonnulla: *De libero tamen arbitrio & gratia Dei, quod Romana, hoc eſt Catholica ſequatur & ſervet Eccleſia, licet in variis libris beati Auguſtini & maxime ad Hilarium & Proſperum poſſit agnoſci; tamen in ſcriniis Eccleſiaſticis expreſſa capitula continentur, quæ ſi tibi deſunt & neceſſaria creditis, deſtinabimus.* Hæc & alia Hormiſda Papa ad Poſſeſſorem Epiſcopum Africanum: quibus valeas intelligere libris illis Fauſti ab omnibus contradictum, & a ſede Apoſtolica Catholicaque Eccleſia eoſdem eſſe rejectos. Sed de ſcriptis Hormiſdæ ad Poſſeſſorem ſuo loco uberius agendum erit. Quinam autem colligantur ex Fauſti duobus libris illis errores ſcriptis S. Auguſtini & ſententiæ Catholicæ Eccleſiæ adverſantes, tu vide illos collectos a Maxentio in Reſponſione ad Hormiſdam Romanum Pontificem, (a) ubi in pluribus Fauſtus declaratur hæreticus.

(a) *Extat ipſa t. 4. Bibl. ſanct. ſecunda edit.*

XXXVI. *Fauſti latebræ deteguntur.* Videre namque eſt, eumdem Fauſtum in conventibus ſanctorum Patrum, ut Saul inter Prophetas, Prophetam & ipſum apparuiſſe, eadem cum illis ſentientem: ſed privatis poſtea ſcriptis doloſa arte totam de juſtificatione hominis deſtruxiſſe ſententiam, dum capitioſe videri volens pugnare contra Pelagium, Pelagio ſaviſſe compertus eſt. Ejuſmodi plane erant Pelagianorum, immo & Pelagii ipſius (ut ſuperiori tomo oſtenſum eſt) fallaces artes; dum videri volentes eam hæreſim confutare, eamdem firmius ſtabilirent. Cum igitur Fauſti ſententiæ ubique ab Eccleſia Catholica fuerit contradictum; videant quanto periculo quidam ex recentioribus, dum in Novatores inſurgunt ut eos confutent, a S. Auguſtini ſententia de prædeſtinatione recedunt: cum alioqui arma non deſint, quibus adverſarii profligentur.

XXXVII. At non his contentus novus dogmatiſta, novas in Eccleſia aſtruere conatus eſt ſententias, cum illud inſulſum edito ſcripto importunus inveait, ut aſſereret animas eſſe corporeas. Extat hactenus ipſius ea de re elucubratio in opuſculo quod inſcripſit de Creaturis, in quo quidem miram quamdam detegimus hominis in erroribus aſtruendis calliditatem ne, an dicam nequitiam? eum, ut lectorem decipiat, abutens S. Hieronymi nomine, eam ex eodem auctore ſententiam citat, qua ille (b) Origeniſtas impugnat. Audi, rogo, Fauſti verba: *Sicut in quodam ſancti Hieronymi tractatu legimus: Globos (inquit) ſiderum corporatos eſſe ſpiritus arbitrantur.* At quam procul ab hac ſententia ſanctus Hieronymus fuit, qui Origeniſtas ex philoſophorum ſcholis deducentes iſta figmenta ad corpora glorificata deridet? Verum ejuſdem mendaciorum latebras & captioſas fallacias detexit & confutavit Claudianus Mamerci * Epiſcopi Viennenſis germanus, tribus diſertiſſimis libris ad Sidonium Apollinarem conſcriptis, quos idem Sidonius luculenta laudavit epiſtola (c). Sed cum eximia illa præconia in ignominiam Fauſti vertantur, adverſus quem Claudianus diſputavit: plane intelligere potes ejus erga Fauſtum priores affectus friguiſſe, immo & in contrarium eſſe converſos.

(b) *Hier. ep. 27. & contra Jo. Hieroſol.*

Claudianus Fauſtum confutat.

* Mamerti.

(c) *Sidon. l. 4. ep. 3. & in præf. Claud. oper.*

XXXVIII. At quod in talem tantumque virum incidimus, ejus obviam veneremur ſepul-

PAGIUS nis Arbitrio prolapſos, quo eoſdem ab errore revocaret, librum ſtatim perſcripſit de Gratia & Libero Arbitrio, de quo lib. 2. Retract. cap. 66. hæc habet: *Propter eos, qui cum defenditur Dei Gratia putantes negari Liberum Arbitrium, ſic ipſi defendunt Liberum Arbitrium, ut negent Dei Gratiam, aſſerentes eam ſecundum merita noſtra dari, ſcripſi librum, cujus titulus eſt, de Gratia & Libero Arbitrio. Ad eos autem ſcripſi Monachos Adrumetinos, in quorum Monaſterio de hac re cœperat eſſe contentio.* Hic ergo liber ſcriptus non fuit contra Prædeſtinatianos qui Libero Arbitrio ſublato omnia Gratiæ dabant, ſed contra reliquias Pelagianorum aſſerentium Liberum arbitrium auferri, ſi nulla hominum merita Divinam Gratiam antecedant. Sanctus Doctor a cap. 4. hujus libri totus in eo eſt, ut probet, Gratiam nulla hominum merita ſupponere, quod ex delatione Creſconii & Felicis intellexerat, quoſdam oppoſitum de-

crum, & ſacros cineres ſalutemus. Verum de ejus excellentia ante dicendum, & quæ de eo præmittit Sidonius, in medium adducenda. Qualis enim quantuſque fuerit Claudianus cognomento Mamercus, pollens una cum Theologicis facultatibus cæteris quoque ſcientiis, ipſi iidem tres libri ſunt indices; ut plane veritatis aſſertorem, non autem adulatorem Sidonium fuiſſe cognoſcas, cum duabus epiſtolis ejus ſcripta cumulatiſſime laudat, altera ad ipſum, altera ad Hypſidium data. Sed quod præſtat in Claudiano, illud eſt, quod ad ſcientiæ cumulum haud anguſtiori menſura probitatem adjecit; ut paucis verbis iſtis Sidonius declaravit in alia ad ipſum epiſtola data (a): *Cum precatu Deum placas, eumdem non modo amicis, ſed & ignotis concilias: Cum Scripturarum cæleſtium myſteria rimaris, quo te ſtudioſius imbuis, eo doctrinam cæteris copioſius infundis; Cum tuas opes in uſus pauperum prodigis, tibi quidem maxime, ſed aliis quoque conſultum facis, &c.* Et in epiſtola ad Petrejum (b), poſt multa, quibus excellentem viri doctrinam commendat, hæc de ejus ſanctis operibus, quibus ſacerdotium decorabat, addit: *Cæterum cætera quis competenti præconio extollat? quod conditionis humanæ per omnia memor, clericos opere, ſermone populares, exhortatione mœrentes, deſtitutos ſolatio, captivos pretio, jejunos cibo, nudos operimento conſolabatur; pariter, & ſuper his plura replicare ſuperforaneum ſtatuo: nam merita ſua, quibus divitem conſcientiam cenſu paupertatis locupletavit, ſpe futuræ retributionis celare plus ſtuduit, &c.*

Qualis Claudianus.

(a) Sidon. l.4. ep.2. vet. edit. & inter ſcripta Claud. c.4. Bibl. ſanct. perperam autem in edit. Torneſiana ſub titulo legitur Claudiani.

(b) Sidon. l.4. ep.11.

XXXIX. At ne contingat quempiam errare ex nomine, vel ex munere; non hic Claudianus (ut aliqui opinati ſunt) Viennenſis Epiſcopus fuit, ſed presbyter germanus ſancti Mamerci Epiſcopi Viennenſis: nominant eum presbyterum Gennadius (c) & Ado, ſed & Sidonius pariter id ipſum affirmat, additque eumdem fratri acceſſiſſe Vicarium, ſive dixeris Corepiſcopum: unde tuto eos redarguas, qui hunc ipſum Viennenſem Epiſcopum appellant. Accipe de eo quid Sidonius ſubdat (d): *Epiſcopum fratrem majorem natu affectuoſiſſime obſervans, quem diligebat ut filium, cum tamquam patrem veneraretur. Sed & ille ſuſpiciebat hunc granditer, habens in eo conſiliarium in judiciis, Vicarium in Eccleſiis, procuratorem in negotiis, villicum in prædiis, tabularium in tributis, in lectionibus comitem, in expoſitionibus interpretem, in itineribus contubernalem, &c.*

Claudianus presbyter, non Epiſcopus.

(c) Genn. c.83.

(d) Sid. l.4. ep.11.

XL. Conſtat autem Claudianum ante Mamercum fratrem ex hac vita ſubductum; cui Sidonius Apollinaris hoc in ejus ſepulcro epitaphium ſcripſit, quod ad Petrejum miſit:

Epitaphium Claudiani.

Germani decus & dolor Mamerci,
Mirantum unica gemma Epiſcoporum,
Hoc

PAGIUS

docentes, ipſius ad Sixtum Epiſtolam, in qua error ille refellitur, impugnare.

VII. Sed quod neque eadem Cæleſtino Pontifice in Galliis emerſerit, neque a Proſpero impugnata, vel a Pontifice damnata fuerit, docet ipſemet Proſper, quem pro ſe teſtimonium dicere Sirmondus putavit. Hæc Proſper ad Auguſtinum ſcribit: *Multi ergo ſervorum Chriſti, qui in Maſſilienſi urbe conſiſtunt, in Sanctitatis tuæ Scriptis, quæ adverſus Pelagianos hæreticos condidiſti, contrarium putant, Patrum opinioni & Eccleſiaſtico ſenſui, quidquid in eis de vocatione electorum ſecundum Dei propoſitum diſputaſti.* Non ergo iſti erant Prædeſtinatiani, qui ſententiam Sancti Doctoris de vocatione electorum non impugnabant, ſed eandem uti Pauli Apoſtoli dictis conformem totis viribus defendebant. Quid vero ſententiæ Auguſtini objicerent, paulo inferius Proſper narrat his verbis: *Hoc autem propoſitum vocationis Dei, quo vel ante mundi initium vel in ipſa conditione generis humani eligendorum & rejiciendorum dicitur facta diſcretio, ut ſecundum quod placuit Creatori, alii vaſa honoris, alii vaſa contumeliæ ſint creati, & lapſis curam reſurgendi adimere, & ſanctis occaſionem teporis afferri, &c. Removeri itaque omnem induſtriam, tollique virtutes, ſi Dei conſtitutio humanas præveniat voluntates, & ſub hoc Prædeſtinationis nomine fatalem quandam induci neceſſitatem.* Hæc aliaque plura Sanctus Proſper, in quibus nunquam deſignat *Prædeſtinatianos.*

Proſperi ætate incognita fuit.

VIII. Neque etiam Baronio conſentire poſſumus in eo quod autumat Proſperum contra Prædeſtinatianos ſcripſiſſe. Proſper enim non eos refellit, qui ſuos errores *Sancti Auguſtini nomine & auctoritate defendere conabantur*, ut ſcribit Baronius, ſed illos, qui Auguſtino obloquentes, per ſummam injuriam eidem immania errorum portenta affricabant, quo univerſos ab illius Sententiis defendendis revocarent. Scripſit Proſper ad Capitula Gallorum, quibus Sancti Auguſtini doctrinam contra Pelagianos, ut ait in Præfatione: *Viſum eſt, aut non intelligendo, aut intelligi eam nolendo, reprehendere.* Profecto iſti non fuere Prædeſtinatiani, qui in uno Auguſtino opinionis patrocinium locabant. Idem reſpondit objectis Vincentii, qui ea ipſa, quæ Prædeſtinatianorum dogmata fuiſſe publicant, Proſpero ac reliquis Sancti Auguſtini defenſoribus imponit. Unde huic merito iratus Proſper ſcribit in Proœmio: *Contexunt enim & qualibus poſſunt ſententiis comprehendunt ineptiſſimarum quarundam blaſphemiarum prodigioſa mendacia, eaque oſtendenda & ingerenda multis publice, privatimque circumferunt, aſſerentes talia in noſtro eſſe ſenſu, qualia diabolico continentur indiculo, quæ falſa in nos ad excitandam invidiam jactitari facile & ſufficienter ſubſcriptione unius probaremus anathematis, niſi malignitas eorum, qui ſe gravare putant, ſi de nobis bene ſentiatur, &c.* Ex his Proſperi verbis patet, Auguſtinum, ejuſque diſcipulos tanquam Prædeſtinatianæ hæreſeos aſſertores a Semipelagianis accuſatos fuiſſe.

S. Proſper contra adverſarios S. Auguſtini ſcripſit.

IX. Manifeſtum itaque eſt, Proſperum editis Apologiis errores non quidem, quos Prædeſtinatiani tradebant, ſed quos Auguſtini hoſtes per ſum-

Hoc dat cæſpite membra Claudianus:
Triplex bibliotheca quo magiſtro,
Romana, Attica, Chriſtiana fulſit:
Quam totam monachus virente in ævo
Secreta bibit inſtitutione,
Orator, Dialecticus, Poeta,
Tractator, Geometra, Muſicuſque,
Doctus ſolvere vincla quæſtionum,
Et verbi gladio ſecare ſectas,
Si quæ Catholicam fidem laceſſunt.
Pſalmorum hic modulator & phonaſcus,
Ante altaria, fratre gratulante,
Inſtructas docuit ſonare claſſes.
Hic ſolemnibus annuis paravit,
Quæ quo tempore lecta convenirent.
Antiſtes fuit ordine in ſecundo
Fratrem faſce levans Epiſcopali.
* tenore. *Nam de Pontificis honore * ſummi*
Illo inſignia ſumpſit, hic laborem.
At tu, quiſque doles, amice lector,
De tanto quaſi nil viro ſuperſit,
Udis parce genis rigare marmor.
Mens & gloria non queunt humari.

Hactenus epitaphium. Inter alia autem Claudiani ſcripta recenſet Ado librum unum expoſitionis extremæ partis in Eccleſiaſten; at non extat: ſed & aliæ perierunt florentiſſimi ingenii lucubrationes, non ſine jactura Eccleſiaſticæ antiquitatis.

XLI. S. Mamerci obitus. Qui vero ei ſuperſtes fuit ejus germanus Mamercus Viennenſis Epiſcopus, haud diu eam Eccleſiam gubernavit: mortuus eſt enim clarus ſanctitate; cujus ex hac vita ad Deum tranſitus dies ſolemnibus ritibus conſecratus a poſteris anniverſaria memoria celebratur quinto Idus Maii. Succeſſit huic Iſicius (ſive potius dixeris Eſichius) ac poſt eum Avitus, qui (ut ex Adone dictum eſt) adverſus Fauſtum ſtabilire conantem Pelagianum errorem commentarium ſcripſit.

XLII. Porro Fauſtus ipſe, cum ejus fallaciæ detectæ eſſent, quibus conatus eſt revellere Pelagianas ſcrobes in lapſum ſimplicium, abalienavit a ſe animos Epiſcoporum, atque deceſſit inglorius: quem miramur ab aliquibus imprudenter ſane inſcribi Sanctum. ☞ Iſta quidem priori editione ex adductis diverſorum ſcriptis affirmaſſe, non indecens quidem fuit. *De Fauſto errores.* At vero ex poſtea cognitis & adductis, rurſus ad judicium ipſum revocandum, haud exiſtimamus indignum, cum tamen de ejus ſcriptis immotæ maneant ſententiæ Patrum. Quod enim uſque ad hæc tempora noſtra eumdem Fauſtum continuit inter Sanctos Martyrologium Gallicanum, a quo ipſum Molanus primum expunxit: quod etiam, ut accepimus, Eccleſia Regienſis in Gallia, ubi ipſe ſedit Antiſtes, ſemper eum ut Sanctum coluerit, celebrans ejuſdem natalem decimaſeptima Januarii: ibique in ejus memoriam antiquitus erecta baſilica ejus nominis titulo inſignita hactenus ejus cultu a fidelibus frequentetur: quodquin tot ſæculis, Chriſtiano orbe ſpectante, Eccleſia Romana tacente, nemine penitus (quod ſciatur) contradicente, iſta eidem Fauſto exhibita intelligantur; opinari non

PAGIUS

Proſper de Prædeſtinatiana ſecta accuſatus. ſummam calumniam de eodem Sancto Doctore, imo de ipſomet Proſpero publicabant, confutaſſe. In Galliis *Proſper* tanquam Prædeſtinatianæ ſectæ paſſim traducebatur, quaſi doceret *adverſantia veritati*; teſte Celeſtino Papa in epiſtola ad Epiſcopos Galliæ. Sane hoc principale Prædeſtinatianorum dogma eſſe ferebatur: Deum alios prædeſtinaſſe ad gratiam & gloriam, alios ad malum & gehennam, ut patet ex anathematiſmis Fauſti; hoc autem a Maſſilienſibus Auguſtino objectum; non vero a Prædeſtinatianis ſub nomine Auguſtini defenſum, ſcribit Sanctus Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 30. *Non autem ignoras etiam præterito tempore illi luculentiſſimo Sancti Auguſtini Operi, quod ſcripſit de Prædeſtinatione Sanctorum a quibuſdam Galliis objectum, quod B. Auguſtinus in aſſertione prædeſtinationis Divinæ peccatorem, non ad ſolum prædeſtinatos diceret judicium, ſed etiam ad peccatum, cujus dictu quia ipſe celeri præventus eſt obitu, Proſper vir eruditus & ſanctus recta defendit fide & copioſo ſermone.* Poſtea duobus Maſſilienſium objectis recitatis ait: *Huic itaque pravitati, quæ B. Auguſtini dictis, non ex veritate, ſed ex livore objiciebatur, tali Proſper ſermone reſpondit.*

X. *Et quidem a Semipelagianis.* Cum vero plures in Gallia Maſſilienſibus ac Lerinenſibus adhærerent, Auguſtinianam non modo ſententiam de gratuita Prædeſtinatione ad fidem abhorrebant; verum etiam quoſlibet ejuſdem ſectatores *Prædeſtinatos* ignominiæ cauſa appellabant. Ita Proſper ille Tiro citatus, ita etiam Arnobius Junior loquebatur in Pſal. 146. ubi ait: *Nota tibi, Prædeſtinate, quod loquor omnium generaliter bonam voluntatem Chriſti.* At ex Fauſti libris & Epiſtola ad Lucidum, hujuſque palinodia, *Prædeſtinatorum* non modo nomen; ſed & dogmata grandioribus veluti tibiis inſonuere. *Lucidus* ex Synodi præſcripto errores ſuos damnat in libello ad Gallicanos Epiſcopos tranſmiſſo, & recitato a Baronio num. XVIII. & ſeqq. Gennadius Maſſilienſis in Catalogi Hieronymiani *de Hæreſibus* Appendice, errores Prædeſtinatianorum etiam proponit, qui diverſi non ſunt ab iis, quos Maſſilienſes a Sancto Auguſtino traditos fuiſſe calumniabantur, at inde plurimorum opinio *derivatur*, nullos umquam fuiſſe tales hæreticos, ſed ſub *Prædeſtinatorum* nomine Auguſtinianæ doctrinæ accuſari. Certe non videtur veroſimile tempore *Proſperi* aliquos fuiſſe Prædeſtinatianos nemo enim horrida illa dogmata tunc defendebat, & nuſquam *Proſper* illa a quopiam defendi inſinuavit, ſed a Semipelagianis eſſe illas ſententias concinnatas, & publicatas aſſeruit, quo Sancti *Auguſtini* & ſectatorum de prædeſtinatione doctrinam in bonorum omnium deteſtationem traherent.

XI. *Prædeſtinatiani fuere pauci & obſcuri nominis.* Cæterum minime dubitandum, quin nonnulli rudioris intelligentiæ ea dogmata, vel omnia, vel aliqua etiam, juxta rejectum a nobis ſenſum propugnarint, ſed hos nec eruditio, nec numerus condendæ ſectæ pares faciebat; hoc ex Epiſtola *Lucidi* patet, qui illis erroribus ſe

prohibemur, de eodem Fauſto accidere potuiſſe (quod de multis viris ſanctis aſſeritur) quod delinquens erraverit, cum quæſtio illa fuerit auctoritate Sedis Apoſtolicæ definita, & ejus opinio aliorum Patrum ſententia condemnata, ipſe ſuum errorem fuerit ſcriptis contrariis deteſtatus, quæ potuerint, ut alia quampluríma periiſſe, vel ipſum ante ſuorum ſcriptorum factam ab Eccleſia damnationem diem obiiſſe (incertus eſt enim ejus obitus annus) habentem in animo in his ſequi, quod ſequendum doceret Eccleſia. Ita quidem ipſum compoſitum animo fuiſſe aliiſque innotuiſſe, inde facile poteſt intelligi, quod ſemper (ut indicant Acta Conciliorum Arelatenſis & Lugdunenſis ſuperius recitata) communicationem habuit cum ſanctiſſimis Orthodoxis Galliarum Epiſcopis. Maneant igitur Fauſto integra jura ſua, nec ea noſtris ſcriptis ſentiat præjudicium; neque privato judicio

PAGIUS adhæſiſſe ore proprio fatetur. Profecto ſequenti ſæculo *Monimus* quidam Afer capitala dogmata, quod *Prædeſtinatianorum* fuiſſe dicunt, nempe homines a Deo ad peccata prædeſtinatos tenebat, teſte Luculento Fulgentio lib. I. ad eumdem Monimum cap. 3. Verum qui damnata illa dogmata tradiderint, adeo obſcuri nominis fuiſſe videntur, ut an vere quidam tales fuerint, apud aliquos Viros doctos dubium evaſerit. Hinc cum *Hincmari* factio anno circiter DCCCL. Prædeſtinatianam hæreſim adverſariis in faciem veluti illideret, Patres qui eidem reſiſtebant, hanc hæreſim aliquando fuiſſe negarint. Sanctus Prudentius Epiſcopus Trecenſis in lib. contra Joannem Erigenam cap. 4. ait: *Tertiam vero hæreſim, quam Pelagianis contrariam aſſeris, qua ita donum gratiæ prædicatur, ut libertas arbitrii funditus auferatur, nec legimus, nec audivimus.* Et poſtea: *Neſcio quem elogio tertio tua hæreſeos denotare volueris, niſi B. Auguſtini dictorum, quæ præmiſimus, imo Catholicorum omnium fideliter, veraciterque ſequaces.* Idem omnino ſenſus fuit *Flori Magiſtri* Eccleſiæ Lugdunenſis in libro contra eumdem cap. 4.

XII. *Hæreſis Prædeſtinatiana imaginaria non fuit.* Cum itaque *Semipelagiani* Doctores contra Sanctum *Auguſtinum* argumentantes ea dogmata ex ejuſdem doctrina veluti abſurda inferri contenderent; quidam pinguioris Minervæ homines ea ipſa devorarunt, indeque *Prædeſtinatiani* appellati ſunt. Neque enim Prædeſtinatianorum hæreſis imaginaria fuit, ut Janſenius Yprenſis Epiſcopus, Uſſerius, Gilbertus Mauguinus *in Prædeſtinatiana Fabula Confutatione*, aliique quidam dixere, autumantes *Prædeſtinatianorum* nomine Sancti *Auguſtini* diſcipulos invidioſe traductos fuiſſe, utramque Synodum Arelatenſem & Lugdunenſem, itemque *Lucidi* Epiſtolam fictitias aſſe, & ſubdola *Fauſti* Epiſcopi Regienſis arte compoſitas, ut Sancti Auguſtini doctrinam ſub nomine Prædeſtinatianæ hæreſis a Synodis Gallicanis damnatam venditaret. Verum nullus ſibi facile tantos *de Fauſto* dolos perſuaſerit, ut coram univerſis Galliarum Epiſcopis, tantorum mendaciorum architectum ſeſe ſiſtere non timuerit. Quo enim animo *Leontio* Metropolitano Arelatenſi doctiſſimo imponere auſus fuiſſet, quaſi de remotiſſimis Aſiæ rebus perſcriberet, non vero de iis, quæ in duabus nobiliſſimis Urbibus nudiuſtertius geſta fuerant? Illud ergo ſolum dici poteſt, *Fauſtum* mandati a *Leontio* & a Synodo poſtea Lugdunenſi ſibi impoſiti limites exceſſiſſe, dum non modo *Lucidi* & quorumdam fortaſſis aliorum circa Prædeſtinationem errores, ut injunctum fuerat, confutavit; verum etiam occaſione data Sancti Auguſtini doctrinam de gratuita prædeſtinatione impugnavit, & Semipelagianum virus toto illo Opere paſſim evomuit.

XIII. Sirmondus anno MDCXLIII. Auctorem Anonymum publicavit, cui titulus, *Prædeſtinatus*. Scriptus eſt ille liber ante annos MCC. in eoque *Prædeſtinatorum* hæreſis, & liber Sancto Auguſtino temere attributus, refutantur: *Tandem*, inquit iſte Anonymus, *aliquando ad manus noſtras pervenit liber, qui Auguſtinum mentitur titulo, cum ſe hæreticum oſtendit in textu. Hunc librum aliquando ſibi oblatum Sanctus Pontifex Cœleſtinus ita exécrationi habuit, ut eum perpetuo damnari juberet ſilentio.* Verum huic Auctori fides in omnibus adhiberi non poteſt. Librum enim hujuſmodi ſub Sancti Auguſtini nomine confictum, & Cœleſtino Papæ oblatum, cujus errores totum mundum, ut ait, vulnerarent, & hujus libri nec *Cœleſtinum* ipſum in ſuis Decretalibus meminiſſe, nec Sanctum Proſperum, nec reliquos Sancti Auguſtini diſcipulos & fidei Catholicæ vindices illum Scriptis impugnaſſe, aut illam confutaſſe hæreſim, quæ ſub Sancti *Auguſtini* nomine ſuppoſitis libris totum mundum vulneraret, prorſus incredibile eſt. Deinde Auctor ille Prædeſtinati meros Pelagianorum errores tuetur, & Catholicos etiam ſub Prædeſtinatianorum nomine inſectatur, ideoque dubium non eſt, quin *Prædeſtinatus* librum illum confinxerit, ut eum velut Sancto Auguſtino ſuppoſitum refelleret, quaſi erroribus *Prædeſtinatianorum* ſcatentem. *Auctor Prædeſtinati Pelagianus fuit.*

XIV. *Synodus Arelatenſis adverſus Lucidum.* Sed redeo ad *Fauſti* Epiſtolam & ad utramque Synodum Arelatenſem & Lugdunenſem, de quibus Baronius hoc anno agit. Scripſit Fauſtus ad *Lucidum*, Virum e ſecta Prædeſtinatiana, ut eum ab erroribus, quorum delatus fuerat, revocaret, in cujus exordio hæc præfatur apud Baronium num. XVII. *Grandis charitas eſt parum canti fratris errorem per Dei adjutorium, & gratiam magis velle curare, quam ſicuti ſummi Antiſtites meditantur a bonitate ſuſpendere.* Ex quibus patet, *Lucidi* errores Gallicanis Epiſcopis innotuiſſe, eoſque Eccleſiaſticis cenſuris contra eandem uti meditatos fuiſſe; ſed *Fauſtum* ejuſdem corrigendi ſibi onus aſſumentem Patrum ſententiam ſuſpendiſſe. Supereſt ea ad Lucidum Epiſtola cum ſubſcriptionibus plurium, & quidem inſignium Galliæ Antiſtitum, nempe *Auxanii*, *Fauſti*, *Pauli*, *Eutropii*, *Pragmatii*, *Patientis*, *Euphronii*, *Megetii*, *Claudii*, *Leucadii*, & *Juliani*, ut videre eſt apud Baronium num. XXIV. Cumque Leontii nomen illis in litteris deſideretur, qui tamen Præſes primo loco nominandus erat inde colligit Emin. Card. Noriſius, memoratam illorum XI. Epiſcoporum ſubſcriptionem non ſpectare ad Synodum Arelatenſem, ſed peractam fuiſſe in quodam privato eorumdem pro dedicanda Baſilica, vel aliquo quopiam congreſſu. Putavit Baronius pleroſque eorundem Antiſtitum diverſos non eſſe ab iis, qui ſæculo ſequenti Concilio Epaunenſi interfuere. Verum cum illud anno DXVII. non vero DIX. ut credidit Baronius, congregatum ſit; veroſimilius eſt Epiſcopos, qui *Fauſti* literas

cio novitati liceat convellere antiquitatem ☞. Sed miramur eumdem ab aliis redigi in claſſem monachorum ordinis ſancti Benedicti; cum antequam idem Sanctus auſpicaretur vitam monaſticam, jam Fauſtus ſenex ex hac vita deceſſiſſet, jam longe antequam idem Benedictus naſceretur, creatus Epiſcopus. Hæc igitur de his ſatis; quæ diverſis temporibus actitata, hic in unum oportuit collegiſſe, ut perdifficilis quæſtionis cauſa facilius percipi poſſet.

XLIII. *Honorati Epiſcopi Maſſilienſis ſcripta probata.* Quia autem occaſione ſcriptorum Cæſarii a Gelaſio Papa probatorum ad iſta digreſſi ſumus, prætermittere minime debemus, & S. Honorati Maſſilienſis Epiſcopi hujus temporis ſcriptoris luculentiſſimi ſcripta ab eodem Gelaſio Papa fuiſſe pariter comprobata. Uſu namque veniſſe videtur, ut Romani Pontifices quæ eſſent

PAGIUS ras ſobſignarunt tempore Leontii Arelatenſis, diverſos fuiſſe ab iis, qui Epaunenſem Synodum habuere.

XV. *Synodus Lugdunenſis adverſus Lucidum.* Interim *Lucidus* cum paſſim in Gallia uti pravorum dogmatum profeſſorem ſe traduci intelligeret, quo famæ ſuæ conſuleret, palinodiæ libellum contexuit, quem ad Epiſc. Gallicanos tranſmiſit, quorum nomina in Epigraphe recitantur apud Baronium n. XXVI. Hos inter leguntur *Leontius* Metropolita Arelatenſis, *S. Patiens* Metropolita Lugdunenſis, & *S. Mamertus* Metropolita Viennenſis. Incertum an *Lucidus* ſuum retractationis libellum miſerit ad Patres Synodi Lugdunenſis, vel ad Arelatenſis Concilii Epiſcopos. Em. tamen Card. Noriſius probabilius cenſet, *Lucidum* ſuas literas deſtinaſſe ad Synodum Arelatenſem, quia hæc Synodus a Leontio contra Prædeſtinatianos coacta fuit; *Quod pro ſollicitudine Paſtorali*, inquit Fauſtus, *Beata Papa Leonti in condemnando Prædeſtinationis errore Concilium ſummorum Antiſtitum congregaſtis, univerſis Galliarum Eccleſiis profuiſtis*, &c. Et poſtea: *In quo quidem opuſculo poſt Arelatenſis Concilii ſubſcriptionem novis erroribus deprehenſis addi aliquid Synodus Lugdunenſis exegit.* Quare cum Fauſtus laudet Synodum *ſummorum Antiſtitum* Arelate a Leontio peractam pro Prædeſtinatianis extirpandis, ad illius Synodi Patres *Lucidus* ſcripſit, quorum ſententia errores Prædeſtinatianorum damnati fuerant. Sirmondus putat, relatas Synodos congregatas fuiſſe circa annum CDLXXV, quæ opinio ceteris probabilior; tunc enim, ut conſtat ex litteris Sidonii Apollinaris *Patiens* Lugdunenſis, *Græcus* Maſſilienſis, aliique Epiſcopi, qui in Epigraphe literarum Lucidi leguntur, vivebant. Illud certum, eas ante annum CDXCIV. indictas eſſe; cum eo anno die XVII. menſis Junii *Avitus* Epiſcopus Viennenſis ordinatus fuerit poſt *Iſiciam* ejus patrem Mamerti immediatum ſucceſſorem. Plura de hæreſi Prædeſtinatiana Card. Noriſius.

XVI. *Doctrina & patria Fauſti.* Quoad Fauſti libros *de Gratia*, licet non pauci Viri docti eos Orthodoxos cenſuerint, nihilominus cum Gelaſius Papa eos damnaverit, Synodus Africanorum Patrum apud Sardiniam in Epiſtola ad Maxentium Archimandritam, impugnaverit, & Sanctus Fulgentius, teſte Iſidoro lib. de Illuſtr. Script. cap. 14. libros ſeptem *de Gratia Dei, & Libero Arbitrio* eiſdem oppoſuerit, non immerito Baronius num. XVI. & ſeqq. quemadmodum & plerique Viri eruditi in eoſdem libros inſurrexere. Sirmondus tamen pro *Fauſto* in Hiſtoria Prædeſtinatiana Apologiam ſatis prolixam concinnavit, & in Notis ad Epiſtolam Facundi ad Mutianum exiſtimavit, Avitum Viennenſem in Epiſtola ad Gundabodum Regem, quæ ordine IV. eſt, in qua Fauſtum *ortu Britannum, habitaculo Tegienſem* vocat, intelligendum eſſe non de Inſulanis, ſed de Armoricis Britannis. Verum Avitum de majori Britannia interpretandum eſſe, adventus Saxonum in Britanniam certo oſtendit; cum non prius in Armoricam deducta fuerit Britannorum colonia, quam eorum patriam *Saxones* occuparint, & pluribus poſt Britannorum in Galliis commorationem annis Armorica *Minor Britannia* appellata fuerit, ut ſuo loco monſtravi. Quare cum adventus Anglorum in Magnam Britanniam contigerit poſt longam Fauſti in inſula Lirinenſi commorationem, iſque Abbas Lirinenſis anno CDXXXIII. renunciatus fuerit, in illud Monaſterium, non e minori, ſed e majori Britannia venit. Hoc etiam deducit Uſſerius in Antiquit. Britanniarum Eccleſ. juxta ſecundam editionem cap. 13. tam ex Epiſt. IX. lib. IX. Sidonii ad ipſummet Fauſtum data, quam ex Fauſti Epiſtola VI. ad Ruricium Epiſcopum Lemovicenſem, ut apud eum legere eſt.

XVII. *Fauſtus Regii officio Eccleſiaſtico cohoneſtatur.* Annus emortualis *Fauſti* incertus, ad hæc tamen tempora perveniſſe videtur; cum Gennadius, qui librum de Illuſt. Script. initio Imperii Anaſtaſii ſcripſit, cap. 85. de Fauſto uti adhuc vivente loquatur, & non ſolum quo Principe imperante mortuus ſit, ut ei in aliis Auctoribus memorandis in more poſitum, non dicat; ſed etiam aſſerat: *Sunt vero ejus & alia Scripta, quæ quia needum legi, nominare nolui. Viva tamen voce egregius Doctor & creditur & probatur.* Libri duo *de Spiritu Sancto*, qui Paſchaſii Diaconi nomine editi ſunt, extant ſub Fauſti Regienſis nomine MSS. in Bibliotheca Vaticana, & Fauſtum eorum parentem Sirmondus exiſtimat. Tritheмius pariter, qui hos libros MSS. viderat, antequam typis mandarentur, allegat eorum prima verba ſub Fauſti nomine, ideoque eoſdem ipſemet legerat. Quare *Fauſtus* eorum Auctor indubitatus. Eccleſia Regienſis, cujus is Epiſcopus fuit, proprium de eo Officium celebrat, quod ipſemet legi in libro Chorali ejuſdem Eccleſiæ anno MDXLV. exarato. Verum quidem eſt in alio libro etiam MS. propriorum Officiorum ejuſdem Eccleſiæ a Petro de Millia Epiſcopo Regienſi an. MCCXCIV. ordinatorum, cujus inſcriptionem anno CCCCLXVI. num. V. . . . . . retuli, nullam de Fauſto fieri mentionem. Sed exiſtimandum, ſicuti *Fauſtum* Molanus primus omnium e Martyrologio Gallicano expunxit; ita Petrum de Millia primum ex Epiſcopis Regienſibus illum ex Officiis propriis ſuæ Eccleſiæ eraſiſſe, quem tamen ejus Succeſſores jure merito ſacris ejuſdem Eccleſiæ Faſtis rurſus inſcripſere, ob rationes a Baronio in ſecunda Annalium ſuorum editione aſſignatas. Petrum enim de Millia in Inſtitutionibus Reienſis Eccleſiæ Cathedralis aliqua immutaſſe, manifeſtum fit ex his verbis Sammarthanorum in Epiſcopis Reienſibus, quando de illo Epiſcopo ſermonem habent: *Anno MCCXCIV. Officium B. Theclæ Martyris Patronæ Reienſis celebrari juſſit.*

XVIII. Ad num. XLIII. & ſeq. In Catalogo Virorum

eſſent ſcripta Catholica cognoſcerent, cognitaque probarent. Porro de Honorato iſta habet Gennadius ejuſdem Maſſilienſis Eccleſiæ presbyter (a): *Honoratus Maſſilienſis Eccleſiæ Epiſcopus, vir eloquens, & abſque ullo linguæ impedimento ex tempore in Eccleſia declamator: & quia a pueritia in timore Dei creſcens, etiam in negotiis Eccleſiaſticis exercitatus eſt; os ſuum quaſi armarium aperit, & in homiliarum modum ad utilitatem legentium multa componit, maximeque ad colendam fidei rationem, & revincendam hæreticorum perverſitatem. In cujus libera prædicanda * conſtantia non ſolum vicinarum civitatum ſacerdotes & populi delectantur, ſed & longe poſiti, cum ad eos neceſſaria pergit, ſummam ei docendi in ſuis eccleſiis vagantes injungunt. Sanctus quoque Papa Gelaſius Romanæ urbis Pontifex per ſcripturam cognoſcens ejus fidei integritatem, reſcripto ſuo probatam indicavit.* Erant hæ Apoſtolicæ litteræ, quibus innoteſcebat, commentarium illum ut conſentientem in omnibus Catholicæ veritati ab omnibus abſque offenſionis ſcrupulo tuto legi poſſe. Sed ſubdit hæc demum idem Gennadius de ejuſdem Honorati reliquis ſcriptis: *Sanctorum Patrum Vitas ad ædificationem poſterorum coaptat ipſe legendas, præcipue nutritoris ſui ſancti Hilarii Arelatenſis Epiſcopi. Litanias ad ſupplicandam Dei clementiam cum plebe ſibi credita pro viribus agit.* Hæc ipſe, cum adhuc Honoratus ſuperſtes eſſet, Eccleſiaſticis officiis totus intentus. At quod ingemiſcendum eſt, omnia diſertiſſimi viri nobilia periere monumenta, quæ digna æſtimata ſunt ut a doctiſſimo viro Gelaſio cognita probarentur.

(a) *Genn. de Scrip. Eccl. c. 99.* De ſcriptis Honorati Epiſcopi Maſſilienſis.

XLIV. Imitari voluit, ut par erat, ſuum Epiſcopum Honoratum ipſe Gennadius presbyter Maſſilienſis, dum a ſe ſcriptum de fide librum ad eumdem Gelaſium Rom. Pontificem miſit: ſed non ſicut ille ab ipſo probatus apparet: non enim id ipſe tacuiſſet de eo teſtari; qui ad poſtremum ſua recenſens ſcripta (ut Suffridi editio habet) hæc ait (b): *Ego Gennadius Maſſiliæ presbyter ſcripſi adverſus omnes hæreſes libros octo, adverſus Neſtorium libros ſex, adverſus Pelagium libros tres, & tractatus de mille annis. Et hoc opus de fide mea miſi ad B. Gelaſium urbis Romæ Epiſcopum.* Hæc ipſe poſtremo capite, quo licet compiura exemplaria careant, tamen re vera Gennadii eſſe comprobat & ſcholiaſtes (c).

Gennadius ad Gelaſium ſua dirigit ſcripta.

(b) *Genn. de Scrip. Eccl. c. 100.*

(c) *Suffrid. præf. ad Genn.*

XLV. Sed quod tradat, ſe ad Gelaſium ſuas miſiſſe lucubrationes, & non ita de eis, ſicut dixerat de Honorati Epiſcopi ſcriptis, ab ipſo Gelaſio probata, & ſcriptione munita teſtetur; plane intelligi poſſe videtur, illa non abſque erroris nube eſſe inventa. Sed ſi ita eſt, inquies: Cur Gelaſius non ea inter improbata ſcripta

De Gennadio favente Pelagianis.

PAGIUS

rum Illuſtrium a Gennadio edito, qui legitur inter Opera Divi Hieronymi juxta editionem Mariani Victorii; duo ultimi Scriptores ſunt *Pomerius*, & *Honoratus* Maſſilienſis Epiſcopus, Auctor Vitæ Sancti Hilarii Epiſcopi Arelatenſis, nutritoris ejus, qui ideo uſque ad hæc tempora vitam produxit, anno poſtea incerto demortuus. Eam Sancti Hilarii Vitam Baronius deperditam exiſtimabat, ſicuti & Labbeus in Diſſert. de Script. Eccleſiaſt. ubi eam perperam diſtinguit ab ea Hilarii Vita, quæ extat apud Barralem in Chronologia Lerinenſi & apud Surium ad diem V. menſis Maii. Verum poſt Baronii mortem ea ex MS. Codice Arelatenſi, *ubi Reverentio* cuidam attribuitur, eruta eſt, & tam in Actis Sanctorum Bollandianis, quam in fine Operum Sancti Leonis Magni rurſus typis data. Papebrocius Tom. VII. SS. menſis Maii in Appendice ad diem V. ejuſdem menſis, eam *Honorato* Maſſilienſi abjudicat; præſertim quod Miræus in quadam ſua Epiſtola aſſerat ſuſpectam ſibi eſſe illam apud Gennadium Honorati Maſſilienſis mentionem, quod in exemplari a ſe viſo *Pomerius* num. XCI. recenſeatur, & Honoratus Maſſilienſis prætermittatur. At cum Catalogus Epiſcoporum Arelatenſium accurate habeat Epiſcopos omnes, qui quinto ſæculo Eccleſiam Arelatenſem rexere; non dubium, quin Librarii errore *Reverentius* dictus ſit Auctor illius Vitæ. Verum quidem eſt, in exemplaribus Gennadii Scriptores non eodem ubique ordine collocatos eſſe; nam in veteri codice San-Germanenſi, ut mihi per literas ſignificavit Vir Clariſſimus Bernardus Mont-Fauconus illius Cœnobii Monachus, Honoratus Maſſilienſis poſitus ſit num. CCXX. *Maximus* Taurinenſis n. CCXXI. & *Petronius* Bononienſis num. CCXXII. Cum tamen *Maximus* Taurinenſis, & *Petronius* Bononienſis in editione Victoriana laudata Divo Auguſtino & Oroſio Presbytero ſubiiciantur.

Floret S. Honoratus Maſſilienſis Epiſc.

XIX. Sed nec hæc tranſpoſitio, nec illa *Honorati* in codice a Miræo citato omiſſio magnum hac in re pondus habent, quia certum eſt Vitæ Sancti Hilarii Auctorem antiquiſſimum eſſe, & *Gennadium* de alia Sancti Hilarii Vita intelligi non poſſe, quam de ea, quæ modo ſub ejus nomine lucem videt. Dicit ſecundo Papebrocius, teſtari *Honoratum* num. XXX. ſe, dum Hilarii exequiæ peragerentur, Hebræam concinnentium linguam audiiſſe, & *Honoratum* ante annum CCCCXC. Epiſcopum Maſſilienſem dictum non eſſe. Cum tamen illa Oratio recitata ſit ab Epiſcopo annos circiter XL. aut L. nato. Verum ſi *Honoratus* anno CCCCXXXVII. in lucem prodierit, anno CCCCXLIX. vocem illam audivit, annoque CCCCLXXXVII. jam quinquagenarius Orationem illam habuit. *Græcus* enim, qui anno CCCCLXXV. adhuc vivebat, anno incerto mortuus eſt, etſi *Sabinianus* ac *Canatus*, quorum ſolum nomen exhibent San-Marthani, Honoratum præceſſere, eorum mors ante annum CDLXXXVII. contingere potuit. Neque video ex ætate Honorati & ex ejus Epiſcopatus exordio aliquid erui poſſe quod Viri doctiſſimi opinioni ſuffragetur.

Auctor Vitæ S. Hilarii Epiſc. Arelatenſis.

XX. Ad num. XLV. & ſeq. Baronius, ut probet, Gennadium Presbyterum Maſſilienſem hoc anno librum ſuum de Scriptoribus Illuſtribus ſcripſi-

pta rejecit? Ad hæc dici primum poteſt, librum Gennadii ad Gelaſium eſſe miſſum, poſtquam illud Romanum Concilium, in quo de his actum eſt, fuerat celebratum; vel (quod verius eſt) ipſam Gennadii lucubrationem fuiſſe ejuſdem cura Gelaſii perpurgatam, ut quæ proxime dicturi ſumus, oſtendent. Cæterum quod ad Gennadii doctrinam ſpectat, ipſum aliquando æque ac Fauſtum impugnando Pelagium, faviſſe Pelagianis erroribus, qui ejus ſcripta accurate perlegerit, intelliget. Videas ipſum inſuper & in hoc ipſo de Scriptoribus Eccleſiaſticis libello plus ſatis favere Pelagianis, eos vero impugnare qui illis ſunt adverſati, uti ſuperius ſæpe demonſtratum eſt; in illam vero Pelagianorum claſſem rejiciendum, qui intrinſecus faventes Pelagianis erroribus, exterius viſi ſunt impugnare Pelagium: unus plane hic fuit ex presbyteris illis Gallicanis, de quibus Proſper & Hilarius apud ſanctum Cæleſtinum Papam conqueſti ſunt, adverſus quos extat ejuſdem Pontificis ad Galliarum Epiſcopos data epiſtola, contra quos etiam Concilium Arauſicanum collectum eſſe, ſuo loco ſuperius dictum eſt; collega enim hic fuit Caſſiani ejuſdem Maſſilienſis Eccleſiæ presbyteri licet ille ætate provectior, eademque fuligine denigratus, cujus iſte videtur affectatus eſſe veſtigia.

XLVI. Quod autem extat ejuſdem Gennadii opus de Definitionibus Orthodoxæ fidei, ſive de Eccleſiaſticis dogmatibus (a), & in aliquibus codicibus ſub Auguſtini nomine falſo admodum fovebatur, a majoribus omnibus Gennadii cognitum eſſe, qui cenſuram appoſuit, probe docet. Porro hunc Gennadii librum illum ipſum eſſe, quem ad Gelaſium de fide a ſe ſcriptum ipſe Gennadius tradit, æque intelligi poteſt, ſed Gelaſii præcepto emendatum: ipſum enim auctorem in meliorem frugem eſſe redditum, factumque plene Catholicum, & vita laudabilem, aſſumptum poſtea ad ejuſdem Eccleſiæ Maſſilienſis Epiſcopatum, ut dicamus, Hadriani Papæ in epiſtola ad Carolum Magnum de eodem Gennadio elogium perſuadet, quod ſic ſe habet (b): *Sanctiſſimorum Pontificum hæc oblata ſunt teſtimonia, id eſt, ſancti Gennadii Maſſilienſis Epiſcopi, qualiter veneranda ſunt corpora & reliquiæ Sanctorum, capite quadrageſimo, ubi ait: Sanctorum corpora & præcipue beatorum reliquias ac ſi Chriſti membra ſinceriſſime honoranda, & baſilicas eorum nomine appellatas, velati loca divino cultui mancipata, affectu puriſſimo & devotione fideliſſima adeundas. Si quis contra hanc ſententiam venit, non Chriſtianus credatur*, ſed Eunomianus.* Hæc ex ipſo Gennadio Hadrianus, accepta (ut apparet) ex commentario illo, de quo modo mentio facta eſt, de Eccleſiaſticis dogmatibus, capite ſeptuageſimo tertio: quæ enim a capite vigeſimo primo ejuſdem commentarii uſque ad quinquageſimum ſecundum interiacent, non eſſe Gennadii, ſed Gennadii correctoris, optime obſervavit doctiſſima ſchola Lovanienſis: fueritne id factum cenſura Gelaſii librum ad ſe miſſum cognoſcentis & emendantis, vel ejus juſſione alius aliquis id præſtiterit, haud affirmare omnino auderem, vel negare. At de Gennadio hactenus; quem librum illum ſcripſiſſe circa exordia Imperatoris Anaſtaſii, aſſequi licet: cum de Felice Papa agens, ipſum vita functum eſſe ait ſub Anaſtaſio Imperatore, quem conſtat primo Anaſtaſii anno nondum abſoluto vita functum eſſe. Quod vero de reliquis ſcriptoribus, qui poſt hæc floruerunt, nihil ſcribat Gennadius, ut de Avito Epiſcopo Vienneſi, & aliis: ſatis poſſe intelligi videtur, jam editum librum eſſe, ipſo (ut dictum eſt) exordio ejuſdem Anaſtaſii Imperatoris.

XLVII. Rurſum vero quod pertinet ad libros a diverſis auctoribus ſcriptos ad Gelaſium Romanum Pontificem miſſos, non Occidentales tantum id præſtitiſſe noſcuntur, ſed

(a) Extat apud Aug. in appen. ad tom. 3. pag. 380. edit. Plantin.

Gennadius redditus omnino Catholicus.

(b) Hadrian. ep. ad Carol. Magn. t. 3. ep. Rom. Pont.

* ſed Eunomianus & Vigilantianus creditur.

PAGIUS

Genadius ſcribit lib. de Script. Illuſt.

ſcripſiſſe, ait: *Hoc anno moritur Theodulus celebris in Cœleſyria Scriptor, de quo iſta Gennadius:* Theodulus Presbyter in Cœleſyria ſcripſiſſe multa dicitur, &c. Moritur hic Scriptor ante triennium regnante Zenone: *Hæc Gennadius poſt tres annos iſta ſcribens*, inquit Baronius num. IX. qui ideo *Gennadium*, librum illum, hoc anno publicaſſe credidit. Verum, ut obſervavit Emin. Card. Noriſius lib. 2. Hiſt. Pelag. cap. 14. incertum eſt, an *Theoduli* mors hoc anno contigerit; cum Marcellinus in Chronico ad Conſulatum *Illi* anno CDLXXVIII. geſtum, tantum dicat, eum tunc inclaruiſſe, & multa conſcripſiſſe. Ex laudatis itaque Gennadii verbis tantummodo colligitur, non vixiſſe *Theodulum* poſt annum CDXCI. Zenonis emortualem, & librum de Script. Illuſt. elucubratum non fuiſſe poſt annum CDXCIV. quoniam non diceret Gennadius, *ante triennium regnante Zenone*. Quo vero ex illis tribus anno liber ille in lucem emiſſus ſit, incompertum.

XXI. Gennadio attribuitur etiam liber *de fide*, ſive *de Eccleſiaſticis dogmatibus ad Papam Gelaſium miſſus*, qui extat inter Opera SS. Auguſtini & Iſidori Hiſpalenſis. De eo enim cap. ult. de Script. Eccleſiaſt. videtur loqui, quando ait: *Et Opus de fide mea miſi ad beatum Gelaſium Urbis Romæ Epiſcopum*, ita enim legendum tradit Voſſius lib. 1. Hiſt. Pelag. cap. 10. non vero, uti communiter ponitur, *& hoc Opus de fide mea*; nam pro nomen *hoc* non poteſt denotare librum de Scriptoribus Illuſtribus; neque enim ille eſt liber de fide, ut inquit Card. Noriſius laudatus. Baronius ex Adriani Papæ, in Epiſtola ad Carolum Magnum de Gennadio loquentis, verbis colligit, eum ad meliorem frugem redditum eſſe, & poſtea ad Eccleſiæ Maſſilienſis Epiſcopatum aſſumptum. Hæc

Gennadius ſcribit lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus.

Digitized by Google

Arbiter ſcriptorum omnium Romanus Pontifex. ſed etiam Orientales. Photius enim in Bibliotheca meminit de Joanne Orthodoxo Epiſcopo Alexandrino, ſcriptam ab eo Apologiam, qua damnavit Pelagianos, eorumque primos auctores atque patronos Pelagium, Cæleſtium, & Julianum, & ſe ipſum oſtendit Catholicis in omnibus conſentire dogmatibus, hæreticorumque omnium ſententiis penitus adverſari. Vides igitur in univerſa Eccleſia Catholica Romanum Pontificem præſidere ſolitumarbitrum ſcripturarum, & quidem non præſentium tantum, ſed etiam præteritorum auctorum: ut ea eſſe probata vel improbata omnes ſcirent, quæ ipſa Romana Eccleſia reciperet, vel reiiceret, cujus cenſura in Romano Concilio a Gelaſio Papa poſt alios edita reperitur; utpote quod & ſcientiæ clavem apud eam eſſe, majores omnes Orthodoxi abſque controverſia aliqua intellexerint, atque opere profeſſi ſint. Sed de his modo hactenus.

XLVIII. Petrus Mogus moritur, Athanaſius ſubrogatus. Quod vero ad res pertinet Orientalis Eccleſiæ, hoc anno ſedis Alexandrinæ invaſor nefandus Petrus cognomento Mogus moritur, cum ſediſſet (numerando a tempore obitus Timothei Orthodoxi) annos tredecim, quibus inſtar feræ beſtiæ depaſtus eſt vineam Domini: adeo ut Eccleſia nobiliſſima, quæ primum poſt Romanum locum obtinuit, a Catholica & Apoſtolica communicatione diviſa, ceu palmes e vite præciſus elanguerit penitus & aruerit; vixque poſt plurimos annos reviviſcere, reddita pace, valuerit. Ad hunc uſque annum perveniſſe Mogum, errareque eos qui dixerunt ante hac morte præreptum, ex eo perſpicue declaratur, quod vixit aliquo tempore ſedis Euphemii; cum, teſte Evagrio, ambo inter ſe conflictarent, altero adverſus alterum cogente Synodos. Subtracto itaque de luce hac impio, & demerſo cum impiis in tenebras exteriores, in locum ejus ab hæreticis hæreticus pariter eſt ſubrogatus Athanaſius ſede illa ac nomine prorſus indignus. Fuit hic cognomento Herniosus, Paliadio æque hæretico communicatione conjunctus: de eo Evagrius, Nicephorus, Liberatus Diaconus, Leontius Scholaſticus, & alii hiſtorici veteres meminerunt, licet res ab eo geſtæ utpote filii tenebrarum obſcuræ remanſerint: hoc tantum de illo Leontius habet, quod cum Petrum Mogum reciperet, cum ipſo non communicabant *Acephali*:

Sub

PAGIUS Hæc Adriani Papæ verba: *Sanctiſſimorum Pontificum hæc oblata ſunt teſtimonia, id eſt, Sancti Gennadii Maſſilienſis Epiſcopi, qualiter veneranda ſunt corpora & Reliquiæ Sanctorum cap. quadrageſimo*, &c. Verum Gennadii Epiſcopatus prorſus commentitius, quemadmodum & Epiſcopatus Proſperi ac Salviani. Gennadius enim Presbyter tantum fuit Maſſilienſis, quem ex Semipelagianorum Scriptorum laude ac Proſperi reprehenſione in libro de Script. Eccl. conſtat, fuiſſe Semipelagianum, quando illum exaravit. Verum in poſteriori Opere de dogmatibus Eccleſiaſticis idem ſenſiſſe, licet communis tradat opinio, & Eccleſia Lugdunenſis jam ab octingentis annis eum Pelagiano dogmati conſentientem arguerit. Emin. tamen Card. Noriſius citatus oſtendit, eo in Opere ſanam eſſe ejus doctrinam, & loca quæ in contrarium adducuntur, docte explicat. Et ſane, inquit Card. Noriſius, non aliter potuit ſcribere *Gennadius* ad Gelaſium, quem ſciret Fauſtum ac Caſſianum reprobaſſe, quod initium ſalutis humanis viribus tribuiſſent, minuſque quam par erat, Divinæ gratiæ detuliſſent. Ex his manifeſtum fit, Catalogum Illuſtrium Scriptorum ante decretum Gelaſii de libris Apocryphis ſcripſiſſe, librum vero de dogmatibus Eccleſiaſticis, poſtquam illud in lucem emiſſum fuit, ideoque Gelaſium, verum illius decreti Auctorem eſſe, qua de re *infra*.

XXII. *Liber ille interpolatus fuit.* Libro illi de Eccleſiaſticis dogmatibus inſarta ſunt plura capita ex Cæleſtini, ut putant, Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ, & quod caput eſt, maxima pars Concilii Arauſicani ſecundi, itemque Carthaginenſis a capite 22. incluſive uſque ad LI. Baronius ſcribit neſcire ſe, an iſta capita addita fuerint a Gelaſio ipſomet Pontifice, vel ejuſdem juſſu ab aliquo alio. Verum cum Synodus Arauſicana II. anno DXXIX. celebrata fuerit, *Gelaſius* neque per ſe, neque per alterum hoc præſtare potuit. Incerto itaque tempore, & ab incerto Auctore illud additamentum factum.

XXIII. *Ejus Appendix ad lib. Auguſtini de hæreſibus.* Ad hæc Gennadius ſubjunxit tamquam Appendices ad librum Auguſtini de *Hæreſibus* quatuor hæreſes, Nempe Prædeſtinatianam, Neſtorianam, Eutychianam, & Timotheanam, ut docet Hincmarus in lib. de Prædeſtinatione cap. 2. *Sed & de hæreſibus XXCVIII.* inquit, *idem Doctor mirificus Auguſtinus conſcripſit, quibus noviſſime hæreſim Pelagianorum ſubjunxit. Inde Gennadius Maſſilienſis Sacerdos valde doctus hanc Prædeſtinatianam, nonageſimam hæreſim ſectæ Pelagianæ ſuppoſuit. Deinde nonageſimam primam Neſtorianam ponit, ſicque Eutychianam, & poſt hanc Timotheanam*. Sirmondus in Hiſtor. Prædeſtinatiana cap. 6. teſtatus extare codicem MS. in Biblioth. S. Victoris Pariſienſis, in quo poſt finem libri Sancti Auguſtini de *Hæreſibus* ſubjuncta eſt Gennadii Appendix in hunc modum: *Finit relatio S. Auguſtini Epiſcopi de Hæreſibus. Hæc vero quæ ſequuntur a S. Gennadio Maſſilienſi Presbytero ſunt poſita.* „ XC. Prædeſtinatiani „ ſunt, qui dicunt, &c. XCI. Neſtoriani dicunt, „ &c. XCII. Eutychiani dicunt, &c. XCIII. Timotheani dicunt, &c. Tum denique. *Explicit liber de Hæreſibus*. Hæc in illo MS. Patres tamen Benedictini in Notis ad librum Auguſtini de *Hæreſibus* obſervant in codicibus MSS. pleriſque, addi tantum Neſtorianos, & Eutychianos, & in quibuſdam etiam Timotheanos; qua in re hi codices ab Hincmaro, & a codice Victoriano, qui Prædeſtinatianos memorant, diverſi ſunt.

XXIV. *Moritur Mongus Epiſc. Alexandriæ.* Ad num. XLVIII. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXXXII. qui Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoatur ſcribit: *Hoc anno Petrus Mongus Alexandriæ deceſſit e vivis; & Athanaſius cognomine Celites in ejus locum promotus eſt*. Quare recte Petri Mongi

XLIX. Pelagius Patricius occiditur a Zenone.

Sub hujus quoque anni Conſulibus (inquit Marcellinus in Chronico) *Zeno Imperator, in inſula quæ Paganorum dicitur Pelagii gulam laqueo frangi præcepit.* Hæc Ipſe. At non ita leviter magni ponderis factum prætereat, ſed accuratius pertractemus. Iſte ſiquidem Pelagius (quod ſuperius diximus) ſumma animi altitudine atque conſtantia ſolus aggreſſus eſt agere, quod nec reliqui omnes Comites Imperatoris, vel ipſi Conſtantinopolitanæ ſedis Epiſcopi auſi ſunt pertentare; nempe monere impuriſſimum atque ſæviſſimum Principem, ut a nefandis perpetrandis ſceleribus deſiſteret: cujus rei cauſa mortem illam ſibi nobilem comparavit, omni vita majorem: utpote magnum Baptiſtam imitatus: Principem arguendo, æque cum eo accepit pro mercede a diro tyranno ſupplicium, immo coronam, quæ ipſum terræ cæloque reddidit glorioſum. Rem geſtam breviter a Cedreno narratam accipe:

L. Pelagii juſtæ ad Deum preces.

Interfecit etiam (inquit) *Zeno Imperator Pelagium Patricium, virum præclarum, & carminum ſcriptione inſignem; quod is pro ſua prudentia & juſtitia libertatem dicendi ſibi ſumens, Zenonis nefanda facinora palam inceſſebat. Moriturus autem, manibus ad cælum erectis, Deum omnium gubernatorem ſic eſt precatus: O juſtiſſime Deus, mihi quidem injuſtiſſime mors infertur, propterea quod libero ore Zenonis multa facinora violenta repreſſi, & quod fatuum ejus fratrem nolui Cæſarem deſignari. Tu autem Domine omnipotens, qui juſtitiæ rationem habes, quamprimum eorum ſcelerata homicidia punito. Extat hiſtoria ab eo ſcripta verſibus ab Auguſto Cæſare exorſa. Homerocentea etiam compoſuit, & alia quamplurima laude digna. Zeno autem Zoſimum præterea interfecit Rhetorem Gazæum, & Arcadium Præfectum, aliosque illuſtres viros.* Hæc Cedrenus.

Porro innocentiſſimi Pelagii preces implorantis a Deo juſtiſſimam adverſus ſceleſtiſſimum Imperatorem vindictam quam citiſſime exauditæ ſunt: neque enim elapſus eſt annus, cum Zeno terribilem a Deo irato ultionem excepit: quomodo autem id acciderit, anno ſequenti dicturi ſumus. Sic namque ſæpe ſæpius accidiſſe vidimus, ut cum Deus ob populi peccantis delicta ſinat ſæviſſimos regnare interdum tyrannos, qui ſceleſtos pœnis addicant, potiſſimum vero potentes, qui impune hactenus deliquiſſent; cum vero iidem Principes & innoxium ſanguinem effundere non ſunt veriti, clamante illo ſicut ſanguine Abel (*a*) ad Dominum, mox & ipſi Deum vindicem experti ſint. Ac jure quidem: nam cum omnis poteſtas a Domino Deo ſit, tamen nonniſi ad vindictam malorum (ut ait Petrus *b*); laudem vero bonorum eiſdem Principibus a Deo gladius impertitus eſt: quem cum inique in innocentes convertunt, ab eis a Deo qui dedit, aufertur: ſitque ſecundum imprecationem Propheticam (*c*); *Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur.* Regni namque ſimul & vitæ diſpendia miſerrime patiuntur: ſicut & Zeno diu toleratus a Deo, licet impurus, licet hæreticus, licet avarus & iniquus, expertus eſt: cum enim in Pelagium virum innoxium atque timentem Deum gladium convertit, in ſe ipſum e cælo vindictam eduxit.

LI. Quamdiu mali Principes tolerantur.

(*a*) Geneſ. 4.

(*b*) 1. Pet. 2.

(*c*) Pſ. 36.

Cum autem innocentis Pelagii Patricii obitus auditus eſſet, præter ea quæ Zeno in Catholicam Eccleſiam in dies magis magiſque peccaret, magnus bonorum auctus eſt mœror. Sed quæ tum Leontius monachus, qui divinas litteras profitebatur, dixerit, accipe a Suida, ubi de ipſo agit his verbis (*d*): *Leontius monachus ſub Zenone, cum occulta Scripturæ loca prophetica gratia declararet, multos ſtudioſos habuit aſſeclas. Cum vero quidam* Im-

LII. Quæ Leontius de Zenone.

(*d*) Suid. verbo Leon.

Ann. Eccl. Tom. VIII.

PAGIUS

gi mors hoc anno a Baronio recitata. Nicephorus in Chronico & Tabulæ Theophanis annos ei ſex poſt *Joannem Tabenniotam* e Sede expulſum aſſignant, quia ſc. Nicephorus & Auctor illarum Tabularum annos tres Joanni Tabenniotæ attribuunt, annoſque Mongi ab anno tantum CDLXXXV. deducunt. Porro Athanaſius, ſicuti & Mongus hæretici fuere. Hujus Athanaſii iſtius nominis II. cujus Euthalius, de quo ſupra, Diaconus fuit, nomen in Sacros Copticarum Faſtos ad diem IX. menſis Thot ſeu diem VI. Sept. noſtri inſertum eſt, ut legitur apud Seldenum de Synedriis Hebræorum lib. 3. cap. 15. & apud Ludolfum in T. II. Hiſt. Æthiop. p. 390.

XXV. *Poſt mortem Mongi Alexandria in duas factiones diviſa.*

Petri Mongi morte non ſolum pax Eccleſiæ Alexandrinæ reddita non eſt, ſed etiam Eccleſia illa in duas factiones diviſa, aliis *Henoticum* Zenonis amplectentibus, Synodumque Chalcedonenſem damnantibus, aliis vero ſuſcipientibus quidem Concordiæ Edictum, ſed Synodum Chalcedonenſem non anathematizantibus, indeque invicem inter ſe pugnantibus. De hoc conflictu loquuntur Monachi Palæſtinæ in Epiſtola ad Alciſonem Epiſcopum Orthodoxum, recitata ab Evagrio lib. 3. cap. 31. *Mortuo Petro inter ſe ipſos iterum deſciſſi ſunt. Et Alexandrini quidem & Ægyptii ac Lybis intra ſuam communionem permanſit. Reliquus item Oriens ſeorſum ab aliis communicavit, propterea quod Occidentales prorſus communicare illis recuſabant, niſi Neſtorium, Eutychem ac Dioſcorum ſub anathemate damnantes, Petrum quoque Mongum & Acacium iis adjicerent. In hoc igitur rerum ſtatu, cum eſſent totius Orbis Eccleſiæ Eutychiani & Dioſcoriani ad exiguum prorſus numerum redacti ſunt.* Duravit illa diviſio uſque ad initium Dioſcori Junioris, qui Sedem Alexandrinam anno DXVII. indeptus eſt. Is enim, ut ſcribit Liberatus, *Teſtatus eſt in expulſione Synodi ſe ſuſcipere Edictum. Unde cum ſatisfactum fuiſſet iis, qui propter Petrum Mongum extra illam Eccleſiam communicabant, unitæ ſunt ei. Nam uſque ad iſtum* Dio-

Imperatoris portenta contra Eccleſiam moleſte ferrent: Non (inquit) miranda ſunt ea, quæ fiunt ab homine ad Impe-
(a) 1. Reg. 22. *rium ab hominibus adſcito, cum (a) Saul divino ſuffragio Rex deſignatus Achimelech* ſanctiſſimum ſacerdotem *& ejus filios in domo Domini gladio confecerit. Aliis autem dubitantibus, & ingenium ejus a manſueto ſævum factum eſſe opinantibus, quod initio Imperii quædam pollicitus eſſet, quæ ad bonum tenderent: Non mutavit (inquit) naturam, ſed in rebus ſecundis improbitatem declaravit longo tempore Illi* Exconſulis *metu diſſimulatam. Idem Leontius, cum quidam Clementis Stromatei librum legeret, & ad locum perveniſſet, quo ille viros deridet qui faciem meretricio more pingunt & capillos tingunt, dixiſſetque Leontius: Nam quiſquam eſt præter Imperatorem, qui capillos cingat, aut fucet faciem? Monachus alius ſubjecit: Nos univerſi de homine dubitamus, num is ullo modo ſuſtineret ornata mutare naturam: nec tamen hos facere putavimus Imperatorem. Perargute ſane deriſerunt monachi eos, qui naturam virilem transformare in muliebrem ſtudent.* Hactenus Suidas de Leontii viri doctiſſimi ſalibus in Zenonis putoribus accommodatis.

Hoc eodem anno ſub notatis Conſulibus, ad Duram fluvium (inquit Caſſiodorus *b*) LIII.
Odoacrem Regem dominus noſter Theodericus tertio certamine ſuperavit: qui Ravennam fugiens, obſidetur incluſus. Hæc ipſe: ſed Marcellinus ſub anni ſuperioris Conſulatu hæc refert. At præferendus fide Caſſiodorus, qui res ante oculos poſitas ſcripſit; cujus auctoritate etiam liquet triennium interlapſum, uſquequo Odoacre occiſo, Theodoricus abſque alicujus obice tota eſt potitus Italia. Id ipſum Jordanus (*c*) atque Procopius (*d*) tradunt.

(b) Caſſiod. in Chron.

Odoacer iterum vincitur & obſidetur.

(c) Jord. de reb. Get.

(d) Procop. de bello Gothico l. 1.

Qui

PAGIUS *Dioſcorum in diviſione erat Alexandrina Eccleſia.* Quæ Liberati verba, ſi perpendiſſet Valeſius in Notis ad laudatum Evagrii locum, non hæſiſſet, an Evagrius de Petro Antiocheno, vel de Petro Alexandrino intelligendus ſit, cum ea diviſio non in Eccleſia Antiochena, ſed in Eccleſiæ Alexandrina contigerit.

XXVI. Vivebat adhuc hoc tempore *Salvianus* presbyter Maſſilienſis quem Baronius paſſim aliique plures Eccleſiæ Maſſilienſis Epiſcopum fuiſſe ſcripſere, decepti editionibus libri Gennadii de Script. Illuſt. tam ab Eraſmo, quam a Mariano Victorio curatis, in quibus *Salvianus* Maſſilienſis Epiſcopus perperam dicitur, quod in correctioribus Gennadii editionibus non legitur. Et certe quomodo hoc tempore, quo eum in ſenectute verſatum eſſe teſtatur Gennadius cap. 67. Epiſcopus Maſſilienſis eſſe potuit; cum Sanctus *Honoratus* eodem Gennadio teſte cap. 99. Maſſilienſem Sedem occuparet? *Honoratus*, inquit Gennadius. *Maſſilienſis Eccleſiæ Epiſcopus, Vir eloquens* &c. Scribit Gennadius: *Salvianus Maſſilienſis Presbyter Divina & humana litteratura inſtructus: & (ut ſine invidia loquar) Epiſcoporum Magiſter ſcripſit ſcholaſtico & aperto ſermone multa.* Et poſt alia, ait: *Compoſuit verſu quaſi Hexameron librum unum Homilias Epiſcopis multas, Sacramentorum vero quantum non recordor.* Ita enim legitur in melioris notæ codicibus MSS. quorum unum profert Bibliotheca Regia, tres Colbertina. Sed, ut obſervat Antelmius in Differt. de Operibus SS. Leonis Magni & Proſperi Aquitani, Differt. VI. num. VIII. cum aliqui haud exiſtimarent, verbum, *compoſuit*, iſta conſequentia ſatis ſuſtinere, *Homilias Epiſcopis multas* ad majorem claritatem adjunxere, *Homilias Epiſcopis factas*, quod tamen redundat, cum ultro id explicet dictio *compoſuit*: alii in hoc loco magis laborantes, pro *Epiſcopis* verterunt, *ad Epiſcopos*: tandemque alii textum omnium peſſime depravarunt; cum illis nunquam poſſibile videretur, quorſum Presbyter Homilias Epiſcopis ſeciſſet, vel compoſuiſſet. Facili itaque negotio rem componendam arbitrati, ex hac voce *Epiſcopis*, unum apicem I. in U. commutarunt, ac legerunt *Homilias Epiſcopus multas*. Tum, *Homilias Epiſcopus factus multas*. Nam ita variant inferioris pretii & poſterioris ævi quidam codices MSS. & alii editi catalogi. Indeque exorta illa de *Salviani* Epiſcopatum Maſſiliæ exacto ſententia; cum tamen Gennadius nihil ſignificare voluerit, quam *Salvianum* Homilias elucubraſſe, quas illius ævi Præſules interdum exponebant, ac recitabant, ut recte interpretatur locum illum Baluzius in Notis ad Salvianum, quem ex MSS. emendavit.

Salvianus Epiſc. Maſſilienſis non fuit.

I. De obitu Zenonis Imperatoris. QUi ſequitur annus Domini quadringenteſimus nonageſimusprimus, unius tantummodo Olybrii Conſulis nota inſeritur Faſtis [1]. Extat ad Olybrium Ennodii carmen & plures familiares epiſtolæ, ex quibus præter avitam ejus inſignem nobilitatem, doctum ipſum fuiſſe atque pium cognoſces [2]. Cujus Conſulatu (ut Caſſiodorus atque Marcellinus tradunt, & alii omnes abſque controverſia ulla conſentiunt) Zeno Imperator finem vivendi fecit. Mortuum tra-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5984.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DXXIX. A. C. 491. ☉ 24. F. ☽ 17. P. 24. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 491.

FELICIS III. PAPÆ 9.

ANASTASII IMP. 1.

ODOACRIS REG. 16. THEODORICI REG. 3.

I. Conſul abſque collega. [1] OLybrius Junior abſque collega Conſulatum geſſit, ut omnes Faſti habent, & quidem in Oriente. Dicitur *Junior* in Faſtis Heraclianis & in Chronico Mariani Scoti: *Olybrius* enim anno CDLXIV. Conſul ordinarius, pater fuit Aniciæ Julianæ hujus Olybrii matris. Auctor Chronici Alexandrini loquens de Olybrio marito Placidiæ Valentiniani Imp. filiæ, ad eum Chriſti annum ſcribit: *Genuit Olybrius ex Placidia Julianam conjugem Areobindi magni illius Heroïs, qui in Perſide ſingulari certamine cum hoſte eſt congreſſus. Ex quibus natus eſt Olybrius Junior.* Huic uxor fuit *Irene* filia *Magna* Anaſtaſii Auguſti ſororis, ut docent Nicephorus in Chronico & Codex MS. Biblioth. Cæſareæ apud Lambecium lib. 2. pag. 585. Ducangius in Familiis Auguſtis Byzantinis pag. 74. dicit, ex Juliana & Areobindo natum etiam eſſe *Dagalaiphum*, eamque in rem citat locum Auctoris Chronici Alexandrini mox a nobis deſcriptum, & Theophanem in Chronico pag. 115. Verum Auctor Chronici Alexandrini alium filium Julianæ & Areobindo non tribuit, quam *Olybrium*, & Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDXCVII. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti DIV. exorditur, ſcribit eo anno Areobindum miſſum eſſe adverſus Perſas ab Anaſtaſio Imp. illum vero fuiſſe filium Dagalaiphi & Dyagetthææ Ardaburii filiæ, & avum paternum habuiſſe Areobindum *qui Theodoſii Junioris temporibus in præliis adverſus Perſas claruit*. Addit Theophanes, Areobindum, Juniorem ſc. variis præliis Perſicas acies laceſſiviſſe: *Qui etiam præcipuum Perſarum in quodam conflictu occidit Ducem*, ubi Græcum habet, ἐν μιᾷ συμπλοκῇ ſignificatque Theophanes Areobindum in prælio, ad manus cum illo Duce veniſſe, quod ipſum Auctor Chronici Alexandrini his verbis explicat, Ἀρεοβίνδου μεγάλου τοῦ μονομαχήσαντος ἐν Περσίδι, *id eſt Areobindi, qui ſingulari certamine in Perſide pugnavit*.

II. Ejus familia & Vicennalia Zenonis Imp. Quare Theophanes & Auctor Chronici Alexandrini de uno eodemque Areobindo, Juniori ſc. verba faciunt. Ideoque *Olybrius Junior*, non Areobindi Senioris, ut putavit Ducangius, ſed Areobindi Junioris filius, & *Dagalaiphus*, qui anno CDLXI. Conſulatum geſſit, non Olybrii Junioris frater, ſed avus, & Areobindus Senior atavus anno CDXXXIV. Faſtis nomen dedit; quo pariter honore exornatus fuit *Areobindus Junior* anno DVI. Confirmat hæc Procopius in lib. 1. de Bell. Perſ. cap. 8. ubi poſtquam expeditionem illam Perſicam narravit, ſcribit: *Quatuor erant belli Imperatores, Areobindus, Olybrii qui Imperium Occidentis paucis ante annis tenuerat, gener, ac tum temporis Magiſter militum per Orientem*, &c. Ex quibus Faſti Conſulares per hæc tempora lucem accipiunt, liquetque hallucinatum eſſe Onuphrium in Faſtis, ubi Olybrium Juniorem Conſulem Occidentalem facit, cum Imperante Anaſtaſio, qui hoc anno Imperium iniit, Areobindus Junior & Juliana uxor, de qua crebra in Annalibus mentio, in Oriente vixerit. Fallitur etiam Baronius qui ait, *Olybrium* hoc anno Conſulem, non minus pietate & doctrina, quam nobilitate illuſtrem fuiſſe, intelligi ex Ennodio. Ennodius enim lib. 1. Epiſt. XXIV. lib. 2. Epiſt. IX. lib. 3. Epiſt. II. & in Carmine loquitur de Olybrio Eugenetis fratre inſigni cauſidico, ut illum legenti patebit, & Sirmondus in Notis indicat. *Vicennalia* Zenonis poſt Leonem Jun. imperantis in hunc annum incidunt.

III. Moritur Zeno Imp. A num. I. ad VII. Marcellinus in Chronico ad Olybrii Conſulatum ſcribit: *Zeno Aug. vita deceſſit, tam ſui Imperii annis, quam Baſiliſci tyrannidis computatis, anno XVII. menſe VI.*

NOTÆ [1] COſſ. *Olybrius junior* ſine collega. Fleetwod pag. 483.

POST CONSVLATO
LONGINI BIS. ET
FAVSTI.

Inſcriptiones baſilicæ S. Pauli num. 242.

D. E. XI. KAL. FEBRVARIAS. OLIBRIO V. C. CONS.

Alia inſcriptio Viennæ in Galliis, apud Muratorium in novo theſauro veterum inſcriptionum tom. I. pag. CDXIV. 4.

OBIIT. PRIDIE IOVS AVGVSTAS
RESVRGIT IN XPO DMO NOSTRO
POST CONSVLATO LONGINI BIS
ET FAVSTI

Epitome temporum, & Indiculus Paſchæ: *Olybrio juniore V. C. conſule Zeno defunctus eſt. Levatur Anaſtaſius.* Victor. *Olybrio* V. C. COS. GEORGIUS

dunt hoc anno, ſed quo menſe & die, ab antiquis non proditur, a recentiore ſuo arbitrio ponitur octavo Idus Aprilis. Sed quo mortis genere, accipe de pavendo Dei judicio quid dicant hiſtorici: (a) Evag. l. 3. c. 29. atque primum Evagrius (a): *Cum autem Zeno abſque liberis decimoſeptimo regni ſui anno confecto eſſet, comitiali morbo* (b) Cedr. in Comp. hiſtor. *extinctus eſt, &c.* At audi Cedrenum (b): *Fertur* (inquit) *fama, Zenoni a quadam divina poteſtate fuiſſe caput abſciſſum, ut ea re conſpectum hominum fugeret, ſolaque cute caput cum cervice conjungeretur.* Sed haud eſt recepta ſparſa vulgo ſententia. Verum illud magis certum, ipſum quidem morbo comitiali arreptum, adeo ut videretur mortuus, viventem vero fuiſſe ſepultum: nam idem ſubdit: *Itaque uxorem & cubicularios propriæ ſaluti conſulentes, mortuum in aſſere jacentem reliquiſſe: diluculo tandem quemdam cum nulla neceſſitudine attingentem ſindonem cadaveri injeciſſe. Satellites porro, qui ad ſepulcrum, in quo repoſitus fuit, cuſtodiendum erant collocati, retulerunt ſe per duas noctes lamentabilem vocem audiviſſe ex ſepulcro elatum: Miſeremini, & aperite mihi. Cum illi dicerent, alium jam imperare: Nihil, inquit, curo: In monaſterium me adducite. Sed cum non aperirent, ferunt aliquanto poſt monimentum fuiſſe recluſum, inventumque in eo Zenonem, qui præ fame ſuos ipſe lacertos mandiderat, & caligas quas geſtabat. Quia crebro comitiali corripiebatur morbo, quo ipſo adhuc vivente Ariadna Zenonem amabat, eadem mandaverat cuſtodiis regii ſepulcri ne aperirent.* Hæc Cedrenus.

Zeno vivus ſepultus.

II. Zonaras autem alias cauſas, ut vivus (c) Zonar. t. 3. Annal. ſepeliretur, enarrat his verbis (c): *Tradunt enim quidam eum gulæ & ebrietati indulgentem errore mentis affici ſolitum, & prolapſum a mortuo nihil deſtitiſſe. Cum vero ipſi etiam conjugi Ariadnæ inviſus eſſet, ſic inebriatum, pro mortuo in monumentum Imperatorium ab illa conjectum, lapide maximo, qui pro operculo eſſet, impoſito: factumque ſobrium, vociferatum quidem eſſe lamentabiliter; ſed nemine curante, miſere periiſſe. Alii dicunt, cum ægrotus acerbiſſimis doloribus urgeretur, pro mortuo habitum, & in ſepulcro poſitum, ibique expiraſſe, lamentantem & domeſticas implorantem, cum Ariadna prohiberet, ne quis monumentum aperiret, aut quicquam illum curaret.* Hæc Zonaras. Verum Evagrius aſſerens eum comitiali morbo extinctum, haud his repugnat: mortuus enim creditus & ut mortuus ſepultus eſt.

Hunc tandem Zeno conſecutus eſt finem, III. poſtquam annos ſeptemdecim & menſes quinque (ut habet Marcellinus) imperaſſet, digno vita impia atque probroſa exitu conſummatus, & horrenda morte præreptus; ut vivens inter mortuos deputatus ſit, qui mortuus inter viventes, impius inter pios voluit adnumerari, fallens per ſimulationem Eccleſiæ Catholicæ judicium: ſed Deum minime decipere potuit, cujus licet ſeram, diram tamen vindictam expertus eſt: ut ei acciderit, ſecundum quod de impiis Job ſanctus vaticinatus ait (d): *Involutæ ſunt ſemitæ* (d) Job. 6. *greſſuum eorum: ambulabunt in vacuum & peribunt. Conſiderate ſemitas Thema & itinera Saba, & expectate pauliſper. Confuſi ſunt, &c.*

Involutas plane fuiſſe ſemitas Zenonis IV. greſſuum, quæ ſingulis annis de ipſo ſunt narrata declarant: Involutas dixerim; cum ad tempus faciem præſeferret Catholici Principis, eum pellens hæreticum tyrannum Baſiliſcum ſtuduit apparere Catholicus; cum & leges pro fide Catholica ſanxit, hæreticos expulit, Orthodoxos in Eccleſias reſtituit: rerum vero potitus, in tutoque Imperio collocato, rurſum hæreticos, pulſis Catholicis, revocavit. Ut plane tali exemplo appareret, maxime infidam eſſe fidem regnantis hæretici hominis, non ad pietatem, ſed ad regni ſtabilitatem cuncta volventis, ac ſurſdeque miſcentis. Toleratus eſt ipſe diu a Felice Romano Pontifice, quod Zeno ut ſe eſſe negaret hæreticum: communica- hæreticus tionem vero cum hæreticis ex Acacii con- damnatus. ſilio, præmiſſa fidei Catholicæ confeſſione, ſe iniiſſe profeſſus eſt; ſic plane ſtudens occultare, quod erat, exhibens ſe Catholicum, cum non eſſet.

Verum

PAGIUS *VI.* Baronius loco, *menſe VI.* habet, *menſe V.* quia ſc. mendoſo Marcellini codice uſus eſt. Verum cum *Zeno* anno CDLXXIV. menſe Februario a Leone Juniore filio in conſortium Imperii adſcitus ſit, & die nona menſis Aprilis currentis anni perierit, imperavit annos XVII. ac menſes tres utroque extremo menſe pro integro numerato. Neque aliter Marcellinus ſcripſerat, ſed Librarii duas priores unitates in infima earum parte, quod ſæpe contigit, copularunt, & loco, *menſes III.* ſcripſere, *menſes VI.* Diem hujus Imperatoris emortualem hactenus ignoratum docuit nos Joannes Malela in Chronico nuper in Anglia e tenebris eruto: *Imperator*, inquit, *Zeno dyſenteria correptus fatis conceſſit annos natus LX. & menſes IX. die IX. menſis Xanthici, anno Antiochiæ DXXXIX. Indict. XIV.* Annus ille DXXXIX. Eræ Antiochenæ exorditur a Kalendis Septembribus ſuperioris Chriſti anni. Auctor Chronici Alexandrini ſcribit, Zenonem, obiiſſe natum *annos LXV. dies IX.* ſed numerus quinarius, vel additus a Librario vel in Malela prætermiſſus. In eodem Chronico Alexandrino alter error admiſſus in deſignando anno accepti ab Anaſtaſio Imperii, Librario etiam potius quam Auctori tribuendus. Nam ibidem dicitur Anaſtaſius *Olybrio Areobindi filio Conſule coronatus*

men-

V. Verum involucra iſta fictionum, quibus ſerpentes initus latentes obtegebantur, poſt aliquot annos Hormiſda Papa, Apoſtolica uſus auctoritate, palam fieri, ob oculoſque omnium exponenda curavit, cum Juſtinum Imperatorem adegit, ut Zenonis nomen tamquam hæretici ex Albo Catholicorum Imperatorum expungeret. Quomodo autem res tanta fuerit peracta, ſuo loco dicemus. Non enim mortuos damnatus eſt; ſed qualis re vera vivens fuerit, perfectius agnitus: cum defunctum abſque pœnitentia hæreticum Pontifex judicavit alienum a conſortio communicationis Catholicæ, qua ſolet præſcriptis ritibus Eccleſia communicare cum mortuis.

VI. (a) Evag. l. 3. c. 29. Anaſtaſius ex Silentiario Imperator. *Mortuo Zenone* (inquit Evagrius a) *Longinus ejus frater magnam adeptus potentiam, tametſi ſpem animo concepit ſe Imperio potiturum, tamen ea quæ expectabat, minime eſt conſecutus: nam Ariadna Anaſtaſio, qui nondum ad Senatorium ordinem aſcenderat, ſed ſolum in ſchola Silentiariorum (ſic enim dicitur) adſcriptus erat, coronam impoſuit Imperatoriam.* Et paulo poſt: *Iſte Anaſtaſius patriam habuit Epidamnum, quæ jam Dyrrhachium nuncupatur. Et primum Longinum fratrem Zenonis, officio fungentem Magiſtri, quem vetuſtiores Præfecturam ordinum Aulicorum vocabant, mittit in patriam; multiſque aliis poſtea Iſauris idem poſtulantibus, ad ſuos revertendi conceſſit poteſtatem.* Hæc Evagrius. Res adeo inopinata ſuſpicionem haud levem concitavit, promotum fuiſſe ab Ariadna Auguſta inferioris Palatinæ militiæ hominem ad maximum dignitatis faſtigium ob turpem amborum commixtionem. Quodnam autem fuerit Silentiarii munus, ex quo Anaſtaſius in Imperium evectus eſt, Procopius ſic breviter docet (b): *Qui* (inquit) *in Palatio Imperatoris militantes, ea quæ ſunt quietis curarent, Silentiarii ſunt appellati.* (b) Procop. de bell. Perſ. l. 1.

VII. Euphemius exegit profeſſionem fidei ab Anaſtaſio Imp. Sic igitur conatu Ariadnæ Imperatricis Anaſtaſius Imperator creatus, primum omnium Euphemium Epiſcopum Conſtantinopolitanum adverſarium ſenſit; quippe qui eum coronari non conſenſit, niſi prius emiſſa Catholicæ fidei profeſſione: etenim eum non recte ſentire de fide Orthodoxa, vehemens ſuſpicio erat. At quid ille? Ut regnaret, ſtatim abſque obice interjecto, rectæ fidei confeſſionem Euphemio obtulit. Hæc quidem in primis docet Theodorus Lector, cum ait (c): *Et reſtitit Euphemius Epiſcopus, vocans eum hæreticum, & indignum qui Chriſtianis imperaret: Ariadna vero & Senatores vi tractum cogunt. Ille vero conſentire noluit, niſi ſcriptam ab eo confeſſionem retuliſſet, qua Chalcedonenſis Synodi decreta determinationi fidei inſerta comprobaret; quod ille fecit. Manichæi & Ariani lætabantur propter inaugurationem Imperii Anaſtaſii: Manichæi, quod mater illius zelo ac ſtudio ipſorum prædita erat; Ariani vero, quod Clearchum avunculum Anaſtaſii conſentientem haberent.* Hæc Theodorus. Quæ præterea verba tranſacta fuerint inter Anaſtaſium & ipſum Euphemium Epiſcopum Conſtantinopolis, Suidas ſic narrat: *Hic ſub Euphemio Patriarcha Conſtantinopolitano, cathedra parata, cum quibuſdam cœtus agitabat. Verum Euphemius minitabundus ei dicit: Ut, aut ſi frequentaret eccleſiam cum ea conſentiret; aut nequaquam eam ad pervertendos ſimpliciores ingrederetur. Sin ſecus (inquit) feceris; reſecta tua coma te in triumpho ducam cum populo. Ex eo tempore quievit, felicis illius* (c) Theod. Lector. l. 2. Collect.

PAGIUS *menſe Xanthico, ſeu Aprili, die quinta Magnæ Hebdomadis, Indict. XIV. anno magnæ Antiochiæ ſeptimo ac trigeſimo ſupra quingenteſimum.* Verum loco, *ſeptimo ac trigeſimo ſupra quingenteſimum*, legendum, *nono ac trigeſimo ſupra quingenteſimum*, qui annus Antiochenus menſe Aprili præſentis Chriſti anni in curſu erat. Quare Anaſtaſius Imperator coronatus eſt die undecima menſis Aprilis in quam hoc anno quinta dies Majoris Hebdomadis incidebat. Quo die *Anaſtaſium* corona redimitum eſſe demonſtrat Em. Cardinalis Noriſius in Diſſert. III. de Epochia Syro-Macedonum cap. 4. ex annis menſibus, ac diebus, quibus Regnum tenuit, quod & in ejus obitu oſtendemus. Poſt biduum itaque a Zenonis morte Anaſtaſius, Ariadnæ Auguſtæ opera, in ejus locum ſubrogatus eſt: [1] *Coronatus eſt Anaſtaſius*, inquit Theophanes in Chronico *Indictione XIV. menſis Aprilis XIV. Magnæ Paſchalis ſolemnitatis feria quinta*: Sed loco *menſis Aprilis XIV.* legendum, *menſis Aprilis XI.* Paſcha enim hoc anno die XIV. Aprilis celebratum; feria vero quinta in Cœna Domini cum die XI. ejuſdem menſis concurrebat.

IV. Anaſtaſius Henoticon Zenonis ſervandum jubet. A num. VII. ad XI. Qualiter Anaſtaſius Imp. erga res Eccleſiaſticas, & qua ratione ſe geſſerit in earum adminiſtratione, docet Liberatus in Breviario cap. 18. *Non poſt multum tempus*, inquit, *moritur & Petrus Moggus Alexandriæ, & poſt eum in ea Sede ordinatur Athanaſius, qui & ipſe*

NOTÆ [1] TOta hæc de conſpiratione Ariadnæ Auguſtæ in Zenonem hiſtoria, & de Anaſtaſii exaltatione ejuſdem Ariadnæ favore mihi admodum ſuſpecta eſt, cum Ariadnam Auguſtam ante Zenonem deceſſiſſe, & Imperatorem ad alia vota tranſiſſe cum Arcadia, doceant Antiquitatum C. P. Scriptores, ut Theodorus Lector in Tract. *de Mulieribus* apud Bandurium in Enarrat. Chronog. Antiq. C. P. l. 5. pag. 77. & Suidas in Excerptis V. ΣΤΗΛΗΝ Ambo illi diſerte aſſerant Arcadiæ huic, *ſecundæ* Zenonis Uxoris, monumentum poſitum fuiſſe C. P. in loco ubi Zeno *judicavit eos qui cum Baſiliſco fuerant*. Ariadnam vero primam non tertiam fuiſſe Zenonis uxorem, nemo eſt qui ambigat. MANSI

Digitized by Google

lius gloriæ cauſa retinendæ. Hæc cum dixit Euphemius, plane eaauctorationem ei comminatus eſt: ſiquidem idem erat recidere Imperatoris comam, quod in ordinem monachorum redigere ad pœnitentiam, ut de pluribus factum legitur. Vidiſti quanta ſibi auctoritate ſacerdotil ſumat Euphemius, ut abrogationem Imperii magna animi celſitudine intrepidus publice comminatus fuerit Imperatori. Quod timens ille, ab hæreticorum cœtu ad tempus ſaltem abſceſſit, ſimulans ſe eſſe Catholicum.

VIII. Felix Papa ſcripſit ad Anaſtaſium Imp.

Antequam vero iſta de perfidia detecta & contradictione ab Euphemio Anaſtaſio exhibita innoteſcerent Romano Pontifici, de creatione ejus ſumma celeritare nuncio Romam allato, gaviſus quidem eſt Romanus Pontiſea Felia. Qui enim expertus eſſet, quanto diſcrimine ſub Zenone in Oriente fides Catholica laboraſſet: exiſtimans adveniſſe diem, quo priora illa infeliciſſima tempora, quibus ſola hæreſis triumpharat, penitus deſinereut, & fides oppreſſa conſurgeret: grarulatoriam ſtatim ad Anaſtaſium Auguſtum dedit epiſtolam, ut benignitate eum allicere & ejus capere animum feſtinaret: & ſic hæreticos anreverteret in hoc ipſum ſolitos omnem impendere diligenriam, ut recens crearum Imperatorem in ſuas partes mille compararis undique arribus veluti captivum adducerent. Scripſit igitur Felix Papa ad Anaſtaſium litteras gratulatorias, quarum Gelaſius Romanus Pontifex ejus ſucceſſor his verbis meminit in Commonitorio ad Fauſtum: *Prædeceſſor meus non ſolum minime ejus nomen attigit, verum inſuper quando principia adeptus regiæ poteſtatis exercuit, in ejus ſe ſcripſit Imperii promotione gaudere*. Hæc Gelaſius.

IX. Quod enim ante Imperium Anaſtaſius haud adeo illuſtris perſona eſſet, qui nec adhuc inter Senatores militare meruerat; haud mirum videri debet, ſi qualis re vera eſſet, hæreticus, Romæ minime innotuiſſet. Verum etſi quis rumuſculus de hæreſi diffamatus fuiſſet, oblata ab eo fidei Catholicæ confeſſione Euphemio, penitus evanuerat. Cæterum nec levis ſuſurrus in populo adverſus eum potuit diffamari, cum ab omnibus vir ſanctiſſimus haberetur, prout populi acclamationes declarant, quas recitaturi ſumus. Hæc igitur in his quæ ſpectant ad Catholicam fidem fuerunt primordia Anaſtaſii Imperatoris, cum ſe per rectæ fidei profeſſionem ab omni ſuſpicione hæreſis liberavit.

X. Anaſtaſius Optimi Principis ſpecimen edidit.

Quod autem ad politicum ſtatum pertinet: magnam quidem de ſe capectationem concitavit, fore optimum Principem, qui omnes prædeceſſores facile ſuperaret. Talia quidem ab eo præſtari debere, concitata de ipſo expectario extorquebar: nam in priſtino ſtatu humili collocatus, ſpecimen viri ſanctiſſimi in omnibus fere vitæ

PAGIUS. *ipſe in Edicto Conſtantinopolitana, & Antiochena, & Hieroſolymitana communicavit Eccleſia. Cumque ſcandalizarentur & in ipſa populi, eo quod nomen Petri haberet in Diptychis, aſcenderunt quidam & adverſantium, & communicantium ei, ad Imp. Anaſtaſium: & dum haberent contra Principem contentionem, aliis quidem proponentibus anathematizari Synodum, & ita communicare: aliis vero paratis in unitivo Edicto adjici ea, quæ ſatisfacerent his, qui communicaverant Petro: conſiderans Imperator quod ſi adjectionem Edicto faceret, tumultum moveret Eccleſia, & anathematizari Synodum eſſet impoſſibile; perſuaſit eis ſufficere nuſtrum Edictum, ut communicarent ad invicem ſibi, ſicut & cæteri Eccleſiarum Epiſcopi. Et cum non obedirent hoc agere, nihil impetrantes dimiſit.* Ex quibus apparet, Anaſtaſium Imp. Zenonis Edictum prorſus ſecutum eſſe, nec præterea quicquam innovari voluiſſe.

V. *Miſer ſtatus Eccleſiarum ſub Anaſtaſio Imp.*

Sed nullus Evagrio luculentius narravit ſtatum Eccleſiarum ſub *Anaſtaſio*, ad quem plerique animum non attendentes, Præſules innocentiſſimos reos exiſtimarunt, & quæ ab Antiquis inter ſe pugnantibus de iis, quæ tunc geſta ſunt, in literas relata ſolido criterio non diſcuſſere. Evagrius itaque lib. 3. cap. 30. ubi de Anaſtaſii Imperatoris nuncupatione locutus eſt, ſcribit: *Idem porro Anaſtaſius, utpote pacis ſtudioſiſſimus, nihil omnino innovari voluit, præcipue vero in Eccleſiæ ſtatu; modiſque omnibus elaboravit, ut & Sanctiſſima Eccleſia abſque ulla perturbatione remanerent, & cuncti qui ipſius Imperio parebant, altiſſima pace fruerentur, omni rixa & contentione, tum ab Eccleſia ſtatu, tum a rebus publicis procul amandata. Et Chalcedonenſis quidem Synodus iis temporibus nec palam prædicabatur in Sanctiſſimis Eccleſiis, nec omnino rejiciebatur. Singuli enim earum Præſides, pro ut ipſis viſum fuerat, agebant. Et nonnulli quidem eorum, cuncta quæ in illo Concilio expoſita fuerant, pertinaciſſime defendebant. Neque in ejus decretis vel ullam ſyllabam remittere, ac ne unius quidem litteræ mutationem admittere ſuſtinebant: ſed magna cum fiducia recedebant ab iis, qui Decreta illius Concilii minime ſuſciperent, nec illis communicare ullo modo ſuſtinebant. Alii vero Chalcedonenſem Synodum ejuſque Decreta non modo non ſuſcipiebant; verum etiam illam una cum Leonis Epiſtola ſub anathemate damnabant.*

VI. *Orthodoxi in varias ſententias diſtracti.*

Alii Zenonis Henotico mordicus inhærebant: idque tametſi inter ſe diſſiderent de una aut de duabus naturis: hi quidem compoſitione Imperialium literarum decepti: illi vero paci & concordiæ magis ſtudentes. Adeo ut totius Orbis Eccleſiæ in varias factiones diviſa eſſent, ac ne Antiſtites quidem ſibi mutuo communicarent. Hinc multa diſſidia in Orientis & in Occidentis partibus, & per Africam extiterunt, cum nec Orientales Epiſcopi Occidentalibus & Afris ſociarentur, nec iſti viciſſim coirent cum Orientalibus. Quin etiam ad majorem abſurditatem res progreſſa eſt. Nam nec Orientales Antiſtites inter ſe ipſi communicabant: nec Occidentales item, nec Afri inter ſemetipſos communionem fovebant, nedum cum peregrinis & extraneis. Quæ cum Imperator Anaſtaſius videret, Epiſcopos, qui aliquid innovarent, Eccleſiis exturbabat, ſi quem forte deprehendiſſet, aut Concilium Chalcedonenſe prædicantem contra inolitam locorum conſuetudinem, aut

vitæ actibus ediderat: unde hac ex parte in his quæ foris apparebant, Ariadna Auguſta excuſationem meruiſſet, immo & laudem haud mediocrem conſecuta eſſet: utpote quæ obſtitiſſet ne regnaret impuriſſimus Longinus frater Zenonis Imperatoris evexiſſetque in Imperatorem virum optimis moribus adeo comparatum, ut eo nomine celebris, licet militiæ ordine infimus, haberetur: viſa in his egregium factum ſanctæ Pulcheriæ imitata, cum poſthabitis illa reliquis, Marcianum virum rectiſſimum in Imperii regimen divino conſilio promoviſſet.

Cum

PAGIUS

aut idem ſub anathemate damnantem. Et ex Regia quidem Urbe primum ejecit Euphemium, deinde Macedonium, cui ſucceſſit Timotheus. Antiochia vero Flavianum expulit. Ita Evagrius.

VII. *Hac animorum disjunctione non ponderata aliqui Scriptores Præſules ſanctiſſimos criminati ſunt.*

Is agendi modus *Anaſtaſii* Eccleſias innumeris perturbationibus replevit, quas tolli vix poſſe multi Sancti Præſules exiſtimarunt, niſi calamitoſis illis temporibus œconomia uterentur & ſalva religione orthodoxa alia ad ſubſtantiam ejus non pertinentia diſſimularent. Verum rigidiores & ardentiores Orthodoxi, quos primo loco nominat Evagrius, iſtos perinde ac hæreticos habebant; indeque qui tunc vel poſtea ſcripſere, tradunt eoſdem Synodum Chalcedonenſem non ſuſcepiſſe, quod ſcilicet Henoticum Zenonis, in quo tamen nulla hæreſis continebatur, amplecterentur, vel *Theodorum* Mopſueſtenſem, & *Theodoretum*, quibus Acta Concilii Chalcedonenſis favebant, pro hæreticorum fautoribus haberent. Et tamen *Euphemius*, *Macedonius*, *Flavianus*, aliique Sanctiſſimi Præſules Eccleſiæ ſaluti conſulentes, ut quidem autumabant, aliam yitam non iniere, & quam tenebant rigidiores Orthodoxi Eccleſiæ detrimentoſam fore putarunt. Eodem modo ſe poſtea geſſiſſe Sanctum *Germanum* Epiſcopum dein Conſtantinopolitanum, quando *Philippicus* Imperator ſextam Synodum generalem abrogare conatus eſt, infra videbimus. Sapienter Baronius anno CD. num. LXII. loquens de iis, quæ ſcripta ſunt in cauſa Catholicorum & Origeniſtarum, a quibus ultimis ſtabat Joannes Chryſoſtomus ſanctitate & doctrina celeberrimus: *Cum ſæpe contingat*, inquit Baronius, *ſapientiſſimos quoſque falli, eoſdem tamen a ſapientia & inſita probitate non excidere, cum nimirum ad ea quæ agunt, recto ſinceroque mentis feruntur intuitu*, &c. *Cum igitur de Sanctiſſimorum Virorum Epiphanii, Hieronymi (at de Theophilo dicere prætermittamus) atque Joannis Chryſoſtomi optima mente dubitare religio ſit, quæcumque ab eis acta ſunt, in meliorem partem accipias neceſſe eſt.*

VIII. *Elias Epiſ. Hieroſolymitanus in vitaperationem reprobata Synodi Chalced. male adductus.*

Verum contra hanc regulam in factis hominum metiendis ſæpe Scriptores peccarunt, imo quæ jam ab aliis ſincere tradita fuerant, in malum ſenſum interpretati ſunt. Theodorus v. g. lib. 2. pag. 561. ſcribit: *Eliæ Hieroſolymorum Epiſcopo præcepit Imp. Anaſtaſius, ut Synodum Epiſcoporum, qui ſub ipſo erant, colligeret, & IV. Synodum condemnaret. Elias vero Synodum quidem Epiſcoporum minime convocavit. Ipſe vero ſolus Imperatori reſcribens, Neſtorium & Eutychem, Diodorum item ac Theodorum anathematizavit, & Synodum Chalcedonenſem.* Verum Elias Præſul Sanctiſſimus Synodum Chalcedonenſem nunquam reprobavit; ſed apud rigidiores Catholicos a quibus hæc Theodorus accepit, idem erat Synodum Chalcedonenſem non recipere, ac Diodorum & Theodorum, qui in eo Concilio approbati fuerant, damnare. Quod ſi Eliæ literæ extarent, eas in perverſum ſenſum ab iis, qui, ut ait Evagrius laudatus, *in ejus decretis* (ſc. Chalcedonenſis Synodi) *vel ullam ſyllabam remittere, ac ne unius quidem litteræ mutationem admittere ſuſtinebant*, expoſitas fuiſſe conſtaret.

IX. *Goarus ſuper Flaviani fide ſuſpenſo hæret animo.*

Goarus in Notis ad Theophanem legens hujus Auctoris locum de Flaviano, quem anno DX. num. III.......... recitabimus, ubi & legi poteſt, ne bis eadem repetamus, videns Hiſtoricos Byzantinos de *Flaviano* Epiſcopo Antiocheno inter ſe minime conſentire, & alios eum ut Virum Sanctiſſimum, alios uti adhærentem hoſtibus Synodi Chalcedonenſis repræſentare, neſcit quo ſe vertat, quia ſcilicet non animadvertat rigidiores Orthodoxos per hæc tempora alios fere pro hæreticis habuiſſe. Sed ipſum Goarum loquentem audire juvat: Diſcriminis, inquit, haud exigui Theophanem inter „ & Evagrium e Flaviani Antiocheni Epiſcopi „ fides ſubjectum & materia: hoc eam integram „ perſeveraſſe, illo corruptam penitus & extin„ ctam aſſerente, Monachorum gregem haud con„ temnendum ſuis literis ab hæreſi Flavianum „ vindicantium adducit Evagrius lib. 3. cap. 31. „ Xenaiæ inimicitias, & ex ſimultatibus calu„ mnias, confictam ab adverſariis hæreſeos no„ tam, ut a fide diſcederet vim illatam, perſe„ cutiones, minas, ſeditiones, mortem ipſam „ intentatam & inflictum exilium narrat cap. 32. „ Quis tantæ conſtantiæ Vir a ſanctitatis & in„ nocentiæ judicibus, quales Baronius, Petavius „ & alii in Sanctorum album recenſeri non me„ reretur? In adverſum rapere me molitur Theo„ phanes, & *Flavianum* imbellem, timoris man„ cipium, favoris aucupem a probis rejectum, „ ipſis hæreticis ob animum notantem & incer„ tum, exoſam, ac propriis tandem technis mulcta„ tum repræſentat, hoc, & tribus, qui ſequun„ tur annis. Utri fides adhibenda, Evagrio „ *Flaviani* temporibus viciniori, an poſte„ riori Theophani? Auctoribus ſuis innititur „ Theophanes: teſtes juratos, Senes, cum qui„ bus de Flaviano diſſeruit exceptione majores „ adducit Evagrius. Hæreticus an Orthodoxus; „ Sanctus an impius Flavianus? Decidant alii. „ Sanctum prædicabo, quem Sanctus Theopha„ nes ut impium, damnat? Hæreticum aſſeram, „ quem veritatis & fidei aſſertorem fidelis Hi„ ſtoricus Evagrius celebrat? Utrumque abhor„ ret animus.

X. *Ob Scriptorum ea loquentium diſſidia.*

„ Ut ut ſe res habeat, Flavianum ſuo jam „ tempore hæreſeos inſimulatum mihi ſuggerit „ Evagrius; tum ubi cap. 35. Neſtorianum er„ rorem impingit Xenaias. Ut quid enim Ne„ ſtorii pravitatis admiſſæ reum accuſaret, quem „ ſolo fidei Orthodoxæ nomine poterat damna„ re: ſola fidei integritas crimen erat in „ *Flaviano*: non ex Neſtorii reatu crimen fue„ rat in Flavianum refundendum, quem ſola „ fidei puritas reum agebat. Neſtorianum ita„ que inclamabat *Xenaias*, quia quem Euty„ chianæ ſuæ hæreſeos conſcium & adverſarium „ noverat, Orthodoxum probare nequibat. Tum „ etiam cum cap. 32. Seniores, quos memorat, „ in *Flaviani* defenſionem adducit Evagrius, „ quos certe tanto ſtudio, quaſi juratos teſtes „ non proferret, niſi Flaviani nomen in judi„ cium trahi ejus cauſæ totius agendæ providus

non

XI. Cum vero recens electus Imperator, ex more, munera Circenſia populo exhiberet qualis de eo hactenus viguiſſet in populo fama, quæve opinio parta, ſpes concepta, & expectatio aucta, accipe quæ ex ejus temporis ſcriptis Cedrenus affert (a), verbis ex publicis Actis proditis: *Cum autem Anaſtaſius, habitu ſumpto Imperatorio, in Circo ſederet: omnis populus uno ore directe inclamavit: Sicut vixiſti, ita etiam impera, domine. Quippe qui ante galli cantum templum adire ſolebat: ibique dum concio dimitteretur, ſtabat Deum precans; frequenter jejunabat; & ſua pauperibus & mendicis erogabat.* At ne putes adulatorias has fuiſſe populi voces, audi quid Gelaſius Papa habeat in litteris ad eum datis (b): *Non me* (inquit) *latet, Imperator, quod tuæ pietatis ſtudium fuerit in privata vita: optaſti ſemper fieri particeps promiſſionis æternæ, &c.* Hæc de priſtinæ ejus vitæ inſtitutis, quibus magna hominum admiratione diutius aſſueviſſet. Iis ut reſponderent reliqui vitæ actus, cum moderandas ſuſcepit habenas Imperii, iſta ſtatuit, quæ idem Cedrenus ſubdit his verbis: *Delatores funditus ex urbe dejecit: abolevit etiam tributum, quod Chryſargyrum dicebatur, Auro argentum alius. Id tale fuit: Quiſquis mendicus, quævis meretrix, quævis repudiata, quivis ſervus, quivis libertus ærario aliquid impendebant, atque etiam de malo, de fimo, de jumentis, de canibus in urbe vel rure degentibus homo ſive mas eſſet, ſive femina, annuum argenteum pendebat, tantumdem equus, bos, mulus, aſinus, aut etiam canis obulos ſex: & erat tum in agris, tum in urbibus magnus ejulatus, cum id tributum abſque aliqua miſeratione exigeretur.*

(a) Cedr. in Comp.

Prior vita Anaſtaſii quam laudabilis.

(b) Gelaſ. epiſt. 10.

XII. Chryſargyrum ademptum. *Itaque Imperator, cum ea de re legatos ad eum miſiſſent monachi Hieroſolymitani & Timotheus Gazæus vir ſapientiſſimus tragœdiam de ea finxiſſet, excidit iſta: atque eo ſane tempore illuſtrem ſuam fecit liberalitatem, quod tributum illud quadriennale, quod magna cum omnium pernicie ingentem talentorum corradebat numerum, & Chryſargyrum appellabatur, ſuſtulit, tabulaſque ejus tributi deſcriptionem continentes in Circo coram populo omnes cremavit. At Rempublicam quidem ille tuata magnificentia emendabat.* Eadem Theodorus Lector de Chryſargyro ſublato; qui & alia ab eo tunc recte inſtituta recenſet, ubi ait (c): *Anaſtaſius Chryſargyram remiſit, & venationes ſuſtulit, & magiſtratus qui venales fuerant, gratis contulit.* Hæc ipſe. At quis talia tantaque videns & audiens, ſummam elevandæ Reipublicæ ſpem de ipſo recens creato Imperatore non concepiſſet?

(c) Theod. Lect. Collect. l. 2.

XIII. Aviditas ſuccisa, non avulſa. Sed quod omne quod non ex animo, ſed ex ambitu partum eſt, quodve firmas non habet in virtute radices, & in charitate Dei minime fundatum eſt, diutius conſiſtere haud valet, ſecundum illud Sapientis (d): *Plantæ adulterinæ non dabunt altas radices:* ad momentum ferme iſta ſunt viſa, & ſtatim ab intuentium oculis evanuere: ac plane accidit perinde atque cum radice non evulſa, ſi ſtipes præcidatur arbuſculæ, multiplicatis fœtibus erumpant hinc inde majori vigore germina & coaleſcant: ita plane Anaſtaſio accidit, cum poſt firmatum jam & ſtabilitum Imperium, poſt exciſum Chryſargyrum, ejus cupiditas in radice latens rurſus pullulavit in ditiores exactiones & publica furta. Nam accipe quid de ipſo

(d) Sap. 4.

PAGIUS

„ non perſenſiſſet. Ab omni tamen hæreſeos ſuſpicione laboraſſe, & Orthodoxam ejus fidem apud omnes teſtatam voluiſſe videtur Liberatus Breviarii cap. 18. & 19. Ita Goarus.

XI. Fons & origo deceptionis eorum qui adverſus Flavianum ſcripſere. Verum inculpata *Flaviani* fides fuit, & quæ Theophanes de eo ſcripſit, a rigidioribus Orthodoxis, ut jam dixi, accepit, qui non communicabant cum iis qui *Henoticum* admiſerant, & apud quos omnibus in Synodo Chalcedonenſi contentis non adhærere, idem erat ac eam ejurare. At *Flavianus* moderatior erat, ſatiſque eſſe exiſtimabat, ut Synodus damnaretur ſilentio, aut ſi de ea loquendum eſſet, alia œconomia utendum, ac conſentiendum damnationi Diodori, Theodori, ac quorumdam aliorum, ac inſuper quorumdam capitum ad ſubſtantiam fidei non ſpectantium. Unum ei tantum ante oculos erat, ſalus nempe Eccleſiæ & fidei integritas. Sed cum hæc ejus moderatio, nec Catholicis ardentioribus, nec hæreticis probaretur, ab utriſque inſimulatus eſt, a Catholicis Eutychianiſmi, ab hæreticis Neſtorianiſmi. Indeque Evagrius, qui longe melius quam Theophanes, quæ in ejus cauſa geſta fuerant ſcire potuit, quo poteſt argumentorum genere ejus innocentiam tuetur; e contra Theophanes ab hæreticis & rigidioribus Catholicis deceptus eum Synodum Chalcedonenſem *ex animi dejectione* reprobaſſe ſcribit. Quod *Flaviano*, *Macedonio* Epiſcopo Conſtantinopolit. & *Elia* Hieroſolymorum Epiſcopo etiam contigit. Licet enim uterque propter Synodi Chalcedonenſis defenſionem perſecutionem ſuſtinuerit, & dignitatem amiſerit, ut recte Baronius ſuis locis oſtendit, quia tamen in illis rerum circumſtantiis Eccleſiæ utiliorem fore cenſuere œconomiam, quam ardentius in omnibus ejus juribus defendendis ſtudium, vitare non potuere, quin ab aliquibus Scriptoribus Catholicis incaute ab aliis deceptis infamarentur. Verum ſi in legendis antiquis Auctoribus, qui de Euphemio, Flaviano, Elia, & Macedonio locuti ſunt, quæ ſupra ex Evagrio retulimus, præ oculis habeas, nullius apud te momenti erunt, quæ adverſus hos Sanctos Præſules dicta fuerint, quia eorumdem Scriptorum deceptionis cauſa & origo tibi certo perſpecta erit.

XII. Chryſargyrum ſublatum. A. num. XI. ad XIV. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDXCIII. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti quingenteſimi exorditur, ait

(a) Suid. in hiſtor.

Anaſtaſius expilator Imperii.

ipſo Suidas enarret (a): *Anaſtaſius Romanorum Imperator mutatus in deterius, univerſum Imperium ariſtocratiam effecit, magiſtratibus omnibus vendendis, & delinquentibus ignoſcendo, inexplebili pecuniæ aviditate incenſus. Unde factum, ut provinciæ militaribus catologis exhauſtis, provinciales rebus inſuetis & peregrinis percellerentur. Neque enim armis infeſtos barbaros propulſabat, ſed pecunia ſubinde pacem redimebat. Ad hæc in bona defunctorum inquirebat, & communem omnibus paupertatem donabat. Quorum enim ipſe rem familiarem auferebat, iis paulo poſt pietatis nomine diſtribuebat; & quarum urbium incolas nudabat, earum ædificia renovabat, ut & patriam ſtudioſe exornaret, tribuſque coronis circumdaret. Sub hoc Libyeæ urbes graviter ſunt afflictæ ab iis qui Lazici dicebantur: præfecerat enim his nepotem ex filia Marinum, hominem adoleſcentem, leviſſimoque præditum ingenio: rurſus poſt illum Boſianum filium. Is vero ſuis factis quovis modo ſuperioris Prætoris intemperiis ſuperatis, effecit ut priorem ſtatum deſiderarent, quamvis acces & ademptas ſibi opes recordarentur.* Hæc Suidas. Porro ad extremam Orientalis Imperii cladem & Catholicæ fidei deſolationem talem hominem in Imperatorem ab impia Ariadna eſſe promotum, exitus patefecit.

Ann. Eccl. Tom. VIII.

XIV. Civile bellum Conſtantinopoli.

Quid autem infauſtum hoc anno acciderit, cum idem Anaſtaſius creatus eſt Imperator, Marcellinus ſub anni hujus Conſulatu ita ait: *Bellum plebejum inter Byzantios ortum, parſque urbis plurima atque Circi igne combuſta.* Hæc ipſe: ſed cujus rei gratia ejuſmodi civile bellum conflatum, fuerit, nuſquam mentio: putantur quidem illi qui Zenoni ejuſque germano ſtuduiſſent, ægro animo ferentes, illo poſthabito, huic mediocris conditionis homini Romanum Imperium eſſe decretum, ejuſmodi civilium conflictationum auctores fuiſſe. Confundunt nonnulli præſens incendium cum eo, quod a Zenone ſuperſtite contigiſſe diximus, cum bibliotheca regia conflagravit. Porro tunc accidiſſe creditur quod Procopius tradit, incenſum eſſe nobiliſſimum omnium templum, Sophiam dictum: ait enim (b): *Viles quidam & vulgi fæx olim templum Chriſtianorum concremare auſi ſunt, templum inquam quod Byzantini Sophiam vocant, opportuno in primis nomine excogitato. Permiſit Deus impium fieri opus, prævidens nimirum in quantam olim elegantiam templum reſtitui deberet. Etenim totum templum in cineres redactum Juſtinianus (quamquam multo poſt) ita reparavit & expolivit, ut quiſquis de priori templo audierit, is monſtrata præſenti venuſtate, optare poſſit illud jamdudum periiſſe.* Hæc Procopius; qui item addit

(b) Procop. de ædific. Juſtin. Imp. orat. 1.

Incendium a turba excitatum.

PAGIUS ait: *Hoc anno Chryſargirum tributum & venationes ſive pugnas cum beſtiis publicas Anaſtaſius abolevit, & Magiſtratus qui antea venales erant, gratis contulit.* Evagrius lib. 3. cap. 39. & Glycas in Annal. pag. 255. Anaſtaſium, quod intolerabile tributum ſuſtulerit, ſummis laudibus exornant: *Quod ipſum ſane præclarum facinus elevare mala catera potuiſſet, ſi nihil in cultu, religioneque Divina erroris ſoviſſet*, inquit Glycas, qui addit, Imperatorem Viros quoſdam ſolitariæ vitæ deditos reveritum, *qui apud ipſum hanc ob cauſam interceſſerant*, hoc onus in univerſum ſuſtuliſſe. Hæc præclara actio Anaſtaſii *Decennalia* memorabilia reddidit.

XIII. *Pugna & venatio cum beſtiis abolita.*

Quoad venationes cum beſtiis, & ſanguinaria illa certamina, inter beſtias & homines in ſpectaculis publicis fieri ſolita, hæc pariter ab *Anaſtaſio* in ſuis *Decennalibus* abolita. Sed quia poſtremis maxime Imperii temporibus ſpectacula publica adeo erant Conſulibus Dignitatem ineuntibus propria, ut viderentur hi ſummum illum quondam Magiſtratum ad nihil aliud conſervaſſe, quam ut ludis & ſpectaculis edendis populum Romanum talium rerum avidiſſimum oblectarent, continuatum eſt illud Amphitheatralis venationis genus, quod in eo præcipue ſitum erat, ut arte & induſtria vitarentur belluæ, non ſine ingenti tamen venatorum diſcrimine, ſed tanto majore ſpectantium voluptate, eo quod feræ durando, & vivendo diu oblectarent populum; cum illis cæſis breve fieret ſpectaculum, & terror exiſteret ex ſugiin belluarum intereuntium: cædem vero ſubtilibus ſaltibus & levi corporum motu evitatæ viſum & lætos clamores elicerent.

XIV. *Aliud pugnæ genus cum beſtiis reliſtum.*

Illud ſpectaculum Conſulare, ut videre eſt, apud Withemium in Diptycho Leodienſi cap. 6. repræſentatur, in Diptycho *Anaſtaſii* viri e Familia Imperatoria, annoque DXVII. Conſulis, ubi hemicyclus floribus ſcalptus refert amphitheatrum, circa quem in angulis capita confertim locata populum ſpectantem deſignant. Januæ duæ patentes aditum præbent ad amphitheatrales caveas, in quibus feræ detinebantur. Habent januæ in hyperthyro geminas decuſſatas palmas, omnium quondam ſpectaculorum & certaminum ambitioſiſſima præmia. In januis patefactis ſtant beſtiarii, qui feras e caveis emittunt. Spectaculi genus eſt venatio, ſed aliquantum diverſa ab antiquiſſimis illis Romanorum amphitheatralibus venationibus, quæ ſic edebantur, ut cum feris tantum pugnaretur. Ibi enim nihil tale. Quare videtur is venationis modus poſt Decennalia Anaſtaſii Aug. ſolus in amphitheatris valuiſſe. Vitabundum illud ludricæ venationis genus graphice deſcribit Caſſiodorus lib. 5. cap. 2. & egregie explicat Wilthemius in opuſculo laudato.

XV. *Conſtantinopoli tumultuatur.*

Ad num. XIV. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXXXV. qui Kal. Septemb. ſequentis Chriſti anni inchoatur, ait: *Hoc anno Anaſtaſius Imp. Iſauros Conſtantinopoli commorantes ob pleraque fœda ab illis admiſſa flagitia Urbe ejecit, qui poſt diſceſſum tyrannidem excitare ſunt moliti.* De ea tyrannide anno ſequenti agemus; Baronius enim, qui Theophanem non viderat, ſcribit illius nuſquam mentionem reperiri. Ex his lucem accipiunt, quæ ipſe recitat ex Marcellino de bello Plebeio hoc anno Conſtantinopoli orto.

addit de auguſtiſſima domo hoſpitali ſancti Samſonis exuſta. His plane funeſtis exordiis Anaſtaſius eſt Imperium auſpicatus; quibus facem ipſum ferre ad Eccleſiam Catholicam inflammandam videri poterat præſignatum. Reliqua de ipſo inferius annis ſingulis referemus.

XV. At vice verſa hoc item anno accidit, ut cum Anaſtaſius Silentiarius eſſe deſiens, creverit in Imperatorem; Dei conſilio vir ſanctiſſimus Joannes ex Antiſtite Coloniæ in Armenia evaſerit Silentiarius: cum videlicet ſedi nuncium remittens, profectus ad loca ſancta, ſubiiciens ſe diſciplinæ magni Sabæ, mutatus in monachum, ob incomparabilem ſilentii obſervantiam, Silentiarius fuit cognominatus. Hiſtoria quidem ſcitu digna & Annalibus Eccleſiaſticis congrua, cum præſertim a Cyrillo monacho diſcipulo admirandi illius Euthymii, qui his vivebat temporibus, ſcripta fuerit. Liceat abſque invidia dicere, me neminem reperiſſe poſt ſanctos Athanaſium atque Hieronymum, qui majori fide ſcripſerit ſanctiſſimorum virorum res geſtas, digerens eas atque diſtinguens accurate per tempora, ac ipſe Cyrillus; dum quæ ipſe vidit, vel ſanctorum omni probitate præſtantium virorum relatione didicit, abſque levi ſuſpicione mendacii, ſinceram veritatem veluti ſacroſanctum depoſitum poſteris tradidit: nempe Acta Euthymii, itemque Sabæ, & Joannis Silentiarii de quo eſt ſermo. Sed & ejuſdem auctoris creduntur eſſe Vitæ Theodoſii Cœnobiarchæ, necnon Quiriaci anachoretæ, qui iiſdem temporibus claruere viri ſanctiſſimi; ſed quod illæ careant auctoris inſcriptione feruntur nomine ejus qui poſtremo edidit Metaphraſtes, cum tamen ipſe ea antiquitus ſcripta tantum exſcripſerit.

Cyrillus verax & accuratus ſcriptor rerum SS. Monachorum.

XVI. Sed quod ſpectat ad Joannis adventum in Palæſtinam: erat quidem in Orientali Eccleſia florentiſſima fama ſancti Sabæ Abbatis in Palæſtina degentis, utpote viri ob egregias virtutes Deo acceptiſſimi: adeo ut cum ex aliis Orientis partibus, tum ex Armenia ad ipſum convolarent, qui exultioris monaſticæ obſervantiæ cupidi eſſent: nam hæc de ipſo in primis idem Cyrillus (a): *Tunc quidem* (inquit) *agebat Sabas quinquageſimum tertium annum ſuæ ætatis, quo tempore Anaſtaſius quidem ſedem tenebat Imperatoriam, cum e vivis jam exceſſiſſet Zeno. Eodem autem anno ad Lauram accedit vir quidam divinus, quem dona decorabant ſpiritualia, genere Armenus, nomine Hieremias; quem duo quoque ſequebantur diſcipuli, qui vocabantur Petrus & Paulus, qui cognoſcebantur ejus vitam aperte referre & exprimere.* Et paulo poſt: *Cum itaque Hieremias, & qui cum ipſo erant, ita veniſſent ad Lauram; divinus quoque Epiſcopus & Silentiarius Joannes eorum veſtigia ſequens, eodem accedit jam agens trigeſimumoctavum annum ætatis, &c.* His ducibus Armenos plurimos in Lauram confluxiſſe tradit. Porro quomodo divino monitu tantus Antiſtes tum generis claritudine, tum egregiis virtutibus exornatus, miſſam faciens ſedem, incognitus ſub Sabæ diſciplina profiteri cœpit, ex ipſo Cyrillo rem geſtam audire pergratum erit: poſt enim enarrata glorioſa Joannis primordia & functionem muneris Epiſcopatus, hæc ſubiicit:

(a) Cyrill. in Vit. S. Sab. Abb. apud Sur. t. 6. c. 26.

De Joanne Silentiario ex Epiſcopo Monacho.

Cum hic ergo divinus Joannes tranſegiſſet jam decem annos in Epiſcopatu accidit, ut maritus ſororis ejus, qui vocabatur Paſinicus, Armeniorum haberet adminiſtrationem: qui inſtinctu ſatanico cœpit damno afficere & conturbare eam quæ illi credita fuerat Eccleſiam: his quidem qui eam adminiſtrabant, non permittens ut Eccleſiaſticarum rerum curam gererent; eos autem qui intra ejus fines confugiabant, vi avellens, & jus aſyli ſolvens ac violans. Qui cum ſæpe rogaretur a Dei ſervo, evadebat deterior, Maria ejus ſorore jam mortua. Cum autem ex eo vir juſtus in graviſſimam incidiſſet afflictionem, cogitur venire Conſtantinopolim. Cum vero illic fuiſſet, & quæ erant ejus Eccleſiæ utilia peregiſſet circa finem Imperii Zenonis, Euphemio Epiſcopo Conſtantinopolitano pro ſe decertante; Deo gratum iniit conſilium, nempe ut in ſanctam ſecedat civitatem, & per ſe quieſcat ab omnibus hujus vitæ negotiis. Cum autem dimiſiſſet eos qui cum eo erant presbyteros ac clericos, ac divinis juſſis peractis, & omnibus neſcientibus ſolus navem conſcendiſſet; venit Hieroſolymam, & manet in primo ſanctæ Civitatis Gerocomio, in quo Gerocomia eſt oratorium ſancti martyris Georgii. XVII. Colonienſis Eccleſia afflictata.

Cum autem illic fuiſſet & mundanam illic turbam aſpexiſſet; magno animi do- XVIII.

lore

PAGIUS XVI. *Floret S. Joannes Silentiarius.*

Ad num. XV. ad XIX. Vitam ſancti *Joannis Silentiarii* Exepiſcopi Colonienſis in Armenia, & Monachi Lauræ ſancti Sabæ in Palæſtina ſcripſit Cyrillus Monachus teſtis in pluribus oculatus, ac refertur in Actis SS. Bollandianis ad diem XIII. menſis Maii. In ea dicitur Sanctus Joannes natus *octavo menſis Januarii, ſeptima Indictione, quarto anno Imperii Marciani*, ideoque anno Chriſti 454. *octavo decimo anno ſuæ ætatis* aſſumptis decem fratribus, Nicopholi conſtruxiſſe Cœnobium, & *anno ætatis XXVIII.* invitum ordinatum eſſe Epiſcopum *Coloniæ* a Sebaſtiæ Metropolitano. Poſtea dimiſſo Epiſcopatu ſeceſſit ad Lauram ſancti Sabæ eo tempore, quo *Saluſtius* præerat Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, *quarta decima Indictione, tricesimo octavo ſuæ ætatis anno: quo quidem tempore a Deo conſtructa maxima Lauræ Eccleſia celebrata ſunt encænia*, ideoque

hoc

Quo ſigno Joannes in ſolitudinem ductus.

lore affectus, Deum rogavit cum lacrymis, ut duceretur in locum ſibi gratum & quietum & aptum ad ſalutem conſequendam. Poſtquam autem in dicto Gerocomio manſit venerandus pater noſter Joannes, in fundendis noctu ad Deum precibus verſans longo tempore: cum una nocte ex omnibus ſolus Gerocomii impluvium cœlum aſpexiſſet, aſpicit repente ſtellam lucis, quæ habebat figuram Crucis, & ad ipſum veniebat, & audivit vocem ex illa luce dicentem: Si vis eſſe ſalvus, ſequere hanc lucem. Is autem cum credidiſſet, protinus eſt egreſſus, & illam lucem ſecutus, venit in maximam Lauram S. patris noſtri Sabæ, cum eo tempore eſſet Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Pontifex Salluſtius, quartodecima Indictione, trigeſimooctavo ætatis ſuæ anno: quo quidem tempore a Deo conſtructæ maximæ Lauræ Eccleſiæ celebrata ſunt encænia, ſeu dedicatio: Anaſtaſius autem, mortuo Zenone, ſuſceperat Imperium, ut eum audivi ſua lingua loquentem. Hæc de progreſſu Joannis Colonienſis in Armenia Epiſcopi in Lauram Cyrillus, ſignans hunc ipſum annum etiam ex Indictione, quo nimirum decimaquarta abſoluta, decimaquinta menſe Septembris inchoatur: ut videas omnia quam exactiſſime reddita tempori. Porro voluit Deus, tanto ſigno cælitus miſſo, fieri manifeſtum, haud ignaviæ adſcribendum S. Joanni, ſi Eccleſiam in perſecutione reliquit. Verum & exitus declaravit, ex fructibus nempe productis, Dei voluntatem fuiſſe, ut nobilis Eccleſiæ paſtor paſcendus ex Armenia transferretur in Palæſtinam, illic uberem fructum redditurus tempore ſuo, ut ejus vitæ Acta declarant, necnon Sabæ, quæ quis otioſus magna animi delectatione legere poterit.

Quo autem ſtatu res Italiæ, confligentibus ſimul duobus barbaris Regibus, fuerint, Caſſiodorus his paucis declarat: *Hoc Conſule* (nempe Olybrio) *Odoacer cum Erulis egreſſus Ravenna nocturnis horis ad pontem Candidum a domino noſtro Rege Theodorico memorabili certamine ſuperatus. Tunc etiam Vvandali, pace ſuppliciter poſtulata, a Siciliæ ſolita deprædatione ceſſarunt.* Hæc ipſe. Porro adhuc biennio Odoacer Ravennæ ſe muniens reſtitit Theodorico, qui interea tota eſt potitus Italia. XIX.

XX. Obitus S. Patricii.

Sub hujus anni Conſulatu a Mariano Scoto ejus gentili (nam Hibernia Scotia dicta reperitur) obitus recenſetur S. Patricii Hiberniæ primi Epiſcopi. Ait enim: *ſub Olybrio Conſule: S. Patricius Hiber-*

PAGIUS

hoc Chriſti anno, quo Indictio XIV. in curſu fuit uſque ad Kalendas Septemb. & Zeno Imperii ſui *Vicennalia* dedit. Hæc de Initio Vitæ Sancti Joannis Silentiarii, de quo rurſus infra ſermo redibit. Quod autem Baronius ait, Vitas *Theodoſii* Cœnobiarchæ & *Quiriaci* ſeu Cyriaci Anachoretæ exiſtimari ſcriptas a Cyrillo Monacho, error vulgaris eſt, infra confutandus.

XVII. *Bellum Italicum Theodoricum inter & Odoacrem.*

Ad num. XIX. Anonymus Valeſianus, quæ anno ſuperiori & currenti Theodoricus in Italia geſſit, his verbis narrat: *Fauſto & Longino. His Coſſ. Odoachar Rex exiit de Cremona, & ambulavit Mediolanum. Tunc venerunt Vviſigothæ in auxilium Theodorici, & facta eſt pugna ſuper fluvium Adduam, & ceciderunt populi ab utraque parte; & occiſus eſt Pierius Comes Domeſticorum III. Idus Auguſtas, & fugit Odoachar Ravennam, & mox ſubſecutus eſt eum Patricius Theodoricus veniens in Pineta, & fixit foſſatum, & obſidens Odoacrem clauſum per triennium Ravennam, & factum eſt uſque ad ſex ſolidos modius tritici. Et mittens Legationem Theodericus Feſtum caput Senati ad Zenonem Imperatorem, & ab eodem ſperans veſtem ſe induere Regiam. Olybrio V. C. Hoc Conſule exiit Odoachar Rex de Ravenna nocte cum Erulis ingreſſus in Pineta, in foſſato Patricii Theodorici, & ceciderunt ab utraque parte exercitus.*

XVIII. *Moritur S. Patricius Hiberniæ Apoſtolus.*

Ad num. XX. Marianus quidem Scotus, Sigebertus, & alii quidam mortem Sancti *Patricii* Epiſcopi Apoſtoli, & Primatis Hiberniæ hoc anno conſignant; Bollandus tamen ad diem XVII. menſis Martii in Commentario prævio ad ejus Vitam, ubi pluribus de triplici ejus captivitate, Vita Monaſtica, & peregrinationibus differit, exiſtimat mortem ejus contigiſſe anno quadringenteſimo ſexageſimo, ætatis LXXXIII. non vero CXX. vel CXXII. ut plerique Scriptores Hiberni tradidere. Totius Hiſtoriæ Patricianæ chronotaxim Bollandus veroſimilibus conjecturis innixus digeſſit; ſed cum tam multa in Sanctorum Hibernorum Vitas irrepſerint, fabulis ſimillima, non eſt quod hic immoremur, qui certa quærimus. Hæc tantum dicam, *Hibernos* olim unam rithmicam poeſim noviſſe, & habuiſſe in pretio, nullaque alia præter memoriam conſervandæ Antiquitatis illis adjumenta fuiſſe. *Patricius* Romanis excultus diſciplinis, litterarum (ſine quibus Sacra nequeunt Chriſtiana tractari) uſum in Hiberniam primus induxit: cumque auxiliarium e Britannia & Romano orbe Sociorum non tanta ei adeſſet copia, ut omnium Eccleſiarum neceſſitati poſſet facere ſatis; privatim ipſe inſtituebat, erudiebatque indigenas, quos erectis ab ſe Eccleſiis idoneos inveniebat; quibus ſua manu ſcribebat, tradebatque Alphabetum, ex quo novos ipſi diſcipulos informarent. Quod qui conſideraverit, non mirabitur tam multa commentitia in Vitis Sanctorum Hiberniæ reperiri, cum Latina Lingua, quæ ſubjectis Romano Imperio in Occidente atque Africa Provinciis, abolita antiqua patria, facta, fuerit naturalis, etſi non ſine depravatione multiplici, *Hibernis* omnino peregrina eſſet, niſi Sacra tractantibus, & domi vel peregre operioſius eruditis cognita; cum alibi etiam feminæ Latine noſſent, & loqui & ſcribere.

Vita tamen Sancti *Patricii* multis fabulis purgari poteſt ope libri illius, quem ipſemet *de ſua Vita & converſatione compoſuit*, & ex iis, quæ literis mandavit Joſſelinus Monachus Ordinis Ciſtercienſis, qui varia Sancti Patricii Acta collegit ſæculo duodecimo, quod utrumque Opus Bollandus laudatus recitat; nam quoad *Probum* antiquioris Vitæ ejus Scriptorem vel interpolatus fuit, vel non ſatis edoctus de his quæ ſcripſit, cum mendoſus deprehendatur in notiſſi- XIX. *Ei uni Hibernorum converſio debetur.*

Digitized by Google

*nia Archiepiſcopus obiit, cum eſſet annorum nonagintaduorum *. Qui cum eſſet annorum ſexdecim venditus eſt; ſex annis vixit in ſervitute in Romanis partibus; ſexaginta annis in Hibernia prædicavit.* Verum ex recenſitis annis deducto numero, nonniſi octogintaduo ejus reperiuntur ætatis; ſed alia eſt apud Probum, qui Vitam ejus ſcripſit, ſupputatio annorum S. Patricii: qui eum centum atque trigintaduobus annis vixiſſe tradit. Ad hanc plane ætatem eum perveniſſe oportuit, ſi (ut ait) annos triginta natus extitit diſcipulus S. Martini. At qui vivens prædicatione, poſt obitum magis illas regiones miraculis illuſtravit.

* LXXXII.

Chri-

PAGIUS

morum Hiberniæ locorum nominibus. Porro Hiberni *Patricio* debent, quod patria ſua facta ſit *Sanctorum Inſula* & literarum ſcientiarumque fuerit aliquando gymnaſium. Nam quamvis nonnulla Chriſtianæ doctrinæ ſemina ante eum in Hibernia ſparſa fuerint, & ideo Sanctus Palladius *ad Scotos in Chriſtum credentes* miſſus dicatur, converſæ tamen Hiberniæ decus & titulus uni debetur *Patricio*, per quem non pauci aliqui atque ex vulgo homines; ſed Reges & Principes, populique gregatim ſalutari tincti baptiſmate, jugo fidei ſubmiſere cervices. Ipſe Sanctam *Brigidam* velavit, aliqua Concilia a Spelmanno relata congregavit, ejuſque opera plurimæ ſparſim Eccleſiæ erectæ, in iiſque Epiſcopi ordinati. Plura de eo Bollandus citatus.

XX. *Exordium Regni Auſtralium Saxonum.* Hoc anno ſecundum Regnum Heptarchiæ Anglo-Saxonicæ, Regnum ſc. *Auſtralium Saxonum*, ab *Ella* Principe, qui Auſtralem regionem Britanniæ occupavit, indeque Britannos ejecit inſtitutum eſt, teſte Huntidonienſi lib. 2. pag. 312. quod eiſdem claudebatur terminis, ac hodie *Suſſexia* Provincia, & reliqua *Surra* pars. Primus *Ella* fuit Regum potentiſſimorum inter Anglo-Saxones.

Sirmondus *Proſperi* cujuſdam ex Manichæo converſi, priſtinos *Manichæorum* errores deteſtantis anathematiſmos & fidei Catholicæ Profeſſionem publicavit ex codice MS. Eccleſiæ Lugdunenſis, in quo dicit Sirmondus ea Capitula ſubiici Concilio Carpentoracſtenſi anno DXXVII. celebrato, ſed Conſulum ordinem exigere, ut antecedant; cum in fine eorum legatur: *Not. ſub die XIII. Kalendas Decembris, Olybrio Juniore V. C. Conſule.* Cumque annus DXXVI. Olybrii Conſulatu inſignitus fuerit, ea ad eum Chriſti annum revocanda eſſe cenſuit Sirmondus, cui adhæſit Labbeus in Edit. Concil. Verum *Olybrius*, qui illo Chriſti anno Conſulatum geſſit, nullibi *Junior* appellatus reperitur; ideoque ea Capitula currenti anno ſine dubio edita, & in altera Edit. Concil. ad illum omnino referenda erunt. XXI. *Proſperi ex Manichæo converſi Profeſſio fidei.*

JESU CHRISTI ANNUS 492. | GELASII PAP. ANNUS 1. | ANASTASII IMP. 2. ODOACR. REG. 17.

I. Felicis Papæ obitus, CHriſti Redemptoris noſtri anno quadringenteſimo nonageſimoſecundo, Conſulibus Anaſtaſio Auguſto atque Ruffino, quinto Kalendas Martias moritur S. Felix Papa, cum ſediſſet annos novem minus diebus duodecim, ſumma laude Pontificia adminiſtratione perfunctus; receptuſque cum beatis in cœlis, in terra etiam venerandus in perpetuum anniverſario cultu remanſit ipſa die natalis ſui. (a) In Martyrologio enim Romano, exploſa depravata lectione, qua legebatur Felix Quartus pro tertio, hæc leguntur dicta die vigeſimaquinta Februarii: *Romæ natalis S. Felicis Papæ Tertii, qui S. Gregorii Papæ atavus fuit; de quo is refert, quod S. Tarſillæ nepti apparens, illam ad cæleſtia regna vocavit*. Verum quod atavus Gregorii fuerit Felix Tertius, & non Quartus, ut Joannes Diaconus exiſtimavit, tum ratio temporis perſuadet, tum etiam patria aſfirmare cogit: ſiquidem ille Samnita, hic vero Romanus ſicut & Gregorius fuit. Sed de his pluribus in Notis egimus. Porro hiſtoriam de Tarſilla atque Felice idem Gregorius publico concionis præconio evulgavit, itemque dialogorum commentariis eſt proſecutus, his ſcilicet verbis (b) poſt centum ferme annos:

(a) *Martyr. Rom. die 25. Febr.*

(b) *Greg. homil. in Evang. 38. & dialog. l. 4. c. 16.*

II. De Tarſilla, Gordiana, & Æmiliana. *Tres pater meus ſorores habuit, quæ cunctæ tres ſacræ virgines fuerunt, quarum una Tarſilla, alia Gordiana, alia Æmiliana dicebatur. Uno omnes ardore converſæ, uno eodemque tempore ſacratæ, ſub diſtrictione regulari degentes, in domo*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5985.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DXXX. A. C. 492.

☉ 25. ED. ☽ 18. P. 5. Indict. April. 25.

JESU CHRISTI 498.

GELASII PAPÆ 1.

ANASTASII IMP. 2.

ODOACRIS REG. 17.

THEODORICI REG. 4.

I. *Conſules*, [1] COſſ. *Anaſtaſius Aug.* & *Rufus*, ille ob ſuſceptum anno ſuperiori Imperium in Oriente Conſul proceſſit, hic in Occidente, ſi fides ſit adhibenda Onuphrio ſine teſte loquenti.

II. *Obitus S. Felicis III. Papæ.* A num. I. ad VII. S. *Felix* Papa hujus nominis III. die viceſima quarta menſis Februarii ad Deum migravit, ſexto ſc. Kalendas Martii, quia hic annus Biſſextilis fuit. Anaſtaſius quidem ejus ſepulturæ diem præter morem prætermiſit, & in Martyrologio Romano juxta ultimam ejus recognitionem nomen ejus inſcribitur ad V. Kalendas Martii, ſeu ad diem XXV. menſis Februarii, quia, ut conjicere licet, eo die ſepultus fuit, & in annis communibus dies V. Kalendas Martii idem eſt, ac dies XXV. menſis Februarii. *Felicem*, autem III. die XXIV. Februarii vitam cum morte commutaſſe, ejus Sedis duratio, & interpontificium quod poſt mortem illius fuit, demonſtrant. Ordinatus fuerat die VI. menſis Martii anni CDLXXXIII. ſeditque annos *VIII. menſes XI. dies XVIII.* ut habent Anaſtaſius MS, Colbertinus varii Catalogi ejuſdem Bibliothecæ, Regino, Martinus Polonus, Luitprandus, & Hermannus Contractus

NOTÆ [1] COſſ. *Anaſtaſius Aug.* & *Rufus*.
Relandus: *Flavius Anaſtaſius Aug.* Sponius Antiqu. lugdon. pag. 48.

IN PACE. SVB. DIE. X. KAL. DECEMBRIS.
ANASTASIO ET RVFO. VV. CC.

Gruterus pag. MXLIX. 2.

VIIII. KAL. IANVAR.
ANASTASIO. V. C. CONSVLE.

Alius lapis in agro Aquilano apud Muratorium in novo theſauro veterum inſcriptionum tom. I. pag. CDXIV. num. 8.

SD XÇI KAL· DECEMBRIIS DN ANASTASIO
PP. AG CONSL.

Reineſius pag. 899. ex Aringho.

ANASTASIVS. &c. CONS. ORD.

Epitome temporum & Indiculus Paſchæ: *Anaſtaſio Aug.* & *Rufo.* Victor, & Marcellinus: *Anaſtaſio & Rufo.* GEORGIUS

mo propria ſocialem vitam ducebant. Cumque eſſent diutius in eadem converſatione, cœperunt quotidianis incrementis in amorem conditoris ſui Tarſilla & Æmiliana ſuccreſcere; & cum ſola hic eſſent corpore, quotidie animo ad æterna tranſire. At contra Gordianæ animus cœpit a calore amoris intimi per quotidiana decrementa tepeſcere, & paulisper ad hujus ſæculi amorem redire. Crebro autem Tarſilla dicere Æmilianæ ſorori ſuæ cum magno gemitu ſolebat: Video Gordianam ſororem noſtram de noſtra ſorte non eſſe: perpendo enim, quia foras defluit, & cor, ad quod propoſuit, non cuſtodit. Quam curabant blanda quotidie redargutione corripere, atque a levitate morum ad gravitatem ſui habitus reformare. Quæquidem reſumebat vultum ſubito gravitatis inter verba correctionis: ſed cum ejuſdem correctionis hora tranſiſſet, tranſibat protinus & ſuperducta gravitas honeſtatis; moxque ad levia verba redibat; puellarum gaudebat ſocietate laicarum; eique perſona valde oneroſa erat quæcumque huic mundo dedita non erat.

III. De Felice Papa e cælo Tarſillam proneptem ad ſe vocante. *Quadam vero nocte huic Tarſillæ, quæ inter ſorores ſuas virtute continuæ orationis, afflictionis ſtudioſæ, abſtinentiæ ſingularis, gravitate vitæ venerabilis, & honore & culmine ſanctitatis excreverat (ſicut ipſa narravit) per viſionem atavus meus Felix hujus Romanæ Eccleſiæ Antiſtes apparuit; eique manſionem perpetuæ claritatis oſtendit, dicens: Veni quia in hac te lucis manſione ſuſcipio. Quæ ſubſequenti mox febri correpta, ad diem pervenit extremum. Et ſicut nobilibus feminis, viriſque morientibus multi conveniunt, qui eorum proximos conſolentur; eadem hora ejus exitus multi viri ac feminæ ejus lectulum circumſteterunt, inter quas mater mea quoque affuit. Cum ſubito ſurſum illa reſpiciens, Jeſum venientem vidit; & cum magna animadverſione cœpit circumſtantibus clamare, dicens: Recedite, recedite: Jeſus venit. Cumque in eum intenderet, quem videbat, ſancta illa anima a carne ſoluta eſt: tantaque ſubito fragrantia miri odoris aſperſa eſt, ut ipſa quoque ſuavitas cunctis oſtenderet, illuc auctorem ſuavitatis veniſſe. Cumque corpus ejus ex more mortuorum, ad lavandum eſſet nudatum, longæ orationis uſu in cubitis ejus & genibus camelorum more inventa eſt obdurata cutis excreviſſe; & quid vivens ſpiritus ejus ſemper egerit, caro mortua teſtabatur. Hæc autem geſta ſunt ante Dominici Natalis diem.*

IV. De tranſitu Æmilianæ, & reprobatione Gordianæ. *Quo tranſacto, mox Æmilianæ ſorori ſuæ per viſionem nocturnæ viſionis apparuit, dicens: Veni: ut quia Natalem Dominicum ſine te feci, S. Theophaniam jam tecum faciam. Cui illa protinus de ſororis ſuæ Gordianæ ſalute ſollicita reſpondit: Et ſi ſola venio, ſororem noſtram Gordianam cui dimitto? Cui (ſicut aſſerebat) triſtis vultu, iterum dixit: Veni; Gordiana etenim ſoror noſtra inter laicas deputata eſt. Quam viſionem mox moleſtia corporis ſecuta eſt, atque ita ut dictum fuerat, ante Dominicæ Apparitionis diem, eadem moleſtia ingraveſcente, defuncta eſt. Gordiana autem mox ut ſolam remanſiſſe ſe reperit, ejus pravitas excrevit; & quod prius latuit in deſiderio cogitationis, hoc poſt effectu pravæ actionis exercuit. Nam oblita Dominici timoris, oblita pudoris & reverentiæ, oblita conſecrationis; conductorem agrorum ſuorum poſtmodum maritum duxit.* Hactenus Gregorius, quæ nos occaſione ſanctiſſimi Papæ Felicis e cœlis vocantis ad ſe proneptes voluimus retuliſſe.

V. Reliquæ res geſtæ Felicis Papæ. Sed non prætereamus de eodem Felice, quæ in libro de Romanis Pontificibus ſcripta leguntur his verbis: *Hic fecit baſilicam S. Agapeti juxta baſilicam S. Laurentii martyris.* Et inferius: *Hic fecit ordinationes duas in urbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros viginti octo, diaconos quinque, Epiſcopos per diverſa loca triginta unum. Hic ſepultus eſt in baſilica S. Pauli Apoſtoli. Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies quinque. Et poſt tranſitum ejus factum eſt a presbyteris & diaconibus Conſtitutum de omni Eccleſia.* Hæc ibi. Porro Conſtitutum de omni Eccleſia, idem eſſe quod univerſale decretum ſpectans ad univerſam Catholicam Eccleſiam, ſuperius alia occaſione declaratum eſt. Verum haud rem novam aggreſſus, vacante ſede, clerus Romanæ Eccleſiæ,

qui

PAGIUS ctus, ideoque mors ejus contigit die viceſima quarta menſis Februarii currentis Chriſti anni, & dies ejus emortualis in ea enumeratione comprehenditur. In Anaſtaſio vulgato ſupra annos VIII. & menſes XI. dies XXIII. Felici attribuuntur; ſed errore Librariorum, quam detegunt Codices MS. Anaſtaſiani in fine editionis Regiæ citati, qui omnes habent dies XVII. ſicuti, Ordericus lib. 2. Honorius Auguſtodunenſis & varii Catalogi, in quibus ſc. excluditur dies, quo animam Deo reddidit. Baronius annos IX. minus diebus XII. ei aſſignat, ſed contra Anaſtaſium & rectam Chronologiam. Papebrocius vero in Conatu Chronico-Hiſtorico mortem ejus cum die XXX. Januarii perperam illigat.

III. *Gelaſius fit Papa.* Poſt Felicis III. mortem *ceſſavit Epiſcopatus dies quinque*, ut tradit Anaſtaſius vulgatus, cui conſentiunt exemplaria ejus MSS. Ordericus, Auctor auctioris Chronici Veterum Pontif. & varii Catalogi noſtri. Quare *Gelaſius* natione Afer conſecratus eſt Pontifex Romanus die prima menſis Martii in quam Dominica incidebat, ideoque ab Interpontificio Anaſtaſius diem emortualem Felicis excluſit.

qui ſibi, ut jure conceſſum, jam (ut vidimus) tempore vacantis ſedis Papæ Fabiani idem ſactitaſſe cognoſcitur. Porro perditiſſimis temporibus iſtis Dei Eccleſiæ infeſtiſſimis, adverſantibus ei Imperatoribus & Epiſcopis præcipuarum ſedium Orientis, & in Occidente Principibus Arianis, viguit tam in Romanis Pontificibus, quum in Romanæ Eccleſiæ clero Apoſtolicum robur atque conſtantia, ut nihil penitus remiſſum fuerit priſtini eorum vigoris ac diſciplinæ.

VI. Gelaſius creatur Papa.

Elapſis igitur diebus quinque die ſecunda Martii creatur Romanus Pontifex Gelaſius ex patre Valerio. Quod vero Afer natione fuiſſe ponitur in libro Anaſtaſii de Romanis Pontificibus; repugnare aliquo modo videtur, quod ipſemet Gelaſius ad Anaſtaſium Imperatorem ſcribens, hæc ait: (a) *Glorioſe fili, te, ſicut Romanus natus, Romanum Principem amo, colo, ſuſcipio.* Verum cum Africanus fuerit, multis potuit rationibus dici Romanus Civis natus; ſicut & Paulus, Tarſenſis cum eſſet, ſe Civem Romanum natum gloriatur (b). De tempore autem ejus ordinationis, cum conſtet ex ipſius etiam litteris hoc anno ſedere cœpiſſe, corrigendus eſt Marcellinus, dum poſt unnum ſequentem Gelaſii ponit ingreſſum. Sub hujus enim anni Conſulibus leguntur plures litteræ (ut dicemus) ab ipſo Gelaſio datæ (c). Doctiſſimum quidem fuiſſe, cum ſua ſcripta teſtentur, Euphemius Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſuis litteris teſtatus eſt: cæterum etſi doctus, minime tamen inflatus ſcientia, ſed mente humilis: nam ad ipſum Euphemium: (d) *Ego quidem (inquit Gelaſius) ſum omnium hominum minimus, ſatis immeritus ad tantæ ſedis officium, niſi quod ſuperna gratia ſemper operatur magna de parvis. Quid enim de me ſentiam, cum hoc ipſe de ſe Magiſter Gentium (e) teſtetur qui ſe ultimum & non vocari dignum Apoſtolum profitetur?* Hæc de ſe ipſe.

(a) Gelaſ. ep. 10. in. epiſt. Rom. Pont.
(b) Act. 22.
(c) Gelaſ. ep. 1. 2. 9.
(d) Gelaſ. epiſt. 9.
(e) 1. Cor. 15.

VII. Euphemius Epiſ. Conſtantinop. ſcribit ad Gelaſium Papam.

Porro Euphemius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, ſimulac Gelaſium ſubrogatum in locum Felicis accepit, more majorum epiſtolam ſcripſit, qua & ſuæ fidei profeſſionem inſeruit, ut ſic conſequi mereretur Catholicæ Eccleſiæ communicationem. Cum vero Gelaſius miſſas ab eo litteras accepiſſet, inveniſſetque fidei profeſſionem in omnibus conſonam Catholicæ veritati; reperit tamen quid in Euphemio magna reprehenſione dignum eſſet: nimirum quod nequaquam e Diptychis nomen Acacii prædeceſſoris ab Eccleſia Romana damnati, ut Felix Papa monuerat, expunxiſſet; ſed pateretur in ſacris recitari cum aliis Epiſcopis Orthodoxis. Quamobrem detrectavit Gelaſius Catholica communicatione Euphemium impertire; ſicque non pacificas ſeu communicatorias ad eum litteras dedit, ſed commonitorias potius, quibus ipſum admonuit, fruſtra ſperare ſe poſſe Catholicæ Eccleſiæ communicationem nanciſci, niſi anathemate damnato Acacio, nomen illius e ſacris tabulis penitus aboleret. Hæc quidem ita transacta eſſe inter Euphemium atque Gelaſium, litteræ Gelaſii ad eumdem tunc redditæ ſatis docent.

VIII. Legatio Sinclitii diaconi ad Gelaſium.

Cum vero accepiſſet ex Gelaſii prioribus litteris Euphemius, ipſum admodum reſilire, atque procul abeſſe, ut optatam & expetitam communionem impertiret; rurſus legationem aliam ad eumdem Gelaſium miſit per Sinclitium diaconum, cui ad eumdem litteras dedit, quibus eum perſuadere niſus eſt, ut abſque damnati expunctione Acacii nominis, condeſcendens fide Catholicis communicare deberet. Quibus aliis prætereu uſus ſit Euphemius argumentis, ut a Gelaſio Catholicam communicationem extorqueret, poſteriores quæ extant ad eum redditæ litteræ docent, quas hic ad rerum geſtarum abſolutiſſimam cognitionem neceſſario recitandas eſſe exiſtimavimus: hiſce namque litteris, quæ ipſorum alter adverſus alterum jure prætendere videretur elucidantur.

IX.

Non fuit controverſia iſta inter Catholicum & hæreticum, ſed inter ambos fide Catholicos, licet Euphemius inter ſchiſmaticos potius fuerit adnumerandus. Certe quidem de Euphemio nequaquam dubitari poterit, quin faveret Orthodoxæ doctrinæ, qui rectæ fidei confeſſionem ab invito licet Anaſtaſio magno animi robore exegit, nec deſtitit, quouſque illam Imperatoris ore prolatam & ſcripto profeſſam accepit: quam ob cauſam liberius ſibi agendum apud Gelaſium Romanum Pontificem arbitratus eſt. Tu quidem iſta perlegens, magnæ palæſtræ ſpectator eris; in qua tamen fortiſſimum licet virum viribus ſenles deſtitutum, penituſque langueſcere, cum altero pede implicitus communione Acacii teneretur. Sed Gelaſii audiamus epiſtolam, cujus hic eſt titulus (f):

(f) To. 1. ep. Rom. Pont. Gelaſ. ep. 9.

X.

*Dilectiſſimo fratri Euphemio * Gelaſius.* Non exhorruiſſe Orthodoxos interdum vocare fratres Chriſtianos etiam a communicatione extorres, ſuperius aliis exemplis eſt demonſtratum: compagine enim humanæ naturæ & nominis Chriſtiani, licet non fidei Orthodoxæ, neque Catholicæ communionis conjunctione, ejuſmodi reperitur a Patribus aliquando uſurpata nomenclatura. Porro epiſtola ſic ſe habet:

* Euphemiano.

De litteris Euphemii atque Gelaſii.

Quod plane cupimus, atque ſincera fidei communioniſque Catholicæ reintegratione firmari aſſerit tua dilectio, quod alteri ſolus non ſufficiat auditus, niſi per litteras ſpectaverit ſignificationem provo-

ca-

Digitized by Google

* provocantem. *catam* * (hoc eſt , reddens certiorem eum qui ante litteris provocaverat) *de his quæ circa nos diſpenſatio divina perfecit , ut ſic in ſecundis vicem ſalutationis impenderem*. Hæc idcirco Gelaſius, quod Euphemius queſtus ſuis litteris eſſet , electionem Gelaſii ex auditu tantum a ſe perceptam , cum nihil ipſe provocatus licet litteris ſignificaſſet, ut quæ poſt hæc idem Gelaſius ſubdit declarant. Pergit vero: *Non arbitramur vel dilectionem tuam , vel aliquem ſic hoc ſperare potuiſſe , ut putaret nos vel aliquempiam potiorem quæ ſunt geſta referentes debuiſſe reſponſa* * *promereri : quia nimis judicaretur arrogans , ſi de prima ſede taliter exiſtimaſſet*. Locus quidem ſuboſcurus: verum illa verborum videtur eſſe ſententia , non putare eo ſenſu ſcriptum ab ipſo, ut quereretur non accepiſſe litteras a Romano Pontifice, quaſi ad id præſtandum ex debito teneretur: nimis enim arrogans fuiſſet , id ſibi ſumere voluiſſe : nam his addit : *Quod ſi (ut magis opinamur) quaſi ſociis , quibus præeſſe Chriſti munere delegatum eſt , Apoſtolicam ſedem inſtitutum ſibi noviter ſacerdotem , præuntibus oportuiſſe dixiſti litteris indicare ; fuit quondam Eccleſiaſtica vetus hæc regula apud Patres noſtros , quibus una Catholica Apoſtolicaque communio ab omni prævaricatorum libera pollutione conſtabat.*

Cur neget Euphemio communionem Gelaſius.

XI. *Nunc autem , cum ſocietatem præferre malitiis extraneam , quam ad B. Petri purum redire illibatumque conſortium : Quomodo (a) cantabimus canticum Domini in terra aliena ? Quomodo diſpoſitionis Apoſtolicæ antiqua fœdera præbeamus hominibus communionis extraneæ ? Quemadmodum vobis ordinationem renunciatura eſt , cui , veſtro etiam teſtimonio , hæreticos damnatos præponitis ?* Intelligis , puto, ex his, lector, veterem morem Romanæ Eccleſiæ, ut novo ſubrogato ſucceſſore Romano Pontifice, de his litteras dare ſoleret ad omnes Epiſcopos, quod omnium eſſet cauſa communis, cum præeminens membris caput viſibile Catholicæ præficeretur Eccleſiæ: quo gaudio illi dumtaxat reputabantur indigni, qui Catholicæ communicationis expertes eſſent . Sed pergit inculcans , cur eo munere indignus fuerit ipſe exiſtimatus Euphemius ob retentam communicationem Acacii:

(a) Pſ. 136.

XII. *Dicet forſitan tua dilectio , hæreticos damnatos dici Acacium & Petrum : cur* * *fas non eſt præſentibus ſaltem litteris colloquamur ? quia aliter appellamus Dominicæ menſæ participes , aliter qui in ejus nobiſcum ſocietate diſſentiunt : quia ipſe Dominus alio modo verba faciebat a ſua prædicatione diſcretis, alio diſcipulis regni cæleſtis ſecreta pandebat . Conſequenter quoque Apoſtoli non ita a ſuo collegio ſeparatis , quemadmodum fidei domeſticis conſortibuſque loquebantur* . Hæc idcirco Gelaſius , quod ut extraneo ſcribens , nullum Euphemio Apoſtolicæ ſalutationis & benedictionis ex more munus fuerat impertitus . At proſequitur ex litteris Euphemii objecta diluere : *Sed ait dilectio tua , tantum circa me ſeſe charitatis habuiſſe , ut non ſolum ad ſcribendum fueris contentus , ſed uſſatus audire : legiſti ſententiam (b): Fides ex auditu , auditus autem per verbum Dei : illud ſcilicet verbum , quod confeſſioni beati Apoſtoli Petri (c), portas inferi numquam prævalituras eſſe promiſit . Atque ideo rationabiliter exiſtimaſti , quia fidelis Deus in verbis ſuis , non niſi aliquid tale promiſiſſet inſtituere , veram ſponſionis ſuæ promiſſionem impleret .*

* quod. Non communicandum cum communicantibus cum hæreticis.

(b) Rom. 10.

(c) Matt. 16.

XIII. *Ait denique dilectio tua , nos divinæ providentiæ gratia , quod ille monſtraverit , ſanctarum Eccleſiarum non deſerere charitatem : quia me in Pontificali ſede locaverit non indigentem (ſicut ait) doceri , ſed intendentem omnia neceſſaria ad Eccleſiaſtici corporis unitatem . Ego quidem ſum omnium hominum minimus , ſatis immeritus ad tantæ ſedis officium , niſi quod ſuperna gratia ſemper operatur magna de parvis . Quid enim de me ſentiam , cum hoc ipſe de ſe Magiſter Gentium teſtetur , (d) qui ſe ultimum & non indignum vocari Apoſtolum profitetur ? Verumtamen ut ad dilectionis tuæ verba redeamus : Si veraciter aſſecutus es , hæc divinitus mihi fuiſſe collata , quæ & profecto quæcumque ſunt bona , dona ſunt Dei : ſequere ergo hortamenta non indigentis doceri , & ſecundum ſupernam diſpoſitionem univerſa cunctaque inſpicientis , quæ ad Eccleſiarum pertinent unitatem , & adverſus diabolum conturbatorem veræ pacis atque compagis (ut aſſeris) fortiter reſiſtentis . Si ergo de me iſta pronuncias ; aut ſectanda tibi ſunt quæ a Chriſto (ut perhibes) conſtituta ſunt ; aut palam (quod abſit) Chriſti diſpoſitionibus obviare depromis ; aut ad veniam* * *luxuriæ de me cognoſceris iſta jactare .*

Gelaſii modeſtia.

(d) 1. Cor. 15.

* veniam.

XIV. *Sed conſequenter adnectis , condeſcendibilem me , & optima diſpoſitione revocare poſſe concordiam . Proinde quoniam iſto verbo frequenter utimini , quid ſibi velit explorem . Optima enim illa eſt Eccleſiæ Catholicæ atque Apoſtolicæ diſpoſitio , ad meliora proficiendo condeſcendere , non ad inferiora deſcendendo deficere . Cum autem dicis condeſcendere nos debere vobiſcum : interim jam vos aut deſcendere , aut deſcendiſſe monſtratis . Unde , quæſo , vel quo iſta deſcenſio eſt ? Utique ex ſuperiori quodam loco ad inferiora quæque depoſitos , a Catholica Apoſtolicaque communione ad hæreticam damnatamque prolapſos vos videtis , cognoſcitis , non negatis : & non ſolum vos in infimis*

Falſi prætextus Euphemii.

jace-

jacere delectat, ſed etiam in ſuperiore manentes ſede vultis impelli. Condeſcendere nos vobiſcum invitatis ad ima de ſummis; nos conſcendere vos nobiſcum rogamus ad ſumma de imis. Nunc igitur ſub conſpectu illius excelſæ juſtitiæ judicet genus humanum, quis noſtrum debeat alteri obedire.

XV. *An dicis (ut cætera nunc omittam) deſcendit Dominus ipſe de cælo? Deſcendit plane, ſed ut hominem ab errore liberaret, non ut ejus miſceretur errori. Non-*
(a) Matt. 24. *ne ipſe præmonuit (a), ut qui in tecto conſiſterent, non deſcenderent nec ad ea quæ in domo videntur eſſe tollenda? Nonne pro omnibus Apoſtolus clamat unus,*
(b) 2.Cor. 25. *qui (b) plus omnibus laboravit, cum de cuſtodia veritatis ageretur: Quibus (c)*
(c) Galat. 2. *nec ad horam ceſſimus ſubjectione gratia, ut veritas Evangelii permaneret apud vos? Videtis cæleſtem magiſtrum condeſcendere noxiis recuſantem? Poſtremo faciamus aliquem corruiſſe: ad quem benigniſſime ſublevandum, paululum quiſpiam velis inflecti: Ergo ut erigatur jacens, miſerantem convenit inclinari, non ut cum eodem præcipitetur in foveam.*

XVI. In quo Gelaſius condeſcendat. *Igitur per litteras, quas per Sinclitium diaconum deſtinaſtis de his quos baptizavit, quos ordinavit Acacius, majorum traditione cunſoctam & veram præcipue religioſæ ſolicitudini congruam præbemus ſine difficultate medicinam. Quo nos vultis ultra deſcendere? Quid tacetis? Quid verecundamini verbis exprimere, quod corde geſtatis? Ipſa vos ſaltem verecundia (quod nonnumquam fit) debuit commonere. An forſitan, ut hæreticorum, damnatorumque, & his vel eorum ſucceſſoribus communicantium nomina conſentiamus admitti? Hoc non eſt condeſcendere ad ſubveniendum, ſed evidenter in inferna demergi. Parcite, quæſo, & nobis & vobis. Quod ſi curam veſtri adeo non habetis; date veniam nobis. Dolere & flere poſſumus & debemus: in hæc abrupta deduci non poſſumus, nec debemus, qui præſtante Deo noſtro, ſinceram puramque paternæ traditionis fidem communionemque retinere, & ab omni prævaricatorum contagione diſcretam, etiam intentato periculo mortis, optamus: eligentes (ſi velit Deus) qualibet illa perpeti, quam cauſas incidere damnationis æternæ. Date, inquam, veniam: ſi tamen vos propter amorem cujuſlibet hominis vel timorem hæc libenter incurritis: nos propter amorem Dei & timorem gehennæ talia refutamus.*

XVII. *Nec vos credatis, diſſimulando cauſas atque perſonas, cujuſlibet amicitiis poſſe*
* qua. De Acacii nomine abdicando. *ſubrepere: quia * neque vos ita ſubtiles eſtis, qui non poſſitis intelligi; & nos, præſtante Domino, non reperitis incautos. Nonne miſſis hæc ſæpe litteris indicaſtis,*

cum cæteris hæreticis vos Eutychetem quoque reſpuere? Hoc ſi verum eſt: aut eos qui communicaverunt Eutychetis ſucceſſoribus pariter abdicate; aut alterum quoque hæreticorum ſucceſſoribus communicantes admittite. Sed Acacius (inquis) nihil contra fidem, ſicut Eutyches & ſucceſſor ejus, legitur, abicumque dixiſſe: quaſi non ſit deterius & non ignoraſſe veritatem, & tamen communicaſſe veritatis inimicis. Si enim cum aliquis recte ſapiens de fide Catholica communicet cum illis hæreticis, inter quos Eutychetem poſuiſtis, vel ſucceſſoribus eorum; non eſt fas eos inter Catholicorum altaria nominare: ita ergo ne illius Eutychetis ſucceſſoribus communicando ſimili ſorte tenetur obnoxius? De talibus quippe convenienter dicitur (d): Deſcendant in infer- (d) Pſ. 54.
num viventes: qui dum illa vita, qua (e) (e) Rom. 1.
juſtus vivit, vera atque Catholica putantur vivere, repente aut in prona pravitatis, aut in hæreticæ communionis inferna vergunt. Ecce quales Chriſte dicitis eſſe præponendos, cum illi nec animas noſtras ſibimet præcipiant anteponi. Vides Romanum Pontificem, quam tenaciſſimus cuſtos ſit ſervandæ Catholicæ integritatis a communicatione perfidiæ hæreticorum intactæ? Sed & aliis occurrit argumentis Euphemii, ubi ſubdit:

Immo & adhuc quæritis, quando fuerit damnatus Acacius? Quaſi re vera, etiam ſi eum nullus ante damnaſſet, non debuerit Orthodoxæ & Apoſtolicæ communionis, cujus prævaricator extitit & deſertor, participatione ſecludi: ſicut etiam quilibet qui fuerit ante Catholicus, cuicumque hæreſi communicans, merito judicatur a noſtra ſocietate removendus; aut in tali ſorte defunctus, inter Catholicorum nomina nullatenus computari. Hæc quidem obiiciebantur ab Euphemio (ut poſtea patuit) quod diceret damnatum minime fuiſſe Acacium in Concilio œcumenico. Sed pergit Gelaſius. XVIII. Acacius damnatus cum Eutychete a Synodo Chalcedonenſi.

Miramur tamen (inquit) *quomodo iſta profertis, hoc eſt, ut & Synodum Chalcedonenſem vos ſuſcipere pro fide Catholica profiteamini; & eos quos damnavit ſectantium communicatores, non particulariter * generaliterque putetis fuiſſe damnatos. Oſtendite ergo, quæ Synodus in unaquaque hæreſi cum erroribus ſucceſſores eorum his communicantes ſimulque omnes non damnet & complices. Itaque ille veſter Acacius, qui Eutychianis hæreticis * deteſtabili communione factus eſt particeps, ab eadem Synodo ſine dubitatione damnatus eſt, quæ & Eutychetem, Dioſcorumque cum ſucceſſoribus eorum, hiſque communicantes Synodico tenore proſtravit: ſic ſequaces quoque eorum Timotheum, Petrumque ſimili definitione dejecit. Proinde ſi ea quæ in Synodo Chal-* XIX. * pariter. * hæreſibus.

cedonenſi pro fide & communione Catholica lege Apoſtolica definita ſunt, vere certoque ſectamini, ſicut veſtra profeſſione multiplici continetur; aut ſucceſſores ab illa Synodo damnatorum, hiſque communicantes abjicite: aut, ſi iſtos admittitis, ea quæ in illa Synodo pro fide & communione Catholica & Apoſtolica ſunt peracta, non ſolum falſo vos retinere perpenditis, ſed inſuper labefactare conamini, & in Eutychianam hæreſim ſine retractatione reciditis, meritoque a Catholicis probamini eſſe vitandi: quia ut talem peſtilentiam perpetuo poſſemus evadere, ea quæ contra ipſam ab ea congregatione ſanctorum Patrum ſalubriter decreta leguntur, nullatenus mutilanda, non ſolum ſedis Apoſtolicæ Præſules, ſed etiam Orientalium regionum Catholici cenſuere Pontifices.

XX. Non ſatis non eſſe hæreticum ſi communicat cum hæretico.

An Petrum dicitis fuiſſe purgatum, cui communicavit Acacius? Veris aſſertionibus edocete, hoc oſtendite, hoc probate, quibus ille modis, quibus ille regulis ab Eutychiana fuerit profeſſione vel communione mundatus: ut cum id nihilominus evidenti rerum claruerit demonſtratione, convictum palam aperteque poſſitis advertere, aut vos debere cedere veritati, aut adverſus hanc manifeſta dimicatione confligere. Nec vobis blandiamini, quia fidem Catholicam profitemini vos tenere; quia Eutychetis nomen ademiſtis; quia ea veluti prædicare videamini, quæ Orthodoxa prædicavit antiquitas. Clamat enim nobis illa Evangelica ſententia (a): Aut facite arborem bonam, & fructus ejus bonos; aut facite arborem malam, & fructus ejus malos: a fructibus enim arbor cognoſcitur: id eſt, ſi voce, ſi fide, ſi profeſſione Catholica & Apoſtolica fideliter veraciterque gloriamini, hujus & communionem recipite: ſi vero hæreticorum, ſcilicet damnatorum, vel his aut ſucceſſoribus eorum communicantium communio vobis placet, quid ſtatis? quid circumſpicitis? ſimul & eorum aperte manifeſteque, remotis obſtaculis, dogma defendite. Quid enim juvat? immo & ſatis gravat dictis polliceri, quod factis negatur; ut non ſolum ipſa per ſe hæreſis Eutychiana quam ſit infeſta Chriſtiano ſacramento poſſitis agnoſcere, ſed quanta & quam gravia hæreſis iſta in ſui definitione contineat.

(a) Matt. 12.

XXI. Quæ mala condeſcenſio.

Ecce ad quæ nos præcipitia condeſcendere provocatis, atque ad quæ nos vitæ æternæ pericula cupitis inclinare. Hoc deſcenſu ſalvare eſt ægrotantem, an eum languente conſumi? Hæc erit optima diſpoſitio illius quam memoras, reparandæ concordiæ; an illa potius, ut rejectis contagiis perfidorum, integra fide, ſincera ſui communione potiatur communio Catholica atque Apoſtolica; ne hæreticorum tabe depulſa, intemeratam ſuæ fidei confeſſionem nitatur adſtruere, atque invicem ſibimet congruentis Orthodoxæ profeſſionis, communionisque ſit unitas? Hanc (ſicut dilectionis tuæ litteræ cohortantur) meis quoque temporibus cuſtodiri, qua valeo prece depoſco, quæ per tot annos ab illis Patribus glorioſis illibata intactaque ſervata eſt. Hæc enim eſt (ſicut ipſe dicis) quam Deus noſter de omnibus bene futuram, & ſecundum ſuam veritatem & regulam gubernandam & præſcius ante conſtituit, & ſingulis quibuſque temporibus ſua diſpoſitione convenienter aptavit. Hæc eſt voluntas Dei, cujus tu ingeris mentionem, quam ego quoque pro meo modulo, quem Dominus donare dignetur, cupio prorſus implere: ut non reus de hujus talenti cæleſtis diminutione reperiar: ſed in hoc talento (ſicut ipſe quoque nos admones) incrementum, Chriſti gratia poſtulo conſequi, & nullum prorſus incidere detrimentum.

Hinc eſt, quod prioribus dilectionis tuæ litteris (ſicut tua quoque pagina deſignavit) pro veſtra ſumpſi ſalute triſtitiam, ubi comperi quod erat vobis noxium, & quod veræ paci contrarium reperi. Contriſtatur enim Apoſtolus (b) de errore deviantium, & lætitiam recipit de eiſdem ſua prædicatione correctis. Si autem tua charitas (ut dixit) neſcio quorum neceſſitate conſtringitur, quod (pace tua dixerim) ſacerdos pro veritate promenda nec facere deberet omnino, nec dicere: ignoſcant nobis hominibus timidiſſimis, ſi, cunctante nos terribilis & divini judicii grandi neceſſitate conſtringimur, ſicut qualeſcumque miniſtros Chriſti decet, nos animas noſtras ponere pro veritate ſalvandas, quam eas lucrari velle veritatis diminutione perdendas, ut non dicam contra fidem libetis cujuſlibet abdicandas. XXII.

(b) 2. Cor. 7.

Juſta Gelaſii excuſatio.

*Iſtæ mihi ſunt (quas dilectio tua commendat) certæ fidei perpetuæ cum eo quicumque voluerit in Chriſti viſceribus amicitiæ. Hic non tam optamus præponi aliis (ſicut prædicas) quam cum Fidelibus cunctis ſanctum & Deo placitum habere conſortium. Hæc mihi (quam mandat dilectio ſua) pax ſolida inconvulſa, & perennis: hoc unum vinculum (ſicut etiam ipſe deſideras) ſalutare, quo cuncta uniri poſſit Eccleſia. Hoc quibus eſt creditum (ſicut etiam ipſe deprecaris) protectio divina perficiat. Hæc eſt (quæ Deus (c) eſt) charitas, quam poſcis de (d) corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta. Quomodo ergo de corde puro, ſi hæreticorum fuerit participatione polluta? Quomodo conſcientia bona, ſi malorum fuerit confuſione permixta? Quomodo fide non ficta, ſi fuerit mixta cum perfidis? Quæ ſi prudentia tua (ſicut etiam precamur) diligenter advertat, perſpicis Apoſtolicam ſedem non vitare pacem, ſed hæreticorum damnatorumque vitare veſtigia *.* XXIII.

(c) Joan. 4. (d) 1. Tim. 1.

* contagia.

Quæ

XXIV. Populus non ſequendus, ſed ducendus.

Quæ etiam vos rationabiliter intuentes, credistis commonendum, populum Conſtantinopolitanum non permittere ſubmoveri nomen perfidorum. Quiſnam hoc in Eccleſia Dei (quæſo te) poſſit audire, cum utique paſtorem ſequi grex debeat ad paſcua ſalutaria revocantem, non per devia gregem paſtor errantem? Dic mihi (rogo te) grex pro te, an tu pro grege redditurus es rationem? Certe ſi vobis hoc placet, multo magis cauſa eſt vobis juſtior, qui populum Romanum a fide illa ſua laudabili, majorum traditione percepta, declinare non ſinentem nos penitus libenter audivimus; ſi vos Conſtantinopolitanam plebem ab hæretica communione diſcedere recuſantem non vultis offendere. Hæc idcirco Gelaſius, quod Conſtantinopolitana plebs Acacii nominis ſtudioſa haud ſuaderi facile poterat nomen Acacii e Diptychis ſubmoveri. Ad poſtremum vero quod idem Euphemius ſuis litteris petiiſſet mitti ab ipſo Romano Pontifice legatos Conſtantinopolim pacis ſequeſtres; cur id facere renuat, ejuſmodi cauſam affert, quum ſubdit his verbis:

XXV. *Sed nos dicitis, debere dirigere, qui eam valeat mitigare. Quomodo me auditurus eſt, quem videtur habere ſuſpectum ſi Præſules ſuos deſpicit admonentes? Nonne ipſis Apoſtolis eſt præceptum (a), in aliquibus regionibus verbi prædicatione non uti: his quippe, in quibus non fuerant audiendi? Veruntamen frater Euphemi *, ſine dubitatione veniemus ad illud pavendum tribunal Chriſti (ut taceam, quæ ex hoc ſit metuenda vindicta) circumſtantibus illis, a quibus fides ipſa defenſa eſt. Non illic inficiationibus, non dilationibus, non incluſionibus eſt agendum; ſed maniſeſtiſſime comprobandum, utrum beati Petri glorioſa confeſſio cuiquam eorum, quos regendos accepit, quicquam ſubtraxerit ad ſalutem; an eum auſcultare nolens etiam cum ſuo periculo rebellis extiterit obſtinata pernicies? Ibi certe dilucidabitur, utrum ego (ſicut putatis) acerbus, aſper, & nimis durus difficilisque ſim vobis, qui cum ratione veſtram ſalutem parturio, qui clamo: Etiam ſi auſterum videtur antidotum, accipite, quæſo, bibite, vivite, nolo moriamini: an vos, qui a noxiis prohibiti, medicos ducitis execrandos, immo qui vultis vobiſcum medicos ægrotare, quam vos recipere ſanitatem.* Et alia manu. *Deus te incolumem cuſtodiat.* Hæc Gelaſius ad Euphemium Conſtantinopolitanum Epiſcopum.

(a) *Act.* 13.

* Euphemiane.

Comminatio de divino judicio.

XXVI. Nihil profecit Euphemius ex Gelaſii admonitione.

Sed aſpidis ſurdæ inſtar ipſe vocem non exaudit incantantis, qui alias poſt hæc (ut ſuo loco dicturi ſumus) ſtruxit pro ſua defenſione adverſus Pontificem rationes: reſiliens enim oſtinatior factus, eo magis obduruit, quod ea jure viderentur ſibi concedi debere, quod ſolus adverſus ingruentes hæreticos in Oriente fidei Catholicæ ageret defenſorem, tutareturque Chalcedonenſe Concilium adverſus eumdem Imperatorem, illud ipſum labefactare conantem. Tali igitur prætextu juſtitiæ, veluti thorace quodam ſuperpoſito roboratus, ſicut adverſariorum illæſus excepit ictus, & amicorum eum curantium admonitiones deſpexit, viſus ſibi ſacrorum dogmatum magiſter eſſe, qui non indigeret ab aliis edoceri, ob idque deriſit (ſicut illud de Behemoth in Job *b*) vibrantem haſtam. Nihil plane in Eccleſia Dei execrabilius ipſi Deo, quam majori reſiſtere poteſtati: nihilque a curationis ſpe magis alienum, quam delinquentis animus juſtitiam præſeferens. De his enim Dominus ad ſuos (*c*) *Niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.*

(b) *Job.* 41.

(c) *Matt.* 5.

XXVII. De litteris inter Gelaſium & Euphemium.

Hæc autem omnia inter Gelaſium & Euphemium tranſacta eſſe hoc anno, nihil prohibet ut dicamus: nam cum Gelaſium hujus ferme anni exordio Pontificem creari contigerit, ut hoc eodem anno accepto de ejus electione nuncio Euphemius ad eum primo & ſecundo reſcripſerit, idemque Gelaſius reddiderit ad eum litteras, nulli eſſe poteſt impedimento anguſtia temporis, cum (quod ſuperius demonſtratum eſt) menſis unius ſpatio ad ſummum Conſtantinopoli miſſæ Romæ litteræ redderentur; ſicut & quæ Roma Conſtantinopolim mitterentur. Hæc ſatis quod ad res geſtas Gelaſii ipſo ſui Pontificatus exordio cum Euphemio. Quid vero cum Anaſtaſio Imperatore egerit, jam dicemus.

XXVIII. Quod enim ipſe Gelaſius ſciſſet eumdem Imperatorem Anaſtaſium rectæ fidei Catholicæ confeſſionem Euphemio Conſtantinopolitano Epiſcopo obtuliſſe: licet nullas ab eo accepiſſet epiſtolas, nihilominus ad eum ſcripſit pacificas ex more dari ſolitas litteras. Teſtatur id ipſe in Commonitorio ad Fauſtum his verbis: *Ego nulla ipſius ſcripta percipiens, honorificis (ut noſtis) eum litteris ſalutare curaverim.* Hæc ipſe. Quæ autem reperiuntur datæ litteræ Gelaſii ad Anaſtaſium Imperatorem, non hoc anno, ſed ſequenti potius ſcriptæ eſſe noſcuntur, ut ſuo loco dicemus.

XXIX. Inter hæc autem cum in ſcandalum plurimorum Theſſalonicenſis Eccleſiæ Epiſcopus, idemque totius Macedoniæ provinciæ Metropolitanus, qui alias ſemper cum ſchiſma aliquod obortum eſſet inter Orientales & Romanum Pontificem, ipſi ſedi Apoſtolicæ firmiſſime inhærere, ſuſcipereque conſueviſſet ejuſdem ſedis patrocinium, modo Acacianis turpiter inhæſiſſet: idem Gelaſius Papa, ut reliquos

ejus provinciæ Epiſcopos in officio Catholicæ & Apoſtolicæ communionis contineret; ad ejuſdem provinciæ Antiſtites litteras dedit Circulares, miſſas autem non ad Theſſalonicenſem, utpote indignam, ſed ad Laurentium Lignidi Epiſcopum. De illo vero ita ad Dardaniæ & Illyrici Epiſcopos idem Gelaſius (a): *Noverit autem veſtra fraternitas, Eccleſiæ Theſſalonicenſis Antiſtitem noſtris adhortationibus ſæpius incitatum, contagia communionis externæ numquam declinare voluiſſe, nec apud nos nomen Acacii, vel cæterorum ſimilium perfidorum, hiſque communicantium congrua profeſſione damnaſſe: quapropter eum communionem ſedis Apoſtolicæ non recepiſſe, manifeſtum eſt.* Hæc Gelaſius de Epiſcopo, cujus tamen populus perſtabat in fide: nam de eo & de ſtatu Eccleſiarum ejus provinciæ cum in dictis litteris ad Laurentium agit, qualis eſſet, earum exordio narrat his verbis (b):

(a) Gelaſ. ep. 8. t. 2. ep. decretal.

(b) Gelaſ. epiſt. 1.

XXX. Gelaſius ad Laurentium & alios Epiſcopos Macedoniæ.

*In prolixitate epiſtolæ dilectionis tuæ, magno nos gaudio repleſti in ea parte, in qua dictum eſt, quod in Theſſalonicenſi Eccleſia, vel in aliis ſimiliter recitata epiſtola prædeceſſoris noſtri de exceſſibus Acacii, cuncti ei anathema dixerint, nec quiſquam communioni prævaricatoris ſeſe miſcuerit. Unde quia nos admones dilectione fraterna, ut velut medicinam quamdam fidei Epiſcopis per Illyricum, vel aliis miniſtrare debeamus: quamquam hoc copioſiſſime factum ſit a beatæ recordationis prædeceſſore noſtro, ut * quia mos eſt Romanæ Eccleſiæ ſacerdoti noviter conſtituto formam fidei ſuæ ad ſanctas Eccleſias prærogare: hæc eadem compendioſa nimis brevitate ſtudui renovare: ut ſub qua fide vivendum ſit, ſecundum ſtatuta Patrum, per hanc noſtram epiſtolam propter brevitatem ſine faſtidio lector agnoſcat. Confitemur ergo Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, &c.* Ponit namque integram Catholicæ fidei confeſſionem, tamquam exemplar, quod Catholici omnes ad imitandum intueri deberent, ut mererentur & Catholici dici, & Catholica communione digni exiſtimari. Sic namque moris fuit (ut ait) Romanorum Pontificum, Fidelibus omnibus credendi formam præſcribere, quæ (ut Gelaſius profitetur) nihil haberet alienum diverſumve ab iis quæ iidem a majoribus accepiſſent; verum omnia accomodata ad ingruentium hæreſum medicinam: ſicuti ipſe Gelaſius eadem fidei confeſſione, quæcumque obortæ eſſent adverſus veram Verbi Dei Incarnationem hæreſes damnans, recte credendi regulam docuit. Porro hanc epiſtolam ad Laurentium datam communem eſſe voluiſſe omnibus Macedoniæ Epiſcopis, & textus ipſe declarat, cum & fidem æque communem omnibus præſcribit: ad finem vero hæc habet de officio ab eodem Laurentio requiſito:

* &.

XXXI. *Hæc ergo ſunt, frater dilectiſſime, quæ pro antidoto nos debere mittere flagitaſti, quod cum nullum amarum neque dulce mixtum habeat, bibere * ne refugite. Nam & de noſtro conventu diſpoſueramus quoſdam dirigere, ſi ratio id temporis fieri permiſiſſet: quod facere credimus opportune, cum illarum partium correctio ad nos, juvante Domino, legatione pleniſſima (ſicut confidimus) fuerit nunciata: ſperantes etiam de Dei noſtri miſericordia, ut huic prædicationi noſtræ clementiſſimus & Chriſtianiſſimus Imperator unanimitatem ſuam, auxiliumque conjungat, quatenus pro fide, qua pollet, in illis regionibus coerceat, qui ſuis quæſtiuncalis & ſecundum elementa mundi (ſicut Vas electionis ante prædixit c) ſuperflua vanaque concinant, nolentes contineri ſalutaribus diſciplinis. Sed vos (ſicut ait idem Apoſtolus d) non ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illum audiſtis, & in illo docti eſtis, ſicuti eſt veritas in Jeſum: quam utique ille apprehendere poterit, qui Orthodoxorum Patrum (ſicuti jam ſæpe dictum eſt) obſervaverit inſtituta.* Hæc Gelaſius: quibus plane ſignificatur, magnam ſpem ipſum de fide Catholica Imperatoris concepiſſe, cum audiſſet fidei Catholicæ libellum Euphemio Conſtantinopolitano Epiſcopo ab eo oblatum. Ita quidem hanc de ſe concitaverat Anaſtaſius Imperator expectationem; ſed periit illa prorſus, cum poſtea auditum eſt chartam ſuæ confeſſionis reddi ſibi voluiſſe.

* videndum.

Admonitio Gelaſii.

(c) Coloſ. 2.

(d) Ephef. 4.

Eodem ferme tempore ſui ipſius Pontificatus exordio idem Gelaſius ad univerſos Dardaniæ Epiſcopos litteras dedit monitorias per Tryphonem, quæ non extant: erant autem ejus argumenti, ut monens præciperet Dardaniæ Epiſcopis vitare communionem Eutychianorum. Extat eorum reſponſio ad Gelaſium iſtis verbis (e):

(e) Poſt ſecundam Gelaſii epiſto. 2. ep. decretal.

Domino ſancto Apoſtolico & beatiſſimo Patri Patrum Gelaſio urbis Romæ, humiles Epiſcopi Dardaniæ.

XXXII. *Saluberrima Apoſtolatus veſtri præcepta, Tryphone viro religioſo filio noſtro deferente, qua oportet devotione ſuſcepimus; & maximas Deo omnipotenti & beatitudini veſtræ referimus gratias, quod nos paſtorali admonitione & Evangelica doctrina viſitare dignatus es, domine ſancte Apoſtolice & beatiſſime Pater Patrum. Deſiderii enim & voti noſtri eſt, juſſionibus veſtris in omnibus obedire; & quemadmodum a Patribus noſtris accepimus, ſedis Apoſtolicæ, quæ vitæ & meritis veſtris delata eſt, præcepta intemerate ſervare; atque religionem Ortho-*

XXXII. Dardanorum Epiſ. epiſtola ad Gelaſium.

thodoxam, cujus eſtis prædicatores, fideli & inculpata devotione, prout noſtræ ruſticitatis ſenſus patitur, cuſtodire. Eutychetis enim, vel Petri, Acaciique, & omnium ſectatorum ejus atque conſortium, velut quadam peſtifera contagia, ante veſtram quoque vitavimus juſſionem, & multo magis nunc poſt admonitionem ſedis Apoſtolicæ & ab eadem nos pollutione neceſſe eſt abſtinere: & ſi qui alii ejuſdem Eutychetis ſectam, vel Petri, & Acacii aut ſecuti ſunt, aut ſequuntur, vel eorumdem ſe complexibus atque conſortibus æſtimant immiſcendos, a nobis, qui ſedi Apoſtolicæ ſecundum divina præcepta & Patrum ſtatuta inculpati ſervire deſideramus, omni ratione vitandi ſunt.

XXXIII. Vere Orthodoxos ſe eſſe docent.

Et ſi qui prava intentione (quod neque arbitramur, neque optamus) a ſede Apoſtolica ſe crediderint ſegregandos; ab eorum nos alienos eſſe conſortio profitemur: quoniam (ut dictum eſt) Patrum in omnibus cuſtodientes præcepta, & inviolabilia ſacroſanctorum canonum inſtituta ſectantes, Apoſtolicæ & ſingulari illi ſedi veſtra communi fide & devotione parere contendimus. Et quoniam ſuggerendi fomitem nobis pro inſita ſibi benignitate beatitudo veſtra conceſſit, aliqua memorato Tryphoni viro religioſo filio noſtro præceptorum veſtrorum portitori ſuggerenda mandavimus. Et ut ſuggeſtionem ejus, quantum arbitramur, juſtam & rationabilem pro ſupplicatione noſtra libenti animo Apoſtolatus veſter dignetur admittere: juſtis precibus exoramus (quod ſupplicatio noſtra meretur effectum) unum ex Angelica ſede veſtra cum ſæpe dicto viro religioſo ad nos uſque præcipite deſtinare: ut ſub ejus præſentia, quæ fidei Orthodoxæ & veſtræ juſſionis ſinceritas poſtulat, ordinentur.* Hactenus epiſtola: ſequitur poſt hæc ibi poſita Epiſcoporum ſubſcriptio.

* junctis.

XXXIV. Obſervantia erga Catholicam ſedem.

Vides, qua ſequerentur obſervantia Catholici Epiſcopi Apoſtolicam ſedem, quantoque dignarentur honore ipſum Romanum Pontificem; qui quidem non defuit officio: licet enim ob tumultus bellicos aliquanto tardius, miſit tamen ad eos ſecundum petitionem ipſorum Urſicinum Epiſcopum; adjecitque litteris ſuis, quas voluit eſſe communes omnibus illarum provinciarum Epiſcopis, iteratam admonitionem de cavendis hæreticis & communicantibus illis: quam quidem epiſtolam hoc tempore fuiſſe ſcriptam, ſatis ex eo apparet, quod numerat annos quadraginta quinque ab ortu Eutychianæ hæreſis. Sed & horum temporum ſtatum Italiæ bellis Theodorici & Odoacris exagitatæ demonſtrat verbis iſtis (a): *Ubi primum reſpirare fas eſt a continuorum tempeſtate bellorum, quæ in illis provinciis, vel in iſtis temporum* qualitas inceſſanter exercuit, cunctos per Dardaniam Domini ſacerdotes fraternæ ſollicitudinis charitate duximus alloquendos; primum quia regimen Apoſtolicæ ſedis adepti, ſtrepitu publico (ſicut dictum eſt) retardante, commiſſum nobis ſacræ diſpenſationis officium, propriis (ut mos erat) litteris nequivimus indicare, quo veſtra fraternitas de communionis Domini nobiſcum munere gratuletur.* Vides, lector, ad hoc ſcribi ſolitas a Romano Pontifice recens creato litteras, ut ad quos ille ſcriberet, eoſdem eſſe Catholicæ communicationis participes omnibus innoteſceret.

(a) Gelaſ. epiſt. 2.

* temporibus.

XXXV. Quid Gelaſius ad Dardanos per Urſicinum Epiſ.

Legavit igitur idem Pontifex cum his litteris Urſicinum Epiſcopum, ut hiſce remediis eoſdem populos non ſolum ab hæreſi Eutychiana, ſed a communicatione eum communicantibus ipſis hæreticis, alienos eſſe debere, inſtantius commoneret. Ad poſtremum vero eos cautos reddit his verbis: *Si* (inquit) *aures veſtras de hac crediderit ſubreptione pulſandas: ſolicitudine paſtorali ad nos quantocyus referre properetis, & communi ſtudio Catholicoque tractatu pro domo unius Domini cuncti Catholici conferant ſacerdotes; ut quæ Orthodoxæ definitioni competunt, intemerata ſerventur.* Et paulo poſt: *Hæc autem veſtra dilectio ad contiguas ſibi quaſque provincias, vicinoſque Pontifices prudenter faciat pervenire; ut Eccleſiarum Præſules univerſi veritatis inſtructione percepta, mortiferam declinare valeant falſitatem.* Circulares erant hæ Gelaſii litteræ per univerſam ſaltem Græciam circumferendæ. Sic igitur res anni hujus ſe habuere: quæ autem poſt a refractariis tentata ſint, dicemus anno ſequenti.

XXXVI. Salluſtii Epiſc. Hieroſ. obitus.

Moritur hoc anno Salluſtius Hieroſolymorum Epiſcopus: cum enim perveniſſet ad annum octavum ſuæ ſedis, ex hac vita deceſſit. Ita quidem ex Cyrillo conſtat in Actis S. Sabæ, in quibus hæc de eodem Salluſtio enarrantur laude digna, cum præcavit ne monachi ſchiſmate dividerentur (b): *Lazarus* (inquit) *& Anaſtaſius*

(b) Cyril. in Vit. S. Saba apud Sur. t. 6. die 5. Decemb. c. 38.

PAGIUS IV. *Moritur Salluſtius Epiſc. Hieroſolymorum.*

A num. XXXVI. ad XLI. *Poſtquam Archiepiſcopus Salluſtius obtenta Sede Hieroſolymorum, per octo annos, menſeſque tres in Chriſto dormiiſſet, menſe Julio, viceſima tertia die, Indictione ſecunda Elias in Patriarchatu ſucceſſit, quinquageſimo ſexto beati Sabæ ætatis anno,* inquit Cyrillus Monachus in Vita Sancti Sabæ Abbatis cap. 31. natus eſt Sanctus Sabas *Theodoſio Auguſto XVII. Coſ.* ut habet idem Cyrillus, anno ſc. Chriſti 439. ideoque mors Saluſtii anno tantum quadringenteſimo nonageſimo quarto contigit; qua de re dubitare nos non ſinit Indictio II. cum menſe Julio conjuncta, quæ eo Chriſti anno in curſu erat. Quare Papebrocius in

ſtaſius monaſticæ perfectionis cum parvam aut nullam curam gererent, ad quaſdam autem mundanas curas & pecuniæ emolumenta tota mente & anima converſi eſſent, maxime cum tunc Anaſtaſius poſt Zenonem ſuſcepiſſet Imperium, & ſchiſmata cum ſumma impudentia & licentia loquerentur adverſus Eccleſiam: cum tunc ergo divinus Salluſtius (erat autem is Patriarcha Hieroſolymitanus) ſtatuiſſet liberare fratres ab illa tempeſtate: primum quidem conſtituit, ut qui jam a me dictus eſt Marcianus eis præeſſet, & eorum ſuſciperet rectionem. Cum vero interceſſiſſet aliquantum temporis, ægrotabat quidem divinus Salluſtius & corpore erat male affectus: ad eum ergo convenerunt omnes qui erant in ſolitudine. Ipſe autem communi ſuffragio eorum qui ſimul convenerant, ſtatuit, ut monaſteriis quæ erant circa ſanctam Civitatem præeſſent Sabas & Theodoſius, ii quos præſens vobis oſtendit narratio. Ab illo ergo tempore Theodoſius quidem iis qui communiter vivebant, Sabas autem iis qui cum nemine congrediebantur & erant omnino ſeparati, præerant. Sic itaque Salluſtius ex hac vita receſſurus optimorum Præſidum robore munitam relinquere voluit monachorum Catholicam fidem. Subdit vero Cyrillus:

Salluſtii res geſtæ ante obitum.

XXXVII. Elias Epiſcopus Hieroſol. creatur.

Poſtquam autem Salluſtius migravit ex hac vita, Elias quidem, cujus ſæpe memini in Vita magni Euthymii, in ſedem illius evehitur: Et quidem hoc anno, ut apparet ex his quæ inferius idem auctor ait, dum res geſtas ſub Elia tertio anno Anaſtaſii Imperatoris recenſet (*a*). Porro ad ſecundum annum Anaſtaſii Salluſtium perveniſſe, itidem ipſæ res geſtæ indicare videntur. Fuit Elias Arabs genere, laudatiſſimus diſcipulorum S. Euthymii, de cujus ſede idem Sanctus (ſicut de Martyrio accidit) ante prædixerat: nam idem Cyrillus in actis Eutymii hæc ait (*b*): *Prævidit autem magnus Eutymius perſpicaci oculo animi ea quæ erant ventura Martyrio & Eliæ, nempe fore, ut Jacobi qui clarus erat in choro diſcipulorum, unuſquiſque eorum ſedis ſit ſucceſſor futurus.* Hæc de prædictione. Venerant hi ex Ægypto monachi, ut ſuperius cum de Martyrio egimus dictum eſt: ſed de Elia dicturi, eadem hic repetemos. Ait enim idem Cyrillus: *Cum ergo in Ægypto omnia eſſent plena turba & tumultu* ob hæreticos occupantes Alexandrinam Eccleſiam, *duo quidam anachoretæ, quibus nomen erat Martyrius & Elias, unus quidem Cappadox, alter vero Arabs, profecti ex monte Nitriæ, ad magnum illum veniunt Euthymium, &c.* Quot autem annos Elias ſederit, dicemus in ejus obitu.

(*a*) *Cyrill. in Vita Sabæ c. 69.*

(*b*) *Cyrill. in Euthym. apud Sur. die 20. Jan.*

XXXVIII. Magna plane Dei providentia factum eſt, ut e monaſteriorum latebris in ſedem illam ſublimem eveheretur Elias, qui in ſpiritu Eliæ adverſantem Achab Eccleſiæ Dei poſſet arguere, & prophetas Baal confodere verbi gladio. Conſtat autem eumdem S. Eliam conſectatum eſſe idem vitæ genus eum eſt factus Epiſcopus, quod excoluerat antea monachus; & numquam bibiſſe vinum, ut Polychronius teſtatur apud Sophronium (*c*). Subdit vero hæc idem Cyrillus (*d*) de eodem Elia: *Ubi factus eſt Hieroſolymorum Epiſcopus, ſtatim omni ſtudio contendit, ut circa ſe congregaret bonos monachos ſanctæ Reſurrectionis circa Turrim David diſperſos in aliquibus cellis. Monaſterium quidem certe conſtruit apud Epiſcopatum, & cellas ædificat ad illos excipiendos: & unicuique eorum qui conveniebant, abunde ſuppeditabat ea quæ erant neceſſaria. Cum hi ergo omnes monachi illic congregarentur, divinissimus Sabas rurſus emens multas cellas, in quibus illi prius habitabant, adjecit eas ad illas hoſpitio recipiendos, qui veniebant ad Lauram.* Hæc ipſe, qui & de hymno Triſagio hæc paulo inferius habet (*e*):

(*c*) *Sophron. Prat. Spirit. c. 55.*

(*d*) *Cyrill. in Saba c. 39.*

Elias Epiſcop. Monachos apud ſe congregat.

(*e*) *Cyrill. in Saba c. 40.*

XXXIX. *Quoniam autem quidam ſequentes inanem vocem Petri cognomento Fullonis, qui eadem ſentiens quæ Eutyches, cum Antiochenam ſedem impie invaſiſſet, ſæpe fuit expulſus a ſacris veſtibulis, angelico Terſancti hymno inſerebant, qui propter nos fuit crucifixus: divinus Sabas adulterinam hanc tollens novitatem, aliam quidem ſacrorum hymnorum conſequentiam (quandoquidem ſciebant eam recte proſequi Armenos) permiſit eis ſolita voce canere: ſolum vero hymnum Triſagium ſanxit canere lingua Græca: hoc quoque præterea præcipiens, ut die quidem Sabbati in templo ſpeluncæ, diebus autem Dominicis fierent ſynaxes in templo Deiparæ: in aliis autem Eccleſiis & Dominicis & inſignioribus feſtis magis ſolemnibus a veſpera uſque ad mane producerent vigilias.* Hæc Cyrillus.

XL. De Hymno Triſagio Græce canendo.

In his autem obſerva, quod ait Sabam inſtituiſſe, ut propria lingua ipſi pſallerent, nempe Armena reliquos hymnos, ipſum autem Triſagion Græca lingua concinerent. Ea quidem ratione, ut audire-

PAGIUS

in Hiſtoria Patriarcharum Hieroſolymitanorum mortem ejus in annum ſequentem male confert. Nicephorus in Chronico de Saluſtio ſcribit: *Saluſtius, a quo ſeparatus eſt Epiſcopus Romanus propter Edictum Concordiæ a Zenone editum annis VIII.* At cum Zenonis Henoticum turbaret quidem Eccleſiam, ſed nullam hæreſim contineret, *Saluſtius* non deſtitit eſſe Orthodoxus, ut ex his, quæ Baronius ex Cyrillo Monacho narrat, intelligere eſt. *Saluſtio* ſucceſſit *Elias*, quam Præfecturam ei prædixerat Sanctus Euthymius Abbas, ut ſupra oſtendimus. Porro Salu-

retur ab omnibus, Catholicos longe aliter hymnum illum occinere, quam docuiſſet Petrus Fullo impius hæreſiarcha; & qua lingua ille hæreſim ſacræ cantioni admiſcuiſſet, eadem Catholici illam abſque ullo additamento occinentes, errorem redarguerent hæreticorum, & ſe perſpicue eſſe Catholicos declararent. Quo ſalubri conſilio introductum eſt pariter in Occidentali Eccleſia, ut ubique ſolemni ritu in Paraſceve, cum ſancta Crux adoratur, abſque illo additamento, *Qui crucifixus pro nobis*, a nefario Petro Fullone appoſito, Triſagion Græce tantummodo publice concinatur: qui laudabilis uſus hactenus in deteſtationem antiquæ blaſphemiæ perſeverat.

XLI. Bellum Iſauricum.

Hoc eodem anno, qui ſecundus eſt Imperatoris Anaſtaſii, cœptum eſſe bellum Iſauricum, auctor eſt Marcellinus, qui & ſexennio illud perduraſſe tradit, quinquennio vero Theodorus Lector (a). Cum ex rebus ipſo exordio proſpere ſuccedentibus Anaſtaſius inſolentior factus, pœnitens ſe dediſſe fidei Catholicæ profeſſionem Euphemio, eamdem ab eo reſtitui ſibi coegit: id quidem ipſe Theodorus affirmat, & Cedrenus hoc anno ejus Imperii ſecundo accidiſſe teſtatur. Quonam autem colore id Anaſtaſius egiſſe dicatur, audi Evagrium (b) rem geſtam referentem (ut puto) ab Eutychiano hiſtorico Zacharia, a quo & alia plura ſe deprompſiſſe fatetur: *Iſte* (inquit) *Anaſtaſius pacis ſtudioſus cum in Rempublicam, tum maxime in Eccleſia adminiſtratione nihil omnino rerum novarum moliri voluit: immo vero modis omnibus elaboravit, ut tum Eccleſiæ ſanctiſſimæ ab omni tumultu & perturbatione vacarent, tum omnes qui ipſius parebant Imperio, ſumma tranquillitate fruerentur, omni contentione & diſcordia ex rebus tam Eccleſiaſticis, quam civilibus perſonis ſublata.*

(a) Theod. Lect. Coll. lib. 2.

(b) Evag. l. 3. c. 30.

Quo colore Anaſtaſius foveret hæreſes.

XLII. Miſerrimus ſtatus Eccleſiæ Orientalis.

Quod autem ad Concilium Chalcedonenſe attinet: illud id temporis neque palam in Eccleſiis ſanctiſſimis prædicatum fuit, neque ab omnibus rejectum. Nam ſinguli Eccleſiarum Præſides arbitratu ſuo in ea re egerunt. Atque ut nonnulli decretis in eo Concilio editis firme & conſtanter adhæſerunt, & ne ſyllabam quidem de rebus ab eo definitis remittere, immo nec litteræ mutationem adimere voluerunt; quinetiam ab illis qui ejuſdem decreta repudiabant, magna cum animi confidentia refugerunt, recuſantes penitus cum iis communicare: ſic alii non ſolum illud Concilium & ejus decreta rejecerunt, verum etiam tum illud, tum Leonis de fide deciſionem damnarunt anathemate. Alii vero epiſtolam Zenonis de concordia mordicus tenuere; idque cum inter ſe, utrum una, an duæ ſint in Chriſto naturæ, graviter diſſiderent. Ac pars eorum ipſa litterarum compoſitione decepti ſunt; pars ad pacem ſe magis inclinarunt: uſque adeo ut omnes Eccleſiæ in ſeparatas factiones dividerentur, & earum Præſides inter ſe ipſos minime communicare vellent. Unde plurimæ diſſenſiones tum in Oriente, tum in Occidente, tum in Libya ortæ ſunt: dum Epiſcopi Orientis, neque cum Epiſcopis Occidentis, neque cum Epiſcopis Libyæ, neque ipſi viciſſim cum Orientalibus in gratiam reduci poterant. Sed res ad majorem abſurditatem in dies prolapſa eſt: quippe Antiſtites Orientis nec ſecum ipſi communicare voluerunt, nec Europæ præterea & Libyæ Epiſcopi, nedum cum externis.

XLIII. Quid male conſultus agat Anaſt. Imp.

Quas res cum Anaſtaſius Imperator animadverteret, Epiſcopos, ſicubi eos novis rebus ſtudentes, aut quemquam præter conſuetudinem illorum locorum, in quibus ætatem degebant, Concilium Chalcedonenſe prædicantem, aut idem ipſum damnantem anathemate comperiret, exturbavit. Hæc de prætextu Anaſtaſii Evagrius: quibus plane ſignificatur, ipſum Imperatorem nequaquam fuiſſe Eutychianum hæreticum, quod prohiberet damnari Concilium Chalcedonenſe; neque Catholicum, quod nec illud permitteret prædicari, cujus & a ſe editam profeſſionem receptam voluit aboleri; at ipſum falſo exiſtimaſſe, impoſito tum Catholicis tum hæreticis ſilentio, pacem induci poſſe: cum vera pax ſemper juſtitiam conſequatur, ſecundum Davidicum illud (c): *Juſtitia & pax oſculatæ ſunt.* Cujuſ-

(c) Pſ. 84.

PAGIUS

Juſtius paulo ante mortem SS. *Sabam & Theodoſium Cœnobiarcham* Monaſteriis Palæſtinæ præfecit.

V. *Bellum Iſauricum.*

A num. XLI. ad XLIV. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXXXV. qui Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni exorditur, poſtquam locutus eſt de flagitiis in Urbe Conſtantinop. ab Iſauris commiſſis, & a nobis ſuperiori anno recitatis, ait: *Longinus Exmagiſter*, *iſtis* (nempe Iſauris) *cum ingenti Barbarorum ac prædonum multitudine ad centum & quinquaginta millia collectis, & armorum atque pecuniarum, quas Zeno in Iſauria repoſuerat, copia fretus, in Iſaurorum Provinciam contendit.* Fuſe poſtea in Iſauria geſta narrat Theophanes, quæ Marcellinus ad Conſulatum Anaſtaſii Aug. & Rufi, in pauca contrahit: *Dum bellum paratur Iſauricum, dumque Iſauri Imperium ſibi vindicare nituntur, in Phrygia juxta Cotiaum civitatem undique confluunt, ibique Lilingis ſegnis quidem pedes, ſed eques in bello acerrimus a Romanis primus in prælio trucidatur, omneſque ſimul Iſauri fuga dediti per montana aſperaque loca Iſauriam repetunt. Hoc bellum Iſauricum per ſex annos tractum eſt.* Quem Marcellinus *Lilingim*, Theophanes vocat *Ninilingim*. Lectio tamen Marcellini retinenda videtur, cum Jornandes lib. de Succeſſ. Regn. cap. 107. *Lilingim*, etiam habeat.

XLIV. Cujuſnam ergo hæreſis Anaſtaſius ſectator fuit? Acephalorum fuiſſe ſectæ hæreticum habent Acta (*a*) Theodoſii Cœnobiarchæ, affirmant, id ipſum Cedrenus & alii: fuerunt autem qui dixere eum ſecta fuiſſe Manichæum, utpote Manichæa matre natum. Leontius vero ait, Anaſtaſium ex numero illorum hæreticorum fuiſſe, qui ob id quod neutri duarum adverſantium ſibi partium inhærerent, nominati ſunt *Hæſitantes*: qui & ipſi, quod capite carerent *Acephali* dicti eſſe reperiuntur. De ejuſmodi *Hæſitantibus* cum Leontius agit, hæc ait (*b*): *Age de argumentis quoque nonnullis, quæ omnes hi Hæſitantes obiiciunt Eccleſiæ, paucis diſſeramus.* Et inferius: *Primum eſt, Synodum Chalcedonenſem non eſſe recipiendam, quod ei homines inconſtantes & ſibi ipſis diſſimiles interfuerint: nimirum eos & Eutychetem ab officio removiſſe Byzantii, & Epheſum profectos Eutychetem una cum Dioſcoro recepiſſe, rejecto Flaviano.* Rurſum poſt hæc confutata ſubdit: *Alterum argumentum eſt, quod hæc habita Chalcedone Synodus (uti de ipſis Actis intelligi poteſt) dixiſſe videatur, Dioſcorum non propter fidem abdicatum eſſe. Recte igitur ſentiebat Dioſcorus, & male Synodus eum abdicabat. Talem Synodum quo pacto nos probare poſſumus?* Confutato & hoc falſo ipſorum prætextu, oſtendens eam fuiſſe tantum unius Anatolii Epiſcopi Conſtantinopolitani ſententiam, cum ibi dixit: *Non propter fidem depoſitus eſt Dioſcorus, ſed quia fecit excommunicationem beato Leoni*; & aliis adverſus eos inductis, pergit ipſe Leontius: *Alterum dubium eſt, cur Synodus definitionem illam repudiaverit, quæ continebatur verbum iſtud, Ex duabus naturis; cum tamen ſanctus ille vir Cyrillus ſurſum deorſumque ex duabus naturis dicat.* Sed & his penitus confutatis, addit, hæc dicens:

(*a*) *Cyrill. in Vit. Theod. apud Sur. die 11. Jan.*

(*b*) *Leont. de Sect. Act. 5. & 6.*

Hæſitantium rationes & falſi prætextus.

XLV. *Quarta difficultas eſt (ſecunda enim in duo dividitur) quod homines ſectarios,* nempe hæreticos, *Synodus Chalcedonenſis receperit, Theodoretum ſcilicet & Ibam.* Et poſtquam hæc refellit, adjungit: *Rurſum obiiciunt: Cur Synodus ab eo,* Theodoreto videlicet, *non poſtulaverit, ut ſua ſcripta, quæ adverſus duodecim beati Cyrilli capitula compoſuerat, anathematizaret?* Erant hæ objectiones *Hæſitantium* adverſus Chalcedonenſe Concilium, quas omnes idem Leontius perfacile diſſolvit: quem conſulant, quibus ea viſa ſunt alicujus eſſe momenti: cum alioqui iidem *Hæſitantes* cum Eutychianis eos redarguerent, qui duas aſſererent in Chriſto naturas; quos idem Leontius egregie confutat: Sed hæc ſatis ad *Hæſitantium* errores, quibus ſub pacis nomine quaſi neutri partium vellet hærere Anaſtaſius Imperator inhærens, ab Euphemio palam quidem fidei ſuæ profeſſionem, qua probaret Chalcedonenſe Concilium, reddi ſibi voluit.

XLVI. Iſtane Principis vera prudentia, & non potius ea quam mortem Apoſtolus (*c*) nominat? Hac Anaſtaſius uſus receſſit a Catholica fide, quam ſi aſſeruiſſet ut alii Imperatores, cito Eccleſiis pacem reſtituere potuiſſet. Stulte enim in meditullio ſe conſtituens, tantum abfuit ut exulem diu pacem Eccleſiis redderet, ut ex diſcordiis novas diſcordias propagarit, omniaque ubique miſcuerit turbis, atque diſſenſionibus agitarit. Sed quid accidit? Cum ſic multiplicarentur in Oriente adverſarii Chalcedonenſis Concilii, qui unus ejus patrocinium ſuſceperat Euphemius Conſtantinopolitanus Epiſcopus ab Orthodoxis compluribus colebatur licet extorris eſſet a communicatione Apoſtolicæ ſedis. Etenim non communicare cum Euphemio plane videbatur iis qui erant in Oriente, id ipſum eſſe adverſari Concilio Chalcedonenſi, cujus erat ipſe protector: ſicque veluti contingere ſolet in nocturno conflictu, nec qui erant amici ab adverſariis facile dignoſci valebant, accidebatque omnes inter ſe mutuo commiſceri, cum inimicis interdum ſe jungerent Orthodoxi putantes eos vere eſſe fidei Catholicæ defenſores. Hæc ita hoc anno ſe habuere: reliqua autem dicemus inferius ſuis locis.

(*c*) *Rom. 8.*

Cur Catholici communicarent cum Euphemio.

Qua-

JESU CHRISTI ANNUS 493.	GELASII PAP. ANNUS 2.	ANASTASII IMP. 3. THEODORICI REG. 1.

I. QUadringenteſimus nonageſimus tertius Chriſti annus Conſulatu Albini in Faſtis Caſſiodori reperitur adſcriptus; apud Marcellinum vero collega Euſebius; additur. Porro in veteribus Latinis monumentis unus ponitur Conſul Albinus, idemque Junior inſcriptus, quod alter Albinus Major geſſerit Conſulatum anno Domini quadringenteſimoquadrageſimoquarto una cum Theodoſio Imperatore. De hoc autem Juniore Albino mentio eſt in titulo ſepulturæ ad oſtium cryptæ S. Juvenalis Narniæ poſito verbis iſtis.

HIC QUIESCIT PANCRATIUS EPISCOPUS FIL. PANCRATII EPISCOPI, FRATER HERCULI EPISC. DEPOSITUS III. N. OCTOB. CONS. ALBINI JUNIORIS. Ita ibi. Sed quod audis Pancratium Epiſcopum filium Pancrati Epiſcopi; memoria repete quæ ſuperius dicta ſunt ea S. Hieronymo adverſus Jovinianum, priſtino more fuiſſe receptum ut conjugati frequenter ad Epiſcopatum poſtularentur, ea tamen lege, ut a conjuge abſtinerent?

II. Quod autem ad res geſtas pertinet: *Hoc*

Ann. Eccl. Tom. VIII.

Zzz

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 3986.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DXXXI. A. C. 493.

☉ 16. C., ☽ 19. P. 18. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 493.

GELASII PAPÆ 2.

ANASTASII IMP. 3.

THEODORICI REG. 1. & 5.

I. *Conſules.* [1] COſſ. *Euſebius II.* Orientalis & *Albinus Junior* Occidentalis. Prior antequinquennium eandem dignitatem geſſerat, indeque cum numerali nota ab Auctore Chronici Alexandrini, a Marcellino, & in Faſtis Heraclianis editur. Hunc *Euſebium* illum eſſe puto, quem Theodorus Lector, Theophanes, & aliquæ leges Codicis Juſtinianei *Magiſtrum Offi*ciorum per hæc tempora fuiſſe docent. Poſt *Euſebium* nullus ex privatis geminato Conſulatu exornatus eſt, iſque honos hoc ſeculo paucis conceſſus. *Albinus* dicitur *Junior* in Epitaphio a Baronio num. I. recitato, & in Chronicis Marii Aventicenſis & Caſſiodori, ideoque ejuſdem familiæ fuit ac *Albinus* anno CDXLIV. Conſul ordinarius. Caſſiodorus lib. 1. Epiſt. XX. ſcribit ad Albinum & Albienum Patricios, & ex Epiſtola Ennodii CCXXI. libel II. *Albinum* Patricium fuiſſe etiam intelligimus; Albinum Boetius apud Theodoricum falſo majeſtatis crimine delatum tuitus eſt, ut liquet ex lib. 1. de Conſolat. proſa 4. quem ab Albino Juniore diverſum non exiſtimo. Euſebium Conſulem Orientalem fuiſſe inde liquet quod Chronographus Cuſpinianeus Occidentales memorare ſolitus Albinum tantum profiteatur.

II. *Theodoricus Regnum Italiæ obtinet.* A numer. II. ad VI. Chronographus Cuſpinianeus ad Albini Conſolatum ſcribit: *Regreſſus eſt Rex Theodoricus ad Ravennam & venit ad Foſſatum Palatioli IV. Kalend. Septembris. Hoc*

NOTÆ [1] COſſ. *Euſebius II. & Albinus junior* Fabrettus pag. 758. num. 634.

VII. ID. SEP.
DEP. HONORIVS. IN. PACE. QVI. VIXIT
AN P.M. LIIII. MEN. VII. D. XII.
CONS. ALBINI. V.C. LOCVM
COMPARAVIT. MARTINA. SE. VIVA

Donianæ Inſcriptiones Cl. XX. num. 32. pag. 532. Genuæ extantem hunc lapidem produnt

☧ HIC REQVIESCIT. EONAE MEMORIAE.
SANCTVLVS SVEDIAC. IN PACE.
QVI VIXIT ANNOS. P.M. LXXX.
D.P. EIVS. VI. KAL. MAIAS. CONS.
ALEINI. V.C. CONS.

Inſcriptio Chriſtiana eruta Romæ in baſilica S. Pauli c. A. D. 1725.

LOCVS. VBI. IACET GEMMVLA....
XVIII. KAL. OCTOB. CONS. L........
ET ALEINO V.C.
GEMMVLE. QVI VIXIT.....
V. DIES. XXV. DEPOSITVS....

Marcellinus: *Euſebio II. & Albino.* Epiſtola Gelaſii Papæ. *Albino V. C. Conſule;* Epitome temporum & Indiculus Paſchæ: *Albino V. C. Conſ. & Euſevio. His* (diebus) *ignari præſumptores Antechriſtum naſciturum,* ſupple, *dixerunt. Ravenna Theodoricus ingreſſus.* GEORGIUS

anno (inquit Caſſiodorus) *dominus noſter Rex Theodoricus Ravennam ingreſſus, Odoacrem molientem ſibi inſidias interemit.* Quomodo autem id acciderit, Procopius breviter ita narrat: (a) *Theodoricus vero in Ravennæ obſidione cum annum jam tertium contriviſſet, Gothique ipſi diutius hanc obſidendo, tædio ac moleſtia afficerentur, & Odoacris inſuper milites neceſſariarum rerum urgerentur inopia; conventum adinvicem eſt (Ravennæ Antiſtitis interventu pacificantis) Theodoricus Odoacerque æqua ac ſimile ſorte ea in urbe ut viverent, pariterque potirentur imperio. Quibus conditionibus aliquandiu utrinque ſervatis, Theodoricus per cauſam, quod in ſe machinatus inſidias eſſet, Odoacrem ad epulas fraudulenter vocatum cum occidiſſet, barbaris ſibi & hoſtibus conciliatis, qui reliqui fuerant, Gothorum ſolus & Italicenſium imperium tenuit: Romani tamen Imperatoris nec inſignia quidem, nec nomen ſibi deſumpſit, ſed quoad vixit Rex eſt appellatus, quo nomine ſuos barbari nuncupant duces.* Hæc de extincto Odoacre & Theodorici regno Italiæ adepto Procopius. Sed prætermiſerunt hæc fuiſſe proditorie acta Caſſiodorus atque Jordanus; ille, quia in gratiam Theodorici, cui erat ab epiſtolis, cuncta diſponeret: iſte, quia ſuorum Gothorum ſcriberet hiſtoriam.

(a) Procop. de bello Goth. l. 1.

Odoacer occiditur, regnat Theodoricus.

III. Quod vero ad Odoacrem Regem pertinet: plane illi accidit, quod a ſancto Severino Noricorum Apoſtolo fuerat prænunciatum verbis illis: *Odoacer integer erit inter tredecim & quatuordecim annos.* Nam reliquis quibus ſupervixit annis uſque ad decimumſeptimum, haud integer fuit: ſiquidem ſæpe victus & obſeſſus triennio Ravennæ detentus eſt. Theodoricus autem Rex una cum Ravenna integra potitus Italia, diuturno bello fatigatus ad ſtabiliendum adeptum regnum pacem optat: quam inire in primis cum Anaſtaſio Imp. cupiens, duos ad eum mittit legatos cum litteris, cum ipſe alias ſæpe (ut iiſdem teſtatur) ab eodem Imperatore ante accepiſſet. Theodorici autem epiſtola ſic ſe habet (b):

(b) Caſſiod. ep. 1.

Anaſtaſio Imperatori, Theodoricus Rex.

IV. *Oportet nos, clementiſſime Imperator, pacem quærere, qui cauſas iracundiæ noſcimur non habere: quando ille moribus obnoxius jam tenetur, qui ad juſta deprehenditur imparatus. Omni quippe regno deſiderabilis debet eſſe tranquillitas, in qua & populi proficiunt, & utilitas gentium cuſtoditur: hæc eſt enim bonarum artium devota * mater: hæc mortalium genus reparabili ſucceſſione multiplicans, facultates protendit, mores excolit; & tantarum rerum ignarus agnoſcitur, qui eam minime quæſiſſe ſentitur. Et ideo, piiſſime Princeps, potentiæ veſtræ convenit & honori, ut concordiam veſtram quærere debeamus, cujus adhuc amore proficimus. Vos enim eſtis regnorum omnium pulcherrimum decus, vos totius Orbis ſalutare præſidium, quod cæteri dominantes jure ſuſpiciunt *, quaſi in vobis ſingulare aliquid ineſſe cognoſcunt; nos maxime qui divino auxilio in publica veſtra curam didicimus, quemadmodum Romanis æquabiliter imperare poſſimus. Regnum veſtrum, imitatio veſtra, forma eſt boni propoſiti, unici exemplar Imperii: qui quantum vos ſequimur, tantum gentes alias anteimus. Hortamini me frequenter, ut diligam Senatum, leges Principum gratanter amplectar, ut cuncta Italiæ membra componam. Quomodo poteſtis ab auguſta pace dividere, quem non optatis a veſtris moribus diſcrepare? Additur etiam veneranda Romanæ urbis affectio, a qua ſegregari nequeunt, qui ſe nominis unitate junxerunt.*

Theodoricus pacem quærit ab Imperatore.

* decora.

* ſuſcipiunt.

V. *Proinde illum atque illum* (reticuit Caſſiodorus nomina legatorum) *legationis officio ad ſereniſſimam pietatem veſtram credidimus deſtinandos: ut ſinceritas pacis, quæ cauſis emergentibus cognoſcitur fuiſſe vitiata, deterſis conditionibus, in ſua deinceps firmitate reſtituta permaneat: quia pati vos non credimus inter utraſque Reſpublicas, quarum ſemper unum corpus ſub antiquis Principibus fuiſſe declaratur, aliquid diſcordiæ permanere; quas non ſolum oportet inter ſe otioſa dilectione conjungi, verum etiam decet mutuis viribus adjuvari. Romani regni unum velle, una ſemper opinio ſit. Quicquid & nos poſſumus, veſtris præconiis applicetur. Quapropter ſalutationis honorificentiam præferentes, prona mente depoſcimus, ne ſuſpendatis a nobis manſuetudinis veſtræ glorioſiſſimam charitatem, quam ego ſperare debui, etiam ſi aliis non videretur debere poſſe concedi.*

Ca-

PAGIUS *Hoc Conſule quoque facta eſt pax inter Theodericum Regem & Odoacrem III. Kal. Martias, & ingreſſus eſt Ravennam Rex Theodericus III. Nonas Martias, & occiſus eſt Odoacer Rex a Rege Theoderico in Palatio cum commeditonibus ſuis.* Anonymus Valeſianus ait, Thedericum Legationem miſiſſe ad Zenonem: *At ubi cognita morte ejus, antequam Legatio reverteretur, ut ingreſſus eſt Ravenna,* (loco Ravennam) *& occidit Odoacrem, Gothi ſibi confirmaverunt Thedericum Regem non expectantes juſſionem novi Principis. Vir enim bellicoſiſſimus, fortis, cujus pater Walamir dictus Rex Gothorum, naturalis tamen ejus fuit: Mater. Erelieva dicta Gothica, Catholica quidem erat, quæ in baptiſmo Euſebia dicta. Ergo præclarus & bonæ voluntatis in omnibus, qui regnavit annos XXXIII. cujus temporibus Felicitas eſt ſecuta Italiam per annos XXX. ita ut etiam Pax pergentibus eſſet: nihil enim perperam geſſit, ſic gubernavit duas gentes in uno Romanorum, & Gothorum, dum ipſe quidem Ariana ſecta eſſet, tamen militia Romanis*

Digitized by Google

Cætera vero per latores præſentium pietatis veſtræ verbo ſuggerenda commiſimus, ut nec epiſtolaris ſermo redderetur extenſior, nec aliquid pro utilitatibus noſtris prætermiſiſſe videremur. Hactenus Theodoricus ad Anaſtaſium Imperatorem. Porro miſſam hanc fuiſſe legationem poſt pacatas undique res ultimo anni hujus tempore perſuadet, quod Gelaſius Kalendis Novembris ad Epiſcopos Piceni provinciæ ſcribens, ad illam ferme diem tumultus bellicos perduraſſe teſtetur.

VI. Fauſtus & Irenæus Legati.

Quinam autem fuerint duo hi a Rege miſſi legati Conſtantinopolim, licet ſuppreſſerit Caſſiodorus ſilentio; ex litteris tamen Gelaſii Papæ poſſumus intelligere, alterum ipſorum fuiſſe Fauſtum Magiſtrum Officiorum, cui idem Pontifex Commonitorium dedit, ut paulo poſt dicturi ſumus; alterum vero fuiſſe Irenæum, ex litteris ejuſdem Pontificis ad Anaſtaſium Imperatorem poſtea datis apparet: nam in ejus epiſtolæ exordio de ambobus miſſis legatis, iiſdemque reverſis, hæc habet: *Famuli pietatis veſtræ, filii mei, Fauſtus Magiſter, & Irenæus, viri illuſtres, atque eorum comites publica legatione fungentes ad Urbem reverſi &c.* Quam hic Gelaſius dicit publicam legationem, in Commonitorio ad Fauſtum regiam legationem appellat: ut non ſit dubium, de legatione miſſa a Theodorico debere intelligi. Cæterum quod ad ejuſdem legationis effectum pertinet; factus eſt voti compos Theodoricus, ut ab Anaſtaſio Imperatore pacem perfacile obtineret, utpote qui (ut dictum eſt) auro etiam ab hoſtibus eam redimere conſueverit; ſed etſi bellicoſiſſimus quoque fuiſſet, ratio temporis exigebat, ut implicito ipſi periculoſiſſimo Iſaurico bello, pacem non dandi tantum, ſed petendi onus incumberet.

VII. Theodoricus pacem cum omnibus Regibus ſibi conciliat.

Ad ſtabiliendum quoque ſibi Italiæ regnum eumdem Theodoricum legationem miſiſſe conſtat (*a*) ad Clodoveum Francorum Regem, ejuſque filiam Audefledam in matrimonium dari ſibi poſtulaſſe quod ille grate conceſſit. Ante cujus connubium ex concubina adhuc in Mœſia poſitus duas Theodoricus genuerat filias, quarum alteram nuptui tradidit Alarico Wiſigothorum Regi, alteram vero Regi Burgundionum in Gallia regnantibus. Jam vero & antequam obtinuiſſet penitus, occidiſſetque Odoacrem, cum Wandalorum Rege in Africa regnante pacem ſibi conciliaſſe, ſuperius dictum eſt. Sic igitur cum omnium in Europa regnantium Principum fœdere Italiæ regnum pacatum ſibi reddidiſſet atque tranquillum: hinc factum eſt ut rebus politicis moderandis animum penitus addixerit, uſus Romanis magiſtratibus, de civibus omnibus ac potiſſimum Senatoribus benemereri ſolitus. In primis vero Aurelium Caſſiodorum Senatorem virum illuſtrem ac doctum auxit dignitate Patriciatus, de qua eidem collata dignitate extant ejuſdem Theodorici litteræ cum ad ipſum Caſſiodorum, tum ad Senatum datæ (*b*), in quibus magiſtratus tum ab ipſo, tum a majoribus ejus bene perfuncti honorifica mentio habetur. Retinuit eum apud ſe, cujus conſilio regnum moderari conſuevit, & leges ſancire populis, uſus etiam ejus miniſterio in conſcribendis ad diverſos epiſtolis, ex quibus ipſius Caſſiodori libri Variarum confecti ſunt. At de his ſatis: reliqua vero de ipſo annis ſingulis pro temporum ratione promemus. Jam ad res Eccleſiaſticas revocemus orationem.

(*a*) *Jord. de rebus Goth.*

Caſſiodoro collata Patriciatus dignitas.

(*b*) *Caſſiod. Varian. l. 1. ep. 3. 4.*

VIII. Gelaſiu Papæ occaſio data commonitorii ſcribendi.

Decreta, quam diximus a Theodorico Rege ad Anaſtaſium Imperatorem legatione, alteri legatorum Fauſto Magiſtro Gelaſius Papa cauſam commendat quæ vertebatur cum Euphemio Epiſcopo Conſtantinopolitano a Catholica communione diviſo: ut ſi poſſet, quod juſtum eſſet ei perſuaderet, nempe ut Eccleſiæ Romanæ æquiſſimis juſſionibus parens, ejuſdem conſequi mereretur communicationem fruſtra hactenus expetitam. Hujus autem delegandi Fauſto negotii ea potiſſimum ratio interceſſit, quod acceptis a Gelaſio anno ſuperiore datis litteris Euphemius Patriarcha, tantum abfuit, ut illis pro conſequenda communione Romani Pontificis acquieverit; ut etiam animo obſtinatiori reſiliens, non ſolum Acacii nomen e ſacris tabulis minime dempſerit, ſed & ejus defendendi ſuſceperit patrocinium: immo & eo de-

PAGIUS *ais ſicut ſub Principe eſſe præcepit.* Hinc etiam titulos Virorum inſignium, uti *Clariſſimatus* & aliorum, quemadmodum poſtremis Imperatoribus regnantibus in Italia fieri conſueverat, retinuit, ut ex Epiſtolis Caſſiodori, Theoderici Regis nomine ſcriptis, certo innoteſcit. Procopius lib. 1. Hiſt. Goth. cap. 1. ſcribit, Theodoricum *adepta potentia poſt annos ſeptem & triginta vivendi finem* feciſſe. Quare duæ epochæ Regni ejus diſtinguendæ, altera ab anno CCCCLXXXIX. quo poſt ſuum in Italiam ingreſſum *Odoacrem* Veronæ vicit; & ſecundum hanc regnavit annos XXXVII. altera a currenti anno quo *Odoacrem* occidit, juxta quam regnavit annos XXXIII. Prior illa epocha confirmatur ex Eugippio in Vita Sancti Severini Noricorum Apoſtoli, de Odoacre *Severinum* dixiſſe tradente: *Odoacer integer erit inter tredecim & quatuordecim annos videlicet Regnum integrum ſignificans* Quare *Severinus* prædixit Odoacrem uſque ad annum CDLXXXIX. regnaturum. Porro Epiſtola Theodorici ad Anaſtaſium Imperatorem a Baronio recitata incerto anno ſcripta.

Ad num. VII. *Theodoricus* Caſſiodori præſertim opera uſus eſt in adminiſtratione Regni Italici. Hunc *Odoacer Comitiva privatarum* or- III.

na-

mentiæ progreſſus fuerit, ut inops conſilii, quid aliud faceret neſcius, ipſam Apoſtolicam ſedem ad judicium vocare in animum duxerit, & jactarit præter hæc alia plura ab eiſdem hæreticis & ſchiſmaticis contra Apoſtolicam ſedem effutiri ſolita. His acceſſit, quod ab eo & aliis Orientalibus ad concitandam Anaſtaſii Imperatoris invidiam & odium adverſus Romanum Pontificem, in vulgus ſparſum fuerit, ipſum Anaſtaſium ab Epiſcopo urbis Romæ non recipi, neque a Senatu Romano: cujus rei cauſa ipſe Imperator commotus eſt.

Querelæ Imper. adverſus Gelaſium.

IX. Ne igitur horum occaſione Romana Eccleſia in diſcrimen adduceretur, arctataque inter duos hæreticos Principes Anaſtaſium & Theodoricum durioribus anguſtiis premeretur; viro pio Fauſto Magiſtro alteri legatorum tantæ molis negotium credidit, ut cum eſſet Conſtantinopoli objecta dilueret, tentata deſtrueret; atque ſequeſter pacis exiſtens, Orientalis Eccleſiæ cum Occidentali conciliator accederet. Profectus eſt Fauſtus, naviterque negotium ſuſceptum peregit; ſed non ex ſententia ut erat in optatis abſolvit, refragante Euphemio, & majora rixarum fomenta miſcente. Qui & de omnibus quæ tranſacta erant cum ipſo, datis ad Gelaſium litteris, eum reddidit certiorem. Quibus acceptis Gelaſius, ad eum reſcripſit adverſus adverſariorum calumnias defenſionem, qua poſſet idem Fauſtus ab adverſariis objecta refellere. Extat ipſa quidem Commonitorii nomine nuncupata, quod ſcilicet eum Gelaſius, admoneret, quonam modo petulantiam calumniantium retundere valide poſſet. Eſt vero ejus argumenti tractatio, qua rerum geſtarum ſeries aperiatur, & illorum refellantur objectiones, digna utique quam perlegas & exacte conſideres; cujus hic eſt titulus:

X. *Beatiſſimi Gelaſii Papæ Commonitorium ad Fauſtum Magiſtrum fungentem legationis officio Conſtantinopoli.* Quod quidem tum ſcriptum videtur, cum ad litteras ipſius Fauſti Gelaſius reſpondit, cum ad eum ille ſcripſiſſet de Græcorum animo obſtinato. Epiſtola autem ita habet:

Ego quoque mente percepi, Græcos in ſua obſtinatione manſuros; nec eui velut inſperatum videri poteſt, quod eſt ante præcognitum. Quapropter non jam propter religionis cauſas ſtudent diſpoſitionibus publicis obviare, ſed potius per occaſionem legationis regiæ Catholicam fidem moliuntur evertere, & tali commento nituntur ſperata præſtare. Quid ſibi vult autem, quod dixerit Imperator a nobis ſe in religione damnatum; cum ſuper hac parte & deceſſor meus non ſolum minime nomen ejus attigerit, ſed inſuper quando principiis adeptus regiæ poteſtatis exercuit, in ejus ſe ſcripſit Imperii promotione gaudere; & ego illa ipſius unquam ſcripta percipiens, honorificis (ut noſtis) eum litteris ſalutare curaverim? Deceſſores mei, ſacerdotes, qui prævaricatoribus ſe communicaſſe, propria voce confeſſi ſunt, a communione Apoſtolica ſubmoverunt. Si iſti (Imperatori ſcilicet) *placet ſe miſcere damnatis, nobis non poteſt imputari: ſi ab eis velit diſcedere, tanto magis a nobis non poteſt eſſe damnatus, ſed potius ad gratiam ſinceræ communionis admiſſus.* Hæc quod ad excuſationem Pontificum pertinet: ſed quod nec recipi ſe a Senatu, ut hæreticum, eſſet ejuſdem Imperatoris Anaſtaſii querela; hæc ad ipſius Senatus excuſationem idem Gelaſius ſubdit in eodem ad Fauſtum Commonitorio:

Commonitorium Gelaſii ad Fauſtum.

Anaſtaſii querela in Senatum.

Ad Senatum vero pertinet Romanum, ut memor fidei, quam a parentibus ſe ſuſcepiſſe meminit, contagia vitet communionis externæ, ne a communione hujus ſedis Apoſtolicæ (quod abſit) reddatur externus. Veniam ſibi dari proponunt. Legatur ex quo eſt religio Chriſtiana, vel certe detur exemplum in Eccleſia Dei, a quibuslibet Pontificibus, ab ipſis Apoſtolis, ab ipſo denique Salvatore veniam niſi corrigentibus ſe fuiſſe conceſſam. Auditum autem ſub cælo nec legitur omnino, nec dicitur, quod eorum voce depromitur: Date nobis veniam, dum tamen nos in errore duremus. XI.

Id quoque pariter aſtendunt, qui nobis canones nituntur opponere: quibus hoc canonibus quibus regulis, qua lectione, quove documento ſive a majoribus noſtris ſive XII.

Gelaſii cauſa juſtiſſima.

PAGIUS

Caſſiodorum Theodoricus Rex ad varias dignitates evehit.

naverat dignitate, & deinde Comitem Sacrarum Largitionum eundem inſtituerat; ſed poſt Odoacris mortem in Brutiorum plagas ſe ſe recepit, ubi cum intellexiſſet, Siculos adverſus *Theodoricum* rebellaſſe, eos tum eloquentiæ, tum armorum viribus novi Regis parere coegit Imperio; ſicque ſe ſe in aulam ipſius inſinuavit. Excepit eum Rex cum eo honore, qui ſplendori generis & raræ virtuti debebatur, & non immemor officii, quod ſibi ſtrenue præſtiterat *Caſſiodorus*, eum Brutiis & Lucanis præfecit. Expleto annuo Magiſtratu, eum apud ſe revocavit, ac poſtea Quæſtura donavit. Cumque in obeundo illo munere omnium ſibi animos conciliaſſet, *Theodoricus* virum integritate notiſſimum honore Magiſterii affecit, & exinde ad Prætorii Præfecturam, culmen honoris altiſſimum evexit. Qua in dignitate, quamvis tributa imponendi munus, populis exoſum, tractaret, ea tamen ſingulis tanta æquitate diſpenſabat, ut nemo gravari ſe taxatione quereretur, nemo ſolvere detrectaret. Hanc Dignitatem gerebat *Caſſiodorus* anno DI. quo *Theodoricus* Romam venit. Quæ omnia ex variis ejus Epiſtolarum locis deducta;

Conjugium *Clodovei* Francorum Regis cum *Clotilde*, de quo anno ſeq. num. IX.

ve ab ipſis Apoſtolis (quos potiores merito fuiſſe non dubium eſt) ſeu ab ipſo Domino Salvatore, qui judicaturus creditur vivos & mortuos, ſive factum uſquam, vel faciendum eſſe mandatur. Mortuos ſuſcitaſſe legimus Chriſtum: in errore mortuos abſolviſſe non legimus. Et qui certe hoc faciendi ſolus habuit poteſtatem, beato Petro principaliter mandat Apoſtolo (a): *Quæ ligaveris ſuper terram, ligata erunt & in cælis: & quæ ſolveris ſuper terram, ſoluta erunt & in cælis.* Super terram, inquit. Nam in hac ligatione defunctum nuſquam dixit abſolvi. Quod ergo numquam factum eſt, vel mente concipere formidamus, ſcientes in divino judicio non poſſe penitus excuſari. Hæc idcirco Gelaſius, quod petiiſſent Orientales Acacii communicatores, dari illi veniam, quod in Romanum Pontificem deliquiſſet, a quo fuerat excommunicatus: quod niſi fieret, comminarentur ſe penitus a Romana Eccleſia diſceſſuros. Ad hæc quidem ipſe Gelaſius iſta reſpondit.

(a) Matt. 16.

XIII. De Euphemii vanitate.

Si autem, quod nunc prætendunt, a Romana Eccleſia ſe ſunt diviſuri; id jamdudum feciſſe monſtrantur. Euphemium vero miror, ſi ignorantiam ſuam ipſe non perſpicit, qui dicit, Acacium ab uno non potuiſſe damnari. Itane non perſpicit, ſecundum formam Synodi Chalcedonenſis Acacium fuiſſe damnatum? nec novit eam, aut ſe noſſe diſſimulat? in qua utique per numeroſam ſententiam ſacerdotum erroris hujus auctores conſtat fuiſſe damnatos, ſicut in unaquaque hæreſi a principio Chriſtianæ religionis & factum fuiſſe, & fieri, manifeſta rerum ratione monſtratur, deceſſoremque meum executorem fuiſſe veteris conſtituti, non novæ conſtitutionis auctorem. Quod non ſolum Præſuli Apoſtolico facere licet, ſed cuicumque Pontifici; ut quoſlibet, & quemlibet locum, ſecundum regulam hæreſeos ipſius ante damnatæ a Catholica communione diſcernant. Acacius quippe non fuit novi vel proprii inventor erroris, ut in eum nova ſecta prodiret, ſed alieno facinori ſua communione ſe miſcuit. Itaque neceſſe, eſt, ut in eum recideret juſta lance ſententiam, quam cum ſuis ſucceſſoribus per conventiam Synodalem ſuſceperat auctor erroris.

XIV. De appellationibus ad Apoſtolicam ſedem.

Nobis opponunt canones, dum neſciunt quid loquantur: contra quos hoc ipſo venire ſe produnt, quod primæ ſedi ſanæ rectæque ſuadenti parere fugiunt. Ipſi ſunt canones, qui appellationes totius Eccleſiæ, ad hujus ſedis examen voluere deferri; ab ipſa vero nuſquam prorſus appellari debere, ſanxerunt: ac per hoc illam de tota Eccleſia judicare, ipſam ad nullius commeare judicium. Nec de ejus umquam præceperunt judicio judicari, ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolvi, cujus decreta ſequenda mandarunt.

XV. Patriarchæ damnati ab Apoſtolica Sede.

In hac ipſa cauſa Timotheus Alexandrinus, & Petrus Antiochenus, Petrus Paulus, & Joannes & cæteri, non ſolum unus, ſed plures utique nomen ſacerdotii præferentes, ſola ſedis Apoſtolicæ ſunt auctoritate dejecti: cujus rei teſtis etiam ipſe docetur Acacius, qui præceptionis hujus extitit executor. Quod utique ſicut Apoſtolicam ſedem juxta formam Synodicam feciſſe, manifeſtum eſt: ſic neminem reſultare potuiſſe, certiſſimum. Hoc igitur modo recidens in conſortium damnatorum, eſt damnatus Acacius, qui eorum damnationem, antequam prævaricator exiſteret, fuerat executus. Nobis auſi ſunt facere canonum mentionem contra quos ſemper ambitionibus illicitis feciſſe monſtrantur.

XVI. Injuſte facta ab Acacio.

Qua ipſi Synodo, vel ſecundum cujus Synodi formam Alexandrinum Joannem de Eccleſia, cui ordinatus fuerat, expulerunt? qui nullis auſis evidentibus nec ante convinci, nec poſtea provocans etiam in judicio competenti potuit accuſari. Quod ſi dicunt: Imperator hoc fecit. Hoc ipſum quibus canonibus quibus regulis eſt præceptum? Cur huic tam pravo facto conſenſit Acacius, cum auctoritas divina dicat (a): *Non ſolum qui faciunt prava reos eſſe, ſed etiam qui conſentiunt facientibus?* Quibus canonibus, quibuſve regulis Calendion excluſus eſt, vel prime urbium diverſarum Catholici ſacerdotes? Qua traditione majorum Apoſtolicam ſedem in judicium vocant? An ſecundæ ſedis Antiſtites & tertiæ, cæterique bene ſibi conſcii ſacerdotes pelli debuerunt; & qui religionis extitit inimicus, depelli non debuit? Viderint ergo ſi ulios habeant canones, quibus ſuas ineptias exequantur.

(a) Rom. 1.

XVII. Præſumptio vocandi ad judicium Sedem Apoſtol.

Cæterum iſti qui ſacri, qui Eccleſiaſtici, qui legitimi celebrantur, ſedem Apoſtolicam ad judicium vocare non poſſunt? & Conſtantinopolitanæ civitatis Epiſcopus quæ utique per canones inter ſedes nullum nomen accepit, in communionem recidens perfidorum, non debuit ſubmoveri? An qui homini mentitus eſt Imperatori, & qui Imperatorem læſiſſe perhibeatur, depelli debuerunt; & in Deum qui ſummus & verus eſt Imperator, Acacium delinquentem, ſinceramque communionem divini ſacramenti ſtudentem miſcere cum perfidis ſecundum Synodum, qua hæc eſt damnata perfidia, non oportebat excludi? Sed velint, nolint ipſius judicio antiquæ canonum conſtitutiones firmabuntur. Sed religioſi viri atque perfecti ſecundum canones conceſſam ſedi Apoſtolicæ poteſtatem nimirum conantur eripere, & ſibimet eam contra canones uſurpare contendunt? O canonum magiſtros atque cuſtodes! Nobis nullum fas eſt inire certamen cum

bo-

hominibus communionis alienæ, divina (a) Tit. 3. *Scriptura dicente (a): Hominem hæreticum poſt primam & ſecundam correctionem devita, ſciens quod hujuſmodi delinquat proprio judicio condemnatus. Ecce cognoſcant, quia non ſolum ab alio, ſed a ſe ipſo damnetur hæroticus.*

XVIII. Mendacis convincuntur prolata. *Illud autem nimis eſt impudens, quod Acacium veniam poſtulaſſe confingunt, & nos extitiſſe difficiles. Teſtis eſt frater veſter, filius meus, vir illuſtris Andromachus, qui & a nobis abundanter inſtructus eſt, ut cohortaretur Acacium, depoſita obſtinatione reſipiſcere, & ad ſedis Apoſtolicæ remeare conſortium: quique ſe ſub jurejurando magnis cum eodem molitionibus egiſſe teſtatur, nec ad ea quæ recta ſunt potuiſſe deflecti, ſicut rerum probatur effectu.* Quod vero hic dicant Gelaſius, a nobis inſtructum Andromachum ad Acacium cohortandum, non ita intelligi poteſt, ut id Gelaſius ipſe præſtiterit, cum idem Acacius jamdiu antequam ipſe Pontifex crearetur, deceſſiſſet ex hac vita: ſed illud, quod a nobis, hoc eſt, ab ipſa Apoſtolica ſede factum intelligit. At pergit: *Certe proferatur judicium, quando miſerit, quando veniam poſtularit, correctionemque ſuam nobis promiſerit exhibendam: niſi forte hunc animum geſſit, quem ſucceſſores ejus habere perſpicimus, ut tamen ſi veniam poſtularet, ſic ſibi vellet impendi, ut nihilominus in errore perſiſteret: ubi utique non tam a nobis recipi videretur, quam nos potius ad ſuum traducere pravitatem. Quem reatum ſe confeſſuros aſſerunt ante certamen? Si reatus eſt, utique corrigendus eſt. Si corrigendum non putant, fallaciter ſe reatum perhibent profiteri: niſi (quod eſt infelicius) cum & fatentur reatum, & non æſtimant corrigendum.*

XIX. Falſa & inanis prætenſio ſchiſmaticorum. *Illud quoque me ridere libuit, quod ait: ſi neceſſe fuerit, veniam poſtulare: Exiſtimans nimirum tunc ſe peccati veniam neceſſario poſtulare, ſi ei concedamus ne peccare deſiſtat; immo etiam (quod abſit) cum eodem conſentiamus nos quoque peccare. Neſcio inter quæ mundi prodigia hæc vox poſſit admitti. Remitti culpa de præterito poteſt, correctione ſine dubio ſubſequente. Nam ſi deinceps ſinitur manſura perverſitas, non eſt benignitas remittentis, ſed conſentientis aſſenſio. Non eſt mirum ſi iſti ſedem beati Petri Apoſtoli blaſphemare præſumunt, qui talia portenta vel corde gerunt, vel ore diffundunt, & nos inſuper ſuperbos eſſe pronunciant: cum eis prima ſedes, quicquid eſt pietatis, non reſiſtat offerre, illi eam ipſo protervo ſpiritu ſubjugare ſe poſſe confidant. Sed captos mente facere iſta, non mirum eſt: ſic phrenetici ſolent medicantes quoſque vel ut hoſtes putare, vel cædere.*

Quæro tamen ab his: judicium quod prætendunt, ubinam poſſit agitari: an apud ipſos, ut iidem ſint inimici & teſtes & judices? Sed tali judicio nec humana debent committi negotia, nedum divinæ legis integritas. Si quantum ad religionem pertinet: nonniſi Apoſtolicæ ſedi juxta canones debetur ſumma judicii totius. Si quantum ad ſæculi poteſtatem: illa a Pontificibus, & præcipue a B. Petri Vicario, debet cognoſci; quæ divina ſunt, non ipſa eadem judicare. Nec ſibi hoc quiſquam potentiſſimus ſæculi (qui tamen Chriſtianus eſt) vendicare præſumit, niſi religionem forſitan perſequens. XX. Apoſtolica ſedes judicat omnia.

Quid tamen dicerent, ſi non chartis ſuis in omnibus vincerentur? Ineptias itaque ſuas ſibi ſervent, niſi reſipiſcant potius cogitantes Chriſti vocem non eſſe ſuperfluam, quæ confeſſioni beati Petri Apoſtoli (b) inferni portas numquam prævalituras aſſeruit. Quapropter non veremur, ne Apoſtolica ſententia reſolvatur, quam & vox Chriſti, & majorum traditio, & canonum fulſit auctoritas; ut totam potius Eccleſiam ſemper ipſa dijudicet. Sed cogitent magis (ſi quis in eis religionis eſt ſenſus) ne pravitatem ſuam nullatenus deponentes, apud Deum hominesque ſedis Apoſtolicæ perpetua conſtitutione damnentur. Sic autem dicitur fuiſſe definitum, ut deinceps de negotio nihil dicatur; quaſi vel nunc eos (quemadmodum noſtis) meo duxerim nomine ſpecialiter alloquendos: Neque plane cum iſtis non corrigentibus ineunda congreſſio, quemadmodum cum aliarum quoque hæreſum ſectatoribus dimicatio renuenda. Vos autem ſalvos & ſoſpites quantocyus huc reverti, continuis Divinitatem votis expetimus. Hactenus ad Fauſtum legatum Commonitorium de his quæ ipſe adverſariis reſpondere deberet, cum jura impeterent Apoſtolicæ ſedis. XXI. Auctoritas Apoſtolicæ ſedis. (b) Matt. 16.

Vidiſti, lector, ex reſponſionibus Papæ Gelaſii, quonam progreſſa fuerit arrogantia Conſtantinopolitanorum Antiſtitum, Apoſtolicæ ſedi veluti captivæ ſub jugo barbarico inſultantium; unde eis animoſitas tanta ſuccrevit: ut qui miniſtri eſſe ſolerent in mandatis (ut vidimus) exequendis Apoſtolicæ ſedis, modo iidem, quod illic vigeret adhuc Imperium, in Occidente autem fuerit deſolatum, ſtatim putarint Romanæ Eccleſiæ jura, quaſi ſuper homines vel mœnia innixa, non Dei promiſſione firmata, eſſe diminuta atque collapſa. Cum e contra in ipſis Romanis Pontificibus videas eumdem ineſſe vigorem, atque eamdem reſidere in iiſdem cum auctoritate & poteſtate etiam majeſtatem, optime conſcii prædeceſſores ſuos etiam temporibus Ethnicorum Imperatorum, cum graviſſimæ perſecutiones ingruerent, non ſolum nihil remiſiſſe roboris ſacerdotalis, ſed majorem XXII. Unde crevit arrogantia Conſtantinop. Epiſcopis.

ſem-

ſemper præſetuliſſe conſtantiam; utpote qui probe ſcirent, ſupra firmam petram fundatam Eccleſiam nullis umquam poſſe labefactari contrariis, vel debilitari preſſuris, immo majora ex adverſis virium ſumere incrementa. Ut plane fiat cuique rem attentius intuenti perſpicuum, ipſam Eccleſiam, non hominum, ſed ſummi Dei regimine gubernari, providentia regi, protectione defendi, & auxilio jugiter ſublevari. At quid actum ſit Conſtantinopoli, cum iſthæc per Fauſtum ſunt allata atque relata, dicturi ſumus anno ſequenti.

XXIII. Pelagiani in Dalmatia iterum pullulare deferuntur.

Jam vero quæ ab eodem pervigili paſtore Gelaſio hoc ipſo anno adverſus Pelagianos in provinciis Dalmatiæ & Piceni detectos acta ſint, enarremus. Extant eo argumento conſcriptæ hoc anno ſub Albini Conſulatu ipſius Gelaſii Papæ epiſtolæ, e quibus rerum geſtarum ſeries ſatis ſufficiens colligi poſſe datur: excripſeramus nos ante ex codice Vaticano, collatione facta cum vetuſtiſſimo exemplari petito e monaſterio S. Petri in Avellana in Umbria ſito, quas nuper Vaticanis typis gaudemus editas. Porro datæ Gelaſii primo noſcuntur litteræ ad Honorium in Dalmatia Epiſcopum hoc anno, quinto Kalendas Auguſti, ſub Conſulatu Albini, licet mendoſe & Fauſti collegæ legatur: nullus enim Fauſti Conſulatus ſub Pontificatu Gelaſii reperitur. Ipſa autem epiſtola ſic ſe habet (a):

(a) Gelaſ. ep. 3. t. 2. ep. Rom. Pont.

Dilectiſſimo fratri Honorio, Gelaſius.

XXIV. Gelaſius ad Honorium de Pelagianis inquirendis.

Licet inter varias temporum difficultates continuis occupationibus implicati vix reſpirare valeamus; pro ſedis tamen Apoſtolicæ moderamine totius ovilis Dominici curam ſine ceſſatione tractantes, quæ beato Petro Salvatoris noſtri voce delegata eſt (b): Et tu converſus confirma fratres tuos: & item (c) Petre amas me? paſce oves meas: diſſimulare nec poſſumus, nec debemus, quæ noſtram ſollicitudinem forma perſtringat, cum beato Paulo Apoſtolo ſentientes, atque dicentes: (d) Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror? Ita quippe nos repente triſtis, horrenda, & vix credibilis confecit opinio, ut mentem noſtram confunderet, ſauciaret, affligeret. Nunciatum eſt enim, in regionibus Dalmatiarum quoſdam recidiva Pelagianæ peſtis zizania ſeminaſſe, tantamque illic eorum prævalere blaſphemiam, ut ſimplices quoſque mortiferi furoris inſinuatione decipiant. Addit his complura in deteſtationem Pelagiani erroris ante tum ſententia Romanorum Pontificum, tum ſacris Conciliis ſæpius prædamnati.

(b) Luc. 22.

(c) Joan. 21.

(d) 2. Cor. 11.

His acceptis Honorius litteris, negans, ad Gelaſium reſcripſit querens tamquam calumniam paſſus, cum accuſaretur nomine negligentiæ, & occultæ proditionis Catholicæ fidei. Gelaſius vero, datis rurſum ad eum litteris, quam expediat in his perveſtigandis videri ſtudioſior quam remiſſior, declarat, his verbis exorditus epiſtolam (e):

(e) Gelaſ. ep. 4. t. 2. ep. Rom. Pont.

XXV. Inquirendi diligentius hæretici.

Miramur dilectionem tuam fuiſſe miratam, curam ſedis Apoſtolicæ, quæ more majorum cunctis per mundum debetur Eccleſiis, pro veſtræ quoque regionis fide fuiſſe ſollicitam. Cumque ad eam perlatum eſſet, quod quidam per Dalmatias integritatem Catholicam vitiare niterentur, & divinis humaniſque legibus ante damnatum Pelagianæ peſtilentiæ virus inferre, non putaverimus ullatenus differendum, quo minus hæc diligentius inquirentes; ut aut ſi fortaſſe irrepſerant, de proximo ſanarentur; aut anxietatem noſtram, ſi falſo probarentur jactata, relevarent: æſtimantes, melius non videri impatientius talia inveſtigare voluiſſe, quam creſcere diſſimulando perniciem. Neque enim vel ſilentio premere cauſam hujuſmodi, vel differendo fovere deberemus: cum dicente Magiſtro Gentium (f): Sollicitudine non pigri: atque iterum (g): Qui præeſt in ſollicitudine: reos proculdubio nos niſi continuo quæreremus, etiam ſi inaniter eſſent vulgata, convincerent. Nec intereſt per quos ad aures noſtras eadem perveniſſent dum quomodolibet iſta referentibus, poſtquam noſtram conſcientiam penetrarent, in his veraciter indagandis paſtorales excubias eſſe non oportuerit negligentes, quatenus vel veſtigia poſſent lupis inhiantibus obviari, vel nullis exiſtentibus feris, ovium cuſtodia ſecura perſiſteret.

(f) Rom. 12.

(g) 1. Cor. 14.

XXVI.

Vides qua tanta Gelaſius iſta inculcet energia: ex quibus plane intelligas, ex ſanctorum Patrum præſcripto in hæreticis ſollicite inquirendis vigilantiſſimum eſſe debere ſtudium primæ ſedis Antiſtis, indefeſſumque exhibendum officium, atque diligentiam incomparabilem adhibendam: in quo munere ex ipſius Gelaſii ſententia conſtet ſegnitiem magis culpandam, quam exquiſitam improbandam eſſe ſolertiam; adeo ut præſtet, delatum a quovis etiam innocentem in quæſtionem adduci, quam ſub levi ſuſpicione relinquere Catholicæ fidei integritatem.

XXVII.

Cæterum quod pertinet ad Pelagianos in Dalmatia degere nunciatos: veram eam fuiſſe delationem, credi abſque piaculo potuit, cum in proximis provinciis tranſmarinis eadem erroris ſemina ſparſa eſſe competita ſint. Etenim brevis interſtitio maris ex adverſo poſitam Piceni provinciam iiſdem temporibus liquet Pelagii fuiſſe contagione labefactatam. Hoc namque anno ſub ejuſdem Albini Conſulatu data habetur Kalendis Novembris Circularis epiſtola ejuſdem Gelaſii ad omnes Epiſcopos in Piceno poſitos, qua plurimum dolet, eandem pelagianam hæ-

Pelagiani in Piceni provincia.

te-

Digitized by Google

reſim in eadem provincia coaleſcere cœpiſſe. Sed quo magis adverſus eos Romanus Pontifex commoveretur, illud quidem fuit, quod non ſicut in Galliis, vel aliis provinciis Pelagianorum doctiſſimi fraudulenta calliditate ſub Catholico nomine ſubque titulo defenſionis Catholicæ pietatis, immo & ſub prætextu impugnandi ejuſdem erroris Pelagiani, Pelagianam (quod vix credi poſſit) vafre nimis hæreſim propinarant: verum homo rudis, illiteratus, obtuſus ingenio, vecors, ſtupidus, & infantiſſimus eamdem cum doceret hæreſim, qui eum audirent & eſſent, & qui inducerentur in errorem invenientur etiam ſacerdotes ſummi, populis præſidentes Epiſcopi.

XXVIII. Ad hæc autem mala curanda legatum miſit Gelaſius Papa Romulum S. R. E. diaconum Cardinalem, cui & cum Apoſtolica ei tributa auctoritate litteras etiam ad dictos Epiſcopos dedit. Audiamus igitur ipſum Gelaſium juſte expoſtulantem cum Epiſcopis Piceni provinciæ in epiſtola ad eos ſimul omnes conſcripta; ex qua tamen, omiſſis reliquis, illa dumtaxat, quæ ad hiſtoriam pertinent, hic deſcribemus, ſic enim ſe habet (a):

(a) Gelaſ. ep. 1. t. 1. ep. Rom. Pont.

Gelaſius Epiſcopus, univerſis Epiſcopis per Picenum in Domino ſalutem.

XXIX. Gelaſius ad Epiſcopos Piceni. *Barbaricis hactenus dolebamus incurſibus & bellorum ſæva tempeſtate vaſtari: ſed quantum inter ipſa recentium calamitatum ferventia pericula comperimus, perniciofiorem diabolus Chriſtianorum mentibus labem quam corporibus hoſtilis feritas irrogavit. Quod malum principaliter illarum regionum reſpicit ſacerdotes, qui tanta ſegnitie, tantaque miniſterii diſſimulatione ſuſcepti, commiſſarum ſibi negligunt regimen animarum, ut eas etiam ab exiguis quibuſque beſtiolis lacerari ſub conſpectibus ſuis impune patiantur: quinimmo ſubrepentes nequitias componendo, & depravatoribus acquieſcendo Fidelium, non ſolum eas minime retrahant, ſed ipſi magis præbeant propria nutrimenta perditionis exemplo. Quid autem tales eſſent acturi Pontifices, ſi (quod abſit) vel aliqua nova peſtis & primitus ignorata prorumperet; vel ingeniis acrioribus, ſenſibuſque verſutis, aut aliqua ſæcularium doctrinarum peritia callidis ſacrilega blaſphemiarum dicta promerentur, qui tam veteris erroris detrita commenta, tamque majoribus Eccleſiarum magiſtris, quam etiam noſtra ætate convicta non recolunt, nec refutant, atque ab imperitis ſtultiſque prolata non reſpuunt?*

XXX. Piceni, Epiſcopi reprehenſione digni. *Gratias omnipotenti Deo agimus, quoniam ſuorum corda per hujuſmodi perſonas examinat, quæ hoc ipſum virus neſciunt, quod loquuntur. Nam quid facerent populorum Præſules ſub aſtutioribus inimicis, qui ſe ſubiiciunt libenter indoctis? Quando utique etiamſi tanta erat in rectoribus Dominici gregis prorſus ignavia; ut ne tam vilem, hebetemque perſonam poſſint vel intelligere, vel refrænare; potius paſtorali cura debuerint a nobis cognoſcenda perquirere, quam ſuaſionibus inconſideranter abſurdis facile ſubmittere voluntatem.*

Oblatus eſt enim nobis miſerabilis ſenex, Seneca nomine qui non modo totius eſt eruditionis alienus, ſed ipſius quoque intelligentiæ communis prorſus extraneus, in Pelagianæ voraginis cœno (ſicut de quibuſdam in Apocalypſi (b.) legimus velut una ranarum impudenter immerſus, inque illa fæce horribiliter volutatus, nullatenus inde qualiter emergere poſſit, inveniens; quia puritatem relinquens Catholicæ veritatis, quanto ſe per lubricum falſitatis conatur attollere, tanto magis ejus lutoſis foveis circumcluſus obruitur, de illis unus exiſtens, de quibus Petrus dicit Apoſtolus (c): Hi vero, velut irrationabilia pecora, naturaliter in captione & in perniciem, in his quæ ignorant blaſphemantes in corruptione ſua; & peribunt recipientes mercedem injuſtitiæ.

(b) Apoc. 16.

Senecæ Pelagiani hæretici cum pravitate ſtupiditas.

(c) 2. Pet. 2.

XXXI. *Re vera enim ſic ejus ſtolidus & obtuſus eſt animus, ut de his venenis quæ male hauſit & vomuit, nullam rationem vel accipere valeat omnino, vel reddere: ſed induratus occæcatione diabolica, ſibique jam traditus cordis ſui funeſta ſit obſtinatione damnatus; nihilque ſuperſit ei, niſi ut Deus noſter, qui dixit (d), quæ hominibus impoſſibilia videntur, apud ſe eſſe facilia, hujuſmodi mentem potenti compunctione transfigat, ut ſecundum beatum Apoſtolum Paulum (e) reſipiſcat a diaboli laqueis, quibus captivus detinetur ſententia divini judicii. Multa ex illis, quæ de Pelagianis ſenſibus nec in ſomnis omnino contigerant, vobis magis patefacto prodidimus, eaque dudum convicta fuiſſe monſtravimus, &c.*

(d) Matt. 19. Marc. 10. Luc. 18.

(e) 2. Tim. 2.

XXXII. Quænam autem eſſent Pelagianæ hæreſis capita, quæ circulator iſte prædicans, corruperat populum illum alioqui pium hactenus, & qui ante hac nec vel levi ſuſpicione hæreſis reperiatur aſperſus, idem Gelaſius memorat, ſimulque jungit antidotum, quo Epiſcopi illi & ſe ipſos & alios eo veneno potatos curare poſſent, ac priſtinæ reddere ſanitati. Tres autem enumerat Pelagianas ſententias Gelaſius, quarum ſenex delirus erat aſſertor. Earum prima illa eſt, quod negaret infantes cum peccato originali concipi, & ei obnoxios reddi. Secunda iſta, parvulos ſine baptiſmo non poſſe damnari. Tertia demum erat, hominem per liberum arbitrium, ipſa natura ſuffragante, poſſe beatum reddi. Iſtis tribus capitibus, immo portentis, cerberus iſte

tri-

triceps haud levia pupulo illi damna intulit, tacentibus qui beſtiam abigere debuiſſent Epiſcopis, immo & eidem conſentientibus: unde ad finem epiſtolæ ipſe Gelaſius eoſdem hujuſcemodi exagitat querimonia:

XXXIII. *Nimis incuſamus fratres & Coepiſcopos noſtros maxime per Piceni provincias Dei Eccleſiam gubernantes, qui non ſolum ineptiſſimi ſenis abjectæque perſonæ pravum non deterruere colloquium, verum & ſua nutrivere conſenſu. Quis audiat? Quis ferat? paſſos eſſe Pontifices, ut cadaver neſcio quod indignum, presbyterum ſibi non acquieſcentem audire, communione privaret? Quomodo talis vel ſuſceptus ab aliquo, vel patienter auditus eſt?* Hæc cum exclamet ipſe Gelaſius, & jure redarguat tantum ſibi ſumpſiſſe carioſum ſenem, ut reſiſtentem ipſi presbyterum excommunicare præſumpſerit; demum ſilentio obvolutam hactenus pandit cauſam, cur tantam ſibi deforme monſtrum vendicaret auctoritatem: nimirum quod ad hæreſim illecebras propoſuiſſet carnis oblectationes atque laſcivias. Magnum profecto & late patens eſſe ſolet ad illaqueandas animas ejuſmodi hæreticorum rete: ut ubicumque tenſum fuerit, capiantur omnes beſtiæ terræ; tantummodo vero evadant illi, qui ſicut columbæ pennis (*a*) cœleſtia petunt, & de quibus eſt Sapientis ſententia (*b*): *Fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum.* Quod quidem plus ſatis infeliciſſima noſtra tempora edocent. Sed audi inſectantem iſta Gelaſium, & de inveterato dierum malorum ſene hæc nefanda prodentem:

(*a*) *Pſ. 54.* (*b*) *Prov. 1.*

XXXIV. Miſcebat puellis monachos Pelagianus hæreticus. *Inſuper leges dedit, libenter acceptus, ut ſervi Dei cum puellis ſacris congregatione dedecoroſiſſima miſceantur. Nam cum ſpirituales animi, etiam cum deſint iſta conſortia, imaginariis infeſtentur illecebris: quemadmodum alterni ſexus intuitu ſic illicita volentes, non vehementius incitentur?* Hæc quidem probroſus ſenex, cum vim tantam aſſereret homini etiam ſine Dei adjutorio ineſſe liberæ voluntatis, ut ſi vellet, poſſet inter adoleſcentulas verſari, contrectare, & tamen nullatenus inquinari. Talibus ergo ſuis conceſſa licentia, & dempto a ſacris virginibus candido pudoris velamine, ſuperinducto autem naturalis furvo tegmine libertatis; quod libidinum putas lutum ejuſmodi commixtione porcorum eſſe contractum, concretum, & augmentatum, longe ſuperans Augiæ ſtabulum Herculis ſudore mundatum?

XXXV. Sed etſi tanto ſues iſti eſſent obruti cœno libidinum, ſanctiſſimi tamen voluerunt hominibus apparere, nobilique veluti corona redimiti digni victores, qui thorace libertatis arbitrii potentes, ſpicula carnis ut ſagittas infantium ſe ſuperaſſe jactarent, ſicque divinam ſententiam reddidiſſent irritam, qua Sapiens aſſerit: (*c*) *Scivi quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det: & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum.* Hæc qui ſapit, non qui dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Adverſus ergo ejuſmodi ſociantes ſe ſacris virginibus pœnas decernit idem Gelaſius (*d*) in epiſtola data anno ſequenti ad univerſos Epiſcopos, qua & coercet clericos ejuſdem Piceni provinciæ negotiationibus & turpibus lucris vacantes.

(*c*) *Sap. 8.* (*d*) *Gelaſ. ep. 6. t. 1. ep. decret.*

XXXVI. Sed quod inſitum eſt hæreticis, cum prava & adverſantia Catholicæ fidei dogmata ſectanda proponunt, ut in eos quos ſciunt his adverſari viros ſanctiſſimos Catholicæ fidei defenſores mox jacula maledictionum intorqueant: audi quid de ſene bis puero, ter fatuo, quaterque improbo idem Gelaſius addat: *Adhuc majus ſcelus accreſcit, ut ſub conſpectu & præſentia ſacerdotum, beatæ memoriæ Hieronymum atque Auguſtinum Eccleſiaſticorum lumina magiſtrorum, muſcæ morituræ (ſicut ſcriptum eſt e) exterminant oleum ſuavitatis, lacerare contenderet. Sed quid miremur Eccleſiarum Præſules iſta negligere; quos (ſicut a multis audivimus) contra canones omnia gerere, & contra Apoſtolicam diſciplinam paſſim cuncta miſcere, manifeſtum eſt; non ſervatis regulis, ordinare; liciteque non ſolum monachos, ſed etiam miniſtros Eccleſiæ cum feminis ad peregrina migrantes, remeare rurſus, & ab aliis Epiſcopis in militiam provehi clericalem? Quæ cum ſingula toleranda non ſint: quis ſuſtineat tot & tanta facinora perpetrari, quibus ſpectaculum Gentilibus & Judæis & Hæreticis non immerito præbentes, in ipſum (quod abſit) tendere videantur religionis excidium? Digne iſta facientibus aptabitur illa ſententia dicentis Apoſtoli: (f) Nomen Dei per vos blaſphematur in Gentibus.* Ne vero hæc ulterius progrediantur, quibus ut altius coaleſcerent, quæ hactenus in Italia inter Odoacrem & Theodoricum fuere bella, occaſionem præbuerant, idem Pontifex his admonet verbis:

(*e*) *Eccl. 10.* Neglecta cuſtodia canonum. (*f*) *Rom. 2.*

XXXVII. Admonitio Gelaſii & comminatio. *Sufficiat igitur hactenus fuiſſe hæc commiſſa: & ut placetur Deus humanis rebus, ſolicitius divina curentur. Nuſquam loci prorſus inveniatur præfata peſtis aſſertor, nec acceſſum prorſus Eccleſiæ, vel uſquam participationem Catholicæ communionis inveniat, qui hæreticorum mavult ſubſequi nefaria profeſſione conſortium: & hi cum quibus antea probabitur noxium miſcuiſſe colloquium, niſi reſipiſcunt, & ab ejus ſocietate diſcedunt, ab Eccleſiaſtico remoti ſervitio, devota ultione plectantur, quo cæteris cavendi miniſtretur exemplum. Nullum adeat: nec uſquam loci damnata olim blaſphemia jam ſinantur.*

Diſcreta ſint habitationibus virorum atque feminarum (ſicut ſanctum propoſitum decet) exerceatur circumſpecta devotio. Contra canonum conſtituta nullus ad Eccleſiaſticum permittatur officium: non ignoratur eis provinciæ cujuſque Rectoribus, nec de præteritis ſe veniam reperturos erroribus, ſi deinceps diſſimulaverint vitare patefactos. Nec excuſationis de cætero relinquetur occaſio, ſi poſt præcepta præſentia, quæ per Romulum diaconum (cujus tolerantiam pro fide Catholica & pro religione vigilantiam gratiſſime comprobamus) duximus deſtinanda, quiſquis ſuper his omnibus aut contemptor, aut negligens deprehendetur Antiſtes. Sicut enim ad ſedis Apoſtolicæ moderamina pertinet, cunctis ſolicitudinem debitam miniſtrare congruenter Eccleſiis: ita neceſſe eſt ut in contumaces & deſides traditam ſibi divinitus non diſſimulet poteſtatem. Data Kal. Novemb. Albino V. C. Conſule: Quo (ut dictum eſt) Theodoricus regnare in Italia cœpit.

XXXVIII. Eccleſiæ Romanæ auctoritas integra ſub Ariano rege. Intueris, lector, nihil penitus Apoſtolici vigoris remiſſum vel hebetatum, deploratiſſimis licet temporibus, Ariano Rege omnibus Italiæ provinciis dominante; nihilque ſolitæ Romani Pontificis auctoritatis vel juris diminutum, quin idem Romanæ urbis Epiſcopus pro arbitrio abſque ullo implorato a Rege conſenſu liberas dirigeret legationes ad Italiæ provincias corrigendas; non quidem favore fultus Imperatoris, cui ſe conſtituerat adverſarium; non amicitia & gratia Theodorici regnantis, cui Ariano exiſtenti nulla poterat Pontifex communicationis compagine glutinari. Ut plane intelligas Romanæ Eccleſiæ ſummam auctoritatem barbarum Arianumque Regem reveritum eſſe, qui nulli fuit illius ſedis Epiſcopo impedimento, quin pleniſſima auctoritate cuncta quæ eſſent jurium ſedis Apoſtolicæ exerceret. Ut merito hac ea parte lugenda ſint tempora noſtra, dum ſub Principibus Orthodoxis ſæpe Catholica ingemiſcit Eccleſia, ſuis ubique juribus ſpoliata, quæ ſub æmulis Principibus hæreticis & barbarico gladio libera atque ſecura, ſuo decora ſplendore fulgebat, propriæ dignitatis ubique venerabilis majeſtate: eum ſubiici neſcia exigebat auctoritate ſua etiam ab hoſtibus dominantibus reverentiam. Sed ad Gelaſium redeamus adverſus Pelagianos agentem. Legitur ejus nomine volumen adverſus Pelagianam hæreſim, cujus eſt exordium: *De Pelagianis quidem ſenſibus*, &c. fine tamen carere videtur: at nulla de eo eſt mentio apud Gennadium, dum Gelaſii Papæ ſcripta relegit.

XXXIX. Quod ad Orientales res pertinet, ſub hoc eodem anni hujus Albini Conſulatu hæc Marcellinus in Chronico: *Bella civilia adverſus Anaſtaſii regnum apud Conſtantinopolim geſta ſunt. Statuæ Regis, Reginæque funibus per urbem tractæ. Julianus Magiſter militiæ nocturno prælio punctus, Getico ferro in Thracia confoſſus interiit.* Hæc ipſe: quæ accidiſſe videntur vulgi furore ſine capite debacchantis, quod indigne ferret (ut dictum eſt) excluſum germanum fratrem Zenonis, hominis ob profuſas impenſas plebi infimæ accepriſſimi. In ludis autem ſpectans vulgus tumultuatum eſſe, habent etiam litteræ Gelaſii Papæ ad Anaſtaſium, anno ſequenti ſuo loco ponendæ. Sed quæ ſine auctore vel duce tumultuaria graſſatio facta eſt, cito deferbuit. Quomodo vero poſt hæc detectus Euphemius Conſtantinop. Epiſcopus favere Iſauris, indignationem commeruit Imperatoris, ſuo loco dicturi ſumus. Vulgi tumultus Conſtantinopoli.

XL. Quomodo Epiſcopi Orthodoxi communicent Euphemio. De Eccleſiaſticis autem controverſiis hoc anno Conſtantinopoli agitatis habet hæc Cyrillus (a): *Tertio anno Imperii Anaſtaſii incidit gravis ſeditio inter eos qui præerant Eccleſiis, Romanis quidem Pontificibus diffidentibus & Byzantinis; quod Acacium, qui Conſtantinopolitanus quidem fuit Epiſcopus, de rebus autem Chriſtianis non recte ſentiebat, inſcriptum haberent in ſacris Diptychis Byzantini, rurſus excluſis Alexandrinis, qui Chalcedonenſem quidem Synodum feriebant anathemate, Dioſcori autem admittebant communionem. Cum ergo inter eos invicem magna eſſet diſſenſio; qui prius dictus eſt Elias Epiſcopus Hieroſolymitanus, ſolius Euphemii, qui erat Conſtantinopoli, amplexabatur communionem, Occidentalibus (ut diximus) depugnantibus; Palladio vero Antiocheno, ad gratiam intuente Imperatoriam, & ideo Chalcedonenſem quidem Synodum feriente anathemate, ea autem amplectente quæ tenebant Alexandrini, utpote quod Anaſtaſius eadem quæ Alexandrini ſentiret.* Hæc Cyrillus.

(a) Cyrill. in Vit. Sabæ c. 69. Sur. t. 6.

XLI. At dum laudat Eliam, quod Euphemii tantummodo communionem teneret, abſque dubio id egit, quod probaret, defenderetque Concilium Chalcedonenſe, rejectum ab Alexandrinis (quos nominat Occidentales) & a Palladio Epiſcopo Antiocheno, atque ab ipſo denique Anaſtaſio Imperatore: adeo ut res tunc Catholicæ fidei in Oriente in eo viderentur ſtatu repoſitæ, ut omnes (ut dictum eſt) qui eſſent Catholici Euphemio communicarent; quod ſi ſecus agerent, viderentur conſentire hæreticis primarum ſedium Patriarchis, & Imperatoris ſequi perfidiam. Ut non mireris, ſi Elias vir ſanctiſſimus habitus, in meditullio poſitus inter Alexandrinum & Antio-

Digitized by Google

tiochenum, hæreticos Patriarchas, ſe cum Euphemio propugnante fidem Catholicam conſentire profeſſus ſit: eum tamen non ob hanc cauſam ipſum Eliam diuerimus inter ſchiſmaticos numerandum, quod Euphemio communicaret: nam licet (ut idem teſtatur Cyrillus) controverſiæ hoc anno maiores verterent inter Romanum Epiſcopum & Conſtantinopolitanam; nondum tamen eo res progreſſa erat, ut Gelaſius Papa in Euphemium damnationis ſententiam protuliſſet, quando autem id factum ſit, ſuo loco dicemus. Rurſum vero non erat pro Romana Eccleſia in Oriente legatus, qui colligeret abſque Euphemii communicatione Catholicos: nam vidimus res Eccleſiaſticas commiſiſſe Gelaſium Papam Fauſto uni ex legatis Theodorici Regis: quod procaldubio non feciſſet, ſi aliquis legatus Apoſtolicæ ſedis fuiſſet in Oriente, cui ea more agenda tractandaque committere valeret. Neque enim in litteris ad Euphemium, vel ad Imperatorem datis, vel ad Epiſcopos Macedoniæ miſſis ulla eſt de aliquo mentio, qui in Oriente vices ageret Apoſtolicæ Sedis. Hæc ad Eliæ Epiſcopi excuſationem dicta ſunto.

XLII. Sub hoc eodem anno ſecundo Gelaſii Papæ facta ponitur (a) inventio cryptæ Gargani montis in Apulia, quæ ex apparitione S. Michaelis Archangeli reddita celeberrima, pio eſt cultui mancipata. Rei geſtæ extat hiſtoria, in eo tamen emendanda, dum ibi dicitur bellum tunc viguiſſe inter Neapolitanos & Sipontinos; reſtituendamque eſt, Inter Odoacrem & Theodoricum: cujuſmodi enim bello & non alio privato tunc vexabatur Italia: cum Sipontini, qui ſe Theodorico dediderant, male habiti ſunt ab Odoacre. Quamobrem occiſo tandem Odoacre, ſumma rerum potitus idem Theodoricus Sipontinis negotiatoribus duorum annorum tributa relaxari juſſit, Extat de his epiſtola ejuſdem Regis ad Fauſtum Præpoſitum (b). Crevit majoribus in dies acceſſionibus ſemel cœptus illic religioſus cultus S. Michaelis Archangeli, quem & univerſa Occidentalis Eccleſia anniverſaria ſolemnitate celebrandum ſuſcepit; & locus ipſe ob ingentia illic ſolita edi miracula jugi in poſterum peregrinatione Fidelium eſt frequentatus.

(a) *Sigebert. hoc ann. 2. Gelaſ.*

De apparitione S. Michaelis in Gargano monte.

(b) *Apud Caſſio. Var. l. 2. ep. 38.*

XLIII. Cæterum alia apparitione erat Romæ illuſtris memoria S. Michaelis Archangeli, in cujus venerationem annua feſta dies peragi conſuevit. In ejus laudem Drepanius Florus celebris ætatis ſuæ poeta cecinit ſacrum hymnum; in ipſius vero exordio hæc de ejus apparitione, feſtaque die (c):

Cultus Romæ S. Michaelis Archangeli.

(c) *Extat t. 8. Bibl. ſan.*

Clarent Angelici ſublimia feſta diei
Allatura pia dona beata anima.
Hunc etenim Michael aulæ cæleſtis alumnus
Conſpicuo nobis conſecrat ore diem,
Dignatur Petri, Paulique inviſere ſedem,
Imperiumque fovens, inclyta Roma, tuum.
Qui proceres inter pia mœnia luce coruſcet,
Egregio vultu ſplenduit orbe novo.
Cum Deus expulſis lucem depromeret umbris,
Conderet & ſtabilem nocte ruente diem, &c.

Ex quibus facile intelligas, ante apparitionem in Gargano factam, jam celebrem Romæ fuiſſe cultum ejuſdem Michaelis Archangeli.

XLIV. Porro ipſe Drepanius, cognomento Florus, diverſus plane eſt ab eo, cujus Sidonius Apollinaris in epiſtola ad Lupum (d) meminit ſicut & Anthedii æque poetæ, de quo idem in carmine ad Felicem. De eo etiam errare illi convincuntur, qui Drepanium Florum ad tempora reiiciunt S. Gregorii Papæ. Longe vero ante hæc tempora ſub Theodoſio Majore alter Drepanius vixit clarus orator, quem Panegyricum eidem Theodoſio dixiſſe meminimus: quem & illum putamus qui eodem tempore Proconſulatum in Africa geſſit, ad quem extat ejuſdem Theodoſii reſcriptum (e); qui Pacatus dictus reperitur: hic autem poeticis facultatibus notus, Florus eſt nuncupatus. At de his ſatis.

(d) *Sidon. l. 8. ep. 11.*

De duobus Drepaniis.

(e) *De exhib. reip. lib. 4. C. Theod.*

JESU CHRISTI ANNUS	GELASII PAP. ANNUS	ANASTASII IMP. 4. THEODOR. REG. 2.
494.	3.	

I. Reditus legatorum.

CHriſti annus quadringenteſimus nonageſimusquartus Conſulatu Aſterii atque Præſidii illuceſcit: quo remeantibus Theodorici Regis legatis circa finem anni ſuperioris Conſtantinopolim miſſis, nunciatiſque Gelaſio Papæ quæ ab Imperatore Anaſtaſio accepiſſent; ipſe Gelaſius apologeticam epiſtolam ad eumdem Auguſtum conſcripſit: Citatur ipſa in Capitularibus (a) Regum Franchorum: eſt namque celebris ob argumenti egregii dignitatem. Reddemus eam integre, ut par eſt, exemplaribus Vaticanis e mendis (quantum licuit) emaculata: ſic enim ſe habet, ut in ea ſacerdotalis effulgeat eminentia, & rerum geſtarum co-

(a) Capitul. Franc. l. 5. c. 167.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 1987.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DXXXII. A. C. 494.

☉ 27. B. ☽ 1. P. 10. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 494.

GELASII PAPÆ 3.

ANASTASII IMP. 4.

THEODORICI REG. 2. & 6.

I. Conſules.

[1] COſſ. *Turcius Rufius Apronianus Aſterius*, Occidentalis, & *Præſidius* etiam Occidentalis Em. Card. Noriſius in Cenotaphiis Piſanis Diſſert. IV. §. 1. de *Aſterii* hoc anno Conſulis familia, nomine, cognominibus, ac dignitatibus egregie diſſerit, Viroſque doctiſſimos refellit, qui eum cum *Aſterio*, verius *Aſturio* anno CDXLIX. Conſule confudere. Ipſemet Aſterius in eximio codice Virgilii in Biblioth. Medicea aſſervato, & a mille ducentis circiter annis exarata his omnibus nominibus ſe appellat, ſubiicitque elegans epigramma de triplicibus ludis Circenſibus Scenicis, & Theatralibus, ob honorem ſibi delati Conſulatus a ſe editis. Cardinalis Noriſius ibidem exiſtimat *Præſidium* Conſulem in Oriente renunciatum, quia, inquit, *in Faſtis Græcis primo loco ponitur ante Aſterium, uti patet ex Chronico Alexandrino; cum tamen in Latinis Faſtis Caſſiodori, & Auctarii Victorii Aquitani, aliiſque Præſidius poſt Aſterium nominetur*. Verum tam in Faſtis Græcis ſeu Chronico Alexandrino, & in Faſtis Græcis Heracha-

NOTÆ [1] COſſ. *Turcius Rufius Apronianus Aſterius & Præſidius*; Fabrettus pag. 759. num. 649.

DEPOSITVS. XIII. KAL. APRIL. CONS. ATERI. ET PRESIDI CC. VV.

Hic *Turcius Rufius Aſterius* vulgaſſe dicitur Sedulii Poetæ Chriſtiani carmen, qua de re V. C. Juſtus Fontaninus de Antiquitatibus Hortæ lib. II. cap. III. pag. 229. Vulgati enim Sedulii & libri & codices plerique habent, carmen illud Paſchale Sedulii luci datum *a Turcio Rufio Aſterio Quinto* V. C. *Exconſule ordinario atque Patricio*. At in codice Sedulii pervetuſto Bibliothecæ Othobonianæ num. 553. olim in Bibliotheca Reginæ Svecorum num. 1396. legitur, vulgatum fuiſſe carmen a *Turcio Ruffo Aſterio quinto vicario conſule ordinario atque Patricio*. Mox ſequitur: *Incipit ars Sedulii Poetæ qui primo laicus in Italia philoſophiam didicit, poſtea cum aliis metrorum generibus heroicum metrum Macedonio conſulente docuit. In Achaja libros ſuos ſcripſit in tempore Imperatorum minoris Theodoſii filii Archadii & Valentiniani. Conſtantii pax*. Paullo aliter præferunt, quæ Fontaninus ex Analectis Mabillonii, & ex Uſſerio prodit. Cenſet autem longe antea, Sedulii carmen fuiſſe vulgatum, & quidem C. A. D. 434. recognitum vero & emendatum, iterum vulgatum fuiſſe ab *Aſterio*. Quid ſi dixeris, Sedulii libros ſcriptos fuiſſe, A. D. 420. ex nomine *Conſtantii*, qui in codice Othoboniano legitur? *Conſtantius* enim poſtquam A. D. 417. *Placidiam* Honorii ſororem duxerat, A. D. 421. Auguſtus eſt renunciatus, quo etiam anno periit. Apud Victorium Aquitanum legitur: *Aſterio & Præſidio*. Epiſtola S. Gelaſii Papæ: *Aſterio & Præſidio* VV. CC. *Coſſ.*

Inſcriptiones baſilicæ S. Pauli num. 207. DEPOSITA. IN. PACE...... ASTERIO. ET. *Præſidio* VV. CC. *Conſ.* Alia item ex Sirmondo ad Ennodium epiſt. XXIV. apud Reineſium pag. 412.

FL. ASTVRIVS V. C. ET. INL. COM.
ET MAG. VTRIVSQVE MILIT.
CONS. ORD.

Epitaphium Sancti Johannis Archiepiſcopi Ravennatis erutum e veterrimo pavimento Metropolitanæ Eccleſiæ Ravennatis A. D. 1754.

✠ HIC REQ. IN P SCS PAP IOHAN Q SD AN. XVI.
M. X. D. XVII. DP. SVB D. NON. NN. ASTERI. ET
PRAES. VV. CC.

Ex his patet, *Johannem* conſecratum fuiſſe A. D. 477. die XXI. Auguſti, qui incidit in Dominicam, littera Dominicali B. eo anno.

Epitome temporum & Indiculus Paſchæ: *Aſterio & Præſidio*. GEORGIUS

Digitized by Google

(a) Gelaſ. epiſt. 10.

cognitionem haud mediocrem exhibeat: Eſt autem hujuſmodi (a):

II. Gelaſii Papæ ad Anaſtaſ. Imp. epiſtola.

Famuli veſtræ pietatis, filii mei, Fauſtus Magiſter, & Irenæus viri illuſtres, atque eorum comites publica legatione fungentes, ad Urbem reverſi, clementiam veſtram quæſiſſe dixerunt, cur ad vos meæ ſalutationis ſcripta non miſerim. Non meo, fateor, inſtituto: ſed cum directi dudum de partibus Orientis, vel videndi me, licentiam ſibi veſtris præceptionibus abnegatam, totâ Urbe diſperſerint; a litteris credidi temperandum, ne oneroſus potius quam officioſus exiſterem. Videtis igitur non mea diſſimulatione proveniſſe, ſed competentis fuiſſe cautelæ, ne reſpuentibus animis moleſtias irrogarem. Sed ubi ſerenitatis tuæ benevolentiam comperi, præfatis indicantibus, humilitatis meæ clementer expetiſſe ſermonem; jam re vera perpendi, imputandum non immerito mihi, ſi tacerem: quia, glorioſe fili, te ſicut Romanus natus & Romanum Principem amo, colo, ſuſcipio; & ſicut Chriſtianus, cum eo qui zelum Dei habet, ſecundum ſcientiam habere deſidero; & qualiſcumque Apoſtolicæ ſedis Vicarius, quodcumque plenæ fidei Catholicæ deeſſe compererо, pro meo modulo ſuggeſtionibus opportunis ſupplere contendo.

III. *Diſpenſatione etenim mihi divini ſermonis injunctu: væ mihi eſt, ſi non evangelizavero. Quod cum Vas electionis B. Paulus Apoſtolus formidet & clamet (b): multo magis mihi exiguo metuendum eſt, ſi divinitus inſpiratum & paterna devotione tranſmiſſum ſubtraxero miniſterium prædicandi. Pietatem tuam precor, ne arrogantiam judices divinæ rationis officium. Abſit, quæſo, a Romano Principe, ut intimatam ſuis ſenſibus veritatem arbitretur injuriam. Duo quippe ſunt, Imperator Auguſte, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas: in quibus tanto gravius eſt pondus ſacerdotum, quanto etiam pro ipſis Regibus Domino in divino reddituri ſunt examine rationem. Noſti etenim fili clementiſſime, quod licet præſideas humano generi dignitate, rerum tamen Præſulibus divinarum devotus colla ſubmittis, atque ab eis cauſas tuæ ſalutis expetis; inque ſumendis cæleſtibus ſacramentis, eiſque (ut competit) diſponendis, ſubdi te debere cognoſcis religionis ordine potius quam præeſſe. Noſti itaque inter hæc, ex illorum te pendere judicio, non illos ad tuam redigi velle voluntatem.*

(b) 2. Cor. 5.

Pontificis eſt admonere Imperatorem.

IV. Leges omnes juſtas recipit Eccleſia.

Si enim quantum ad ordinem pertinet diſciplinæ, cognoſcentes Imperium tibi ſuperna diſpoſitione collatum, legibus tuis ipſi quoque parent religionis Antiſtites, ne vel in rebus mundanis excluſæ videantur obviare ſententiæ: quo, rogo, te decet affectu eis obedire, qui pro erogandis venerabilibus ſunt attributi myſteriis? Quod audis Gelaſium profiteri Pontifices obedire legibus Principum; jam dictum eſt iterum ſuperius, nec refugiſſe Romanos Pontifices parere legibus Ethnicorum, immo & perſecutorum Imperatorum, quæ juſtitia pollerent & veritate. Pergit vero Gelaſius: *Proinde ſicut non leve diſcrimen incumbit Pontificibus ſiluiſſe pro Divinitatis cultu, quod congruit: ita his (quod abſit) non mediocre periculum eſt, qui cum parere debeant, deſpiciunt.*

V. Excellentia ſedis Apoſtolicæ.

Et ſi cunctis generaliter ſacerdotibus recte divina tractantibus Fidelium convenit corda ſubmitti: quanto potius ſedis illius Præſuli conſenſus eſt adhibendus, quem cunctis ſacerdotibus & Divinitas ſumma voluit præminere, & ſubſequens Eccleſiæ generalis jugiter pietas celebravit? Ubi pietas tua evidenter advertit, numquam quolibet penitus humano conſilio elevare ſe quemquam poſſe illius privilegio vel confeſſioni, quem Chriſti (c) vox prætulit univerſis, quem Eccleſia venerandu confeſſu ſemper eſt & habet devota Primatem. Impeti poſſunt humanis præſumptionibus quæ divino ſunt judicio conſtituta; vinci tamen quorumlibet poteſtate non poſſunt. Atque utinam ſic contra nitentibus pernicioſa non ſit audacia, quemadmodum quod ab ipſo ſacræ religionis auctore præfixum eſt, non poteſt ulla virtute convelli. Firmamentum enim Dei ſtat.

(c) Matt. 16.

VI. *Numquidnam cum aliquibus infeſtata religio eſt, quantacumque potuit novitate ſuperari, & non magis hoc invicta permanſit, quo æſtimata eſt poſſe ſuccumbere? Deſinant ergo (quæſo te) temporibus tuis quidam per occaſionem perturbationis Eccleſiaſticæ præcipitanter ambire quæ non licet; ne & illa quæ male appetunt, nullatenus apprehendant, & modum ſuum apud Deum & homines non teneant. Quapropter ſub conſpectu Dei pure ac ſincere pietatem tuam deprecor, obteſtor, & exhortor, ut petitionem meam non indignanter accipias. Rogo, inquam, ut me in hac vita potius audias deprecantem, quam (quod abſit) in divino judicio ſentias accuſantem. Nec me latet, Imperator Auguſte, quod pietatis tuæ ſtudium fuerit in pri-*

Captat apud Anaſtaſium benevolentiam Gelaſius.

PAGIUS clianis, qui quando Card. Noriſius Cenotaphia Piſana elucubravit, lucem non viderant, quam in omnibus Faſtis Latinis, qui ſuperſunt, *Præſidius* poſt *Aſterium* nominatur, ſicuti & in tribus Gelaſii Papæ Epiſtolis Aſterii & Præſidii Conſulatu notatis. Quare non minus ac *Aſterius* Conſul Occidentalis fuit, licet Onuphrius eum etiam in Oriente creatum velit. Denique apud Mabillonium lib. 5. de Re Diplomatica pag. 354. Aſterius dicitur *Curcius Rufius Apronianus* ex inſcriptione de qua infra, ab Aldo Juniori mendoſe deſcripta.

privata vita. Optaſti ſemper fieri particeps promiſſionis æternæ. Quapropter noli, precor, iraſci mihi, ſi te tantum diligo, ut regnum quod temporaliter aſſecutus es, velim te habere perpetuum, & qui imperas ſæculo, poſſis regnare cum Chriſto.

VII. *Tuis certe legibus, Imperator, pateris nihil perire, Romano nomini nullum admittis ingeri detrimentum. Itane verum eſt, Princeps egregie, qui non ſolum præſentia Chriſti beneficia, ſed deſideras & futura, ut religioni ac veritati, ut ſinceritati Catholicæ communionis & fidei temporibus tuis patiaris quemquam inferre diſpendium? Qua fiducia, rogo te, illic ejus præmia petiturus es, cujus hic damna non prohibes? Non ſunt gravia, quæſo te, quæ pro tuæ ſalutis æternitate dicuntur. Scriptum legiſti (a): Meliora ſunt vulnera amici, quam oſcula inimici. Quæſo pietatem tuam, ut quæ affectu dicuntur a me, eo tuis ſenſibus intimentur. Nemo pietatem tuam fallat. Verum eſt quod figuraliter per Prophetam Scriptura teſtatur (b): Una eſt columba mea una eſt perfecta mea: Una eſt Chriſtiana fides, quæ eſt Catholica: Catholica autem veraciter illa eſt, quæ ab omnium perfidorum, atque ab eorum ſucceſſoribus atque conſortibus ſincera, pura immaculata, communione diviſa eſt. Alioquin non erit divinitus mandata diſcretio ſed miſeranda confuſio. Nec ulla cauſa jam ſupereſt, ſi hoc in quolibet contagio voluerimus admittere, ne cunctis hæreſibus aditum januamque pandamus. Qui enim in uno offenderit (c), omnium reus eſt. Qui minima ſpernit (d), paulatim decidit.*

(a) Prov. 27.

(b) Cant. 6.

(c) Jacob. 2.

(d) Eccl. 19.

VIII. Quid potiſſimum caveat ſedes Apoſtolica.

Hoc eſt, quod ſedes Apoſtolica magnopere cavet, ut quia mundo radix eſt Apoſtoli glorioſa confeſſio, nulla rima pravitatis, nulla prorſus contagione maculetur. Nam ſi (quod Deus avertat, quod fieri non poſſe confidimus) tale aliquid proveniret: unde cuiquam reſiſtere auderemus errori? vel unde correctionem erraƚibus poſceremus? Proinde ſi pietas tua unius Civitatis populum negat poſſe pace componi? quid nos de totius Orbis terrarum ſumus univerſitate facturi, ſi (quod abſit) noſtra fuerit prævaricatione deceptus? Si totus correctus eſt mundus, profana patrum ſuorum traditione deſpecta; quomodo non corrigatur unius Civitatis populus, ſi prædicatio fida ſuccedat? Hæc ingerens Gelaſius, haud dubium de Acacii abolendo nomine, cui cives faverent, intelligit; & proinde ſubdit: *Ergo glorioſe Imperator, volo ego Eccleſiarum pacem; quam, etiamſi cum mei ſanguinis impendio provenire poſſet, amplector. Sed precor te cujuſmodi debeat eſſe pax ipſa, non utcumque; ſed veraciter Chriſtiana mente libremus.*

IX. *Quomodo enim poteſt eſſe pax vera, cui charitas intemerata defuerit? Charitas autem qualiter eſſe debeat, nobis evidenter Apoſtolus prædicat, qui ait (e): Charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Quomodo (quæſo te) de corde erit puro, ſi contagio inficiatur externo? Quomodo de conſcientia bona, ſi pravis fuerit maliſque commixta? Quemadmodum fide non ficta ſi maneat ſociata cum perfidis? Quæ cum a nobis ſæpe jam dicta ſint, neceſſe eſt tamen inceſſabiliter iterari, & tamdiu non taceri, quamdiu nomen pacis obtenditur: ut noſtrum non ſit (ut invidioſe jactatur) facere pacem, ſed talem velle doceamus, qualis & ſola pax eſſe, & præter quam nulla eſſe monſtratur. Eutychianum certe dogma, contra quod Apoſtolicæ ſedis cautela pervigilat, ſi creditur ſalva fidei Catholicæ poſſe veritate conſtare, promatur, aſſeratur; & quantislibet viribus adſtruatur; ut non ſolum per ipſum, quam inimicum ſit fidei Chriſtianæ poſſit oſtendi, ſed quantas & quam lethales hæreſes in ſua contineat colluvione, monſtrari. Si autem (ut magis confidimus) a Catholicis judicatis mentibus excludendum: quæſo te, cur non & contagia ſimul eorum, qui hæc probantur eſſe polluti, decernitis refutanda? cum dicat Apoſtolus, (f) non ſolum qui non facienda faciunt, reos videri, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.*

(e) 1. Tim. 1.

Quæ ad pacem veram requirantur

(f) Rom. 1.

X. Qui ſe indignos venia conſtituunt.

Proinde ſicut non poteſt, perverſitatis communicatore ſuſcepto, non pariter perverſitas, approbari; ſic non poteſt refutari perverſitas, complice ſectatore perverſitatis admiſſo. Legibus certe veſtris criminum conſcii, ſuſceptoreſque latrocinantium pari judiciorum pœna conſtringuntur; nec expers facinoris æſtimatur, qui licet ipſe non fecerit, facientis tamen familiaritatem fœduſque receperit. Proinde cum Chalcedonenſe Concilium, pro fidei Catholicæ atque Apoſtolicæ veritate communioneque celebratum, damnaverit Eutychetem deteſtandi furoris auctorem, non ſatis habuit niſi ut pariter ejus quoque conſortem Dioſcorum cæteroſque percelleret. Hoc igitur modo ſicut in unaquaque hæreſi vel factum ſemper, vel fieri, non habetur ambiguum, ſucceſſores eorum Timotheum, Petrum, atque alterum Antiochenum Petrum, non viritim propter ſingulos quoſque rurſus facto Concilio, ſed Synodi ſemel acta regula conſequenter eliſit. Quemadmodum ergo non evidenter apparet, etiam cunctos ſimili tenore conſtringi, & qui eorum communicatores & complices extiterunt, atque omnes omnino a Catholica & Apoſtolica merito communione diſcerni? Hinc Acacium quoque jure dicimus a noſtro conſortio ſubmovendum,

qui

qui maluit in ſortem tranſire perfidiæ, quam in Catholica & Apoſtolica communionis ſinceritate conſtare; cum fere per triennium, ne in id veniret, Apoſtolicæ ſedis epiſtolis docentur competenter inſtructus. Poſtquam vero communionis eſt factus alienæ, non potuit aeſi a Catholica & Apoſtolica mox ſocietate præcidi; ne per eum, ſi vel paululum ceſſaremus, nos quoque videremur ſubiiſſe contagia perfidorum.

XI. Commixtione malorum malus quis efficitur. *Sed re vera vel tali perculſus pœna reſipuit, correctionem promiſit, emendavit errorem? aut ille tractatus lenius voluerit coerceri, qui etiam verbera dura non ſenſit? Quo in ſua perfidia & damnatione moriente, tam ejus in Eccleſiaſtica recitatione non poteſt nomen adſcribi, quam externæ contagium non debet communicationis admitti. Quapropter aut doceatur ab hæretica participatione ſincerus, quorum ſe ille communicationi permiſcuit; aut cum iiſdem non poteſt non repelli.*

XII. Quid prætexerent Orientales Epiſc. *Si autem ſuſurrant Orientis Epiſcopi, quod ad eos ſedes Apoſtolica non iſta conſcripſerit, quaſi vel ipſi de recipiendo legitime Petro ſedem Apoſtolicam ſuis litteris fecerint certiorem; vel hujus receptionis incondita non jam pariter complices extitiſſent, quem ſicut vere non poſſunt docere ab hæretica pravitate fuiſſe purgatum, ita ſe hæreticorum nullatenus poterunt excuſare conſortes. Quod ſi fortaſſis adſtruxerint, quod ad Apoſtolicam ſedem de ſuſceptione Petri per Acacium cuncti conſona voce retulerint; per eumdem ſibimet omnes pari voce ſentiunt fuiſſe reſcriptum. Apoſtolicæ vero ſedis auctoritas, quod cunctis ſæculis Chriſtianis Eccleſiæ prælata ſit univerſæ, & canonum ſerie paternorum, & multiplici traditione firmatur. Sed vel hinc, utrum ſibi quiſquam contra Nicænæ Synodi conſtituta quippiam valeat uſurpare, collegio poteſt unius communionis oſtendi non meatibus externæ ſocietatis aperiri. Apud illos ſi quis confidit, egrediatur in medium, & Apoſtolicam ſedem de utraque parte revincat & inſtruat. Tollatur ergo nomen e medio, quod Eccleſiarum diſcretionem procul a Catholica communione operatur; ut ſincera pax fidei, communioniſque reparetur & unitas: & tunc quis noſtram contra venerandam vel inſurrexerit, vel nitatur inſurgere vetuſtatem, competenter & legitime perquiratur: & illic apparebit, quis modeſto propoſito cuſtodiat formam, traditionemque majorum; qui ſupra hæc irreverenter inſiliens, rapina æqualem poſſe fieri arbitretur.*

XIII. *Quod ſi mihi populi Conſtantinopolitani perſona proponitur, per quem dicatur, nomen ſcandali, id eſt Acacii, non poſſe removeri. Taceo quia & hæretico quondam Macedonio pulſo, & Neſtorio nuper ejecto, plebs Conſtantinopolitana Catholica permanere delegerit potius, quam majorum Præſulum damnatorum affectione retineri. Taceo, quod qui ab eiſdem ipſis damnatis Præſulibus baptizati fuerant, in fide Catholica manentes, nulla ſunt exagitatione turbati. Taceo, quod pro rebus ludicris populares tumultus nunc etiam veſtræ pietatis auctoritas refrænaverit: atque ideo multo magis pro ſalute animarum ſuarum neceſſario vobis Conſtantinopolitanæ civitatis obtemperat multitudo, ſi eam ad Catholicam & Apoſtolicam communionem vos Principes reducatis. Etenim Imperator Auguſte, ſi contra leges publicas aliquid (quod abſit) quiſpiam fortaſſe tentaret, nulla pati id ratione potuiſſes; ad Divinitatis purum ſincerumque devotionem ut tibi plebs ſubdita redigatur, conſcientiæ tuæ non putas intereſſe? Poſtremo ſi unius civitatis populi animus non putatur offendi, ne divina (ut res poſtulat) corrigantur: quanto magis ne divina offendantur, Catholici nominis univerſi piam fidem nec lædere debemus omnino, nec poſſumus? Et tamen iidem noſtra ſe poſcant voluntate ſanari.* — Falſa excuſatio de populo refragante.

XIV. *Competentibus ergo ſinant curari ſe poſſe remediis: alioquin (quod abſit) in eorum tranſeundo perniciem, cum illis perire poſſumus, ipſos autem ſalvare non poſſumus. Jam hic quod ſit magis ſequendum, ſub divino judicio veſtræ conſcientiæ derelinquo: utrum (ſicut nos optamus) ſimul omnes certam redeamus ad vitam; an (ſicut illi poſcunt) manifeſtam tendamus ad mortem. Sed adhuc Apoſtolicam ſedem ſibi medicinalia ſuggerentem, ſuperbam vocare arrogantemque contendunt. Habet hoc qualitas ſæpe languentium, ut accuſent magis medicos congruis obſervationibus ad ſalubria revocantes, quam ut ipſi ſuos noxios appetitus deponere vel reprobare conſentiant. Si nos ſuperbi ſumus, qui animarum remedia convenientia miniſtramus; quid vocandi ſunt qui reſultant? Si nos ſuperbi ſumus, qui obediendum paternis dicimus inſtitutis; qui refragantur, quo appellandi ſunt nomine? Si nos elati ſumus, qui divinum cultum puro atque illibato cupimus tenore ſervari; qui contra Divinitatem quoque ſentiunt, dicant, qualiter nuncupentur? Sic & nos cæteri, qui in errore ſunt, æſtimant, quod eorum non conſentiamus inſaniæ. Ubi tamen ſpiritus ſuperbiæ veraciter conſiſtat & pugnet, veritas ipſa indicat.* Hactenus ad Anaſtaſium Auguſtum Gelaſius Papa. — Injuſte ſuperbiæ redarguitur Apoſtolica ſedes.

XV. Anaſtaſius occulte hæreticus. Quod autem tota hac epiſtola in eo tantummodo verſetur Gelaſius, ut reprehendat eos qui Acacii nomen adhuc reti-

ne-

gerent in Diptychis; nec in Anaſtaſium tamquam in hæreticum improbantem. Chalcedonenſe Concilium invehatur: intelligere ſatis poſſumus, ipſum Imperatorem haud eo palam provenifſe audaciæ, ut ſe Eutychianum eſſe hæreticum & Acephalorum ſectæ ſigniſerum propalarit. Poſt hæc enim, & non ante præſentem annum Anaſtaſium prœlium excitare cœpiſſe adverſus Catholicam fidem, Marcellinus profitetur in Chronico, qui addit cum perſecutione prodigioſe eſſe terræmotum exortum: *Maximus terræmotus* (inquit) *extitit, ex quo Laodicea, Hierapolis, atque Agathicum civitates eadem tempore proſtratæ ſunt. Hæc Marcellinus.*

XVI. At ne iſtis quidem datis hoc anno a Gelaſio Papa litteris, vel minimum Anaſtaſius perſuaderi valuit, ut remoto obice, Eccleſiis unio redderetur & pax; Euphemio inſuper cum ſuis in ſententia obſtinate perſiſtente, immo & alios ab Apoſtolicæ ſedis communione revocare conante: cum ad decipiendos ſimplices illa jactaret, non eſſe ejuſmodi inter ſe & Gelaſium quæſtionem, qua Catholica communio ſolvi deberet; utpote quod non de fide (ut mentiebatur) ſed de moribus altercatio orta eſſet: per Apoſtolicam vero ſedem magis exerceri vindictam, quod ab Acacio ſpreta eſſet, quam juſtitiam defendi. His & aliis ille prætextibus dum involveret eos qui antea ſecum communicare renuerant, in ſuas partes blandis ſermonibus captivos abducere ſatagebat.

Falſi prætextus ſchiſmaticorum.

XVII. Attamen complures ab eo reſilierunt omnino, forteſque in ſententia permanſere, ut Epiſcopi Dardaniæ & Illyrici, qui nullis induci valuere argumentis, ut communicarent cum Euphemio & aliis illi conjunctis Epiſcopis. Docent id quidem litteræ Gelaſii Papæ hoc eodem anno ſub dictis Conſulibus datæ tertio Nonas Auguſti: cum ad eoſdem in fide conſolidandos idem Pontiſex duos legatos miſit Cyprianum atque Macarium, ambos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconos: quibus & dictas litteras dedit, quas a laude dictorum Antiſtitum verbis iſtis exorditur (a):

Duo Legati miſſi a Gelaſio Papa.

(a) *Gelaſ. ep. 8. t. 1. ep. decretal. Rom. Pont.*

XVIII. *Audientes Orthodoxæ veſtra dilectionis in Chriſto conſtantiam, atque ita vos antiquæ fidei, communioniſque ſinceræ traditionibus inhærentes, ut mentem Chriſtianæ deditam veritati nullatenus infecerint prævaricatorum vicina contagia: magnificavimus Dominum; charitatemque veſtram miſſis litteris alloqui per religioſos filios noſtros Cyprianum atque Macarium diacones tota cordis aviditate curavimus. Quoniam pro ſedis Apoſtolicæ principatu, ejus ſolicitudo delegata divinitus, cunctis debetur Eccleſiis: nos* (b) *vivimus, ſi vos ſtatis in Domino: magniſque gaudiis triumphamus, cum ubique terrarum Dominum Sabaoth ſemen puræ confeſſionis reliquiſſe cognoſcimus, &c.* Ad finem vero hæc de falſis ſchiſmaticorum prætextibus: *Nec quiſquam omnino vobis perſuadeat, Acacio prævaricationis ſuæ crimen fuiſſe laxatum: quia qui poſtquam in collegium recidens pravitatis, jureque meruit ab Apoſtolica communione ſecludi, in hac quidem perſiſtens damnatione defunctus eſt: abſolutionem quam ſuperſtes nec quæſivit omnino, nec meruit, mortuus jam non poteſt impetrare.* Et inferius: *Sed neque vos quiſquam circumvenire pertentet, quod dicat non de religione, ſed de moribus eſſe certamen: vel Apoſtolicam ſedem non cauſam communionis Catholicæ fideique tractare, ſed injuriam dolere, cum videatur ab Acacio fuiſſe contempta: quoniam hæc & hujuſmodi, quatenus ſimplices quoque decipiant, hi qui in errore ſunt poſiti, ſpargere non quieſcunt. Videtis enim (ſicut ſupra jam dictum eſt) per nomina prævaricatorum, ſi (quod abſit) in Eccleſia recitanda credantur, ſimul & contagium prævaricationis induci. Sedes autem Apoſtolica in tantum non contumeliam docet, ſed fidem defendit, &c.* Quæ inſuper ad excuſationis prætextum iidem Orientales ſchiſmatici addiderint, dicemus ſuo loco anno ſequenti.

Gelaſii epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ & Illyrici.

(b) *1. Theſſal. 3.*

XIX. Placuit autem inter hæc Gelaſio, congregato Romæ Concilio ſeptuaginta Epiſcoporum, in eodem quæcumque ad fidem Catholicam illibate cuſtodiendam, diſſidia tollenda, pacemque in Eccleſia reſtituendam ſpectare viderantur, communi omnium Epi-

Concilium Romanum LXX. Epiſcoporum.

PAGIUS II. A num. XIX. ad XXIII. Decretum de Scripturis Divinis, & Opuſculis Sanctorum Patrum, *quæ in Eccleſia Catholica recipiuntur* valde urget Heterodoxos, qui traditionem reiiciunt, & librorum Canonicorum numerum pro libito, ac ſectarum ſuarum commodo mutilant. Job enim, Tobiæ, Judith. Machabæorum Libri, Epiſtola ad Hebræos, Apocalypſis Joannis, Petri duæ, Joannis Apoſtoli III. Judæ I. in eo memorantur. Pearſonius in Vindiciis Ignatianis prolixiorem ſermonem de ejus Auctore ac tempore, quo conditum eſt, inſtituit, & pag. 55. *ait*, ſe exiſtimare hoc Decretum poſt Synodum V. anno DLIII. celebratam, promulgatum fuiſſe. Neque Catholici de hujus ſanctionis Auctore, annoque, quo ea emiſſa, inter ſe conveniunt; quod MSS. Codices eam tribus diverſis Pontificibus adſcribant. Vetuſtiſſimus Codex Collectionis Dionyſii Exigui, quem ſecum communicatum a Dacherio Baluzius teſtatur, hoc Decretum *Damaſo Papæ* attribuit, & Baronius anno LXIX. num. IV. refert, Creſconianam Collectionem continere Concilium. Romanum ſub Damaſo, in quo de Libris Apocryphis agitur, cujus Decreta repetita credit Baronius a Gelaſio in Decreto LXXII. Epiſcoporum, de quo currenti anno cum Collectoribus Conciliorum verba facit. Verum Codex antiquiſſimus a Pearſonio lectus & a Lanfranco ex Beccenſi Cœnobio in Angliam delatus hunc titulum præfert:

Decretum de Libris recipiendis & non recipiendis.

Epiſcoporum conſenſu, Deo inſpirante, conſtituere: ſed in eo potiſſimum laboravit, ut Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ communio nulla vel levi macula conſperſa, illibata penitus & impolluta ſarta tecta in omnibus ſervaretur. Ad hoc autem præſtandum ſolicitiorem curam impendens, non ſolum vindicaſſe voluit ipſam Eccleſiam ab omnibus (ut ſemper fuit) immunem hæreſibus atque hæreticorum conſortio; ſed ut eam redderet a pravorum ſcriptorum contagione ſecuram, omne ſtudium adhibens, delectum habuit Eccleſiaſticorum librorum, qui hactenus editi legi ſolerent; diſtinguens, ſeparanſque quaſi os Domini (a), mundum ab immundo, & ſecernens pretioſum a vili. Cujus rei perficiendæ gratia, decretum conſtituit ab Eccleſia Catholica perpetuo retinendum, in quo poſt recenſitos canonicos libros tum veteris tum novi Teſtamenti, adjecit de primatu Romanæ Eccleſiæ & aliarum Patriarchalium Eccleſiarum juribus, ad reprimendam Conſtantinopolitanorum Antiſtitum præſumptionem, & audaciam infringendam, qua ſe Acacius primum, inde ejus ſucceſſores adverſus Romanam Eccleſiam proterve nimis erexerant; iſta ſubiiciens non nova, ſed quæ a prædeceſſoribus ſervata, & a Damaſo (ut vidimus) olim fuerant promulgata, longe vero antea ab ipſo Eccleſiæ naſcentis exordio (ut ſæpe demonſtratum eſt) traditione prodita, uſu retenta, & obſervatione firmata, quæ ſic ſe habent:

(a) Hier. 15.

XX. *Poſt Propheticas*, inquit *Evangelicas atque Apoſtolicas ſcripturas, quibus Eccleſia Catholica per gratiam Dei fundata eſt, illud etiam intimandum putamus, quod quamvis univerſæ per Orbem Catholicæ Eccleſiæ unus thalamus Chriſti ſit: ſancta tamen Romana Catholica & Apoſtolica Eccleſia nullis Synodicis conſtitutis cæteris Eccleſiis prælata eſt, ſed Evangelica voce Domini & Salvatoris noſtri primatum obtinuit (b): Tu es Petrus, inquientis, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves regni cælorum; & quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælis; & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Cui data eſt etiam ſocietas beatiſſimi Pauli Apoſtoli Vaſis electionis: qui non diverſo (ſicuti hæretici garriunt) ſed uno tempore, uno eodemque die glorioſa morte cum Petro in urbe Roma ſub Cæſare Nerone agonizans coronatus eſt; & pariter ſupradictum ſanctam Romanam Eccleſiam Chriſto Domino conſecrarunt, talemque omnibus urbibus in univerſo mundo ſua præſentia atque venerando triumpho prætulerunt.*

De primatu Romanæ Eccleſiæ.

(b) Matt. 16.

XXI. De prærogativa ſedium Patriarchalium. *Eſt ergo prima Petri Apoſtoli ſedes Romana Eccleſia non habens maculam, neque rugam, nec aliquid hujuſmodi. Secunda autem ſedes apud Alexandriam B. Petri nomine a Marco ejus diſcipulo & Evangeliſta conſecrata eſt: ipſeque a beato Petro Apoſtolo in Ægyptum directus, verbum veritatis prædicavit, & glorioſum conſummavit martyrium. Tertia vero ſedes apud Antiochiam ejuſdem beatiſſimi Petri Apoſtoli nomine habetur honorabilis; eo quod illic, priuſquam Romam veniſſet, habitavit; & illic primum nomen Chriſtianorum novellæ gentis exortum eſt. Et quamvis aliud funda-*

Ann. Eccl. Tom. VIII. *men-*

PAGIUS fert: *Decreta Gelaſii Papæ de recipiendis & non recipiendis libris. Quæ ſcripta ſunt ab eo cum LXX. erudiſſimis Epiſcopis.* Nicolaus I. Pontifex Romanus in Epiſt. XLII. ad Epiſcopos Galliæ circa annum DCCCLXV. data Lupus Abbas Ferrarienſis in fine Epiſtolæ ad Carolum Calvum, & in fine Quæſt. de Sanguine Chriſti, Gratianus diſt. 15. cap. *Sancta Romana*, Burchardus Wormatienſis Epiſcopus, varii Codices MSS. omneſque excuſi *Gelaſium* hujus Decreti Auctorem produnt. Denique *Hormiſdæ Papæ* in antiquiſſimo Vergellenſi codice Baluzius & Chiffletius in Jurenſi, illud adſcribi teſtantur. Indeque Chiffletio in fine Notarum ad Vigilium Tapſenſem exiſtimatum, Decretum hoc primo ſancitum fuiſſe a Gelaſio in Concilio Romano hoc anno; ita tamen ut non quaſi Decretum Pontificium, ſed velut totius Concilii quidam Canon prodiret: tum deinde ab *Hormiſda* editum eſſe ſub forma Pontificii Decretalis & in quinque titulos methodi gratia diviſum, ac fortaſſe nonnullis in locis reſtitutum.

III. *Gelaſius hujus Decreti certus & indubitatus Auctor.* Gelaſium tamen celeberrimi hujus Decreti auctorem eſſe, & non niſi per errorem illud Hormiſdæ attributum demonſtrabo, & litem ni valde fallor, dirimam. In eo enim damnatorum voluminum index texitur, inter ea libri Caſſiani ac Fauſti Reienſis numerantur hac præmiſſa ſententia: *Cætera quæ ab hæreticis ſive Schiſmaticis conſcripta, vel prædicata ſunt, nullatenus recipit Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia, e quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & a Catholicis vitanda ſunt, credimus eſſe ſubdenda.* Cumque plurimos libros hæreticorum aliorumque incertorum Auctorum Patres Synodi Romanæ damnaſſent, hos inter Caſſiani & Fauſti volumina poſuere hoc titulo: *Opuſcula Caſſiani Presbyteri Galliarum apocrypha, Opuſcula Fauſti Regienſis Galliarum apocrypha.* Sæculo ſequenti exortis de Divina Gratia contentionibus ex *Fauſti* præſertim libris, non modo in Occidente; verum etiam in Oriente, alii *Fauſtum* defenderunt, alii eundem acerrime confutarunt, præcipue Monachi Scythæ, qui ex Aſia erumpentes adverſus eum Europam atque Africam commoverunt, ut anno DXX. explicabimus. Eo rerum ſtatu conſultus *Poſſeſſor* Epiſcopus Africanus a Traſamundo Africæ Rege in exilium miſſus, dum Conſtantinopoli morabatur, ubi *Fauſti* libri a pluribus defendebantur ut Catholici, a Maxentio vero & a Monachis Scythis, uti hæretici damnabantur, conſulit ipſemet Hormiſdam Papam, quid de iiſdem libris ſentiendum eſſet; eamque in rem Juſtinum Diaconum ſuum ad eum mittit. Extat ejus ad Hormiſdam Relatio Tom. IV. Concil. pag. 1529.

De Synodis œcumenicis.

mentum nullus poſſit ponere præter id quod poſitum eſt, qui eſt Chriſtus Jeſus: tamen ad ædificationem noſtram eadem S. Romana Eccleſia poſt illas veteris & novi teſtamenti, quas regulariter ſuſcepimus, etiam has ſuſcipi non prohibet ſcripturas, id eſt, ſanctam Synodum Nicænam trecentorum decem & octo Patrum, mediante Maximo Conſtantino Auguſto, in qua Arius hæreticus condemnatus eſt; ſanctam Synodum Conſtantinopolitanam, mediante Theodoſio Seniore Auguſto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit; ſanctam Synodum Epheſinam, in qua Neſtorius condemnatus eſt conſenſu beatiſſimi Cæleſtini Papæ, mediante Cyrillo Alexandrinæ ſedis Antiſtite & Arcadio Epiſcopo ab Italia deſtinato. Hic obſerva, lector, nullam fieri de Theodoſio Juniore mentionem, ſicut de cæteris Imperatoribus, ſub quibus reliquæ contigerunt Synodi celebrari; quod ipſe Theodoſius male audire viſus ſit. Sed pergit: *Sanctam Synodum Chalcedonenſem, mediante Marciano Auguſto & Anatolio Conſtantinopolitano Epiſcopo, in qua Neſtoriana & Eutychiana hæreſes ſimul cum Dioſcoro, ejuſque complicibus damnatæ ſunt.* Hæc de quatuor œcumenicis Synodis Gelaſius.

XXII. Ad finem vero damnationem inſerit omnium hæreſiarcharum & ſchiſmaticorum, inter quos adnumerat recentiores hæreticos poſt Eutychetem atque Dioſcorum duos Petros, Alexandrinum & Antiochenum: atque ad poſtremum recenſet Acacium eadem anathematis ſententia innodatum. Hæc Gelaſius Papa hoc anno ſtatuit in Romano Concilio profutura poſteris, ſi non præſentibus refractariis proficua forent. Sed de rebus Synodalibus hactenus.

At ipſe licet rerum Orientalium totus aſſiduis curis diſtentus, haud tamen prætermiſit quæ ſpectarent ad ſtatum Occidentalis Eccleſiæ, ac præcipue rerum Italiæ. Hoc enim ipſo anno ſub nominatis Conſulibus epiſtolam ſcripſit ad univerſos Epiſcopos in Lucania, Brutiis & Sicilia conſtitutos: cum enim ob bella inter Erulos & Gothos annis pluribus agitata Eccleſiaſtica diſciplina collapſa admodum atque protrita eſſet, ad eam reſtaurandam laboravit omnem curam impendens; qui & ſuæ epiſtolæ exordio tradit, relatione Joannis Ravennatis Epiſcopi, Italiæ Eccleſias ob bella & famem eſſe ſacris miniſtris exhauſtas. Quamobrem ad Eccleſiæ miniſtros pertinentia accurata inſpectione complura conſtituit. XXIII.

Diſciplinam Eccleſiaſticam Gelaſius revocare ſtudet.

De Eccleſiæ vero bonis rurſus illud ſollicitius inculcavit, ut de redditibus ejus tam ex fructibus, quam ex oblationibus quadripertita diviſio fieret: quarum prima Epiſcopo, clero ſecunda, tertia pauperibus, quarta vero ædificiis Eccleſiæ tribuenda. Addidit autem præter ea quæ hac de re fuerant a Simplicio conſtituta, provida ratione Gelaſius, ut pars illa quæ in uſum pauperum convertenda eſſet, nequaquam clanculo erogaretur, ſed palam, omnibus videntibus atque ſcientibus; ne rapiendi vel ex parte diminuendi eam daretur occaſio: nam ait: Ipſam nihilominus adſcriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationi- XXIV.

De bonis Eccleſiæ in quatuor partes dividendis.

PAGIUS 1529. diciturque accepta *XV. Kal. Auguſti Ruſtico V. C. Coſ.* ideſt anno DXX. Hæc Poſſeſſoris in ea verba: *Arbitror veſtram Beatitudinem non latere quantis in Conſtantinopolitana Urbe Eccleſia laboret inſidiis, & ad morem veteris morbi in ſaniem vulnus iterum quærat erumpere, quod obductam creditur cicatrice. Unde cum quorundam fratrum animus de codice Fauſti cujuſdam natione Galli Regiensis Civitatis Epiſcopi, qui de diverſis rebus & frequentius de Gratia Dei diſſerto viſus eſt diſputare, in ſcandalum moveretur, aliis (ut ſe habent humana ſtudia) in contrarium renitentibus me crediderunt de hoc ambiguo conſulendum.* Addit poſtea Poſſeſſor: *Quæſo, ut conſulentibus, quid de præfati Auctoris dictis videatur, auctoritate Apoſtolicæ reſponſionis agnoſcant: maxime quod filii quoque Magiſtri militum Vitalianus & Juſtinianus præcipue ſuper hac re reſcripto Beatitudinis veſtræ ſimiliter informari deſiderant.*

IV. Hormiſda Poſſeſſoris Epiſtolam die XVIII. menſis Julii anni DXX. accepit, & die XIII. menſis Auguſti ad eundem reſcripſit Epiſtolam ordine LXX. in qua inter alia ait: *Hi vero quos vos de Fauſti cujuſdam Galli Antiſtite dictis conſuluiſſe, litteris indicaſtis, id ſibi reſponſum habeant: neque illum recipi, neque quemquam, quos in auctoritate Patrum non recipit examen Catholicæ fidei, aut Eccleſiaſticæ diſciplinæ ambiguitatem poſſe gignere, aut religioſis præjudicium comparare. Fixa ſunt a Patribus, quæ fideles ſectari debeant inſtituta: ſive interpretatio, ſive prædicatio, ſeu verbum populi ædificatione compoſitum, ſi cum fide recta, & doctrina ſana concordat, admittitur, ſi diſcordat aboletur.* Ubi Hormiſdam de Decreto Gelaſii loqui recte obſervarunt Cardinales Baronius anno DXX. num. XXI. & Card. Noriſius loco citato pag. 445. Verum, quæ paulo poſt idem Pontifex ſubjungit, non ſe ſe, ſed eundem Gelaſium illius Decreti conditorem fuiſſe, manifeſte inſinuant: *Non improvide veneranda Patrum ſententia fideli poſteritati quæ eſſent Catholica dogmata, definit; certa librorum etiam Veterum in auctoritatem recipienda, Sancto Spiritu inſtruente, præfigens, ne opinioni ſuæ Lector indulgens, non quod ædificationi Eccleſiaſticæ conveniret, ſed quod voluptas ſua concepiſſet, aſſereret.* Decretum itaque de libris recipiendis, & non recipiendis, non ab *Hormiſda*, ſed ab aliquo ex ejus deceſſoribus in aliqua Synodo Romana emiſſum, non quidem ab Anaſtaſio, & Symmacho, qui Gelaſium ſecuti ſunt, & Hormiſdam anteceſſere; cum nullus unquam id aſſeruerit, nullumque MS. alterutrius nomen præferat, ſed a Gelaſio, cui innumeri Codices illud attribuunt.

Id ipſimet Hormiſda, cui tribuitur, indicat.

V. Nec dici poteſt, illud ſcriptum eſſe a *Damaſo*, cujus nomen Librariorum errore præfert in Collectione Creſconiana; cum plerique Opuſcu-

Origo hujus erroris.

Digitized by Google

tionibus ſe diſpenſaſſe monſtraturus Epiſcopus eſſe videatur: tamen juxta quod
(a) Matt. 5. ſcriptum eſt (a): *Ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt: oportet etiam præſenti teſtificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri.* Hæc ipſe.

XXV. Rurſum hoc eodem anno ad Siciliæ Epiſcopos ſcribens, præter illam partem quæ erogari deberet in pauperes, ut de ſua Epiſcopus debeat alere peregrinos atque captivos inculcat: quibus plane demonſtrat, quod pars, illa pauperibus debita, non in alios pauperes, quam in eos qui ſunt ſcripti ſuæ cujuſcumque diœceſis, ſit eroganda: nam audi quid dicat:
(b) Gelaſ. ep. 7. t. 2. ep. decret. (b) *Præſulum auctoritas noſtrorum emanavit, ut facultates Eccleſiæ Epiſcopi ad regendum habeant poteſtatem: ita tamen, ut viduarum pupillorum, atque pauperum, necnon & clericorum ſtipendia diſtribuere debeant: hoc eis etiam ſtatuimus dari, quod hactenus decretum eſt. Reliquum ſibi Epiſcopi vendicent, ut (ſicut ante diximus) peregrinorum atque captivorum largitores eſſe poſſint, &c.* Hæc autem in Eccleſia Dei exoleviſſe, jam ſuperius deploratum eſt: dolemus rem tantam negligi, vel involucro aliorum prætextum prætermitti: unde mihi facile perſuadeo hac potiſſimum cauſa Dei Eccleſiam aſſiduis atteri malis. *Etenim propter miſeriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus* (c) (c) Pſal. 11.
Cognovi enim (dicam cum Propheta d) *quia faciet Dominus judicium inopis &* (d) Pſal. 139.
vindictam pauperum.

XXVI. ☞ Hoc anno ſcripta extat epiſtola Gelaſii Papæ ad Eonium Epiſcopum Arelatenſem de mutua conſervanda charitate cum fide Catholica, accepta ex codice Arelatenſi: ſed corrigendam puto in ejus inſcriptione, dum Eonium habet; ejuſque loco reſtituendum eſſe Cæſarium: etenim quo-

PAGIUS

culorum in eo memoratorum Auctores poſt Damaſum vixerint, & ſcripſerint. Nihil præterea ab *Hormiſda* immutatum, ut credidit Chifletius; cum Hormiſda in ſua ad *Poſſeſſorem* Epiſtola citata hunc remittat ad ea, quæ jam fixa fuerant a Patribus, nihilque novi de *Fauſto*, de quo conſultus fuerat, ſtatuere voluerit. Apparet igitur *Hormiſdam* tam ad Poſſeſſorem, quam ad Legatos ſuos, qui Conſtantinopoli tunc agebant, Decretum *Gelaſii* Papæ miſiſſe ac mandaſſe, ut illud ab omnibus religioſe obſervaretur. Quo pacto *Poſſeſſoris* petitioni faciebat ſatis. Contigit vero, ut Decretum illud tunc in varia exemplaria tranſcriptum, & latius per Europam, Africam, & Orientem præſertim a *Fauſti* adverſariis diſſeminatum fuerit, & qua ab *Hormiſda* Papa miſſum fuerat, ejuſque nomine ubique divulgatum, eidem ab aliquibus, temporis progreſſu, imprudenter adſcriptum fuerit. Hæc falſæ illius inſcriptionis ſine dubio origo.

VI. Decretum de Libris recipiendis vel non recipiendis poſt hunc annum editum. Baronius & Conciliorum Collectores ſcribunt, Decretum Gelaſii datum eſſe *Aſterio & Præſidio Coſſ.* hoc ſc. anno; verum refellunt eos Codices MSS. in quibus nota illa temporaria non habetur. Legi unum in Bibliotheca Regia antiquiſſimo charactere exaratum, ſed ſine nota Conſulari, aliumque in Bibliotheca Sancti Victoris Pariſienſis, a quo ea etiam abeſt; nec dubito, quin in cæteris MSS. deſideretur; cum Concilium Romanum LXXII. Epiſcoporum, in quo illud emiſſum ante annum CDXCVI. celebratum non fuerit. In laudato enim Decreto hæc verba de Seduli, leguntur: *Item Venerabilis viri Sedulii Opus Paſchale, quod heroicis deſcripſit verſibus, inſigne laude præferimus* In fine vero libri Bucolicorum codicis Virgilii Medicei vetuſtiſſimi hæc habentur.

TVRCIVS RVFVS APRONIANVS ASTERIVS V. C. ET INL EX COMITE
DOMEST. PROTECT. EX COM. PRIV. LARGIT. EXPRAEF. VRBI PATRI
CIVS ET CONSVL ORDIN. LEGI ET DISTINCXI CODICEM FRATRIS MA
CHARII V. C. NON MEI FIDVCIA SET EIVS CVI SIT AD OMNIA SVM
DEVOTVS ARBITRIO XI. KAL. MAII. ROMAE
P. VEGILI MARONIS
Diſtinxi emendans gratum mihi munus amici * ſuccedens operi ſedulus incubui
BVCOLICON LIBER EXPLICIT

VII. Carmen Paſchale Sedulii anno ſequenti publicatum. Em. Card. Noriſius laudatus, qui eam clauſulam produxit, obſervat in vetuſto Codice Vaticano num. 2265. poſt Carmen Paſchale Sedulii hæc legi: *Hoc opus Sedulius inter cartulas diſperſum reliquit, quod recollectum & adunatum, atque omni elegantia divulgatum eſt a Turcio Rufio Aſterio quinto V. C. Exconſule ordinario atque Patricio.* Similem huic codicem etiam vidit Cuſpinianeus, qui ad Conſulatum *Aſterii & Præſidis*, ait, Carmen Sedulii *a Turcio Ruffo Aſterio Quinto V. C. Exconſule ordinario atque Patricio* ſcriptum eſſe. Eadem annotatio erat etiam in codice, quo Aldus Manutius ſenior uſus eſt; ſiquidem advertit, Opus illud non a Sedulio, ſed a *Turcio Rufio Aſterio V. C. ex Conſule ordinario atque Patricio* publicatum eſſe. Verum quidem eſt, Sirmondum in Notis ad Epiſt. XXIV. lib. Ennodii ſcribere, in codice Remenſi poematis Paſchalis Sedulii hæc haberi: *Hoc Opus Sedulius inter chartulas diſperſum reliquit, quod recollectum, adunatumque ad omnem elegantiam, divulgatum eſt a Turcio Rufo U. C. Conſule ordinario atque Patricio.* Verum ex laudatis MSS. liquet, loco *Exconſule ordinario*, Eaſcriptorem per errorem poſuiſſe, *Conſule ordinario*; cumque Aſterius ante annum ſequentem *Exconſul* dici non potuerit, ante eum annum *Sedulii* Carmina nec collegit, nec evulgavit, ideoque, nec antea Synodus Romana, in cujus Decreto de Sedulio mentio, celebrata fuit, ut recte videre Uſſerius lib. 3. de Primordiis Eccleſ. Britan. cap. 16. Pearſonius in Vindiciis Epiſtolarum Sancti Ignatii pag. 46. & Card. Noriſius laudatus, qui plura habet de Sedulio & ejus Opere. Cum vero menſe Martio alia *Synodus Romana* habita ſit, ea de qua agitur, pertinet ad annum CCCCXCVI. fuitque II. Romana, ſub Gelaſio, non I. ut perperam hactenus a Conciliorum Collectoribus appellata, & horum exemplo ab aliis.

Ad num. XXVI. & ſeq. Refert Baronius Epiſtolam Gelaſii Papæ ad Eonium Epiſcopum Arela- VIII.

modo poteſt hoc tempore ſediſſe Eonius Arelate, ſi, qui poſt eum ſedit, Cæſarius, exploratiſſimum eſt tempore Felicis Papæ, qui Gelaſium præceſſit, jam ſediſſe? Id quidem tum Felicis Papæ ad eum datæ litteræ, quarum Gennadius meminit, docent; tum illæ quas ejuſdem Felicis ad Cæſarium ex eodem archivo Arelatenſi hic tibi primum edendas curavimus. Qua etiam caſtigatione emenda, quas a Symmacho Papa ad Eonium Arelatenſem Epiſcopum datas epiſtolas leges. Epiſtola vero Gelaſii ſic ſe habet:

* Cæſario

XXVII. *Dilectiſſimo fratri Eonio * Gelaſius.*

*Inter difficultates varias copiam nos reperiſſe gratulamur, qua per divinam gratiam ſedis Apoſtolicæ regimen nos adiſſe pandentes, prætermiſſum diu cum tua miſceremus fraternitate ſermonem, & ſalutatione directa, mutua charitate ſoliciti dilectionis quoque tuæ proſpera quæreremus. Quanto enim totius ovilis, cura Chriſto Domino delegante, ſuſcepta beati Petri Apoſtoli gubernatio principalis univerſo gregi in Orbe terrarum, * tanto pietatis affectu cunctas Eccleſias, earumque rectores amplectitur, & inter diverſos mundi turbines ſi paterna fide vel traditione firmiter perſeverant, ubi primum facultas arriſerit, & quærit anxia, & gaviſa cognoſcit. Quapropter, frater chariſſime, inſtantius religioſis viris filiis noſtris Euphronio presbytero & Reſtituto viro religioſo, qui ad Italiæ partes ad providendam congregationi ſan- * cta ſubſtantiam commearunt, remeantibus ad propria, ſilere nequivimus: ſed omni voto dilectionem tuam duximus admonendam: quatenus & vigere apud nos alterna viſcera gratiæ fratres & Coepiſcopi noſtri per Gallias conſtituti, charitate tua vulgante, cognoſcerent: & deſiderantibus omnium, per quos tua charitas voluiſſet, referret mutuo ſoſpitatem, conſtaretque nullatenus quantumlibet ſæculo detrahente divelli, ſed Catholicam profeſſionem manere ſemper ubique conjunctam. Dominus te incolumem cuſtodiat, frater chariſſime. Dat. X. Kal. Septembr. Aſterio & Præſidio. VV. CC. Conſſ.*

XXVIII. Hoc ipſo anno, qui numeratur decimus regni Clodovei regnantis in Gallia, idem Rex fœdere nuptiarum junxit ſibi in matrimonium Crotildem Chriſtianam feminam neptem Burgundiæ Regis Gundebaldi * nomine, eo quo ipſi bona cuncta fluxerunt, cum primum per mulierem Fidelem ſalvus factus eſt vir infidelis. Rem geſtam exacte deſcripſerunt, qui res Francorum proſecuti ſunt, ut Gregorius Turonenſis (a); Amonius (quem Aimonem, alii Aimoinum nominant) nec non qui Vitam S. Remigii ſcripſit Hincmarus (b). Porro ex Amonio iſta reddamus, qui rem ſic auſpicatur (c): *Quo ordine Clodoveus ad matris Eccleſiæ ſinum ac Catholicæ pervenerit fidei unitatem, paucis dicam. Duxit uxorem ex genere Burgundionum Crotildem nomine, Chriſtianam ab ipſis incunabulis infantiæ. Hæc tali quadam ex cauſa ad notitiam ipſius Regis pervenit. Miſerat idem Princeps legatos ad Gundobaldum Regem Burgundionum ſerendæ pacis gratia: qui dum in Palatio immorantur, Crotildem puellam contemplati, inquirunt quæ ſit. Dictum eſt eis neptem eſſe Regis, ex fratre progenitam: quæ (inquit) parentibus orbata, nunc ſtipe alitur regia. Regreſſi itaque legati, annunciant perfecta eſſe pro quibus ierant. Inter cætera dicunt vidiſſe ſe puellam adeo forma venuſtam, ut cuilibet potentiſſimo Regi nuptui poſſit tradi: Quam, inquiunt, in regia manentem patre ejus hac vita carente, patruus ab ineunte nutrivit ætate.*

Crotildis nupta Clodoveo.

* Gundebadi.

(a) Greg. Tur. de reb. geſt. Franc. l. 2. c. 28. 29.

(b) Hincmar. in Vita ſancti Remigii apud Sur. tom. 1.

(c) Aimon. de Geſt. Franc. l. 1. c. 13.

XXIX. *Hoc audito Rex Clodoveus amore capitur puellæ, ſperans & ex hac occaſione regnum Burgundiæ accipere poſſe. Dirigit e veſtigio quemdam ſibi familiarem, nomine Aurelianum, qui munera puellæ a ſe miſſa perferens, ſpeciem ejus diligentius contemplaretur. Huic imperat, ut puellam adeat, de nuptiis voluntatem Regis edicat; & quid in animo illa ſuper hac re habeat, agnoſcat.* Eſt mentio Aureliani Patricii apud Gregorium (d) Turonenſem, cum agit de ejus ſervo apud ſacras reliquias ſancti Victoris Maſſiliæ liberato. Sed pergit auctor: *Illa præcepto parens, Burgundiæ partes ingreditur. Palatio appropinquans, ſocios ſilvis ſe abdere juſſit: ipſe habitu mendici circumamictus, ad aulam properat; & ut futuræ ſibi dominæ colloqui poſſit, explo-*

Aurelianus Legatus ad Crotildem.

(d) Greg. Turon. mir. sac. l. 1. c. 77.

Res geſtæ inter Crotildem & Aurelianum.

PAGIUS

Gelaſius PP. non ad Cæſarium ſed ad Eonium Epiſ. Arelatenſem ſcripſit.

relatenſem datam, *X. Kal. Septembr. Aſterio & Præſidio VV. CC. Coſſ.* ſed ſuſpicatur, Eonium loco *Cæſarii* perperam poſitum fuiſſe. Verum poſt Leontium, qui anno CCCCLXXIV. adhuc Eccleſiam Arelatenſem regebat, ſedit *Joannes* I. ut habet Saxius in Pontificio Arelatenſi; in Diptychis enim Eccleſiæ Arelatenſis a Mabillonio Tom. III. Veter. Analect. pag. 432. publicatis, *Eonius* per errorem præponitur *Joanni*. Sanctum vero *Cæſarium* initio tantum ſequentis ſæculi Epiſcopum Arelatenſem renunciatum eſſe, & Eonio ſucceſſiſſe, ex dicendis certo conſtabit.

IX. A num. XXVIII. ad XXXII. *Clodoveus* Francorum Rex *Clotildem* anno ſuperiori uxorem duxit. Turonenſis enim lib. 2. cap. 27. de Clodoveo ſcribit: *Anno Regni ſui decimo Thoringis bellum intulit, eoſdemque ſuis ditionibus ſubjugavit*, ſeu ut accuratius habet Auctor de Geſtis Reg. Franc. cap. 10. *tributarios Francorum fecit*; Turingi enim ſequentibus annis Reges proprios habuere. Confecto bello Turingico *Clotildem* ſtatuit in uxorem per Legatum poſcere, eamque in rem *Aurelianum* Legatum in Burgundiam miſit, ut fuſe referunt Turonenſis cap.

Clodoveus Clotildem uxorem ducit.

plorat. Tunc fortaſſe illa ad Eccleſiam proceſſerat Domino ſuarum vota relatura precum; erat quippe dies Dominica. Aurelianus inter ceteros pauperes præ foribus ſtans, egreſſum ejus opperiebatur. Expletis Miſſarum ſolemniis, egreditur puella, egenis (ut mos erat) eleemoſynam largitura. Accedit Aurelianus ut mendicus ſtipem poſtulaturus. Cumque illa aureum ei porrigeret: ipſe apprehenſam manum ejus, pallio ſuper brachium reducto, nudam ori ejus oſculaturus admovit. Illa pudore puellari perfuſa domum repetit. Mittit continuo puella, qui inventum (ut putabat) mendicum ad ſe deduceret compoſitum, quem taliter alloquitur:

XXX. *Quid tibi, o homo, viſum, ut eleemoſynam acceptaras, manum meam veſte denudans oſculareris? Cui ille, interrogata omittens, tale dedit reſponſum: Dominus meus Rex Francorum, audita generoſitatis tuæ excellentia, deſiderat te habere conjugem: ecce annulus ejus & cetera ornamenta ſponſalia. Converſus autem, ut ſacculum, quem poſt oſtium depoſuerat, ſumeret, oblaturus ei munera quæ detulerat, furtim ablatum eſſe reperit. Quæſtione habita, invenitur ſacculus, recepit eum ut peregrinus, munera puella offert, de nuptiis jam ſecurus. Nam illa ubi de tori copula audivit, legato in hæc verba reſpondit: Non eſt (inquit) fas Chriſtianæ mulieri Paganum ſortiri maritum: ſed ſi hoc cunctorum præordinaverit conditor Deus, ut ille per me Creatorem agnoſcat ſuum; petita non abnuo, quinimo omnipotentis fiat Domini juſſio. Illo dicente, Regem per omnia aſſenſum præbiturum; rogat illa ut ſecretum apud ſe hoc verbum teneat, ne patruus aliquo illud pacto perſentiſcat. Qui fidem dans, ſe id nulla proferre ratione, regreditur ad Regem, quem proſpero nuncio reddidit alacrem. Puella ſane eum quem Clodoveus miſerat annulum in theſauris patrui repoſuit cuſtodiendum.* Quomodo autem eadem expetita prius, poſtea petita a patruo, aſſentiente illo, ſponſalibus contractis, ad Clodoveum deducta, & illi conjuncta ſit fœdere nuptiarum, idem auctor pluribus narrat.

Sed hæc modo ſatis: quibus repræſentatam ferme videas in Aureliano induſtriam ſervi Abrahæ (a) quærentis conjugem filio domini ſui, afferentiſque munera futuræ ſponſæ puellæ, & in Crotilde illi primum eleemoſynam large dante, & poſtea munera ab eo accipiente, ſanctam redditam eſſe Rebeccam. Talibus plane dignis exordiis e domus Abrahæ patris credentium exemplo deductis tantum decuit connubium auſpicari, ex quo fides eſſet in nobilem gentem fœcundis germinibus propaganda.

(a) Geneſ. 24.

At voluit Deus tanti conjugii primitias ſibi offerri, ut ſic magis cæleſtibus benedictionibus augeretur, cum videlicet primogenitum ex eo filium natum in cælum accepit. Nam ſubdit auctor, natum puerum, baptizatum & Ingomerem nominatum, adhuc in albis poſitum, antequam diuturniore vitæ hujus uſura poliretur ex humanis ſubductum, quaſi obſidem & pignus credituri * parentis ad Deum præmiſſum; ut filius patris voluntate permiſſus fieri Chriſtianus, precibus parentem generaret in fide. *Cum Rex ignorans Dei conſilium* (inquit auctor) *nonnihil in ſanctam Reginam commotus, dixit: Quia puer in Dei veſtri baptizatus eſt nomine, dii noſtri illum præſenti luce fraudaverunt. Cui Regina: Gratias ago, ait, omnipotenti Deo, qui dignatus eſt ex meo utero progenitum in ſuum recipere regnum. Genuit & alium filium, quem baptizatum vocavit Glodomirum: quo ægrotante, Rex conjugem cœpit increpare, dicens: Et hic propter ſuperſtitionem veſtram deorum incurrit offenſam. Sed orante Regina, puero ſalus eſt reſtituta.* Hæc auctor; eadem Gregorius, Hincmarus, & alii. Reliqua autem, quomodo videlicet Rex ipſe Chriſtianam fidem eſt conſecutus, ſuo loco dicturi ſumus: hæc modo ſatis.

XXXI. Primogenitus Clodovei baptizatus moritur.

* credituri.

XXXII. Hoc ipſo anno, quo tranſacta ſunt hæc inter Clodoveum atque Gundebaldum Burgundiæ Regem, pariter ad eumdem Gundebaldum Theodoricus Rex legationem miſit: qua functus eſt, ad hoc delectus, ſanctiſſimus ille Epiſcopus Ticinenſis Epiphanius, hujuſcemodi muneribus jam diutius aſſuetus. Sed & hoc ipſo anno, an-

PAGIUS cap. 28. Auctor de Geſt. Reg. Franc. cap. 12. Fredegarius cap. 17. & ſeq. & Aimoinus lib. 1. cap. 13. Hæc Legatio obita poſt ejus reditum e Turingia. Tum anno CCCCXCIII. ut teſtantur idem Auctor de Geſt. Franc. & Herimannus, *Aurelianus* rurſus ad Gundobadum Burgundionum Regem miſſus eſt, ut *Clotildem* requireret nuptiali fœdere *Clodoveo* copulandam, quod ægre obtinuit. *Clotildes* Orthodoxam religionem profitebatur, parenteſque imbuerat eadem fide imbutos. Denique *Clodoveus*, ut ex Turonenſi lib. 2. cap. 29. & ſeq. liquet, bellum *Alemannicum* geſſit *anno Regni ſui XV.* & pauſ-quam illi expeditioni ſe ſe accingeret, duos ex Clotilde ſuſceperat filios, alterum hoc anno, alterum ſequenti. Qui hoc anno natus eſt, *Ingomeres* dictus, qui poſt ſuſceptum baptiſmum, paucis dumtaxat diebus vixit, ut ſcribit Turonenſis, qui cap. 28. jam prodiderat, *Clodoveum* habuiſſe *jam de concubina filium nomine Theodoricum*, de quo inferius plura. Addit Cointius anno CDXCII. num. III. habuiſſe & ex eodem toro filiam *Theudechildem*. Sed hæc filia commentitia eſt, ut ſuo loco demonſtrabimus.

X. A num. XXXII. ad LIX. Fuſe narrat Baronius Legationem Sancti *Epiphanii* Ticinenſis Epi-

antequam trans Alpes ad Regem Burgundionum dirigeretur, una cum Laurentio Epiſcopo Mediolanenſi ad ſublevandas Ligurum afflictiones, quibus univerſus populus ille penitus obrutus tenebatur, ad ipſum Theodoricum Regem ſe contulit, Ravennæ adhuc conſiſtentem, juraque regni diſponentem: qui quidem, quo difficiliori negotio per plures annos ancipiti ſemper fuiſſet ſuſpenſus eventu, rerum ſummam tandem conſecutus, eo cautius atque prudentius agendum putavit, ut retineret adepta: nam præter inita cum omnibus Europæ Principibus fœdera, conciliatoſque ſibi Romanos, ne ſpes aliqua Erulis ſupereſſet ad amiſſum regnum Italiæ redeundi; quos ſciret ſibi adverſatos eſſe, atque Erulis ſtuduiſſe, ne rurſum pro illis conſurgerent, eoſdem ut perduelles dure admodum expugnandos curavit. Quorum quidem cum haud exiguus numerus eſſet, & omnia eorum gemitibus atque lacrymis repleta; ne Rex in eos quicquam videretur hoſtiliter agere leges adverſus eoſdem difficiles promulgavit.

Theodoricus ulciſcitur in Erulorum fautores.

XXXIII. Cum vero irrogatæ legibus pœnæ potiſſimum eos pertingerent, qui Liguriam & Æmiliam provincias incolebant: ad hæc funera dimovenda populorum lacrymæ ſuos ipſorum rogant & urgent Epiſcopos ad ſuſcipiendum ad Regem barbarum legationem. Sic igitur ſanctus Laurentius Mediolanenſis, itemque ſanctus Epiphanius Antiſtes Ticinenſis Eccleſiæ, ambo ſelectiſſimi Domini ſacerdotes, in hæc infelicia tempora, ut Dei donum, ad abſtergendas infelicium lacrymas reſervati, pro venia miſeris promerenda ad Theodoricum proficiſcuntur, comitantibus eos reorum precibus de ſtatu ſuo ad momentum periclitantium.

Laurentius & Epiphanius Epiſcopi Legati.

XXXIV. Quæ vero ab eiſdem cum Rege tranſacta ſint, Ennodius Ticinenſis Eccleſiæ diaconus lacinioſo ſtylo in rebus geſtis quas proſecutus eſt ipſius ſancti Epiphanii, ſcriptorum monumentis omni fidelitate poſteris commendavit; ſimulque alium illum legationem recenſet, quæ mox ſubſecuta eſt: cum poſtea Theodoricus Rex ipſum Epiphanium, addito collega Victore Epiſcopo Taurinenſi, miſit in Gallias pro redimendis Liguribus & aliis Italiæ captivis a Burgundionum Rege detentis, quorum diverſa conditio erat; alii enim ex illis voluntarie extorres, tum famis tum belli acriter ingruentium neceſſitate ſolum vertentes patrium, in Galliam Lugdunenſem ſe contulerant, ubi a Gundebaldo ibi agente Rege detenti fuere; alii vero ab iiſdem Burgundionibus ſæpe fines Italiæ incurſantibus captivi ducti erant. Perduravit iſta graſſatio uſque ad annum præteritum, cum Theodoricus, pulſis Erulis, regnare cœpit, prout ex Caſſiodoro intelligi poteſt, ubi ait (a): *Cum ſe feritas gentilis prioris temporis animaſſet, Æmilia & Liguria noſtra (ſicut vos retinere neceſſe eſt) Burgundionum incurſione quateretur, gereretque bellum de vicinitate furtivum, ſubito præſentis Imperii*, nempe Theodorici, *tamquam Solis ortu fama radiavit: expugnatum ſe hoſtis ſua præſumptione congemuit, quando illum cognovit nominatæ gentis eſſe rectorem, quem ſub militis nomine probaverat eſſe ſingularem. Quotiens ſe optavit de ſuis finibus non exire Burgundio, ne Principe noſtro pugnaret adverſo*, &c. Quomodo igitur ad redimendos captivos, hoc ipſo anno mox poſt indulgentiam impetratam a Theodorico Rege idem (ut dictum eſt) Epiphanius in Gallias miſſus ſit, Ennodius Ticinenſis proſecutus eſt; ex cujus verbis, quo purior ipſa rerum geſtarum ſeries innoteſcat, hic cuncta reddemus: ſed decet ut a priori legatione narrationem exordiamur cum ait.

Epiphanio credita a Rege legatio ad Regem Burgundionum.

(a) Caſſiod. Vari. l. 12. ep. 29.

XXXV. Interea ſubita animum præſtantiſſimi Regis Theodorici deliberatio occupavit, ut illis tantum Romanæ libertatis jus tribueret, quos partibus ipſius fides examinata junxiſſet. Illos vero, quos aliqua neceſſitas diviſerat, ab omni juſſit & teſtandi, & ordinationum ſuarum ac voluntatum licentia ſubmoveri. Qua ſententia promulgata, & legibus hac ita plurimis tali lege calcatis, univerſa Italia lamentabili juſtitio ſubjacebat. Itur rurſus ad Epiphanium Epiſcopum Ticinenſem, illum qui manu medica publicis conſueverat ſubvenire vulneribus, cujus fonte, ærumnarum ſæpe fuerat ardor extinctus. Qui dum ſe diceret ſolum ad tantam ſarcinam ſuſtinendam non poſſe ſufficere, rogatur pariter venerabilis Laurentius Mediolanenſis Epiſcopus. Qui profecti una Ravennam, etiam pariter pervenerunt. Suſcepti pariter. Poſtquam illis agendi aditus recluſus eſt: beatus Laurentius neceſſarium duxit, illi potiſſimum perorandi copiam dari, cujus veſtigia frequentium legationum laborioſus callis attriverat, & per tramitem hujuſcemodi itineris cuſtitantem, non ſemel hiſpidum ca-

Theodorici lex adverſus Erulorum fautores.

PAGIUS Legatio S. Epiphanii Ticinenſis Epiſc. ad Reges Burgundiæ.

Epiſcopi a *Theodorico* Italiæ Rege ad *Gundebadum* Burgundionum Regem miſſi, ut captivos, qui in bello facti fuerant, redimeret. *Gundebadus* enim Liguriam hoſtiliter populatus multa captivorum millia Lugdunum abduxerat, agroſque colonis pene vacuos reliquerat. Quare ad hos redimendos quarta Legatio *Epiphanio* impoſita eſt, adjecto ipſius rogatu collega *Victore* Epiſcopo Tauripate. Hanc Legationem Baronius & poſt eum Sirmondus in Notis ad Ennodium hoc anno conſignarunt; & quidem recte, ut oſtendit Epiſtola Gelaſii Papæ ad Ruſti-

caſtrenſis pulvis effecerat. Qui tali publicas petitiones eſt orditus eloquio:

XXXVI. Epiphanii Epiſcopi Ticinenſis oratio.

Quantus, invictiſſime Princeps, per innumerabiles ſucceſſus felicitatem tuam ſavor divinus evexerit, ſi per ordinem relegum, ugnoſcens te votorum parcum majora ſemper a Deo noſtro beneficia, accepiſſe, quam optaſſe memineris. Sufficit tamen horum unum narrure, ſed maximum: quod apud te Principem ibi ſervorum tuorum cauſas agimus, ubi ſolebat inimicus tuus hujus ſolii poſſeſſióne gaudere. Hubes plurimum Chriſto Redemptori noſtro quod debeas: pro quibus rogamus, ipſe largitus eſt. Cavendum nobis eſt, ne offendatur auctor muneris, ſi quod præſtitir, non amemus. Diu ſuſpendo fiduciam meam: placet ire per ſingulu, quæ fando comperi arque perſpexi acceſſiſſe tibi Divinitatis uuuilio. Scis quæ te pollicebaris acturum, quando confertiſſimis inimicorum cuneis urgebaris, & circa muros hoſtilis tuæ Ticinenſis civitatulæ elangor ſtreperet: quando armis, numero adverſarii præſtantiores ſubſtitere: ſola tecum dimicante cælitus inviſibili virtute, non porerat, non audebat te aggredi, qui eaereitus tuos nuda æſtimatione penſabat: ſolutiorum tuorum pondus omnis bellandi upparatus ſuſtinere non valuit. Quotiens utilitaribus tuis aer ipſe ſervierit, ſi recenſes, tibi cæli ſerena militarunt, tibi conveaa * pluvias pro voto ſuderunt. Quis reſiſtere deateræ tuæ auſus fuerit & cum gratia ſuperna pugnanti? Quotiens inimici tui ceciderunr mucronibus ſodalium ſuorum? Quotiens tibi vicit, qui pro hoſtium tuorum utilitate certabat? His ergo donis cæleſtibus viciſſitudinem, impenſa circa homines pietute, reſtitue. Myſticæ oblationis holocauſta ſunt ſupplicantium lucrymus non ſperni. Illud certe perpende, qualibus in regno ſuceſſeris; quos (ſicut liquet) malitia eapulit. Caſus illorum neceſſe eſt ut ſequenres informet: ruina præcedentium poſteros docet; cautio eſt ſemper in raliquum lapſus ulterior. Non ſincero exemplo militat, qui * reſpicit quu cauſa deceſſor ejectus eſt.

Dona divinitus præſtita Theodorico.

* contecta

* non.

XXXVII. Pro Liguria ſupplicat.

His freta Liguria veſtra, nobiſcum profuſu ſupplicat, ut legum veſtrurum beneficia ſie tribuatis innocentibus, ut noxios abſolvatis. Eaiguu eſt apud Deum noſtrum miſericordia, ſi illos tuntum læſio non ſequatur, qui reatu carent. Culpas dimittere, cæleſte eſt: vindicare, terrenum. Poſt hæc ſiluit. At eminentiſſimus Rex inſit: quo loquente, attonita de voluutute ejus corda pavor arctabat.

XXXVIII. Quid Theodoricus reſponderit.

Quamvis te, venerabilis Epiſcope, pro meritorum luce ſuſpiciam, & mulra upud me confuſionis tempore repoſuiſſes beneficia, quibus frui te convenit, trunquillitate revocata: regnandi tumen neceſſitus, quu concludimur, miſericordiæ, quam ſuudes, non ubique pandit acceſſum. Et inter res duas naſcentis Imperii, pietatis dulcedinem cenſuræ pellit utilitas. Exemplorum cæleſtium teſtimonio (a) uſſertio mea nititur. Offendiſſe legimus Principem, qui cælitus deſtinatum nec inimicum ſubduuit exitio. Pœnam meruit levitas, quam potuit intuliſſe diſtrictio. Ultionem ſuſcepit, qui detrectut inferre. Locum divini judicii aut uttenuat, uut contemnit, qui hoſti ſuo, cum potitur, indulget. Juſtitia coercendi ſuor, quos conſtat gratiam non ſecutos. Vitia tranſmirtit ad poſteros, qui præſenribus culpis ignoſcit. Num quod de Redemptoris noſtri putientia loqueris: illos vere amplectitur lac gratiæ, quos auctoritas legis informat. Numquum a medico ad pleniſſimam curationem æger udductus eſt, niſi ub illo, qui primum putrida ferro membra deſecuit, & latentem ſaniem penitus u ſiou viſcerum produxit in lucem. Qui criminoſos patitur impune tranſire, ad crimina hortatur inſontes. Tamen quia precibus veſtris, quibus ſuperna aſſentiuntur, obſiſtere terrena non poſſunt: omnibus generaliter errorem dimittimus; nullius caput noau proſternet: quoniam poteſtis & apud Deum noſtrum agere ut ſceleruræ mentes u propoſiti ſui perverſitute diſcedant. Puucos tamen, quos malorum incentores ſuiſſe co-

(a) 1. Reg. 15.

PAGIUS

ſticum, data, *VIII. Kalend. Februarias Aſteria & Præſidio VV. CC. Coſſ.* a Dacherio Tom. V. Spicilegii, poſt utriuſque mortem publicata: *Caterum*, inquit Gelaſius, *frater noſter Epiphanius, qui ad gentis ſua relevandos & redimendos captivos ad partes veſtras deſtinatur, fraternitatem tuam certiorem faciet quantam ob impiſſimi Acacii cauſam perſecutionem ſuſtinemus.* Quare decretum illud iter menſe Januario, ſed menſe tantum Martio, ut ſuſceptum teſtatur Ennodius in Vita Sancti Epiphanii cap. 11. qui ait: *Ticinum impiger venit. Et quamvis adhuc hiemali torpore Martius menſis glaciales fluminibus frenos imponeret, & cana nivibus juga Alpium tranſituris minarentur exitium*, &c. Tum cap. ſeq. aſſerit Ennodius, Ruſticum *trans Rhodanum fluvium adventui ipſius occurriſſe*, cum Epiphanius *mira celeritate Lugdunum venit*. Ibi Gundebodus Sedem Regiam habebat uti *Godegeſilus* frater ejus Genevæ. Erat Sanctus *Ruſticus* Epiſcopus Lugdunenſis, cujus mentio ad diem XIX Julii in continuatione Martyrologii Adonis. Porro vides Vitam Epiphanii oſtendere Epiſtolam ad Ruſticum ſinceram & genuinam eſſe, cum altera confirmet quod in altera dicitur. Ennodius captivorum liberatione narrata ait: *Dum tertio menſe cum tali trophæo Ticinum remearet Antiſtes, ut Tarantaſiam venit*, &c. Quare cum Ennodius menſe Martio ſe ſe itineri commiſerit, menſe circiter Junio Ticinum rediit; de his quæ geſta erant ad Theodoricum Regem rationem per literas reddidit, & quæ ab eo *pro miſeris per paginam petiit, incunctanter obtinuit*.

cognovi, locorum ſuorum tantummodo habitatione privabo, ne forte exurgens neceſſitas vicinos inveniat nutritores & malorum adjuta ſucceſſibus bella conſurgant.

XXXIX. Lex de Indulgentia lata per Urbicum.

His præcellentiſſimus Rex dictis, virum illuſtriſſimum Urbicum acciri jubet; qui univerſa Palatii ejus onera ſuſtentans, Ciceronem eloquentia, Catonem æquitate præceſſerat,: cui præcepit ut generalis indulgentiæ pragmaticum promulgaret. Quod ille ad omnem benignitatem paratiſſimus illico tanta brevitate & luce contexuit, ut & illa culparum genera cognoſcerentur abolita, quæ putabantur fuiſſe reſervata.

XL. Theodoricus agit cum Epiphanio de Legatione ad Regem Burgundiæ.

Interea ſecretius Rex præſtantiſſimus ſacerdotem venerandum Epiphanium imperat evocari: quem tali compellat affatu: Judicii noſtri ex ipſa ſententia, glorioſe Antiſtes, pondus intellige; ut ſi iam in toto regni noſtri circulo Pontifices eſſe videantur, tu potiſſimum in tanta re quaſi unicus eligaris: nec enervata per meritum tuum hujuſmodi æſtimatores illudit opinio: ſolus eſſe juſte crederis, cujus ſplendore tamquam globis lunaribus minorum ſiderum lumen obtunditur, & modicæ lucis radii perfulgida conſcientiæ tuæ luce fuſcuntur. Quis quærat, noctis lampadem, ubi Solis jubar effulſerit? quis candelæ præſidium, ubi caminis indeſinentibus fidei pyra ſuccenditur? Poſtremo talem a me oportet dirigi, qualem ſuſcipiens libenter auſcultet. Vides univerſa Italiæ loca originariis viduata cultoribus? In triſtitiam meam ſegetum ferax ſpinas atque injuſſa plantaria campus apportat: & illa mater humanæ meſſis Liguria, cui numeroſa agricolarum ſolebat conſtare progenies, orbata atque ſterilis jejunum cæſpitem noſtris monſtrat obtutibus. Interpellat me terra, quocumque reſpicio uberem vinetis faciem, tum aratris impexa contriſtant. O dolor! nullus humor illorum labris infunditur, quos a vini copia Neotrios vocavit antiquitas. Hæc quamvis Burgundio immittis exercuit; nos tamen, ſi non emendamus amiſimus: populatæ patriæ ceſſamus ſuccurrere, ſi aurum apud nos habetur in conditis. Quid intereſt, pecuniis, an ferro adverſariorum animos inclinemus? Obtuliſſe quod mentes capiat hoſtis, viciſſe eſt; occuluiſſe, ſuperari.

XLI. Pro captivis redimendis Epiphanius mittitur.

Suſcipe ergo, Chriſto adjuvante, hujus laboris ſarcinam, ex qua communem habeamus in cæleſti repromiſſione mercedem: quia novus iſte propriis inſignibus titulus laudis adcreſcit, per manus tuas de oppugnatoribus noſtris ſine ſanguine triumphare. Princeps eorum Gondovadus * *eſt, cui reverentiam tui venuſtas inſeruit: quem videndi te nimia cupido ſtimulat. Mihi crede, pretium captivitatis Italicæ erit veſter aſpectus: redemptos putabo eſſe, quos cupio; ſi ad terras illas talis redemptor acceſſerit. Quam magno ſuffragio vincuntur oculi, quibus te offerimus. Sed quid demoror? manus arva poſcent jam, polliceor tibi redivivum ſtatum Liguriæ, polliceor ſoli lætitiam, & poſt Tranſalpinam peregrinationem reducem fœcunditatem. Ex accidenti aurum tibi commodatur, pro qua talis legatus acturus es.*

* Gundebadus Gundebadus Gundebaldus.

XLII. Epiphanius gratias agit Regi.

Ad hæc Epiſcoporum lux Epiphanius reſpondit: Quanto venerabilis Princeps, pectus meum tripudio repleveris, ſi ſermone poſſit ambiri, pro divitiis meritorum tuorum immediate continua verba profunderem: ſed quam ſermoni meo intercepitus denegetur ſucceſſus, monſtrant lacrymæ gaudiorum, quas dolorum alumnas nunc parturit exultatio. Proinde intellige, ad referendas optimo Regi tam pro nobis, quam pro ſe ipſo gratias, plus me ſentire poſſe, quam eloqui. Juſtitia prius, an bellorum exercitatione, an quod his præſtantius eſt, omnes retro Imperatores te pietate ſuperare commemorem? Habes unde gentis noſtræ rectores accuſes. Tu redimis, quos illi perſæpe aut permiſere fieri, aut fecerunt ipſi captivos. David (a) legimus, pro ſingularis laudationis exemplo, idcirco maxime cælorum proximitates adeptum, quod oblato manibus ſuis Saul pepercit inimico: & in teſtimonium conceſſæ poteſtatis, exuviarum ejus particulam rapuit, per quam & licentiam probaret & votum.

(a) 1. Reg. 24.

XLIII.

Deus bone, in quanta remuneratione hujus factum ſuſcipis pro tot millibus oppreſſorum libertate tractantis, qui illum pro unius ſervati hominis ſanguine ſublimaſti! Perage ergo cœpta feſtinus, & felicitatis tuæ oblationem lætus adporta: meque quamvis ſim paratus, ſtimula, ne in offerendo tam odorato ſacrificio tarditatis obice fræneris. Chriſti Redemptoris noſtri erit, concedere (ſicut ex operibus futurum conjicimus) ut vere holocauſta tua per meas manus poſſis offerre. Precor tamen, ut indultu clementiæ tuæ Victor Taurinenſis urbis Epiſcopus comes mihi & particeps hujus itineris adjungatur, in quo clarum eſt epitomen omnium conſtare virtutum: quo ſocio adhibito, de Deo ſecurus reſpondeo, nullum effectum propriis petitionibus abnegandum.

Victor Taurinenſis Epiſcopus.

XLIV. Tempus legationis.

Quibus auditis, Rex eminentiſſimus annuit: ac tremendus Pontifex, dicto Vale, diſceſſit. Extempore portandæ pro redemptione pecuniæ deſtinantur, ſuſcipiuntur: egreditur: Ticinum impiger venit. Et quamvis adhuc hiemali tempore Martius menſis glacie fluminibus frænum imponeret, & cana nivibus juga Alpium tranſituris minarentur exitium: ſed mortiferum frigus & concretas algore glebas fi-

dei

Digitized by Google

dei urder exuperat: numquam in gelu labitur cujus fundamentum petra ſolidavit. Ordinato ergo itineris ſui viatico, profectus eſt: quæ poterat retinere neceſſitas, nec cibi ipſius capiendi mora ſuſtinebatur. Et cum ſingulos cum ipſo poſitos illo plenus diſcriminibus callis turbaret; ſolus inter pericula timere non noverat, quem ſpes vitæ certa comitabatur. Concurrebat omnis ætas & ſexus; & quos a vicinitate via ipſius longa intervalla ſejunxerant, ardore animi proximabant,

XLV. *Quicquid habuit quiſque pretioſum, obtulit; & ſi non habuit, aliunde mercatus eſt. Patria ubique, ubique opulenta diffuſio. Inemptis dapibus menſæ cumulabantur peregrinorum; & illis, quas niſi comparatas habere non poterant, eſcis ſine pretio utebantur externi. Tunc quoſcumque indigentium reperit, illis quæ erant donata diſperſit: domi foriſque paſcebat miſeros: neque fieri potuit, ut quod ad ipſum delatum eſt, pauperum uſibus ſubtraheretur. Hoc ordine, mira celeritate Lugdunum ingreſſus eſt, ubi Ruſticius tunc Epiſcopalem cathedram poſſidebat* (dignus hic ſucceſſor S. Patientis Epiſcopi, ad quem adhuc laicum extat Sidonii Apollinaris epiſtola (a) *homo, qui & in ſæcularis tituli præfiguratione ſacerdotem ſemper exhibuit, & ſub prætextu fori gubernationem geſſit Eccleſiæ: qui trans Rhodanum fluvium adventui ipſius ſpiritualis lætitiæ copia repletus occurrit: cauſam commeationis inquirit: quæ eſſent aſtutiæ Regis edocuit; quem ne inopinatum objectionum aut reſponſionum callíditas inveniret, intra penetrale pectoris certaminum proluſionem firmabat. Quem poſtquam Gondebadus terræ illius dominus veniſſe cognovit: Ite* (inquit ad ſuos) *& videte hominem, quem & meritis & vultu ſemper ego Laurentii martyris perſonæ conjunxi. Qui quando nos velit videre, inquirite; & cum juſſerit, invitate. Mox ad eum omnis Chriſtianorum Principi adſiſtentium turba confluxit: qui affatim admiratione capiebantur, quod illa tot linguarum fama tamen minorem ſe in iſto, quamvis etiam ampla, monſtraret: cui numquam ſufficeret paupertas ſermonum, quamvis ditior juſto eſſet in reliquio.*

Ruſticius Lugdunenſis Epiſ.

(a) Sidon. l. 2. ep. 12.

XLVI. *Conſtitutus eſt ergo videndi Regis dies. Ad quem cum ingreſſus, ſalutavit: & ſua utrique viſione lætati ſunt. Dedit ſummo viro Victori licentiam, ſi juberet, ipſe principium legationis ordiri: qui ad illum omne pondus retulit, & fuit ad cunctam humilitatem paratiſſimus. Evestigio decus Italiæ, Antiſtes noſter talibus verbis cœpit effari:*

XLVII. *Inexplicabilis mihi dudum, probatiſſime Princeps, veſtri amor impoſuit per iter iſtud contra naturam & tempus bella ſuſcipere, & cruſtati montis pericula non timere: quibus dudum in metallum aquas arctaverit, coagulatum ex liquore minatur exitium. Tranſcendi alienis menſibus, ninguidos per ſaltus poſui greſſus, quos in ſuis locis vis frigoris obligabat. Poſtremo mortem non timui, ut tibi celer præmium æternæ lucis afferrem. Inter duos optimos Reges teſtimonium in cæleſtibus dicturus adhibeor: ſi quod ille miſericorditer poſtulat, tu clementer accommodes. Munus repromiſſionis Dominicæ æqua lance dividite; & cum ambo amplius habueritis, nemo damna lugebit. Certate, Duces invictiſſimi; & alterutrum vos, exequendo præcepta myſtica, ſuperate. In qua conflictatione ſic bravium victor accipiet, ut victus præmium non amittat. Sequimini conſilium meum, & ambo ſuperiores, & ambo pares extabitis,*

Epiphanii Epiſc. oratio.

XLVIII. De relaxandis captivis Italis.

Redimere cupit ille captivos, tu ſine pretio redde genitalibus glebis. Mihi credite, nemo uberius in hac cauſa, nemo majus accipiet, quam qui nihil acceperit. Defraudabitur præmium partis illius, atque ad tua compendia lucrum tranſit alterius, ſi quos vendere glorioſum eſt, donare diſponas. Divites exercitus tuos faciet contempta pecunia, acquiſita mendicos. Audi Italorum ſupplicum voces, & de te præſumentium preces ſerenus admitte. Audi Italiam numquam a te diviſam, & multum de animi tui clementia confidentem: quæ ſi una voce uteretur, hoc diceret: Quotiens pro me (ſi reminiſceris) ferratum pectus hoſtibus obtuliſti? Quotiens pugnaſti conſilio, ne bella ſubreperent; ne aliquis meorum duceretur in quacumque Orbis parte captivus? Quos nunc detinet, tu nutriſti. Doloſe mihi virtus tua beneficium præſtitit, ſi quos ab extraneis tutatus eſt, cuſtos invaſit. Quis catenarum nexibus impeditus, duræ ſorti non uberiores lacrymas exhiberet, cum ſe ad conditionem liberator impelleret? Quis ſe ſubduceret, cum armorum tuorum crepitus audiretur, in quo in neceſſitatibus tutiſſimum habuere perfugium? Eliſo collo manibus matrona ſublimis, cum traheretur ad vincula, promiſit ſibi vindicem te futurum.

Burgundiones laborarunt pro Italis.

XLIX. *Virgo ab ſtupratoris inſidiis pudorem ſuum tibi credebat diſplicere poſſe, ſi perderet. In ſummam capti ſunt, quos nemo fugientes invenit. Agricolarum laborioſa ſtirpes, & duris exercitata ligonibus ſoboles, quae per terram ſuam paſcit inſabricata ſimplicitas, cum loris colla nectebantur, & palmas vinciret arcta connexio: nihil pro defenſione ſua aliud clamitabant: Scimus & evidenter agnoſcimus, nonne vos eſtis Burgundiones noſtri? Videte ne ante pium Regem, quæ facitis, excuſetis, & illa urbanorum conſuetudine crimina ſupprimatis. Quotiens*

iſtæ, quas ligare præſumitis manus, domino communi tributa ſolverunt. Novimus, quia ille fieri iſta non juſſit. Hac auctoritate miſeri prò ſolatiis utebantur. Multos tamen integritatis tuæ fiducia fecit interimi, dum capti ſuperbius reſponderunt.

L. Inſtat Epiphanius pro redemtione captivorum.

Redde ergo reſiduos patriæ: redde originis, redde gloriæ tuæ. Antiquus dominus provinciam dilige, quam & modernus amplectitur. Remitte, quamvis ad alienam ditionem, qui ſe & tibi poſiti tuos eſſe cognoſcant. Parum enim gratiæ impendimus illius imperio, cujus miſericordiæ nihil debemus. Vacua ſentibus illum quem bene noſtis Liguriam, & reple cultoris. Quantum muneribus tuis obnoxia ſit, intelliget, ſi faciem ſuam aliquando cognoverit. Domeſticum tibi ſemper eſt indulgere ſupplicibus, ſicut ſuperbos opprimere: ſic in utroque fortiſſimus, ibi per gladium, hic per temperantiam triumphos acquires. Noſtris noſtrorumque movera fletibus: ſic in ſucceſſione regni iſtius legitimus tibi hæres accreſcat, & per ſpem adultæ progeniei ad Burgundianum gubernacula reviviſcat. Et licet hoc Deu tribuas: adtice & illud, quod nec hominibus externis iſtud impendis. Sed junctu tibi Italiæ domino etiam neceſſitudine affinitatis, ſit filii tui ſponſa laxa largitas; abſolutio captivorum offerat pactæ ſuæ munus, quod & Chriſtus accipiat. Hæc cum dixiſſet, commonita ſancto Victore collega, ſurrexit; & uſque ad pectus regium lacrymantes, & cum omnibus prope aſtantibus capita ſubmiſerunt.

LI. Regis Burgundionum reſponſio.

Tunc Rex probatiſſimus, ut erat fundo locuplex, & eloquentia, dives opibus, & facundus aſſertor, verbis taliter verba repuſuit: Belli jura pacis fautor ignoras, & conditiones gladio deciſas concordiæ auctor eviſceras. Lex eſt certantium, quem putas errorem. Frenum neſciunt inimicitiæ, quod tu Chriſtianæ lucis jubar oſtendis. Præliis temperantiam nullus adnectit, quæ oris tui nitore, egregie moderator, attollitur. Statuta ſunt dimicantium: Quicquid non licet, tunc licere. Iſta ſibi ſorte quies vendicet, quæ mutaſti. Hoſtem ſuum qui non læſit, adjuvat. Paulatim adverſarius a regni ſui mole ſuccidiтur, cujus Imperii radices viribus amputantur. Repoſuè Regi partium illarum contumeliam, quam patue illatam: ludificatus ſpecie fœderis, nihil egi ſtudioſius, niſi, ut, quod ut eſt cautela, apertos inimicos agnoſcerem. Concedat tamen Divinitatis aſſenſus, ut ſolidatum inter nos fœdus longa ætate ſervetur. Invenient partes illæ conſtantem in amicitia, quem ſenſerunt perniciosum ſibi fuiſſe, dum litigatur. Vos tamen ſancti viri ad domos, in quibus manetis, ſine tribulatione diſcedite; dum ego animæ mea & regni utilitate diſcuſſa, quæ me conveniat, præſtare pronunciem.

LII. Laconius potens apud Regem Burgundionum.

His auditis, Pontifices abſceſſerunt. At ille, vocato Laconio, cui & rerum & verborum fides ab illo ſemper tute mandata eſt: quem & prærogativa natalium & avorum curulis per magiſtræ probitatis inſignia ſublimarunt: cum quo confert, quotiens pia & religioſa meditatur. Et ſicut non eſt cum vitiis ſociata nobilitas, nec adſtringitur ad illecebras ſuæ naturæ: ſi quid ille benigne facere voluerit, duplicari iſte hortator adhibitur. Cui Princeps: Vade (inquit) Laconi, & tota votorum tuorum vela ſuſpende. Et ſacerdos a nobis, & beatus Epiphanius libenter auditus eſt; cujus te precibus fuiſſe permotum, cum apud nos verba faceret, animorum, indices lacrymæ teſtabuntur. Vade & pleno pectore dictu ſententias, per quas pactionis illius duriſſima nexus irrumpas. Liceat omnibus Italis, quaſcumque Burgundionum noſtrorum metus captivitatis fecit eſſe captivos, quo famis neceſſitas, quos periculorum timor advexit; poſtremo quoſcumque conceſſit aut addixit conſenſus Principis ſui, noſter abſolvat. At paucos quos ardore præliandi tunc ab adverſariorum ſuorum dominatione rapuerunt, pro illis pretii quantulumcumque percipiant; ne deteſtabiles apud illos fiant certaminum caſus, quorum cum diſcrimina ſuſtinuerint, lucra non ſentiant.

Solvuntur captivi & diſtinguntur diverſa conditione.

LIII.

Poſt præceptum venerande Regis impiger ille verborum ſaltibus indulgentiæ ſpecies aut formas expoſuit, & chartas ad inſignem Antiſtitem detulit: quas ille cum expectatiſſima devotione ſuſcepit, & portitorem tanti doni ambobus amplexus eſt. Qui poſtquam rumor innotuit, tanta iſtius jam liberæ multitudinis frequentia ſubito aſtitit, ut deſolata crederes eſſe etiam incolis rura Gallorum. Nam teſtis hujus rei ego ſum, per cujus manus pictacia ad clauſuras juſſio ſacerdotis ejicuit. Quadringentos homines die una de ſola Lugdunenſi Civitate reditus ad Italiam fuiſſe dimiſſos, identidem per ſingulas urbes Sabaudiæ * vel aliarum provinciarum factum, indubitanter agnovimus. Ita ut iſtorum, quos ſola preces beatiſſimi viri liberarunt, pluſquam ſex millia animarum terris patriis redderentur. Eorum vero qui redempti auro ſunt, numerum ad liquidum cognoviſſe non potui; quia inter eos etiam multos fuga eripuit. Sic factum eſt, ut tunc ad liberationem omnium ſubjugatorum tranſcendi occaſio conceſſu ſufficeret. Poſtquam tamen pecuniarum ille cumulus effuſus eſt, continuo ad expenſas redemptionis ſuggeſſit neceſſaria, illa, quæ ibi eſt, theſaurus Eccleſiæ Syagria, cujus prolixam quæris vitæ narrationem: ſufficit autem, ut ex operibus cognoſcatur, quam verba tranſcendunt. Ejuſdem ſtemma-

Numerus captivorum dimiſſorum.

* Spandiæ.

Syagria ſanctima femina.

matis hanc putamus eſſe Syagriam, cujus & Syagius, qui apud eumdem Regem Burgundionum agebat magno ab eo honore habitus: nam Burgundionum Solonem appellat eum Sidonius, quem & Syagrii quondam Conſulis ordinarii pronepotem fuiſſe teſtatur (a). *Dedit etiam* (ſubdit Ennodius) *præſtantiſſimus inter Gallos Avitus Viennenſis Epiſcopus, in quo ſe peritia velut in diverſorio lucidæ domus incluſit.* Hic illuſtris ille Alcimus Avitus, qui ejuſdem Regis Burgundionum ſalutem curans (ut auctor eſt Ado Viennenſis) ad eumdem dialogum ſcripſit, quo vehementer impugnavit hæreſim Arianam: ſed de eo inferius pluribus agendum erit. At pergit auctor:

(a) Sidon. l. 5. ep. 5.

LIV. *Quid pluribus? auro illorum ex maxima parte actum eſt, ne Gallis diutius ſervitum pubes Ligurium duceretur. Nec in uno loco ſummus vir in illa ſe regione continuit: ne forſitan in longinquo degentes dominorum feritas impediret. Fuit Genevæ, ubi Godigiſclus germanus Regis larem ſtatuerat: qui formam fraternæ deliberationis ſecutus, bonis operibus ejus ſe ſocium dedit. Brevi tamen tantæ liberatorum phalanges remiſſæ ſunt, ut videres longe lateque agminibus ferventia itinera cum laude Dei noſtri, tum etiam ſplendidiſſimi ſacerdotis Epiphanii, cujus miniſterio atque labore erepti fuerant, redeuntium. Et ne tanti lux noſtra trophæo muneris privaretur, atque ab oculis ipſius pulcherrimum ſpectaculum tolleretur, ipſe cum his remeavit. Videres duci in triumphis cæleſtibus vulgus liberum, & pro mactandorum ſanguine terram madeſieri lacrymis exultantium.* Et paulo poſt: *Ecce tunc comperimus armatorum mentes ſanctitate ſuperatas, & ceſſiſſe precibus electi legati Principem, qui obvium ſemper lanceis pectus ingeſſit. Quantum acutior fuerit verborum quam ferri lamina, hinc lector agnoſce: expugnavit ſermo, cui ſe gladii ſubduxerunt.*

Godigiſclus ſuos captivos relaxat.

LV. *Dum ergo tertio menſe cum tali trophæo Ticinum remearet Antiſtes; ut Taurantas jam venit (ſic enim vocitatur oppidum Alpibus vicinum) ibi quædam mulier gravi immundi ſpiritus vexatione laborabat: quæ continuo, percepta benedictione, abſoluta diſceſſit. Ipſe tum ſuis inopinatus nec ſuſpicantium oculis aſtitit. Viſus eſt ſubito, de quo vix credebatur aliquis poſſe rumor audiri. Mox tamen ut rediit, curis ex more animum fatigat, ne forte quibus abſolutionem Deus noſter per illum dederat, proprii cenſus poſſeſſione turbarentur: præcipue ob nobilium conſiderationem perſonarum, quibus immanior apud ſuos poterat conſtare calamitas, ſi vitam inopes reduces ſuſtinerent, & de peregrinationis incommodis ſola miſericordia ſolatia perdidiſſent. Ad Regem Theodericum invictiſſimum per ſe moxtre noluit, ne forte laboris ſui viciſſitudinem in relatione gratiarum, aut in exhibitione munerum coram poſitus videretur exigere: flagitat enim quaſi debitam retributionem, qui pro flagitatis Principum juſſionibus ipſe quid actum ſit auctor annunciat. Hoc ergo ille totius acuminis vir perſpiciens, declinare geſtiebat. Scripſit tamen; & quæ geſta ſunt, loqui commiſit epiſtolis: ne aut tacendo contemptor, aut occurrendo per arrogantiam pronunciaretur intemperans. Quantum tunc, admirande Pontifex, tua plus egit abſentia, quantum impetravit humilitas deprehenſa; dicant illi quos de exulibus ditiſſimos reddidiſti. Igitur omnia, quæ a piiſſimo Rege pro miſeris per paginam petiit, ſingularis Antiſtes incunctanter obtinuit, &c.* Haſtenus de legatione Epiphanii Ennodius Ticinenſis, cui ipſe comes ac ſancto viro miniſter acceſſit.

Ann. Eccl. Tom. VIII.

Epiphanii prudens conſilium.

Redempti ſunt alias etiam ſub eodem Theodorico captivi, non pecunia Regis, ſed eleemoſynis Romanæ Eccleſiæ, eas abundanter impendente Symmacho Papa, de quo hæc leguntur in libro de Romanis Pontificibus: *Hic captivos per Liguriam & Mediolanum & per diverſas provincias pecuniis redemit, & dona multiplicavit, & dimiſit.* Sic ibi. Hæc autem de legatione ad Gundebaldum cum contigiſſe auctor dicat biennio ante ejuſdem Epiphanii obitum, hoc ipſo facta ſunt anno: nam idem deſiit ex hac vita (ut ſuo loco dicemus inferius) anno Domini quadringenteſimo nonageſimoſexto. His plane officiis idem Burgundionum Rex demeruit Theodoricum: a quo, ſumpta fiducia, petiit horologia ejus generis, quæ Romæ aliquando vidiſſet, nempe tum ad aquæ fluxum attemperata, quæ clepſydras vocant; tum etiam quibus Sol umbra gnomonis diei horas edocet. Impertitus eſt Theodoricus quæ ille petiiſſet, Boetio Severino viro in omnibus ſcientiis, & mathematicis præcipue facultatibus callentiſſimo in ejuſmodi curandum opus incumbente. Extant ejuſdem Theodorici Regis de his tum ad Boetium datæ epiſtolæ, tum ad ipſum Burgundionum Regem, cum horologia miſit, redditæ litteræ (b).

LVI. Romana Eccleſia captivos redemit.

(b) Caſſiod. Variar. l. 1. ep. 45. 46.

Hæc quidem laude digna præſtitit Theodoricus hoc ipſo regni ſui exordio, relaxans reos, redimenſque captivos, ſic ſibi animos concilians ſubditorum: adjecit autem, quod licet Arianus eſſet, Catholicis bene uſus eſt, non tantum nihil negotii illis more hæreticorum faceſſens, ſed & indulgens, & gratiis ornans, & omni officiorum genere proſequens, deque illis benemereri in omnibus ſtudens; adeo ut ſe ægro animo indignoque ferre monſtrarit, ſi quis in e-

LVII. Theodoricus favit Catholicis.

jus gratiam e Catholica fide ad Arianam ſectam, cujus ipſe cultor erat, tranſiret: quod & aliquando ejuſmodi facto egregio declaravit, a Nicephoro & aliis ita deſcripto (*a*):

(a) Niceph. l. 16. c. 35.

LVIII. *De Theodorico quiddam hujuſmodi hiſtoriæ tradunt. Miniſtrum is quemdam ſeniorem fidem ſectantem vehementer inſano amore proſequebatur, & ad voluptatem eo abutebatur. Et ille, ut quæ grata placitaque ei eſſent, faceret, a Conſubſtantiali fide deſcivit ad Arianiſmum. Quod ubi Theodoricus comperit, caput illi, quem tantopere amaverat, reſecuit, inquiens: Si Deo fidem ſinceram non ſervaſti, quomodo mihi, qui homo ſum, conſcientiam ſanam præſtabis?* Hæc Nicephorus: eadem Zonaras, & Cedrenus, licet in eo uterque erret, dum Theodoricum Africæ Ducem appellant. Scribit id ipſum Theodorus Lector libro poſteriori Collectaneorum, ſed nihil de fœditate miniſtri.

LIX. Quænam autem miranda hoc tempore Anaſtaſii Imperatoris acciderint Conſtantinopoli de alio item a Catholica fide deficiente ad Arianam perfidiam, & horrenda blaſphemia impetente ſanctiſſimam Trinitatem, ex Theodoreto hiſtorico S. Joannes Damaſcenus enarrat, cum ſic exorditur a titulo: *Ex hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Theodoreti tomo quarto*. Ita ipſe ante rei geſtæ narrationem. Sed in hoc ipſo limine prudens lector obiiciet de titulo recitato, quomodo de rebus geſtis ſub Anaſtaſio Imperatore citari potuit Theodoretus, quem conſtat etiam ante Zenonis Auguſti tempora defunctum eſſe; cum pariter liqueat, hiſtoriam Theodoreti quinque partitam libris Valentiniani tempora minime prætergreſſam & Theodoſii Junioris Imperium? Nodus hic tibi primo ſolvendus, ne anceps in ipſa lectione fluctues, qui de auctoris fide jam juſta objectione vacillas. In primis autem dici poſſe videtur, Theodoretum pro Theodoro mendoſe conſcriptum: nam tradit Suidas, Theodorum Lectorem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſcripſiſſe hiſtoriam Eccleſiaſticam a Conſtantini temporibus uſque ad Juſtiniani Imperium, plane diverſum opus a perbrevibus illis duobus Collectaneorum libris, quæ fragmenta potius eſſe videntur, quam ordinata rerum tractatio, quam idem Joannes Damaſcenus inferius citat. Hæc ſcholiaſtes apud ipſum Joannem Damaſcenum ſenſit, & quidem haud inſulſe.

Pro Theodoro Theodoretus.

LX. Sed magis placet, ut dicamus præter Theodoretum Cyri Epiſcopum, alium extitiſſe poſt eum Theodoretum hiſtoricum, qui a S. Joanne Damaſceno citatur. Nec putes hæc a nobis inani tantummodo opinatione effingi, quæ ſcriptoris ejuſdem ſæculi aſſertione firmantur. Etenim idem, de quo modo egimus, Theodorus Lector poſteriori Collectaneorum libro eumdem Theodoretum Juniorem citat his verbis: *Petrus Mogus reliquias Timothei Soloſaſcioli effodiſſe fertur, quod & Theodoretus ſcribit.* Hæc ipſe de rebus geſtis ſub Zenone longe poſt obitum Senioris Theodoreti: ut plane certo certius affirmandum ſit, poſt Theodoretum Epiſcopum Cyri Theodoretum alium citatum tum a Theodoro Lectore tam a S. Joanne Damaſceno, claruiſſe: ex quo de Arianis admiranda iſta, eo præfixo titulo, narrat his verbis (*b*):

Theodoretus Junior.

(b) Jo. Damaſcen. de Imag. orat. 3.

LXI. *Hoc Conſulatu, octavo Kalendas Januarii, res admiranda, terribilis & ſingularis, quæ aures audientium obſtupebant evenit. Olympius enim quidam nomine cum Euthymius Arianæ factionis defenſor curſorem ſalutantem * citaret in balneis Palatii Heleniani, accedens ad eum qui præmolliebat, & quoſdam qui lavabantur ὁμοουσίους, hoc eſt, ejuſdem ſubſtantiæ de Filio dici comprobantes conſpicatus, iſtiuſmodi verbis eos compellavit: Quid enim eſt (inquiens) Trinitas? aut quo non in pariete inſcripta eſt? Membriſque corporis neceſſariis apprehenſis: Ecce (inquit) & ego Trinitatem habeo. Qua re qui illic aderant, commoti, illum erant interfecturi; ſed in valli ambitu prohibiti ſunt a quodam Magno ſanctorum Apoſtolorum presbytero viro admirando, Deique ſtudioſo, qui ſic eos eſt allocutus: Juſtitiæ non latet oculum cuncta ſpectantis & punientis. Cum igitur hominis veneratione quieviſſent: ſurrexit Olympius* blaſphemus ille Arianus, *& calidarum aquarum balneo lotus (ut fit) ad illud quod frigidas continebat ingreditur (ſuſcipit enim aquas e terra medium venerandi altaris ſanctæ ædis Stephano protomartyri dicatæ, quam Aurelianus inter veteres præcipuis dignitatibus illuſtris exædificavit, ex quo divinis aquam ſpectaculis fieri dignam exiſtimo.) In hanc ille cum deſcendiſſet, confeſtim egreſſus eſt, clamans: Miſeremini. Et carnes ſuas ungulis dilanians, ab oſſibus divellebat.*

* Olympius Arianus blaſphemus dat pœnas.

LXII. *Hunc illum qui circum aderant comprehenſum linteo obvolverunt, & præ frigore animo deficientem reclinarunt. Rogantibus autem, quidnam illi contigiſſet? Reſpondit Olympius: Hominem vidi candidis indutum veſtimentis, qui ſuper Nerophorum incedens, tres mihi calidæ ſitulas infudit. Ne maledixeris, inquiens. Qui igitur erant illi neceſſitudine conjuncti, ſublatum in aliud balneum, quod Arianorum habebat Eccleſia, geſtarunt. Verum cum ex linteo vellent illum eximere, omnes illius carnes dilacerarunt, atque ita moriens animam efflavit. Quæ quidem res per totum fere pervagata regnum eſt. Prodiderunt autem quidam, Olympium cui*

Dira ultio in Olympium Arianum.

id

id contigerat, quodam tempore ab eorum qui Filium Homouſium, hoc eſt, ejuſdem eſſentiæ cum Patre fatebantur, cœtu, ad Arii partes defeciſſe:

LXIII. Anaſtaſius Imp. picturа repræſentari miraculum jubet.

Verum cum ad aures regias perveniſſet (erat autem Rex Anaſtaſius) juſſit miraculum in tabula coloribus expreſſum ad Nerophorum collocari. Joannes autem quidam ædis illius, de qua ſupra mentionem fecimus, Stephano protomartyri ſacræ diaconus & curator, vir qui (ut ſi quis alius) decreti illius, quo Filius ejuſdem cum Patre eſſentiæ declaratur, ſe perpetuo ſtudioſiſſimum oſtendit; ipſe quoque rem pictura, ſed non ſimpliciter promulgavit. Nam eorum qui illic lavabantur, ſpectatoreſque fuerant, quique in balnea miniſtrabant, nomina inſcripſit, & ubi eorum ſinguli habitarent, indicavit. Quæ quidem pictura ad hoc uſque tempus rem ipſam teſtatur, in fronte quartæ porticus, quod ſæpe vocatum eſt Oratorium, affixa.

LXIV. *Cæterum quando res admiranda rem ad mirandum conſecuta eſt, cum ejuſdem argumenti ſit, nefas eſt eam contemnere. Itaque licet præſens ſubeat tempus, illam non gravabor commemorare. Cum enim illi qui Arii partibus ſtudebant, triumphum progredi perſpicerent; precibus impulerunt eum, cui Palatii Helenianorum cura fuerat demandata, ut tamquam balnei adminiſtrationis Præfectus imaginem auferret & abſconderet. Hic facili inventa excuſatione, quod ob aquarum humiditatem eſſet corrupta, ſuſtulit eam (ut ajunt, inter diſputandum,) & abſcondit. Verum cum Rex ſingula loca regia obiret atque inviſeret, ad hunc quoque pervenit, & imaginem inquirendam, ac parieti rurſus affigendam curavit. At Eutychianum (miniſtro enim illi id erat nomen) divina quædam ſic invaſit indignatio, ut dexter oculus ei diffluеret, peſſimeque reliqua item membra conflictarentur, qua ad ſacrum Oratorium, ubi beatorum Pantaleonis & Marini pars reliquiarum conſervatur, accederet: quod quidem Oratorium, Concordia, vocatur quoniam illuc Epiſcopi centum & quinquaginta, Imperatore Theodoſio Magno regnante, concordes in eam ſententiam convenerunt, ut Divinæ Trinitati eamdem eſſentiam conſtituerent, & Dominum ex Virgine humanam aſſumpſiſſe carnem declararent. Verum cum ille ſeptem circiter dies commoratus nihil acciperet adjumenti, quinetiam gemini excederentur: media quadam nocte, miniſter,*

Eutychianus occultans imaginem dat pœnas.

cujus erant partes ut totam noctem inſomnis duceret, ſecundum quietem vidit quemdam Regem aſtantem, manuque illum qui ægrotabat oſtendentem, dicentemque: Quomodo hunc ſuſcepiſti? Iſte cum illis ſentit, qui in me maledicta conjiciunt: iſte miraculi abſcondit imaginem.

Clericus igitur ſomno ſolutus, quod in quiete viderat, enarravit: negans fieri poſſe, ut is ab ea calamitate liberaretur. At Eutychianus, eadem nocte, cum doloribus ſubactus obdormiſſet, adoleſcentem quemdam eunuchum aſtantem vidit, ſplendido indutum veſtimento, ſeque ſic alloquentem: Quid habes? Cum autem ille: Vi morbi conſumptus pereo, nec curationem ullam invenio, reſpondiſſet: audivit eum dicentem: Nemo tibi poteſt opitulari: Rex enim vehementer iratus eſt tibi. Ipſe vero: Quem (inquit) movebo, aut quid faciam? At ille: Si vis (inquit) curari, ad Helenianorum balneum contende, & probe combuſti Ariani imaginem quieſce. Protinus is experrectus, unum e miniſtris vocavit. Admirati ſunt autem, quoniam tertium jam diem vocis uſu caruerant. Se igitur, ut fuerat imperatum, deduci juſſit. Verum cum ad locum perveniſſet, prope imaginem collocatus, expiravit. Is enim, quem in ſomnis viderat, per animæ ſejunctionem a corpore, morbi curationem ſignificans, vera prænunciavit. Hactenus ex citato auctore Joannes Damaſcenus. Narrant hæc eadem de Olympio ſacrilego Ado Viennenſis, & Miſcellæ auctor; ſed in eo corrigendi, dum in Africa id referunt accidiſſe, id putantes ſcilicet, quod illic vigeret Arianorum principatus. Verum ab Anaſtaſio, icto fœdere cum Theodorico Ariano Rege, Arianis Conſtantinopoli agere, Eccleſiam habere, conventus cogere licere, pactis conventis eſſe ſtatutum, poſſumus intelligere.

LXV. Nullam Eutychianus conſequitur veniam.

Hæc Deus adeo ingentia atque perſpicua in primaria Orientis Civitate his potiſſimum temporibus edi voluit adverſus Arianam impietatem divinitus ſigna, ut univerſo innoteſcerent Chriſtiano orbi, qui undique Arianis confertus erat; regnantibus ubique Arianis Principibus, Theodorico in Italia, Guntebundo in Africa, Alarico in Gallia Narbonenſi, & Gundebaldo in Gallia Lugdunenſi ac Viennenſi: ne quis crederet illic eſſe Deum, ubi vi armorum Principes dominarentur. LXVI. Cur his temporibus tanta miracula.

Potuerunt quidem hæc ſigna, vel alia tamquam potens pharmacum expergiſcere cos, LXVII.

PAGIUS XI. A num. LXVII. ad LXX. Collationem Epiſcoporum Burgundiæ præſertim *Aviti* Viennenſis Epiſcopi adverſus Arianos, memorat hoc anno Baronius, quia ejus tempore non extabat. Verum poſtquam ea inter hujus S. Præſulis Opera lucem vidit, tardius habitam eſſe innotuit. De ea anno DI. verba faciemus, interimque hic aliqua de Avito obſervabimus. Is nullo labori pepercit, ut Gundabodum Regem ad fidem Orthodoxam adduceret: in libro enim Agobardi Lugdunenſis Epiſcopi adverſus legem Gundabodi legitur: *Avitus fide Catholicus, eloquio*

S. Avitus Viennenſis Epiſc. Regem Burgundiæ ad fidem Catholicam perducere conatur.

eos, qui eminentioris ingenii ſed ſalutis ſuæ non obliti penitus eſſent. Inter alios enim Gundebaldum Burgundionum Regem, de quo plura nuper locuti ſumus, admonuerunt, ut errori nuncium omnino remitteret, fidemque Catholicam, quam veram eſſe ſciebat, caperet, id potiſſimum ſuadente ſanctiſſimo viro Alcimo Avito Epiſcopo Vienneſi: de eo enim habet iſta Gregorius (a):

(a) Greg. Turon. de Geſt. Fran. l. 2. c. 34.

LXVIII. *Cum autem cognoviſſet Gundebaldus aſſertiones hæreticarum nihil eſſe a S. Avito Epiſcopo Viennenſi, Chriſtum Filium Dei & Spiritum ſanctum æqualem Patri confeſſus, clam ut chriſmaretur, expetiit. Cui ait ſacerdos: Si vere credis; quod nos ipſe Dominus edocuit, exequere. Ait autem (b): Si quis me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui eſt in cælis: qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui eſt in cælis. Sic & ipſos ſanctos ac dilectos ſuos beatos Apoſtolos cum de futuræ perſecutionis tentationibus doceret, inſinuavit dicens (c): Attendite vobis ab hominibus: Tradent enim vos in Conciliis, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos, & ante Reges & Præſides ſtabitis propter me in teſtimonium illis & Gentibus. Tu vero cum ſis Rex, & a nulla apprehendi formides ſeditionem paveſcis populi, ne Creatorem omnium in publica fatearis. Relinque hanc ſtultitiam; & quod corde te dicis credere, ore profer in plebe: ſic etenim & B. Apoſtolus ait (d): Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Sic & Propheta ait: (e) Confitebor tibi in Eccleſia magna, in populo gravi laudabo te. Et iterum (f): Confitebor tibi Domine in populis, pſalmum, dicam nomini tuo in Gentes. Metuens enim populum, o Rex, ignoras, quia ſatius eſt ut populus ſequatur fidem tuam, quam tu infirmitati faveas populari? Tu enim es caput populi, non populus caput tuum. Si enim ad bellum proficiſcaris, tu præcedis ad catervas hoſtium, & illa quo abieris ſubſequuntur. Unde melius eſt, ut te præcedente, cognoſcant veritatem, quam te pereunte, permaneant in errore. Nam Deus non irridetur: nec enim diligit illum, qui propter regnum terrenum, eum non confitetur in ſæculo.*

(b) Matt. 10.
Confeſſionem fidei manifeſtam requirit S. Avitus.
(c) Matt. 10.
(d) Rom. 10.
(e) Pſ. 34.
(f) Pſ. 56.

LXIX. Aviti ſcripta. *Iſta ille oratione confuſus, uſque ad exitum vitæ ſuæ in hac inſania perduravit, nec publice æqualitatem Trinitatis voluit confiteri.* Verum etſi non valuit S. Avitus ipſum Gundebaldum ab errore liberare, ejus tamen filium Sigiſmundum ad fidem Catholicam convertit, ut ſuo loco dicemus. Addit Gregorius, eumdem Avitum, ipſo regnante Gundebaldo, ſcripſiſſe commentarios adverſus Eutychianam hæreſim tunc in Oriente invaleſcentem; relegitque alia ab eo edita ſcripta. Quod inſuper ad eumdem ſpectat, non eſt prætermittendum, quod de ipſo agens ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus Ado, hæc de ejus genere & ipſi conjunctis, dum ejus recenſet ſcripta, habet his verbis (g): *Avitus quoque Viennenſis Epiſcopus eloquentia & ſanctitate præcipuus, & ejus frater Apollinaris Valentiæ Epiſcopus miraculis inſignis, Iſicii Senatoris primum viri poſtea Viennenſis Epiſcopi, duo lumina, clariſſimi filii.* Ejus mater Audentia dicta eſt, ut de Virginitatis laude ad ſororem ſcribens Avitus ipſe teſtatur. Sed pergit: *hic B. Avitus adverſus hæreſim Arianam, quæ tunc non ſolum Africam, ſed & Galliam, Italiamque magna ex parte occupaverat, magno ſudore decertavit: quod clariſſima ejus opera teſtantur. Scripſit enim dialogum hæreſim illam expugnans fideliſſimo & doctiſſime immortalique ingenio ad Gundebaldum Burgundionum Regem filium Gundavei: item alios libros duos contra Neſtorium & Eutychetem auctores erroris luculentiſſimo & caſtigato ſatis ſermone. Fuerunt & alia illius plura eximia opera in Chriſti Eccleſia probatiſſima:* quæ recens Gregorius, iſta ſubdit (h): *Scripſit enim homiliarum librum unum de Mundi principio, & de diverſis aliis conditionibus libros ſex verſu compaginatos: Epiſtolarum libros novem, inter quas ſupradictæ continentur epiſtolæ.* Sed periere omnes ejus epiſtolæ gravi damno memoriæ rerum illorum temporum.

(g) Ado in Chron. ann. Dom. 492.
(h) Greg. de Geſt. Fran. l. 2. c. 34.

LXX. S. Benedictus eremum petiit. Hoc eodem anno magnus ille monachorum Patriarcha, Occidentalis decus Eccleſiæ Benedictus, Nurſinus patria, Romæ litteris dans operam, ab Urbe recedens profecturus in ſolitudinem, ſublimioris vitæ monaſticæ prima jecit feliciter fundamenta: habet hæc de tempore ve-

PAGIUS *loquentia facundiſſimus, ingenio acerrimus, Sacrarum literarum Expoſitor ſuaviſſimus, literarum etiam ſæcularium doctiſſimus, & in metris facillimus, cum eodem Gundobado frequenter de fide altercans, & Dialogos in præſenti conficiens & Epiſtolis abſenti ſcribens plura & clara ingenii ſui & virtutis Opera reliquit.* Unum ex illis Dialogis ſeu Collocutionibus proponit Avitus Epiſt. XXI. ad Gundabodi filium Sigiſmundum. Turonenſis lib. 2. cap. 34. teſtatur, Avitum rogante Gundabodo Rege ſcripſiſſe contra hæreſim, *nihil Divinitatis habuiſſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* Quæ fere continentur in Epiſt. XXVIII. ad Gundabodum Regem. Idem Avitus exigente Gundabodo Rege Epiſtol. II. & III. confutavit hæreſes Eutychianorum, Neſtorianorum, Photinianorum, & Bonaſiachorum. Sed præſertim contra hæreſim Arianam decertavit ſcriptis integris libris, quorum aliqua fragmenta extant in ejus Operibus a Sirmondo publicatis, quæ Baronius periiſſe arbitratur. Bollandus ad diem Ec-

vetus hiſtoria Caſſinenſis. At cum de re ipſa liquido conſtet, de anno tamen diverſæ admodum inter ſe pugnantes ſententiæ reperiuntur: quænam autem ipſarum magis ſit veritati conſentiens, id nobis eſt diligentius explorandum, & ab annis vitæ ejus & obitus tempore in primis natalis expiſcandus eſt annus. Marianus Scotus complures fuiſſe tradit, qui ſanctum Benedictum annos nonagintaſex vixiſſe teſtentur, obiiſſeque anno Chriſti ſexcenteſimo tertio: eamdemque ſententiam ſecutus eſt Sigebertus; quam ipſam & veriſimilem eſſe Trithemius dicens, aliis errandi occaſio fuit. Secundum autem hujuſmodi aſſertionem, ipſum ſanctum Benedictum natum eſſe anno Domini quingenteſimo ſeptimo, dicendum eſſet: quod omnino falſum eſſe, plurima ſunt quæ demonſtrent.

LXXI. Longe ante S. Gregorium S. Benedictus.

Re igitur accuratius perveſtigata, longe longius horum ſententiam a veritate diſcrepare, perfacile erit oſtendere. Nam in primis, ſi vera ea ſententia eſſet, dicendum plane opus erit ſanctum Benedictum æqualem S. Gregorii Papæ ſub Pontificatu ejuſdem ex hac vita migraſſe, anno ejuſdem Pontificis ſedis decimotertio, uno tantum vel paulo amplius ante ipſius Gregorii obitum: quod quidem valde repugnat iis quæ idem Pontifex in Dialogorum libro ſecundo de eodem ſancto Benedicto conſcripſit, dum quibus auctoribus res ab eo geſtas didicerit, his verbis, ipſius narrationis exordio tradit (a): *Hujus ego omnia geſta non didici; ſed pauca quæ narro, quatuor diſcipulis illius referentibus, agnovi, Conſtantino ſcilicet reverendiſſimo valde viro, qui ei in monaſterii regimine ſucceſſit; Valentiniano quoque, qui annis multis Lateranenſi monaſterio præfuit; Simplicio, qui congregationem illius poſt eum tertius rexit; Honorato etiam, qui nunc adhuc cellæ ejus, in qua prius converſatus fuerat, præeſt.* Hæc Sanctus Gregorius, ſatis perſpicue docens, poſt obitum Sancti Benedicti quatuor ſubſtitutos eſſe in præfectura monaſtica ſucceſſores, cum ipſe ea de ipſo ſancto ſcriberet in Dialogis, quos liquet ſcripſiſſe anno quarto ſui Pontificatus, dum ſæpe in illis tradit (b) ante triennium diram illam peſtilentiam contigiſſe, quæ quidem ipſius Pontificatus exordio Urbem vaſtabat, anno nimirum Domini quingenteſimo nonageſimoprimo. Si igitur ipſe Gregorius anno Chriſti quingenteſimo nonageſimoquarto Dialogorum libros conſcripſit, quibus & vitam & obitum ejuſdem S. Benedicti proſecutus eſt: quomodo dicto anno ſexcenteſimotertio eum mortuum eſſe tradunt? Et quonam pacto potuit Gregorius ejus ſcripſiſſe obitum, ſi poſt annos ferme decem ab ea ſcriptione ipſe S. Benedictus dicatur fuiſſe ſuperſtes? Cum igitur quæ ſcripſit Gregorius de Sancto Benedicto, teſtetur ſe accepiſſe ab ejus in monaſtica præfectura ſucceſſoribus Conſtantino & aliis ejuſdem diſcipulis in idem munus poſtea ſubrogatis; affirmare neceſſe eſt ipſum longe ante jam fuiſſe defunctum.

(a) Greg. Dialog. l. 2. in princ.

(b) Greg. Dialog. l. 4. c. 26. & 36.

Redarguuntur errores.

LXXII. Ætas S. Benedicti.

Veritati autem magis conſentiens ea apparet eſſe ſententia, qua ipſe aſſeritur ea hac vita deceſſiſſe anno Domini quingenteſimo quadrageſimoſecundo, quam affert Leo Oſtienſis Epiſcopus ex Caſſinenſis cœnobii antiquioribus monumentis; quibus etiam traditur, eumdum ſanctum Benedictum annos vixiſſe tantum ſexagintaduos: qua ratione æque ponitur ipſe natus anno Domini quadringenteſimo octogeſimo; hocque anno quo ab Urbe ponitur receſſiſſe, annum ætatis egiſſe decimumquartum. Sed falli, mea quidem ſententia, puto, qui Benedictum ejus ætatis puerum eremum petiiſſe exiſtimarunt, haud aſſecuti Gregorii verborum ſententiam. Nec ſane veriſimile eſt, ut tam teneræ ætatis puer adeo arduum vitæ arripuerit inſtitutum, a quo potius per Romanum prudentem monachum revocandus fuiſſet, quam famulatu pollicito impellendus. Hanc quidem ſententiam de ejus pueritia cum eremum petiit, inde ortam puto, quod S. Gregorius puerum eum appellat. Sed cum talem fuiſſe ſtudeat demonſtrare, qui ſi voluiſſet, mundi voluptatibus frui utique valuiſſet, ſed abſtinuiſſe virtute animi; adoleſcentulum potius quam puerum eum exhibere videtur.

LXXIII.

At reddamus hic verba Gregorii: *Fuit* (inquit c) *vir vitæ venerabilis, gratia Benedictus & nomine ab ipſo ſuæ pueritiæ tempore cor gerens ſenile. Ætatem quippe moribus tranſiens, nulli voluptati animum dedit; ſed dum in hac terra adhuc eſſet, quo temporaliter libere uti potuiſſet, deſpexit quaſi aridum mundum cum flore. Qui liberiori genere in provincia Nurſiæ exortus, Romæ liberalibus litterarum ſtudiis traditus fuerat: ſed cum in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret, eum quem quaſi in ingreſſu mun-*

(c) Greg. Dialog. l. 2. in princ.

PAGIUS Februarii varia de *Avito* colligit, ubi cum dicat, Sauſſaium in Martyrologio Gallicano celebrare ordinationem Sancti Aviti die XVII. menſis Junii, & in ejus Vita legatur: *Tempore Zenonis Imp. B. Avitus Epiſcopus Viennenſem Eccleſiam poſt patrem Iſicium æque Epiſcopum ſuſcepit regendam*, ſi die XVII. Junii Avitus ordinatus eſt, contigit id anno CDXC. quo dies illa in Dominicam incidit, & Zeno adhuc imperabat. Hinc Sigebertus in Chronico ad annum CDXC. ait: *Avitus Viennenſis Epiſcopus claruit, qui Gallias ab Ariana hæreſi defendit.*

mundi poſuerat, retraxit pedem: ne, ſi quid de ſcientia ejus attingeret; ipſe quoque in immane præcipitium totus iret. Deſpectis itaque litterarum ſtudiis, relicta domo rebuſque patris, ſoli Deo vacare deſiderans, ſanctæ converſationis habitum quæſivit. Receſſit igitur ſcienter neſciens, & ſapienter indoctus. Hæc Gregorius. Quem igitur tempore abdicationis ſæculi puerum dixit, adoleſcentem fuiſſe veriſimile videri poteſt: nam & dum idem ipſe Gregorius hominum diſtinguit ætates, illudque explicat Job: *Conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ;* non pueritiam, ſed adoleſcentiam eſſe primam ætatem in virtutum operatione dicit. Sed & ſcias eſſe, peculiare eidem S. Gregorio, ut per puerum intelligat adoleſcentem: nam inter alia puerum, immo puerulum eum dicit (*a*) monachum, qui cum aliis conſtruebat parietem monaſterii, ſuper quem paries ipſe recidit; quem ex opera quam præſtabat, adoleſcentem utique fuiſſe oportuit: ſicut & cum ad Eulogium ſcribens (*b*) agit de puero ordinato diacono, quem tamen nullum repuliſſet ætatis impedimentum.

(*a*) *Greg. Dialog. l.2. c.11.*

(*b*) *Greg. l.11. ep. 18. Rom. edit.*

LXXIV. Niſi magis placet, ut eumdem ſanctum Benedictum dicamus puerum ab Urbe receſſiſſe jam puberem, quem ut adhuc ætate tenerum nutrix (ut ait S. Gregorius *c*) eſt conſecuta, retinuitque apud ſe in loco illo qui Euſidu * dicitur, aliquandiu ibi commorata: domicilium namque illic fixiſſe nutricem, tota illa de tritico purgando atque capiſterio fracto hiſtoria docet. Tunc vero demum conſtat recedendi e loco illo ipſum Benedictum iniiſſe conſilium cum vulgato edito a ſe grandi miraculo, ſibi timens, aufugit, jamque ætate adoleſcens, animo promptus & viribus, perarduum illud vitæ genus ſectandum ſuſcepit. Hæc ſatis de his quæ ad tempus ſpectant: ex quibus quæ in Notis antea dixeramus, corrige.

(*c*) *Greg. Dialog. l.2. c.1.*

* Enſide.

Benedictus puer ab Urbe receſſit, & adoleſcens ſolitudinem petiit.

LXXV. Quod admiratione dignum eſt, ſane quidem in S. Benedicti vocatione ſumma Dei in conſulendo ſuæ Eccleſiæ innotuit providentia. Etenim tempore, quo (ut diximus) univerſa Italia, Gallia, Hiſpania, atque Africa a Gothis & Wandalis hæreticis Arianis poſſidebantur, Orienſque pene totus eſſet infectus hæreſibus; in tam tetræ noctis obſcuritate, denſaque caligine, ejuſmodi claritudo lucis effulſit, qua univerſus Catholicus orbis illuſtraretur. Quantus autem ſplendor ex viro Dei Benedicto ad Eccleſiam illuſtrandam divinitus emicuerit, inferius ſuis locis ordine temporis enarrabimus. Sed quibus iſta ſint aucta progreſſibus, breviter audi.

LXXVI. Egit vir Dei tres annos in ſpecu, tantum conſcio ſancto Romano, ut S. Gregorius tradit (*d*): inde vero Dei revelatione notior factus, & virtute miraculorum redditus univerſæ regioni illi conſpicuus, invidiæ jaculis ab hominibus appetitus, poſtquam vires Satanæ * confregiſſet, victor in omnibus, ad vitæ ſanctæ æmulationem ſuo exemplo quamplurimos traxit: cum tamquam ex alveari excreſcentia apum examina in alia vaſa ipſe inſerens, duodecim a ſe erecta monaſteria replevit: ſicque perſeveraſſe uſque ad annum Domini quingenteſimum undetrigeſimum, atque poſtea migraſſe Caſſinum, ex Caſſinenſi Chronico compertum habetur.

(*d*) *Greg. dialog. l.2. c.1.2.3. & ſeq.*

LXXVII. At vero cum innumerorum pene ſanctiſſimorum, atque etiam doctiſſimorum Patrum Patriarcha Benedictus fuerit fœcundiſſimus propagator: perperam mea ſententia illi faciunt, qui ei, quos non genuit alienos partus ſupponunt: qui, inquam, nimio ejus ordinis, ſub quo profitentur, amore, nonnullos fama illuſtres viros, qui etiam ante ſancti Benedicti tempora floruerunt, ejuſdem fuiſſe regulæ profeſſores imprudenter & inconſulte nimis affirmant. Etenim non fœcundi, ſed ſterilibus ſupponi aliena ſoboles conſuevit. Præſtitit hoc inter alios Trithemius, auctorque cæteris poſterioribus fuit id ipſum faciendi. Quid, rogo, cum S. Benedicto S. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus, qui, antequam naſceretur ille, erat Antiſtes, ut ſuperius demonſtratum eſt? Quid ad eumdem pertinet Fauſtus Regienſis Epiſcopus, qui eodem cum S. Cæſario vixit tempore? Quid inſuper, ad ſanctum Benedictum, Eugipius Abbas, qui, antequam ipſe ſanctus Benedictus ſumeret monaſticum habitum, jam ſancti Severini diſcipulus & monachus erat, ut ipſe de ſe teſtatur. Sed quid inſuper Caſſiodorum pro animi arbitrio, ſub ejuſdem ſancti Benedicti regulis monachum referunt; cum agens ipſe de monachis a ſe collectis in commentario de Divinis lectionibus (*e*), nec ullam quidem (cum in eo argumento verſatur) S. Benedicti vel regularum ipſius habuerit mentionem? quæ certe ante omnia ipſis ſuis monachis ob oculos ponendæ erant. Quid præterea Orientales ſub inſtitutis S. Baſilii militantes monachi ad S. Benedictum pertinent, ut Anaſtaſius Perſa, idemque martyr illuſtris? Quid etiam S. Joannes Damaſcenus, & alii plures?

Qui falſo dicti profeſſores S. Benedicti.

(*e*) *Caſſiodor. Divin. lect. c.29. 32.*

LXXVIII. Dolui, fateor, conſiderans veritatis candorem non illuſtrari, ſed obſcurari ab his, qui nullum habentes delectum, quoſcumque repererunt doctrina vel ſanctitate claros vitæ monaſticæ alumnos eoſdem ſub S. Benedicti regula conſtituunt profeſſores; cum tamen jam ante tempora S. Benedicti conſtet etiam in omnibus Occidentalis Eccleſiæ provinciis vi-

Digitized by Google

viguiſſe diverſa genera monachorum; ut quæ ſæpe ſuperius dicta ſunt, certiſſimam fidem faciunt. Non eſt noſtrum modo de ſingulis agere; quos prudentiſſimus indagator, adhibita temporis ratione, alterius potius inſtituti quam ſancti Benedicti monachos fuiſſe cognoſcet: cum tamen illud glorioſe prædicare liceat, coaleſcente nobili planta, majoribus incrementis in dies magis magiſque dilatatum eſſe eumdem ordinem monachorum S. Benedicti, progreſſuque temporis complures alios extitiſſe in Occidente monachorum ordines, ſub ejuſdem Sancti regulis militantes.

LXXIX. Hoc eodem anno, qui quadrageſimuſquartus (a) numeratur a tempore Imperii Marciani, contigit Britanniæ Eccleſiam ab hoſtibus inſulæ invaſoribus liberari, qui Badonicum montem obſidentes dire ab incolis trucidati ſunt. Fuit annus iſte Gildæ ſapientis (ut ipſe teſtatur) natalis: quo tempore florens ille extitit Britannicæ Eccleſiæ ſtatus, ut qui preſſi præteritis malis ſuperfuerunt ſacerdotes, pie ſancteque Chriſtianam religionem excoluerint; qui autem his poſtea ſucceſſerunt, torpeſcentes otio, emarceſcenteſque putredine vitiorum Eccleſiam illam adeo fœdavere, ut maximi fuerint paucis bonis qui remanſerant cauſa luctus. Sed Gildam iſtæc lamentantem audiamus (b):

(a) Beda de Geſt. Anglor. l. 1. c. 15. & 16. in fin.

Britanni victis hoſtibus reſpirant.

(b) Gilda de excid. Britannor.

LXXX. *Ex eo tempore nunc cives, nunc hoſtes, vincebant: ut in iſta gente experiretur Dominus ſolito more præſentem Iſraelem, utrum diligat eum, an non, uſque ad annum obſidionis Badonici-montis, noviſſimæque ferme de furciferis non minimæ ſtragis: qui & mea nativitatis annus eſt. Sed ne nunc quidem, ut antea civitates patriæ inhabitabantur, ſed deſertæ dirutæque hactenus ſqualent, ceſſantibus licet externis bellis, ſed non civilibus. Hæſit etenim deſperati inſulæ excidii, inſperatique mentio auxilii memoriæ eorum, qui utriuſque miraculi teſtes extitere: & ob hoc Reges, publici, privatique ſacerdotes, Eccleſiaſtici ſuum quique ordinem ſervarunt. At illis decedentibus, cum ſucceſſit ætas tempeſtatis illius neſcia, & præſentis tantum ſervitutis non expers, ita cuncta veritatis ac juſtitiæ moderamina concuſſa & ſubverſa ſunt, ut earum non dicam veſtigium, ſed ne monumentum quidem in ſupradictis propemodum ordinibus appareat, exceptis paucis & valde paucis, qui ob amiſſionem tantæ multitudinis, quæ quotidie prona ruit ad tartara, tam brevis numeri habentur, ut eos quodammodo venerabilis mater Eccleſia in ſinu ſuo recumbentes non videat, quos ſolos veros filios habet, &c.*

Britannicæ Eccleſiæ ſtatus varius.

LXXXI. Quinam autem pravi mores omne hominum genus ibi corruperint, ipſe exacte recenſet atque deplorat, nempe polluta ſacra altaria nec regiorum puerorum: dimiſſas legitimas uxores, & ſcorta ſubintroducta, inceſtuoſas præterea & ſacrilegas nuptias, cum cognatas, & eas quæ Deo voverant caſtitatem ſibi impie matrimonio conjungerent: apoſtaſiaſque eorum, qui voverant monachatum. Sed hæc quidem, quos refert: Principes perpetrabant. In quas vero vitiorum voragines & peccatorum profunda ordinis Eccleſiaſtici viri demerſi fuerint, idem ipſe diſtincto volumine luget, atque redarguit, cujus

Britanni peſſuodati ob male cultam religionem.

Ann. Eccl. Tom. VIII.

PAGIUS XII. Ad num. LXXIX. & ſeqq. Refert hic Baronius celebrem victoriam ab Antiquis Britonibus de Saxonibus reportatam, & Bedæ lib. 1. cap. 16. verba de anno XLIV. a tempore Imperii Marciani elapſo explicat, ſenſu a mente ejus alieno. Hæc Bedæ verba, poſtquam locutus eſt de prima Britannorum victoria: *Hoc ergo Duce* (nempe Ambroſio Aureliano) *vires capeſſunt Brittones, & victores* (ſc. Anglos & Saxones) *provocantes ad prælium, victoriam ipſi* (*Deo favente*) *ſuſcipiunt. Et ex eo tempore nunc cives nunc hoſtes vincebant, uſque ad annum obſeſſionis Badonici montis, quando non minimas eiſdem hoſtibus ſtrages dabant quadrageſimo circiter & quarto anno adventus eorum in Britanniam. Sed hæc poſtmodum.* Ita Beda. Is in temporum intervallis dimetiendis Anglorum in Britanniam adventum repetit ab anno quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo, quo, ut in eam venirent, a Britannis invitati ſunt, licet fateatur cum communiori cæterorum gentis ſuæ Hiſtoricorum ſententia Anglos & Saxones anno CDXLIX. illuc adventaſſe, quod utrumque a nobis ſuo loco explicatum. Quare juxta laudatum Bedæ locum anno quadringenteſimo nonageſimo, ſui inſequenti pugnatum ad Badonicum montem & Saxones fuſi fugatique. Hæc genuina Bedæ ſententia.

Pugna Britones inter & Saxones ad montem Badonicum.

XIII. Hauſit eam nobilis iſte Hiſtoricus ex Gilda, quem poſtea cap. 22. laudat, ſed cum Auctores, quibus utitur, aliquando non ſatis intelligat, orta noſtra ætate controverſia, an Gildæ mentem aſſecutus ſit. In libello enim de *Excidio Britanniæ* juxta Codices impreſſos ita hac de re loquitur Gildas: *Ex eo tempore nunc cives, nunc hoſtes vincebant; ut in iſta gente experiretur Dominus, ſolito more præſentem Iſraelem; utrum diligat eum an non: uſque ad annum obſeſſionis Badonici montis, noviſſimæque ferme de furciferis* (ita Saxones vocat) *non minima ſtragis, qui & mea nativitatis eſt.* Quæ verba etiam ex Gilda refert Baronius num. LXXX. Verum Uſſerius in Antiquit. Britann. Eccl. cap. 13. contendit, *Bedam* locum illum corrupiſſe, ac eum MSS. legendum: *Ex eo tempore* (quo a Saxonibus victoriam Ambroſius Aurelianus reportavit) *nunc cives, nunc hoſtes vincebant, ut in iſta gente experiretur Dominus, ſolito more præſentem Iſraelem, utrum diligat eum an non: uſque ad annum obſeſſionis Badonici montis* (*qui prope Sabrinum oſtium habetur,*) *noviſſimæque ferme de furciferis non minima ſtragis, quique quadrageſimus quartus* (*ut novi*) *orditur annus, menſe jam uno emenſo, qui & mea nativitatis eſt.* In margine habet Uſſerius. *MS. Cantabrig. oritur.* Addit poſtea Bedam annos

Controverſia ex textu Gildæ orta.

cujus hoc eſt exordium: *Britannia habet ſacerdotes, ſed nonnullos inſipientes; quamplurimos miniſtros, ſed multos impudentes; clericos, ſed quoſdam raptores, ſubdolos; paſtores (ut aiunt) ſed occiſioni animarum lupos paratos*, &c. Tu ipſe, ſi cupis, ea conſulas, quæ veluti celte exculta habes, unde cognoſcas ob collapſam in ea inſula in viris Eccleſiaſticis canonicam vivendi formam meruiſſe illam habitatoribus reddi vacuam, atque alienigenis dari gentibus incolendam, quæ uberem redderent tempore oportuno proventum. Quando autem id acciderit, ſuo tempore dicturi ſumus; jam vero ad ſequentis anni res geſtas oratio transferatur.

Se-

PAGIUS

num illum quadrageſimum quartum a Gilda ad ſuam nativitatem & illam victoriam relatum referre ad anteriora tempora, ad adventum nempe Saxonum in Britanniam, licet *Gildas* tempus quo ea ſcripſit, ſpectaverit, ſignificaritque ſe a parentibus ſuis accepiſſe, & ſuæ nativitatis & illius victoriæ eumdem fuiſſe annum. Præterea ſcribit Uſſerius Sabrini maris mentionem anſam dediſſe gloſſemati, quod *Gildæ* verbis ex Biblioth. Cantabrig. MS. Codice attextum ipſe exhibet, & nos ex eo.

XIV. *Pugna Badonica ad annum DXX. revocanda.* Alfordus vero in Annal. Eccleſ. Britan. anno DXX. num. III. & ſeqq. ait, correctiſſima Gildæ exemplaria penes Bedam fuiſſe, huncque potuiſſe *Gildæ* mentem melius aſſequi, quam poſteriores Criticos, ideoque anno Chriſti CDXCIII. ad Badonicum montem pugnatum eſſe, quia ſcilicet Alfordus non animadverterat, *Bedam* Anglorum in Britanniam adventum non ab anno CDXLIX. ſed ab anno CDXLVII. deducere, qui vulgaris error ſupra a nobis detectus confutatuſque. Subjungit Vir doctiſſimus, neſcire ſe quo ex Codice hunc textum Uſſerius emendarit, & Cantabrigienſem ex eo vitiatum convinci quod montem Badonicum, prope *Sabrinum oſtium*, interjecta parentheſi, poſuerit, quod Gildæ verbis additum, & alienum a veritate conſtat. Ita Vir doctiſſimus. At licet verum ſit referre debuiſſe Uſſerium, an *Gildæ* exemplaria MSS. quæ cum Editis non conveniunt antiqua ſint, ſi plura vel unicum tantum, ac ubi aſſerventur, quia tamen in hoc Opere vidimus, Bedam Auctores, quibus utitur, quandoque non bene explicaſſe, quod & de Gregorio Turonenſi obſervavimus; & Veteres Britanniæ Scriptores prælium *Badonicum* cum anno Anglorum in Britanniam adventus XLIV. a Beda memorato non connectunt, licet eum alibi de more ſequantur, non dubito, quin Uſſerius illud cum anno Chriſti DXX. accurate copularit.

XV. *Pugna Badonica anno DXX. pugnata.* *Cerdicus* itaque, qui anno DXIX. Saxonum Occidentalium Regnum inchoavit, ut ibi monſtrabimus, inſequenti ab armis non deſtitit. Quare Saxones ejus uſque ad mare Sabrinianum facta Britannorum depopulatione, inde itinere facto Urbem *Badonis* ſive *Bathonia* obſidione cinxere; ſed ſuperveniens *Arthuri* Britonum Regis exercitus, hoſtium caſtra ad proximum montem compulit, & ſequenti die prorſus profligavit ut ex Galfrido Monemuthenſi lib. IX. Hiſtor. Briton. narrat Uſſerius laudatus, qui jam cap. 12. rei geſtæ annum notarat, retuleratque ex antiquiſſimis Chronicis lingua Cambro-Britannica conſcriptis, *a bello Badonico uſque ad bellum de Camlan, in quo caſus eſt Arthurus*, XXII. annos numerari. *Arthurum* autem anno DXLII. occiſum, eo anno videbimus. Præterea Weſt-monaſterienſis, qui & *Florilegus* dicitur diſerte aſſerit hoc prælium anno DXX. factum eſſe. Denique Huntindonienſis lib. 2. enumerat duodecim bella ab *Arthuro* Rege geſta adverſus *Cerdicum & Kinricum* ejus filium, qui poſt patrem in Weſt-Saxonia regnavit, atque ultimum fuiſſe in monte Badonis, & *Arthurum* victorem extitiſſe. Duodecim illa bella ſeu prælia narrant etiam alii Scriptores Anglici quorum ultimum haberi non potuit, niſi jam fundato Weſt-Saxonum Regno, ut ex iiſdem Hiſtoricis eruitur. Ex quibus conſequens eſt, *Sanctum Gildam* Auctorem libelli de *Excidio Britanniæ*, in quo prodit, ſe eo anno natum, quo ad montem Badonicum pugnatum, in lucem prodiiſſe anno DXX. & libellum illum conſcripſiſſe anno DLXIV. qui ab illo prælio quadrageſimus quartus eſt. Qui hæc aliis annis aſſignarunt rem implexam magis impedivere. De eodem libello & *Gildæ* morte ſuis locis ſermo erit.

I. SEquitur ordine temporis annus Domini quadringenteſimus nonageſimusquintus. Conſulatu Viatoris notatus in Faſtis apud Caſſiodorum & Marcellinum; addunt alii collegam Æmilianum: cujus exordio rurſum fuit Gelaſio Papæ adverſus Orientales ſchiſmaticos laborandum. Qui enim communionem defuncti fovebat Acacii Euphemius Conſtantinopolitanus

Euphemius quid moliatur.

Epiſcopus, cauſam iniquam & impiam falſis prætextibus ornans, Orientales Epiſcopos, ſedi Apoſtolicæ communicantes, ab ejus conjunctione divellere conatus eſt. Hæc cum Gelaſio innotuiſſent, ipſis Kalendis Febr. prolixam valde atque diſertam epiſtolam dedit ad Dardaniæ Epiſcopos, cujus eſt exordium: *Valde mirati ſumus, quod dilectio veſtra quaſi novam & difficilem quæſtionem, & adhuc nunquam inauditum quippiam noſſe deſiderat.* Alias enim ſuperius litteras miſerat, quibus cunctas quæ ab Euphemio aſſerebantur pro retinendo Acacii nomine rationes, veris certiſque confutaverat argumentis. Eſt de illis mentio habita in dato, ad Fauſtum Commonitorio. Porro ex his poſtremo ſcriptis ad Dardanos litteris, ex Vaticana bibliotheca & codice veterrimo monaſterii S. Petri in Avellana in Umbria in integrum, ut licuit) reſtitutis & editis, iſta depromſiſſe ſat eſt, quæ de Apoſtolicæ ſedis auctoritate narrat his verbis (*a*):

(*a*) *Gelaſ. ep. 11. t. 2. epiſt. decr.*

II. Gelaſius quid ad Dardanos.

Non reticemus autem, quod cuncta per mundum novit Eccleſia: quoniam quorumlibet ſententiis ligata, ſedes B. Petri Apoſtoli jus habet reſolvendi; utpote quod de omni Eccleſia fas habeat judicandi, neque cuiquam de ejus liceat judicare judicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerint, ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus. Quapropter cum ſatis conſtet, Acacium nullum habuiſſe pontificium, ſententia ſedis Apoſtolicæ damnatum, ſine ulla ejus notione ſolvendi: dicant certe, qua Synodo hoc ille præſumpſit (Euphemius ſcilicet) *quod nec ſic quidem abſque Apoſtolica ſede fas haberet efficere? Cujus ſedis Epiſcopus? cujus Metropolitanæ civitatis Antiſtes? nonne Parœciæ Heracleenſis Eccleſiæ?* nempe Conſtantinopolitanæ ſub Metropoli Heracleenſis Eccleſiæ conſtitutæ: quibus plane indicat Gelaſius, omnia conceſſa Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ privilegia abſque conſenſione Apoſtolicæ ſedis eſſe irrita. Poſt iſta vero ſuggerit.

Sed nec præterimus, quod Apoſtolica ſedes frequenter (ut dictum eſt) more majorum, etiam ſine ulla Synodo præcedente, & abſolvendi quos Synodus inique damnaverat, & damnandi nulla exiſtente Synodo, quos oportuit, habuerit facultatem. Sanctæ memoriæ quippe Athanaſium Synodus Orientalis addixerat; quem tamen exceptum ſedes Apoſtolica, quia damnationi Græcorum non conſenſit, abſolvit. Sanctæ memoriæ nihilominus Joannem Conſtantinopolitanum Synodus etiam Catholicorum Præſulum certe damnarat; quem ſimili modo ſedes Apoſtolica etiam ſola, quia non conſenſit, abſolvit. Itemque ſanctæ memoriæ Flavianum Pontificem congregatione damnatum, pari tenore, quoniam ſola ſedes Apoſtolica non conſenſit, abſolvit; potiuſque qui illic receptus fuerat, Dioſcorum ſecundæ ſedis Præſulem ſua auctoritate damnavit, & impiam Synodum non conſentiendo ſubmovit: ac pro veritate, ut Synodus Chalcedonenſis fieret, ſola decrevit, in qua Pontificibus innumeris qui Latrocinio corruerant Epheſino veniam poſcentibus ſola conceſſit, & in ſua perfidia permanentes nihilominus ſua auctoritate proſtravit: quam congregatio, quæ illic pro veritate reparanda collecta fuerat, eſt ſecuta.

III. Non indiget Synodali conventu ut judicet ſedes Apoſtolica.

PAGIUS | ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5988. | ANASTASII IMP. 5.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DXXXIII. A. C. 495.

☉ 28. A. ☽ 2. P. 26. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 495.

GELASII PAPÆ 4.

THEODORICI REG. 3. & 7.

I. [1] FL. *Viator* abſque collega Conſul proceſſit, ut in omnibus Faſtis legitur, *Conſulatu*ſque in Occidente ſecundum Onuphrium in ſuis Faſtis.

A num.

NOTÆ [1] COſſ. *Fl. Viator* ſine collega.
Relandus habet: *Fl. Viator & Æmilianus* ex leg. II. Cod. de bonor. poſſ. contra tabulas. Victor: *Victore* V. C. *Coſ.* Marcellinus: *Viatore ſolo Coſ.* Acta Concilii Romani II. *Flavio Viatore* V. C. *Coſ.* Inſcriptiones baſilicæ S. Pauli num. 193. VIATORIS. V. C. *Conſ.*
Epitome temporum & Indiculus Paſchæ: *Viatore* V. C. *Conſ.* GEORGIUS

cuta. Quoniam ſicut id, quod prima ſedes non probaverat, conſtare non potuit; ſic quod illa cenſuit judicandum, Eccleſia tota ſuſcepit, &c. Hæc atque alia Gelaſius, illa adducens exempla, quæ non in angulis facta eſſent, ſed in ſummis cauſis, toto Orbi perſpicuis, omniumque ſententia comprobatis.

IV. Non pro ratione dignitatis ſæcularis, Sedium prærogativa.

Poſt nonnulla vero idem Gelaſius Papa ridet illud omnino ab Euphemio ſtulte admodum inculcatum, dum ratione Regiæ dignitatis prærogativas ſedium expenderet, atque ſibi primatum ſupra Orientales Eccleſias vendicaret, quod Regia Urbs Conſtantinopolis eſſet. In quæ ipſe: *Riſimus autem* (inquit) *quod prærogativam volunt Acacio comparari, quia Epiſcopus fuerit Regiæ Civitatis. Numquid apud Ravennam, apud Mediolanum, Sirmium, apud Treviros, multis temporibus non conſtitit Imperator? Numquidnam harum urbium ſacerdotes ultra menſuram ſibimet antiquitus deputatam quippiam ſuis dogmatibus uſurparunt? &c.* Hactenus Gelaſius in dicta epiſtola ad Dardanos, ex qua etiam nonnulla ſunt a nobis ſuis locis pro ratione temporis ſuperius recitata. Porro hanc ipſam epiſtolam non ipſis tantum Dardaniæ Epiſcopis voluit eſſe communem, ſed vulgari in Orientales Eccleſias, notamque reddi omnibus Orthodoxis, necnon ſchiſmaticis & hæreticis: nam hæc habet in fine: *Recta autem faciet veſtra dilectio, ut iſta quæ ſcribimus, pariter Catholicis & contraria ſapientibus innoteſcant, quo & ſanis neceſſaria firmitas, & male ſanis competens medicina præbeatur. Dat. Kal. Februarii, Viatore V. C. Conſule.*

V. Concilium Romanum in abſolutione Miſeni.

At cum ne ſic quidem iſtis ipſis Gelaſius quicquam profecerit, Deus per hæreticum Principem voluit Euphemium ſchiſmaticum Epiſcopum ſede dejici, atque abſcindi qui ſcindebat Eccleſiam: quomodo autem id ſe habuerit, paulo poſt dicturi ſumus. Proſequamur interea ejuſdem Gelaſii Papæ anni hujus res geſtas. Qui igitur hoc anno menſe Februarii (ut vidimus) dictam epiſtolam ad Orientales ſcripſit, idem menſe Martii habuit Romæ Synodum, cui interfuerunt Epiſcopi quinquagintaquinque, præſente ſimul clero Romano. Extant acta ipſa ex bibliotheca Vaticana deprompta, ſed mendoſa nonnihil, quæ & fine careant. Sed accidit opportune, Dei providentia, quæ rebus noſtris invigilat, ut dum ea utcumque ſe habent depravata ac decurtata hic edere pararemus, vir doctiſſimus Fronto Ducæus Societatis JESU profeſſor ſponte, meque nihil penitus cogitante, miſerit eadem ex codice Virdunenſi deſcripta, integra ipſa quidem; quæ etſi (ut in omnibus antiquis ſcriptis ferme accidit) aliquibus eſſent corroſa mendis, collatione tamen facta cum iis quæ Romæ habentur cuſa (*a*), parum abeſt quin in priſtinum candorem recipias reſtituta; quæ ſic ſe habent:

(a) *Extant tom. 1. ep. Rom. Pont. in Gelaſ.*

VI. Acta Romani Concilii.

Reſidente in Synodo venerabili Papa Gelaſio una cum Boniſacio, &c. Et inferius: *Gelaſius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ urbis Romæ dixit: Meminit dilectio veſtra ſuperiore Conventu oblatum nobis a Miſeno libellum in conſpectu veſtro fuiſſe recitatum: hunc eumdem ſi placet dilectioni veſtræ, denuo recenſendum, ut Acta noſtra contineant. Et quia aliud ſe quoque petitorium præ manibus habere profitetur, quid etiam in hoc contineatur, poſſimus agnoſcere. Et adjecit: Miſeni libellus denuo recitetur. Anaſtaſius diaconus recitavit: Datum a famulo veſtro Miſeno die octavo Iduum Martiarum Viatore V. C. Conſule. Quantum ad meæ pertinet infelicitatis abruptum, errori meo qualibet ratione contracta deſinio non eſſe parcendum: quoniam hoc ipſo pœna carere non debeo, quod merui ad cauſam pœnalem, quæcumque foret, perduci.*

VII. * reſpicit.

*Quantum vero pertinet *ad remedialia ſubſidium, duo ſunt quæ me ad hoc ſuppliciter implorandum venire conſtringunt: ne vel ego deſperatione magis perpetuis cruciatibus ſim dignus addici Judæ prævaricatoris exemplo; & quia tanta eſt ineffabilis illa clementia, quæ Apoſtolica poteſtate univerſum facinus poſſit abſolvere. Hanc igitur ſolam in meo negotio, Papa venerabilis, vocem miſerandus effundo: Parce proſtrato, porrige manum jacenti. Nullis ignorantiæ excuſationibus utor, nullas decipulas circumventionis obten-*

PAGIUS II. *Concilium Romanum I.*

A num. V. ad XXII. Celebratum hoc anno Concilium Romanum, *in* quo *Miſenus* olim Apoſtolicæ Sedis Legatus, & Acaciana communione infectus, cum Eccleſia reconciliatus, cum jam Vitalis in excommonicatione mortuus fuiſſet. Indictum illud *VIII. Idus Martii*, ut in Actis legitur, *Flavio Viatore V. C. Coſ.* In fine Actorum apud Baronium num. XX. per Librariorum errorem habetur, *tertio Idus Maii*, ſed legendum, *tertio Idus Martii*, qui dies paulo antea ibidem ſemel & iterum expreſſus. Quare hanc Synodum Romanam primam ſub Gelaſio Papa non fuiſſe, a Collectoribus Conciliorum perperam hactenus traditum. Cum enim Synodus Romana, in qua de libris recipiendis & non recipiendis actum, quam *primam* appellant, anno ſuperiori celebrata non fuerit, ut ibidem oſtendimus, nec etiam currenti ante diem VIII. menſis Martii haberi potuerit, ut omnibus notum, ea vel autumno hujus anni, vel quod longe veriſimilius, anno ſequenti congregata, ideoque & *Secunda Synodus Romana* ſub Gelaſio nuncupanda. In priori in cauſa *Miſeni* habita Epiſcopi LV. in poſteriori, in qua de libris Apocryphis actum, Epiſcopi LXXII. adfuere; indeque liquet, utramque eadem anni tempeſtate, quod etiam uſus non ferebat coactam non eſſe.

obtendo; nec in quemquam calamitatis meæ ſtudeo transferre diſcrimen: quia alios incuſare non debeo, qui poſcam clementer abſolvi: quia licet mihi pro mea defenſione nihil afferam, non ambigam tamen hæc omnia tuo judicio eſſe tractanda. Tantum quæſo, ut ſuperno numini obſequentes, quod pronunciat per Prophetam (a)*: Nolo mortem morientis, donec revertatur & vivat: vos potius cuncta quæ in perſona mea geſta ſunt, benigna conſideratione librantes *, viaticum ſeni ægritudine, & continua maceratione conſumpto, ne ſine Eccleſiaſtica communione rapiar, non negetis, ex alterius caſu experimentum meæ formidinis intuentes: qui auxilium, etiam vobis conferre volentibus, non potuit indipiſci. Et me per imperitiam hac clade potius implicatum hoc ipſo dignanter oſtendite, quod ad receptionis Eccleſiaſticæ ſuperſtes gratiam valui pervenire.*

(a) Ezech. 33.

* deliberantes.

VIII. *Quo lecto, Gelaſius Epiſcopus dixit: Petitorium Geſta retinebunt. Et adjecit: Ipſe nunc Miſenus adveniat: & petitorium quod obtulit, ipſo præſente, recitetur. Cumque ingreſſus fuiſſet Miſenus, proſtratus in terram aliud petitorium obtulit, & rogavit ut ſuſciperetur. Cumque ſuſceptum fuiſſet, Gelaſius Epiſcopus dixit: Utraque petitoria quæ obtulit, ipſo quoque præſente, legantur. Iterum Anaſtaſius diaconus recitavit: Datum a famulo veſtro Miſeno, octavo Id. Mart. Fla. Viatore V.C. Conſ.*

IX. *Quantum ad mea pertinet infelicitatis abruptum *, errori meo qualibet ratione contracto deſiuio non eſſe parcendum: quoniam hoc ipſo pœna carere non debeo, quoniam merui ad pœnalem cauſam quacumque forte perduci. Quantum vero reſpicit ad remediale ſubſidium, duo ſunt quæ me ad hoc ſuppliciter implorandum venire conſtringunt: ne vel ego deſperatione magis perpetuis cruciatibus ſim dignus adjici Judæ prævaricatoris exemplo; & cætera quæ ſuperius continentur. Item aliud petitorium recitat: Datum a famulo veſtro Miſeno ſub die tertio * Id. Mart. Fla. Viatore V.C. Conſ.*

* obtutum.

* quarto.

X. *Oblato primitus petitorio meo nihil aliud ſuppliciter exoravi, quam ut miſericordia mihi ſedis Apoſtolicæ non in perpetuum negaretur; cujus mihi ſpem quoniam pro immenſa Dei pietate, qua regitur, relucere jam ſentio, magis magiſque conſcientiam meam contagiis perfidorum, quæ infeliciter potius, quam ſtudio, circumventus incideram, liberam purgatamque eſſe pronuncians, toto corde atque ore proteſtor ſub divina contemplationis intuitum, me omnes quidem hæreſes & quicquid inimicum eſt Catholicæ & Apoſtolicæ fidei communionisque ſinceræ, prona mente refutare, tum præcipue Eutychianam hæreſim cum ſuo ſcilicet auctore Eutychete & ejus ſectatore Dioſcoro, vel ſucceſſoribus ejus atque communicatoribus Timotheo Æluro, Petro Alexandrino, Acacio Conſtantinopolitano, Petro Antiocheno, cunctiſque eorum complicibus & communicatoribus reſpuere, damnare, & anathematizare perpetuo; omneſque iſtos & hujuſcemodi horribiliter execrari: nec umquam me cum talibus ullum quolibet modo profiteor habiturum eſſe conſortium, ſed ab his omnibus futurum prorſus alienum. Quorum pravitatem licet numquam voluntate receperim; tamen quia me calamitatis impulſu minus cautus videor incidiſſe, ſub conſpectu Dei & beati Petri Apoſtoli ejuſque Vicarii, ac totius Eccleſiæ, mea (ſicut dixi) profeſſione *, voceque condemno, deteſtor, exhorreo: in ſola me fide communioneque Catholica & Apoſtolica ſemper duraturum eſſe confirmans. Cui petitioni meæ manu mea ſubſcripſi die tertio Id. Martiarum, Viatore V. C. Conſ. Hæc veſtræ beatitudini in Conventu venerandorum * credidi meis manibus offerenda:* Et alia manu. *Ego Miſenus huic petitioni meæ & a me oblatæ ſubſcripſi, die & Conſule ſuprafcripto.*

* confeſſione.

* Epiſcoporum.

XI. *Gelaſius Epiſcopus dixit: Quæ lecta ſunt, transſcribantur. Et adjecit; Quid videtur fraternitati veſtræ ſtatuendum, veſtri quoque conſilii participatione deſideramus agnoſcere. Levaverunt ſe omnes Epiſcopi & presbyteri, rogantes & dicentes: Exaudi Chriſte; Gelaſio vita: dictum vicies. Quod vobis Deus dedit in poteſtate, præſtate: dictum duodecies. Hoc fac, quod facit dominus Petrus: dictum decies. Ut indulgeas, rogamus: dictum novies. Cum denuo ſediſſent, Gelaſius Epiſcopus dixit: Sedes Apoſtolica quidem, quæ Chriſto Domino delegante, totius Eccleſiæ retinet principatum, pro diſpenſatione curaque generali, quam vel pro fide Catholica, vel pro paternis canonibus regulisque majorum neceſſaria ſemper circumſpectione dependet, Miſenum atque Vitalem, quos contra Eutychianæ peſtilentiæ ſectatores, vel contra eos qui talium ſe communione polluerant, ſuæ poteſtatis legatione ſuffultos ad Orientem dudum ſub ſancta memoriæ deceſſore meo Præſule deſtinarat, quod Apoſtolica præcepta declinantes quolibet modo in eorum, adverſum quos miſſi fuerant conſortia recidiſſent; Geſtis Synodalibus rerum diſcuſſione patefacta, communione pariter & honore merito jureque ſummovit.*

XII. *Quibus tamen miſericordiæ locum memor ſupernæ pietatis pro ſuo moderamine reſervavit: & dum conditionem poſuit ultionis, ſpem noluit propitiationis abſcindi: ſicque ſuam ſententiam temperavit, ut iſtorum veniam cum illorum mallet ſalute provenire, quorum fuerant partici-*

pa-

patione decepti; ne potius præberent eis, quos ſuo firmaverant in pravitate conſenſu, & ſalubrem correctionis metum, & æmendationis imitandæ conſortium. Denique ſic ipſa animadverſionis verba librata ſunt, ut ſe illi & cum iſtis perculſos adverterent, & ex eorum conditione non diffiderent poſſe ſalvari. In quo utique & his non eſt in totum via practuſa remeandi; & illis, ſi mallent, per iſtos eſt oblata correctio, ſtudiumque porrectum, quo poſſint meliore conatu præteritos compenſare prolapſus: ſi favorem, quem prævaricatoribus facili voluntate detulerunt, in reformationem Catholicorum potius convertecent ſacerdotum.

XIII. *Dictum eſt enim, tamdiu iſtos fore ſuſpenſos, donec auctore Deo, & adniſu Catholicorum Principum, vel populi Chriſtiani, Alexandrina Catholicum ſacerdotem recepiſſet Eccleſia. Gratulandum ſcilicet crederetur, nullo modo Græcos non poſſe renuere quod viderent ab Apoſtolica ſede fuiſſe damnatum: facileque eos poſſe de iſtorum ſupplicio commoveri, ut noſſent quid vitarent, & quid conſequenter ambirent, ac velle putarent reſipiſcendo magis ſentire cum rectis, quam jugiter errare cum perfidis. Expectatumque diu eſt, ut his rationibus incitati contagia nefanda deponerent, una cum Apoſtolica ſede conſentiendo, ſicut de eorum ſperatum fuerat voluntate; nitenteſque Catholicis ſacerdotibus revocandi ſtudium potius commodarent, quo ipſi ad Orthodoxam recurrerent unitatem; & iſtis, qui illorum participes erroris extiterant, miniſtrarent præſtitutu receptionis effectum. Nec qua fieri potuit occaſione ceſſatum eſt; quo competenter admoniti & ſufficienter inſtructi, pariter pericula vitanda cognoſcerent, ac patere ſibi januam, ſi ſinceris mentibus hanc petiiſſent, Apoſtolicæ communionis adverterent.*

XIV. *Sed quia eo perventum eſt, ut hortamentis quoque medicinalibus, dum etiam quæ referrent contraria non haberent, differrent tamen hactenus adhibere conſenſum; illarum quidem difficultatibus paternum quemdam debemus pii doloris affectum, deprecantes omnipotentiam Dei noſtri, quæ ſola quamvis devias in veritatis viam poteſt convertere voluntates, ut eiſdem ſuæ proditionis operatione mirabili ſpiritum reſipiſcentiæ & efficaciam correctionis dignanter infundat. Quæ donec (ſicut de ejus virtute confidimus) divina placatione proveniant, hunc interim qui ſupplicat deſiderabiliter expetentem nullatenus perire patiamur: ut cujus non ſunt Orientales dejectione perterriti, ne in errore perſiſterent, ſaltem curatione provocentur, ut redeant ad ſalutem; præcipue cum diſpoſitionis ſedis Apoſtolicæ clementiam tenor conſtetur ipſe dictorum, neque prolata ſibi repugnare conſtitutio judicetur. Definitum quippe eſt (ut ſuperius jam prædictum eſt) eos de quibus agimus eatenus debere ſuſpendi, donec auctore Deo, & præfatis adnitentibus, Alexandrina Catholicum receperit Eccleſia ſacerdotem: non abrupte & ſine exceptione propoſitum eſt, ſed ea ratione depromptum eſt, qua non ſive illis adnitentibus, ſive non adnitentibus, indifferenter videretur infixa ſententia: ideoque ſub quo tenore librata conditio eſt, eodem non exiſtente, neceſſitatem ſuæ profeſſionis abſolvit. Quod enim cum adniſu prædictorum pronunciatum eſt eſſe faciendum, hoc eodem non ſuccedente non fieri poſſe, manifeſtum eſt. Sed cum eorum etiam faciendum memoratur adniſu, ſatis evidenter oſtenſum eſt quod ſine hoc non poſſet impleri. Licet ergo illi, quorum deeſſe probatur adniſus de ſua ſint obſtinatione miſerandi: tamen quia deeſt, ſicut ſine eo effici non poteſt quod cum eodem effici poſſe præſumptum eſt; ita deſiſtentibus cauſis, per quas hic articulus veniret ad terminum, inſolubiliter non retinet obligatum.*

*Quapropter lata ſententia non exiſtentibus per quæ poſſit uſque ad ſui exitum deputatam tenere menſuram, his conſulendi, & his qui arctati tenebantur, tribuet libertatem. Et Apoſtolica quidem ſedes (ut ſæpe repetendum eſt) æſtimaus Orientales nullo modo non poſſe reſpuere quod ſedes Apoſtolica refutaſſet, eoſque ſaluti propriæ & Apoſtolicæ communioni nullius præferre poſſe perſonam, hæc de eorum mentibus melius æſtimarat. Sed quod iterum non tacendum eſt, dolenda pernicies non velut improvidam bene de Orientalibus ſentientem poteſt opinionem magis Apoſtolicæ ſedis arguere, quam ſuæ pervicaciæ potius deputare, quod oblatum ſibi tramitem propriæ redintegrationis ſecuta non fuerit: nec ideo tamen aliis debet medicinalem deſiderantibus impedire per ſuam pervicaciam facultatem. Tunc enim dicta ſunt de Græcorum conſenſione fidenter, quia & ſimul beati Petri ſocietatem quibuslibet videbantur præponere poſſe perſonis; & qui extiterunt ante Catholici, æſtimabantur conſenſuri facile veritati, atque ideo cujuſlibet hominis affectum in deſideriis Apoſtolicæ communionis non poſſe præponere: quæ cum nondum ſuſceperint per quas hic ordo decurreret voluntates; id quod per eas fieri poſſe præſumptum eſt, cernitur abſolutum: quoniam * cum deſunt qui perficiant, nullus provenire poſſit effectus; immo cum iidem ipſi, per quos judicabatur eſſe faciendum, ne efficiatur obſiſtant: qui ſi in hac ſunt (quod abſit) obſtinatione manſuri, reſoluta conditio eſt illius rei, quæ eorum ſtudiis fiducialiter cenſebatur impleri.* XV.

* ſi deſint per quos id efficiant.

Sin

XVI. *Sin vero (ſicut potius optamus) fuerint
ad meliora converſi, ne inter hæc inte-
rim qui miſericordiam poſtulat, vel æta-
te, vel morbo quo frequenter impeditur,
poſſit intercipi, dum ſuper iſtis eſt con-
ſulendum, ne defuncto jam nullum poſſit
remedium ſubrogari; quippe cum dictum
ſit, ſive illis adnitentibus, ſive etiam
fortaſſis invitis, ſed cum eorum magis
adniſu quod promulgatum fuerat poſſe con-
ſtare: ſicut igitur cum illis adnitentibus*
* præfixa. *nullatenus pace fixa * perdurans : hoc et-
iam tenore B. Paulus Apoſtolus non idea
(quod abſit) fefelliſſe credendus eſt, aut
ſibi extitiſſe contrarius; quoniam cum*
(a) Rom. 15. *ſe ad Hiſpanias promiſiſſet (a) iturum,
diſpoſitione divina majoribus occupatus
ex cauſis, implere non potuit quod pro-
miſit. Quantum enim ipſius voluntatis
interfuit, hoc pronunciavit, quod revera
voluiſſet efficere : quantum ad divini ſe-
creta conſilii, quæ ut homo omnia non
potuit licet Spiritu plenus agnoſcere, ſu-
perna prætermiſit diſpoſitione præventus.
Nec quia B. Petrus Apoſtolus pro affectu
divinæ reverentiæ ipſi Domino reſpondit :*
(b) Joan. 13. *(b) Non lavabis mihi pedes in æternum;
fefelliſſe (quod abſit) aut in ſua putabi-
tur minime conſtitiſſe ſententia, quod mox
eidem divinæ ceſſerit voluntati : & quod
ſe dixerit non eſſe facturum, cauſis ad-
ſtrictus humanæ ſalutis expeteret prona
voluntate faciendum.*

XVII. *Idcirco illa non accedente via, qua eo-
rum fuerat reconciliatio conſtituta, al-
terum licet adoriri, qua ſubveniatur,
quibus ſubveniendum eſſe decretum eſt :
maxime cum Miſeno ex quolibet exceſſu,
vel qualibet prævaricationis pœna ſuffi-
ciat, quæ uſque eo tractata eſt, ut ſola
conſiderationis humanæ ſuprema conſide-
ratione laxetur, remittendaque punitio
ſit, quæ non habet ultra quo creſcat.
Quia cum nulli animæ Deus omnipotens
& miſericors per Eccleſiaſticam pietatem
quærenti noluerit remedium denegari;
non dubium eſt hoc ipſo auctore Deo, &
divina compunctione prodire, ut tunc de
ejus receptione tractetur, quando ea non
protelanda quoque neceſſitas compellat im-
pendi : noſtro præterea Salvatore B. Pe-*
(c) Matt. 16. *tro Apoſtolo præ cæteris delegante (c):
Quæcumque ligaveris ſuper terram, liga-
ta erunt & in cælis; & quæcumque ſolve-
ris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis :
ſicut & his verbis nihil conſtat exceptum,
ſic per Apoſtolicæ diſpenſationis officium &
poſſit generaliter alligari & totum con-
ſequenter abſolvi. Præcipue cum ex hoc
magis præberi cunctis oporteat Apoſtoli-
cæ miſerationis exemplum, ut abſolutio-
ne damnati, ſi reſipiſcant univerſi, & ab
errore ſe retrahant, atque ad Apoſtolicæ*
* puritatem. *communionis ſinceram redeant unitatem *;
vinculis ſe damnationis illius, quam uni-
verſaliter merito prævaricatores excepe-
rant, non ambigant exuendos.*

Neque enim qui longe poſitos ad inte- XVIII.
*gram fidem curare nitimur, revertentes in
præſenti ſupplices refutare debemus : ubi
ſolicite præcavendum eſt, ne conſcientiæ
detrimentum negantes uſque ad extremum
peccati * materiam (quod abſit) nullate-* * petenti.
*nus incidamus : cenſuræque veritas etiam
circa ſupplices ſine fine perſiſtens tranſeat
in reatum. Proinde quantum, præmonente
Domino poſſibilitatis humanæ deſiderantî
remedia præbeamus, totum quod ſupra no-
ſtræ facultatis eſt modulum divino judi-
cio relinquentes, non autem nobis poterunt
imputare, cur prævaricationis offenſam
viventibus remittamus; quod Eccleſiæ,
Deo largiente, poſſibile eſt : qui nos etiam
mortuis veniam præſtare depoſcunt : quod
nobis poſſibile non eſſe, manifeſtum eſt.
Quia cum dictum ſit (d): Quæ ligave-* (d) Matt.
ritis ſuper terram : quos ergo non eſſe 16.
*jam conſtat ſuper terram, non humano,
ſed ſuo judicio reſervavit : nec audet Ec-
cleſia ſibimet vendicare, quod ipſis beatis
Apoſtolis conſpiciat non fuiſſe conceſſum :
quia alia ſit cauſa ſuperſtitum, alia de-
functorum.*

Tulerit Vitalis ſortem divini judicii, XIX.
*cui etiam cum magnopere vellemus, non
potuit ſubveniri : hinc ſaltem proſint, dum
copia viventis admittat, in remediis aſ-
ſequendis alterius experimenta repente ſub-
tracti. Cumque ſcriptum noverimus (e):* (e) Luc.
Unus adſumetur, & unus relinquetur : hor- 17.
*tatur nos intercepti periculum in ſuper-
ſtite ſubſidia non differenda ſanandi, qui
hoc ipſo recipiendus divinitus indicatur,
cum illi ſupervivit, qui ad hæc non me-
ruit pervenire : & quoddam de utroque
cæleſtis judicii refulget examen; oſten-
diturque nobis evidentius in duobus, in
quo fuerit cauſa ſine venia, & in quo ſit
quæ indulgentia carere non debeat, at-
que ideo quam ipſe quoque, ſi ſuperſtes
competenter Acacius expetiſſet, potuerat
obtinere (quippe de quo ſic poſitum eſt,
inſolubilem fore, ut non decerneretur, etiam
ſi forte, corrigeret) multo magis huic qui
communione ejus infectus, eſt implorans
flebiliter, pietatis eſt Apoſtolicæ non ne-
gere.*

Profeſſus ergo Miſenus regulariter, ſe XX. Miſenus abſolutus.
*omnes hæreſes, Eutychianam præcipue cum
Eutychete, Dioſcoro, Timotheo Æluro,
Petro Alexandrino, Acacio Conſtantino-
politano, Petroque Antiocheno, vel cun-
ctis eorum ſucceſſoribus, ſectatoribus &
communicatoribus deteſtari, eoſque anathe-
mate ferire perpetuo, communionis Apoſto-
licæ, & ſacerdotalis gratiam, quam Ca-
tholica traditione percepit, recipiet di-
gnitatis. Omnes Epiſcopi & presbyteri
ſurgentes in Synodo adclamaverunt : Ex-
audi Chriſte : Gelaſio vita : dictum quin-*

decies

decies. Domne Petre, tu illum ſerva: dictum duodecies. Cujus ſedem & annos: dictum ſepties. Vicarium Chriſti te videmus: dictum ſexies. Cujus ſedem & annos: dictum ſepties trigeſies.

Sixtus Notarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ juſſu domini mei beatiſſimi Papæ Gelaſii ex ſcrinio edidi die tertio Id. Maji, Flavio Viatore V.C. Conſ.

XXI. Sic igitur apparuit divina vindicta in Vitalem Epiſcopum irrogata, cum antequam Catholicæ communioni reſtitueretur, ex hac vita ſubductus eſt. Sed & in Acacii fautorem Euphemium Conſtantinopolitanum Antiſtitem Deus pariter ultus eſt, cum eum (ut diximus) per Anaſtaſium Imperatorem in exilium duci voluit. Frequens eſt enim, ut qui monita patris non audit, tyrannum interdum experiri cogatur, & Deum ultorem ſentiant, qui præpoſitos ab ipſo negligunt monitores. Sed de Euphemii exilio hiſtoriam recitemus.

XXII. Hoc namque anno ſub iiſdem Conſulibus rei ſummam Marcellinus perſtringens, hæc habet in Chronico: *Euphemius Epiſcopus Conſtantinopolitanus falſo ab Anaſtaſio Principe accuſatus atque damnatus, in exilium ductus eſt.* Hæc ipſe. Quænam vero in illum accuſationes objectæ fuerint, audiamus: quas quidem Theodorus Lector ſic narrat (a): *Anaſtaſius inſidias Iſaurorum Euphemio acceptas retulit.* Re vera autem, quod (ut Suidas ait) comminatus Euphemius illi fuiſſet, ſe illum in ordinem redacturum, ſi perſeveraret hæreticus. Sed pergit Theodorus: *Et cum Præfectis ſcripſiſſet, Epiſcopos domi præſentes congregavit. Hi ut Imperatori gratificarentur, Euphemium excommunicant ac deponunt. Elegit autem Imperator Epiſcopum Macedonium quendam presbyterorum Eccleſiæ & cuſtodem. Populus vero ſeditionem movet propter Euphemium, & ad Hippodromum ſupplicandi gratia currunt: at nihil efficiunt: pervicit enim Imperatoris reſiſtentia. Macedonius Imperatori morem gerens, Concordiæ Zenonis ſubſcripſit* Enotico ſcilicet. *Hic Macedonius vir erat religioſus & ſacer, utpote a Gennadio educatus, cujus etiam (ut fama habet) nepos erat ex ſorore. Euphemium Imperator in exilium duci præcepit. Ille vero per Macedonium cautionem petiit, ut ſine inſidiis inde abduceretur. Macedonius vero aliquid laude dignum cogitans, ut cautio illi & ratio redderetur conſenſit: & cum Euphemius in baptiſterio eſſet, Epiſcopalia inſignia a diacono ſibi ipſi auferri præcepit, atque ita ad Euphemium acceſſit: factaque mutatione, pecunias illi ad ſuſtentandos eos qui cum illo erant, dedit.* Huc uſque Theodorus.

(a) Theod. Lect. lib. 2. Collect.

Euphemius Epiſc. Conſtantinopol. in exilium ejicitur.

XXIII. Paſſus hæc quidem eſt Euphemius, licet injuſte, & a perfido Imperatore Catholicæ fidei adverſario: quod tamen contempſiſſet parere Romanis Pontificibus in abdicatione Acacii nominis, meruit ipſe juſto Dei judicio abdicari. Sic plane qui glorioſum fuiſſet confeſſionis ob hæc quæ paſſus eſt titulum conſecutus; quod ab ipſa Romana Eccleſia minime meruit ad communionem admitti (extra quam nulla poteſt eſſe, ex ſententia Patrum, vera confeſſio, neque martyrium) infelix deceſſit inglorius, & poſtea (ut dicemus) nomen ejus e Diptychis eſt ſublatum.

XXIV. Quod vero ejus ſucceſſori Macedonio Theodorus inurit notam ſubſcriptionis Zenonis Enotici: longe aliter rem ſe habuiſſe, quæ horum temporum ſcriptor Cyrillus (b) narrat, edocent; nam ait: Eu-

(b) Cyrill. in Vit. S. Saba c. 69. apud Sur. c. 6.

PAGIUS III.

Euphemius Conſtantinop. Epiſc. in exilium mittitur.

A num. XXII. ad XXV. Marcellinus in Chronico ſcribit, *Euphemium* Conſtantinopolit. Epiſcopum falſo ab Anaſtaſio Imp. accuſatum atque damnatum, in exilium ductum eſſe & in ejus locum *Macedonium* ſubrogatum quod & Cedrenus habet anno Anaſtaſii Imp. quinto. Verum rectius Theophanes ſcripſit, hæc facta eſſe ſequenti anno. Is enim anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXXXIX. qui Kalend. Septemb. ſequentis Chriſti anni inchoatur, ait: *Hoc anno Anaſtaſius Euphemium Euchaitam exulem miſit. Ille fidem ſibi dari per Macedonium poſtulavit, ut inſidiarum ſecurus, dum deduceretur, in itinere maneret. Macedonius fidem obſtringere permiſſus Euphemium in Baptiſterio adiit, Archidiacono a ſuis humeris auferri prius juſſo, atque privato Sacerdotis habitu Euphemium conveniens, pecunias mutuo ab aliis acceptas elargitus eſt illi adeo ut ex utroque capite non minimam a pluriſque laudem reportaret, virtutis quippe pietatiſque jura tanquam a Gennadio, cujus nepos erat, educatus curabat.* Quare cum Euphemius anno CDCX. Sedem inierit, tamque annos VI. & menſes tres, teſte Nicephoro in Chronico tenuerit, manifeſtum eſt, eum anno tantum ſequenti in exilium miſſum; cujus rei indicium aliquod ſunt *Quinquennalia* Anaſtaſii Imp. eo anno peracta; cum unnis hujuſmodi ſolenniis addictis Imperatores paci Eccleſiæ conſulere ſoliti fuerint, eoque tunc obtentu Anaſtaſius uſus ſit.

IV.

Macedonius Zenonis Henotico ſubſcripſit.

Macedonium Zenonis Henotico ſubſcripſiſſe Baronius negat, & Theodorum Lectorem lib. 2. qui illud aſſerit, non audiendum eſſe contendit. Verum id non tantum Theodorus, ſed & Theophanes, Liberatus in Breviario lib. 16. cap. 2[illegible] aliique in literas miſere. Liberatus cap. 31. de Joanne Hemula Alexandrino Epiſcopo ſcribit: *Qui & ipſe Petrum & Athanaſium prædeceſſores ſuos ſecutus in Edicto unitivo communicavit aliis Sedibus, id eſt, Conſtantinopolitana, Antiochena, & Hieroſolymitana.* Et paulo poſt de Joanne Niceota Hemulæ ſucceſſore, subdit: *Denique cum ei Imperator ſcripſiſſet, ut uniretur Conſtantinopolitano Epiſcopo, hoc reſcripſit, quia non ſufficeret ei ad perfectam unitatem, ni quod non anathematizaret Synodum,* ſc. Macedonius. Victor vero Tununenſis hæc habet: *Anaſtaſio Aug. Conſ. Macedonius Epiſc. Conſtantinop. Synodo facta condemnat eos* qui

Macedonius Epiſc. Conſtantinopol. Orthodoxus. *Euphemius quidem propter rectum de fide ſententiu ab Imperatore (o juſtitia!) impie depellitur a ſedis rectione, & in ejus locum evehitur Macedonius. Cum in bis autem eſſet Eccleſia; iis quidem qui Euphemium ſede expulerant aſſentiri non ſuſtinuit Elias Epiſcopus Hieroſolymitanus, ut qui eum expuliſſent præter regulam; Macedonio vero non dubitavit communicare, & cum eo convenire, at qui ipſe quoque rectam fidem amplecteretur: quod quidem non parum ab initio turbavit Imperatorem.* Hæc de Macedonio Cyrillus: reliqua vero ſuis locis dicenda.

XXV. De exilio S. Eugenii in Gallias. Moritur hoc eodem anno Gundabundus Wandalorum Rex in Africa, regni ſui anno duodecimo inchoato. Abripuit Deus e vita hominem, cum intermiſſam aliquamdiu perſecutionem inſtaurat: hoc namque tempore rurſum ſanctiſſimum virum Eugenium Epiſcopum Carthaginenſem exagitat, non ferens tantum virum in locis quibuſlibet Wandalicæ ditionis licet exulem degere. Quod enim ſciret ipſum reſtituere lapſos ad pœnitentiam, & ſtantes ad martyrium roborare, ſcribereque frequentes (ut dictum eſt ex Gennadio) litteras paſtorales; conſilium illud iniit, ut trans mare eum in Gallias amandaret: qui illuc delatus, Albigenſem incoluit Civitatem. Hæc quidem ex Gregorio Turonenſi (a). Sed dum ſub perſecutione ab Hunerico facta ipſum in Gallias miſſum dicit, plane fallitur, perveniſſe eum, namque ad Anaſtaſii Imperatoris tempora, quæ de ipſo narrat Gelaſius Papa (b) ad Epiſcopos Dardaniæ manifeſtant. Sed & cum Gennadius (c), dum de eodem agit ſcribens librum illum ſub Anaſtaſio Imperatore, adhuc vita eſſe ſuperſtitem tradat; nullum videri poſſit reliquum eſſe dubium ad hæc tempora deveniſſe, atque ex Africa in Gallias tranſmiſſum eſſe. Immo & cum idem Gennadius nequicquam de ejus in Gallias relegatione ipſe Gallus dicat; plane accidiſſe videri poteſt eumdem S. Eugenium fuiſſe relegatum in Gallias poſt ſcriptum ab eo libellum illum de Scriptoribus Eccleſiaſticis: adeo ut ad hoc tempus, ante tamen obitum Gundabundi ejus in Galliis referendum exilium ſit: etenim qui in locum ejuſdem Regis ſucceſſit Traſamundus, ipſo regni exordio pacem cum Catholicis habuit, de omnibus benemeritus.

(a) Greg. de Geſt. Franc. l. 2. c. 3.

(b) Gelaſ. ep. 11. t. 1. ep. Rom. Pont.

(c) Genn. de vir. il. luſtr. c. 97.

XXVI. De obitu S. Eugenii Epiſ. Carthag. Quomodo autem in loco exilii, in ipſa Albigenſi Civitate idem Eugenius diem clauſit extremum, idem Gregorius ita narrat (d): *Hic cum magnis in ſæculo polleret virtutibus, & jam victor de tormentis martyrialibus exiliiſſet: tempus vocationis ſuæ, quo acceſſiretur ad gloriam, Domino revelante, cognovit: illud præcipue, quod populis occultabatur, manifeſtum noſcens ſe martyri Amarantho ſocium eſſe futurum* (colitur iſte martyr in ea ubi ſepultus eſt Civitate) *ad ejus ſepulcrum, dirigitur, proſtratuſque ſolo devotiſſime orationem fudit ad Dominum. Deinde expanſis ſuper pavimentum brachiis, ſpiritum cœlo direxit. Qui a Chri-*

(d) Greg. Turon. Mirac. l. 1. c. 58.

PAGIUS

qui Chalcedonenſis Decreta Synodi ſuſcipiunt, & eos qui Neſtorii & Eutychis defendunt. Sed in eo errat, quod hæc geſta ſcribit, *Anaſtaſio Aug. Coſ.* anno ſc. CDXCVII. ſecundo, *Macedonius* ad majora inconvenientia vitanda aliqua tantum Concilii Chalcedonenſis Decreta reprobavit, & *Diodorum* Tarſenſem, *Theodorum* Mopſueſtenum, *Theodorum* Cyrenſem, & quoſdam alios Epiſcopos qui in Concilio Chalcedonenſi tanquam Catholici habiti fuerant, anathematizavit. De Decretis enim hujuſmodi quæſtionem tunc fuiſſe, ex infra dicendis liquebit. Cæterum *Macedonium* Concilium Chalcedonenſe ſuſcepiſſe, licet Zenonis Henotico ſubſcripſiſſet, patet non tantum ex Liberato citato; ſed etiam ex Epiſtola Monachorum Palæſtinæ, ad Alciſonem ab Evagrio lib. 3. cap. 31. recitata, ubi aiunt, Xenaiam & ſectatores inter alios Macedonium aggreſſos eſſe: *ſed & a Macedonio chirographum fidei ſuæ poſtularunt. Qui quidem eam expoſuit, affirmans ſe trecentorum & octodecim SS. Patrum & centum ac quinquaginta fidem ſolam noſſe: Neſtorium vero & Eutychem, anathemati ſubjiciens, eoſque qui duos filios & duos Chriſtos aſſerunt, aut qui naturas dividunt, nulla tamen mentione facta, nec Epheſinæ Synodi, quæ Neſtorium depoſuit, nec Chalcedonenſis, in qua depoſitus eſt Eutyches;*

V. Ex quibus manifeſtum fit, *Macedonium* quidem Zenonis Edicto ſubſcripſiſſe, ſed Chalcedonenſem Synodum veneratum eſſe. Immo Auctor libelli Synodici, in Synodo Conſtantinopolitana contra Euphemium, de Macedonio dicit: *Qui ſimplici convocata Synodo Decreta quidem Chalcedonenſis ſcripto confirmavit: Henoticum vero Zenonis metu Anaſtaſii ſilentio præteriit.* Hinc Monachi Palæſtinæ in laudata Epiſtola ajunt: *Interea Xenaia & Dioſcorus multis Epiſcopis ſibi adjunctis, intolerabiles erant, dum tumultus concitarent adverſus eos, qui Synodum* (ſc. Chalcedonenſem) *anathemati ſubjicere recuſabant. Ex quibus eos, qui ad finem uſque ipſis non ceſſerant, multis machinationibus in exilium ejici curarunt. Hoc modo Macedonium & Joannem Epiſcopum Palti, & Flavianum in exilium tradunt.* Nec Cyrillus Monachus in Vita Sancti Sabæ cap. 69. Baronii ſententiæ favet, cum ſcribit: *Iis qui Euphemium Sede expulerant, aſſentiri non ſuſtinuit Elias Epiſcopus Hieroſolymitanus, ut qui eum* (nempe Euphemium) *expuliſſent præter regulam. Macedonio vero non dubitavit communicare, & cum eo convenire, ut qui ipſe quoque rectam fidem amplecteretur:* tantum enim indicat Cyrillus, *Macedonium*, Synodum Chalcedonenſem amplexum eſſe, eamque ob rem cum eo *Eliam* communicaſſe, ſed nullam Henotici Zenonis mentionem facit in quo cum nulla hæreſis contineretur, impedimento illud non fuit *Eliæ*, quin communicaret cum Macedonio, qui in miſero illo Eccleſiæ ſtatu, œconomiæ cauſa, illud ſuſceperat.

Communicat cum eo Elias Epiſ. Hieroſolymitanus.

VI. Ad num. XXV. & ſeq. *Gundamundus* ſeu *Gundabundus* Vandalorum in Africa Rex anno tan-

ſtianis collectus in ipſa quam diximus crypta ſepulturæ mandatus eſt. Hæc Gregorius, qui & de miraculis illic editis ſubiicit narrationem. At de ſancto Eugenio ſatis. Ulrus eſt autem Deus ejus exilium in Regem, quem hoc anno ex hac vita ſubduxit; cum in locum ejus ſucceſſit Traſamundus ipſius germanus, de quo iſta Procopius (*a*): *Gundabundus exceſſit ex morbo anno regni ſui duodecimo: poſt quem frater Traſamundus regnum ſuſcepit, vir indole ſapientia maxima, tum animi magnitudine omnes majores antecedens: Chriſtianos autem non pœnis corporis aut ſuppliciis, ut ille, ſed præmiis & honoribus omnibus ad deſerendam fidem invitavit; non auſcultanter vero minime plectebat. Si quos magis criminibus obnoxios vidiſſet, ſeu fortuna, ſeu voluntate, hos non dare præteritorum pœnas, ſed præmiis muneribusque meliorem inducere mentem cogebat. Fuit autem Anaſtaſio Principe amiciſſimus*. Hæc de Traſamundo Rege Procopius. Sane quidem S. Fulgentius (*b*) ad hunc Regem cum in libros ſcripſit, eum parente meliorem appellat. Huic Traſamundo Theodoricus Italiæ Rex matrimonio junxit ſororem ſuam nomine Amalafridam, ut ex ejuſdem Theodorici ad ipſum data epiſtola conſtat: ad quem extat (*c*) etiam alia qua eum antea redargutum ſuſcipit, licet miſſa ab eo munera reſpuat. Sed de eo ſæpe inferius dicendum erit.

(a) *Procop. de bello Vvandal. 1.* Traſamundus regnat in Africa.

(*b*) *Fulg. ad Traſam. l. 3. in fin.*

(*c*) *Apud Caſſiod. l. 5. epiſt. 44.*

Qui

PAGIUS

Moritur Gundamundus Vandalorum Rex.

tantum ſequenti obiit. Auctor enim fragmenti Auguſtani ab Henrico Caniſio publicati docet, eum Africæ dominatum eſſe *annos XI. menſes IX. dies XI.* Quare die viceſima prima menſis Septembris ſequentis Chriſti anni interiit; cum die undecima Decembris anni CDLXXXIV. regnare cœperit. De eodem Rege citatus Auctor hæc narrat: *Guntabundus tertio anno Regni Cœmeterium Sancti Martyris Agilei apud Carthaginem Catholicis dari præcepit, Eugenio Carthaginenſi Epiſcopo jam de exilio revocante. Decimo autem anno Regni ſui Eccleſias Catholicorum aperuit, & omnes Dei Sacerdotes, petente Eugenio Carthaginenſi Epiſcopo de exilio revocavit*. Utrum Eccleſiæ clauſæ fuerint *annos undecim, menſes ſex, dies quinque*; an vero duntaxat *annos decem menſes ſex, dies quinque*, in dubio relinquit idem Scriptor quia Caniſius incidit in Codicem depravatum, qui ſibi non conſtat, & utroſque characteres in eadem periodo ſic exhibet: *Eccleſiæ fuerunt clauſæ annos XI. menſes VI. dies V. hoc eſt, ab octavo anno Hunerici, id eſt, ex die VII. Idus Februarii uſque in decimum annum Regis Guntamundi in diem IV. Idus Auguſti, in quo completi ſunt ſupra dicti anni X. menſes VI. dies V.* Caniſius ad marginem harum vocum *anni X.* repoſuit iſtas, *anni XI.* Sed, ut advertit Cointius anno DCXLII. num. XXXIX. mendum irrepſit, non in *annos X.* qui retinendi ſunt, ſed in *anno XI.* quorum loco reſtituendi *anni X.* ita ut legendum ſit: *Eccleſiæ fuerunt clauſæ annos X. menſes VI. dies V. ab octavo anno Hunerici ex die VII. Idus Februarii* (anni videlicet quadringenteſimi octogeſimi quarti) *uſque ad decimum annum Regis Guntamundi, in diem IV. Idus Auguſti*; anni nempe quadringenteſimi nonageſimi quarti quam ſententiam confirmat idem auctor cum ſubdit: *Qui memoratus Guntabundus Rex poſtmodum vixit annos duos, menſem unum*, ubi dies negligit. Hermannus juxta editionem Caniſii *Guntamundi* mortem cum anno CCCCXCVI. recte copulavit.

VII. *Eugenius Carthaginenſis Epiſ. primum ab Hunerico, dein a Traſamundo in exilium miſſus.*

Baronius, qui fragmentum illud Auguſtanum non viderat, arbitratus eſt *Gundabundum* ex Africa, ubi *Eugenius* exul ſub Hunerico Gundabundi deceſſore vixerat, eumdem *Eugenium* Carthaginenſem Epiſcopum in Gallias tranſmiſiſſe, & Gregorium Turonenſem lib. 2. cap. 3. erraſſe, quando de Hunerici perſecutione loquens, de Eugenio habet: *Apud Albigenſem Galliarum urbem exilio deportatus eſt, ubi & finem vitæ præſentis fecit*. Verum Eugenius non ex uno exilio in aliud tranſmiſſus, ſed diverſis temporibus eadem pœna affectus. Anno CCCCXCIV. a Gundabundo in Epiſcopatum Carthaginenſem revocatus eſt, & ab Epiſcopis Arianis multa pertulit, ut ex Epiſtola Gelaſii Papæ ad Epiſcopos Dardaniæ diſcimus. Ut enim Sanctus Pontifex oſtendat, debuiſſe Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum increpare Zenonem Imp. quod non fineret Eccleſiæ regulas cuſtodiri, affert inter alia exemplum Eugenii, aitque: *Ecce nuper Hunerico Regi Vandalicæ nationis Vir magnus & egregius Sacerdos Eugenius Carthaginenſis Epiſcopus, multique cum eodem Catholici Sacerdotes conſtanter reſiſterent ſævienti, cunctaque extrema tolerantes, hodieque perſecutoribus reſiſtere non omittunt*. Sed loco *reſiſterent*, legendum, *reſtiterunt*. Epiſtola dicitur data *Kalendis Februarii Victore V. C. Coſ.* Sed ibi etiam loco *Victore*, legendum, *Viatore*, qui hoc anno Conſulatum geſſit. Hoc mendum etiam Baronius correxit, licet de emendatione a ſe facta Lectorem non monuerit.

Cum vero *Gundabundus* Epiſcopos exules in ſuas Eccleſias anno præcedenti reſtituerit, quæ de Eugenio Gelaſius Papa ſcribit, de perſecutionibus ab Arianis poſt ejus reſtitutionem excitatis, intelligi debent. Verum cum anno DIV. *Traſamundus* Vandalorum Rex & Gundabundi fratris ſucceſſor rurſus Epiſcopos Orthodoxos in exilium miſerit, apparet, tunc Eugenium in Civitatem Albigenſem relegatum eſſe; dum Epiſcopi Byzacenæ Provinciæ exules in Sardiniam miſſi ſunt, & Gregorium Turonenſem ſecundum hoc Eugenii exilium eam priori confudiſſe. Colitur *Eugenius* die XIII. menſis Julii, tam in Martyrologio Romano, quam in quibuſdam aliis. Mabillonius Tom. III. Veter. Analect. refert antiquiſſimum Kalendarium Eccleſiæ Carthaginenſis, in quo legitur: *Nonas Jan. Depoſitio Sancti Deogratias & Eugenii Epiſcoporum*, ubi de noſtro Eugenio ſine dubio ſermo eſt.

VIII. *Turonenſis duo Eugenii exilia in unum confundit.*

Hoc anno, qui bellum Alemannicum præceſſit, Chlotildis *genuit alium filium, quem baptizatum Chlodomerem vocavit, & hic cum ægrotare cœpiſſet, dicebat Rex, Non poteſt aliud, niſi & de hoc, ſicut & de fratre ejus contingat, ut baptizatus in nomine Chriſti veſtri moriatur; ſed orante matre, Domino jubente, convaluit*, inquit Turonenſis lib. 2. cap. 29. Chlodomeres Chlodoveo patri ſuperſtes, in Galliarum parte regnavit, ut ſuo loco oſtendemus.

IX. *Naſcitur Chlodomerus Chlodovei filius.*

I. QUi ſequitur Chriſti Redemptoris annus quadriagenteſimus nonageſimus ſextus Conſulem habuit Paulum ſine collega, idemque Gelaſii Papæ noviſſimus numeratur: hoc enim anno, XI. Kal. Decembris ipſum ex hac vita migraſſe, habent Indices Vaticani & Anaſtaſius de Romanis Pontificibus, cum ſediſſet annos quatuor, menſes octo, dies undeviginti. De ejus lucubrationibus iſta Gennadius tradit (a): *Gelaſius urbis Romæ Epiſcopus ſcripſit adverſus Eutychetem & Neſtorium grande & præclarum volumen, & tractatus diverſarum ſcripturarum & ſacramentorum limato ſermone; & adverſus Petrum & Acacium ſcripſit epiſtolas, quæ hodie in Eccleſia tenentur Catholica: fecit hymnos in ſimilitudinem Ambroſii Epiſcopi*. Hæc Gennadius de Gelaſii Papæ ſcriptis. Sed de his altior perſcrutatio habenda eſt, cum videlicet qui ejuſdem Papæ nomine inſcribitur liber de Duabus naturis adverſus Eutychetem & Neſtorium, num ipſius opus dici re vera poſſit, accuratius differemus. Eſt ejus exordium: *Neceſſarium quoque fuit &c.* Scimus in his quidem nobilia complurium Orthodoxorum ſudaſſe ingenia, dum adverſus Novatores inde ſibi arma parantes ſtudio indefeſſo iniere certamen; cum e contra Orthodoxi una ferme ſententia opus illud Gelaſii eſſe negarint.

Gelaſii Papæ obitus.

(a) Genn. de Scrip. Eccl. c. 94.

II. In primis vero inter alios ſcimus Suffridum in præfatione ad Gennadium præfixa, non eſſe Gelaſii, ſed Gennadii tractationem illam aſſeverare, accidiſſeque ut quem Gennadius librum miſit ad Gelaſium (ut ipſe teſtatur *b*) ſcripta eadem Gelaſii nomine edita fuerint. Verum cum Gennadius illos ſex libros non adverſus Eutychetem, ſed Neſtorium, ſe ſcripſiſſe tradat, & neque eos ad Gelaſium Papam miſſos dicat, ſed opus de fide ſua (ut ait) ad illum dederit; & quodnam illud fuerit, ſatis ſit ſuo loco ſuperius demonſtratum: nihil eſt ut lucubratio illa, quæ Gelaſio tribuitur, Gennadii eſſe dici poſſit.

(b) Genn. c. ult.

III. Sunt præterea, qui negantes pariter ſcriptionem illam eſſe Gelaſii Papæ, eamdem tribuant Gelaſio Epiſcopo Cæſarienſi cujus mentionem habet S. Hieronymus (c);

(c) Hier. de Scrip. Eccl. c. 130.

Ann. Eccl. Tom. VIII.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5989.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DXXXIV. A. C. 496.

☉ 1. CF. ☽ 3. P. 14. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 496.

ANASTASII II. PAPÆ 1.

ANASTASII IMP. 6.

THEODORICI REG. 4. & 8.

I. [1] P*Aulus* abſque collega Conſulatum geſſit, ut omnes Faſti habent, idque in Oriente; erat enim frater Anaſtaſii Aug. ut teſtatur Marcellinus in Chronico ad ejus Conſulatum: *Auguſtatico ſuo*, inquit Marcellinus, *dudum Anaſtaſii militibus præſtito donativum quoque hoc fratre Conſule tribuit, India Anaſtaſio Principi Elephantem, quem Plautus Poeta noſter Lucabum nomine dicit, duaſque Camelopardalas pro munere miſit*. Hæc ſunt indicia Quinquennalium Anaſtaſii Imp. annis enim hujuſmodi feſtis deſtinatis Imperatores vel Conſulatum ſumebant, vel in propinquiores & illuſtriores eam dignitatem transferebant, donativum militibus dabant, & animalia antea non viſa populis exhiberi jubebant. Sic Severus Imp. in Decennalibus ſuis, teſte Dione lib. 76. Elephantem & Crocotam Romam advehi juſſit. *Id animal eſt Indicum ac tum primum, quod ſciam, Romam advectum eſt*, inquit Dio de Crocota loquens, de quo animali legendus Salmaſius in Notis ad Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ. Sic etiam Antoninus Pius, ut teſtatur Capitolinus in ejus Vita cap. 10. edidit munera, *in quibus Elephantos & Crocotas, & Strepſicerotas, Crocodilos, atque Hippopotamos, & omnia ex toto orbe terrarum cum Tigridibus exhibuit*. Porro Scaliger lib. 7. de Emendat. Temp. pag. 681. recte obſervat Marcellinum citatum *India* nomine *Æthiopiam* intelligere, quam a Veteribus ita appellatam fuiſſe ibidem oſtendit, & nos ſuo loco certis argumentis demonſtrabimus.

Quinquennalia Anaſtaſii Aug.

II. A num. I. ad LVI. Anaſtaſius ſcribit, *Gelaſium* Papam ſepultum eſſe *in Baſilica B. Petri Apoſtoli XI. Kal. Decembris*, nempe die viceſima prima menſis Novembris: ſediſſe vero *annos* qua-

Moritur Gelaſius PP.

NOTÆ [1] C*Oſ. Paulus* ſine collega.

Victor; *Paulo V. C. Coſ.* Marcellinus: *Paulo ſolo* Coſ. In veteri lapide apud Schelestrat. Antiqu. Eccl. tom. I.

COMPARAVIT.
P. C. VIATORIS.

Epitome temporum & Indiculus Paſchæ anno a Paſſione Domini CCCCLXX. *Poſt conſulatum Viatoris. Alii delirantes, hoc conſule dicunt Antechriſtum naſciturum*, GEORGIUS

De Gelaſio Epiſc. Cæſareæ Palæſtinæ.

quod cum ætate tunc juvenis eſſet, ad tempora Neſtorii & Eutychetis ſupervixiſſe, atque ea ſcripſiſſe potuerit. At ne id quidem jure affirmari poſſe videtur; cum ex his quæ dicta ſunt ſuperius duos ſaltem Epiſcopos numerari contingat poſt Gelaſium uſque ad Neſtorii & Eutychetis tempora; nempe Joannem, qui una cum Porphyrio Gazenſi functus eſt legatione ad Arcadium Imperatorem; & Eulogium, qui reperitur interfuiſſe Concilio Dioſpolitano, ubi Pelagius doloſe viſus eſt recantaſſe palinodiam: qui autem primo loco ibi in Concilio Palæſtino nominatur Eulogius Synodo præſidens, Metropolitanum oportuit Palæſtinæ totius fuiſſe, nempe Cæſarienſem Epiſcopum. Sic igitur nihil eſt, ut opus illud Gelaſio Palæſtino quoquo modo poſſit abſcribi.

IV. De ſcriptis Gelaſii contra Eutych. & Neſtorium.

Sunt tamen alia re vera nonnulla, quibus probari poſſe videtur, commentarium illum non eſſe Gelaſii Romani Pontificis. Etenim cum Gennadius ſcribat, grande volumen a Gelaſio editum adverſus Eutychetem atque Neſtorium; plane diſſimile ab eo eſſe apparet, quod ejus nomine fertur perbreve ſatis. Verum non unum dumtaxat librum; ſed quod grande & præclarum opus Gennadius nominat, in quinque libros fuiſſe partitum liquet: habet id enim Anaſtaſius Bibliothecarius in libro de Romanis Pontificibus, cum affirmat quinque libros adverſus Neſtorium & Eutychetem ab eodem Gelaſio fuiſſe conſcriptos; cum tamen opuſculum, quod Gelaſii nomine editum extat, unius libri periodo terminetur.

V. Gelaſii non ine ſcripta ſuppoſita.

Haud autem novum inauditumque eſt, ut his ipſis temporibus Gelaſii Papæ nomine ſcripta adulterina ſupponerentur: nam audi Caſſiodorum locupletiſſimum teſtem, temporiſque hujus ſcriptorem: *In Epiſtolas* (inquit *a*) *tredecim S. Pauli annotationes conſcriptas in ipſo initio meæ lectionis inveni, quæ in cunctorum manibus ita celebres habebantur, ut eas a S. Gelaſio Papa urbis Romæ doctiſſimi viri ſtudio, dicerent fuiſſe conſcriptas: quod ſolent facere qui res vitioſas cupiunt glorioſi nominis auctoritate defendere. Sed nobis ex præcedentibus lectionibus diligenti retractatione patuerunt, ſubtiliſſimas quidem eſſe ac breviſſimas dictiones, ſed Pelagiani erroris venena illic eſſe ſeminata.* Hæc Caſſiodorus; quibus intelligas id ipſum de eodem libello evenire facile potuiſſe. Si enim tempore Caſſiodori Gelaſii æqualis, ſive ipſo Gelaſio vivente, ſive potius paulo poſt ejus obitum, tantum nefas aggredi auſa eſt audax hæreticorum præſumptio, ut Pelagianum opus Gelaſii nomine prænotarit: quid adeo mirandum, ſi commentariolus ille, de quo eſt quæſtio, ejuſdem nomine inveniatur eodem tempore eſſe vulgatus?

(a) Caſſiod. de Divin. lect. c. 8.

VI. Quis Gelaſius germanus auctor operis.

Sed eſt beneficio Dei, ut tibi oſtendere poſſimus, ac velut digito indicare, quiſnam auctor ejus opuſculi Gelaſius iſte fuerit. Accipies enim id ex his quæ Photius in Bibliotheca habet his verbis: *Acta Primæ Synodi*, nempe Nicænæ, *tribus tomis, auctore Gelaſio: quæ, inquam, non vere ſunt Acta ipſa, ſed de rebus geſtis in Synodo hiſtoria: humili namque ſermone, ſed diligenti tractat ea quæ in Synodo contigerunt.* Hæc ipſe. Eſt autem iſtud ipſum opus non aliud, quam quod Græce ſcriptum Vaticana bibliotheca poſſidet, ab Alphonſo Piſano Societatis JESU profeſſore in lucem vindicatum in ſuo, quod edidit, Nicæno Concilio. Quonam autem iſte Gelaſius vixerit tempore, in ejus operis præfatione ipſe declarat, dum ſe exagitatum ab Eutychianis hæreticis tradit, cum iidem invaleſcerent tempore Baſiliſci Imperatoris. Cum vero ibidem auctor addat, ſe eoſdem diſputando confutaſſe hæreticos Eutychianos, & in exordio libelli illius Gelaſii de duabus naturis habeatur, ob recentem obortam ea de re controverſiam, ſe eſſe opus illud aggreſſum; unum eumdemque Gelaſium utriuſque tractatus eſſe ſcriptorem poſſumus intelligere. Sic igitur cum nomen auctoris, tempus quo vixit, & quæ idem ipſe in utraque ſcriptione præfatur, in unum conveniant: quæ alia de his eſſe poteſt ratio dubitandi?

VII. Laudator Euſebii Gelaſius auctor operis.

Sed & ex nævo, immo profunda potius cicatrice, quæ in utriuſque Gelaſii operis facie cernitur, unum omnes cognoſcent vultum unius ejuſdemque Gelaſii. At quænam iſta? Inſpice. Qui Gelaſius de duabus naturis opuſculum illud ſcripſit, cum in fine profitetur ſe Catholicorum (ut ait) magiſtrorum teſtimonia afferre, quibus a ſe dicta confirmet: tamen inter plures ſanctorum Orthodoxorum Patrum aſſertiones, ponit poſt Magnum Athanaſium, ante Gregorium Na-

PAGIUS

quatuor, menſes octo, dies novem. Verum cum die prima menſis Martii anni CDXCII. Pontifex Romanus conſecratus fuerit, & e vivis exceſſerit *XIII. Kal. Decemb.* hujus anni, quo Marianus Scotus in Chronico de Gelaſio ait: *Obiit XIII Kalend. Decembris*, die ſc. decimanona menſis Novembris, quo & Martyrologium Bedæ attributum & Martyrologium Uſuardi depoſitionem ejus conſignant, Gelaſius Eccleſiam Romanam adminiſtravit annos IV. menſes VIII. dies XVIII. die emortuali excluſo; quot anni, menſes, ac dies eidem attribuuntur in MSS. Anaſtaſii Freheriano & uno Thuaneo, in Luitprando, in Orderico lib. 2. in Honorio Augu-

Nazianzenum Euſebium Cæſarienſem, conclamatum jam ſæpe ab omnibus anteſignanum Arianorum; ejuſque tres ſententias ex diverſis locis acceptas refert: quæ quidem quam indigna ſint Gelaſio Papa nemo non videt; quamque alienus ſit auctor ille ab aliquo Latino ſcriptore; cum in re tanta nitatur Græcorum dumtaxat auctoritate, vix duobus Latinis ex plurimis in teſtimonium adductis. Quam vero e contra ea conveniant Gelaſio illi a Photio recenſito, cognoſce, dum ipſe in dicto opere de Nicæno Concilio eumdem Euſebium Cæſarienſem plurimum laudat, & titulis Orthodoxo magno viro dignis exornat, atque ab omni Arianæ hæreſis ſuſpicione vult exemptum, dum ipſum numquam Ario conſenſiſſe, non ſit veritus affirmare, dealbans Æthiopem. Ex qua tam enormi in vultu utriuſque operis perſpicua cicatrice quis unum eumdemque eſſe Gelaſium utriuſque auctorem operis, viſu, tactuque (ut ita dicam) admonitus negarit umquam? quem citans Joanes Romanus Pontifex ejus nominis ſecundus in epiſtola ad Avienum & alios Senatores, abſque aliquo titulo Romani Pontificis nominat.

VIII. *Quam contemnat auctor adverſarios.* Hæc autem cum omni ex parte conſtantia firmaque pie lector ſatis intelligas, exulteſque germanum operis auctorem inventum: haud tamen nos piget poſt victoriam inſtaurare certamen: adeo enim parvi facimus hoſtes, ut non timeamus victricia arma deponere, atque illos ſinere armis uti quæ volunt, dareque auctorem opuſculi eſſe Gelaſium Rom. Pontificem. Ita liberaliter indulgendo libet in re ſeria cum pueris ludere (pueros ſane dixerimus omnes qui inani ſtudio veritatem oppugnare nituntur, utpote leves, imperiti, atque prudentiæ prorſus expertes, ſed animo pertinaces, de quorum corde ſtultitiam virga tantum (*a*) fugabit) nam cum res ſit in tuto, neque ſi iſta demus, ullum penitus ex hoc paſſura ſit Eccleſia Catholica detrimentum.

(*a*) Prov. 22.

IX. Porro qui putant ex Gelaſii Papæ verbis ſuam ipſorum hæreſim confirmari, non ſunt Sacramentarii quos omnes uno ictu auctor conficit, dum diſertis verbis tranſubſtantiationem panis & vini in Chriſti corpus & ſanguinem aſtruit; ſed ii qui eam negant, cum tamen in utraque ſubſtantia Chriſtum ineſſe confirment. Verum quomodo inſit in ſacratiſſima Euchariſtia Chriſti corpus & ſanguis, cum iidem adverſarii inter ſe hactenus de hoc ipſo indefeſſo certamine altercentur, nec conſtans permanenſve eorumdem ſit una ſententia, ſed pro numero capitum, & varietate temporum, variæ atque diverſæ reperiantur: plane a veritatis ſcopo omnes longius aberrare, cum una eademque ſit ſemper veritas, intelliguntur.

X. *Gelaſii verba redduntur & elucidantur.* Sed reddamus hic primum ipſa auctoris verba, quæ iidem exultantes atque pariter inſultantes, publico conflictu inito, adverſus Catholicos tamquam firmiſſimum arietem induxere. Sunt autem hujuſmodi, (*b*) quæ velim attendas: *Certa ſacramenta quæ ſumimus corporis & ſanguinis Chriſti, divina res eſt, propter quod & per eadem divinæ efficimur conſortes naturæ; & tamen eſſe non deſinit ſubſtantia vel natura panis & vini. Et certe imago & ſimilitudo corporis & ſanguinis Chriſti in actione myſteriorum celebrantur. Satis ergo nobis evidenter oſtenditur, hoc nobis in ipſo Chriſto Domino ſentiendum, quod in ejus imagine profitemur, celebramus, & ſumimus; ut ſicut in hanc, ſcilicet in divinam tranſeunt, ſancto Spiritu perficiente, ſubſtantiam, permanente tamen in ſuæ proprietate naturæ; ſic illud ipſum myſterium principale, cujus nobis eſſentiam virtutemque veraciter repræſentant: ex quibus conſtat, proprie permanentibus, unum Chriſtum, quia integrum verumque permanere demonſtrant.* Hæc auctor a ſimili argumentum deducens de ſacratiſſima Euchariſtia ad Chriſti incarnationem, nimirum quod ſicut in illa ſimul cum ſpeciebus juncta divinitate unum efficitur corpus Chriſti, ita in myſterio incarnationis Verbo carni unito, unus idemque factus ſit Chriſtus, duarum ſimul in una perſona naturarum proprietate conjuncta.

(*b*) Gelaſ. adverſus Eutych. & Neſtor.

XI. *Omnis ſimilitudo diſſimilis.* At ſicut in aliis rebus, ita in his non neceſſe eſt ut ſimilitudo in omnibus æque reſpondeat; ſed ſatis ſit, ſi aliqua tantum ex parte conveniat: nam & ſecundum Jureconſultum (*c*): Nullum ſimile eſt idem. Neque enim cum in S. Athanaſii Symbolo dicitur: *Sicut anima rationalis & caro, unus eſt homo; ita Deus & homo, unus eſt Chriſtus.* Similitudo ipſa procedit in omnibus, cum re vera ejuſmodi comparatio in pluribus reperiatur eſſe diſſimilis, quam ſimilis. Et ne longius argu-

(*c*) l. quod Nerva. ff. depoſ.

PAGIUS ſtodunenſi, in Catalogo Reginonis, & in Chronico Hermanni contracti. His adde utrumque Catalogum a Mabillonio Tom. III. Veter. Analect. publicatum, in quibus idem legitur. In Catalogo Vaticano-Palatino, & in uno MS. exemplari Anaſtaſii habentur dies XIX. uti re vera Anaſtaſius ſcripſit, ſed Librarii in editionibus vulgatis denarium omiſere. Porro Anaſtaſium diem Gelaſii emortualem in illa enumeratione incluſit. Cum vero idem Anaſtaſius diem ſepulturæ, non vero diem obitus Rom. Pontificum de more memoret, ut ipſemet diſerte inſinuat, *Gelaſius* non niſi *XI. Kalend. Decembris*, ſeu die XXI. menſis Novembris ſepultus eſt, ut etiam habet Chronicon auctius Veterum Pontificum, ubi tamen, ſicuti & in pleriſque Catalogis, menſes & dies, quibus ſupra annos IV. ſedit, corrupti ſunt.

Li.

argumentum petatur: cum ex ea deducerent ratione Eutychiani, unam tantum dici debere in Chriſto eſſe naturam, ſicut dicimus unam eſſe hominis humanam naturam, non duas humanas naturas, licet diverſæ ſubſtantiæ, nempe corpus & anima conjungantur; tamen idem auctor adverſus eos pluribus diſputans, docet non eſſe neceſſe ſimilitudinem in omnibus concordare: ut plane nihil ſit ut quis importune ea ea ſimilitudine ab ipſo auctore exigere valeat, in omnibus ſimile demonſtrare voluiſſe ſacrum myſterium Euchariſtiæ cum incarnationis Verbi œconomia.

XII. Vocum proprietatem neglexit auctor.

Quis igitur adeo ſeverus cenſor ad illud auctorem aſtringi velit, ad quod longa diſputatione quempiam velle teneri neget? Quis item tam auſterus Orbilius ab auctore importune velit exigere eam vocum proprietatem ad quam ipſe ea ratione nullatenus voluit obligari, & omnino præſtare contempſit non in his tantum quæ obiter dicta eſſent, ſed ubi cardo vertitur totius, de qua diſputat, quæſtionis? ☞ Profitetur auctor hæc ipſa ſuperius, nempe negligi vocum proprietatem, cum non de eis principalis eſt quæſtio; attendi tunc autem, cum adverſus dimicantes hoſtes eſt de eiſdem differendum: *Aliud eſt*, inquit, *quod uſitata loquendi compendio ſæpe de qualibet rei parte dicimus, & totum, quod eſt, ſine dubio profitemur. Aliud, cum prorumpit humanæ temeritatis audacia, quæ ſic aliquam partem nuncupare contendit, ut quod totum eſt, negare moliatur: neceſſe ſit pro veritate certantes, illos qui partem ſuſcipiunt, partemque contemnunt, etiam de toto convincere.*

XIII. Cum igitur non tractaretur ab auctore ibi quæſtio de ſubſtantia vel accidentibus poſt tranſubſtantiationem, quam diſertis verbis affirmat, remanentibus; ſed in exemplum adductum Divinæ Incarnationis, quod fit in ſacratiſſima Euchariſtia, ex parte ſaltem, etſi non ex toto conveniens: quis eſt qui exactiorem vocum proprietatem ab auctore requirat, ad quas ipſe nolit adſtringi? cum præſertim, ut illa accidentia poſt tranſubſtantiationem remanentia ſpeciali vocabulo ſpecies dicerentur; nondum eſſet in Eccleſia uſu receptum, quod poſtea, ventilata ſcholaſticæ quæſtione, reperimus factitari cœptum. ☜ Vides ergo, quam inique ab eo quis extorqueat vocis proprietatem, ad quam noluiſſe teneri, adeo certo exemplo perſpicue declararit. Sic igitur qui dixit in Euchariſtia ſubſtantiam panis & vini remanere, abſque dubio ipſas dicere voluit, quas nos magis diſtincte dicimus ſpecies ejuſdem panis & vini, utriuſque accidentia continentes. Sed hæc tibi perſpicua magis fient.

XIV. Subſtantia pro accidentibus.

Intelliges enim iſta facilius, ſi hoc ipſum attendas, quomodo nomen ſubſtantiæ interdum improprie pro ipſis accidentibus ſubſtantiæ inhærentibus conſueverit idem auctor (ſi velimus eſſe Gelaſium) uſurpare. Agens ipſe aliquando contra Pelagianos in epiſtola data ad Epiſcopos Piceni provinciæ, ait peccato originali ſubſtantiam hominis eſſe depravatam; cum tamen eadem ſubſtantia hominis, quæ ante erat, permanſerit integra: ſed depravatam ait hominis ſubſtantiam, cum accidentia ipſa quæ inerant homini tamquam in ſubjecto, ut originalis juſtitia, & alia dona, fuere vel deperdita, vel imminuta: quæ cum accidentia ſint, adeſſe & abeſſe dicuntur ſubſtantiæ hominis præter ſubjecti corruptionem: adeo ut minime potuerit proprie dici ſubſtantiam eſſe corruptam. Verum cum aliquando voluit aliquid exprimere vere ſecundum ſubſtantiam fieri, ſubſtantialiter illud agi, dicere conſuevit, ut in libro de Anathemate, ubi ut vere exprimat mortem hominis, eam eſſe definit, cum quod erat, ſubſtantialiter non eſſe, vel ſubſtantialiter perire dicitur.

XV. Sic igitur ejuſmodi uſu vocum, & attenta Gelaſii dicendi phraſi, nihil eſt quod adeo mireris ſi dixit remanere in Euchariſtia ſubſtantiam panis, cum ſub nomine ſubſtantiæ intellexerit uſu dicendi de inhærere ſolitis panis ſubſtantiæ accidentibus: quod ſi re vera remanere panem communem in Euchariſtia intellexiſſet, more ſuo non ſubſtantiam panis, ſed ſubſtantialiter panem remanere dixiſſet: cum tamen re vera non amplius in ea eſſe communem panem, ſed illum tranſiſſe in divinam ſubſtantiam, non ibi tantum diſertis verbis affirmet, ſed in epiſtola etiam ad Dardaniæ Epiſcopos ſcripta, (a) ubi totidem verbis ait: *Ut ſalutaris alimonia panis illius, qui de cœlo deſcendit, Fideles hunc ſumentes ad vitam perducat æternam.* Hæc ipſe: ex quibus intelligas unam tantum in Euchariſtia ipſum fateri ſubſtantiam, eamque divinam, quam non communem, ſed panem cœleſtem appellat: ſicque quod ait, ibi remanere ſubſtantiam panis, uſu dicendi, panis accidentia intellexiſſe.

(a) *Gelaſ. ep.* 8.

Porro

PAGIUS III. Liber *de duabus in Chriſto naturis* a Baronio num. 1. & ſeqq. abjudicatur *Gelaſio* Papæ. Verum Sirmondus teſtatur, eum in MSS. probæ notæ deſcriptum reperiri inter indubitatas ejus Epiſtolas, & Viri docti obſervarunt illum Gelaſii Papæ nomine citari a Sancto Fulgentio in libro *de quinque Quæſtionibus*, apud Ferrandum Diaconum cap. 18. & a Joanne II. Papa in Epiſtola ad Avienum, cæteroſque Senatores, qua fidem de Chriſti Divinitate & Incarnatione va-

Gelaſius Auctor libri de duabus naturis.

riis

XVI. Porro quis adeo ſeverus vitio tribuat, his eſſe uſos vocibus Patres, antequam uſu venerit ut eadem ſacra ſymbola ſpecierum nomine dicerentur? Sicut quis temere erraſſe dixerit antiquiores Patres, qui ante Nicænum Concilium in Filii Dei divinitate inſinuanda, eumdem conſubſtantialem Patri dicere prætermiſerint, cum nondum ea vox fuerit uſu recepta, quæ definitione ejuſdem Niceni Concilii promulgata eſt? Nova (omnes ſciunt) in Eccleſia Catholica opus fuit excogitare vocabula, cum hæretici prioribus abuſi vocibus ſimpliciter proferri, ſolitis ea illis ſuam ipſorum pravam ſententiam roborare conati ſunt.

XVII. Habes igitur, lector, ex uſu verborum, phraſique dicendi Gelaſii Papæ, & alia ejus ſententia perſpicue demonſtratum, ipſum per ſubſtantiæ nomen ſignificare voluiſſe accidentium naturam, non autem ipſam communis panis ſubſtantiam, quam amplius non exstare, ſed in divinam eſſe transfuſam ſententiæ ipſius nuper recitatæ tam ea eo contra Eutychetem commentario, quam etiam ex dicta epiſtola ad Dardaniæ Epiſcopos data demonſtrant: ut plane ſcias nullam accedere uberiorem germanioremque interpretationem ad cujuſque auctoris verba atque ſententias, quam quæ elicitur ex aliis ejuſdem auctoris verbis atque ſententiis. Eadem prorſus eſt ratio de his quæ in eamdem ſententiam afferuntur ex Theodoreti libro primo atque ſecundo dialogorum; de quibus conſulas quæ eruditiſſime in ſuis Controverſiis affert doctiſſimus Bellarminus (*a*) quibus penitus obſtruit blaterantium & blaſphemantium ora hæreticorum. ☞ Quæ cum obſtinatio cum perfidia referarit, frater collega noſter Cardinalis de Perona Archiepiſcopus Senonenſis, decus & ornamentum Eccleſiæ Gallicanæ, & Catholicæ totius validiſſimum fulcimentum, præſtanti virtute ſcriptorum ſuorum tamquam novus (*b*) Daniel fauces Draconis occludet, cogetque diſrumpi. ☜

(*a*) *Bellarm. de Sacram. Euchar. l. 2. c. 27. ſ. 2. Contr.*

(*b*) *Dan. 12.*

XVIII. Sic igitur jam puto, vides lector veri cultor, ipſa ingentia tela, acuminata ſpicula illa, quæ tanta jactantia inſultantes vibrarunt hoſtes adverſus Catholicam veritatem, ſecundum Davidicum (*c*) illud, in ſagittas infantium eſſe converſa; & tonitrua illa horrendum quiddam obſtrepentia, diraque minantia, in tenuem auram diſſlantem pulverem levem evanuiſſe: ita quidem, etiam ſi millies convincere poſſent eſſe Gelaſium ſcriptionis illius auctorem. Ejuſmodi plane ſunt hæreticorum machinæ bellicæ, quæ aſpectu ipſo perterreant, ſed nullo negotio diſſolvantur, cum veritas ipſa validioribus mendacium ictibus quatit. Inſultavit petulans hæreſis, inſtar filiæ Herodiadis coram Rege ſaltantis, præconiumque ſtuduit opprimere veritatis, cum domeſtico noſtro nos confodere gladio credidit, teſtificationeque tanti Pontificis impias ſuas roborare ſententias: cum alioqui velint, nolint, ejuſdem Gelaſii ſcriptis Novatores una cum aliis, in quos ipſe invehitur, hæreticis atque ſchiſmaticis, jugiter feriantur, ac penitus proſternantur.

(*c*) *Pſ. 63.*

Sed inſtaurat denuo certamen cedere neſcia hæreticorum procacia, eademque proſtrata licet, audacior, tamen in Gelaſii ſcripta rurſum inſurgit, ut ſi poſſit, eumdem conſtituat fidei Catholicæ proditorem; calumniari iterum eum quærens, a quo ſe ſcit vehementius imperi. Sed dum notam inurere conati ſunt impii ejuſdem Gelaſii commentariis, ipſi ſeſe imperitos eſſe penitus demonſtrarunt. Nam audi quæſo, quorſum ipſorum temeritas ſit progreſſa. Extat ipſius Gelaſii Papæ decretum, ex quo illi novam venati ſunt objectionem, qua ipſum redderent ſuorum ipſorum adſtipulatorem errorum: ſed quænam iſta fuerint, ut intelligamus, ipſum hic primo integrum reddere opus eſt, quod ſic ſe habet apud Gratianum inteatum (*d*): XIX.

(*d*) *De conſecr. diſt. 2. c. comperimus.*

XX. Gelaſii decretum de communicatione ſub utraque ſpecie elucidatum.

Comperimus autem, quod quidam ſumpta tantummodo corporis ſacri portione, a calice ſacri cruoris abſtineant. Qui proculdubio, quoniam neſcio qua ſuperſtitione docentur aſtringi, aut integra ſacramenta percipiant, aut ab integris arceantur: quia diviſio unius ejuſdemque myſterii ſine grandi ſacrilegio non poteſt provenire. Hæc Gælaſii decretum, ex quo inferunt Novatores, neceſſario ſub utraque ſpecie communicandum: quibus noſtri qui repugnant, Gelaſium de ſacerdote ſacrificante dixiſſe, interpretantur. At re vera nulla ibi de ſacerdote ſacrificante mentio habetur: ut plane quod generaliter eſſe dictum apparet

PAGIUS riis teſtimoniis confirmat. *Gelaſio* Opus illud etiam tribuunt Gennadius cap. 94. de Script. Eccleſiaſt. Honorius Auguſtodunenſis lib. 3. cap. 93. & Anaſtaſius, aut quiſquis eſt Auctor Vitæ Gelaſii in libro Pontificali. Quoad argumentum quod inde deſumunt Heterodoxi, ut probent ſubſtantiam panis & vini in Euchariſtia remanere, illis jam abunde ſatisfactum eſt a Baronio num. XI. & ſeqq. ab Auctoribus Catholicis qui de controverſiis tractarunt, ac nuper a Natali Alexandro parte I. quinti ſæculi Eccleſiæ pag. 680. & ſeqq. Non itaque Opus illud *Gelaſio Cyziceno* Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopo attribuendum, ut contendit Baronius num. VI. & ſeqq. Gelaſius enim Cyzicenus, qui Baſiliſco tyranno imperante, ut ipſemet in ſua Præfatione teſtatur, vixit, tantum Græce ſcripſit libros tres, quorum titulus: *Hiſtoria de Actis*

ret, ad ſacerdotes minime reſtringi debere, ſatis intelligi poſſit.

XXI. Reiicimus igitur frigidam ejuſmodi, qua haud indigemus, ſolutionem, qui unde germanus ſenſus Gelaſii verborum accipi poſſit, habemus. Dum enim ait, eos qui talia agerent, quadam ſuperſtitione teneri plane occultos illos Manichæos ſignificat, qui ob ſectæ ſuperſtitionem, ſic ipſi cum Catholicis communicare ſolerent, ne detegerentur hæretici; ſed tamen abſtinerent ab hauſtu vini, quod hæreſis prohiberet. Hanc quidem non eſſe divinationem, ſed germanum Gelaſii decreti ſenſum, quæ Sanctus Leo habet in ſermone quarto habito Quadrageſimæ tempore ſatis aperte docent, his verbis deteſtatus Manichæorum errores: *Cumque ad tegendam infidelitatem ſuam noſtris audeant intereſſe myſteriis: ita in ſacramentorum communione ſe temperant, ut interdum tutius lateant; ore indigno Chriſti corpus accipiunt, ſanguinem vero redemptionis noſtræ haurire omnino declinant. Quod ideo veſtram volumus ſcire ſanctitatem, ut nobis hujuſcemodi homines ex his manifeſtentur indiciis: & quorum deprehenſa fuerit ſacrilega ſimulatio, notati, & proditi, a ſanctorum ſocietate ſacerdotali auctoritate pellantur.* Hæc S. Leo.

XXII. Manichæos investigat, invenit, ac punit Gelaſius Papa.

Quod igitur abſtinentia calicis proderentur penitus Manichæi; idem plane remedium, quo uſus eſt S. Leo adhibendum putavit eſſe Gelaſius, ut latitantes ſub Catholico nomine impios detegeret Manichæos: hincque eſt quod ſubdit, dum ſanciti decreti rationem affert: *Quia diviſio unius ejuſdemque myſterii ſine grandi ſacrilegio non poteſt provenire:* nimirum non ſine labe ſuſpicionis nefandiſſimæ hæreſis. Obſerva enim, non dictum eſſe, Non poteſt perfici, ſumique; ſed, *Non poteſt provenire ſine grandi ſacrilegio:* quod ſcilicet nemo Catholicorum hauſtum calicis penitus exhorreret, ut Manichæi. Sic ergo ne ſi Catholici calice abſtinerent, in ſuſpicionem adduci poſſent hæreſis Manichææ; neque ſi id facerent Manichæi, quod Catholici facerent, haud eo ſigno detegi poſſent: prudentiſſime quidem S. Leonis inſiſtens veſtigiis Gelaſius id prohibens, iſtud quod vidimus ſancivit decretum. Profeciſſe ejuſmodi Gelaſii remedium ad Manichæos perveſtigandos, plane docent quæ apud Anaſtaſium Bibliothecarium ſcripta leguntur, nempe Manichæos ſub ejus Pontificatu inventos, ejuſdemque auctoritate in exilium deportatos, eorumque codices publice concrematos. Vides lector, quomodo ignoratione rerum geſtarum Novatores temere ante victoriam conſueverint parare triumphum; ſed, & perſpicis eorum immenſa ſtudia quam faciliime veluti inflatas bullas cito diſrumpi.

Sed nec quidem hic finis pugnacis hæreticorum protervíæ, dum ex aliis ejuſdem Gelaſii Papæ ſcriptis aliam rurſus captant oppugnandæ veritatis occaſionem, qua iidem Novatores rerum ſæcularium uſu verbis Gelaſii putant penitus excludi Chriſtianæ religionis Antiſtites, quibus ſpiritualium tantummodo præfecturam creditam eſſe volunt. Sunt autem iſta verba Gelaſii in libello quem de Anathematis vinculo ſcripſit, illud arguentis, non eſſe ſæcularis poteſtatis de perſonis Eccleſiaſticis judicare; dum hanc politicæ atque Eccleſiaſticæ poteſtatis diſtinctionem habet: *Fuerint* (inquit) *hæc ante adventum Chriſti, ut quidam figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actionibus conſtituti, pariter Reges exiſterent & pariter Sacerdotes: quod ſanctum Melchiſedech fuiſſe, ſacra prodit hiſtoria* (a). *Quod in ſuis quoque diabolus imitatus eſt, utpote qui ſemperque divino cultui convenirent, ſibimet tyrannico ſpiritu vendicare contendit, ut Pagani Imperatores iidem, & Maximi Pontifices dicerentur.* XXIII.

Diſtinctio de poteſtate Eccleſiaſtica atque Politica.

(a) Geneſ. 14. Hebr. 7.

XXIV. *Sed cum ad verum ventum eſt eumdem Regem atque Pontificem, ultra ſibi nec Imperator Pontificis nomen impoſuit, nec Pontifex regale faſtigium vendicavit: Quamvis enim membra ipſius, id eſt, veri Regis atque Pontificis ſecundum participationem naturæ, magnifice utrumque in ſacra generoſitate* * *ſumpſiſſe dicantur, ut ſimul regale genus & ſacerdotale ſubſiſtant* (b): *attamen Chriſtus memor fragilitatis humanæ, quo ſuorum ſaluti congrueret, diſpenſatione magnifica tempe-*

* generatione.

(b) 1. Pet. 2.

PAGIUS *ctis Nicenæ primæ Synodi*, quæ in lucem emiſſa eſt, ſed in qua Auctor in quamplurimis falſus, ut videre eſt apud Natalem Alexandrum parte II. quarti Eccleſiæ ſæculi, Diſſert. XIII. ubi ejus hallucinationum ſpecimen exhibet.

IV. *Non eſt Auctor Breviculi Hiſt. Eutychianiſtarum.*

Valeſius in lib. I. Obſervat. Eccleſiaſt. ad Evagrium cap. I. & paſſim in Notis ad eumdem Evagrium, Gelaſio Papæ attribuit Tractatum inſcriptum: *Breviculus Hiſtoriæ Eutychianiſtarum* ſeu, ut vetus habet inſcriptio: *Geſta de nomine Acacii*. Sed nullus dubito, quin, deceptus fuerit; prior enim hujus libelli pars totidem verbis excerpta eſt ex Breviario Liberati Diaconi, qui Opus illud imperante Juſtiniano elucubravit; poſterior vero ex ipſis Gelaſii Epiſtolis collecta ut legenti patebit.

V. *Miſſale Gelaſius recognovit.*

Gelaſius antiquum *Miſſale*, ſeu codicem de Miſſa recognovit, uti poſtea fecit Sanctus Gregorius Magnus, & poſt ipſum quamplurimi Pontifices Romani. Nam Joannes Diaconus in Vita Sancti Gregorii Magni, quam referunt Bollandus ad diem XI. menſis Martii, & Mabillonius ſæculo I. Benedictino, hæc ſcribit lib. 2. cap. 2. *Sed & Gelaſianum codicem de Miſſarum ſolemniis, multa ſubtrahens, pauca convertens, nonnulla adiiciens pro exponendis Evangelicis lectio-*

perans, ſic actionibus propriis, dignitatibuſque diſtinctis officia poteſtatis utriuſque diſcrevit, ſuos volens medicinali humilitate ſalvari, non humana ſuperbia rurſus intercipi: at & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium curſu rerum Imperialibus diſpoſitionibus uterentur: quatenus ſpiritalis actio a carnalibus diſtaret incurſibus; & ideo militans Deo minime ſe negotiis ſæcularibus implicaret (a); ac viciſſim non ille rebus divinis præſidere videretur qui eſſet negotiis ſæcularibus implicatus: ut, & modeſtia utriuſque ordinis curaretur, ne extolleretur utroque ſuffultus, & competens qualitatibus actionum ſpecialiter profeſſio aptaretur. Quibus omnibus rite collectis, ſatis evidenter oſtenditur, a ſæculari poteſtate, nec ligari prorſus, nec ſolvi poſſe Pontificem: quo manifeſtius approbatur, Alexandrinum Petrum per Imperialem tantummodo ſententiam nullo modo potuiſſe prorſus abſolvi. Hæc ipſe: quæ ſunt accuratiſſime examinanda, ſingulaque in his contenta capita certis limitibus diſtinguenda.

(a) 2. Tim. 2.

XXV. Sententiæ Gelaſii elucidatio.

Per hæc enim in primis inſinuare voluiſſe Gelaſium, ipſum ſecundum ordinem Melchiſedech Regem atque Pontificem & Dominum dominantium Chriſtum Redemptorem noſtrum conſervatam voluiſſe, quam repererat in terris politicam poteſtatem, ſed certis limitibus circumſcriptam, ne ſe ſacris rebus immiſceat, omnes puto percipiunt. Rurſus autem ita a politica poteſtate diſtinctum Eccleſiaſticum ſtatum, & auctoritatem ſartam tectam ab eodem Domino noſtro relictam, ut tamen quæ ſunt Regum Regibus miniſtranda relinquat, eumdem Gelaſium ſignificare voluiſſe, omnes æque conſentiunt. At qui ita voluit utramque poteſtatem ab invicem omnino eſſe diſcretam, numquid negavit civilem poteſtatem Eccleſiaſticæ ſubiiciendam? minime gentium: nam ad eundem Anaſtaſium Imp. idem (ut vidimus) Gelaſius ſcribens, hæc de regia poteſtate Chriſti ſacerdotibus ſubiicienda: *Noſti enim, fili clementiſſime, quod licet præſideas humano generi dignitate, rerum tamen Præſulibus divinarum devotus colla ſubmittis.* Et de ipſo Romano Pontifice hæc inferius: *Et ſi cunctis* (inquit) *generaliter ſacerdotibus recte divina tractantibus Fidelium convenit corda ſubmitti: quanto magis ſedis illius Præſuli conſenſus eſt adhibendus, quem cunctis ſacerdotibus & Divinitas ſumma voluit præeminere, & ſubſequens Eccleſiæ generalis jugiter pietas celebravit?*

XXVI. Intelligis ea his, ita diſtinctam a Gelaſio civilem, & Eccleſiaſticam poteſtatem, ut tamen civilis ſubiiciatur Eccleſiaſticæ in his quæ ſunt ad Deum, prout inquit S. Apoſtolus (b): *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum:* ſubordinatam ſubjectamque ſibi habeat ad hoc ipſum poteſtas Eccleſiaſtica politicam præfecturam; & in his quæ ad hæc pertinent, ſacerdotes illis præcipiant atque jus dicant, & eoſdem in omnibus moderentur. Nam ad hoc ſpectat quod idem Apoſtolus ait (c): *Neſcitis quia Angelos judicabimus? quanto magis ſæcularia?* Non ergo Gelaſius ea diſtinctione diſcrevit regiam a Pontificia poteſtate, ut negaret huic illam eſſe ſubjectam: neque, cum ait ex Apoſtoli ſententia (d): *Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſæcularibus;* voluit ſæcularium illis inhibuiſſe jus ac poteſtatem in his quæ ad Deum pertinent: non enim ſententia Apoſtoli potuit vetuiſſe, quæ illorum eſſe, judicare nimirum ſæcularia, idem Apoſtolus tradit. Hæc quo ad judiciariam pertinet poteſtatem.

(b) Heb. 5. Pontificum jura in ſæcularibus rebus.

(c) 1. Cor. 6.

(d) 2. Tim. 2.

XXVII. Quod autem ad temporalium rerum dominium ſpectat, haud his carere debere Chriſti Eccleſiæ ſacerdotes potuit Gelaſius intellexiſſe, qui quonam modo reditus Eccleſiarum, & oblationes Fidelium quadripartita deberent diviſione diſtribui, epiſtola (e) ſua data ad Epiſcopos Lucaniæ, Brutii, & Siciliæ, ſtatuit. Nam, & quod ad Romanam Eccleſiam pertinet, in diverſis Occidentalis Orbis provinciis latifundia poſſediſſe, quæ ſæpe ſuperius dicta ſunt, manifeſte declarant. Cum igitur neque quo ad jus, neque quo ad res ſæculares, ſive dixerimus temporales, Gelaſius quicquam voluerit Eccleſiæ imminutum: reliquum eſt, ut ſalvis rebus ac juribus ſæcularibus, quæ omnia omnino (ut vidimus) in his quæ ad Deum pertinent, competant ſacerdotibus, actiones prohibitæ his illæ tantum ſæculares

(e) Gelaſ. ep. 6.

PAGIUS *lectionibus, in unius libri volumine coarctavit,* ſc. Gregorius M. Utriuſque Pontificis Miſſalia ſeparatim extabant anno Domini DCCCXXXI. in Abbatia Centulenſi, ſive Sancti Richerii, ut animadvertit Bona Cardinalis eruditiſſimus lib. 1. Rerum Liturg. cap. 25. §. 10. Sic enim recenſentur in Chronico hujus Monaſterii lib. 3. cap. 3. Tom. IV. Spicilegii in Indice Bibliothecæ: *De libris Sacrarii, qui miniſterio altaris deſerviunt, Miſſales, Gregoriani tres: Miſſalis Gregorianus & Gelaſianus modernis temporibus ab Albino ordinatus: Miſſales Gelaſiani XIX.* Sed codex Gelaſianus periit, Gregorianus vero, *liber Sacramentorum Sancti Gregorii* appellatus, editus eſt cum Notis Hugonis Menardi Monachi Benedictini.

VI. Gelaſius tranſtulit Reliquias S. Severini.

Gelaſio Papa ſedente facta eſt ſecunda *Tranſlatio* Reliquiarum Sancti *Severini* Presbyteri Noricorum Apoſtoli ad *Lucullanum* Caſtrum, ſive Oppidum Lucullanum, ut teſtatur Eugippius in ejus Vita cap. 22. Erat autem Caſtellum illud Neapolim inter ac Puteolos, ubi condi-

eſſe dicantur, de quibus ait Paulus Apoſtolus (a): *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus*. Quænam vero ſint iſta, cum Patres, tum etiam Canonici juris interpretes declararunt. In reliquis vero, nempe in his, quæ ſunt ad Deum, vides quanta vi in ipſum Imperatorem Gelaſius ipſe ſe erigat, & ſub Rege Gothorum licet, leges Urbi præſcribat, dum Pontificia edita ſanctione, vetuit conſervata hactenus Lupercalia, nullo ab impio Rege requiſito conſenſu, vel Placet (ut ajunt) accepto.

(a) 1. Tim. 2.

XXVIII. Pugnæ Gelaſii adverſus Gentilitios ritus.

Quis credere poſſit, poſt tot Chriſtianorum Imperatorum edicta adverſus idololatriam ſæpiſſime lata, poſtque ſanctorum Pontificum ad eamdem extirpandam adhibita ſtudia, viguiſſe tamen adhuc Romæ ad Gelaſii tempora, quæ fuere ante exordium Urbis allata in Italiam Lupercalia? Et quis ſatis digne admirari queat, eadem quoque recepta ab hominibus Chriſtianis? Sed & non obſtupeſcat amplius, audiens eadem habuiſſe defenſores Chriſtianos, qui Gelaſio illa penitus extirpare conanti reſtiterint, eoſdemque fuiſſe nobiles Senatores? Adverſus hos autem idem Pontifex acerrimam ſtruxit Apologiam, qua quod ipſe tam nefaria prohibendo ſtatuerat decretum, ut ſancte pieque ſancitum, voluit cuſtodirum; ne poſteritas convellere auderet, quod auctoritas Pontificia decreviſſet, & edita nobili ſcriptione firmaſſet: quam cupienti lectori hic ex Vaticano codice editam deſcribendam eſſe putavimus, erroribus (quantum licuit) emaculatam: multa enim habet quæ ad rerum geſtarum horum temporum pertineant cognitionem, eſt autem libelli palam editi ejuſmodi inſcriptio:

XXIX. *Gelaſius Papa adverſus Andromachum Senatorem, cæteroſque Romanos, qui Lupercalia ſecundum morem priſtinum colenda conſtituebant*. Hic ille eſſe videtur Andromacus vir illuſtris, homo Chriſtianus, frater Fauſti Magiſtri Officiorum, cujus ſe opera uſum ad monendum Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, idem is Gelaſius tradit in Commonitorio ad eumdem Fauſtum ejus germanum dato, de quo ſuo loco ſuperius dictum eſt. Ipſe autem apologeticus libellus Gelaſii ſic ſe habet:

XXX. Quid in Gelaſium quidam obmurmurarent.

Sedent quidam in domibus ſuis, neſcientes neque quæ loquantur, neque de quibus affirment; de aliis judicare intenter, cum ſe ipſi non judicent; & velint prius accuſare, quam noſſe; ac docere, quam diſcere; & indiſcuſſis rebus, nec inveſtigatis cauſis, nec rerum ratione quæſita, quod eis in buccam venerit, inconſideranter effundere, & præcipitanter evomere, non veritatis aſſertione prolata cenſentes, ſed ſtudio cacologiæ, quæ neſciunt, arguentes: eoque progreſſi ſunt, ut etiam recte facta malevolentiæ propoſito lacerare contendant. Qui ſi ſaperent, non præcipitarent omnino ſententiam; ſed perſcrutatis ante rebus, loquenda depromerent. Verum quia nos arguunt ſegnes eſſe cenſores in vitiis Eccleſiæ coercendis: & a nobis conſequenter agnoſcant; non tantum corporalis adulterii eſſe peccatum, quod & diſtuti debeat & jure puniri, ſed eſſe longe majus fornicationis & adulterii genus, quod in quolibet Chriſtiano (quia membrum omnis Chriſtianus Eccleſiæ eſt) competenter debeat vindicari. Tanto enim ſacrilegii major eſt crimen, quam animæ fornicatio pejor eſt corporis: nam per animæ fornicationem ab ipſius Dei conjunctione diſceditur, atque ad immundos ſpiritus ſpiritualis adulterii genere tranſitur.

XXXI. De Lupercalibus retinendis impia aſſertio.

Quomodo autem non in hanc partem recidit, qui cum ſe Chriſtianum videri velit & profiteatur & dicat, palam tamen publiceque prædicare non horreat, non refugiat, non paveſcat, ideo morbos gigni quia dæmonia non colantur, & deo Februario non libetur? Video ubi hæc deliramenta conceperit. Quomodo prævaricator non eſt, qui in has blaſphemiæ profanitates incurrit? Quomodo ſacrilegus non æſtimetur, qui abjurata nuns Dei providentia & poteſtate, quam confeſſus eſt, ad prodigioſas ſuperſtitiones & vana figmenta ſeducitur, ſecundum Apoſtolum (b) longe deterior reus jureque da-

(b) Hebr. 6.

PAGIUS

ditum eſt poſtea Cœnobium, cujus meminit Sanctus Gregorius lib. 1. Epiſt. 40. & in aliis Epiſtolis. Cum vero Sanctorum Tranſlationes annis Quinquennalibus Imperatorum & id genus Feſtis addictis de more fierent, nullaque per totum Gelaſii Pontificatum hujuſmodi Feſta edita ſint, præterquam currenti Chriſti anno, quo Anaſtaſius *Quinquennalia* dedit, apparet, ſecundam hanc *Severini* Tranſlationem currenti anno peractam eſſe. De ea loquitur Baronius num. XLIX. & ſeqq. ſed perperam eam confundit cum tertia, de qua anno DCCCCII. ſermo erit.

VII. In Anaſtaſio vulgato legitur, poſt *Gelaſii* Papæ mortem ceſſaſſe Pontificatum *dies octo*, in uno MS. Colbertino, & in duobus Thuaneis, ac Orderico, *dies ſeptem*, in antiquiori Chronico Veterum Pontificum, *dies ſex*. Verum cum *Anaſtaſius* natione Romanus Pontifex ordinatus fuerit die vigeſima quarta menſis Novembris, in quam hoc anno Dominica incidit, Interpontificium ſex tantum dierum fuit, diebus emortuali Gelaſii & Natali Anaſtaſii in ſummam collatis. Baronius Anaſtaſii ordinationem in diem XXVIII. menſis Novembris differt, ut videre eſt num. LV. & Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico, eandem in diem VIII. menſis Septembris Natali Deiparæ ſacrum retrahit, quod ex dictis ac dicendis ſubſiſtere non poteſt.

Anaſtaſius fit Pontifex Romanus.

damnandus, confeſſam veritatem deſerere, quam ſi in eam nullatenus credidiſſet? Quamvis enim ridiculoſa ſint figmenta quæ proferat, tamen ipſe affectus & voluntas in crimine eſt, & profeſſio ac prædicatio jure damnanda. Ac per hoc qui in alium ſententiam damnationis vult ſine dilatione proferri, in quo alium judicat (a), ſemetipſum ſe condemnare cognoſcat.

(a) Rom. 2.

XXXII. Quid in eos Gelaſius qui clericorum tantum peccata punienda produnt.

Numquid enim Pontifex vindicare debet in eos qui adulterium corporale committunt; & in eos qui ſacrilegium, id eſt, fornicationem & adulterium ſpiritualem gerunt, non debet vindicare? Nonne ipſe Dominus (b), cum adultera ad eum eſſet adducta, accuſantibus dixit: Si quis veſtrum ſine peccato eſt, primus in eam lapidem mittat? Non ait: Si quis veſtrum non ſimiliter adulter eſt, ſed, Si quis ſine pecato eſt. Quolibet ergo obſtrictus quiſque peccato in alterius peccati reum lapidem non audeat mittere.

(b) Jo. 8.

XXXIII. *Quibus tunc pro ſua conſcientia diſcedentibus, mundi Salvator adjecit: Mulier, ubi ſunt accuſatores tui? Nemo te condemnavit? Nec ego te condemnabo. Sed vade, ulterius jam noli peccare. Tenes & teneris urges & urgeris: obſtringis & obſtringeris: Pontificis diſcuſſionem flagitas, vindictamque depoſcis. Memento in adverſum omne crimen eſſe proferendum. Numquid non etiam leges humanæ dicunt, quod reus reum facere non poſſit? Feſtucam (c) vides in oculo fratris, & in tuo trabem non vides? Qui mœchos accuſas, adulterium facis, & corporales adulteros ſpiritualis adulter inceſſis? Certe diſcuſſionem poſcis: homo diligens, maturus, religioſus, non vis aliquem in Eccleſia peccare; peccantem cupis diſcuti, & pœnæ conſequenter addici. Quæcumque in alium promis, & in te proferre cogeris: hoc enim facis, ne ſegnitia Pontificis accuſetur & maculetur Eccleſia. Debes ergo & Pontificis in omnibus malefactis ſolicitudo & ſeveritas non deeſſe & ab omnibus Eccleſiæ fama purgari.*

(c) Matt. 7.

XXXIV. De his qui ſua excuſant peccata, quod laici ſint.

Sed dicat forſitan, te laicum, illum Eccleſiæ miniſtrum. Et ego gravius crimen exaggerans: Verum dicis, nec ego diffiteor. Tanto ſolicitius examinandus eſt, quanto magis propinquus eſt. Tanto magis reus eſt, quanto in illo miniſterio conſtitutus, & hæc facere minime debuiſſet. Ecce cenſura non deeſt: auditus, & ſi convictus fuerit, vindicta conſequenter addicitur. Age modo, quod vis de te? Numquid quia in miniſterio ſacro non es? in plebe ſacra non es? An neſcis, & te membrum eſſe Summi Pontificis? An neſcis, totam Eccleſiam, Sacerdotium vocitatam? Poſtremo ſi ille reus eſt, qui accidens ad miniſterium Eccleſiæ delinquit, numquid, & tu reus non es, qui poſt confeſſionem veritatis ad prava & perverſa, & profana, & diabolica, quibus te renunciare profeſſus es, figmenta reduceris? Itaque etiam tu poſt blaſphemias palam publiceque profuſos, a ſacro corpore modis omnibus abſtinendus es: Non potes enim (d) menſæ Domini participare, & dæmoniorum; nec calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: nec potes templum Dei eſſe, & templum diaboli: lux ſimul, & tenebræ in te convenire non poſſunt. Viderim utrum urgeas atque compellas in alio maleficia vindicare; tu tamen ſceleris tui pondus non potes declinare. Et quanto in alio tranſire crimen non pateris impunitum, tanto quid etiam in te pro rerum ratione facere debeamus, oſtendis.

(d) 1. Cor. 10.

XXXV. *Verum tamen in ipſis blaſphemiis tuis, quibus es jure plectibilis, imperitiam tuam evidenter agnoſce, & ſicut ait ille, voluntatem habere te mentiendi, artem fingendi non habere: cum ſic te intelligas malum habere affectum, perverſumque apoſtatandi propoſitum, ut tibi materia proſus vanitatis illius nulla ſuppedites, nec poſſis aſtruere quod corde concupiſcis & ore, depromis. Dic mihi, cum ſæpenumero in Romanis hiſtoriis legatur, Livio auctore, ſæpiſſime in hac Urbe exorta peſtilentia, infinita hominum millia deperiiſſe, atque eo frequenter ventum, ut vix eſſet unde illis bellicoſis temporibus exercitus potuiſſet adſcribi: illo tempore deo tuo Februario minime litabatur? An etiam cultus hic omnino nihil proderat? Illo tempore Lupercalia non celebrabantur? Nec enim dicturus es, hæc ſacra adhuc illo tempore non cœpiſſe, quæ ante Romulum ab Evandro in Italiam perhibentur illata. Lupercalia autem propter quid inſtituta ſunt (quantum ad ipſius ſuperſtitionis commenta reſpectant) Livius ſecunda Decade loquitur: nec propter morbos inhibendos inſtituta commemorat, ſed propter ſterilitatem (ut ei videtur) mulierum, quæ tunc acciderat, exolvendam. Proinde ſi vel ad hoc ipſum aliquid hoc valeret; hoc intermiſſo, non morbus accidevit, contra quem Lupercalia reperta non ſunt; ſed feminæ nequaquam generare debuerant, pro quarum fœcunditate concinnantur inventa.*

Confutat impios et ritibus impiorum.

XXXVI. Scite redarguit ſuperſtitioſos Gelaſius.

Quid dicturi eſtis de peſte, de ſterilitate, de bellorum tempeſtate continua? numquid & hæc propter ſublata Lupercalia contigerunt? Si autem non propter iſta vel vitanda vel curanda Lupercalia ſunt proviſa; quid inani turbatione jactamini? Quid Tuſcia, quid Æmilia, cæteræque provinciæ, in quibus hominum prope nullus exiſtit: ut bellica neceſſitate conſumerentur, Lupercaliorum fecit offenſio, quæ longe ante vaſtatæ ſunt, quam Lu-

Lupercalia tollerentur? Quando Anthemius Imperator Romam venit, Lupercalia utique gerebantur; & tamen peſtilentia tanta ſubrepſit, ut toleranda vix fuerit. Numquid per Campaniam Lupercalia gerebantur, quæ ſublata morbor illic & peſtilentiam procrearent? Sed dicturi eſtir: Ad Romam, tamquam ad caput, omnia pertinere; & quod hic factum non eſt, diverſis provinciis ad eam pertinentibus obfuiſſe. Cur ergo antequam ad Romam iſtæ provinciæ pertinerent, præter Lupercalia, propriis opibus floruerunt? Ut ſterilitas ſit continuata terrarum, Lupercalia ſublata fecerunt, an noſtrorum merita peccatorum? de quibus olim dictum eſt:

Et quicquid Romani meruerant pendere morte.

Sterilitas certe feminarum debuit provenire, propter quam auferendam Lupercalia inſtituta jactantur; non ſterilitas terrarum, propter quam Lupercalia non ſunt inſtituta.

XXXVII. Peccata quibus præſens ſæculum abundavit.

Quid in Africa? unde ſterilitas. Quid in Galliis? Lupercalia iſta fecerunt, an noſtri mores, furta, homicidia, adulteria, injuſtitiæ, iniquitates, ambitiones, cupiditates, perjura, falſa teſtimonia, oppreſſiones miſerorum, bonorum cauſarum impugnatio, malarumque defenſio, & in omnibus inaudita perverſitas, poſtremo (quod ſupra omnia eſt) Deo ficta mentes, & ſacrilegia, arteſque magicæ etiam Paganis horrendæ? Ecce quæ faciunt omnia adverſa, & inimica nobis, non Lupercalia quæ ſunt pro veſtra ſalute ſublata.

XXXVIII. Retorquet Gelaſius in impios argomentum.

Sed quid dicitis vos ipſi, qui Lupercalia defenditis & agenda proponitis? Vos eadem non pretiatis, vos eorum cultum celebritatemque vilem vulgaremque reddidit. Si offenſio Lupercaliorum vobis adverſa procuravit, veſtra culpa eſt, qui quod vobis ſingulariter prodeſſe putatis, negligentiſſime & tam longe impari cultu, & devotione ea ducitis celebranda, quam profanitatis veſtræ celebravero majores. Apud illos enim nobiles ipſi currebant, & matronæ, nudato publice corpore, vapulabant. Vos ergo primi in Lupercalia commiſiſtis. Satius fuerat non agere, quam ea cum injuria celebrare. Sed deduxiſtis venerandum vobis cultum & ſalutiferum, quem putatis, ad vilee trivialeſque perſonar, abjectos & infimos. Si vere ergo profitemini hoc ſacrum ac potius execramentum vobis eſſe ſalutare ipſi celebrate more majorum, ipſi cum amiculo nudi diſcurrite, ut rite veſtræ ſalutis ludibria peragatis. Si magna ſunt, ſi divina, ſi ſalutifera, ſi in his vita veſtra pendet integritas: cur vos pudet per vos ipſos talia celebrare? Si pudet & dedecus eſt: ita ne ſalutiferum eſt & divinum & profuturum, quod vos ipſi dedecus eſſe fateamini? Nemo religionem profitetur, quam per ſe exequi prorſus erubeſcit & refugit. Ipſa verecundia veſtra vos doceat, crimen eſſe publicum, non ſalutem, nan divinitatis cultum, de quo ſapiens nullus erubeſcit; ſed inſtrumenta pravitatum, quibus mens veſtra contra ſemetipſam teſtimonium ferens, quod gerendum profitetur erubeſcit implere.

Caſtores veſtri certe, a quorum cultu deſiſtere noluiſtis, cur vobis apportuna maria minime præbuerunt, ut hiemis tempore venirent huc navigia cum frumentis, & civitas inopia minime laboraret? An diebus ſequentibus hoc futurum eſt æſtatis? A Deo conſtitutum beneficium eſt, non Caſtorum vana perſuaſio. Dicite nobis, nec Chriſtiani, nec Pagani, ubique perfidi, nuſquam fideles; ubique corrupti, nuſquam integri, qui tam utrumque tenere non poteſtis, quam ſibi utrumque contrarium eſt: dicite, inquam, Lupercaliorum patroni, & re vera divinitatis ludibria, & cantilenarum turpium defenſores; digni magiſtri veſaniæ, & qui non ſine cauſa ſana capita non habetis, digni hac religione, quæ obſcœnitatum & flagitiorum vocibus celebratur: videritis ipſi, quid vobis ſalutis impendat, quæ tantam moribus labem perniciemque proponit. Nec eſt, quod dicatis, potius hac agendo & facinora uniuſcujuſque vulgando deterreri, a talibus commiſſis animos, & pudore refrænari, ne de his publica voce cantetur; quando (ſicut ille ait) non tam deterrere, quam admonere animos hæc ludibria videantur, & ſicut ille dixit: XXXIX.

Quæ agi ſolebant in Lupercalibus.

—— iram atque animos a crimine ſumunt:
Eo impudentiores effecti, quo crimine publicato, expoſitaque verecundia, nihel ſupereſt omnino quod pudeat; nec habet quod metuatur publicari; ſed jam ſe fiducialiter enerat, quales in propatulo non per coercitionem, ſed potius per quamdam lætitiam & celebritatem nominum decantata eſt qualibet illa perſona *: immo & religioni ſe præſtare confidit, ut ſint unde numinum ſolemnia celebrentur, quæ niſi criminum decantationibus non coluntur.

* pro aut

XL. Dicite nobis itaque, qui voluntatem profanitatis habetis, cujus cauſas aſſerere non poteſtis; qui tuendæ habetis propoſitum falſitatis, quam defendere non poteſtis: quid dicturi eſtis de ſiccitate, de grandine, de turbine, de tempeſtatibus, variiſque cladibus, quæ pro morum noſtrorum qualitate proveniunt? numquidnam & hæc omnia pro ſublatis Lupercalibus contigerunt? an in malis moribus caſtigandis, meritis retributionibus inferuntur? Sed non mirum eſt, homines non judicio divino velle iſta contingere;

Fatalis neceſſitas a ſuperſtitioſis inducta.

re, ſed vana ſuperſtitionis incurſibus, quibus ſua crimina & malefacta cooperiant, auctoritatem cæli ſidera perhibent adhibere, & fatalem inducunt errorem, neceſſitatemque peccandi, facinoraque ſua non de cordis proprii perverſitate procedere, ſed cælo auctore pendere. Proponite igitur, pro quibus aut ſubmovendis malis, aut promerendis bonis Lupercalia veſtra fuerint inſtituta: & videamus quæ illa bona provenerint, cum Lupercalia gererentur; & quæ mala ſucceſſerint, cum Lupercalia viderentur ablata.

XLI. Convincuntur ſuperſtitioſi certis rationibus.

Figamus gradum: ut quod veſtrum excidium dicatis, hæc prodigia fuiſſe reperta, digni qui monſtrum neſcio quod pecudis hominiſque mixtura compoſitum, ſive vere, ſive falſe editum celebretis. Si propter peſtilentiam ſubmovendam (ut antiquiora præteream) ecce antequam meis temporibus tollerentur, peſtilentiam gravem tam in hac Urbe, quam in agris hominum pecudumque fuiſſe, non dubium eſt. Si pro ſterilitate jactatis: cur in Africa, vel Gallia iſta contingunt, ubi nec fuerunt aliquando Lupercalia, nec conſtat fuiſſe ſublata? Cur nunc Oriens omnium rerum copiis exuberat & abundat, qui nec celebravit unquam Lupercalia, nec celebrat? An dicitis, illic nocere, ubi per plurima ſæcula fuerunt celebrata, & repente ſublata ſunt? Videamus ergo, ſi his temporibus, quibus dicitis agitata, & rite ac plena ſa(ſicuti vobis videtur) devotione completa ſunt, numquam fames numquam peſtilentia prorſus extiterit. Si vero ſæpenumero his cladibus ad extremum periculi ventum eſt: apparet his malis ſubmovendis nihil Lupercalia profuiſſe etiam eo tempore, quo (ſicut dictum eſt) ut putatis, competenti ordine gererentur; ſic de ſingulis quibuſque neceſſitatibus, propter quas diveriis fuiſſe proviſum: ſi conſtiterit etiam illis non defiiſſe, vana hujus remedii convincitur eſſe præſumptio.

XLII. Urget eos ob eventu rerum.

Verumtamen cur non hoc etiam experiamini, utrum valeant aliquid etiam rite celebrata? Et vos per ludibria iſta diſcurrite, veſtrorum more majorum; ut divinam rem & ſalutarem vobis (ut dicitis) devotius celebrando, ſaluti veſtræ proſpicere magis magiſque valeatis. Numquid cum hæc celebrarentur, a Gallis Roma capta non, eſt & ſæpenumero ad extrema quæque pervenit? Numquid bellis civilibus ſub hac celebritate non concidit? Numquid Lupercalia deerant, cum Urbem Alaricus evertit? Et nuper cum Anthemii & Ricimeris civili furore ſubverſa eſt, ubi ſunt Lupercalia? cur iſtis non profuerunt? Certe ſi divinum? eſt, ſi ſalutare vobis: cur non per vos ipſi, ut majores veſtri iſta facitis? cur cauſas veſtræ ſalutis minuitis? cur decoloratis? cur eliditis? cur ad vilia quæque deducitis? Quid imputatis nobis, cum ipſi remedia veſtra calcetis? Satius eſt non tentare, quam contumelioſe peragere. Majores certe veſtri, ſi vitioſe (ut illis videbatur) ſacrum aliquod celebraſſent, inſtaurandum eſſe ducebant. Cur non, quod vitioſum cultum redegiſtis per indignas quaſque in exequendo perſonas, competenti inſtauratione reparatis, ut cauſas veſtræ ſalutis plenius perfectiuſque tractetis? Cur vos pudeat agere, ſi ſalutare eſt, ſi divinum, quod tractaſſe, ſit dedecus?

Sed, inquis, vel imaginem ipſius rei non debere moveri. Si prodeſt, ſi ſalutare eſt; cur non imago potius apud vos, & non ipſa ſit veritas? Aut ſi certe nec tunc profuit, quando ritu integro (ſicut dicitur) tractabatur; quid quæritis ejus imaginem, cujus nec ipſam profuiſſe cernitis veritatem? Sed dicitis, tot ſæculis rem geſtam non oportere ſecludi: nihilominus multis temporibus paganitatis ſuperſtitio ventilata eſt; ſacrificetur in templis dæmonum, & in Capitolio profana vanitas celebretur. Cur portionem defenditis, & quæ majora ſunt præteritis? Si plura genera vanitatum multis acta ſæculis probantur eſſe ſublata: cur portio quantovis tempore ventilata non poſſit auferri? Si temporibus præſcribitur, imputate majoribus veſtris, qui cum hac temporis præſcriptione non uſi ſint, poſſe quod ſuperfluum eſt, & debere removeri, dum plura & majora ſublata ſunt, indicarunt. XLIII.

Sed dicitis, etiam Chriſtianis temporibus hæc fuiſſe: ſed etiam illa aliquandiu Chriſtianis quoque temporibus celebrata ſunt. Numquidnam quia ſub primis Præſulibus Chriſtianæ religionis ablata non ſunt, ideo ſub eorum ſucceſſoribus tolli minime debuerunt? Multa ſunt quæ a ſingulis Pontificibus diverſo tempore ſublata ſunt noxia, vel abjecta. Non enim ſimul omnes in corpore curat medicina languores, ſed quod periculoſius conſpicit imminere; ne aut materia corporis non ſufficiat medicinæ, aut pro conditione mortali ſimul omnia non poſſit avertere. Quare quale ſit unde agis: Si bonum eſt, ſi divinum, ſi ſalubre: merito quandocumque tolli non debuit. Si nec ſalubre, nec divinum: cauſandum tibi magis eſt, cur tardius auferatur, quod ſuperſtitioſum conſtat & vanum: quod certe Chriſtianæ profeſſioni non convenire, manifeſtum eſt. XLIV. Non omnia a prædeceſſoribus emendata Pontificibus.

Poſtremo (quod ad me pertinet) nullus baptizatus, nullus Chriſtianus, hoc celebret: ſed ſoli hoc Pagani, quorum ritus eſt, exequantur. Me pronunciare convenit, Chriſtianis iſta perniacioſa & funeſta indubitanter exiſtere. Quid me incuſas, ſi quod profeſſo nomini inimicum eſt, a- XLV. Ob retentum Gentilitium, cultum collapſum Imperium.

ccen-

conſortibus profeſſionis Chriſtianæ pronunctio ſubmovendum? Ego certe abſolvam, conſcientiam meam: ipſi videant qui juſtis admonitionibus obedire neglexerint. Quod etiam prædeceſſores meos forſitan feciſſe non ambigo, & apud Imperiales aures hæc ſubmovenda tentaſſe. Et quia auditos eſſe non conſtat, dum hæc mala hodieque perdurant; ideo hæc ipſa Imperia defecerunt: ideo etiam nomen Romanum, non remotis etiam Lupercalibus, uſque ad extrema quæque pervenit. Et ideo ea nunc removenda ſuadeo; quæ cum nihil profuiſſe cognoſco; tamquam contraria veræ religioni noxia potius extitiſſe pronuncia. Poſtremo ſi de meorum perſona præſcribendum æſtimas prædeceſſorum; unuſquiſque noſtrum adminiſtrationis ſuæ redditurus eſt rationem, ſicut etiam in publicis dignitatibus fieri pervidetis. Ego negligentiam accuſare non audeo prædeceſſorum: cum magis credam fortaſſe tentaſſe eos ut hæc pravitas tolleretur, & quaſdam extitiſſe cauſas & contrarias voluntates, quæ eorum intentiones præpedirent, ſicut ne nunc quidem vos iſtos abſiſtere inſanis conatibus velle perpenditis. Hactenus Gelaſius in Andromachum.

XLVI. Profecit autem Romanus Senatus, ut non Lupercalia tantum, in quæ Gelaſius eo modo declamavit, ſed etiam quæ minoris eſſe ſuperſtitionis, & majoris oblectamenti videri poterant ſpectacula abſtulerit ſaltem ad tempus, quæ in novis creandis Conſulibus celebri cultu peragi conſueverant: delinita olim ad tollendam idolatriam, & ſuperſtitionis ſuſpicionem mala ſuperinducto Chriſti nomine, dum (quod ex Salviano (*a*) diximus) non in Martis vel aliorum deorum honorem, ſed ad Chriſti gloriam eadem celebrari Circenſia faterentur; falſo prætextu, ſed digno velamento obtegentes potius quam abolentes ſuperſtitionem avitam. At rem fucatam ſaniori judicio deteſtantes, ſerioquo agendam eſſe cenſentes, aliam longe nobiliorem loco Gentilium munerum paravere ſpectaculi pompam: dum profuſa illa impenſa fieri ſolita in editione Circenſium, in pauperum fuit veſtimenta converſa, de qua iſta Ennodius Ticinenſis in defenſorio libello habet his verbis: *Mentior* (inquit *b*) *niſi egena agmina adventum Conſulatus veſtri in ſubſidio miſeriarum præſtolantur. Etenim purpura veſtra, qua anni vocabulum nobis datis, ſubveniento miſeris, veſtimentorum largitate pellit algorem. Probæ jam iterum neceſſitatibus ferunt auxilium decora Faſtorum; & veteri infidelitate depoſita, in tali præparatione cenſus diſpendia efficiuntur lucra animarum.* Hæc Hennodius.

(*a*) *Salv. de vero judic. l. 6.*

Expenſæ ludorum converſæ in uſum pauperum.

(*b*) *Extat t. 2. Conc.*

XLVII. Haud vero hæc parvi fuere momenti: quanta enim hactenus in creatione Conſulum, etiam regnantibus Chriſtianis Principibus, ſuperſtitio viguiſſet, vix quis crederet, niſi fideliſſimus teſtis adeſſet iſta deplorans hujus ſæculi ſcriptor, quem retulimus, Salvianus Maſſilienſis Epiſcopus, cujus hic iterum ſunt verba reddenda (*c*): *Quid enim* (inquit) *numquid non Conſulibus, & pulli adhuc Gentilium ſacrilegiorum more paſcuntur, & volantis pennæ auguria quæruntur, ac pene omnia fiunt, quæ etiam quondam Pagani veteres frivola atque irridenda duxerunt? Et cum hæc omnia ipſi agant, qui annis nomina tribuunt, & a quibus anni ipſi exordium ſumunt: credimus nobis bene annos poſſe procedere, qui a rebus talibus ordiuntur? Atque utinam ſicut hæc propter Conſules tantum fiunt, ita illis tantum inceſtarent, propter quos fiunt. Illud eſt feraliſſimum, & graviſſimum, quod dum conſenſu publico aguntur, honor pauciſſimorum ſit crimen omnium: ac ſi ex ſingulis bini inaugurentur, prope eſt ut in omne mundo nullus evadat.* Hæc Salvianus talia nefanda deplorans: ex quibus magis perſpicue, lector, intelligas jure queſtum eſſe Gelaſium ob ejuſmodi ſuperſtitiones in Romanis retentas atque defenſas Romanum eſſe penitus collapſum Imperium, & Romanum nomen abolitum, regnantibus in Occidente Gothis, & aliis ubique barbaris.

Superſtitio hactenus retenta.

(*c*) *Salv. de vero judic. l. 6.*

XLVIII. At quæ reliqua ſunt ſancti Pontificis monumenta hic reddamus. Inter alia quæ reperiuntur decreta Gelaſii, illud fuit, ut qui ſuum occidiſſent Epiſcopum, in poſterum indigni proprium habere paſtorem, ſub vicinioris Epiſcopi diœceſi redigerentur. Iſta Gelaſius ſcripſit (*d*) ob Scyllacæorum geminatam cædem Pontificum.

(*d*) *Gelaſ. ep. 25. q. 2. cap. 25.*

XLIX. Sub Pontificatu quoque Gelaſii (quoto autem ejus ſedis anno, neſcitur) facta eſt ejuſdem Pontificis auctoritate tranſlatio venerandi corporis S. Severini Neapolim nobiliſſimam Campaniæ Civitatem; eamque paucis deſcripſit Eugipius ejuſdem Sancti diſcipulus. Mirifice enim civitas illa ſtudioſa ſemper fuit reliquiarum ſanctorum martyrum & confeſſorum: non enim ſatis habuit e proximo accipere S. Januarium, & e longe ex Africa ejuſmodi ditari theſauris; ſed & e Danubii ripis ſacra pignora S. Severini in Italiam delata, a S. Gelaſio Pontifice impetravit, quæ in præſentem uſque diem honorificentiſſimo cultu proſequitur: cujus rei gratia videatur locupletem benedictionem Obededom (*e*) conſecuta, ut ficut illi in ſua recipiens Arcam Domini, multiplicibus bonis affluit; ita civitas iſta recipiens ſacrata Dei templa, ipſa Sanctorum corpora, meruerit ſemper amplioribus gloriæ acceſſionibus illuſtrari. Sed quæ pauca de hac tranſlatione ſcribat idem Eugipius, audiamus:

Tranſlatio Corporis S. Severini Neapolim.

(*e*) *2. Reg. 6.*

Illu,

L. * Barbara. *Illuſtris femina Barbaria * beatum Severinum, quem fama vel litteris cum ſuo quondam jugali optime noverat, religioſa devotione venerata eſt: quæ poſt obitum ejus audiens corpuſculum Sancti in Italium cum multo labore perductum, & uſque ad illud tempus terræ nullatenus commendatum, venerabilem presbyterum noſtrum Marcianum, ſed & cunctam congregationem litteris frequentibus invitavit. Tunc S. Gelaſii ſedis Romanæ Pontificis*

De Tranſlatione S. Severini Neapolim. *auctoritate, & Neapolitano populo exequiis reverentibus occurrente, in caſtello Lucullano per manus S. Victoris Epiſcopi mauſoleo quod prædicta femina condidit collocatum eſt: qua celebritate multi languoribus diverſis afflicti quos recenſere longum eſt, recepere protinus ſanitatem. Inter quos quædam venerabilis ancilla Dei, Proceſſa nomine, civis Neapolitana, cum graviſſimum ægritudinis pateretur incommodum, ſanctis funeris provocata virtutibus in itinere properanter occurrit; & ingreſſa ſub vehiculo quo corpus venerabile portabatur, ſtatim caruit omnium languore membrorum. Monaſterium igitur eodem loco conſtructum ad memoriam Beati hactenus perſeverat: cujus meritis multi obſeſſi dæmonibus ſunt curati, & diverſis obſtricti languoribus receperunt ut recipiunt, operante Domini gratia, ſanitatem: cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Habes egregie Chriſti miniſter, commemoratorium, de quo opus efficias cum magiſterio fructuoſum.* Hactenus Eugipius, qui ſcriptam omni fide ejuſmodi de rebus geſtis S. Severini tractationem miſit (ut ſua epiſtola præfatus eſt) ad Paſchaſium Romanæ Eccleſiæ diaconum, cujus ad eumdem Eugipium reddita extat epiſtola: quod quidem viri clariſſimi monumentum hic tibi reddi, grato accipies animo, cum intelliges hunc illum eſſe Paſchaſium diaconum, cujus S. Gregorius in Dialogis miraculum recitat: cujus & extant libri duo de Spiritu ſancto. Epiſtola autem ſic ſe habet:

Domino ſancto ſemperque cariſſimo Eugipio presbytero, Paſchaſius diaconus frater in Chriſto cariſſimus.

LI. Paſchaſii epiſtola ad Eugipium. *Dum Sanctos peritiæ tuæ facundia, & otii felicitate, perpendens amaritudines occupationeſque multiplices peccatorum, te tractare contemnis: pudoris jacturam dilectionis contemplatione ſuſtineo. Direxiſti commemoratorium, cui nihil poſſit adjicere facundia peritorum; & opus quod Eccleſiæ poſſit univerſitas recenſere, brevi reſeruſti compendio, dum B. Severini finitimas Pannoniorum provincias incolentis vitam moreſque verius explicaſti, & quæ per illum divina virtus eſt operata miracula diuturnis manſura temporibus tradidiſti memoriæ poſterorum. Neſciunt facta piorum perire cum ſæculo: at omnes præſentem habeant, & ſecum quondam modo ſentiant commorari, quibus eum relatio pervexerit lectionis. Et ideo quæ tu hæc, quæ a me narranda poſcebas, elocutus es ſimplicius, explicaſti facilius: nihil adjiciendum labori veſtro, ſtudio noſtro credidimus. Siquidem aliter auditu narramus, aliter experta depromimus. Facilius virtutes magiſtrorum a diſcipulis exponuntur (quæ ſuggeruntur crebrius converſatione docentium) divinis chariſmatibus inſpiratis ſanctis bonorum mentibus excolendis.*

Quantum geſta Sanctorum utilitatis impertiant, quantum fervoris attribuant, quantum puritatis infundant: de hac re Apoſtolicæ vocis auctoritas latius innoteſcens (a): Forma (inquit) facti greges, & B. Paulus Timotheo præcipit (b) formam eſſe Fidelibus. Unde idem Apoſtolus (c) juſtorum catalogum ſumma brevitate contexens, ab Abel incipiens, inſignium virorum pergit narrare virtutes. Sic & ille fideliſſimus Mathathias morti glorioſiſſimæ jam propinquans, filiis ſuis hereditario jure ſanctorum exempla diſtribuit: quorum certaminibus admirandis celebrius excitati, animas ſuas pro legibus ſempiternis ſanctitatis fervore contemnerent. Nec paternu liberos fefellit inſtructio. Tantum enim profuerunt memoratæ facta majorum, ut aperta fide armatos Principes deterrerent, caſtra ſacrilega ſuperarent, cultus aruſque dæmoniacus longe lateque diruerent, civicumque coronam, geſtis decorati perennibus, ſplendidi patriæ providerent. Unde nos ornamentis ſponſæ Chriſti quiddam fraterno miniſterio provideri gaudemus: Non quo ullis (ut credo) temporibus defuerit clarior vita majorum, ſed quod domum magni Regis plurimorum vexilla trophæorum habere conveniat. Non enim vera virtus excluditur numeroſitate victorum, ſed optatis ſucceſſibus eucteans ampliatur. LII. (a) 1. Petr. 5. (b) 2. Tim. 2. (c) Hebr. 13.

Hucuſque in codice Paſchaſii diaconi epiſtola; quem illum ipſum eſſe, cujus S. Gregorius in Dialogis meminit, nomen, tempus, locus, & ſacra functio docent.

De cæteris, ab eodem Gelaſio rebus geſtis hæc leguntur in libro de Romanis Pontificibus: *Hujus temporibus inventi ſunt Manichæi in urbe Roma; quos in exilium deportari præcepit, quorum quoque codices ante fores baſilicæ S. Mariæ incendio concremavit. Hic ſub Geſta Synodica cum fletu, & ſub ſatisfactione libelli purgatum Miſenum Epiſcopum revocavit, quem & Eccleſiæ ſuæ reſtituit, qui peccaverat in cauſa Acacii, & Petri. Hic fuit amator cleri, & pauperum, & clerum ampliavit. Hic liberavit periculo fames civitatem Romanam. Hic fecit conſtitutum de omni Eccleſia. Hujus temporibus iterum venit relatio de Græcia, eo quod multa mala facta eſſent a Petro, & Aca-* LIII. Gelaſii res geſtæ.

& *Acacio Conſtantinopolitano*. Sed diceodum potius horum occaſione patrata: nam hi, jampridem deceſſerant: ſicut, & antea factum eſſe conſtat, quod ſubdit auctor de Joanne his verbis: *Eodem tempore fugiens Joannes Alexondrinus Epiſcopus Catholicus venit Romam ad ſedem Apoſtolicam: quem B. Gelaſius ſuſcepit cum gloria, cui etiam, & ſecundam ſedem prabuit*. Sed, & quod adjungit de Acacio, & Petro tamquam viventibus a Gelaſio damnatis, procul abhorret a veio ubi ait: *Ipſis temporibus fecit Synodum, & miſſit per tractum Orientis, & iterum damnavit in perpetuum Acacium, & Petrum, ſi non pœnitentes ſub ſatisfactione libelli poſtularent pœnitentiam ſecundum humanitatem primæ ſedis Eccleſiæ*. Hi enim jam damnati erant, & vita functi. His addir auctor:

LIV. *Hic dedicavit Baſilicam S. Euphemiæ martyris in Civitate Tiburtina milliario vigeſimo ab Urbe: dedicavit autem, & baſilicas alias ſanctorum Nicandri, Eleutherii, & Andreæ via Lavicana ad fundum in villa Pertuſa **. *Fecit autem Baſilicam Sanctæ Mariæ via Laurentina in fundo Criſpini milliario, ab Urbe vigeſimo. Hic fecit libros quinque adverſus Neſtorium, & Eutychetem, qui hodie in bibliotheca, & archivio Eccleſiæ continentur. Fecit, & hymnos in modum beati Ambroſii Epiſcopi, item duos libros adverſus Arium*. Ea nimirum ratione, quod regnantibus in Italia Gothis iiſdemque Arianis, hos voluit fidei veræ doctrina conſodere, a quibus armorum potentia Catholici populi tenereotur oppreſſi. Sed addit: *Fecit etiam, & Sacramentorum præfationes & orationes lauto ſermone, & epiſtolas fidei elimato ſermone. Multum ſub hujus Epiſcopatu clerus crevit. Hic fecit ordinationes duas in urbe Roma per menſem Februarium, & Decembrem, presbyteros triginta duos, diaconos duos, Epiſcopos per diverſa loca numero ſexagintaſeptem: qui etiam ſepultus eſt in Baſilica S. Petri Apoſtoli undecimo Kalen. Decembris. Et poſt obitum ejus ceſſavit Epiſcopatus dies ſeptem*. Hactenus ibi Anaſtaſius.

* Petroſa. Gelaſii ſcripta.

Sic gitur eodem anno, vigeſimaoctava menſis Novembris in locum Gelaſii Papæ ſubrogatus eſt Anaſtaſius Romanus ex Petro genitus in Regione quinta, Caputtauri cognominata: cujus res geſtas ſuis locis dicturi ſumus. Porro de tempore creationis Anaſtaſii corrigendum eſt Marcellini Chronicon, cum poſt annos duos, ſub Conſulatu Joannis Scythæ, & Paulini ejus in ſedem ingreſſum ponit. LV. Anaſtaſius Papa.

Eodem quoque anno Palladius Antiochenus Epiſcopus moritur, cum annos decem ſediſſet: inque locum ejus Flavianus Junior ſubrogatus, qui quidem pro Concilio Chalcedonenſi adverſus Imperatorem, & alios hæreticos ſtetit, cujus rei cauſa meruit cum aliis Epiſcopis confeſſoribus exilium animo conſtanti ſubire: ſed quando id contigerit, ſuo loco pluribus dicendum erit: modo vero ex Cyrillo hæc pauca de ejus Orthodoxa fide promamus: *Poſtquam autem* (inquit) *Flavianus quoque, qui poſt mortem Palladii Antiochenæ præfuit Eccleſiæ, eadem qua ii*, nempe Elias Hieroſolymitanus & Macedonius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, *ſentiebat, & in recta veraque ratione ingrediebatur: non poterat amplius contineri ira Imperatoris, qui adverſus pietatem ſolum erat fortiſſimus, nec ferre poterat eorum concordiam; ſed effertur, acri ira percitus, utroſque damnat exilio &c*. At hæc de exilio Eliæ, & Flaviani longe poſtea contigerunt, quæ ſuo loco dicentur. LVI. Flavianus Epiſcopus Antiochenus.

Eodem ipſo anno, nempe poſt biennium a legatione ad Gundebadum Regem Burgundionum, Epiphanius Epiſcopus Ticinenſis ad Theodoricum Regem Italiæ pro Liguriæ populis iterum legatione perfunctus, ex hac vita migravit. Rem geſtam Ennodius Ticinenſis narrat his verbis: *Cum necdum biennio exacto a deliberatæ quietis gremio, tamquam a portu cymba illata tempeſtate propellitur. Nam infirmis Ligurum, & labentibus humeris vix ferenda tributorum ſarcina mandabatur. Rurſus ad te, afflictorum conſolator, adcurritur. De ceres fruſtra reddidiſſe patriæ vices, ſi illis in ſolo avito periclitantibus non adeſſes. Et quia* LVII. Poſterior legatio Epiphanii Epiſc. Ticin. ad Theodor. Reg. Ital.

apud

PAGIUS VIII. *Moritur Palladius Epiſc. Antiochenus.* Ad num. LVI. Cum *Palladius* Antiochenus Epiſcopus anno CCCCLXXXVIII. *Petro Fulloni* ſucceſſerit, & teſte Nicephoro in Chronico annos X. ſederit, mors ejus contigit anno quadringenteſimo nonageſimo octavo, ut recte Theophanes, qui ad annum Incarnat. ſecundum Alex. CCCCXCI. Kalend. Septemb. illius Chriſti anni inchoatum, ſcribit: *Palladio Antiochiæ Præſule defuncto, Imperator Flavianum Presbyterum, & ejuſdem Eccleſiæ Miſſum, in mortui locum deſignavit: Flavianum hunc Chalcedonenſibus decretis mentem oppoſitam tenuiſſe narrant*. Sed rumor ille falſus erat, ut ex dictis liquet.

Ad num. LVII. & ſeqq. Sirmondus, qui Ennodii Ticinenſis Epiſcopi Opera Notis illuſtravit, tradit Sanctum *Epiphanium* Epiſcopum Ticinenſem, cujus Vitam Ennodius ſcripſit, ad Deum migraſſe XII. Kal. Februarii ſequentis Chriſti anni, ætatis duo de ſexageſimo nondum expleto; natum anno CDXXXIX. creatum Epiſcopum anno CCCCLXVII. Verum *Epiphanium* anno CDLXVI. renunciatum eſſe Epiſcopum, currentique demortuum, accurate ſcripſit Baronius & poſt eum Bollandus in Actis SS. ad diem XXI. menſis Januarii, licet neuter viderit Epiſtolam Gelaſii Papæ ad Avitum Viennenſem Epiſcopum, de qua anno CDXCIII. mentionem IX. *Obitus S. Epiphanii Epiſc. Ticinenſis.*

ſe-

apud te numquam fatigatus eſt qui rogavit, ſuſcepiſti cauſam infelicium, & te protinus ad rediviva onera præparaſti. Ravennam pro nobis Regem rogaturus excurris. Quantas ibi, poſtquam Gallicana inſignia effugeras, minas Cæli, procellarumque diſcrimina, adhuc quaſi ævi integer, aut valens corporis munitus exuperas? Numquam tibi ad officium animorum ſe membra quamvis invalida ſubduxerunt: frigus, pluvia, Padus, jejunia, navigatio, periculum, tonitrua, ſine tecto manſio in ripis fluminis incerti, pene ſine terra portus virtuti tuæ dulcia fuerunt, & grata ſucceſſit. Conſolatus eſt de præſentia tui ille Eminentiſſimus Rex, qui te videre ambienter optabat. Expoſuiſti neceſſitates noſtras adventu tui, antequam diceres: & quales tecum habitantium lacrymæ te compulerint, docuerunt ſuperata diſcrimina. Aſt ubi ad Principem ingreſſus eſt, ita loqui cœpit.

LVIII. Oratio Epiphanii ad Theodoric. Regem. *Salita, Rex venerabilis, mentis tranquillitate famulorum preces intellige. Et me ad poſtulanda neceſſaria, & vos ad tribuenda uſus informat. Lex tua eſt, ductor invicte, miſereri jugiter. Tu ſemper nutriſti ſpem interceſſionum in poſterum, dum præſentibus non reſiſtis: viam ſupplicationi noſtræ patefecit ad reliqua ſemper apud vos beneficii fides impetrati. Liguribus tuis largire quod proferas; tribue quod reponas. Futurorum quæſtus eſt temporalis indulgentia. Boni Principis mos eſt cum virtutibus amare famam, & regnum ita ordinare, tamquam ad ſtirpis ſuæ poſteros tranſiturum. Nutantes domini hæc tantum, quæ accipiunt, diligunt: firmiſſimi illa potius, quæ dimittunt. Sic terris, ſemina parva committimus, ut multiplicata capiamus: Fœnus ſine crimine fit triplicatum: boni Imperatoris eſt poſſeſſoria opulentia. Concede immunitatem anni præſentis Liguriæ: qui eos ab externis, qui ſupplicant, reduxiſti. Quamobrem præſentem nativitatem habuerimus, clementia veſtra aſtantes interroget: nemo illi mentitur, cui ſerviunt, qui convincant.*

LIX. *Ad hæc Princeps; Licet nos immanium expenſarum pondus inlicitet, & pro ipſorum quiete legatis indeſinenter munera largiamur: tamen vis meritorum tuorum tractatibus noſtris reverenter intervenit. Opus eſt fieri quidquid injunxeris; juvat omne quod præcipis: æſtimamus enim compendiis noſtris. Nihil tu quaſi ex accidenti deprecceris, qui habes in nobis plurima quæ repoſcas. Duas tamen præſentis indictionis fiſcalis calculi partes cedemus, tertiam tantummodo ſuſcepturi: ne aut ærarii noſtri anguſtia Romanus pariat majora diſpendia aut ſupplicatio*

PAGIUS fecimus. Ex ea enim cum Vita Sancti Epiphanii collata, annus emortualis ejus certo erui poteſt. *Ennodius* narrata Legatione Sancti Epiphanii ad Gundebodum & Godegeſilum Burgundionum Reges, menſe Martio anni CDXCIV. obita, cap. 13. ſubdit, *tertio menſem Ticinum* remeaſſe ſanctum Antiſtitem, reducibus captivis, quos uterque Rex dimiſerat. Tum ſubjungit, *nec dum biennio exacto a deliberata quietis gremio*, ſuſcepiſſe cauſam infelicium Ligurum, impoſita illis a Theodorico Italiæ Rege tributa deprecaturum inter *minas cæli procellarumque diſcrimina*, *Ravennam*, ubi agebat Theodoricus, ſeſe contuliſſe, & duas indictionis Fiſcalis partes ab eo impetraſſe. Sed dum Ticinum rediret, Parmam ingreſſus catarrhum contraxit, quo poſtquam Ticinum pervenit, ſublatus eſt *ſeptimo die*, ideoque vel autumno vel hieme. In Faſtis Romanis ac Ticinenſibus *XII. Kal. Februarii*, a quibuſdam *XI. Kal. Februarii* colitur Epiphanius, ſed dies XXI. Januarii ad ejus Mortem, & dies XXII. ejuſdem menſis ad ejus ſepulturam referri non poſſunt, cum Ennodius in fine ejus Vitæ ſcribat: *Illud ſilentio præterire non debeo, quod ejus ſancta Reliquia uſque in diem tertium, quo cum ſumma veneratione recondita dinoſcuntur, tanto lumine ac decore veſtita, ſanctiorum viſa ſunt oculis ut ſplendorem vitæ vultus ſignaret defuncti*, &c. Dies itaque mortis ejus incertus, licet veroſimile ſit, eum die XXI. Januarii, ad Deum migraſſe; ad Paſcha tamen currentis anni vitam non pertraxit.

X. Natus erat Epiphanius juxta dicta anno CDXXXVIII. cum anno ætatis LVIII. mortuus ſit. Aſſerit Ennodius eum quinquageſimo octavo ætatis anno ductum eſſe ad tumulum, & *triginta in Sacerdotali converſatione* vixiſſe. Qui Epiſcopatus anni inconſoleti numerandi. Conſtat enim ex Ennodio eum anno ſuperiori in ipſum finem etiam vertente, Pado fluvio ſeſe commiſiſſe, & Ravenna egreſſum *per omnes Æmiliæ Civitates* celerem veniſſe, *tanquam ad Sepulcri receptaculum* properantem; ideoque medio circiter menſe Januario hujus anni Ticinum perveniſſe, ac ſeptimo poſt die obiiſſe. Inter Ennodii Carmina, nonum hunc titulum præfert: *Dictio, quæ habita eſt in Natali S. ac Beatiſſimi Papæ Epiphanii, in annum XXX. Sacerdotii.* Orationes in die Natali Epiſcoporum habitæ. Quæ Oratio, non hoc anno, ut putavit Sirmondus, ſed præcedenti recitata in die ejus Natali. Is tamen recte advertit in Notis pag. 74. quemadmodum Principes Natali ſuo Panegyricis orationibus laudari mos erat, ut teſtantur Panegyrici dicti in Quinquennalibus, Decennalibus & aliis; ita etiam Epiſcopos anniverſario die ſuſcepti Epiſcopatus. Illud diſcrimen inter utroſque fuit, quod Epiſcopi ſolum die ſuo Natali Panegyricas orationes haberent, Imperatores vero non tantum ſingulis annis die Natali genuino; ſed etiam ſingulis quinquenniis die Natali Imperii publicis laudibus celebrarentur. Juvabit legere Exercitationem IX. *de Natalitiis Epiſcoporum* a Willelmo Erneſto Tentzelio Viro doctiſſimo nuper publicatam.

XI. Zamaſphes fit rex Perſarum. Hoc vel ſequenti anno Perſæ Cabadem Regno ſubmovent; *conſpiratione enim facta omnibuſque inſurgentibus eum abdicant undecimo ex quo regnarat anno, & in Lethes caſtellum conjiciunt; Regni vero poteſtatem in Zamaſphem transferunt, qui & ipſe Perozis filius erat, & alioqui lenitatis & juſtitiæ nomine optime audiebat* inquit Agathias lib. 4. qui jam dixerat, legem ab eo latam, *qua femina viris communes pro-*

ſti-

qua expectata patria gaudia non reperiret. Taliter præfato Regi egit gratias ſummus Antiſtes; a quo, Vale dicens, abſceſſit, &c. Hæc Ennodius de legatione ultima Epiphanii; qui (ut idem auctor ait) regreſſurus in patriam Parmæ ægrotare cœpit, ac Ticinum perveniens ſeptimo die deceſſit, anno ſuæ ætatis quinquageſimooctavo, cum ſediſſet annos triginta, ſedereque cœpiſſet (ut diximus) anno Domini quadringenteſimo ſexageſimoſexto. Suffectus eſt in ejus locum Maximus qui adfuiſſe reperitur Symmacho Papæ adverſus Laurentium ſchiſmaticum. Extat ejuſdem Ennodii oratio in laudem Maximi Epiſcopi, quæ incipit: *Prodit religioſa votum conſcientia*: & quæ ſequuntur.

[illegible]

PAGIUS XII. *Alia ad hunc annum referenda.*

[illegible] *ſtituerentur*, hujus commotionis cauſam fuiſſe.

Bellum *Alemannicum* a *Chlodoveo* Francorum Rege hoc anno geſtum, & baptiſmus ab eo ſuſceptus, ut anno CCCCXCIX. oſtendemus. Moritur *Athanaſius* Patriarcha Alexandrinus hæreticus, ut videre eſt anno ſequenti. *Euphemius* [illegible] Epiſc. Conſtantinopolit. in exilium miſſus, ut dictum eſt anno ſuperiori num. III. Obitus Gundamundi Vandalorum Regis ibid. num. VI. Finis belli Iſaurici, ut anno CCCCXCVIII. num. III. refertur [illegible]

JESU CHRISTI ANNUS 497.	ANASTASII PAP. ANNUS 1.	ANASTASII IMP. 7. THEODOR. REG. 5.

I. Legatio ob Anaſtaſio Pap. ad Anaſtaſium Imp.

QUadringenteſimus nonageſimus ſeptimus Chriſti annus Anaſtaſio Auguſto iterum Conſule adnotatur: quo Anaſtaſius Papa ipſo ſui exordio Pontificatus, nihil antiquius habens quam ſuccurrere periclitanti ſub hæretico Principe Eccleſiæ Orientali, legationem ad eumdem miſit, quo eum ad meliorem frugem revocaret: functi ſunt ampliſſima hac legatione præſtantiſſimi viri, nempe Germanus Epiſcopus Capuanus ſanctitate conſpicuus, qui & ſub Hormiſda Pontifice iterum eodem munere functus eſt, & Creſconius Epiſcopus Tudertinus vir plane egregius. Datæ ab ipſo tunc litteræ ad Anaſtaſium Imp. hactenus integræ extant: reddemus hic eas, quod ex eiſdem qui in hac legatione ſcopus Romani Pontificis fuerit, poſſimus apertiſſime noſcere. Sed ante illud monere debemus, toleratum hactenus ab Apoſtolica ſede Anaſtaſium Imperatorem, ea nimirum ſpe, ut ad Catholicæ fidei, unde aberraverat, lineam reduceretur, & per eum Orientalis Eccleſia ſchiſmatibus & hæreſibus lancinata, poſſet aliquo modo ſanari. Ipſa autem epiſtola ſic ſe habet:

Glorioſiſſimo ac clementiſſimo filio Anaſtaſio Auguſto Anaſtaſius Epiſcopus.

II. Epiſtola Anaſtaſii Pap. ad Anaſtaſ. Imp.

Exordium Pontificatus mei, primitus oblata populis pace, pronuncio, & conſequenter pro fide Catholica humilis pietati tuæ precator occurro. In quo primum mihi divinum favorem propinquaſſe confido, quod nunc conſonantia in me auguſtiſſimi nominis tui non dubium præſtat auxilium; ut ſicut præcelſum vocabulum pietatis tuæ per univerſas gentes toto Orbe perfulget, ita per miniſterium humilitatis meæ (ſicut ſemper eſt) ſedes Beati Petri in univerſali Eccleſia aſſignatum ſibi a Domino Deo teneat principatum: nec propter unum mortuum diutius tunica illa Salvatoris deſuper contexta per totum, malæ ſortis patiatur incertum, quæ ſola in diſciſſionem pro firmitate ſui venire non potuit: ſerenitate tua præcipue Rempublicam gubernante, cui etiam in privata vita tantum circa ſinceram religionem ſtudium fuit, ut (ſicut fama certiſſima celebravit) nemo magis vel inter præcipuos ſacerdotes præfixas a ſanctis Patribus regulas Eccleſiæ cuſtodiſſe dicatur: quod ſanctum ſtudium cum majeſtate Imperii creviſſe confidimus.

Legatione itaque fungimur pro Chriſto; ne eos propter offenſionem vel ſcandalum patiamini publice nominari, quorum merita, vel actus illum Judicem latere non poſſunt, in cujus jam ſunt judicio conſtituti. Nec illic ſe poteſt interſerere in corpore mortali adhuc temeraria præſumptio, in quo non ſolum confeſſio facit aperta merita ſingulorum, ſed etiam ſilentii ipſius non poteſt latere ſecretum. III. De nomine Acacii abolendo.

Namque & prædeceſſor noſter Papa Felix, & etiam Acacius illic proculdubio ſunt, ubi unuſquiſque ſub tanto Judice non poteſt perdere ſui meriti qualitatem. Itaque monente nos beatiſſimo Paulo Apoſtolo (a), ne quid ſit in hoc offendiculum in Eccleſia; dum quod facere non poſſumus, de his qui jam tranſierunt judicare conemur, obſervandum eſſe tranquil- IV.

(a) 1. Cor. 9.

Ann. Eccl. Tom. VIII.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5990.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DXXXV. A.C. 497.

☉ 1. E. ☽ 4. P. 6. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 497.

ANASTASII II. PAPÆ 1.

ANASTASII IMP. 7.

THEODORICI REG. 5. & 9.

I. *Anaſtaſii ſecundus Conſulatus.* [1] ANaſtaſius Aug. II. ſine collega Conſul in Oriente proceſſit, novumque morem induxit, at ſeptimo Imperii anno Imperatores Conſulatum capeſſerent; quod poſtea a *Juſtino* Seniore, & a *Juſtiniano* ejus ſucceſſoribus, poſt quos nulli amplius Conſules ordinarii fuere, præſtitum. Hanc mutationem ex eo proveniſſe ſuſpicatus ſum in Diſſert. Hypat. quod remiſſiones tributorum publicorum, quæ hactenus in Quinquennalibus, anniſque hujuſmodi ſolemnis deſtinatis, fieri ſolitæ eſſent ab Imperatoribus, Anaſtaſius, quem Suidas in voce Ἀναςάσιος, ſcribit, inexplebili pecuniæ parandæ cupiditate flagraſſe, ſeptimo tantum Imperii anno eas fieri præceperit. Procopius enim in Hiſt. Arcan. cap. 23. poſtquam Juſtinianum Imp. criminatus eſt, quod intra annos triginta duos, quibus tunc imperabat, quando ea Hiſtoria ſcripta, nullam tributorum remiſſionem feciſſet, addit: *Quid ſi per ſeptennalem ut Anaſtaſius Imperator illis indulſiſſet, publicorum diſſolutionem; nec ſe quidem ſatis pro rei ac tem-*

NOTÆ [1] COſſ. *Anaſtaſius Aug.* ſine collega. Victor & Marcellinus: *Anaſtaſio Aug. Coſ.* Epitome temporum & Indiculus Paſchæ: *Iterum poſt conſulatum Viatoris*, idque ſecundum Occidentalium morem, quem ſequitur eadem epitome. GEORGIUS

Digitized by Google

litas tua cognoſcat. Ait enim de his qui
de rebus ad Deum ſolum pertinentibus ju-
(a) Rom. 14. *dicare præſumunt: Nemo (a) enim no-*
ſtrum ſibi vivit: & nemo ſibi moritur;
ſive enim vivimus, Domino vivimus: ſive
morimur, Domino morimur. Sive ergo vi-
vimus, ſive morimur, Domini ſumus: in
hoc enim Chriſtus reſurrexit a mortuis,
ut & vivorum, & mortuorum, dominetur.
Tu autem quid judicas fratrem tuum? aut
tu qua re ſpernis fratrem tuum? Omnes
(b) 2. Cor. 5. *enim ſtabimus (b) ante Tribunal Chriſti:*
ſcriptum eſt enim (c): Vivo ego (dicit
(c) Eccl. 45. *Dominus) quia mihi flectetur omne genu,*
& omnis lingua confitebitur Deo. Itaque
unuſquiſque noſtrum pro ſe rationem red-
(d) Philip. 2. *det Deo. Non (d) ergo amplius invicem*
judicemus: ſed hoc judicate magis, ne
Divinum judicium ob oculos ponit. *ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum.*
Monet igitur B. Apoſtolus, ne de his no-
bis præſumamus judicium, de quibus ne-
mo poteſt melius vel verius judicare,
quam Deus: ne ſibi in hoc quiſpiam te-
merarior auſus uſurpet, & propter hoc
pax, & unitas Eccleſiæ diſſipetur. Nam
(e) 1. Reg. 16. *in Regnorum libro dicitur (e): Non quo-*
modo videt homo, videt Deus: quia ho-
mo videt in facie, Deus autem videt in
corde. Item in Paralipomenon libro primo:
(f) 1. Paral. 28. *(f) Et nunc, o Salomon, ſcito Deum pa-*
trum tuorum, & ſervi illi in corde per-
fecto, & animo volente, quoniam omnia
corda ſcrutatur Deus, & omnem cogi-
(g) Ezech. 11. *tationem novit. Item in Ezechiele (g):*
Hæc dicit Dominus Deus: Sic dixiſtis,
domus Iſrael, & cogitationes ſpiritus ve-
ſtri ego novi. Unde, & de Domino Judi-
(h) Matt. 9. *ce dicitur in Evangelio (h): Sciens au-*
tem Jeſus cogitationes eorum, dixit: Quid
cogitatis mala in cordibus veſtris?
V. *Precamur itaque clementiam veſtram,*
ut ſpecialiter nomen taceatur Acacii, &
quod multis ex cauſis ſcandalum vel of-
fendiculum Eccleſiæ comitavit, ſpeciali
appellatione taceatur: cum (ſicut dixi-
mus) in generalitate, ſacerdotum uniuſ-
cujuſque meritum illum Judicem latere non
poſſit qui novit quid cuique tribuendum
ſit pro æſtimata diſpenſatione meritorum,
cui ſoli cogitationes quoque manifeſtæ
ſunt. Hæc quidem adeo vehementer in-
culcat Anaſtaſius, quod qui ex bona con-
ſcientia Acacium defenderent, nihil de-
trimenti in ipſum inferri ex ſententia in
eum lata a Felice Pontifice niterentur
oſtendere; nimirum quod cum diverſo-
rum ſint fora diverſa judiciorum, judi-
cetque Eccleſia ſecundum ea quæ in Acta
certa probatione inducuntur, judicet ve-
ro Deus ſecundum illas quæ latent in cor-
de cogitationes, ob id ex Eccleſiæ judi-
cio inferri divino examini præjudicium
non poſſit. Sic igitur Anaſtaſius Papa apud
Imperatorem de Acacii nomine abolen-
do, cujus cauſa ſchiſmate diviſi eſſent,
Orientales, inſtantius urget, oſtendens ex
iis quæ ad judicium Eccleſiaſticum per-
ducta ſunt, Acacium jure eſſe damna-
tum, cum addit:

Quantos vero exceſſus, atque præſum- VI. Qui Legati mittantur.
ptiones habuerit Acacius, ut clementiæ tuæ
ſuggerere per ſingula fortaſſe videatur
onerosum; Creſconiu, vel etiam Germano
fratribus, & Coepiſcopis meis, quos mi-
ſimus ad ſerenitatem tuam, de cauſis ſin-
gulis, qualis fuerit, inſtructionem pleniſ-
ſimam dedimus, clementiæ veſtræ ſpecia-
lius recenſendam, ſi hoc pietati tuæ pla-
cuerit curioſius indagare, ne in aliquo
ſuggeſtionibus noſtris veritas defuiſſe vi-
deatur: ut pro divina ſapientia veſtra
perſpicue videre poſſitis, non ſuperbia
vel elatione ſedis Apoſtolicæ in Acacium
talem proceſſiſſe ſententiam, ſed facinori-
bus certis (quantum nos extra illud ju-
dicium, quod ſolum falli non poteſt, æſti-
mamus) zelo magis Divinitatis exortam.
Nos vero humiliter ſupplicantes, con- VII.
troverſiam in Eccleſia removere volumus;
cum magis vitanda contentio ſit, ſicut di-
citur in Proverbiis (i): Odium ſuſcitat (i) Prov. 10.
contentiones; omnes autem qui non con-
tendunt, protegit amicitia. Nam, & A-
poſtolus ad Corinthios (k): Cum enim (k) 1. Cor. 3.
ſint inter vos æmulationes, & contentio-
nes, non ne carnales eſtis, & ſecundum
hominem ambulatis? Item ad Philippenſes:
(l) Si qua ergo conſolatio in Chriſto, (l) Philip. 2.
ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocie-
tas ſpiritus, ſi qua viſcera, & miſera-
tiones: implete gaudium meum, ut id ip-
ſum dicatis, omnes eumdem charitatem ha-
bentes: nihil per contentionem, neque per
inanem gloriam, ſed in humilitate mentis
in-

PAGIUS *temporis conditione feciſſet.* Jam antea idem Pro-
copius Romanorum Principum morem his ver-
bis deſcripſerat: *Fuit Romanis Imperatoribus*
mos perantiquus, ut quæ ſupereſſent Æris alieni
publici partes tenuiores, harum remiſſionem non
ſemel, ſed iterum ac ſæpius (in quinquennalibus
nempe & id genus Feſtis) *ſubditis darent, ne*
quos arctior fortuna urgeret, hoc diſſolvendo non
eſſent, perpetuo his anguſtiis verſarentur, neve
indebito exagitandi vectigalis anſam, Quæſtores
haberent. Hic autem Princeps (nempe Juſtinia-
nus intra annos duos atque triginta nihil tale
ſubjectis condonavit. Exiſtimo itaque illud de
novo ab Anaſtaſio inductum, ut anno Imperii
ſeptimo indulgentiæ debitorum fierent, & Con-
ſulatus Quinquennalibus debitus in annum illum
differretur, aliaque & eo anno fierent, quæ in
Quinquennalibus, & Decennalibus fieri ſolita
eſſent. Certe Procopius lib. 1. de Bell. Perſ.
cap. 7. prodit, *Anaſtaſium* Amidenis, qui egre-
gie Urbem adverſus Perſas defenderant, digna
munificentia præſtitiſſe: *Siquidem*, inquit, *Ci-*
vitati ad ſeptennium ſolidum vectigalia remiſit;
cum tamen Imperatores hujuſmodi debitorum re-
miſſiones cuilibet Quinquennio alligaſſent.

invicem æſtimantes ſemetipſis ſuperiores: non ſua ſinguli reſpicientes, ſed aliorum.

VIII. De cauſa Alexandrinæ Eccleſiæ.

Hoc tamen præcipue inſinuo ſerenitati tuæ, glorioſiſſime, & clementiſſime fili Auguſte, ut cum cauſa Alexandrinorum patuerint piiſſimis auribus veſtris, ad Catholicam, & ſinceram fidem eos auctoritate, ſapientia, diviniſque veſtris monitis redire faciatis. Nam quid tenendum ſit in religione Catholica ſecundum definita Patrum, & prædicationem omnium ſacerdotum qui in Eccleſia floruerunt, ſi hoc quoque præceperitis, ſcientibus in memoriam tranſmittendo renovabimus, ignorantibus ad dicendum pro officio noſtræ inſtructionis offeremus, ut nulla extra hæc ingeniorum jactantia vel pravitatis audiatur.

IX. Parendum ab Imp. Pontificibus.

Illud vero peculiarius pro amore Imperii veſtri, & beatitudine, quæ conſequi poterit regnum, pro Apoſtolico officio prædicamus, ut (ſicut decet, & Spiritus ſanctus dictat) monitis noſtris obedientia præbeatur, ut bona omnia veſtram Rempublicam conſequantur, ſicut in exodo promittitur (a): Si audieris vocem Domini Dei tui, & quæ placent ei feceris coram ipſo, & obedieris præceptis ejus, & cuſtodieris omnem juſtitiam ejus: omnem infirmitatem quam importavi Ægyptiis, non importabo in te: ego enim Dominus ſum, qui ſalvum facio te. Et illic iterum tuba potentiſſima canitur (b): Et nunc Iſrael quid Dominus Deus tuus poſtulat a te aliud, quam ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis ejus, & diligas eum, & ſervias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua cuſtodire præcepta Domini Dei tui, & juſtitias ejus, quas ego mando tibi? Hæc me ſuggerentem frequentius non ſpernat, ante oculos habens Domini in Evangelio verba (c): Qui audit vos, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit. Nam Apoſtolus concinens Salvatori noſtro, ita loquitur (d): Quapropter qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui dedit Spiritum ſanctum ſuum in nobis.

(a) Exod. 15.
(b) Deut. 10.
(c) Luc. 10.
(d) Theſſ. 4.

X. Sacramenta per Acacium miniſtrata tenent.

Pectus clementiæ veſtræ ſecretarium eſt publicæ felicitatis; & per inſtantiam veſtram, quam velut vicarium Deus præſidere juſſit in terris, Evangelicis Apoſtoliciſque præceptis non dura ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam quæ ſunt ſalutifera compleantur. Nam ſecundum Eccleſiæ Catholicæ conſuetudinem ſacratiſſimum ſerenitatis tuæ pectus agnoſcat, quod nullum de his vel quos baptizavit Acacius, vel quos ſacerdotes ſive Levitas ſecundum canones ordinavit, ulla eos ex nomine Acacii portio læſionis attingat, qua forſitan per iniquum tradita ſacramenti gratia minus firma videatur. Nam & baptiſmum (quod procul ſit ab Eccleſia) ſive ab adultero, vel a fure fuerit datum, ad percipientem munus pervenit illibatum: quia vox illa, quæ per columbam ſonuit, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur (e): Hic eſt qui baptizat Spiritu ſancto & igne. Nam ſi viſibilis Solis iſtius radii cum per loca fœdiſſima tranſeunt, nulla contactus inquinatione maculantur; multo magis illius, qui iſtum viſibilem fecit, virtus nulla miniſtri dignitate conſtringitur. Nam & Judas cum fuerit ſacrilegus atque fur, quicquid egit inter Apoſtolos pro dignitate commiſſa, beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta ſenſerunt, declarante hoc ipſum Domino manifeſtiſſima voce: Scribæ (inquit f) & Phariſæi ſuper cathedram Moyſi ſedent: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in Eccleſia miniſter officio ſuo videtur operari, hoc totum contineri implente Divinitatis effectu, ita ille per quem Chriſtus loquitur, Paulus affirmat (g): Ego plantavi, Apollo rigavit, ſed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. A Deo autem non quæritur, quis, vel qualis prædicet, ſed quem prædicet: ut invidos (h) etiam bene prædicare Chriſtum confirmet, quo malo diabolus ipſe dejectus eſt, & hoc ipſo prædicare non deſinit.

(e) Matt. 3. Luc. 3.
(f) Matt. 23.
(g) 1. Cor. 3.
(h) Philip. 1.

XI. Reiicit objectiones.

Ideo ergo, & hic, cujus nomen dicimus eſſe reticendum, male bona miniſtrando ſibi tantum nocuit: nam inviolabile ſacramentum, quod per illum datum eſt, aliis perfectionem ſuæ virtutis obtinuit, ei autem obfuit. Quod cum ita ſit, aliquorum in tantum ſe extendit curioſa ſuſpicio, ut imaginentur, prolato a Papa Felice judicio, poſtea inefficaciter in ſacramentis quæ Acacius uſurpavit, egiſſe: ac perinde eos metuere, qui vel in conſecrationibus, vel in baptiſmate miniſteria tradita ſuſceperunt, ne irrita beneficia divina videantur. Meminerint in hac quoque parte ſimiliter tractatum prævalere ſuperiorem: quia non ſine uſurpatione nominis ſacerdotis adjudicatus hoc egit, in quo virtutem ſuam obtinentibus myſteriis, in hoc quoque aliis rea ſibi perſona non nocuit: nam ad illum pertinuit, quod tuba Davidica canitur (i): Veruntamen Deus conquaſſabit capita inimicorum ſuorum, verticem capilli perambulantium in delictis ſuis. Nam ſuperbia ſemper ſibi, non aliis facit ruinam; quod univerſa Scripturarum cæleſtium teſtatur auctoritas: ſicut etiam per Spiritum ſanctum dicitur a Propheta (k) Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam. Unde cum ſibi ſacerdotis nomen vendicaverit condemnatus, in ipſius verticem ſu-

(i) Pſ. 87.
(k) Pſal. 100.

ſuperbiæ tumor inſiſtus eſt: quia non populos, qui in myſteriis donum ipſius ſitiebat, excluſus eſt: ſed anima ſola illa quæ peccaverat juſto judicio, propriæ culpæ erat obnoxia: quod ubique numeroſa Scriptura teſtatur inſtructia. Unde remotis hominum ſtudiis, ſive verſutiis, in hac adhuc præſenti fragilitate poſitorum, ſecundum preces noſtras adniſu, & auctoritate Imperiali offerte Deo noſtro unam Catholicam Eccleſiam & Apoſtolicam: quia hoc ſolum eſt, in quo non ſolum in terris, ſed etiam in Cælo triumphare poſſitis. Subſcriptio.

XII. Feſtus Patricius cum Legatis profectus Conſtant.

Omnipotens Deus regnum, & ſalutem tuam perpetua protectione cuſtodiat, glorioſiſſime & clementiſſime ſemper Auguſte. Hactenus Anaſtaſius Papa ad Anaſtaſium Imperatorem. Porro Feſtum quoque Patricium cum legatis Apoſtolicæ ſedis profectum eſſe, libellus Apocriſariorum Eccleſiæ Alexandrinæ declarat, qui paulo poſt recitabitur.

XIII. Cum hos ſuſcepiſſet Apoſtolicæ ſedis legatos Anaſtaſius Imperator, bene illos habuit, detinuitque ſpe pacis uſque ad finem anni ſequentis, doloſam molitus interea, ſi quo modo ad ſubſcribendum Enotico Zenonis ipſum Romanum Pontificem poſſet inducere: quomodo autem id tentarit per ipſum Feſtum legatum anno ſequenti, ſuo loco dicemus. Conſtat etiam Macedonium Conſtantinopolitanum Epiſcopum erga Romanum Pontificem fuiſſe redditum propenſiorem; ſed votis ſuis paſſum eſſe ipſum Imperatorem magnopere adverſarium, quæ paulo poſt dicturi ſumus, ſignificabunt. Cum vero per univerſam Orientalem Eccleſiam innotuiſſet ab Apoſtolica ſede legatos eſſe miſſos Conſtantinopolim pro pace Eccleſiarum concilianda: Apocriſarii Alexandrinæ Eccleſiæ egerunt id ipſum cum legatis Conſtantinopoli agentibus, nimirum ut Eccleſia Alexandrina in communicationem Catholicam ab Eccleſia Romana reciperetur: libellumque ſupplicem iiſdem obtulere legatis: quem adhuc integrum aſſervatum in Codice Vaticano ſæpius citato, hic deſcribere, dignum duximus, quod locupletam contineat rerum geſtarum tractationem in his quæ ſpectant ad epiſtolam ſancti Leonis Papæ, ab interpretibus depravatam: quibus videas, & admireris, quanta ſoleant arte hæretici ſuas hæreſes honeſtare, & circumſpecte veſtire habitu Catholicæ veritatis: ut plane non adeo mirandum exiſtimes, ſi ipſi errantes, in errorem traxerunt innumeram multitudinem, mos iſte vetus hæreticorum, ut illud potiſſimum curent, ut comparatis undique velamentis ſub Catholici nominis involucro impietatem abſcondant. Sed audi: ita libelli ſe habet inſcriptio:

Libellus, quem dederunt Apocriſarii Alexandrinæ Eccleſiæ legatis ab urbe Roma miſſis ab Anaſtaſio Papa. XIV.

Libellus ex parte Eccleſ. Alexan. ad Legatos Anaſtaſii Papæ.

Glorioſiſſimo atque excellentiſſimo Patricio Fecio Feſto, & venerabilibus Epiſcopis Greſconio & Germano ſimul cum ejus poteſtate directis in legatione ab urbe Roma ad clementiſſimum & Chriſto amabilem Imperatorem Anaſtaſium, Alexandrinæ Venerabilis Eccleſiæ Dioſcorus presbyter, & Cheremon lector reſponſis ejuſdem Eccleſiæ ſervientes.

Venerabiles ſanctæ Eccleſiæ Romanæ urbis atque Alexandrinæ non ſolum fidem rectam & immaculatam, ex quo ſalutaris in eis prædicatus eſt ſermo, ſed etiam in divino miniſterio ſemper concordiam ſervaverunt. Quippe cum ab uno fuerit in utriſque jactum fidei fundamentum (Petrum memoramus beatum Apoſtolum, cujus per omnia ſanctus Evangeliſta Marcus extitit imitator) ita ut ſi quando contigerit in rebus ambiguis quædam Epiſcoporum Concilia celebrari ſanctiſſimus is, qui Romanæ præſideret Eccleſiæ, reverendiſſimum Alexandrinæ civitatis Archiepiſcopum deligeret, ut ſui curam loco ſuſciperet.

Sed hoſtem humani generis, cui bona peroſa ſunt, qui in perniciem noſtram impio ſemper furore graſſatur, non piguit per ſatellites proprios zizania inter utraſque conſerere, ut tantæ unitatis diſcordiam perpetraret. Nam Eutychetæ impiiſſimo contra fidem, quæ in beatiſſimis Apoſtolis prædicata eſt, ſentiente, & docere tentante, contigit per idem tempus ſedis Apoſtolicæ Præſulem tunc Leonem Litteras ad Chalcedonenſe Concilium deſtinare: quarum litterarum fuere interpretes hi, qui cum Theodoreto Cyrorum civitatis Epiſcopo tunc fuerant Neſtorianæ hæreſis ſectatores: contraque eam fidem, quæ a venerabilibus trecentis decem, & octo Patribus eſt edita, ſupra memoratæ literæ probantur exiſtere; & non parvas occaſiones his quę ejuſdem nefandiſſimi Neſtorii blaſphemias vindicant, præſtiterunt; ita ut licentius aſtruerent eumdem Neſtorium minime perverſa ſenſiſſe. His igitur cauſis Deo amabilis populus noſter offenſus eſt, & de Græca tranſlatione arbitratus eſt in Latino quoque ſermone ſenſum ſimilem contineri, ac ſeſe ab unitate Romanæ diviſit Eccleſiæ. Necnon etiam Romanus Antiſtes, exiſtimans nos contra eam fidem, quæ tradita eſt a beatiſſimis Apoſtolis, conſpiraſſe, a noſtra ſe communione ſuſpendit.

XV. De cauſa diſcordiarum inter Rom. Eccl. & Alexand.

Verumtamen ejus volentes ſatisfacere ſanctitati, nos eam fidem tenere, quam Princeps Apoſtolorum Petrus, ejuſque diſcipulus Marcus beatiſſimi crediderunt, & poſt modum trecenti decem & octo ve-

XVI. De Legatis Alexandria Romam miſſis.

ne-

nerabiles edidere Pontifices, legatos ad urbem Romom noſtra dirigere curavit Eccleſia. Sed ibi quidam civitatis noſtræ repertus eſt a recta fide diſſentiens, utque ab ea exeuntis quoque diverſis alienus exiſtens, qui hoc viſus eſt perpetrare, ne ulla in ſuſcipiendis legatis copia præberetur: qui nec ad faciem uſque ſalutationis admiſſi, ſine aliquo effectu reverſi ſunt.

XVII. De Legatione Theſſalonicenſis Eccleſiæ. Quia vero ante non multum temporis Photinus religioſus diaconus ſanctæ Theſſalonicenſis Eccleſiæ nobiſcum de pace ſanctarum Eccleſiarum verba contulit, dixitque, ſe ante ſpatium parvi temporis deſtinatum a ſanctiſſimo Archiepiſcopo Andrea Theſſalonicenſis Eccleſiæ ad Romanum Pontificem Anaſtaſium: & affirmabat de his, quæ nos vehementer offendunt, in tranſlatione epiſtolæ ſibi ſatisfactum fuiſſe a ſupradicto Præſule Romanæ Eccleſiæ, quod ſcilicet in epiſtolæ tranſlatione comprobarentur errores: ipſam vero Latinam epiſtolam juxta fidem trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum editam conſtitiſſe. Inſuper quædam retulit ex perſona ejuſdem Antiſtis fuiſſe narrata, quæ ad vituperationem eorum, quæ in tranſlatione ſunt indita, pertinerent: & ad illos, qui ea confringere tentaverunt, ad ſatisfactionem eorum qui rectam fidem immaculatamque cuſtodire non negligunt.

XVIII. De repurgata & ad purum reſtituta epiſtola S. Leonis. Quibus abunde ſanatis, cupienteſque priſtinam reintegrari concordiam: maluimus etiam a vobis, ſi vera ſunt illa quæ Photinus religioſus diaconus nobis retulerat, edoceri, veſtræque deſideravimus occurrere ſanctitati, & de his omnibus habere colloquium. Verum ſanctitas veſtra non ſemel, ſed crebro nos docere dignata eſt, in epiſtolæ interpretatione errores interſitos, non in Latino textu fuiſſe conceptos. Quapropter ſupplicavimus vobis, ut confeſſionem noſtræ fidei ſumeretis, pro qua Venerabilis Eccleſiæ noſtræ legatione perſungimur: quam fidem etiam ubique ſanctiſſimus Archiepiſcopus intimavit, & approbantium accepit reſcripta cunctorum. Quod ſi etiam veſtram huic fidei ſanctam Eccleſiam videritis congruere, nobis ſatisfieri jubeatis; ut ſublatis e medio ſcandalis, ad priſtinam tam Romana, quam Alexandrina venerabiles Eccleſiæ redeant unitatem.

XIX. Profeſſio fidei ex parte Eccleſ. Alexand. Hanc autem fidei confeſſionem vobis obtulimus taliter continentem ex Evangelicis Apoſtolicisque præconiis inſpiratione divina ſolum veram rectamque fidem, quam trecenti decem & octo venerabiles Patres, qui in Nicæna Synodo congregati ſunt, ediderunt: quam, & ſecuti ſunt centum

Nullam de Conc. Chalced. mentionem habent. quinquaginta qui ad urbem regiam convenerunt, æque venerandi Pontifices. Hanc etiam exequentes qui Epheſi collecti ſunt Patres, annuente quoque ſedis Apoſtolicæ Papa ſanctiſſimo Cæleſtino, ſacrilegum damnavere Neſtorium, pœnam in eos qui tentaverint fidem aliam ſtatuere præfigentes: quem Neſtorium nos quoque ſimul cum Eutychete contraria his quæ ſuperius dicta ſunt ſentientes anathematis ultione damnamus, ſuſcipientes duodecim illa capitula, quæ venerandæ memoriæ Cyrillus Alexandrinæ Eccleſiæ quondam Archiepiſcopus ſcripſit. Confitemur autem unigenitum Dei Filium, & Deum, qui ſecundum veritatem factus eſt homo, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum conſubſtantialem Patri ſecundum divinitatem, & conſubſtantialem nobis eumdem ipſum ſecundum humanitatem: qui deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine Theotoco, hoc eſt, Dei genitrice, unum Filium non duos exiſtere. Unius namque dicimus unigeniti Filii Dei ſive miracula, ſive etiam paſſiones, quas ſponte pro nobis carne ſuſtinuit. Eos autem qui dividunt, vel confundunt, aut phantaſiam aliquam introducunt, nequaquam omnino recipimus: quia incarnatio illa, quam Dei genitrix ſecundum veritatem ex ſe edidit, augmentum filii non effecit: Manſit enim Trinitas, etiam incarnato, quod unum ex Trinitate eſt, Verbo Dei. Hæc itaque ſcripſimus, non fidem novantes, ſed vobis cauſa concordiæ ſatisfacere cupientes. Omnem autem qui aliter ſentit, ſenſeritve, ſeu nunc, ſeu aliquando in quocumque loco, vel in quolibet Concilio, anathematis pœna percellimus, præcipue vero Neſtorium, & Eutychetem, univerſoſque qui illis aſſentiunt.

Veſtra igitur reverentia ſuſcipiens fidem noſtram, hanc ſe Præſuli Romanæ Eccleſiæ Anaſtaſio aſſeruit relaturum; quem & paratum exiſtere memorabat ſatisfacturum illis, qui fuiſſent a nobis hac cauſa tranſmiſſi. Illud etiam aſſerebat, hanc fidem Dioſcorum, Timotheum, Petrumque ſenſiſſe noſtræ quidem civitatis Archiepiſcopos, nec deberi in Diptychis eorum nomina recenſeri. Nos contra popoſcimus, aut perduci adverſus eos qui aſtruant taleſque demonſtrent; aut ſi non reperientur qui eos convincere potuiſſent, nobis pro eorum perſona ſatisfacientibus acquieſcant; demonſtrantibus & approbantibus quod hanc fidem tenuerint, docuerint, cunctiſque quos informaverunt, tradiderint præfati parentes noſtri, & Archiepiſcopi Timotheus, Dioſcorus, & Petrus. Veſtra autem ſanctitas renuit, dicens, non ſibi fuiſſe præceptum, ab Apoſtolicæ ſedis Antiſtite de his facere quæſtionem. XX. De his quæ geſta eſſent inter ipſos Legatos.

Hujus rei gratia obteſtamur vos coram magno Deo, & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, qui de ſancta, & Dei genitrice Maria Virgine incarnatus, & natus eſt, XXI.

Hæretici cum ſint quærunt ſubripere Apoſtolicam communionem.

eſt, quique concordem glorificationem ſervitutemque Fidelium probat libenter, & ſuſcipit, & ſanctis Angelis ejus, per hanc eamdem immaculatam quæ de illa eſt fidem; ut ad urbem Romam, favente Domino, venientes, hanc chartulam offeratis Apoſtolicæ ſedis Antiſtiti Anaſtaſio, quæ ex perſona ſanctæ Eccleſiæ Alexandrinæ vobis oblata eſt: ut ejus ſanctitas relegens, quæ ſibi fuerint placita, ſeu litteris ad ſanctiſſimum noſtrum Archiepiſcopum datis, ſeu per aliquem internuncium manifeſtare dignetur. Nam cum a ſanctitate ejus fidei rectæ fuerit ſervata confeſſio, quæ eſt a beatis Patribus conſtituta, nos paratos exiſtere profitemur ad urbem Romam legatos, qui pro unitate ſanctarum Dei Eccleſiarum agere debeant, deſtinare.

XXII. *Confidimus autem in Domino noſtro Jeſu Chriſto, quod huic fidei ejus beatitudo conſentiens, juxta illa quæ in reſponſione ſunt poſita, velut proprios etiam noſtros populos arbitretur, & pro eorum regimine ſolicitudinem gerat, cupiens ſecundum Deum omnibus utilis approbari. Exemplum autem hujus chartulæ apud nos detinuimus, neceſſe habentes, ſi qua mora provenerit quo minus ſanctarum Eccleſiarum unitas fiat, in illo glorioſo de Cœlis adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti, cum venerit judicare vivos & mortuos, ante tribunal ejus, ubi nulla eſt acceptio perſonarum cum hoc aſſiſtere ad refellendum eos qui ſanctarum Eccleſiarum neglexerunt unitatem.* Hactenus hæretici Eccleſiæ Alexandrinæ, bis impii, dum ſicut in ſua fidei profeſſione verbum nullum poſuerunt de Synodo Chalcedonenſi, ita nefandiſſimos hæreticos, & ſacrilegos Dioſcorum, Timotheum, & Petrum volunt, ſalvos, atque eorum nomina inter Diptycha recitari; ac proinde haud dubium digni qui repellerentur ab Apoſtolica ſede. Videre plane fuit reſtaurata antiqua, ſed diverſo modo, figmenta diaboli: dum ſicuti olim ad decipiendos Gentiles Ægyptios, intra parietes ornatiſſime ſtructos crocodilum, vel ſimiam, vel apin, aliud, vel monſtrum exhibere conſueverat adorandum, ita modo ad ſeducendum populum Chriſtianum Ægypti ſub ſpecie quadam foris oſtenſa Catholicæ pietatis, inducit miſeros ad hæreſum monſtra colenda, & ipſos nefandos hæreticos venerandos.

XXIII. Res geſtæ per Feſtum Patricium legatum. Sed quid interea laudabiliter egerit Feſtus Roma miſſus legatus ad Anaſtaſium Imperatorem, audi: ſcribit enim de eo Theodorus Lector his verbis (a): *Feſtus quidam Senator Romanus cum ad Imp. Anaſtaſium propter quaſdam civiles neceſſitates miſſus, ad Imperatorem veniſſet, adhortatus eſt, ut memoria coryphæorum Apoſtolorum Petri & Pauli multa cum reverentia, & veneratione celebraretur. Quamvis itaque, & antea celebrata eſſet, tamen ex petitione Feſti multa ampliat, & ſplendidius panegyris illa celebrari cœpit.* Simulac enim adverſari cœpere Conſtantinopolitani Antiſtites Apoſtolicæ ſedi, ipſi Eccleſiæ Petri, & Petri ſucceſſoribus Romanis Pontificibus, pariter & ipſius Apoſtoli Petri cultus Conſtantinopoli neglectus eſt, quem Feſtus Senator reſtituendum curavit. Mos iſte hæreticorum, ut prœlia primo adverſus homines ineuntes, in cœlites demum illa convertant: quo in genere cognoſcas Novatores audaciores progredi pugnatores, dum in Romanæ Eccleſiæ odium, non ſolum Petri Apoſtoli cultum penitus omiſerunt, ſed execrabilibus eumdem Neronem truculentiores confodere blaſphemiis numquam ceſſant.

(a) Theod. Lect. Collectan. l. 2.

XXIV. Sed pergit Theodorus: *Per hunc Feſtum Macedonius Epiſcopus Conſtantinopolitanus Anaſtaſio Romano Epiſcopo rationem reddere voluit: verum ne hoc faceret, ab Imperatore eſt prohibitus. Feſtus vero (ſicuti fertur) Imperatori clanculo pollicitus eſt, perſuaſurum, ſe Romano Epiſcopo, ut Concordiæ Zenonis ſubſcriberet. Cum autem Romam veniſſet, Anaſtaſium Epiſcopum mortuum reperit.* Hæc Theodorus, eademque Nicephorus. (b) Ex quibus ſatis apparet Anaſtaſium papam integrum ſincerumque in Catholica fide permanſiſſe: deceſſiſſe autem, antequam a Feſto ejuſmodi perfidiæ tentaretur. Redditum autem legatorum in ſequentem annum fuiſſe productum, cum jam Anaſtaſius Papa deceſſiſſet, ex modo dictis apparet.

(b) Niceph. l. 16. c. 35.

XXV. Anaſtaſius Papa Catholicus perſeveravit. Porro quantum attinet ad integritatem Anaſtaſii Papæ: haud invidiam pati debet, quod in illud inclinaſſe monſtrant litteræ Juſtini Imperatoris, ut acquieſceret tolli tantum nomen Acacii, exterorum autem qui cum eo communicaſſent Conſtantinopoli, non ſimiliter. Id enim Juſtinus Imperator ad Hormiſdam Papam ſcribens teſtatur his verbis (c): *Anaſtaſius religioſiſſimæ memoriæ veſtræ culmen Eccleſiæ palam aperteque conſtituit, cum hoc idem ſcriberet negotium deceſſori noſtro, ſatis eſſe pacem affectantibus, ſi nomen tantum reticeatur Acacii. Ergo priora veſtræ ſedis conſtituta ſequitur, qui non omnes memorias mortuorum judicat contemnendas, &c.* Hæc Juſtinus Imperator. Cæterum ſi attendas epiſtolam Anaſtaſii Papæ ad Anaſtaſium Imperatorem: etſi in ea de Acacii tantum nomine habita videatur mentio; nihilominus de cæteris cum Acacii nomine communicantibus nequicqaam viſus eſt decreviſſe; ſed tantum ſuggeſſiſſe, ſe recepturum quos baptizavit, vel ordinavit Aca-

(c) Tom. 2. Concil.

Probata Anaſtaſii Papæ in fide Orthodoxa perſeverantia.

Acacius: quod Apoſtolica diſpenſando auctoritate fieri poſſe cognovit, cum ſciret Gelaſium Papam ſe idem præſtiturum pollicitum eſſe.

XXVI. At vero nullam concordiam iniiſſe Anaſtaſium Papam cum Anaſtaſio Imperatore, ſed magis illum execratum eſſe, ſatis declarant litteræ apologeticæ ipſius ſucceſſoris Symmachi Papæ ad eumdem Anaſtaſium Imperatorem datæ, in quibus hæc leguntur (a): *Dicis, quod mecum Senatu conſpirante, excommunicaverim te. Iſta quidem ego: ſed rationabiliter factum a deceſſoribus meis ſine dubio ſubſequor.* Hæc Symmachus Anaſtaſii ſucceſſor ad Anaſtaſium Imperatorem: quæ profecto tam libere de prædeceſſoribus affirmare auſus non fuiſſet, niſi Anaſtaſii Papæ fides ſincera, atque in ea tuenda probata in omnibus fuiſſet ſacerdotalis conſtantia.

(a) *Habentur tom. 1. Bibl. ſanct.*

XXVII. Confutatur objectio in Anaſtaſium. Ex his porro habes, unde corrigas, vel quomodo ſane intelligas quod in libro de Romanis Pontificibus habetur his verbis: *Eodem tempore* Anaſtaſii Papæ ſcilicet, *multi clerici & presbyteri ſe a communione ipſius retraxerant*, * *eo quod communicaſſet ſine conſilio Epiſcoporum, vel presbyterorum, vel cleri cunctæ Eccleſiæ Catholicæ, diacono Theſſalonicenſi nomine Photio* *, *qui communionis erat Acacii; & quia occulte voluit revocare Acacium, & non potuit: qui nutu divino percuſſus eſt.* Hæc ibi, quæ ſcias contra Anaſtaſium ſparſa eſſe a ſchiſmaticis Laurentianis, de quibus ſuo loco dicetur. Etenim illum Photii cum Anaſtaſio conſuetudinis uſum in reſtituenda (ut vidimus ex libello Alexandrinorum legatorum) corrupta ab interprete Leonis Papæ epiſtola, in deteriorem adverſarii acceperunt partem: cum tamen requiſitum hujuſmodi Papæ officium nec hæreticis denegari poterat, dum non aliud peteret, quam ut depravata S. Leonis epiſtola vitioſa tranſlatione, ex prototypo ab archivio Eccleſiæ Romanæ petendo, in priſtinam germanitatem, integritatemque veterem redderetur.

* erexerunt.

* Photino.

Ann. Eccl. Tom. VIII.

XXVIII. Cuſtodita a Deo Romanæ Eccleſiæ integritas. Cæterum ſi contentioſe nimis quis aſſerere velit, Anaſtaſium propenſiorem fuiſſe in reſtituendo ſublato e Diptychis Acacii nomine, ſed morte præventum id præſtare minime valuiſſe: in hoc eſt quidem, quo magis magiſque admireris Dei providentiam erga Romanam Eccleſiam, cum titubantem Apoſtolicæ ſedis præſidentem Pontificem ex humanis ante ſubduxerit, quam quod meditaretur impleret; & antea morte præreptum, quam vel tentari poſſet a Feſto legato de ſubſcribendo Zenonis Enotico. Ita namque ſæpe divino conſilio, quo potiſſimum Catholicæ fidei ſemper ſervare conſuevit integritatem, factum ſcimus, ut quam citiſſime morte mulctatus ſit, qui in aliquod diſcrimen adducturus eſſet Catholicam Romanæ Eccleſiæ puritatem. Sunt de his plura exempla ſuis locis reddita, vel reddenda: quibus plane ſecundum illud Davidicum (b): *Ecce non dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſrael*: Noſcas Deo Romanam Eccleſiam curæ eſſe.

(b) *Pſal. 120.*

XXIX. Joannes Mela Alexandrinus Epiſcopus. Eodem anno Athanaſius hæreticus Epiſcopus Alexandrinus, cum ſediſſet annos ſeptem, defunctus eſt: inque locum ejus illi non impar eſt ſuffectus Joannes, plane diverſus ab illo Joanne Orthodoxo, de quo ſupra. De hoc autem habet hæc Liberatus diaconus: *Sic enim Athanaſio hæretico tempus ſui Epiſcopatus complente, poſt eum ordinatur Epiſcopus Joannes cognomento Mela, qui & ipſe ſecutus eſt Athanaſium prædeceſſorem, qui in edicto Unitivo communicavit aliis ſedibus, id eſt, Conſtantinopolitanæ, & Antiochenæ, & Hieroſolymitanæ: in cujus Præſulatu dum Alexandrina Eccleſia diviſionem habuiſſet Dioſcoritarum propter Petrum Mogum, quaſi communicaſſet Synodo, etiam ipſe defunctus eſt tempore Macedonii Conſtantinopolitani Epiſcopi.* Hæc Liberatus. Verum calumnioſe quidem de trium ſedium Epiſcopis, nempe de Macedonio Conſtantinopolitano, Flaviano Antiocheno, & Elia Hieroſolymitano refert, recepiſſe Unitivum Zenonis; cum aperte ſit demonſtratum hos eſſe profeſſos Chalce-

Hhhh do-

PAGIUS II. *Moritur Athanaſius Epiſc. Alexandrin.* Ad num. XXIX. In Hiſtoria Coptitarum legitur, *Athanaſium* Epiſcopum Alexandrinum (qui hæreticus erat) ſediſſe cum Petro Mongo, obiiſſeque *vigeſima menſis Thot, die Martis*, poſtquam eam Eccleſiam adminiſtraſſet *annos VI. & dies CCXXIII.* Dies XX. menſis Ægyptiaci Thot concurrit cum die XVII. Septembris noſtri, in quem anno ſuperiori feria tertia incidebat. Quare mors Athanaſii in eum retrahenda; quod Joannis *Mela* ſeu Joannis *Hemula*, ut a Theophane appellatur, Athanaſii ſucceſſoris mors magis confirmabit. Hinc liquet, *Athanaſium* anno CDXC. die nona Februarii Alexandriæ ſedere cœpiſſe, & *Petrum Mongum*, cujus Vicarius fuiſſe dicitur, eodem anno interiiſſe. Liquet ſecundo, Theophanem Athanaſii mortem recte copulaſſe cum anno Incarnat. ſecundum Alex. CCCCLXXXIX. qui *Kal. Sept.* præcedentis Chriſti anni inchoatur, recteque Nicephorum in Chronico annos VII. ei tribuiſſe.

III. *Cum aliis Patriarchis communicavit.* Liberatus cap. 51. de Joanne Mela ſcribit: *Qui & ipſe ſecutus eſt Athanaſium prædeceſſorem qui in Edicto unitivo communicavit aliis ſedibus id eſt, Conſtantinopolita, Antiochena, & Hieroſolymitana.* Baronius ſcribit, calumnioſe id dici de trium Sedium Epiſcopis, nempe de Macedonio, Flaviano, & Ælia; cum profeſſi fuerint Chalcedonenſem Synodum. At licet verum ſit, eos admiſiſſe Concilium Chalcedonenſe hoc tamen non obſtat, quia Henotico Zenonis ſubſcripſerint œconomiæ cauſa, ut jam oſtendimus de Macedonio, idque indicat de *Flaviano* Epiſco-

donenſe Concilium. De ipſo autem Joanne liquet fuiſſe hæreticum, adverſatumque ſacroſancto Chalcedonenſi Concillo: nam de eo ejuſque ſucceſſoribus hæreticis Epiſcopis hæc Leontius habet: *Poſt Athanaſium Joannes fit Epiſcopus, rurſumque Joannes alter, inde Dioſcorus, & tandem Timotheus, qui omnes Unionis ſcriptum recipiebant, & Synodum anathematizabant.* Hæc Leontius: at de his ſatis.

Qui

PAGIUS

ſcopo Antiocheno Evagrius lib. 3. cap. 23. *Mortuo poſt hæc Palladio, Antiochenſis Eccleſiæ Antiſtite, Flavianus cum in ejus locum ſucceſſiſſet, Salomonem Antiochenum Presbyterum miſit Alexandriam, qui Synodicas ipſius perferret, & ſuæ communionis viciſſim literas flagitaret.* Idem Evagrius cap. 30. teſtatur, poſtea Anaſtaſium Antiochia Flavianum expuliſſe, quod Concilium Chalcedonenſe prædicaret.

IV. *Floret S. Eleutherius Epiſc. Tornacenſis.* Florebat hoc tempore in Galliis Sanctus *Eleutherius* Tornacenſis Epiſcopus, de quo in auctiore ejus Vita apud Bollandum, ad diem XX. Februarii hæc leguntur: *Decimo ordinationis anno, præſidente Papa Anaſtaſio, Tornacenſes omnibus Chriſtianis rebelles ad finem reduxit, & in eadem hebdomada pluſquam undecim millia baptizavit.* Hic autem eſt decimus Eleutherii ordinationis annus, ut in ejus morte videbimus. Ita paulatim poſt *Chlodovei* baptiſmum Gallia fiebat Chriſtiana.

V. *Moritur Aurelius Ambroſius Britan. Rex.* Ambroſius Aurelius Britannorum Rex hoc anno moritur proditione Paſcentii Vortigerni Regis filii, qui a morte patris in Germaniam fugerat, ut ſcribit Florilegus. Venit in Britanniam Paſcentius cum manu valida, cumque in fugam fuiſſet conjectus, & *Ambroſium* ægrotare accepiſſet, conduxit Saxonem, qui Britannum ſe, Medicumque ſimulavit, & venenum propinavit Ambroſio, cui *Utherus* ejus frater ſucceſſit, poſtquam Paſcentio occiſo, Ducibuſque aliis, qui cum eo venerant, inſigni victoria potitus fuit.

I. QUi ſequitur annus Domini quadringenteſimus nonageſimusoctavus Paulino & Joanne Scytha Conſulibus Faſtis adiicitur, idemque Eccleſiæ Romanæ funeſtus, ſciſſa eadem diro ſchiſmate ob Anaſtaſii Papæ ſucceſſoris creationem oborto. Hoc enim anno idem Romanus Pontifex, cum ſediſſet annos duos minus diebus ſeptem, moritur XVI. Kal. Decembris. Rediens enim Feſtus legatus Conſtantinopoli poſt obitum Anaſtaſii Papæ, ut præſtaret quod pollicitus fuerat Imperatori, ſuadere Romano Pontifici ſubſcribere Zenonis Enotico; cum jam de id agendo cum Anaſtaſio ſpes omnis evanuiſſet; operam dedit, ut ſucceſſor crearetur, qui ad id præſtandum ſuaderi facile poſſet. Sic igitur ſtudiis ejuſdem Feſti negotium agentis Anaſtaſii Imperat. cum conaretur aliquem ſubrogari Pontificem qui ejus votis annueret, reſiſtente vero majori ſaniorique parte Romani Cleri atque Senatus, ejus rei cauſa Eccleſiaſticum bellum conflatur: de quo antequam agere aggrediamur, quæ ſunt reliqua Actorum Anaſtaſii Papæ dicamus: in dicto enim libello Romanorum Pontificum hæc habentur.

Anaſtaſius Papa moritur.

II. *Hic fecit Confeſſionem B. Laurentii martyris ex argento, penſantem libras centum* *. Et inferius: *Hic fecit ordinationem unam in urbe Roma per menſem Decembrem, creavi presbyteros duodecim, Epiſcopos per diverſa loca numero ſexdecim: qui ſepultus eſt in baſilica S. Petri Apoſtoli XIII. Kalendas Decembris, & ceſſavit Epiſcopatus ejus dies quatuor.* Hæc ibi. Fertur decretum nomine Anaſtaſii Papæ, cujus eſt exordium (*a*): *Sane Theſſalonicenſes Epiſcopi &c.* Sed quoniam in eo mentio habetur Timothei Epiſcopi Conſtantinopolitani, necnon Dioſcori Junioris Epiſcopi Alexandrini, ad Hormiſdæ Papæ tempora, & actiones referendum eſſe putamus: quod quidem miramur eruditos viros emendatores libri Decretorum Romanorum Pontificum prætermiſiſſe: agemus de eo nos ſuo loco.

* octoginta.

(*a*) 26. q. 7. & t. 2. *Concil.*

III. Quarto autem die ab obitu Anaſtaſii, nempe decimo Kalendas Decembris, Romæ in baſilica Conſtantiniana creatur Romanus Pontifex Symmachus natione Sardus,

Symmachus Papa creatur.

Ann. Eccl. Tom. VIII.

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5991.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſpan. DXXXVI. A. C. 498.

☉ 5. D. ☽ 5. P. 29. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 498.

SYMMACHI PAPÆ 1.

ANASTASII IMP. 8.

THEODORICI REG. 6. & 10.

I. *Conſules.* [1] COSS. *Joannes Scytha & Paulinus Decius*: prior Orientalis qui ſub Zenone Imp. adverſus *Illum* miſſus tam hunc, quam *Leontium* in Papurio Caſtello ſtricta obſidione preſſit, ut teſtatur Theophanes pag. 112. qui pag. 120. ſcribit, Joannem Scytham anno quinto Anaſtaſii *Longinum* Magiſtrum, cæteroſque tyrannos per longam obſidionem cepiſſe, & gladio feriiſſe; Anaſtaſium Imp. *tam Joannem Scytham, quam alterum Joannem Cyrtum Conſulatus dignitate & aliis honoribus* auxiſſe. Joannes *Cyrtus*, ſeu melius *Gibbus* anno CCCCXCIX. Conſulatum geſſit, ut infra videbimus. *Paulinus* Conſul Occidentalis fuit, de cujus cauſæ defenſione ſuſcepta a Boetio contra Theodorici Italiæ Regis Aulicos, legendus Boetius lib. 1. de Conſolat. proſa 4. Paulinum vero a familia Deciana fuiſſe, ideoque & Conſulem Occidentalem, liquet ex Caſſiodoro lib. IX. Epiſt. XXII. Paulino anno DXXXIV. ab Athalarico Rege data. Cum enim *Paulinus* ille e familia Deciana ibi dicatur, & in Faſtis *Junior* appelletur, evidens eſt *Paulinum* hoc anno Conſulem, cujus reſpectu ille *Junior* dicitur, ex eadem ortum. *Paulinus* quidem hoc anno Conſul *Junior* etiam vocatur in Epiſtola Symmachi Papæ ad Eonium Epiſc. Arelatenſem, a Baronio anno CDXCIX. num. XXXVI. recitata, in ea enim legitur: *Data III. Kalend. Octob. iterum poſt Conſulatum Paulini Junioris V. C.* anno nempe Chriſti quingenteſimo. At vox *Junior* in eam ſubſcriptionem ab aliquo ſciolo, qui hunc Paulinum cum altero confudit, infarta. Quomodo enim *Paulinus* hoc anno Conſul dici poteſt *Junior*, cum nullus ejuſdem nominis eum in Conſulatu præceſſerit? Sic nonniſi alicujus ſcioli temerario auſu in Epiſtola Anaſtaſii Aug. anno DXVII. Hormiſdæ Papæ ſcripta, & a Baronio eo anno num. XLVIII. & ſeq. relata habetur: *Data Conſtantinop. V. Idus Julii, Anaſtaſio Aug. IV. & Agapito Coſſ.* Anaſtaſius enim, qui eo Chriſti anno Conſulatum geſſit, non Auguſtus, ſed vir privatus fuit, ut ſuo loco monſtrabimus. Utraque emendatio certa, & ad præcavendos errores neceſſaria.

II. *Moritur Anaſtaſius PP.* A num. I. ad IX. Anaſtaſius Bibliothecarius ſcribit, Anaſtaſium Papam *XIII. Kalend. Decembris* ſepultum eſſe, ſeu die XIX. menſis Novembris, & ſediſſe *annum unum, menſes undecim, dies quatuor & viginti*, quod etiam omnes fere Ca-

NOTÆ [1] COſſ. *Joannes Scytha & Paulinus Decius.* Nomen *Decii* omittit Relandus. Victor: *Johanne Scytha & Paulo Coſ.* Marcellinus . . . . . . *& Paulino.* Epitome temporum & Indiculus Paſchæ: *Paulino*; omiſſo Orientali Conſule. GEORGIUS

due, patre Fortunato: quo item die in baſilica ſanctæ Mariæ Laurentius in ſchiſmate creatur Papa, id agente Feſto Patricio in gratiam Anaſtaſii Imperatoris, quod ſciret ab eo fore ſubſcribendum Zenonis Enoticum. Res inſignis turpitudinis, univerſæ Eccleſiæ palam facta, ita deſcribitur a Teodoro Lectore Græco auctore (*a*): *Feſtus vero (ſicuti fertur) clanculum Imperatori pollicitus, perſuaſurum ſe Romano Epiſcopo, ut Concordiæ Zenonis ſubſcriberet: cum Romam veniſſet, Anaſtaſium Epiſcopum mortuum reperit. Qua propter ſtudium impendit, ut (quod quærebatur) quibuſdam prætextibus ſubſcriberetur. Multis enim pecunia corruptis, id perfecit, ut præter conſuetudinem Epiſcopus quidam eligeretur, Romanus natione, nomine Laurentius. Ordinantur itaque duo: a pluribus quidem ex diacono ordinatur Symmachus, ab aliis vero Laurentius. Quorum gratia Romæ cædes, rapinæ, & alia innumera mala perpetrantur.* Hæc Theodorus de ſchiſmate, maliſque inde ſecutis, & ad triennium propagatis, ut ipſe teſtatur. Quæ autem poſtea contigerint, idem recenſet, ſed a nobis ſuo loco narranda: eadem quoque Nicephorus (*b*) habet.

(a) Theod. l.2. Collect.

(b) Niceph. l.16. c.36.

IV. At non Clerus tantum, ſed & Senatus Romanus ea de cauſa mutuis inter ſe diſcordiis rixiſque certavit; partis alterius, nempe Laurentii, patrocinium ſuſcipientibus Feſto atque Probino potentiſſimis Senatoribus; alteri vero parti, Symmachi videlicet, Fauſto Exconſule & aliis Senatoribus faventibus, quorum inter ſe conflictus ab Anaſtaſio deſcribitur: nos vero pro temporis ratione ſuis quæque reddemus locis. Haud enim anni unius, ſed plurium fuit ejuſmodi in Eccleſia Romana certamen; quod ſæpe conſopitum, vehementiori eruptione recruduit. Parti quidem Laurentii additæ vires vehementer ex eo fuerunt, quod idem habuit promotorem Paſchaſium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconum, virum, qui tum ex doctrina tum etiam ex vitæ ſanctitate ſummam ſibi gloriam compararat; quo populus perfacile commoveri poſſet.

V. De rebus autem hoc anno geſtis Anaſtaſius Bibliothecarius iſta habet: *Facta contentione, hoc conſtruxerunt partes, ut ambo Ravennam pergerent ad judicium Regis Theodorici. Qui dum ambo introiſſent Ravennam, hoc judicium æquitatis invenerunt: Ut qui primo ordinatus fuiſſet, vel ubi pars maxima cognoſceretur, ipſe ſederet in ſede Apoſtolica: quod tandem æquitas in Symmacho invenit, & cognitio veritatis & factus eſt Præſul Symmachus.* Hæc ipſe. Vides, lector, quo neceſſitas impulit altercantes ut ad ſedandum repentinum ingruens malum, quo univerſa Urbs ſanguine fœdabatur, ſubire judicium Regis Ariani ſponte delegerint: haud enim inſtans urgenſque civile bellum patiebatur, ut congregandi, more majorum, Concilii tempus expectaretur. Id quidem (ut dictum eſt) ſuaſit, impulitque importuna & maleſuada neceſſitas legum neſcia: cum tamen ea via repenſino compreſſo tumultu, datus eſt tandem locus cogendæ Synodi, de qua idem auctor iſta mox ſubdit: *Eo tempore Papa Symmachus congregavit Synodum, & conſtituit Laurentium in Nucerina civitate Epiſcopum intuitu miſericordiæ.* In ea quidem Synodo ab omnibus qui interfuerunt Epiſcopis cognitus & approbatus eſt Symmachus Romanus Pontifex. Sed de Synodo dicendum anno ſequenti quo celebrata eſſe cognoſcitur.

Theodoricus Rex dirimit ſchiſma.

Neceſſitas compulit ſubire judicium Regis Ariani.

VI. Turbulentiſſimus quidem hoc anno fuit ſtatus Romanæ Eccleſiæ cum & clerici inter ſe mutuo ſciſſi certarent, & Senatores ampliſſimi ordinis magno periculo totius perdendæ Urbis inter ſe invicem obſtinatis animis conflictarent: illud autem nutriebat incendium, quod res nequaquam eo ſtatu repoſita eſſet, ut palam omnino de alterius legitima electione conſtaret, quo de alterius intruſione certum quid patenſque affirmari valuerit: adeo ut cujus eſſent potiora jura, videri potuiſſet aliquandiu excuſabilis ignorantia; atque venialis fuerit culpa, magis Laurentio ſtudere, quam Symmacho, uſque ad Synodi decretum, quo cauſa Symmacho adjudicata fuit. Quis enim in re tanta ac quieſcere judicio ſæcularis Principis ejuſdemque Ariani cogi poſſe, ſibi videri poterat? Poſtea autem Epiſcoporum Synodali ſententiæ non acquieviſſe, gravi culpa non caruit. At quid ſanctus Gregorius Papa in ſuis Dialogis de Paſchaſio diacono eximiæ probitatis viro inhærente Laurentio, atque ſub ejuſmodi ſchiſmate tempore Symmachi Papæ defuncto narrat, audiamus, ubi ait (*c*): *Cum*

Schiſma ambiguitate perplexum.

(c) Greg. Dialog. l.4. c.40.

PAGIUS Catalogi, Regino Ordericus lib. 2. & Hermannus Contractus habent. Quare cum anno CDXCVI. die viceſima quarta Novembris Pontificatum inierit, die XVII. menſis Novembris præſentis anni vitam cum morte commutavit & die XIX. menſis Novembris, ſeu XIII. Kal. Decemb. ſepulturæ mandatus eſt. Ex diebus illis XXIV. dies emortualis excluditur; neque enim Anaſtaſius annum unum, menſes XI. dies XXIV. ſediſſet, ſi mors ejus die XIX. Novemb. contigiſſet. Tam Anaſtaſius, quam varii Catalogi noſtri ac Ordericus teſtantur, vacaſſe Sedem *dies quatuor*: ideoque *Symmachus* natione Sardus ordinatus eſt Pontifex Romanus die viceſima ſecunda menſis Novembris, in quam Dominica cadebat. *Symmachi* ordinationis diem accurate notavit Anaſtaſius qui ait, eum fuiſſe *a die X. Kal. Decembriarum* uſque in diem XIV. Kalend. Auguſtarum: Sed ab Interpontificio diem emortualem Anaſtaſii Papæ excluſit

VII. De Paſchaſio Diacono pœnis Purgatorii mancipato. *Cum eſſem adhuc juvenculus atque in laico habitu conſtitutus, narrari a majoribus atque ſcientibus audivi, quod Paſchaſius hujus Apoſtolicæ ſedis diaconus cujus apud nos rectiſſimi & luculenti de ſancto Spiritu libri extant, miræ ſanctitatis vir fuerit, eleemoſinarum maxime operibus vacans, cultor pauperum, & contemptor ſui. Sed hic in ea contentione, quæ inardeſcente zelo Fidelium inter Symmachum atque Laurentium facta eſt, ad Pontificatus ordinem Laurentium elegit, & omnium poſt unanimitate ſuperatus, in ſua tamen ſententia uſque ad diem ſui exitus perſtitit, illum amando atque præferendo, quem Epiſcoporum judicio præeſſe ſibi Eccleſia refutavit.*

VIII. Quomodo Paſchaſius obtinuit veniam. *Hic itaque cum temporibus Symmachi Apoſtolicæ ſedis Præſulis eſſet defunctus, ejus dalmaticam feretro ſuperpoſitam dæmoniacus tetigit, ſtatimque ſanatus eſt. Poſt multum vero temporis Germano Capuano Epiſcopo (cujus ſuperius memoriam feci) medici pro corporis ſalute dictaverant ut in Angulanis thermis lavari debuiſſet. Qui ingreſſus eaſdem thermas, prædictum Paſchaſium diaconum ſtantem & obſequentem in caloribus invenit. Quo viſo vehementer extimuit, & quid illic tantus vir faceret, inquiſivit. Cui ille reſpondit: Pro nulla alia cauſa in hoc pœnali loco deputatus ſum, niſi quia in parte Laurentii contra Symmachum ſenſi. Sed quæſo te, pro me Dominum deprecare: atque in hoc cognoſces quod exauditus ſis, ſi huc rediens me, non inveneris. Qua de re vir Domini Germanus ſe in precibus ſtrinxit & poſt paucos dies rediit, ſed jam dictum Paſchaſium in loco eodem minime invenit. Quia non malitiæ, ſed ignorantiæ errore peccaverat, purgari poſt mortem a peccato potuit. Quod tamen credendum eſt, quia ex illa eleemoſinarum ſuarum largitate hoc obtinuit, ut tunc poſſet promerere veniam, cum jam nihil amplius poſſet operari.* Hæc Gregorius: qui dum ait perſtitiſſe in ſententia Paſchaſium uſque ad diem exitus ſui, excluſive intelligendum eſt: etenim omnium eſt receptum aſſenſu, non poſſe in cœlum admitti, qui in terra ſe ab Eccleſia ſeparavit. Gravis illa quidem Paſchaſii culpa fuit, quod poſt receptum a ſancta Synodo Symmachum in Romanum Pontificem, ei minime communicare voluerit; venia tamen factus dignus, cum in exitu ipſo facti pœnituit.

IX. Longini miſerandus exitus. Quod ad res pertinet Orientales: ſub anni hujus Conſulibus meminit Marcellinus in Chronico de Longino Zenonis Imperatoris germano pœnas tandem Dei nutu exolvente omnium turpitudinum, quibus (ut diximus ex Suida) obrutus, ſacra profanaque ſimul fœdaverat: *Hoc igitur anno* (inquit Marcellinus) *Longinus Iſaurus, cognomento Selinunteus, apud Antiochiæ Iſauriæ civitatem a Priſco Comite captus, Conſtantinopolim miſſus eſt; catenatuſque per Agentem circumductus, Anaſtaſio Principi, ſpectante populo, ingens ſpectaculum fuit, variiſque deinde cruciatibus apud Nicæam Bithyniæ civitatem expenſus eſt. Nummis vero, quos Romani Terentianos, * Græci Folles vocant, Anaſtaſius Princeps ſuo nomine figuratis, placabilem plebi commutationem diſtraxit.* Hæc Marcellinus. At de Follibus & Terentianis, ſeu potius Tertianis nummis nos ſuperius pluribus egimus. * Tertianos.

X. Hoc eodem anno ſexta indictione currente, innoteſcit in Palæſtina magnus ille Joannes anachoreta cognomento Silen-

PAGIUS ſit Anaſtaſius Bibliothecarius. De Schiſmate, quod in electione Symmachi fuit, legendus Baronius, & quæ de eo ſequentibus annis dicemus. Ex his corruunt quæ habet Papebrocius in Conat. Chron. Anaſtaſium ſc. obiiſſe die VIII. Septembris & ſupra annum ac menſes ſediſſe dies XXV.

III. *Interitus tyrannorum.* Ad num. IX. Interitus *Longini Iſauri*, quem Baronius hoc anno perperam fratrem Zenonis Imp. arbitratur, pertinet ad annum quadringenteſimum nonageſimum ſextum, quo & bellum Iſauricum profligatum eſt, & triumphus de tyrannis actus. Et quia hoc bellum in Annalibus non ſatis explicatur, & ex tribus Longinis multis errandi occaſio ſumpta, juvat hic illos inter ſe diſtinguere. Theophanes itaque anno Incarnat ſecundum Alex. CDLXXXIV. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti CDXCI. auſpicatus, ait: *Hoc anno cum Anaſtaſius Dirrhachienſis Dicorus imperaret, Longini Zenonis fratris ſeditionem & inſidias perpeſſus eſt, eumque mox in poteſtatem accipiens, Alexandriam Ægypti mittit exulem & Presbyterum jubet ordinari. Ille ſeptennio Alexandriæ ſuperſtes mortem obiit. Imperator vero Longinum Magiſtrum & adversus Iſauros habens ſuſpectos, Magiſterium Longino abrogavit*; ubi vides Longinum Zenonis fratrem alium eſſe a Longino Magiſterio militum privato, illumque poſthac tumultus excitare non potuiſſe; cum Presbyter ordinatus fuerit. Evagrius tamen lib. 3. cap. 29. utrumque confundit, ait que Anaſtaſium, ubi ad Imperium pervenit, *Longinum Zenonis fratrem, qui Magiſtri*, inquit, *dignitatem gerebat* in patriam amandaſſe. Verum multipliciter peccat; neque enim Longinus Zenonis frater Magiſter militum erat, neque etiam in patriam amandatus fuit; neque demum idem erat cum Longino alio Magiſtro militum, quod recte animadvertit Zonaras, qui ait: *Anno ſecundo ſui Imperii, Patriarcham Euphemium ejecit*, &c. *Longinum item Zenonis fratrem afflictato Regno Anaſtaſius ſuperatum Alexandriam relegat, ubi Presbyter electus obiit. Iſauros etiam multos in Regia Urbe verſantes expulit, quibus Longinus Magiſter, non Zenonis frater, ſed alius, aſſumptis, mota ſeditione, Orientales Provincias populatur.*

IV. *Tres Longini diſtinguendi.* Marcellinus ad Conſulatum primum Anaſtaſii Aug. anno CDXCII. geſtum, de bello Iſaurico ſermonem inſtituit, cujus verba eo Chriſti anno retulimus. Theophanes pariter anno ſecundo Anaſtaſii Imp. refert, *Longinum* Exmagiſtrum rebellionem Iſaurorum executum eſſe, cunctiſque tyrannis Imperatorem oppoſuiſſe Joannem Scy-

Joannes Silentiarius innotuit.

lentiarius, de quo ſuperius dictus ſub S. Saba incognitum vitam exercuiſſe monaſticam: cum vero invitus cogeretur ejuſdem Sabæ patris juſſu initiari presbyteratu ab Elia Epiſcopo Hieroſolymitano, ne in ſacerdotii iteratione ſacrilegium patraretur, ſe jam Epiſcopum fuiſſe ordinatum coactus eſt eidem propalare: quod cum & S. Saba divinitus cognoviſſet, ipſo rogante, ſeorſum agere, & ſilere permiſit: ex quo factum eſt, ut Silentiarii fuerit cognomentum adeptus. Agebat autem hoc ipſo Domini anno quadringenteſimo nonageſimo octavo ipſe Joannes ſuæ ætatis annum quadrageſimum quartum. Scripſit vero res ab eo præclare

PAGIUS

Scytham & Joannem *Cyrtum*, ſeu melius, *Gibbum*. Denique Evagrius lib. 3. cap. 35. de hoc bello etiam ſcribit: *Longinus Zenonis conſanguineus cum in patriam ſuam, ſicut antea commemoratum eſt, advenisset, palam adverſus Imperatorem bellum ſuſcepit*. Ita Valeſius in ſua Evagrii Verſione, qui tamen vertens laudatum Evagrii locum lib. 3. cap. 29. Longinum cum Evagrio Zenonis fratrem in ſua verſione appellarat: & quidem recte, cum Græcum ibi habeat, λογγῖνος ζήνωνος ἀδελφὸς; neque enim vox hæc, ἀδελφὸς eo in loco aliud quam *fratrem* ſignificare poteſt. Sed quia Evagrius cap. 35. citato ait, λογγῖνος ὁ ζήνωνος ὅμαιμος, & ultima hæc vox, ὅμαιμος, tam fratrem vel ſororem, quam conſanguineum deſignat, quem antea Valeſius *fratrem* poſtea *conſanguineum* vocat; cum utrobique, ut recte in Verſione Chriſtoforſoni Longinus Zenonis frater dici debeat, Evagrio mentem ſuam erroremque manifeſtiſſime prodente. Nicephorus lib. 16. cap. 24. & cap. 26. Evagrium errantem ſecutus eſt & *Longinum* Exmagiſtrum cum Longino Zenonis fratre confudit. In quem etiam errorem delatus eſt Ducangius in Familiis Byzantinis, ubi de Familia Zenonis Auguſti agit.

V. *Bellum Iſauricum anno ſuperiori profligatum.*

Theophanes ad annum Incarnat. ſecundum Alex. CCCCLXXXVIII. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti CDXCV. inchoatur, mortem Longini Iſauri, & aliorum tyrannorum his verbis refert: *Hoc anno Joannes Scytha poſt diuturnam obſidionem tandem Longinum Exmagiſtrum, & Longinum Selinuntium atque Athenodorum, cæteroſque tyrannos cepit, & gladio feriit, eorumque capita Byzantium Anaſtaſio Imp. miſit: qui ludum equeſtrem celebrans, tyrannorum capita, & Iſauros, qui miſſi fuerant, vinctos in triumphi morem circumduxit, ac tandem præfata capita palis affixa publice expoſuit in Sycis* (eſt ſuburbanum Conſtantinopoleos, hodie Galata dictum.) *Iſaurorum autem multitudinem in Thraciam migrare adegit*, ubi hæc verba: καὶ τοὺς πεμφθέντας δεσμίους τῶν ἰσαύρων ἐθριάμβευσε, ſic vertenda, *& Iſauros, qui miſſi fuerant, vinctos in triumphum duxit*. Eamdem rem narrat Evagrius lib. 3. cap. 35. & duorum Longinorum mentionem faciens in errore perſtat priorem Zenonis fratrem appellans, poſteriorem *Longinum cognomento Selinuntium*. Marcellinus ſub Conſulatu II. Anaſtaſii, & ſub Conſulatu Joannis Scythæ & Paulini annis CDXCVII. & ſequenti geſtis, eamdem rem recitat; ſed quia unius Longini Iſauri cognomento Selinuntii mentionem facit, Baronius Marcellini verba referens, tertium *Longinum* non ſolum cum Longino Zenonis fratre confundit; ſed etiam ex tribus unum conflat. Verum tres Longinos diſtinguendos eſſe, nempe *Longinum* Zenonis fratrem natione Iſaurum, *Longinum* Exmagiſtrum, & *Longinum* Selinuntium, etiam natione Iſaurum *præcipuum robur tyrannicæ factionis*, ut ſcribit Evagrius, certum tandem eſſe debet.

VI. *Duratio belli Iſaurici.*

Marcellinus in Chronico, cujus verba anno CDXCII. num. V. retulimus, aſſerit, bellum Iſauricum *per ſex annos* tractum eſſe. Jornandes de Reg. Succeſſ. cap. 107. *pene per ſex continuos annos*, & Theodorus Lector lib. 2. ait, duraſſe *quinque annos*, πέντε ἔτη, non vero, *quinque annos continuos*, ut perperam vertit Valeſius. Verum bellum illud anno CDXCVI. extinctum; cum Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDLXXXVIII. qui Kalend. Septemb. anni Chriſti 495. exorditur & Cedrenus ad annum V. Anaſtaſii Aug. ejus finem referant, & tam Theodorus citatus, quam idem Theophanes recitant depoſitionem Euphemii ab Epiſcopatu Conſtantinopolitano, cui Anaſtaſius inſidias Iſaurorum adſcribebat, poſtquam tyrannorum interitum narrarunt. Quare cum certum ſit, *Macedonii* initium ultra annum CDXCVI. protrahi non poſſe, bellum Iſauricum eo anno profligatum, anno nempe quinto, quo inchoatum fuerat, ut recte Theodorus Lector. Jornandes vero qui *pene per ſex continuos annos* duraſſe tradit, illud ab anno CDXCI. quo *Iſauri* Conſtantinopoli tumultuari cœperunt, ut habet Marcellinus in Chronico, deducit. Porro idem Marcellinus ſatis errorem ſuum prodit, quando ſub hujus anni Conſulatu affirmat, *Anaſtaſium* Romanum Pontificem ordinatum eſſe, & *Longinum* Selinuntium Conſtantinopolim miſſum. Si enim utrumque eodem anno contigit, ut ſcribit Marcellinus, & ex dictis ſequitur, profecto utrumque ad annum CDXCVI. revocandum. Ex uno Marcellini errore in notitiam alterius ducimur. Denique Onuphrius in Commentario de Triumphis non meminit hujus *Triumphi* Anaſtaſii de tyrannis devictis; cum tamen ex Theophane & Evagrio laudatis verus Triumphus fuerit, qui fortuito caſu in Quinquennalia hujus Imperatoris incidit.

VII. *Nihil prætermittit Macedonius Epiſc. Conſtantinop. ut Concilium Chalced. recipiatur.*

Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. CDXCI. qui Kalend. Septemb. hujus Chriſti anni auſpicatur, ſcribit: *Hoc anno Macedonius Imperatoris conſilio Monaſteria Urbis a præcipua Eccleſia communione ob Zenonis Concordia ſanctionem ſe dirimentia, ſtuduit reconciliare. At cum propoſitum non poſſet exequi de convocandis in unum per Urbem peregrinantibus Epiſcopis, deque Scripto firmandis, quæ Chalcedonenſis Synodus recte decreverat, Imperatori auctor fuit: quod per actum ſcriptura conſignatum poſtea factum eſt. Adhortabatur ſubinde ad pacem & concordiam Monaſteria, Dii Maximo, & Baſſiani, & Inſomnium, atque Matronæ, quæ ab iis, qui Unionis ſanctionem admiſerant, Cœtus Eccleſiaſticos ſeparatim agere propoſuerant, aut potius exilia quæque ſponte & alacriter tolerare. Illis igitur in arrepto ſemel conſilio conſtanter perſeverantibus, illas potius ſuæ concedere voluntati decrevit Macedonius, quam duriorem in eos ciere perſecutionem. Porro Matrona ſancta inter vivos adhuc ſuperſtes, nec tamen cæteris feminis parem religioſæ vitæ normam obſervantibus, ob Zenonis ſanctionem communionis impendens conſortium,*

mul-

Digitized by Google

clare geſtas idem qui ſcriptis proſecutus eſt Acta ſancti Euthymii Abbatis Cyrillus, ut ipſe teſtatur, dum tradit ſe conveniſſe ipſum Joannem, & monaſticæ vitæ inſtitutum aggreſſum eſſe anno ætatis Joannis (ut ait) nonageſimo, Chriſti vero quingenteſimo quadrageſimoquarto: idemque (ut dictum eſt ſuperius) vitam ſancti Sabæ, omni fide diligentia, & integritate proſecutus eſt. Has Deus lampades in tanta totius orbis Orientalis caligine voluit effulſiſſe; ut per vaſtum mare omni ea parte procellarum turbinibus agitatum eſſent, quæ portum tutum oſtenderent ſuper pharum elevatæ lucernæ.

Chri-

PAGIUS *multa vel ſupra humanam fidem fortiter aggreſſa eſt, & tulit, dum Chryſaorius Eccleſiæ Diaconus illam vi rogere vellet. Altera pariter nomine Sophia inter Moniales ſilentiarum cultu inſignis multa paſſa, eximiam prorſus conſtantiam exhibuit.* S. Matronæ monaſterium ſeminarum fuit ita appellatum, quod S. Matrona Pergenſis in eo aliquamdiu vixerit obieritque. Legenda Menæa ad diem IX. Novemb. & ad diem X. Octob, & quæ anno CDXCI. de Edicto unionis dixi.

VIII. *Anaſtaſius Imp. Concilii Chalcedonenſis inimicus.* Tunnunenſis ad Conſulatum *Gibbi* ſequenti anno geſtum rem aliter narrat his verbis: *Anaſtaſius Imp. Flaviano Antiocheno, & Philoxeno Hierapolitano Præſulibus Conſtantinopoli Synodum congregat: & contra Diodorum Tarſenſem, Theodorum Mopſueſtenum cum Scriptis, Theodoritum Cyri, Ibam Edeſſenum, Andream, Eutherium, Quirum, & Joannem Epiſcopos, cæteroſque alios, qui vel Chriſto duas prædicabant naturas, duaſque formas, & qui non confitentur unum de Trinitate crucifixum, una cum Leone Epiſcopo Romano, & ejus Tomo, atque Chalcedonenſi Synodo inferre anathema perſuaſit.* Verum ut anno CDXCI. demonſtravi, Scriptores qui de rebus Eccleſiaſticis imperante Anaſtaſio geſtis ſcripſere, inter ſe non conveniunt ob diſſidia, quæ inter ipſoſmet Orthodoxos verſabantur. Quæ in cauſa fuere, cur Hiſtorici falſis relationibus decepti res aliter ſæpe narraverint, quam revera ſeſe ea habuerint. Quare Tunnunenſis narratio ea Theophanis narratione corrigenda. Denique quis credat, Conſtantinopoli Synodum habitam a qua abfuerit *Macedonius* Patriarcha Conſtantinopolitanus, & interfuerit *Flavianus* Patriarcha Antiochenus? Hoc procul dubio abſurdum. Porro *Flavianum* hoc tantum anno Epiſcopum Antiochenum renunciatum eſſe anno CDXCVI. oſtendimus.

JESU CHRISTI ANNUS 499.	SYMMACHI PAP. ANNUS 1.	ANASTASII IMP. 9. THEODOR. REG. 17.

I. Concilium Romanum primum ſub Symmacho. CHriſti annus quadringenteſimus nonageſimusnonus uno Conſule Joanne Gibbo notatus ponitur a Marcellino, & Caſſiodoro: qui autem addit Aſclepium, unde acceperit, non habet quo probet: Antequam autem Conſul Joannes in Oriente creatus innoteſceret Occidentalibus, ſive alia de cauſa id acciderit, poſt Conſulatum Paulini præſens annus reperitur Inſcriptus, ut in Romano Concilio hoc anno prima die Martii a Symmacho Romano Pontifice congregato, non a Theodorico Rege, ut perperam tradidit Theodorus Lector in Collectaneis: ipſa enim Acta Synodi id expreſſe declarant, quæ proxime reddituri ſumus.

II. Qui igitur potior tempore, æque jure potior, anno ſuperiori declaratus eſt legitimus Romanus Epiſcopus Symmachus, mox ad Italiæ Epiſcopos litteras dedit, quibus iidem quamprimum ad Synodum convenire jubebantur. Cujus quidem Synodi convocandæ illud Symmachi conſilium fuit, ut decerneretur legitime creato Pontifici Urbis Epiſcopatus; inſuper, ut ab eadem canones ſancirentur, quibus retunderetur procacitas ambientium: quod declarat ipſa Symmachi Papæ Archidiaconi ad Synodum prælocutio, quæ in ejuſdem Concilii Actis, hoc præmiſſo titulo, legitur:

III. *Poſt Conſulatum Paulini V. C. die Kalend. Martiarum, in baſilica beati Petri Apoſtoli, Synodo præſidente beatiſſimo Papa Symmacho: Beatitudo veſtra, directis ante hac per provincias auctoritatibus frequentem Italiæ ſacerdotum Synodum convocavit, quorum præſentia in veſtris videtur oculis conſtituta. Nunc Beatitudo veſtra, quæ ad Eccleſiaſticas indemnitates, vel ad pacem totius Eccleſiæ pertinent, ſeu concordiam, dignetur tractabiliter ordinare.* Hæc præfato Fulgentio Archidiacono, ſecutæ ſunt Synodi fauſtæ acclamationes Symmacho Papæ: quibus ſæpius repetitis, idem Pontifex hæc ad eos: *Concilium dilectionis veſtræ, neglecta biemis aſperitate, ſolicitudo noſtra pro Eccleſiaſtica indemnitate ſpecialiter congregavit; ut Epiſcopalem ambitum, & confuſionis incertum, vel popularem tumultum, quem per ſubreptionem diaboli uſurpatione aliquorum tempore creationis meæ conſtat exortum, communicato pariter tractatu, in futurum poſſimus robuſte, ac vivaciter * amputare.* (* veraciter.)

IV. *Atque ideo caveamus in poſterum, ne ſubverſio diſciplinæ, aut audacia præſumen-*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5992.

SÆC. V. Anno Eræ Hiſp. DXXXVII. A. C. 499.

☉ 4. C. ☽ 6. P. 11. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 499.

SYMMACHI PAPÆ 2.

ANASTASII IMP. 9.

THEODORICI REG. 7. & 11.

I. Conſules. [1] JOannes Gibbus abſque collega Conſul proceſſit, ut Faſti omnes habent, & quidem in Oriente; hic enim eſt Joannes ille, quem ſupra cum verſionibus vulgaribus *Joannem Cyrtum* appellavimus. Verum Interpretem Theophanis male illum eo nomine appellaſſe ex eo liquet quod Marcellinus & Victor Tununenſis, qui ſequenti ſæculo vixere, eum *Gibbum* nominent argumento manifeſto illum eo nomine vulgo tunc appellatum; quia tamen in Græco dicitur: *Ἰωάννης τὸν ἐπίκλην κυρτός*, cum vertere debuiſſet, Interpres, *Joannes cognomento Gibbus* (κυρτὸς enim *Gibbum*, ſeu *gibboſum* ſignificat) vocem illam Latinam fecit, & hunc *Joannem Cyrtum* vocavit, uti etiam Chriſtophorſonus in ſua verſione, & Raderus in verſione Chronici Alexandrini, a quo errore cavit Valeſius in verſione Evagrii lib. 3. cap. 25. ubi de iſto Joanne ſermo eſt, quem recte *Joannem Gibbum* appellat. Baronius ait *Gibbum* appellari a Caſſiodoro in Chronico, ſed Caſſiodorus eum tantum *Joannem* ſine cognomine nuncupat. Præterea Baronius ſcribit, antequam ejus creatio Occidentalibus innoteſceret adhibitam in Occidente fuiſſe formulam, *poſt Conſulatum Paulini*, anno ſuperiori Conſulis Occidentalis. Sed licet Conſul in Oriente creatus, in Occidente nunciatus fuiſſet, liberum erat, vel ſimilem formulam uſurpare, vel nomen Conſulis Orientalis in Actis publicis memorare, ut alibi demonſtravi. Denique Joannem Gibbum Onuphrius Conſulem Occidentalem perperam exiſtimavit, quia ſc. Theophanem tunc adhuc ineditum non viderat.

II. A num. I. ad XI. Synodi Romanæ ſedente *Symmacho* celebratæ, in Collectionionibus Conciliorum, & in Annalibus Eccleſiaſt. ſuo ordine hac-

---

NOTÆ [1] COſſ. *Joannes Gibbus* ſine collega.
Relandus: *Joannes Gibbus*, & *Aſclepia* ex leg. XXV. Cod. de excuſat. tutor. & ex leg. V. Cod. de ſilentiar. Victor: *Gibbo* V. C. *Coſ.* Marcellinus: *Joanne Gibbo ſolo Coſ.* Procopius Hiſtor. Arcan. Cap. VI. meminit hujus *Joannis*, qui cognominabatur *Gibbus*.
Epiſtola Symmachi Papæ: *Poſt Conſulatum Paulini*. Quod quidem inter vetera monumenta aliquando occurrit.
Epitome temporum & Indiculus Paſchæ: *P. C. Paulini*. GEORGIUS

De ordinatione Rom. Pontif.

mentium geſtat tentare ſimilia: & pari adunatione tractemus, expreſſis ſententiis ſancientes, quid circa Romani Epiſcopi ordinationem debeat cuſtodiri. Univerſi Epiſcopi vel presbyteri dixerunt: Ut fiat, rogamus: dictum eſt decies. Ut ſcandala amputentur, rogamus: dictum eſt novies. Ut ambitus extinguatur, rogamus: dictum duodecies *. *Exaudi Chriſte; Simmacho vita: dictum eſt ſexies. Cujus ſedem, & annos* Deus conſervet, & augeat: *dictum eſt quinquies. Ut de præſenti fiat: dictum eſt decies. Symmachus Epiſcopus dixit:*

* quindecies.

V. *Quoniam fraternitas veſtra curam proviſionis noſtræ ſuis exhortationibus incitavit, & parilem circa Eccleſiæ tranquillitatem Dei noſtri contemplatione animum præſtat (ſicut præfati ſumus) deliberatione in præſenti habita quid placeat ex omnibus, veſtris informatis ſententiis, quæ in hoc venerabili Concilio per Eccleſiaſtica recitentur officia. Cumque ſurrexiſſent, & paulo poſt iterum conſediſſent, Æmilianus Notarius Synodi decreta vulgavit:* quæ ſunt hujuſmodi.

VI. Adverſus ambientes Pontificatum.

Propter frequentes ambitus quorumdam, & Eccleſiæ nuditatem, vel populi colliſionem (quæ moleſta, & iniqua incompetenter Epiſcopatum deſiderantium generavit aviditas) ut extinguatur futuris præſumptio tam pernicioſa temporibus: conſtituit ſancta Synodus, Ut ſi quis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolumi, & eo inconſulto, aut ſubſcriptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut pitacia promittere, aut ſacramentum præbere tentaverit, aut aliquod certe ſuffragium pollicari, vel hac de cauſa privatis conventiculis factis, deliberare atque decernere: loci ſui dignitate atque communione privetur. Univerſa Synodus ſurgens exclamavit: Exaudi Chriſte: Symmacho vita: dictum eſt decies. Hic pax cum Symmacho; dictum eſt quindecies. Cujus ſedem, & annos: dictum eſt octies. Hiſque abſolutis acclamationibus, hæc ſancta Synodus ſubjecit:

VII. *Pari ſeveritate ferendo eum, qui hoc, vivo (ſicut dictum eſt) Pontifice, quolibet modo fuerit ambiſſe convictus, aut certe tentaſſe: omnibus pariter hujus culpæ reis anathematis pœna plectendis. Symmachus Epiſcopus dixit: Ergo univerſitati placet quod ab omnibus recognoſcitur vel probatur iſta ſententia? Univerſa Synodus dixit: Placet: & quod omnibus placet, fiat.* Peractis his, aliam in hæc verba ſubjecit Symmachus rogationem:

VIII. De eligendo Romano Pontifice.

Si (quod abſit) tranſitus Papæ inopinatus evenerit, ut de ſui electione ſucceſſoris (ut ſupra placuit) non poſſit ante decernere: ſiquidem in unam totius inclinaverit Eccleſiaſtici ordinis electio, conſecretur electus Epiſcopus. Si autem (ut fieri ſolet) ſtudia cœperint eſſe diverſa eorum de quibus certamen emerſerit; vincat ſententia plurimorum: ſic tamen, ut ſacerdotio careat, qui captus promiſſione, non recto judicio de religione decreverit. Synodus dixit: Placet. Dictum eſt decies. Quod audis, lector, prædeceſſorem de ſui ſucceſſoris electione decernere, non ſic accipias, ut Romani Pontifices ſibi ipſis ſubrogarent ſucceſſores: numquam enim poſt Petrum id ab aliquo reperitur fuiſſe tentatum: ſed quod modeſtiæ cauſa dignum putarent ſede Petri, ut decedentis Pontificis de ſucceſſore ſententia rogaretur: quæ tamen ipſius Romanæ Eccleſiæ cleri conſilio, num rata eſſet habenda, omnium rogata ſententia, collatis ſuffragiis, ſcrutaretur. Adjecit porro hæc Symmachus:

IX. Præmia delatoribus.

Propter occultas autem fraudes, & conjurationum ſecretas inſidias, quas hujus ſententia diſtrictionis conſequitur: Si quis ad Eccleſiaſticam pertulerit notitiam conſilia eorum qui contra hanc Synodum de Pontificali egerint ambitu, & rationali probatione convicerit: particeps actionis hujuſmodi non ſolum purgatus ab omni culpa ſit, ſed etiam remuneratione, quæ non indigna ſit, ſublevetur. Secutæ ſunt hæc conſuetæ acclamationes: confirmatiſque decretis, adjecta eſt ſubſcriptio ſeptuagintaduorum Epiſcoporum, quæ ſingulorum expreſſa nominibus iiſdem ſubjicitur Actis: appoſitum item chirographum Romanorum Presbyterorum numero ſexagintaſeptem, & diaconorum quinque.

X. Qui autem Presbyterorum primo loco ſubſcripſit, fuit Cælius Laurentius Archipresbyter tituli S. Praxedis: ille ipſe, quem diximus creatum anno ſuperiori in ſchiſmate contra Symmachum. Porro in hoc ipſo Concilio eumdem ordinatum Epiſcopum Nucerinum, habet Anaſtaſius Bibliothecarius, *intuitu* (ut ait) *miſericordiæ*. Cum vero hæc omnia Theodorico Ariano Regi Theodorus adſcribat; procul a veritatis ſcopo aberrare, ipſa Acta declarant. Sed, & decipitur, dum etiam Pontificatum Symmacho ab eodem confirmatum effutiit verbis iſtis: *Theodoricus Afer* (ita pro Gotho) *Romæ tunc tem-*

PAGIUS

Synodus Romana I. ſub Symmacho PP.

hactenus non collocatæ, variarum hallucinationum cauſa fuere. Hunc ordinem ibidem perturbatum eſſe obſervavit Sirmondus, & IV. Synodo ſuum locum aſſignavit. Verum reſtat præcipua difficultas infra proponenda, quam nos tandem eluctatos eſſe, & omnes ſex Symmachianas Synodos Romanas in integrum reſtituiſſe exiſtimamus. Prima Synodus Romana ſub Symmacho currenti anno celebrata, *Poſt Conſulatum Paulini V. C. Kalendis Martiis*, ut habent vulgatæ ejus Editiones, quibus ſuffragantur Codices MSS. San-Germanenſis, Carolo Ma-

temporis potens, licet Arianus eſſet, collecta Epiſcoporum Synodo, Symmacho Romanum Epiſcopatum confirmavit, Laurentium vero unius civitatis nomine Naceriæ Epiſcopum conſtituit. Hæc ipſe, quæ cuncta ex certis germaniſque ejuſdem Synodi Actis corrigenda ſunt. Non ante autem ſequentem annum Romam veniſſe Theodoricum, ex Caſſiodoro ſuo loco dicetur.

XI. Symmachus Papa admonet Anaſtaſium Imp. His igitur de creatione Romani Pontificis a Symmacho ac univerſo Concilio ſtabilitis, ad Orientalis Eccleſiæ turbines idem Symmachus Papa convertit obtutum: & cum aliquandiu expectaſſet ab Anaſtaſio Imperatore accipere litteras, quas conſueverunt omnes Chriſtiani Imperatores ad recens creatum Romanæ Eccleſiæ Præſulem more majorum dare, nec quicquam ab eo litterarum accepiſſet: ipſe Symmachus ad eum ſcripſit, admonens ut a communicatione, & patrocinio hæreticorum deſiſteret. Sed tantum abeſt, ut Anaſtaſius litteris Symmachi obtemperarit, hæreticoſque a ſe dimoverit, ut etiam qui erant in Oriente Catholicæ communionis Antiſtites, & his ſubditi Orthodoxi, eoſdem, immiſſis in eos militibus, cogerent cum hæreticis communicare. Quid vero demum his permotus idem Symmachus Papa fecerit, inferius ſuo loco dicemus. Ita quidem in deploratiſſimo ſtatu collocatis rebus Orientalis Eccleſiæ, in dies magis magiſque collabentibus, nulla ſpes erat ut more ſolito ſublevandæ eſſent ope Romani Pontificis, a cujus ſe communione præciderant ob Acacium illi ipſi qui ibi videbantur eſſe Fideles, & defenſores Concilii Chalcedonenſis.

XII. Bulgari invadunt Thracias. Ita autem cum populo ſimul, & Principe delinquente, Deus barbaros in eum movet. Hoc enim anno gens ignota nomine, ex intimis Borealibus finibus palabunda progreſſa, timenda cunctis, violento agmine ſeſe infudit in Thracias: Fuerunt hi barbari, Bulgari nominati, de quibus Romanos ſuperantibus ita ſub hujus anni Conſulatu Marcellinus in Chronico: *Ariſtus Illyricianæ ductor militiæ cum quindecim millibus armatorum, & cum quingentis viginti plauſtris armis ad prælïandum neceſſariis oneratis, contra Bulgaros Thraciam devaſtantes progreſſus eſt. Bellum juxta fluvium Zurtum conſertum, ubi plus quam quatuor millia noſtrorum aut in fuga, aut in præcipitio ripæ ſiccæ, & ſine flumine interempta ſunt. Ibique Illyriciana virtus militum periit, Nicoſtrato, Innocentio, Tanco, & Aquilino Comitibus interfectis.* Hæc Marcellinus: ſed qui ab eis victus eſt ferro Anaſtaſius Imperator, auro hoſtem ſuperare contendit, dum ingenti vi auri perſoluta, ad tempus graſſationem illam a Bulgaris redemit.

XIII. Terræmotus in Ponto. Additum eſt ad vindictam, ut quod Marcellinus teſtatur) magno terræmotu Pontica regio concuteretur. Quid autem mirandum tunc acciderit Neocæſareæ in Ponto civitatis, Theodorus Lector in Collectaneis (a) hoc dignum memoria affert: *Cum Neocæſareæ terræmotus aliquando futurus eſſet; miles quidam civitatem ingreſſus, duos milites in illam abeuntes, & alium quemdam poſt tergum iſtorum clamantem vidit, ac dicentem: Servate domum in qua theca eſt Gregorii. Et terræmotus factus eſt, ut maxima civitatis portio prolapſa, domus vero Gregorii mirabilium patratoris ſervata.* Hæc Theodorus: quibus vides eſſe Deo curæ reliquias, ac monumenta ſanctorum virorum. Sic igitur frequentibus diverſiſque cladibus affligitur Oriens, quamdiu perfidia illic hæretica viguit.

(a) Theod. Collect. l. 2. prope fin.

XIV. Dei mira providentia in moderande Eccleſia Catholica. Sed antequam ulterius te mærentem triſti narratione perducam, hic, lector, paululum conſiſtens, contemplare, rogo, præſentis temporis Eccleſiæ Catholicæ ſtatum quo (mirum dictu) nullus eſſet reperiri in toto terrarum orbe penitus Princeps Chriſtianus Catholicus: nam & qui velamento fidei Orthodoxæ diu latuit Anaſtaſius Imperator, jam apertiſſime cognitus hæreticus, Catholicæ fidei oppugna-

PAGIUS

Magno, ut ex charactere apparet, imperante, exaratus, & Victorinus ab annis amplius quadringentis. In vetuſtiſſimo quidem Codice MS. Biblioth. Colbertinæ apud Baluſium in Nova Collect. Concil. dicitur hæc Synodus habita *Paulino Conſule ſub die Kalendarum Martiarum*, anno ſc. ſuperiori. Sed cum Symmachus die tantum XXII. menſis Novembris illius anni Pontificatum conſecutus fuerit, hæc ſubſcriptio, evidenter mendoſa. Merlinus in ſua Concil. Collectione ex Synodis Symmachianis, ſolius iſtius meminit, eamque *ſecundam* appellat, ſed manifeſto errore, ut ex dicendis liquebit.

III. *Geſta in hac Synodo.* Actum in hac prima Synodo de tollendo ambitu in Comitiis Pontificiis & de precludenda Schiſmaticis via. Ob id decretum, ut cujuſvis ordinis Clerici, qui Papa incolumi ſuffragium alicui in proxima futura Romani Pontificis electione polliciti fuiſſent, aut ſacramento ſe in alicujus gratiam obſtrinxiſſent loci ſui dignitate, & communione privarentur. Baronius num. X. refert, *Laurentium* anno ſuperiori in ſchiſmate contra Symmachum creatum, præſenti Epiſcopum Nucerinum factum eſſe; quam in rem Anaſtaſium Bibliothecarium citat. At is annum rei geſtæ non memorat, & ex his quæ infra dicemus, conſtabit, *Laurentium* in ſecunda tantum Synodo Romana Epiſcopatum illum adeptum eſſe. Præterea Baronius num. I. reprehendit Theodorum Lectorem, quod adſcribere videatur *Symmachi* confirmationem *Theodorico* Italiæ Regi. Verum quomodo intelligendus ſit *Theodorus*, anno D. num. IX. oſtendemus.

IV. Ad num. XII. *Bulgarorum* in Oriente nomen ſub Anaſtaſio Imp. primum auditum, idque hoc

gnator, juſte meruit tandem a Romano Pontifice excommunicatione percuili, cum ipſe acerbius tanto accepto vulnere ſæviit. Quis iſta conſiderans, animum non deſponderet, atque putaret ſcintillam fidei Orthodoxæ tot undique e portis inferi ſæva rabiæ erumpentibus ventis agitatam extingui?

XV. At nequicquam timeas, ſed potius velim exultes ad iſtiuſmodi ſerium divinæ ſapientiæ ludum: *Ludit* quidem *ipſe* (ut Sapiens ait *a*) *coram eo omni tempore, ludit in orbe terrarum*: Quo ſic doceat mortales, non hominum arbitrio, & humanæ potentiæ inniti, ſed divina providentia Eccleſiam regi, erigique demerſam, ſecundum illud propheticum de Domino dictum (*b*): *In manibus abſcondit lucem, & præcipit ei, ut rurſum adveniat*. Ita namque veluti ludo quodam tenebras abſconſione lucis inducit: ſtatimque adaperiens manum, eaſdem reddita luce fugat. Etenim hoc ipſo anno (quis credat?) quo tam denſæ tenebræ operiunt ubique terram, & caligo populos, in Galliis plane divinitus novæ lucis fulgidum ſidus apparuit, cum videlicet Clodoveus ille magnus Franchorum Rex, de cujus regni exordio plura ſuperius dicta ſunt, illuſtratione ſacri baptiſmatis filius lucis efficitur: Hoc ipſo (inquam) anno qui ejus regni numeratur decimuſquintus, (*c*) a S. Remigio Rhemenſi Epiſcopo ipſum eſſe baptizatum, qui res ab eo geſtas ſunt proſecuti, teſtantur. Quomodo autem Deus, qui (*d*) de tenebris fecit ſplendeſcere lumen ſuum, ipſe illuxit in corde Franchorum Regis ad illuſtrationem Catholicæ fidei, antiquior cæteris hiſtoricis Gregorius Turonenſis ita narrat (*e*):

(*a*) Prov. 8.
(*b*) Job. 36.
De Clodovei converſione.
(*c*) Hincmar. in Vit. ſancti Remigii apud Sur. tom. 1.
(*d*) 2. Cor. 4.
(*e*) Greg. Tur. de Geſtis Franchor. l. 2. c. 30.

XVI. Clodoveus ope Chriſti ſuperat Alamannos.

Regina vero (Clotildis videlicet femina Chriſtiana, Clodovei conjux, de qua plura ſuperius) *non ceſſabat prædicare, ut Deum verum cognoſceret, & idola negligeret; ſed nullo modo ad hæc credenda poterat commoveri; donec tandem aliquando bellum contra Alamannos commoveretur, in quo compulſus eſt ex neceſſitate, quod prius voluntate negaverat. Factum eſt autem, ut confligente utroque exercitu, vehementer cæderentur, atque exercitus Clodovei valde ad internecionem ruere cœpit. Quod ille videns, elevatis in cælum oculis, compunctus corde, commotus in lacrymis ait: JESU CHRISTE, quem Clotildis prædicat Filium Dei vivi, qui dare auxilium laborantibus, victoriamque in te ſperantibus tribuere diceris, tuæ opis gloriam devotus efflagito: ut ſi mihi victoriam ſuper hos hoſtes indulſerit, & expertus fuero illam virtutem, quam de te populus tuo nomini dicatus probaſſe ſe prædicat: credam tibi, & in nomine tuo baptizer. Invocavi enim deos meos, ſed (ut experior) elongati ſunt ab auxilio meo: unde credo illos nullius poteſtatis eſſe præditos, qui ſibi obedientibus non ſuccurrunt. Te nunc invoco, & tibi credere deſidero, tantum ut eruar ab adverſariis meis.*

XVII. *Cum autem hæc diceret, Alamanni terga vertentes, in fugam labi cœperunt. Cumque Regem ſuum cernerent interemptum, Clodovei ſe ditionibus ſubdunt, dicentes: Ne amplius, quæſumus, pereat populus: jam tui ſumus. At ille prohibito bello, contractoque populo, cum pace regreſſus, narravit Reginæ, qualiter per invocationem nominis Chriſti victoriam meruit obtinere.* Inſignis plane nobiliſque iſta de ſubactis Alamannis victoria fuit, ut ex Theoderici Italiæ Regis litteris intelligi poteſt, quas legatis dedit miſſis, ſtatim in Gallias ad Clodoveum, ut per eos eidem de victoria accepta gratularetur: ipſæ autem litteræ ſic ſe habent (*f*):

(*f*) Apud Caſſiod. Variar. l. 2. ep. 41.

XVIII. *Luduin* * *Regi Franchorum Theodoricus Rex*. Sic namque pro diverſitate nationum diverſo modo Clodoveum (ut diximus) invenies appellatum.

* Ludovico.

Glorioſa quidem veſtræ virtutis affinitate gratulamur, quod gentem Franchorum priſca ætate reſidem feliciter in nova prælia concitaſtis, & Alamannicos populos cauſis fortioribus inclinatos victrici dextera ſubdidiſtis. Sed quoniam ſemper in auctoribus perfidia reſecabilis videtur exceſſus (quia ex primariorum plectibilis culpa omnium debet eſſe vindicta) mo-

PAGIUS

Bulgari primum innoteſcunt.

hoc anno, quo, ut Baronius ex Marcellino in Chronico narrat, Romanorum exercitus ab eis fuſus ac deletus eſt in Thracia. Tum anno DII. Thracia rurſus ab eiſdem deprædata, ut ex eodem Marcellino eo anno num. XXXIX. narrat Baronius. Sed anno DIV. ut Baronius ibidem num. I. ex Caſſiodoro in Chronico habet, *Theodericus* Italiæ Rex *Sirmium* Bulgaris eripuit, quod in Illyricum tranſeuntes expugnarant. Nicephorus Patriarcha in Breviario, & Theophanes in Chronico pag. 197. docent, *Bulgares* primum incoluiſſe Regiones Mæotidi Paludi conterminas, juxta *Cophinum* fluvium Tanai proximum. Adjacens Regio ad ortum *Magna Bulgaria* vocabatur, idque nominis inde conſecuta eſt, quod ſeſe circa Volgam fluvium porrigeret. *Patzinacitis* vicinos fuiſſe Bulgaros, auctor eſt Porphyrogenneta lib. de Adminiſt. Imp. cap. 5. 8. & 37. & *Patzinacitæ* eos tractus incolebant, quos *Danapris* & *Danaſtris* fluvii permeant, quorum alter eſt quem *Dnieper* vocant, ſeu Boryſthenes. Verum progreſſu temporis prolata dominatione, armorumque vi ac fortitudine imperium ad Danubium uſque produxerunt. *Juſtiniano* imperante Bulgari rurſus *Thraciam* afflixere tandemque a *Beliſario* victi ſunt, ut infra videbimus: de ipſorum ad fidem Chriſtianam converſione ſæculo nono verba facturi.

V. A num. XV. ad XXXIV. Baronius Sigebertum in Chronico ſecutus bellum *Alemannicum* a *Clodoveo* Magno, paulo antequam bapti-

motus veſtros in feſſas reliquias temperate: quia jure gratiæ merentur evadere, quos ad parentum veſtrorum defenſionem reſpicitis confugiſſe. Eſtote illis remiſſi, qui noſtris finibus celantur exterriti. Memorabilis triumphus eſt, Alamannum acerrimum ſic expaviſſe, ut tibi eum cogas de vita munere ſupplicare. Sufficiat illum Regem cum gentis ſuæ ſuperbia cecidiſſe: Sufficiat innumerabilem nationem partim ferro, partim ſervitio ſubjugatam: nam ſi cum reliquis confligis, adhuc cunctos ſuperaſſe non crederis. In talibus cauſis accipe frequenter expertum: illa mihi feliciter bella provenerunt, quæ moderato fine peracta ſunt. Is enim vincit aſſidue, qui novit omnia temperare: dum jucunda proſperitas illis potius blanditur, qui auſteritate nimia non rigeſcunt. Cede itaque ſuaviter genio noſtro, quod ſibi gentilitas communi remittere conſuevit exemplo. Sic enim fit, ut & meis petitionibus ſatisfeciſſe videamini, nec ſitis ſolliciti ex illa parte, quam ad nos cognoſcitis pertinere.

XIX. *Quocirca ſalutantes gratia, honore, & affectione, qua dignum eſt, illum, & illum legatos noſtros ad excellentiam veſtram conſueta charitate direximus, per quos, & ſoſpitatis veſtræ judicium & ſperatæ petitionis conſequamur effectum. Quædam vero, quæ ad nos pro veſtris utilitatibus pervenerant, per harum portitores verbo vobis inſinuanda commiſimus: ut cautiores effecti, optata poſſitis victoria conſtanter expleri. Veſtra ſiquidem ſalus, noſtra gloria eſt; & toties regnum Italiæ proficere judicamus, quoties de vobis læta cognoſcimus. Citharœdum etiam arte ſua doctum pariter deſtinavimus expetitum; qui ore, manibuſque conſona voce cantando, gloriam veſtræ poteſtatis oblectet. Quem ideo fore credimus gratum, quia ad vos eum judicaſtis magno opere dirigendum.* Hæc Theodoricus ad Clodoveum Regem, qui datis ante ad eum literis, citharœdum ad ſe mitti rogaverat; quem ipſe Theodoricus a Boetio Patricio viro cum aliis facultatibus tum muſica ſcientia diſertiſſimo deligendum, ſcripta ad eum epiſtola (*a*), in mandatis dederat. Qui autem a tanta clade ſuperfuerunt Alamanni, haud in Germaniam reverſi ſunt, ſed a Theodorico Rege in Italiam vocati, ut patet ex Ennodio, qui hæc habet in Panegyrico: *Quid, quod a te Alamannia generalitas intra Italiæ terminos ſine detrimento Romanæ poſſeſſionis incluſa eſt? cui evenit habere Regem, poſtquam meruit perdidiſſe. Facta eſt Latialis cuſtos Imperii ſemper noſtrorum populatione graſſata, cui feliciter ceſſit fugiſſe patriam ſuam, &c.* Sed ad Clodoveum revocetur oratio.

(*a*) *Apud Caſſiod. l. 2. ep. 40.*

XX. His itaque de Alamannico bello feliciter confecto narratis, jam quæ ſunt reliqua de ejuſdem Clodovei Chriſtianitate dicamus. Subdit autem iſta Gregorius (*b*): *Tunc Regina arcerſiri clam S. Remigium Rhemenſis urbis Epiſcopum jubet, deprecans, ut Regi verbum ſalutis inſinuaret. Quem ſacerdos arcerſitum ſecretius cœpit inſtigare, ut Deum verum factorem Cœli, & terræ crederet, idola negligeret, quæ neque ſibi neque aliis prodeſſe poſſunt. At ille ait: Libenter te, ſanctiſſime Pater, audiam: ſed reſtat unum, quod populus, qui me ſequitur, non patitur relinquere deos ſuos. Sed vado, & loquor eis juxta verbum tuum. Conveniens autem cum ſuis, priuſquam ille loqueretur, præcurrente potentia Dei, omnis populus pariter acclamavit: Mortales deos abjicimus, pie Rex: & Deum quem Remigius prædicat immortalem, ſequi parati ſumus. Nunciantur hæc Antiſtiti: qui gaudio magno repletus juſſit lavacrum præparari. Velis depictis adumbrantur plateæ Eccleſiæ, cortinis albentibus adornantur, baptiſterium componitur, balſama diffunduntur; micant fragrantes odore cerei, totumque templum baptiſterii divino reſpergitur ab odore: talemque ibi gratiam aſtantibus Deus tribuit, ut æſtimarent ſe paradiſi odoribus collocari.*

(*b*) *Greg. Turon. de Geſt. Franch. l. 2. c. 31.*

Clodoveus & Franchi converſi ad fidem.

XXI. *Rex ergo prior popoſcit ſe a Pontifice baptizari. Procedit novus Conſtantinus ad lavacrum, deleturus lepræ veteris morbum, ſordenteſque maculas geſtorum antiquorum recenti latice deleturus. Cui ingreſſo ad baptiſmum, Sanctus Dei ſic infit ore facundo: Mitis depone colla Sicamber: Adora quod incendiſti: incende quod adoraſti. Erat enim S. Remigius Epiſcopus egregiæ ſcientiæ, & rhetoricis apprime imbutus ſtudiis, ſed & ſanctitate ita præclarus, ut Silveſtri virtutibus æquaretur. Eſt enim nunc liber Vi-*

Clodoveus baptizatur.

tæ

PAGIUS

Bellum Alemannicum a Chlodoveo Rege geſtum.

ptizaretur, geſtum, hoc anno conſignat. Verum bellum illud anno quadringenteſimo nonageſimo ſexto contigiſſe certum eſſe debet. Turonenſis lib. 2. cap. 30. & ſeq. fuſe illud narrat aitque, *actum anno XV. regni ſui* fuiſſe, pugnamque ad *Tulbiacum* initam. Idem habet Auctor de Geſt. Francorum. Tacitus lib. 4. Hiſt. *Tulbiacum*, ſeu Tolbiacum *in finibus Agrippinenſium* collocat. Alamanni Francos ultro laceſſebant ſpe potiundarum Provinciarum, quæ ſiniſtræ Rheni ripæ vicinæ ſunt. Chlodoveus cum in eo prælio fruſtra Deorum, quos colebat opem imploraſſet, converſus ad Chriſtum dicenſque, *Te nunc invoco, & tibi credere deſidero, tantum ut eruar ab adverſariis meis*, de Alamannis victoriam obtinuit, ſed nihil ei ceſſit præter Alemanniam, neque enim in finitimos populos movit, pace cum Oſtrogothis ac Burgundionibus ſervata.

Digitized by Google

ſæ ejus, qui eum narrat mortuum ſuſcitaſſe. Igitur Rex omnipotentem Deum in Trinitate confeſſus, baptizatus eſt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, delibutuſque ſacro chriſmate cum ſignaculo Crucis Chriſti. De exercitu vero ejus baptizati ſunt amplius quam tria millia. Baptizata eſt, & ſoror ejus Albofledis; quæ non poſt multum tempus migravit ad Dominum; pro qua cum Rex contriſtaretur, S. Remigius conſolatoriam miſit epiſtolam, quæ hoc modo ſumpſit exordium: Angit me & ſatis angit veſtræ cauſa triſtitiæ, quod bonæ memoriæ germana veſtra tranſiit Albofledis: ſed de hac re conſolari poſſumus, quia talis de hoc mundo migravit, ut ſuſcipi magis debeat, quam lugeri. Converſa eſt enim, & alia ſoror ejus Lantheldis nomine, quæ in hæreſim Arianorum dilapſa fuerat: quæ confeſſa æqualem Filium Patri, & Spiritum ſanctum chriſmata eſt. Hactenus ipſe de converſione Francorum.

XXII. His igitur a Gregorio de Clodoveo, & Francorum baptiſmo narratis, jungenda ſunt quæ de S. Vedaſto Epiſcopo Atrebatenſi Albinus Flaccus ſanctiſſimi viri res geſtas proſecutus recenſet his verbis (*a*) poſt relatam victoriam de Alamannis feliciter conſecutam: *Hac* (inquit) *accepta victoria, de qua ante diximus, Regi populoque ſuo cauſa fuit ſalutis æternæ, & ne lucerna* (S. Vedaſtus videlicet) *ſub modio lateret abſconditus, ſed ſupra candelabrum poſitus, exemplis vel prædicationibus in domo Dei lucens, ab errore idololatriæ, & caligine ignorantiæ in viam plurimos educeret veritatis. Igitur ſuperatis hoſtibus, & rebus in pace compoſitis, & Alamannis ſuæ ſubjectis ditioni, Rex ovans cum laude triumphi ad patriam rediit. Et ut fidelis tantæ ſibi gloriæ largitori ſponſor appareret, feſtinavit ſervorum Chriſti ſacra imbui prædicatione, & ſancti baptiſmi ablui ſacramentis. Venit autem ad Tullum oppidum: ubi ſanctum agnovit Vedaſtum laudabili religione ſoli Deo ſervire, & dulciſſimos contemplativæ vitæ carpere fructus. Hunc vero ad ſanctum Remigium Chriſti cariſſimum ſacerdotem ad Rhemorum properans civitatem ſibi ſocium aſſumpſit, quatenus per ſingulos itineris ſui greſſus ſaluberrimis ab eo imbueretur doctrinis, & Catholicæ fidei firmis initiaretur fundamentis: ut paratus fide, & virtutum ſcientia, a tanto Pontifice* (Remigio ſcilicet) *ſpirituali ablueretur lavacro & ab illo donis cœleſtibus confirmaretur, quod ab iſto divina prius provenient gratia, Evangelicis cœptum fuerat prædicationibus.*

(*a*) Apud Sur. t. 1. die 6. Februar.

S. Vedaſtus primus Clodovei Catechiſta.

Hic ad fontem vitæ feſtinantem deducebat Regem: ille in fonte ſalutis æternæ venientem abluebat: ambo propemodum pari pietate patres, hic doctrina fidei, ille baptiſmatis unda. Uterque æterno Regi Regem temporalem munus obtulerunt acceptabile. Hi ſunt duæ (*b*) *olivæ, & duo candelabra lucentia: a quibus Rex præfatus in via Dei eruditus, miſerante Deo, portam æternæ lucis ingreſſus cum fortiſſima gente Francorum credidit Chriſto, & facta eſt gens ſancta* (*c*), *populus acquiſitionis, ut annuncientur in eo virtutes illius, qui eos de tenebris vocavit in admirabile lumen ſuum. Sacra igitur Evangelicæ auctoritatis narrat hiſtoria* (*d*), *Dominum Jeſum Jericho pergentem, ad confirmandam fidem ſuæ majeſtatis corda populi præſentis, cuidam cæco ad ſe clamanti lumen reddidiſſe oculorum, ut per corporale unius cæci lumen, ſpiritualiter multorum illuminarentur pectora. Ita & ſanctus Vedaſtus, Deo Chriſto donante per cujuſdam illuminationem cæci, fidem quam verbo prædicavit, in corde Regis miraculo confirmavit: ut Rex ipſe intelligeret; tam ſibi eſſe neceſſarium cordis lumen, quam cæco oculorum illuſtrationem: & quod divina operatum eſt gratia per preces famuli ſui in oculis cæca nocte caſtigatis, hoc per ſermones ejuſdem famuli, eadem operante potentia, per ſpiritualis intelligentiam lucis in ſuo pectore perficeretur.* XXIII.

(*b*) Zach. 4.

(*c*) 1. Petr. 2.

(*d*) Luc. 18.

Nam regia excellentia condigno comitatu cum multitudine maxima populi, iter agentibus illis, venerunt in quemdam pagum XXIV.

PAGIUS VI.

Bojoarii ſeu Boii ab Alamannis diverſi erant.

Cointius anno CDXCVI. num. V. & ſeq. auctoritate Aventini lib. 3. Annal. Bojorum, ubi aſſerit, *Suevos* & *Bojos* communi vocabulo Alamannos fuiſſe, Alamannis a Clodoveo devictis, *Bojoarios* adiicit, atque ab hoc tempore *Bojos* fœdus ſocietatemque cum Francis perpetuo feciſſe. Hadrianus vero Valeſius lib. 24. Rer. Fran. pag. 460. & ſeqq. contendit *Bojos* gentem Gallicam fuiſſe, quæ nihil commune cum *Bojoariis* habuerit; ſed hos Antiquitatis amore ac qualicumque nominum ſimilitudine a rerum Boicarum Scriptoribus ita vocatos, ut gentis obſcuræ & ignobilis origines auguſtiores facerent. Verum hæ opiniones vanæ, & contra Veterum Scriptorum auctoritatem excogitatæ. Valeſium enim refellit Strabo lib. 4. pag. 206. ubi inquit: *Deinceps montium* (ſcilicet Alpium) *parter, quæ ortum ſpectant, & ad meridiem vertuntur, Rhæti & Vindelici tenent, Helvetiorum & Boiorum contermini, quorum campis imminent.* Helvetii autem Rheno & Lacu Conſtantiæ ſeu Brigantino terminabantur. Quare *Boii* hanc Sueviæ partem, quæ vicina eſt Danubii origini & proxima loca Lacui Conſtantiæ *Algoviam* uſque habitabant, loca nempe inter Lacum Conſtantienſem & Auguſtam Vindelicorum poſita. Idem Strabo lib. 7. Poſſidonium citat, atque *Bojos* poſt diverſas ultra Rhenum Sedes occupatas, habitaſſe tunc ad confinia Helvetiorum. Tum: *Lacum Rhæti exigua parte, majore Helvetii & Vindelici attingunt: inde eſt Bojorum ſolitudo, uſque ad Pannonias.* Plinius lib. 4 cap. 24. de deſertis Bojorum etiam mentionem facit, & eumdem ſitum illis aſſignat.

His

Cæcus illuminatus coram Clodoveo.

gum, qui incolarum terræ illius conſuetudine Ungiſe pagus dicitur, prope Regaliacam villam, quæ ſita eſt ſuper florigeras Axonæ fluminis ripas: Et ecce ejuſdem fluminis fontem Rege tranſeunte cum multitudine populi, obviavit illi cæcus quidam, hujus diutiſſime ſolaris expers luminis, forte nec ſua cæcatus culpa, ſed ut manifeſtarentur opera Dei in illo, & per illius illuminationem præſentem plurimorum illuminarentur corda ſpiritaliter. Qui cum intellexiſſet a prætereuntibus, S. Vedaſtum Chriſti ſervum in eodem iter agere comitatu, clamavit: Sancte, & electe Deo Vedaſte, miſerere mei, & ſupernam pio pectore diligentius depoſce potentiam, ut mea ſubveniat miſeriæ. Non aurum poſco, nec argentum, ſed ut mihi lumen per ſanctitatis tuæ preces reſtituat oculorum. Senſit itaque vir Dei virtutem ſibi adeſſe ſupernam, non ob illius cæci tantummodo curationem, ſed plus propter præſentis populi ſalutem totum ſe in ſacras effudit preces, in divina fidens pietate; & dexteram cum ſigno Crucis poſuit ſuper oculos cæci, dicens; Domine Jeſu, qui es lumen verum, qui aperuiſti oculos cæci ad te clamantis, aperi oculos iſtius: ut intelligat populus iſte præſens, quia tu es Deus ſolus faciens mirabilia in cœlo, & in terra. Mox ille cæcus, lumine recepto, gaudens perrexit viam ſuam. In quo loco, tempore ſequenti, a religioſis viris ædificata eſt Eccleſia in teſtimonium miraculi iſtius; in qua orantibus, & credentibus uſque hodie beneficia præſtantur divina.

XXV. Clodoveus pervenit ad S. Remigium.

Igitur Rex a viro Dei Evangelicis apprime imbutus diſciplinis & hoc præſenti miraculo in fide firmiter confortatus, nihil moratus in via, nihil dubitans in fide, ſed magna alacritate animi, magna feſtinatione mentis ſanctiſſimum Pontificem Remigium videre properavit; ut illius ſacratiſſimo miniſterio, Spiritu ſancto operante, in remiſſionem peccatorum & ſpem vitæ æternæ Catholici baptiſmatis vivo ablueretur fonte. Cum quo aliquantis moratus eſt diebus, ut Eccleſiaſticis ſatisfaceret ſanctionibus, & pœnitentia (ſecundum Apoſtolicum præceptum) prius ablueretur lacrymis, dicente B. Petro (a) Principe Apoſtolorum: Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum in nomine Jeſu Chriſti; & in nomine ſanctæ Trinitatis cœleſtis myſterii baptiſma ſuſciperet. Sciens vero B. Pontifex, Apoſtolum dicere Paulum (b): Omnia veſtra honeſte cum ordine fiant: ſtatuit diem quo Rex intraret ad ſuſcipienda divinæ pietatis ſacramenta. Quale fuit tunc ſanctis Dei gaudium, qualis in Eccleſia Chriſti lætitia, cum viderent Regem Ninive ad prædicationem Jonæ de ſolio majeſtatis ſuæ deſcendiſſe, & in cinere ſediſſe pœnitentia, & ſub pia Dei ſacerdotis dextera ſuæ excellentiæ caput humiliare? Hactenus de his quæ ſacrum præceſſere baptiſmum Albinus. Laboraſſe etiam, & quidem impigre ſanctum Solemnem Epiſcopum Carnutenſem in converſione Francorum, auctor eſt Sigebertus (c):

(a) Act. 2.
(b) 1. Cor. 14.
(c) Sigeb. in Chron. an. 490.

XXVI. Verum præ ceteris S. Remigio converſionis ejus populi, atque Regis eſſe gloria tributa videtur, ipſeque Francorum appellatus eſt Apoſtolus. Nam, & Hormiſda Romanus Antiſtes in litteris poſtea ad eumdem S. Remigium, cum eidem credidit vices ſuas, datis quæ hactenus extant, hæc habet (d): *Vices noſtras per omne regnum dilecti & ſpiritualis filii noſtri Ludovici, quem nuper, adminiculante ſuperna gratia, plurimis, & Apoſtolorum temporibus æquiparandis ſignorum miraculis prædicationem ſalutiferam comitantibus, cum gente integra converiſti, & ſacri dono baptiſmatis conſecraſti, &c.* Hæc Romanus Pontifex. Sed & ipſe S. Remigius in teſtamento ſuo (ut dicetur) affirmat, divino munere factum, ut ad converſionem Francorum plura ſigna faceret.

(d) In Vit. Remigii apud Sur. die 13. Jan.

De miraculis S. Remigii.

XXVII. Quod vero de miraculis plurimis Apoſtolicis temporibus æquiparandis tradit Hormiſda editis ab eodem S. Remigio, quibus Clodoveus, & univerſa gens Francorum Chriſtianam fidem fuerint amplexati; hæc ſummatim in rebus geſtis S. Remigii ſcripta leguntur (e). *Videntes*, Franchi ſcilicet idololatræ, *miracula quæ fiebant per B. Remigium reverebantur eum, & licet, Pagani, diligebant eum, in*

(e) Hincmar. in Vit. S. Remigii apud Sur. die 13. Jan.

PAGIUS VII. *Bojoarii a Boiis non diverſi.*

His ita conſtitutis invicte probatur Bojoarios a Boiis diverſos non fuiſſe. Jornandes enim lib. de Reb. Get. cap. 55. referens quæ inter Gothos imperantibus Leone & Glycerio circa annum CDLXXIII. geſta ſunt ſcribit: *Danubium Theodemir Gothorum Rex congelatum cernens, pedeſtrem ducit exercitum: emenſoque Danubio Suevis a tergo improviſus apparuit. Nam regio illa Suevorum* (quæ a Danubio uſque ad Mœni fluvii originem extendebatur) *ab Oriente Bojoarios habet, ab Occidente Francos* (qui Alſatiam, Spiram, & Vormatiam obtinebant) *a meridie Burgundiones* (id eſt Helvetios, quorum regio Burgundia Transjurana appellabatur, & ante quadringentos annos antiquum Burgundiæ nomen adhuc retinebat,) *a ſeptentrione Thuringos*, qui tunc Thuringiam, Haſſiam, ac Veteraviam, uti olim, continebant.

VIII. *Theodoricus Italiæ Rex Alamannos fugientes recepit.*

Vides *Bojoarios* ante quinti ſæculi finem partem Orientalem antiquæ Sueviæ occupaſſe, & veroſimiliter Palatinatum ſuperiorem, ſeu Nordgaviam ultra Danubium ſitam e regione Ratiſponæ, cum viciniis Urbium Norlingæ, Nurembergi, Dilingæ, Auguſtæ, Vindelicorum, Kempiæ, Memmingæ verſus *Lycum* Fl. uſque ad Ulmam Civitatem: & parte alia uſque ad Lacum Conſtantienſem. *Helvetii* vocabantur etiam *Alamanni*, uti omnibus notum; ideoque cum

in quo lux cæleſtis gratiæ omnibus reſplendebat: & Rex illorum libenter illum audiebat, & audito eo multa faciebat, & a multis nequitiis ſe cohibebat. Erat enim S. Remigius vir ſapiens atque ſanctiſſimus, egregius rhetoricus, præclarus in virtutibus, cæcis viſum reſtituens, mortuis vitam reparans, dæmonia ejiciens, omniumque infirmitatum languoribus medelam præbens: & inferius de miraculo, quod divinitus editum eſt ante baptiſmum, hæc habet auctor Hincmarus:

XXVIII. *Cum illi tres, Pontifex ſcilicet, & Rex atque Regina, diſpoſitis ſedibus conſediſſent, circumſtantibus quibuſdam clericis qui cum Pontifice venerant, & familiaribus Regis atque Reginæ, & ſanctus Pontifex Regem monitis inſtrueret ſalutaribus, ac Evangelicis diſciplinis imbueret: ad confirmandam veræ fidei prædicationem per ſanctum depromptam Pontificem, etiam viſibiliter oſtendere Dominus voluit, quod cunctis Fidelibus promiſit* (a): *Ubi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Repente namque lux copioſa totam replevit eccleſiam, ut claritatem ſolis evinceret; & cum luce vox pariter audita: Pax vobis: ego ſum: nolite timere: manete in dilectione mea. Et poſt hæc verba lux quæ advenerat receſſit, & incredibilis ſuavitatis odor in eadem domo remanſit: ut patenter oſtenderetur, illuc auctorem lucis, & pacis atque ſuavitatis veniſſe; quem nemo eorum qui aderant, præter Epiſcopum, propter fulgorem luminis fulgore perculſi intueri valuerunt: tantaque claritatis gloria Pontificem ſanctum perfudit, ut ſplendor ex eo procedens, plus conſpicuam domum in qua ſedebant reddiderit, quam lucernarum lumina ibidem lucentia. Rex autem, & Regina pedibus ſancti ſe proſternunt ſacerdotis, & cum magno pavore, & gemitu conſolationem ejus requirunt; & quid ſibi ad utilitatem atque ſalutem pertinens eſſet agendum, cum magna expectant devotione, parati audire, & opere complere quæ a ſancto Pontifice diſcerent.* Hæc ſecuta ſunt Sancti Remigii exhortatio, & alia quæ baptiſmum præcedere ſolent.

(a) Matt. 18.

Lux cælitus circumfulſit eos.

Quid rurſum factum ſit; Apoſtolorum temporibus (ut verbis utar Hormiſdæ) dignum miraculum, illud plane ingens recolitur tum ab Amonio, tum etiam ab Hincmaro ejuſdem Rhemenſis Civitatis Epiſcopo, nempe ampullam chriſmatis columbæ ore cælitus advenientis allatam eſſe, qua tum fons ipſe more ſolito, tum etiam Rex Clodoveus ſacratus eſt, cujus exemplo, & reliqui omnes ſucceſſores Franchorum Reges conſueverunt inungi. His tam ingentibus ſignis plane innoteſcere fecit Deus, quantæ molis eſſet, ut Reges Franchorum cum populo ſuo Chriſtianæ religioni adnecterentur. XXIX.

De ampulla chriſmatis cælitus miſſa.

Baptizatus autem Rex (ſubdit Hincmarus) *cum gente integra plurimas poſſeſſiones per diverſas provincias S. Remigio tam ipſe quam Franchi potentes dederunt: quas ipſe per diverſas Eccleſias tradidit; ne Franchi eum rerum temporalium cupidum, eſſe & ob id ad Chriſtianitatem eos vocaſſe putarent, & fidem Chriſti ac ſacerdotium vilipenderent.* Hæc ille. Meminit ipſe Remigius, & de bonis datis ab eo ante baptiſmum (ut patet ex ejus teſtamento) atque de aliis poſtea impertitis: quamobrem jucundius XXX.

erit

PAGIUS cum ſub quinti ſæculi finem Suevi & Alamanni a *Bojis* ſeu *Bojoariis* diſtincti fuerint, ſine fundamento dicitur, *Clodoveum*, cum Alamannos vicit, *Bojoarios* etiam ſuperaſſe, hoſque illorum partem fuiſſe. Præterquam quod nullus ex Antiquis prætenſæ hujus de Bojoariis victoriæ, horumque cum Francis aut Clodoveo fœderis mentionem feciſſe reperitur. Paruere, *Boji ſeu Bojoarii* Theodorico Italiæ Regi, quoad vixit, iiſque Alamannis poſtquam Regem ſuum amiſerunt, in extremis Regni ſui terminis, hoc eſt, ut recte Hadrianus Valeſius lib. VI. pag. 257. in Rhætiis, quæ Provinciæ Italiæ proximæ Alamannorum finibus erant, terras aſſignavit. Hinc Ennodius in Panegyrico, quem eidem Regi paucis poſt annis dixit: *Quid quod a te Alamanniæ generalitas intra Italiæ terminos ſine detrimento Romanæ poſſeſſionis incluſa eſt? cui evenit habere Regem, poſtquam meruit perdidiſſe; cui feliciter ceſſit fugiſſe patriam ſuam; nam ſic adepta eſt ſoli noſtri opulentiam.* Quibus poſitis Aventini & tot Scriptorum, qui eum ſecuti ſunt, fabuloſæ narrationes corruunt ut ex dicendis anno DLVI. magis patebit.

Poſt illam victoriam *Clodoveus* baptizatus eſt a Sancto Remigio Epiſcopo Remenſi, de quo Alcuinus in Vita Sancti Vedaſti Attrebatenſis Epiſcopi, ait, illum ſtatuiſſe *diem quo Rex Eccleſiam intraret, ad ſuſcipienda Divinæ pietatis Sacramenta.* Diem illum interpretatus eſt *Paſcha Domini* Fredegarius in Epitome cap. 21. & in errorem induxit Hincmarum, in Vita Sancti Remigii, Flodoardum lib. 1. cap. 13. & ante noſtram ætatem recentiores pene omnes. Sed Epiſtola *Aviti* Viennenſis Epiſcopi in Regno Burgundiæ ad *Chlodoveum* ſcripta, ubi accepit eum fidem Chriſti amplexum eſſe Fredegarium erraſſe, & die Natali Domini Chlodoveum baptizatum eſſe, demonſtrat. Ait enim Avitus: *Gaudeat ergo quidem Græcia, habere ſe principem legis noſtræ, ſed non jam, quæ tanto muneris dono ſola mereatur illuſtrari, quod non deſit & reliquo Orbi claritas ſua. Siquidem & occiduis partibus in Rege non novo, novi jubaris lumen effulgurat. Cujus ſplendore congrue Redemptoris noſtri Nativitas inchoavit, ut conſequenter eo die ad ſalutem regenerari ex unda vos pateat, quo natum redemptionis ſuæ cæli Dominum mundus accepit. Igitur qui celeber eſt Natalis Domini ſit & veſtri quo vos ſc. Chriſto, quo Chriſtus ortus* IX.

Clodoveus Rex die Natalis Chriſti baptizatus.

eſt

Digitized by Google

erit hæc haurire ab ipſo fonte: ex quo etiam illud accipitur memoria dignum, nempe ipſum Regem Clodoveum mox factum Chriſtianum, cunctaque fuerant belli tempore Eccleſiis ablata, reſtitui voluiſſe, addidiſſeque iiſdem alia magni pretii bona. Sed cum primum mentionem habeat de bonis donatis Eccleſiæ in gratiam S. Genovefæ ſanctiſſimæ virginis Pariſienſis, de qua plura ſunt dicta ſuperius; hic recenſeamus, quæ auctor Vitæ ejus, quod hoc ipſo vixit tempore, de eodem Clodoveo Eccleſiam erigente ait his verbis (a):

(a) *Apud Sur. die 3. Januar.*

XXXI. Collata a Clodoveo S. Genovefæ.

Glorioſæ memoriæ Clodoveus Rex, qui ob ejus amorem, in carcerem retruſis ſæpe veniam dedit, & ob diverſa crimina animadverſione digniſſima capite plectendos, in ipſo prope carnificis ictu, ſupplicante pro eis Genovefa, abſolverat, Baſilicam mirabili opere extruendam ſuſceperat ſanctæ virginis adhortationibus permotus: quæ poſtea, illo, e rebus humanis excedente, ſtudio illuſtriſſimæ Clotildis Reginæ conjugis ejus mirifice, ædificata, & exornata in ſublime crevit faſtigium triplici porticu inſignita. Superſtes fuit hæc admiranda virgo diutius, utpote quam idem auctor propagaſſe vitam dicat ultra octoginta annos. Sed, & quibus donis, quo ſedulo ſtudio, quantaque reverentia, & officiis eam frequentaverit Clodoveus, præter illa quæ dicta ſunt, accipe ab ipſo Remigio, cujus hæc ipſa ſunt verba in teſtamento deſcripta, quod apud Briſſonium quam fideliſſime editum invenies (b):

(b) *Briſſon. Formul. l. 7.*

XXXII. *Cenſcuniacum vero, & Faram, ſive villas, quas ſanctiſſima virgo Chriſti Genovefa a Rege Chriſtianiſſimo Ludovico pro compendio itineris ſui, cum Rhemenſem Eccleſiam ſæpiſſime viſitare ſoleret, adipiſci promeruit, alimoniiſque ibidem Deo famulantium deputavit: ſicut ab ea ordinatum eſt, ita confirmo, ut Cruſciniacus futuri Epiſcopi ſucceſſoris mei obſequiis, & ſartatectis principalis Eccleſiæ deputetur. Faram, vero eidem Epiſcopo, & ſartis tectis Eccleſiæ, ubi jacuero, perpetualiter ſervire jubeo.* Ruſum vero Gentilis adhuc idem Clodoveus complura contulit dona S. Remigio; quæ ille (ut dictum eſt) ne offendiculum poneret Evangelio, omnia erogavit in pauperes, ipſe continens nihil prorſus ex eis accipiens. Quanta autem eidem ſanctiſſimo ſacerdoti Remigio pro rerum temporalium contemptu Deus rependerit, ipſum hæc profitentem, in eodemque teſtamento mox iſta ſubdentem attende, quæ, & ſuperius memoravimus.

Remigius cur abſtinuit a donis Clodovei.

XXXIII. Clodoveus ablata Eccleſiis reſtitui voluit.

Et quia ex omnibus Epiſcopis Galliarum pro fide, & convocatione Francborum potiſſimum me laborare cognovit, dedit mihi Deus tantam gratiam in conſpectu ejus, virtuſque divina per Spiritum ſanctum me peccatorem plurima ſigna ad ſalutem præfatæ gentis Francborum operare fecit: ut non ſolum ablata omnibus Eccleſiis regni Francborum reſtitueret, ſed etiam de propria gratuita bonitate plurimas ditaret Eccleſias. Neque prius de regno ejus quantam paſſus eſt pedis Eccleſiæ Rhemorum jungere volui, donec ab hoc omnibus Eccleſiis adimpleret, obtinui. Sed neque poſt ejus baptiſmum, niſi Condiciacum, & Juliacum, ſuper quibus idem dictus puer, & unanimis mihi Hlodovadus, & incolæ loci illius multiplicibus Xeniis obnixe deprecantes, quod Regi debebant, Eccleſiæ meæ ſolvendum, me petere compulerunt: quod idem piiſſimus Rex & gratulanter accipiens, promptiſſima voluntate largitus eſt. Addit, & de aliis bonis in Aquitania, & Septemannia * poſitis, ab eodem Rege Rhemenſi Eccleſiæ dono datis, deque vaſe argenteo decem librarum ipſi Remigio elargito, ex quo thuribulum, & imaginatum calicem fieri debere juſſit. Sed exigua ſunt hæc reſpectu eorum quæ aliis totius Galliæ donavit Eccleſiis. At de his hactenus.

* Septemannia.

XXXIV. His autem de rebus Franchorum geſtis hoc anno narratis, tumultus Urbani rut-

PAGIUS

eſt mundo; in quo vos animam Deo, vitam præſentibus, famam poſteris conſecraſtis. De exercitu Chlodovei, inquit Turonenſis, *baptizati ſunt amplius tria millia*, Fredegarius dicit *ſex millia*, quos Hincmarus citatus ſic conciliat; *baptizantur de exercitu ejus tria millia virorum, exceptis parvulis & mulieribus*. Eadem qua Chlodoveus die *baptizata eſt & ſoror ejus Alboſledis*. Tum: *Converſa eſt & alia ſoror ejus Lantechildis nomine, quæ in hæreſim Arianorum dilapſa fuerat, quæ confeſſa æqualem Filium Patri & Spiritum Sanctum chriſmata eſt*. Poſt Chlodovei Regis converſionem uſus iſte baptizandi in Natalitiis Domini perſeveravit apud Francos. Guntramnus enim Francorum Rex apud Turonenſem lib. 8. cap. 9. queritur dilatum eſſe nepotis ſui baptiſmum ultra Natalis Domini ſolemnitatem.

X. *Anaſtaſius PP. gratulatur Clodoveo de baptiſmo ab eo ſuſcepto.*

Anaſtaſius Papa, ubi accepit *Chlodoveum* Francorum Regem baptiſmo regeneratum, ſtatim gratulatorias ei literas per Eumerium Presbyterum miſit, a Dacherio Tom. V. Spicilegii publicatas, in quibus ait: *Tuum, glorioſe fili, in Chriſtiana fide cum exordio noſtro in Pontificatu contigiſſe gratulamur. Quippe Sedes Petri in tanta occaſione non poteſt non lætari, cum plenitudinem gentium intuetur ad eam veloci gradu concurrere, & per temporum ſpatia repleri ſagenam, quam in altum juſſus eſt mittere idem piſcator hominum & cæleſtis Hieruſalem Beatus claviger*. Cum vero *Anaſtaſius* menſe Novembri anni CDXCVI. Romanus Pontifex creatus fuerit menſeque Novembri anni CDXCVIII. vivere deſierit, baptiſmos Chlodovei Regis in alium diem Chriſti natalitium incidere non potuit, quam in Natale Dominicum anni CDXCVI.

XI. Ad num. XXXIV. & ſeq. Anaſtaſius Biblio-the-

Iterum recrudeſcit ſchiſma.

rurſus Romam revocant orationem. Etenim licet conflatum ſchiſma, per ſanctam Synodum hoc anno (ut vidimus) Kalendis Martii celebratam, videri potuiſſet eſſe ſedatum, acerbiori denuo conatu recruduit: non quod amplius de illegitima electione fuerit negotium Symmacho ab adverſariis faceſſitum: ſed quod calumnioſe agentes, in eumdem maxima quæque crimina intulerunt, cum & Theodorici Regis Ravennæ agentis auxilium in eumdem Symmachum implorarunt. Res autem geſta ab Anaſtaſio Bibliothecario ita narratur (a): *Poſt annos vero quatuor aliqui ex Clero zelo ducti, & aliqui ex Senatu, maxime Feſtus, & Probinus incriminaverunt* * *Symmachum, & ſubornarunt falſos teſtes, quos miſerunt Ravennam ad Regem Theodoricum accuſantes B. Symmachum; & occulte revocaverunt Laurentium poſt libellum Roma factum, & fecerunt ſchiſma, & diviſus eſt iterum clerus: nam alii communicorunt Symmacho, alii Laurentio. Tunc Feſtus & Probinus Senatores miſerunt relationem Regi, & cæperunt agere, ut Viſitatorem daret Rex ſedi Apoſtolicæ. Tunc Rex dedit Petrum Altinæ Civitatis Epiſcopum, quod canones prohibent.* Hæc auctor, in eo tantum mendax, dum quarto anno ab electione Symmachi ea facta eſſe teſtatur: ad quartum enim annum referenda eſt Symmachi facta in Synodo plenior purgatio, de qua ſuo loco dicturi ſumus.

(a) Anaſtaſ. in Symma.

* inſimulaverunt.

Schiſmatici viſitatorem petunt.

XXXV. Verum hoc anno iſta contigiſſe, cum adhuc Theodoricus Ravennæ ſe contineret, quo libellus accuſationum ad eumdem Regem miſſus habetur, Caſſiodorus certiſſimam fidem facit, dum anno ſequenti ejuſdem Theodorici Regis Romam adventum recenſet: quæ autem hæc ſecuta ſint, dicemus anno ſequenti. Porro acerbiorem hunc iterum excitatum ſchiſmaticorum motum fuiſſe, ea quæ in Palmari Synodo ſcripta leguntur, fidem faciunt, nempe ſpoliatum Symmachum Papam Eccleſiæ bonis: hæc namque in apologetico deplorat Ennodius verbis iſtis: *Quæ enim judiciorum forma præceſſerat, at vobis hoſtiliter diſruptis, etiam per ſuggeſtionem veſtram, ſublatis Eccleſiæ opibus, qui diu fuerat cibus eſurientium, famis mancipium videretur effectus, dum alimentis diſtributor egebat, & fieret in dominata ſervitas, & in ſervitute dominatur?* Hæc ipſe. Sed de his ſuo loco inferius.

XXXVI. ☞ Hoc eodem anno, poſt Conſulatum Paulini videlicet, exhibet nobis codex Arelatenſis duas Symmachi Papæ epiſtolas datas menſibus Septembri atque Octobri ambaſque ſcriptas ad Eonium Epiſcopum Arelatenſem; ſive potius Cæſarium; quarum prior ſic ſe habet:

Dilectiſſimo fratri Eonio * *Symmachus.* * Cæſario.

Dilectionis tuæ litteras, mandataque filio noſtro Creſcentio presbytero in nuncio deferente ſuſcepimus, quibus conſtat inter Arelatenſem, & Viennenſem Eccleſiam aliquod de ordinandis Epiſcopis in vicinis Civitatibus oriri luctamen: illa re videlicet faciente, quod deceſſor noſter ſanctæ recordationis Anaſtaſius tractans confuſionem provinciæ, aliqua contra veterem conſuetudinem juſſerit obſervari, deceſſorum ſuorum videlicet ordinationem (quod non oportebat) ſub qualibet neceſſitate tranſgrediens. Nam dum ad Trinitatis inſtar, cujus una eſt atque individua poteſtas, unum ſit per diverſos Antiſtites ſacerdotium: quemadmodum priorum ſtatuta a ſequentibus convenit violari? Huc accedit, quod hæc ſit ſententiarum varietas * *ad ipſam ſacroſanctam Catholicam religionem credimus pertinere: cujus omnis poteſtas infringitur, niſi univerſa quæ ad invicem ſacerdotibus ſemel ſtatuuntur, perpetua ſint. Quod alias contingere poterit, ſi ſucceſſor deceſſoris actibus non tribuerit firmitatem, & roborando quæ geſta ſunt, faciat rata eſſe quæ geſſerit. Quanta enim Vicariis Beatiſſimi Petri Apoſtoli judicabitur eſſe reverentia, ſi quæ in ſacerdotibus præcipiat, iiſdem tranſeuntibus diſſolvantur? Relegentes ergo veterum Antiſtitum ſuper hac cauſa ordinationes, quibus Eccleſiaſticum gravatur ſcrinium: dilectionem tuam enixiſſime commonemus, ut in ordinandis per ſingulas urbes ſacerdotibus cana ac reverenda ſervetur antiquitas, nec novella conſtitutio vetuſtæ ſanctionis robur imminuat: quia non aliter inter vos poterit ſervari concordia, niſi novis cupiditatibus antiquitatis reverentia modus prudentiori adhibeatur conſilio. Dominus te incolumem cuſtodiat, fili, & frater chariſſime. Dat. III. Kal. Octobr. I. Term. P. C. Paulini Junioris V. C.* Poſterior autem hæc eſt:

PAGIUS

Secundum Schiſma anno DI. excitatum.

thecarius, poſtquam narravit quæ in primo adverſus *Symmachum Papam* Schiſmate geſta fuerant, loquitur de ſecundo, quo quidam Clerici & quidam Senatores rurſus accuſarunt *Symmachum & Laurentium* occulte revocarunt quod *Theodoricum* Italiæ Regem movit, ut Petrum Altinæ Civitatis Epiſcopum *Viſitatorem daret Sedis Apoſtolicæ*. Rei geſtæ tempus exprimit Anaſtaſius a Baronio laudatus, quando affirmat id factum eſſe *poſt annos IV.* ſcilicet a Synodo II. Romana, in qua Laurentius factus eſt Epiſcopus Nucerinus, ut ex dicendis patebit. Quare *Petrus Altinæ Epiſcopus* anno tantum DIII. Viſitator Romam miſſus eſt. Is enim annus IV. eſt ab anno D. ideoque poſtquam *Theodoricus* Romæ fuit, non vero antea, ut putavit Baronius, qui ideo perperam Anaſtaſium reprehendit, quaſi in tempore memorando erraſſet. Sed de his poſtea.

XII. Ad num. XXXVI. & ſeq. Duæ *Symmachi* Papæ ad *Eonium* Arelatenſem Epiſcopum Epiſtolæ *poſt Conſulatum Paulini V. C. data, vere*

* Cæſario.

*Dilectiſſimo fratri Eonio * Symmachus.*

XXXVII *Movit equidem nos, quod dilectionis tuæ relatio declaravit: namque * contra regulas Eccleſiaſtici conſtituti, & adverſum reverentiam canonum tractum per ſubreptionem Viennenſis Eccleſiæ Pontificis, ſedi Apoſtolicæ dudum præſidente prædeceſſore noſtro, ſe inculpabiliter aliqua meruiſſe; cum ſi ſit vera conquiſitio, effectum non poſſint impetrata frivole poſſidere, nec a nobis aliquid novi poterit ordinari, niſi quæ a Patribus prædeceſſoribuſque noſtris in hac cauſa ſtatuta claruerint. Tamen ne facile alterius partis abſentia præjudicabiliter videremur aliqua decreviſſe, id magis duximus ordinandum, ut fraternitas tua competenti tempore de Eccleſiaſtico ordine inſtructum non moretur, & omni cauſa dirigere, qui apud nos veritatem cauſæ competenter allegat; quatenus pertractatis omnibus quod ſtatuendum eſt, ſub deliberationis robore ſentiatur. Illud etiam dilectionem tuam facere debere præcipimus, ut fratrem, & Coepiſcopum noſtrum Viennenſis urbis Antiſtitem miſſo nuncio, & ſcriptura commoneat, ut conſtitutis diebus is quoque hominem proprium dirigat, qui partis ejus allegationes competenter inſinuet: ut de promotis ab utraque parte ſuggeſtionibus ſecurius quæ in perpetuo ſervanda ſint diſponantur. Quia ſemper ſuſpectus judicat, qui ſub unius, quod videtur eligit deploratione ſancire. Dominus te incolumem cuſtodiat frater chariſſime. Data ſub die III. Kal. Novem. P. C. Paulini V.C.*

* nempe.

CO-

PAGIUS

Symmachi PP. ad Eonium Epiſ. Arelatenſem Epiſtola.

ſcripta ſunt ad Eonium, non vero ad *Cæſarium* ut credidit Baronius. Nam Sanctus Cæſarius initio tantum ſequentis ſæculi Arelatenſis Epiſcopus renunciatus eſt, ut infra videbimus. Præterea ex epiſtolæ diverſis annis datæ. Prior quæ tam a Baronio num. XXXVII. quam a Labbeo Tom. IV. Concil. pag. 1292. inverſo ordine refertur; ad præſentem annum pertinet ut ejus ſubſcriptio demonſtrat: *Data ſub die III. Kalendas Novemb. poſt Conſulatum Paulini V. C.* qua formula præſens annus denotatur. Queſtus erat *Eonius* Arelatenſis Epiſcopus apud Symmachum Papam, Viennenſem Epiſcopum *contra regulas Eccleſiaſtici conſtituti* Eccleſiæ ſuæ jura invaſiſſe. Quare Pontifex, qui a prædeceſſoribus ſtatuta ſervari volebat, *Eonio* injungit, ut aliquem ad ſe dirigat, *qui apud ſe veritatem cauſæ alleget*, utque Viennenſem Epiſcopum moveat, *ut is quoque hominem proprium dirigat, qui partis ejus allegationes competenter inſinuet*.

XIII.

Suo anno & ordini reſtituta.

Tum Symmachus acceptis aliis literis ab *Eonio* per Creſcentium Presbyterum miſſis, quibus dicebatur Anaſtaſium Papam *aliqua contra veterem conſuetudinem juſſiſſe obſervari*, Symmachus Eonium commonuit, *ut in ordinandis per ſingulas Urbes Sacerdotibus* (controverſia enim inter utrumque Epiſcopum de ordinatione Epiſcoporum *in vicinis Civitatibus exorta erat*) *cana ac veneranda ſervetur antiquitas, nec novella conſtitutio vetuſtæ ſanctionis robur imminuat*, ubi loquitur Symmachus de diviſione utriuſque Provinciæ alias a Leone Magno facta quam infringi pati nolebat. Epiſtola Eonii ad Symmachum periit, ſed hæc nos docet Symmachi ad Eonium Epiſtola a Baronio num. XXXVI. & a Labbeo loco laudato recitata. Ejus hæc eſt ſubſcriptio: *data III. Kalendas Octob. iterum poſt Conſulatum Paulini Junioris V. C.* ideoque anno Chriſti D. ut recte apud Labbeum, non vero currenti, ut perperam apud Baronium legitur. Hæc Epiſtola (cujus initium: *Dilectionis tuæ literas*, &c.) data, poſtquam hoc anno Symmachus ad Eonium ſcripſiſſet Epiſtolam cujus initium: *Movit equidem nos*, &c. quam numero ſuperiori ad præſentem annum pertinere oſtendimus. Utraque itaque Epiſtola in futura Conciliorum editione ordini ſuo reſtituenda, ac præterea ex ſubſcriptione illius, quæ data eſt *III. Kal. Octob.* vox *Junioris* ab aliquo ſciolo intruſa, expungenda erit; cum *Paulinus* anno CDXCVIII. Conſul ordinarius dici non poſſit *Junior*, quia nullus ejuſdem nominis eum in Conſulatu præceſſerat, quemadmodum anno ſuperiori num. I. jam diximus.

Hoc circiter anno contigit Virdunenſium defectio a *Chlodoveo* Francorum Rege. Aimoinus enim lib. 1. cap. 17. refert id accidiſſe poſt hujus Regis baptiſmum, & ante expeditionem Burgundicam, quam tamen anno ſequenti ſuſcepit. In Vita Sancti *Maximini* Miciacenſis Abbatis, quam Ducheſnius Tom. I. Script. Franc. edidit, legitur, Cives Virdunenſes adverſus *Chlodoveum* Regem rebellaſſe, & cum mari arietibus atque aliis machinis jam cedere viderentur, Sanctum, *Euſpicium* ejuſdem Civitatis Presbyterum miſſum eſſe ad Principem, qui ejus precibus motus *impunitatem quamvis nocentiſſimis* tribuit, juſſitque, ut *Euſpicius* & *Maximinus* nepos, ejus comitatui adhærerent. Cumque Aurelianenſem Urbem Rex adveniſſet, *Euſpicio* & *Maximino* tribuit agrum Miciacenſem aliaſque poſſeſſiones, *ut in eis famulis Dei abſque ullo, liceret Domino famulari, incommodo*, inquit Auctor Vitæ Sancti Maximini. Jacta tunc fundamenta celebris Monaſterii *Miciacenſis*, cujus *Euſpicius* & *Maximinus ſenior* primi Abbates fuere, illeque poſt biennium, *Maximinus* vero circa annum DXX. ad Deum migrarunt ut videre eſt apud Cointium in Annal. Eccleſiaſt. Franc.

XIV.

Florent in Galliis SS. Euſpicius & Maximinus Abbates Miciacenſes.

COROLLARIUM
DE LEGATIONE ECCLESIÆ
ALEXANDRINÆ
AD APOSTOLICAM SEDEM.

I. Meminiſſe debes, lector, cum hoc ipſo Annalium tomo ſuperius (a) impii Dioſcori funeſta ſcelera narraremus, atque deploraremus pariter Alexandrinæ Eccleſiæ acerbiſſimum caſum; nos ad aliquam conſolationem levamenque triſtitiæ, mentionem obiter habuiſſu de miſſa ab Alexandrino Patriarcha hoc tempore, dum præſens cuderetur tomus, legatione ad Clementem VIII. Romunum Pontificem: Quid tamen per legatos geſtum eſſet, haud potuimus, pendente adhuc eadem Romæ cauſa, ulliquid affirmare ac certum quid ſcribere. Ne igitur te de exitu rei animo ſuſpenſum dimiſiſſe videamur: quid poſtea geſtum ſit coram ipſo Romano Pontifice, cum ab eo iidem ſunt uuditi legati, & quomodo divino auxilio ux ſententia tantum negotium confectum ſit, ſicut jucundum tibi foru putamus audire, nobis haud moleſtum erit referre: ex quibus & tu (ſi Catholicus es) hæc ſciens, plurimas Deo gratias agas; ſin autem transfuga inter impia hæreticorum ugmina profiteris, magis magiſque erubeſcas & confundaris, in te illud propheticum dictum audiens (b): *Erubeſce Sidon, ait mare.*

(a) *Anno Christi* 452. (b) *Iſai.* 23.

II. At non invidiam, patiar, neque calumnium, ſi vutera præ manibus habens, recentia tractem: pro me enim honorificam ſatis fortemque Dominus noſter viſus eſt habuiſſe ſuis verbis apologiam, cum ad opulentum parabolarum convivium appoſuit hujuſmodi corollarium (c): *Ideo omnis Scriba doctus in regno cælorum ſimilis eſt homini patriſamilias, qui profert de theſauro ſuo nova & vetera.* Et ſponſa, quæ gerit typum Eccleſiæ, myſtice in Canticis cecinit (d): *Omnia poma, dilecte mi, nova & vetera ſervavi tibi.*

(c) *Matt.* 13. (d) *Cant.* 7.

III. Non ſatis quidem ſufficio divinam udmiruri providentiam in Eccleſiæ regimine mille ſignis quotidie magis magiſque elucescentem: quibus appareut luce perſpicua, nolle Deum in maxima qualibet & horrenda Eccleſiæ tempeſtate ſileri præconiu veritatis. Sic enim in paſſione Domini urripientibus fugam Apoſtolis, latro confitetur in cruce, & (e) Centurio uperta voce vere Filium Dei Chriſtum profeſſus eſt: tacentibus ſi fieri poſſet, cunctis hominibus qui confiteri deberent; tunc fore ut lapidus clumorem emitterent, Dominus dixit (f). Suppetunt quidem de his innumera argumentu: ſed non eſt opus ut ub untiquitate petamus exempla, cum præſentis ſæculi rerum ſtatus his plus ſatis abundet. Cum enim negant Catholicam fidem filii deſertores, Romunæ Eccleſiæ rebellantes, traducunturquu in errorem Borcales provinciæ, atque inſurgunt blaſphemantes & inſanientes in cathedrum Petri: ecce Indi & Antipodes credentes Chriſto, ſe filios eſſe Romanæ Eccleſiæ glorientur, ejuſdemque uberu ſugentes, matrem ſciunt, & matrem appellant, ub eaque ſe in Chriſto eſſe genitos recognoſcunt.

(e) *Matt.* 27. *Marc.* 15. *Luc.* 23. (f) *Luc.* 19.

IV. Dum igitur in ipſum Romunæ Eccleſiæ Pontificem phrenetici iſti, dicendi potius arreptitii, jaciunt contumelias atque evomunt toxicatas vipereo ex ore blaſphemias: in immenſum multiplicato fœnore aliunde compenſat Deus benedictiones, laudes, præconia, ſummoſque gloriæ titulos; udeo ut non toleranda libenter tantum, ſed & expetenda quodammodo videuntur reproborum hujuſcemodi maludictu, pro quibus adeo amplum confertamque Deus rependit benedictionum menſuram, ſecundum illud Davidicum (g): *Forte reſpiciet Dominus afflictionem meam, & reddet mihi Dominus bonum pro maledictione hodierna.* Unde & cecinit (h): *Maledicent illi, & tu benedices.*

(g) 2. *Reg.* 16. (h) *Pſal.* 108.

V. Nam idem penitus accidit, quod idem Propheta (i) fore prædixerat, cum (ſecundum S. Auguſtini (k) ſententiam) de hæreticis iſtu vaticinatus eſt: *Polluerunt teſtamentum ejus*: dum conati ſunt ubolere promiſſiones Dei. Sed quæ hos mox ſubſequatur pœna peccati, ſic ſubditur: *Diviſi ſunt ab ira vultus ejus*: Nam maxima omnium indignatio, cum Deus impium mentis percutit cæcitate, & e ſua eiicit domo atque a filiis dividens, alienum ab hæreditate conſtituit. Sed quod nullum afferat Eccleſiæ damnum ſegregatio impiorum, illud æque ſubiicitur: *Et appropinquavit cor illius*: etenim tunc evidentioru amoris ſigna Chriſtus oſtendit Eccleſiæ, majoru donu impertiendo. Quod hoc noſtro ſæculo præcipue factum cognoſcimus, dum impii Novatores irritum reddere conati teſtamentum ejus, nempe factus a Chriſto Petro promiſſiones, diviſi ſunt ab Eccleſia Romana: ſed

(i) *Pſal.* 54. (k) *Aug. in Pſ.* 54.

tunc magis cor Chriſti ipſi appropinquaſſe cognoſcitur, cum novum ei adiicit Orbem; & qui per tot ſæcula errore ſepulti, inter mortuos fuerant deputati Alexandrini, iidem quaſi nova reſurrectione ad vitam revocati ipſi matri omnium Romanæ redduntur Eccleſiæ, ex qua fuerant propagati, cariſſima ſoboles, Marci filii, & cum ipſis omnes Ægypti provinciæ, atque his communione conjuncta univerſa Eccleſia Æthiopica: ita ut magno miraculo, rerum verſa vice, Æthiopes dealbentur, dum ſuper carbones facies Borealium denigrantur. Sed jam quæ ſpectant ad tanti ponderis legationem epiſtolas recitemus, primamque ordine ponamus quæ ſcripta eſt ab Alexandrino Patriarcha nomine Gabriele: ſic enim ſe habet:

VI. *In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti unius Dei. In nomine Dei compatientis atque miſericordis. Gloria Deo ſempiterna. Salus a Domino. O Deus da ſalutem.*

Epiſtola Patriarchæ Alexandrini ad Clementem. VIII.

Humilis Gabriel Dei gratia famulus ſedis S. Marci in urbe Alexandrina Ægyptia & in omnibus aliis locis ſibi conjunctis, Auſtralibus, Maritimis, & Æthiopicis nonageſimusſeptimus Patriarcharum, S. Marci Evangeliſtæ ſucceſſor ſalutem impartitur, atque oſculum offert ſpirituali Patri Domino, Patrum Patri, Patriarcharum Principi, tertiodecimo Apoſtolorum glorioſi Domini noſtri Jeſu Chriſti, & quinto SS. Evangeliſtarum, S. Petri Apoſtoli ſucceſſori. Quod audis appellari ipſum Clementem Romanum Pontificem, Apoſtolorum decimumtertium: ob vitæ ſanctæ merita id ab eo dictum intelligas: ſicut Gregorius Nyſſenus eodem reperitur uſus dicendi genere, ubi in oratione habita in funere Meletii ita exorditur: *Auxit nobis numerum Apoſtolorum novus Apoſtolus*, &c. itemque ſcias ſic quintum Evangeliſtam eumdem nominari, quod notum eſſet, quod quæ a Romanis Pontificibus de fide docentur, nulla vel levi valeant mendacii ſuſpicione labefactari. Sed & alios audi, quibus eumdem cumulat, titulos dum pergit: *Petra fidei ſuper ejus cathedra in magna Roma ſedenti, cui data eſt a Deo poteſtas ligandi atque ſolvendi, cujus mentio fit in ſacro Evangelio, cum dicit: Tibi, O Petre, dedi claves regni cælorum: quod ligaveris ſuper terram, ligatum erit in cælis, & quod ſolveris ſuper terram, ſolutum erit in cælis. Tu enim loco ejus conſtitutus, & ſucceſſor es ſuper terram, Pater noſter, & Dominus noſter, atque corona capitis noſtri, Dominus Papa Clemens Octavus, Papa Romæ. Miſereatur nos Dominus benedictione orationum ejus.*

VII. *Gratias agimus Deo altiſſimo, eumque ſanctificamus & magnificamus: quod te conſtituit Chriſtus Catholicæ fidei habenas tenentem, & ſancta Catholica & Apoſtolica Romana Dei Eccleſia fundamenta ſervantem, miſericordem & pium ſuper univerſum populum Chriſtianum, ac diligentem omnes in Chriſtum credentes, inſtar beatiſſimi Petri, qui te ſuccedere fecit in ejus cathedram. Tu qui effectus es caput & maximus Patriarcharum, & Magiſter & Prædicator totius populi Dei, illos doctrinis tuis ſpiritualibus irrigas, eoſque ſermonibus tuis cibas ſalutaribus. Quam ob cauſam ſanctas litteras tuas ad humilitatem noſtram miſiſti per filium benedictum, dilectum, amabilem, devotum, Orthodoxum, Hieronymum Vecchiettum: Quibus poſtquam aſtitimus, ſigilloque excellenti aperto, eas deoſculati ſumus, ac ſi ſanctam tuam deoſcularemur imaginem, & ab eis gaudio affecti ſumus, tamquam Pauli Apoſtoli, cæteriſque Catholicis epiſtolis: & gratias agimus Deo excelſo ob nimiam erga nos dilectionem tuam: ac preces ad Dominum, (cui laus) effudimus, ut te ſuper ſedem ſuam cum quiete & tranquillitate ad annos plurimos conſervet.*

VIII. *Certiorem autem te facimus, Pater ſpiritualis olim veniſſe filium benedictum Joannem Baptiſtam cum litteris Domini Patris Papæ Gregorii XIII. (Deus miſereatur nobis benedictione orationum ejus) ad Patrem Patriarcharum Amba Joannem, in Patriarcharum numero nonageſimumſextum. Ipſum Joannem Baptiſtam rediiſſe ad humilitatem noſtram cum litteris Domini Patris Papæ Sixti V. quæ dilectionem & unionem cum ſancta Catholica Romana Eccleſia, & ſalutares ſermones, gregiſque cuſtodiam, ac pro eo mundi Creatorem orare & precari admonebant: quod quidem acceptavimus, eique obedivimus. Crevitque apud nos, & apud omnes filios noſtros Chriſtianos Dei populos gaudium & lætitia, quod ad nos pervenerunt litteræ tuæ, maxime Pater, per dilectum filium tuum benedictum Hieronymum. Rogamus itaque ſanctitatem tuam, eique ſupplicamus, ne obliviſcaris noſtri in continuis orationibus & petitionibus tuis ad Deum, ut nos adjuvet, atque confirmet in fide recta, efficiatque ut quæcunque divina atque ſpiritualia juſſeris mandata, adimpleamus, noſque liberet a rapacibus Satanæ lupis: ſumus etenim miſeri ac impotentes, & in mari peccatorum immerſi; neque alia nobis remanet ſalus, quam ſummi Dei gratia, & continuæ ac ſanctæ pro nobis orationes veſtræ. Apud me enim humilem nulla eſt ſocordia vel repugnantia erga divina præcepta: & ſicuti antiquitus erant Patres prædeceſſores in ſede Romana, & in S. Marci ſede ad hoc uſque tempus ſpirituali cum dilectione ac vera charitate, ita eorum veſtigia imitamur.*

IX. *Certiorem etiam reddimus Patris Papæ ſanctitatem, quod tempore Patris Patriarchæ Amba Gabrielis in Patriarcharum numero Alexandrinæ regionis nonageſimiquinti (cujus animæ Deus tribuat requiem,*

Digitized by Google

quiem, noſteique miſereatur orationibus ejus) venit ad eum Nuncius Patris Papæ urbis Romæ, vir doctus, & virtute præditus, nomine Ambroſius, Epiſcopus Aurienſis, qui in Eccleſiis noſtris Ægyptiis celebravit, ſanctumque expoſuit Evangelium, præſentibus presbyteris, diaconibus, aliiſque Chriſtianis; factumque eſt eis gaudium magnum atque ineffabile: & ego humilis Gabriel ſcriba litterarum Patriarchæ atque famulus & hujus epiſtolæ ſcriptor his actibus præſens eram. Rurſus ipſe ego humilis Gabriel ſedis ſancti Marci famulus, cum hujus rei memoriam perpenderim, gaviſus ſum valde ob unionem dilectionis; deſideravitque anima mea, ut ſic etiam fiat ſanctitatis veſtræ tempore: utque noſtram erga ſanctitatem veſtram dilectionem, noſtramque in divina charitate approbetis unionem cum Eccleſia Romana, quæ eſt caput & baſis omnium Catholicarum Eccleſiarum.

X. *Si vero quæſiverit prædictus D. Pater de profeſſione & fide noſtra in Chriſtum Dominum, deque mirifica incarnationis ex immaculata ſemper Virgine Maria demonſtratione: hæc omnia ſunt apud vos definita a Patribus anteceſſoribus ſanctis Patriarchis, in archivis Romanis ſervata, prout etiam apud nos ſcriptis eſt traditum. Si autem quæſiverit de paupertate, miſeria, oppreſſione, ac nimio labore noſtro, in quibus vivimus; quamplurima ſunt, nec ea alius ſcit, quam ſolus Deus, cui laus: ſumus tamen divites, excelſi Dei gratia, ejus freti miſericordia, quæ adjuvat inopes & indigentes, ſicuti ſum ego miſer. Glorioſum ergo Dominum roget Pater omni tempore, ut nos ſua miſericordia adjuvet, ſuaque gratia amplectatur; ut mandata divina, atque præcepta Evangelica, quæ nobis juſſerit, adimpleamus.*

XI. *Sanctitatem tuam certiorem facio ego humilis, miſſos eſſe a nobis cum his litteris filios benedictos ſacerdotem Joſephum, & ſacerdotem Abdelmeſſia (benedicat eis Deus) ut ſiſtant coram Domino Patre, noſtroque nomine ſalutem ei impartiantur, pedeſque veſtros deoſculentur, & gratias vobis agant de veſtra in nos benignitate, viceſque noſtras gerant, & vobis noſtram narrent paupertatem ac miſeriam, atque monachorum, pupillorum, & locorum noſtrorum. Rogamus ideo Patris ſanctitatem, ut illos & nos benigne reſpiciat & commendatos habeat, utque ad nos ejus ope & auxilio ſalvi redeant & incolumes ad continuam dilectionem & hujus negotii ac divinæ ſervitutis, quam nobis injunxiſtis, perfectionem; & ipſi innoteſcere faciant ſanctitati veſtræ ore, abſque ſcriptis, quod ſis Chriſti Vicarius, & Patriarcharum atque Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ caput, tibique ore proprio teſtimonium perhibebunt; & quicquid dixerint, veluti ex ore noſtro accipies; & quæ Pater eos docuerit, nobiſque ſignificaverint cum ad nos reverſi fuerint acceptabimus, nemine repugnante; & quæ ipſis mandaveritis & præceperitis, nos exequemur.*

Deum altiſſimum rogamus, ut Eccleſia XII.
ſit una Catholica & Apoſtolica ſine diviſione, & ſine ſeparatione, ut efficiamur Chriſti membra dilectionis & charitatis ligamine colligati ſine ſchiſmate, precibus ſanctiſſimæ Dominæ Mariæ ſemper Virginis, & optimorum Patrum noſtrorum Sanctorum Apoſtolorum. Amen, & laus Deo ſempiterna. Epiſtolæ verſus ſunt octogintaocto, excepta divini nominis invocatione ſignoque ſancto; neque inter verſus eſt aliquid interpoſitum, neque in ejus marginibus verbum aliquod, præter id quod ſcriptum eſt in ea, ſuntque obſignatæ conjunctiones ejus ſolito Cameræ noſtræ ſigillo, & Domino noſtro gloria ſempiterna. Scripſimus die decimaſexta menſis Hatur benedicti, anno a ſanctis Martyribus milleſimo trecenteſimodecimo, id eſt, die XXII. menſis Novembr. anno Domini M. D. XCIII. Peculiaris iſta eſt antiquitus ſervata Alexandrinorum fidelium & totius Ægypti chronologia, ut a SS. Martyribus numerent annos, ex pietate nempe deducta. Etenim horreſcentes nomen Diocletiani Imperatoris acerbiſſimi Chriſtianorum perſecutoris in annorum numeratione, quam ille ab exordio ſui Imperii faciendam præſcripſerat, recenſere (quod poſteros feciſſe diximus) ipſi ab ejuſdem Imperatoris anno primo itidem numerum deducentes, loco nominis perſecutoris Eccleſiæ Diocletiani, S. Martyres poſuere. Sed quod in dicto numero inveniantur ipſi eam chronologiam inchoaſſe ab anno Domini ducenteſimo octogeſimotertio, primus vero annus Diocletiani a noſtris (ut vidimus) numeretur anno Domini ducenteſimo octogeſimo quarto: nihil tamen ſcias eſſe diſcrepantiæ, cum idem ſit apud eos octogeſimuſtertius tertia ex parte, qui apud noſtros Latinos octogeſimusquartus: nam menſe Thoth, qui incipit quarto Kal. Sept. ipſi annum auſpicantur. His vero ad poſtremum hoc additur:

Perveniat, volente Deo, Romam ad manus magni Papæ, ex Alexandria Coptorum Patriarcha.

His ſubiicitur admonitio ab eodem Patriarcha ſuis legatis data, quæ ſic ſe habet:

In nomine Patris & Filii & Spiritus XIII.
Sancti unius Dei. Gloria Deo. Sempiterna ſalus a Domino. O Deus, da ſalutem.

Miſſa hæc benedictio eſt ab humili Gabriele Dei gratia ſedis S. Marci Alexandriæ, Ægypti, Æthiopiæ, & cunctarum provinciarum famulo: Benedictis filiis religioſis monachis fidelibus presbyteris, reverendo ſacerdoti Joſepho, & reverendo ſacerdoti Abdelmeſſia monachis deſerti S. Macharii, benedicat eis Deus. Quod autem ab ipſis volumus, eſt, quod glorioſi Domini obtulimus donum, & cum eorum di-

dilectione convenimus, ut ipſos mitteremus ad Dominum Patrem, Patrum Patrem, caput & Patriarcharum Principem ſuper S. Petri Apoſtoli cathedra in Regione Romana ſedentem, Catholicum & Apoſtolicum Chriſti Domini ſuper gregem ejus ſucceſſorem & Vicarium Dominum Papam Clementem VIII. Perpetuos efficiat Deus altiſſimus dies Pontificatus ejus, & miſereatur mei abjecti, totiuſque populi Chriſtiani, meritis orationum ejus. Amen.

XIV. *Itaque obtemperaverunt rogationibus noſtris, curamque & humanitatem ipſorum requiſivimus, ut ubi pervenerint ad D. Papam Clementem, pedes ejus pro nobis deoſculentur, ejuſque mandata auſcultent, & eis obediant, ſintque coram eo & in ejus famulatu ſtantes & obedientes ejuſque ſermones auſcultantes, ac ſi eſſent ex ore Chriſti Domini, ex præſentia & reverentia ejus timentes ac trementes, ſanctitati ejus ſupplices, quouſque ad nos inde redierint; & vices noſtras gerant, eique narrent paupertatis & miſeriæ noſtræ ac monachorum noſtrorum pupillorum & locorum ſtatum: Patris ſanctitati ſupplicetis, ut vos & nos benigne reſpiciat, atque commendatos habeat, utque ad nos redeatis ejus auxilio ſalvi & incolumes ad continuam dilectionem, & ad omnium quæ vobis præcepimus obſervantiam in divina ſervitute ergo D. Papam Chriſti ſucceſſorem, qui eſt caput Patriarcharum, & baſis Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ: & quicquid dixeritis ex ore veſtro, tanquam ex noſtro erit prolatum: & in ſermonibus ejus confirmamini; quoniam omnia, quæ ipſe vobis ore ſuo dixerit, tanquam ex ore Chriſti erunt prolata.*

XV. *Ideo ea ſuſcipite, eiſque obedite, & mandatis ejus ne ſitis repugnantes: Quicumque enim divinis ejus præceptis non obtemperaverit, Chriſto Domino, qui ſua gratia ipſum erexit minime obtemperat. Itaque omnia quæ vobis dixerit D. Pater circa ſanam profeſſionem, atque rectam in Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia fidem nobis referetis, & ea exequemur una cum gente noſtra. Quamobrem eundem vobis repetimus ſermonem, ut ſitis auſcultantes & obedientes abſque repugnantia. Omnia enim quæ mandaverit D. Pater, nos exequemur: & quicquid Evangelium per os ejus reprobaverit, ſi apud nos erit, reprobabimus. Cumque redieritis ad nos, & optima renunciaveritis mandata, non tranſgrediemur ea. Horum autem omnium fundamentum eſt, ut Eccleſia Romana, & Alexandrina ſit una, vinculo charitatis ſine diviſione colligata.*

XVI. *Deum rogamus, ut ſanctum Papam diu ſervet incolumem: & confirmatio hujus eſt ſignum ſanctum & venerabile ſuper ejus marginibus ſigillum, & laus Deo Sempiterna. Scripſimus die decimaſexta menſis Natur benedicti, anno juxta Copticam computationem milleſimo treceneſimo decimo, id eſt, die vigeſimaſecunda menſis Novembris anno Domini M. D. XCIII.*

His additur epiſtola Joannis Comus Ale- XVII.
xandriæ, quem antiquitas nominare conſuevit Corepiſcopum, utpote qui res Eccleſiæ Alexandrinæ loco Epiſcopi adminiſtraret: cui cum inditum vides titulum Diſcipuli, ſcias ita dici ſolitos eſſe inferiores Epiſcopos:

In nomine Dei æterni, ſempiterni, vivi, & perpetui in æternum. XVIII.

Diſcipulus peccator inutilis oſculatur terram, inclinans caput ſuum peccatis obnoxium, inquinatum, vile, ſubtus pedes mundos dominicos, paternos, patriarchales Patris noſtri capitis, & Principis noſtri, & vigilantis de ſalute animarum noſtrarum, Patris noſtri juſti, & vaſis honorabilis electi Patris Patrum, & Principis Principum, tertii decimi Apoſtolorum mundorum, & quinti Evangeliſtarum ſanctorum, Patris corporalis, & Angeli ſpiritualis, ſedentis ſupra ſedem S. Petri Apoſtoli, tenentis in manu ſua pura ſceptrum principatus & crucem fidei, mitrati, induti ſtola ſacerdotali ſacerdotis in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, in cujus manu eſt abſolutio & ligatio & honoratio, timentis Deum paſtoris boni ovium rationalium, Patris honorandi, electi Papæ Clementis Octavi in Urbe magna Roma, Catholica, Apoſtolica: Perpetuet Deus excelſus principatum ejus pacificum a moleſtiis, & miſereatur ſervi pauperis peccatoris per exauditionem orationum & petitionum ſuarum. Amen, Amen, Amen.

Quod autem repræſentat Diſcipulus pec- XIX.
cator ſanctitati Patris, eſt, perveniſſe ad Diſcipulum epiſtolam benedictionis a ſanctitate Patris comitem fratris dilecti amabilis Hieronymi Vecchietti, quam accepit Diſcipulus honoratione ac magnificatione, eamque legit Diſcipulus ſtans pedibus ſuis, & intelleximus quicquid in ea nobis ſcripſit in verbis elegantibus; & gratias egimus Chriſto Domino, cui gloria, qui dignos nos fecit ad recipiendum hanc gratiam maximam, & donum egregium; quia Diſcipulus non eſt dignus hujuſmodi propter magnitudinem peccatorum ſuorum multorum. Item pervenit ad nos quod nobis donavit ſanctitas Patris ex abundantia gratiarum ſuarum, hoc eſt, liber quatuor Evangeliorum ſanctorum impreſſorum, & fuit nobis pro eo maxima lætitia & gaudium & conſolatio; Deus excelſus autem perpetuet principatum Patris multo tempore. Nec lateat ſanctitatem Patris: ubi perveniſſent litteræ ſanctitatis Patris ad Diſcipulum in urbe Alexandrina, abfuiſſe Patrem Patriarcham Anba Gabrielem Patriarcham Alexandriæ in partibus provinciæ. Sed id ad exigendam eleemoſynam a piis hominibus in nomine monachorum pauperum egenorum: eo ipſo miſimus ad eum litte-

ras

ras ex parte noſtra affirmantes ei, ut præſens eſſet in Ægypto, ad aſſiſtendum litteris ſanctitatis Domini Patris. Cum autem accepit litteras Diſcipuli ſtatim præſens fuit in Ægypto.

XX. *Et direximus ad eum fratrem dilectum Hieronymum Vecchiettum: convenit eum in Ægypto civitate munita, & tradidit ei litteras Domini Patris, quas legit ad verbum; & quicquid ei ſcripſit, accepit magna auſcultatione & obedientia atque exhibitione, & ſtatim ſcripſit ad vos reſponſum litterarum quantum in eo ſatis erat amplificationis verborum, & direxit ad vos litteras ſigillo munitas ſecundum conſuetudinem comitis legatorum, hoc eſt, noſtri Patris ſacerdotis Joſeph, & noſtri Patris ſacerdotis Abdelmeſſia, ex primis monachis monaſterii ſancti Macarii in deſerto ſancto in Valle Atrun; & jam ſcripſit Pater Patriarcha Anba Gabriel litteras ſuas ſigillo munitas & ſignatas ad monachos dictos, & præcepit eis, ut obedientiam exhiberent, & dicerent ſermonem ad ſanctitatem Patris Papæ, neque diſcederent a præceptis illius, & a quacumque re, quam præceperit Pater, non diſcederent ictu oculi, quia quicumque audiverit doctrinas Patris, ipſe audiet doctrinas Chriſti Domini, cui gloria: & qui contradixerit ſermonibus Patris, ipſe contradicet Chriſto Domino: cui gloria.*

XXI. *Voluntas autem in eo eſt, ut ſint ſimul concordes in charitate ſpirituali, & ſit Eccleſia una Romana, & Alexandrina, neque ſit inter nos differentia ulla in quacumque re. Et quod Diſcipulus peccator Joannes Comus ſedis S. Marci Alexandriæ volebat præſens eſſe apud ſanctitatem Patris (ſicut Chriſtus Dominus ſcit, cui gloria) & exhibere inclinationes ſubtus pedes ejus mundos, & oſculari manus ejus puras, & non potuit Diſcipulus id exequi propter multas cauſas: quia Diſcipulus vir ſenex eſt, & multarum infirmitatum, & non poteſt iter facere, & præcipue ab hac remota regione; prætereo propter obſequium Eccleſiarum Alexandriæ, & negotia egenorum & pauperum & infirmorum & pupillorum & viduarum, & hujuſmodi.*

XXII. *Et ideo direximus ad ſanctitatem Patris puri filium noſtrum cariſſimum, filium Barſum miniſtrum ex filiis noſtris & filiis Eccleſiæ ſanctæ, ut exhiberet ad ſanctitatem Patris multas inclinationes, & oſcularetur pedes ejus mundos vice Diſcipuli. Et quod petendum a beneficentiis ſanctitatis Patris, abſque præceptione ſuper illum, eſt, ut habeat curam filii noſtri filii Barſum Archidiaconi, quam maxime poterit, eumque reſpiciat oculo ſolicitudinis & miſericordiæ; eo quod miſimus illum ad ſanctitatem veſtram puram, ad adipiſcendam benedictionem, & documenta egredientia ab ore tuo puro: & jam præcipimus ei, ut exhiberet obedientiam, & ne unquam diſcederet ab omnibus quæ ei injunxerit ſanctitas Patris. Et quod petendum a ſanctitate Patris, propter Chriſtum Dominum, cui gloria, eſt, ne ægre feras Diſcipulum peccatorem, quaſi audacem & præſumentem ſuper ſanctitate ſua pura: quia Diſcipulus inutilis eſt & peccator, atque exitus totius negotii incumbit miſericordiæ Chriſti & orationibus Patris accepiis.*

XXIII. *Jam pervenit ad nos, quod donavit ſanctitas Patris de eleemoſyna ſancta accepta nomine Eccleſiarum Alexandriæ per manum fratris dilecti Hieronymi. Chriſtus autem Dominus, cui gloria, retribuet ſanctitati veſtræ puræ pro eo dupla in regno cœlorum: & jam diſtribuimus illud, ſecundum diſtributionem Vicarii fidelis in pecunia domini ſui: Jamque perpetua facta eſt memoria D. Patris ſuper templa ſacra, omni tempore in Eccleſiis Alexandriæ, tempore ſacrificiorum, & orationum nocturnorum & diurnarum.*

XXIV. Quanta vero his temporibus anguſtia laboret Alexandrina Eccleſia ſub immani Turcarum dominio, quæ his ſubduntur tibi facile indicabunt: ut plane terribilem Dei vindictam adverſus eam & omnes Orientales, ubi defecerunt a communione Apoſtolicæ ſedis, immiſſam, nemo prudens abſque mentis horrore, animique pavore valeat contemplari. Ut de ea lugubre illud Hieremiæ carmen ſit occinendum (a): *Haeccine eſt urbs perfecti decoris, gaudium univerſæ terræ?* (a) Thren. 2. Quæ enim omnium Orientalium Eccleſiarum florentiſſima, & opulentiſſima erat, eo nunc paupertatis & anguſtiæ redacta, ipſis etiam ſacerdotalibus indumentis, neceſſariiſque ſubſidiis caret, quæ ſibi a Patre Patrum Romano Pontifice impendi rogat. Dei namque diram hanc eſſe vindictam, ut ſacerdotes laborent inopia, quiſque intelliget, qui Domini ſententiam in Eli filios & eorum poſteros promulgatam attendit (b), cum fore dicit (b) 1. Reg. 2. ut rogaturi eſſent ut admitterentur ad unam partem ſacerdotalem, ut comederent buccellam panis: & quod ait ipſe Dominus per Malachiam (c): *Ad vos* (c) Mala. 2. *mandatum hoc, O ſacerdotes: Si nolueritis audire mittam in vos egeſtatem, &c.* Iteratumque plane quod per Iſaiam de Ægypto prædixerat (d): *Tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium, &* (d) Iſa. 19. *Rex fortis dominabitur eorum.* Tale judicium & reliquis ſubituris, qui ab Apoſtolica ſede rebellant: ut cladibus preſſi, cogantur tandem cognoſcere & invocare matrem, cujus ſe filios eſſe negatant. Sed audi petentes matris ubera, qui diu errantes ab utero locuti ſunt falſa.

XXV. *Veruntamen ſanctitas Patris (perpetuet Deus excelſus principatum ejus) propter Chriſtum Dominum non obliviſcatur noſtri, Eccleſiarum noſtrarum, ac nationis noſtræ, ac Alexandriæ exiſtentium: quoniam Eccleſiæ ac natio noſtra pauperes ſunt valdo: neque percontandum eſt de præſen-*

ti

ti earum paupertate, inopia, atque indigentia. Nam Alexandriæ tres ſunt Eccleſiæ Catholicæ, una nomine principis Angelorum ſancti Michaelis, ſecunda ſancti Marci Evangeliſtæ Catholici, ac tertia nomine martyris magni ſancti Georgii extra urbem ad littus maris ſalſi; & omnes tres Eccleſiæ indigent ædificatione, veſtitu, & impenſis pauperum atque egenorum.

XXVI. *Item tributa & reliquæ exigentiæ propter Judices ac rerum Præſides, quotieſcumque tentaverit dæmon, quem Deus excelſus confundat; ac Diſcipulus non poteſt iis ſatisfacere: noſtra enim natio, populique noſtri omnes, cum pauperes ſint atque inopes, his ſatisfacere non poſſunt: ſed ſi ſanctitas Patris ſolicita fuerit de Diſcipulo, ac de noſtris populis & natione noſtra, ſatis erit. Si vero ſanctitas Patris interroget de ſtatu noſtro, ac de ſtatu nationis Chriſtianorum Coptorum, deque præſenti eorum inopia, indigentia ac paupertate, quicquid contingat illis ob ſolutionem tributorum atque exigentiarum, quantaque patiantur verbera, contemptum, poſitiones in catenis & vinculis & carceribus, ac cætera id genus, & niſi auxilium Chriſti (cui gloria) apprehendat eos, diſcederent aliqui a fide Chriſti. Diſcipulus autem hujus rei cauſa in maximo labore eſt; quoniam ſumus in ſumma perſecutione.*

XXVII. *Et quod petendum a ſanctitate Patris, eſt, non obliviſcatur noſtri in eleemoſyna ſingulis annis nomine Eccleſiarum & pauperum Alexandrinæ urbis, & in hoc obtineatis maximam mercedem & permanentiam, ſicuti ſanctitas Patris oſtendit, ut perpetua ſit memoria veſtra ſancta ſuper templa ſacra in Eccleſiis Alexandria omni tempore, & in perpetuum. Jam pervenit ad nos cum fratre dilecto & amabili Hieronymo, quod donavit ſanctitas Domini Patris ex veſtitu Eccleſiæ ſanctæ, & ornatis veſtibus ſericis: & jam ſcripſimus nomen Domini Patris ſupra veſtitum ſacrum. Modo egemus alio indumento albo pro veſtitu ſacerdotis tempore ſacrificii mundi, ſicut & veſtitu miniſtrorum tempore miniſterii: idque totum repræſentamus auribus ſanctitatis Domini Patris.*

XXVIII. *Diſcipulus autem ſtat pedibus ſuis ad obediendum mandatis ſanctitatis Patris: quoniam omnes ſumus auſcultantes, obedientes, atque erecti ad omnia quæ nobis præceperit, & ad implendum negotium, Deo volente; quia ſumus ſub obedientia: nam Pater eſt ſummus Patriarcharum, & caput capitum, & ſucceſſor ſancti Petri Apoſtoli; & quod ligaverit, erit ligatum; & quod ſolverit, erit ſolutum. Debitum vero quod attinet ad nos & ad omnes ſacerdotes ac miniſtros, & ad populum Chriſtianum, eſt auſcultare & obedire, nulloque modo contradicere Patri in omni re, quam nobis præceperit: nam qui debito contrarius fuerit, erit ejus ſtatus perditus atque inutilis.*

Petimus autem a Chriſto Domino (cui gloria) ut vos perpetuet ac ſtabiliat ſupra Sedem S. Petri multos annos, & perpetuet principatum veſtrum, ſubiiciatque inimicos veſtros ſub pedibus veſtris, ac veſtras doctrinas & ſanctas nobis prodeſſe efficiat. Nos expectamus reſponſum veſtrum ad nos in quo opus erit: nam nulla unquam differentia inter nos erit cum ſit Eccleſia una Romana, atque Alexandrina. Si vero interrogetis de fratre ac amico veſtro Patre Patriarcha Amba Gabriele Patriarcha Alexandriæ, ipſe orat pro vobis nocte ac die, & eſt ſub obedientia veſtra, ſtatque pedibus ſuis ad obediendum, & expectat reſpoſum veſtrum cum legatis diſcipulis prædictis; & ſic omnes ſacerdotes & miniſtri orant pro veſtra ſanctitate, ut ſemper permaneat. Petitio autem Diſcipuli ab abundantia gratia veſtræ erit, ne obliviſcamini noſtri in recordatione ad extremum orationum veſtrarum ſanctarum, ut remittat nobis peccata noſtra per veſtras preces acceptas ante Dominum Deum. Atque innovatio petitionis a ſanctitate Patris eſt in commendatione filii noſtri filii Barſum, & quam primum ejus redditus ad nos cum reſponſo poſt oſculum terræ ſub pedibus Patris: perpetuet Deus excelſus principatum ejus multo tempore. Datum die ſabbati benedicti, duodecimi menſis Chiach benedicti Coptici, anno milleſimotrecenteſimodecimo a captivitate Martyrum mundorum, id eſt, die decimaoctava menſis Decembris, anno nativitatis Domini M. D. XCIII. Minimus Diſcipulorum diſcipulus peccator Joannes Comus urbis Alexandriæ. XXIX.

Quod repræſentandum ſanctitati Domini Patris eſt, quod Diſcipulus jam direxit ad ſanctitatem patris filium noſtrum Barſum Miniſtrum, nempe Archidiaconum Eccleſiæ Sancti Marci Catholici Alexandriæ: Pater autem reſpiciat illum oculo ſolicitudinis & miſericordiæ ac miſerationis, & toto tempore manſionis ejus Romæ detur ei aliquis ex magiſtris, qui illum dirigat ac doceat ſapientiam & philoſophiam & cæteras ſcientias ac virtutes, ut obtineatis in hoc mercedem perfectam abundantiorem portionibus, ac Deus excelſus paſcat vos, perpetuet manſionem veſtram, & faciat nos ſemper eſſe ſub obedientia veſtra. XXX.

Audiſti clamores, percepiſti lacrymas, conſideraſti anguſtias & miſerias, quibus per multa ſæcula preſſi Alexandrini, tandem e tenebris emergentes, ad lucis radium apertis oculis, ſalutem implorant, ſecundum illud propheticum de iiſdem Ægyptiis olim prænunciatum (a): *Clamabunt ad Dominum a facie tribulantis, & mittit eis Salvatorem & propugnatorem, qui liberet eos: & cognoſcetur Dominus ab Ægypto, & cognoſcent Ægyptii Dominum* XXXI.

(a) Iſai. 19.

num

quum in die illa, & colent eum in juſtitiis, &c. Quam autem id verum ſit, audi ipſorum legatorum profeſſionem Romæ editam coram ipſo Sanctiſſimo Clemente Papa Octavo & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, quam hic tibi ſubiicimus.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Dei unius. Amen. Sanctiſſime ac Beatiſſime Pater.

XXXII. *Ego humilis frater Joſeph de Epiſcopo filius quondam Michaelis de oppido Meneiat Eldairelmobarrac Ægyptius nationis Coptorum monachus & presbyter monaſterii S. Macarii in deſerto Ægypti ordinis S. Antonii, ac unus ex procuratoribus & oratoribus Reverendiſſimi Patris & domini Gabrielis Patriarchæ Alexandrini nationis Coptorum, ad pedes Sanctitatis veſtræ conſtitutus, ac tam procuratorio nomine prædicti domini Gabrielis Patriarchæ mei principalis, quam etiam meo proprio & privato infraſcriptam ſanctæ Catholicæ fidei profeſſionem facturus una cum religioſo viro fratre Abdelmeſſia Elmochini filio Petri de civitate Georgeæ etiam Ægyptio monacho & presbytero ejuſdem monaſterii S. Macarii, altero ex procuratoribus & oratoribus prædicti domini Gabrielis Patriarchæ collega meo, promitto pro eodem domino Gabriele Patriarcha noſtro principali, quod ipſe illam ratam & gratam habebit, ac ſuſcipiet & acceptabit, & intra tempus competens ratificabit & emologabit, atque de novo juxta præſentem formam de verbo ad verbum faciet & emittet, & ſua manu ſubſcriptam & ſuo ſigillo obſignatam ad Sanctitatem veſtram & hanc ſanctam Apoſtolicam ſedem tranſmittet. Sanctam igitur Catholicam fidem explicite & expreſſe profitendo, dico & affirmo quod ſequitur:*

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Dei unius. Amen. Sanctiſſime ac Beatiſſime Pater.

XXXIII. *Ego humilis frater Abdelmeſſias Elmechini filius Petri de civitate Georgeæ Ægyptius nationis Coptorum monachus & presbyter monaſterii S. Macharii in deſerto Ægypti ordinis S. Antonii, ac unus ex procuratoribus & oratoribus Reverendiſſimi Patris & domini Gabrielis Patriarchæ Alexandrini nationis Coptorum ad pedes Sanctitatis veſtræ conſtitutus, ac tam procuratorio nomine prædicti domini Gabrielis Patriarchæ mei principalis, quam etiam meo proprio & privato infraſcriptam ſanctæ Catholicæ fidei profeſſionem facturus una cum religioſo viro fratre Joſeph de Epiſcopo filio quondam Michaelis de oppido Meneiat Eldairelmobarrac etiam Ægyptio monacho & presbytero ejuſdem monaſterii S. Macarii, altero ex procuratoribus & oratoribus prædicti domini Gabrielis Patriarchæ collega meo, promitto pro eodem domino Gabriele Patriarcha noſtro principali, quod ipſe illam ratam & gratam habebit, ac ſuſcipiet & acceptabit, & intra tempus competens ratificabit & emologabit, atque de novo juxta præſentem formam de verbo ad verbum faciet & emittet, & ſua manu ſubſcriptam & ſuo ſigillo obſignatam ad Sanctitatem veſtram & hanc ſanctam Apoſtolicam ſedem tranſmittet. Sanctam igitur Catholicam fidem explicite & expreſſe profitendo, dico & affirmo quod ſequitur:*

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Dei unius. Amen. Sanctiſſime ac Beatiſſime Pater.

XXXIV. *Ego humilis Barſum filius Amineldauleh ex familia Elachim civitatis Alexandriæ Ægypti, Archidiaconus Patriarchalis Eccleſiæ S. Marci, nepos & orator Joannis Comus ſedis ſancti Marci ejuſdem civitatis Alexandriæ, ad pedes Sanctitatis veſtræ conſtitutus, ac tam nomine prædicti Comus Joannis mei principalis, quam etiam meo proprio infraſcriptam ſanctæ catholicæ fidei profeſſionem, quam coram ſanctitate veſtra profeſſi ſunt me præſente ſacerdotes Joſeph & Abdelmeſſias oratores Reverendiſſimi Patris domini Gabrielis Patriarchæ Alexandrini nationis noſtræ Coptorum, promitto pro eodem Comus Joanne meo principali, quod ipſe illam ratam & gratam habebit, ac ſuſcipiet & acceptabit, & intra tempus competens ratificabit & confirmabit, atque de novo juxta præſentem formam de verbo ad verbum faciet, & ſua manu ſubſcriptam & ſuo ſigillo obſignatam ad Sanctitatem veſtram & hanc ſanctam Apoſtolicam ſedem tranſmittet. Sanctam igitur Catholicam fidem explicite & expreſſe profitendo, dico & affirmo quod ſequitur.*

XXXV. *Corde credo, & ore confiteor, quod unus eſt Deus verus, omnipotens, incommutabilis, incomprehenſibilis, ineffabilis & æternus, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, unus in eſſentia, trinus in perſonis, Pater ingenitus, Filius a ſolo Patre genitus, Spiritus ſanctus a Patre Filioque æternaliter procedens, non ſicut a duobus principiis, aut duabus ſpirationibus, ſed ab utroque tanquam ab uno principio, & unica ſpiratione. Pater non eſt Filius aut Spiritus ſanctus. Filius non eſt Pater, aut Spiritus ſanctus. Spiritus ſanctus non eſt Pater, aut Filius; ſed Pater tantum Pater eſt, Filius tantum Filius eſt, & Spiritus ſanctus tantum Spiritus ſanctus eſt. Nullus alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate, ſed abſque initio ſemper eſt, & ſine fine. Pater eſt generans, Filius naſcens, Spiritus ſanctus procedens, conſubſtantiales, coæquales, coomnipotentes, & coæterni. Hæ tres perſonæ ſunt unus Deus, non tres dii, una eſſentia, una ſubſtantia, una immenſitas, unum principium, unus creator viſibilium omnium & inviſibilium, corporalium & ſpiritualium, qui quando voluit univerſas condidit creaturas ſua bonitate, quas & valde bonas, voluit. Et ideo reprobo & anathematizo omnes hæreſes & hæreticos*

ticos ſentientes & docentes contraria.

XXXVI. *Firmiter etiam credo & profiteor, quod unigenitus Dei Filius Patri conſubſtantialis ſemper cum Patre & Spiritu ſancto exiſtens, in plenitudine temporis, quam divinæ miſericordiæ conſilium inſcrutabile diſpoſuit, ut nos a peccato Adæ ac cæterarum culparum noſtrarum ſordibus mundaret, & a morte & ab inferno liberaret, incarnatus eſt de Spiritu ſancto in immaculato utero beatiſſimæ Mariæ ſemper Virginis, veram & integram hominis naturam aſſumpſit, corpus videlicet & animam rationalem, in unitate perſonæ divinæ, tanta unitate, ut unus & idem Chriſtus ſit Deus, & homo, Dei filius, & hominis filius, ita quod una natura non confunditur cum altera, nec una tranſit in alteram, nec una miſcetur alteri, nec altera evaneſcit, ſed in perſona omnino una ſunt duæ perfectæ naturæ, divina ſcilicet & humana, ſalvis earumdem naturarum proprietatibus, duæ voluntates, duæ operationes, ita ut Chriſtus ſit tantum unus. Et ſicut formam ſervi Dei, forma non ademit; ita formam Dei, ſervi forma non minuit: qui enim verus Deus eſt, idem verus eſt homo: Deus per id quod in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum & Deus erat Verbum: Homo per id quod Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis: Deus per id quod de quinque panibus quinque millia hominum ſatiavit, quod Samaritanæ aquam ſalientem in vitam æternam promiſit, quod Lazarum quatriduanum a mortuis reſuſcitavit: Homo per id quod eſurivit, ſitivit, fatigatus eſt, & in ligno crucis clavis affixus eſt: Unus & idem ſecundum divinitatem æqualis æterno Patri, immortalis, impaſſibilis, ſecundum vero humanitatem minor Patre, mortalis & paſſibilis.*

XXXVII. *Inſuper firmiter credo & prædico eumdem Dei filium incarnatum, vere natum eſſe ex Maria ſemper Virgine, & ideo ipſam Virginem fateor veram Dei matrem atque genitricem; item vere paſſum, vere mortuum & ſepultum, vere cum anima deſcendiſſe ad inferos ad liberandas animas ſanctorum Patrum, quæ in limbo detinebantur, alligato inſatiabili homicida: ſubinde ex mortuis vere reſurrexiſſe, & per quadraginta dies Apoſtolos docuiſſe de regno Dei, moxque ad cælos aſcendiſſe, ſedereque ad dexteram Patris & venturum eſſe in fine ſæculorum ad judicandos vivos & mortuos.*

XXXVIII. *Credo & profiteor nullum unquam hominem ex ſemine Adæ conceptum, & natum, fuiſſe ſalvatum, aut fore ſalvandum niſi per fidem mediatoris Dei & hominum Domini noſtri Jeſu Chriſti in ſanguine & morte ipſius, qua nos reconciliavit æterno Patri, & delevit chyrographum iniquitatum noſtrarum æterna redemptione inventa.*

XXXIX. *Item firmiter credo, Legalia omnia veteris Teſtamenti, ſeu Moſaicæ legis quia Chriſtum figurabant, licet divino cultui illa ætate congruerent, ipſo adveniente ceſſaſſe, & jam promulgato Evangelio ſervari non poſſe ſine interitu ſalutis æternæ. Omnes igitur poſt illud tempus circumciſionis, ſabbati, ciborum eadem lege prohibitorum, reliquorumque legalium obſervatores alienos a fide denuncio, & ſalutis æternæ non poſſe eſſe participes niſi aliquando ab his erroribus reſipiſcant: ab his enim omnibus liberavit nos Chriſtus, & ſeptem novæ legis ſacramenta inſtituit, quæ veneror, credo, & profiteor, videlicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Ordinem, Matrimonium, & Extremam unctionem; quæ omnia ea digne ſumentibus, virtute paſſionis ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, gratiam conferunt. Iſta ſeptem ſacramenta perficiuntur tribus, verbis videlicet, & rebus, ac miniſtro; verbis, ut forma; rebus, ut materia; miniſtro qui facere intendat quod facit Eccleſia.*

Recipio inſuper quicquid de eiſdem ſacramentis ſancta & Catholica Eccleſia Romana docet & prædicat.

Credo, quod ſi vere pœnitentes in Dei charitate deceſſerint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſorum & omiſſorum pœnis ſatisfecerint coram divina juſtitia, eorum animas pœnis purgatorii poſt mortem purgari, utque a pœnis hujuſmodi releventur, prodeſſe eis Fidelium vivorum ſuffragia, Miſſarum ſcilicet ſacrificium, orationes & eleemoſynas, ac alia pietatis officia, quæ a Fidelibus pro aliis Fidelibus fieri conſueverunt, ſecundum Eccleſiæ inſtituta: Illorumque animas, qui poſt baptiſmum ſuſceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam quæ poſt perpetrati peccati maculam (ut dictum eſt) purgatæ ſunt, in cælum mox recipi, & intueri clare ipſum Deum trinum & unum, ſicuti eſt, pro meritorum tamen diverſitate alium alio perfectius: Illorum vero animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus perpetuo puniendas. XL.

Firmiter etiam teneo & credo Symbolum fidei a trecentis decem & octo Patribus in Concilio Nicæno, & a centum & quinquaginta in Concilio Conſtantinopolitano traditum, ac ſemper in Eccleſia uſque modo inviolate cuſtoditum, videlicet: XLI.

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium, & in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt: qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis, & incarnatus eſt de Spi-

Digitized by Google

ritu ſancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt; crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, & aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas: Et in unam Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam: Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum: & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi. Amen.

XLII. *Confiteor, teneo, & prædico, unum eumdemque Deum veteris, & novi teſtamenti, hoc eſt, legis Prophetarum, atque Evangelii auctorem eſſe; quoniam eodem Spiritu ſancto inſpirante, utriuſque Teſtamenti Sancti locuti ſunt. Itaque ſuſcipio omnes libros canonicos quos ſuſcipit ſacroſancta Romana & Catholica Eccleſia; ſunt vero infraſcripti: Teſtamenti veteris, quinque Moyſi, ideſt, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; deinde Juſue, Judicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Eſdræ primus & ſecundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Judith, Eſther, Job, Pſalterium Davidicum centum quinquaginta pſalmorum, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Iſaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, id eſt, Oſeas, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum primus & ſecundus: Teſtamenti novi, quatuor Evangelia, ſecundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Joannem, Actus Apoſtolorum a Luca Evangeliſta conſcripti, quatuordecim epiſtolæ Pauli Apoſtoli, ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duæ ad Theſſalonicenſes, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, Petri Apoſtoli duæ, Joanni Apoſtoli tres, Jacobi Apoſtoli una, Judæ Apoſtoli una, & Apocalypſis Joannis Apoſtoli.*

XLIII. *Item amplector, ſuſcipio, & approbo, ſacroſanctam Synodum Nicænam primam trecentorum decem & octo Patrum, & profiteor & ſequor quicquid illa decrevit, & reprobo & damno quicquid illa damnavit, & maxime impiam hæreſim Arianorum cum ipſo auctore Ario, qui affirmare auſus eſt Filium Dei non eſſe ab æterno ab ipſa Patris ſubſtantia genitum, ſed ex tempore atque ex nihilo procreatum.*

XLIV. *Item amplector, ſuſcipio, & approbo ſanctam Synodum Conſtantinopolitanam primam centum & quinquaginta Patrum, & credo quicquid illa decrevit, & reprobo quicquid illa reprobavit, & maxime impiam hæreſim Macedonii cum ipſo auctore, qui affirmare auſus eſt, Spiritum ſanctum non eſſe Patri & Filio coæternum & conſubſtantialem, atque ideo nec eſſe Deum, ſed creaturam.*

Item amplector, ſuſcipio, & approbo ſacram Synodum Epheſinam primam ducentorum Patrum, & credo quicquid illa decrevit, & reprobo quicquid illa reprobavit, & maxime impiam hæreſim Neſtorianorum cum ſuo auctore Neſtorio, qui duas perſonas in Chriſto conſtituens, aſſerebat non eſſe a Verbo Dei carnem aſſumptam in unitate perſonæ, ſed per ſolam inhabitationem inſtar templi ſanctificatam, & Chriſtum non eſſe dicendum Deum incarnatum, ſed hominem deiferum, nec beatam Mariam ejus genitricem dicendam eſſe Deiparam, ſed Chriſtiparam. XLV.

Item amplector ſuſcipio, & approbo ſanctam Synodum Chalcedonenſem ſexcentorum triginta Patrum quartam in ordine univerſalium Synodorum, & credo ac ſequor quicquid illa decrevit, & reprobo ac damno quicquid illa reprobavit, & maxime impiam hæreſim Eutychetis, & Dioſcori Alexandrini cum ipſis auctoribus qui affirmare auſi ſunt, non eſſe in Chriſto poſt unionem Verbi cum carne duas integras, perfectas, inconfuſas & impermixtas naturas cum unitate hypoſtaſis, ſive perſonæ. Et reprobo ſecundam Synodum Epheſinam, immo potius Latrocinium, quod factione ejuſdem Dioſcori, occiſo beato Flaviano Epiſcopo Conſtantinopolitano, legatis Summi Romani Pontificis fugatis, & Epiſcopis cæteris terrore armorum ad aſſentiendum compulſis, Eutychianam hæreſim impie confirmavit. XLVI.

Item amplector, ſuſcipio, & approbo Synodum Conſtantinopolitanam ſecundam centum ſexagintaquinque Patrum, quintam in ordine univerſalium Synodorum & credo quicquid illa decrevit, & reprobo quicquid illa reprobavit, & maxime impiam hæreſim Petri, Anthimi, Severi, & aliorum, qui exiſtimantes ipſam divinam naturam trium perſonarum divinarum pro nobis crucifixam, Triſagio verbo, Qui crucifixus es pro nobis, addebant. XLVII.

Item amplector, ſuſcipio, & approbo Synodum Conſtantinopolitanam tertiam ducentorum octuagintanovem Patrum, ſextam in eodem ordine, & credo quicquid illa decrevit, & reprobo quicquid illa reprobavit, & maxime impiam hæreſim Sergei, Pyrri, Pauli, Petri, Cyri, Macarii, ac Theodori, qui unam tantum in Chriſto voluntatem & operationem ſtatuentes, unum quoque dumtaxat naturam cum Eutychianis aſſerere conabantur. XLVIII.

Item amplector, ſuſcipio, & approbo, Synodum Nicænam ſecundam trecentorum quinquaginta Patrum, ſeptimam in eodem ordine, & credo quicquid illa decrevit, & reprobo quicquid illa reprobavit XLIX.

& maxime impiam hæreſim Iconoclaſtarum qui venerandas Chriſti & Sanctorum imagines, tamquam ſi idola Gentium eſſent, a templis auferendas, & flammis abſumendas eſſe dicebant.

L. Item amplector, ſuſcipio, & approbo ſanctam Synodum Florentinam amplius quam centum & quadraginta Patrum, & credo quicquid illa decrevit, de proceſſione Spiritus ſancti a Patre & Filio, de conſecratione panis azimi, vel fermentati, de purgatorio, & beatitudine animarum, de primatu Summi Romani Pontificis, necnon de ſacramentis & libris canonicis; & reprobo ac damno quicquid illa reprobavit atque damnavit.

LI. Præterea amplector, ſuſcipio, & approbo quæcumque alia Concilia, quæ recipit & approbat ſacroſancta Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia, & maxime ſanctam œcumenicam generalem Synodum Tridentinam noviſſime celebratam; ac damno & reprobo omnes hæreſes, & auctores earumdem, quos & quas reprobat & damnat dicta ſancta Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia; necnon quicquid illa tenet & docet, cum omni devotione & reverentia ſuſcipio & amplector. Illos quoque doctores, & ſanctos Patres, quos eadem Romana Eccleſia approbat, reverenter ſuſcipio. Teneo & confiteor ſanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem in univerſum orbem tenere primatum & ipſum Romanum Pontificem ſucceſſorem eſſe B. Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ eſſe caput, & omnium Chriſtianorum Patrem ac doctorem exiſtere, & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi univerſalem Eccleſiam a Domino noſtro Jeſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe: cujus Eccleſiæ unitatem tanti faciendam eſſe affirmo ut nullos extra eamdem Eccleſiam Catholicam exiſtentes æternæ vitæ participes fieri poſſe confitear.

LII. Inſuper promitto me tamquam obedientiæ filium, ordinationibus, præceptis, cenſuris, ac juſſionibus ſanctiſſimi Domini noſtri D. Clementis divina providentia Papæ Octavi, & ſucceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, & ſedi Apoſtolicæ ſemper & fideliter obtemperaturum.

LIII. Hanc veram Catholicam fidem, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram & inviolatam uſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime, Deo adjuvante, retinere ac confiteri, atque a meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum: Ego idem frater Joſeph de Epiſcopo, procurator & orator ſupradicti Reverendiſſ. D. Gabrielis Patriarchæ procuratorio nomine ejus, & meo proprio ac privato, ut ſupra, ſpondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei Evangelia.

Ego presbyter Joſeph ſupradictus: & hic character manus meæ teſtificatur de me in hac ſcriptione, & in duabus ſimilibus. In urbe Roma, decimaquinta die menſis Januarii, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimoquinto nativitatis Chriſti.

LIV. Hanc veram Catholicam fidem, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram & inviolatam uſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime, Deo adjuvante, retinere & confiteri, atque a meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum: Ego idem frater Abdelmeſſias Elmichini, procurator & orator ſupradicti Reverendiſſ. D. Gabrielis Patriarchæ, procuratorio nomine ejus & meo proprio ac privato, ut ſupra, ſpondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei Evangelia.

Ego presbyter Abdelmeſſias ſupradictus: & hic character manus meæ teſtificatur de me in hac ſcriptione, & in duabus ſimilibus. In urbe Roma decimaquinta die menſis Januarii anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto nativitatis Chriſti.

LV. Hanc veram Catholicam fidem, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram & inviolatam uſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime, Deo adjuvante, retinere, & confiteri, atque illos, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, fideliter docere: Ego idem Barſum Archidiaconus Patriarchalis Eccleſiæ S. Marci, nepos & orator ſupradicti Comos Joannis, ejus nomine, & meo, ut ſupra, ſpondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Ego Barſum Archidiaconus Patriarchalis Eccleſiæ S. Marci ſupradictus: & hic character manus meæ teſtificatur de me in hac ſcriptione, & in duabus ſimilibus. In urbe Roma decimaquinta die menſis Januarii, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimoquinto nativitatis Chriſti.

Hactenus legatorum publice recitata fidei profeſſio coram Summo Pontifice de ipſis optime merito, præſentibus S. R. E. Cardinalibus.

Meta-

Mutata vel adjecta a BARONIO hoc Tomo his ſignis ☞ ☜ notantur: rejecta his vides.

ANno *Chr.* 449. §. Qund autem, *poſt Epiſtolam S. Leonis*, *pro his verbis*, ex quibus redarguas, *uſque ad ea*, Quo pariter anno, *legebatur*, conſentiens his quæ ea Gennadio ſuperius diximus, ipſum jam obiiſſe diem tempore Theodoſii & Valentiniani.

Anno Chr. 451. §. Conflagraſſe, *ubi nunc legitur*, Aquitaniam ipſam, *legebatur*, Regium in Aquitania.

Anno Chr. 454. §. Sanctus Leo, *ubi nunc legitur*, ſexto idus Martii, *legebatur*, idus Martii.

Anno Chr. 456. §. Cæterum, *pro his verbis* jamque ea, *uſque ad* Quomodo igitur, *legebatur*, cum Alaricus Infans eſſet, apud quem nuper pro Maximo egit, qui ante apud Patrem ejus perſunctus erat legatione.

Anno Chr. 466. §. Hoc eodem anno, *ubi nunc legitur*, in Gallia Narbonenſi, *legebatur*, in Aquitania.

Anno Chr. 457. §. Hoc namque anno, *ubi nunc legitur*, cum ſediſſet annos quinque, *legebatur*, annos ſex.

Anno Chr. 475. §. At vero, *pro his verbis*, Cui dedit deus, ut apud Burgundionum Regem, *uſque ad ea*, Quantum igitur, *legebatur*, ut apud barbarum Regem & Arianum hominem miſericordiam inveniret.

Anno Chr. 493. §. Porro Dripanius, *ubi nunc legitur*, diverſus plane eſt ab eo cujus Sydonius, *legebatur*, is videtur eſſe. *& ubi eodem* §. *legitur*, de eo etiam, *legebatur*, quod ſi ita eſt.

Anno Chr. 495. Inter §. Sic igitur ejuſmodi, & §. Porro quis adeo ſeverus, *hæc poſita legebantur*, Sed dicas velim, quonam proprioti vocabulo eas ſpecies appellaſſe potuit, num accidentium nomine an ſubſtantiæ? Quonam pacto vocis convenit proprietati, ut id accidens dici poſſit, quod non eſt in ſubiecto? Si accidens, cui accidit? Si non accidit, neque in ſubiecto eſt; quomodo proprie accidens dici poteſt? Si non accidens, ergo ſubſtantia, eoquod per ſe ſubſiſtat: Omnium enim rerum quæ ſunt, duæ hæ ſunt voces, ſubſtantia, & accidens: adeo ut oporteat nominari ſubſtantiam omne quod accidens dici non poteſt. Hoc dixerimus non ut affirmemus illis ſpeciebus nomen convenire ſubſtantiæ, ſed ne adeo mireris ſi eas ſpecies Gelaſius maluerit ſubſtantiam quam accidentia appellare: ſicut enim improprie eas quis dixerit accidentia, ita etiam haud proprie in omnibus quis ſubſtantiam nominaverit. Sed ſi quis naturalium rerum ſubiiciet nomenclaturæ, quæ divinitus acta omnem excedunt ſuperantque naturam.

Digitized by Google

INDEX
IN TOMUM OCTAVUM
ANNALIUM ECCLESIASTICORUM
BARONII.

Nota numeralis communis, Annum Chriſti: *Romana vero* Numerum Marginalem *ſignificat*.

A

ABdelmeſſia legatus Patriarchæ Alexandrini ad Clementem VIII. Pontificem Maximum, pag. 637. XI.

Abramius a Theodoreto miſſus ad S. Leonem pro ſua reſtitutione, 449. CXIV.

Abraham Abbas laudatur a Sidonio, 480. XIII. De ejus rebus Sidonii carmen, *ibid.* Inter ſanctos relatus, 480. XIV.

Abſolutio Eutychetis per Dioſcorum Epiſcop. Alexandrinum, 449. XCIII.

Abſolutio mortuorum an ad Papam ſpectet, & quomodo, 495. XX.

Abſolutio Sabæ presbyteri, 485. XXV.

Abſolutio Miſeni, & quomodo, 405. XX.

Abundantia interdum ex decimarum ſolutione, 475. XXXV.

Abundius S. Leonis Legatus miſſus Conſtantinopolim, 450. VIII. Inter Sanctos relatus, 451. XIII.

Acacius creatur Epiſcopus Conſtantinopolitanus, 471. II. Affectat primatum poſt Romanum Pontificem, 472. II. Ejus faſtus, & temerarius conatus, 472. IV. Unde ejus timor, ac ſpes vana, 472. V. Ei Simplicius Papa reſiſtit, 472. VI. Ad eum Simplicius pro Eccleſia & fide Catholica, 476. XVIII. Ejus ſocordia ſuſpecta, 476. XXII. In eum ſcribunt Eutychiani, 476. XLIV. Excitatur in Baſilicum, *ibid.* Vocat S. Danielem in urbem Conſtantinopolim, 476. XLVIII. Curat ut Baſiliſcus revocet edictum contra Concilium Chalcedonenſe, 476. LXII. A tyranno jura Eccleſiæ obtinet, 476. LXVII. Ejus epiſtola ad Simplicium Papam de Alexandrina Eccleſia, 478. II. Ejus in deterius mutatio, 478. VI. Ad eum Simplicius Papa pro Alexandrina Eccleſia, 478. VIII. XIII. Ad eum Simplicius de Antiochena Eccleſia, 479. X. Ejus elata mens coercetur a Simplicio Papa, 479. XI. Ad eum Simplicius de Calendione Antiocheno Epiſcopo, 479. XIII. Ad eum Simplicius ipſum reprehendendo, 482. XIII. XX. Eum hortatur Simplicius contra hæreticos, 482. XVII. Ejus ſuſpectum ſilentium, 482. XIX. Ejus facinora in Calendionem, 482. XXI. Quid in Joannem Epiſcopum Alexandrinum, 482. XXII. Ejus odium univerſam turbat Eccleſiam, 482. XXIII. Laborat pro Petro Mogo, 482. XXIV. Ad eum Petrus Mogus religionem ſimulans, 482. XXX. Rurſus reprehenditur a Simplicio, 483. II. In ejus cauſa Concilium Romanum congregatur, 483. XVII. Ad eum Felix Papa ipſum reprehendendo, 483. XXI. Superbiæ redarguitur, 483. XXIII. Quod cum hæreticis tacite conſpiraverit, 483. XXV. Ad eum libellus Felicis Papæ, 483. XLVI. Recepit quos damnavit, 483. LXXVIII. Seducit legatos Pontificis, 484. III. Ejus cauſa tractatur in Synodo Romana, 484. XIII. Condemnatur, 484. XV. In eum ſententia excommunicationis Papæ Felicis, 484. XVII. Ei quomodo redditus libellus ſententiæ, 484. XXXIV. Nomen Felicis Papæ delet, 484. XXXV. Orientales Epiſcopos deponit, 484. XXVII. Quanta mala perpetrarit, 484. XXXVIII. Ejus nomen abolendum, 492. XVII. Cum Eutychete damnatus, 492. XVIII. Sæpe invitatus ad reſipiſcentiam, 485. II. Ejus defenſorum inanis tergiverſatio, 485. III. Ejus obitus, 488. I. Ejus arrogantia in imaginibus ejus declarata, *ibid.* Vere arrogans, 497. VI. Per eum ſacramenta miniſtrata tenent, 497. X.

Acclamatur in Synodo Marciano Imp. alter Conſtantinus, 451. CXIV.

Accuſatio falſa, & abſolutio Sabæ presbyteri, 485. XXIII.

Accuſatio Arvandi Galliarum Præfecti de crimine læſæ Majeſtatis, 468. II.

Accuſationes contra Epiſcopos non facile admittendæ, 496. XXV.

Accuſatores plures contra Dioſcorum, 451. LXXXI.

Acephali hæretici unde dicti, 482. XLII.

Acœmetarum monaſterium nobiliſſimum, 459. XVI.

Acta Epheſinæ pſeudoſynodi damnata Romæ, 449. CXLVIII.

Acta Nicæni Concilii a Gelaſio edita, 476. LXVII. Photii de iis judicium, *ibid.*

Acta Simplicii Papæ, 483. IV.

Actorem & reum ante Judicem ex adverſo ſtare leges præcipiunt, 450. XL.

Adminiſtratio Sacramentorum a malis tenet, 497. X.

Admonitio S. Severini, ut Rex Rugorum evitet inſidias, 473. IV.

Admonitio Gelaſii Papæ nihil profecit Euphemio, 492. XXVI.

Adventus S. Anthemii Conſtantinopolim, 485. XI.

Ad-

Adventus Theodorici in Italiam, 489. VI.
Adverſarii concutiuntur tonitruo Spiritus ſancti, 484. LXXXVIII.
Adverſariorum animos pecuniis an ferro inclinemus, quid intereſt, 494. XL.
Adverſitates non frangunt viros pios, 489. X.
Adolatores non reſpiciont quid liceat, ſed quid placeat ei cui adulantur, 488. I.
Adulterium Valentiniani Imperatoris cum uxore Maximi, 454. II.
Ædificium ſuper arenam erigit, qui ſine conſenſu Sedis Apoſtolicæ conſtruit, 412. XVII.
Ægritudines magnæ & medicamento forti & medico indigent ſapienti, 412. LXXXIX.
Ægrotorum magnus numerus ab Epiſcopo Carthaginenſi ſuſtentatus, 451. XV.
Ægyptiorum mores deſcribuntur, 452. XXII.
Ægyptii Dominum cognoſcunt, pag. 641. XXXII. Eorum legati faciunt profeſſionem fidei coram Summo Pontifice Clemente VIII. *ibid.* A SS. Martyribus numerant annos, pag. 637. XII. Eorum Chriſtiani pauperrimi, pag. 638. XIX.
Ælienſes reſipiſcunt Dei gratia, 453. XVII.
Æmiliæ clades, 456. VI
Æmulatio & invidia ad maxima movent, 488, VIII.
Æneæ Gazei teſtificatio de loquentibus ſine linguis, 484. XC.
Æthioper dealbantur, dum Boreales denigrantur, pag. 636. V.
Ætiur Notarius & diaconus, 449. XIV.
Ætiur Attilam, vicit, 451. LI. Ejux uxor pro conjuge orat, 455. L. Ejus conſulatus, & obitur, 454. I.
Ætius Achidiaconus Conſtantinopolitanus injuſte deponitur, 453. I.
Afflictio reddit Eoduciam Auguſtam Orthodoxam, 455. XVIII.
Africa univerſa [illegible] dira vexata, 484. CXXIII. In ea peſtilentia graſſatur, 484. CXXIV. In ea regnat Traſamundus, 496. XXVI.
Africanæ Eccleſiæ perſecutio, 488. LXXIX.
Africana Eccleſia ſublevatur Zenonis opera, 480. II.
Africani legati in Concilio Chalcedonenſi, 461. LXIV. *& ſeq.*
Africanæ regionis Chriſtianos quantum diabolus infeſtaverit, 487. IV.
S. Agathæ eccleſia a perfido Ariano ornata, 472. X. Reſtaurata a Card. Borromæo, *ibid.*
Agricolarom laborioſæ ſtirpes, 494. XLIX.
Alamanni cum Clodoveo pugnant, 499. XVI. A Clodoveu ſuperantur, *ibid.* Eorum Rex a Clodoveo interfectus, *ibid.*
Alaricus hæreticus Rex Gothorum in Gallia, 484. CXXX.
Albinus Catalaunenſir Epiſcopus, 479. XV.
Alboſledis ſoror Clodovei baptizatur, 499. XXI. Moritur, *ibid.*
Alcimus Avitus Arianam hæreſim impugnavit, 494. LIII.
Alexander Archimandrita auctor Acœmetarum, 459. XVIII.
ad Alexandram clariſſimam feminam Theodoretor ſcribit ei gratiar agens, 449. CXXXIX,
Alexandria Romam legatos mittit, 497. XVI.
Alexandrina Eccleſia Conſtantinopolitanam præcedit, 451. CXLIV. Secunda eſt Eccleſiarum, 451. CXLV. Curatur a S. Leone, 453. XXVII. Ejus Synodus quando, 455. XXIX. Eadem Eccleſia turbatur, 457. XI. De eadem Eccleſia epiſtola Leonir Imperatoris ad Anatolium 457. XXXIV. Reſtituenda io iotegrum, 476. XVI. Defenditur a Felice Papa, 483. XXXII. Commendatur Anaſtaſio Imperatori, 497. VIII. Libellum ſupplicem mittit ad legatos Anaſtaſii Papæ, 497. XIV. Cur ſe a Romanæ Eccleſiæ onitate diviſerit, 497. XV.
Alexandrini hæretici Epiſcopum ſuum occidunt, 457. II.
Alexandrini Epiſcopi Orthodoxi ad Leonem Imp. pro Catholica fide, 457. XII.
Alexandrini tumultus, 484. XLI.
Alexandrinus Epiſcopus creatur Joannes Mela, 497. XXIX.
Alexandrina Eccleſia legationem miſit recentem ad Clementem, VIII. 451. XXIII. 498. XXXIV. Ejus Eccleſiæ cum Romana unitas, pag. 631. I. *& ſeq.* Ejus patriarcha Gabriel, *ibid.*
Alexandrinus Corepiſcopus Diſcipulus dicitur, pag. 638. XVII.
Alexandrini in miſerrimo ſtatu poſiti, pag. 639. XXIII. XXV.
Alexandriæ tres tantum Eccleſiæ Chriſtianorum, *ibid.*
Alexandrinis Eleemoſyna a Clemente VIII. Pont. Max. largita, pag. 639. XXIII.
Alexandrini a SS. Martyribus numerant annos, pag. 637. XII.
Alexandrinorum clamores & lacrymæ, pag. 640. XXXI.
Alienatio bonorum Eccleſiaſticorum prohibita a Symmacho, 483. XIII,
Alieno periculo eſt diſcendum, 494. XXXVI,
Allelujaticum melos dum canit lector pulpito inſiſtens, ab Arianis ſagitta in gutture jaculatur, 456. XX.
Altercatio eſt inter hæreticos, 496. VIII.
Altercatio Petri Mogi cum Euphemio, 489. II.
Altiſſimur fundavit Eccleſiam ſupra firmam petram, adverſus quam nulla valet poteſtas, 483. VIII.
Alypius a Theodoreto miſſus ad Sedem Apoſtolicam pro ſua reſtitutione, 449. CXIV.
Amabilis presbyter ſanctitate inſignis, 480. XII,
Amantius Diaconus a S. Severino miſſus ad Gibuldum, 482. LV.
Ambientes Pontificatum qua pœna puniendi, 499. VI.
Ambitionis plura mala, 452. VIII.
Ambitio quaſi dira furia agitat homines, 482. XXX.
Ambitio ſubrependi non prætermittit occaſionem, 454. XX.
Ambroſius Britanniæ vindex, 477. XXX.
Ambroſius Epiſcopus Aurienſis, pag. 637. IX,
Amicitiæ malæ fugiendæ, 492. XII.
Amicus verus magis angitur adverſitatibus amici, quam ſuis, 490. VI.
Ammoniur Epiſcopus Rhemenſis, 490. XXIX.
Amor reciprocus ſanctorum eſt in tribulationibus, 449. CXXXVII.
Amphilochius Sydæ Epiſcopus Eutychianus, 457. LV.
Ampulla chriſmatir cælitus miſſa ad ungendum Cloduveum, & cæteros Reges Francorum, 499. XXIX.
Anachoretæ ſancti com Epiſcopis concordes, & ipſis obedientes, 458. XVII.
Anaſtaſiæ martyris reliquiæ quando tranſlatæ, 458. XLVII. Ejus encænia, 459. XII.
Anaſtaſii Nicæni Epiſcopi duo, 451. CXXXII.
Anaſtaſius creator Epiſcopus Hieroſolymitanus, 458. XXXIV. Ab Euthymio prædictus Epiſcopus, 418. XXXV. in omnibus laudatiſſimus, 476. XLI.
Anaſtaſius Epiſcopus metropolis Ancyræ, 459. VIII.
Anaſtaſiur Papa creatur, 496. LV. Ejus legatio ad Anaſtaſium Imperatorem pro fide Catholica, 497. II. Catholicus perſeveravit, 497. XXV. Ejus probata perſeverantia in fide, *ibid.* In eum confutatur objectio, 497. XXVII. Moritur, 498. I. Ejus res geſtæ, 498. II.
Anaſtaſius ex Silentiario Imperator, 441. VI, Ab eo exigitur profeſſio fidei, 442. VII. Ad eum ſcribit Felix Papa 441. VIII. Optimi
Prin-

Principis ſpecimen edidit, 441. IX. Ejus prior vita quam laudabilis, 441. XI. Se liberalem ad tempus oſtendit, 441. XII. Chryſargyrum tributum ſuſtulit, ibid. Ejus aviditas ſuccifa ſed non avulſa, 441. XIII. Expilator Imperii, ibid. Ejus tempore civile bellum Conſtantinopolitanum, 441. XIV. Facem tulit ad inflammandam Eccleſiam Catholicam ibid. Ejus tempore bellum Iſauricum, 492. XLI. Inſolentior factus, ibid. Fidei profeſſionem repetiit, ibid. Quo colore foveret hæreſes, ibid. Pacis prætextu male agit, 492. XLIII. Matre Manichæa natus, 491. XLIV. Hæreticus, & cujus ſectæ, 494. XV. Ad eum Theodoricus pro pace, 493. IV. Ejus querelæ contra Gelaſium Papam, 493. VIII. Item querelæ contra Senatum, 493. X. Ad eum Gelaſii Papæ epiſt. pro fide Catholica, 494. II. Pictura repræſentari quoddam miraculum jubet, 494. LXIII. Iterum præcipit ut miraculum appareat, 494. LXIV. Ad eum Anaſtaſii Papæ legatio, 497. I. Ad eum Anaſtaſii Papæ epiſtola pro Eccleſia Dei 497. II. Admonetur de Acacii nomine abolendo, 497. III. Ut divinum judicium timeat, 497. IV. Ut legatos Apoſtolicæ Sedis amplectatur, 497. VI. Ut Alexandrinæ Eccleſiæ auxilietur, 497. VII. Ut ſummo Pontifici obtemperet, 497. VIII. Eum admonet Symmachus Papa, 499. XI.
Anathema dicitur, qui aliter ſentiat, quam a Catholicis prædeceſſoribus accepit, 476. XV.
Anatolio Patricio Theodoretus ſcribit pro Orientali Eccleſia, 450. XL.
Anatolius ſubrogatus Conſtantinop. Epiſcopus pro S. Flaviano, 449. CIII. Profeſſionem fidei mittit Romam, 451. I. Ad eum S. Leonis gratulatoria epiſtola, 451. II. Interfuit Concilio Chalcedonenſi, 451. LXV. Miraculo quærit confirmationem fidei, 451. CXX. E Dioſcori ſchola, 451. CXXXV. Doloſe agit, ibid. Ejus multiplex dolus & fraus, 451. CXLIII. A S. Leone reprehenditur, 452. IX. Ei quæ a S. Leone præſcribantur 450. VII. Ejus fides a Marciano Imp. exploratur, 450. XXIV. Reprehenditur a S. Leone, 452. IX. Cum eo diſpenſavit S. Leo, 452. XIV. Detegit occultatum venenum, 453. XI. Quid in S. Leonem, ibid. In eum S. Leo ſcribit ad Marcianum, 453. V. Ejus faſtus repreſſus, 454. XI. Abiicit curam primatus, 454. XV. In eum Leo Auguſtus ſcribit de Alexandrina Eccleſia, 457. XXXIV. Ad Leonem Aug. ſcribit de rebus Alexan. 457. XXXVI. Ejus obitus, 458. XXXI. Qualis cenſendus, ibid.
Andreas hæreticus fit Archidiaconus Conſtantinopolitanus, 453. I.
Andegavenſe Concilium nuper editum, 453. L.
Andromachus Senatur Romanus, 496. II.
Angelus comitatur S. Marcellum, 496. IV.
Anguis in herba latens hæreſis eſt, 490. XI.
Anianus Aurelianenſis Epiſcopus infirmo ſanitatem impetrat, 452. XLVIII.
Animus ſacerdotalis & regius debet eſſe in Principe, 449. IV.
Animus licet pius Principis, in præceps agitur ab impiis conſiliariis, 449. CLXVI.
Annus Jubilei, annus lætitiæ & benignitatis, 456. I.
Anni ab Alexandrinis & Ægyptiis numerantur a ſanctis martyribus, pag. 637. XII.
Annulo viri pudiciſſima femina decipitur, 454. II.
Anthemius Imperator eligitur, 467. I. Romam venit tempore peſtis, 467. II. Ei reſtitit Hilarus Papa, 467. III. In eum quid moliatur Ricimer, 471. XV. Ad eum legatio Ricimeris, 471. XVIII. Eum convenit Epiphanius, 471. XXII. Ad eum Epiphanii oratio, 471. XXIII. Ejus cum Ricimere pax, 471. XXVI. Ejus obitus, 472. VIII.
Anthemius Epiſcopus Salaminæ, 483. VII. Ei ter apparuit S. Barnabas, 483. VIII. & ſeq. Ejus adventus Conſtantinopolim, 483. XI.
Antiochiæ ingens terræmotus, 458. XXVII.
Antiochena Eccleſia tertium locum ſibi vendicat inter Patriarchales, 452. IX. Ab Hæreticis vexatur, 479. I. Ejus infelix ſtatus, 486. III.
Antichriſtus dicitur hæreticus a S. Leone, 457. L.
Antiſtes. Vide, Epiſcopus.
Antiquare gravia, & juſta promulgare, æqualis eſt æquitas, 455. XXVI.
Antonius Epiſcopus Arianus crudelis, 484. CXII. Habetdeum Epiſcopum invitum rebaptizat, 484. CXV.
S. Antonius diſcipulus S. Severini, 488. XV.
Appellationes Epiſcoporum ad Papam, 493. XIV.
Apocriſarii Alexandrinæ Eccleſiæ adeunt legatos Romani Pontificis pro pace, 497. XIII. Offerunt legatis libellum pro pace, 497. XIV.
Apollinaris avus Sidonii, 472. XXII.
Apollinaris Valentiæ Epiſcopus ſanctitate celebris, 494. LXIX.
Apologia Gelaſii contra Gentilitios ritus, 496. XXXIII.
Apoſtolica Sedes. Vide, Papa.
Apoſtolicam Sedem in judicium vocare, dementia eſt, 493. VIII.
ad Apoſtolicam Sedem legatio Eccleſiæ Alexandrinæ, pag. 635. V.
Apoſtolica Sedes injuſte arguitur ſuperbiæ, 494. XIV.
ad Apoſtolicam Sedem mittuntur legati a Theodoreto pro ſua reſtitutione, 449. XIV. Ad eam appellat Theodoretus, 449. CXL. & ſeq.
Apoſtolicæ diſpenſationi tota alligatio, & tota abſolutio, commiſſa eſt, 495. XVII.
Apoſtolici legati contradicunt Dioſcuro, 449. XCVIII.
Apoſtolicis conſtitutionibus vis non præjudicat, ibid.
Apoſtolus Noricorum dictus S. Severinus, 473. III.
Apoſtolus tertiusdecimus appellatus ab Alexandrinis Clemens VIII. Rom. Pont. pag. 636. VI.
ex Apoſtolorum ſucceſſione oritur prærogativa Eccleſiarum, & non ex ſplendore, 451. CXLI.
Apparitio S. Euthymii Phido, 477. XXV.
Apparitio Solis tetri, 484. CXXVI.
Apparitio trina S. Barnabæ, 485. VIII. & ſeq.
Apparitio S. Michaelis Archangeli in Gargano monte quando, 493. XLIII.
Apparitio cujuſdam ſigni Joanni Silentiario, 491. XVIII.
Appellatio Theodoreti ad Apoſtolicam Sedem, 449. CXV.
Appellatio Epiſcoporum ad Papam, 449. CXIV. 493. XIV.
Appetitus dignitatum quando non bonus, 499. VI.
Approbatio Conciliorum ad Papam ſpectat, 452. CXLVI.
Aprunculus Arvernenſis Epiſcopus, 484. CXLIV.
Aquileia ab Attila diruta, 452. LIII. Iterum cœpta habitari, 452. LXIV.
Aquilinus injuſte privatur Epiſcopatu in Concilio Epheſino, 449. CIII.
Aquitania ab Attila dira paſſa, 452. XLVI.
Arbiter ſcriptorum omnium eſt Papa, 460. XLVII.
Arbor a fructibus cognoſcitur, 492. XX.
Archangelus Michael quando apparuit in Gargano monte, 493. XLIII.
Archimandritarum hæreticorum perfidia, 412. XCIII.
Archimimi fruſtra tentatur fides, 456. XXVI.

in Arcu baſilicæ S. Pauli adeſt memoria Placidiæ Auguſtæ, 449. XVI.
Ardor fidei mortiferum frigus exaperat, 494. XLIV.
pro Arelatenſis Eccleſiæ privilegiis, ejuſdem provinciæ Epiſcoporum legatio ad Leonem Papam, 450. LI.
de Arelatenſis & Viennenſis Eccleſiæ privilegiis Leonis Papæ ſententia, 450. LIV.
Arelatenſe Concilium tertiam, 453. XLI.
Ariadna Zenonis Imperatoris uxor, 491. II. Curat proprium virum vivum ſepeliri, *ibid.*
Ariana impietas miraculo victa, 484. XLVII.
Arianus detegitur Petrus Fullo 483. LXIV.
Ariani ut plurimum tumultuantur, 484. LIII.
Arianus videns fit cæcus, 484. LXXIV.
Ariani Chriſtianos rebaptizant, 484. CXV.
Ariani crudeles in Catholicos, 490. VIII. *& ſeq.*
Ariani ipſi ſuorum crudelitatem deteſtabantur, 490. VIII.
ſub Ariano Rege auctoritas Papæ fuit ſervata integra, 493. XXXIX.
Arianorum tempore multa miracula a Deo, 494. LXVI.
Ariani a Deo puniuntur, 494. LXI.
Ariana hæreſis ab Alcimo impugnata, 494. LIII.
Ariani Regis judicio tollitur ſchiſma ab Eccleſia, 498. V.
Ariani plerique Principes, 499. XIV.
Ariani perſequuntur Thomam Epiſcopum Catholicam. 455. XVII.
Ariani perfidi Ricimeris mala vita deſcribitur, 472. IX.
Ariani inſurgunt in Sanctos, 455. XVI.
in Arianos exclamat populus, 470. III.
Arma ſæpe minus acuta, quam ſunt verba, 494. LIV.
Armogaſtis nobile certamen, 456. XXII. Ejus exitus & ſepulcrum, 456. XXIV.
Arrogantia Acacii in imaginibus declarata, 488. I.
Arrogantia Epiſcoporum Conſtantinopolitanorum unde orta, 493. XXII.
Artibus quibuſdam conatæ ſunt ſæculares poteſtates immiſcere ſe in electione Summi Pontificis, 483. II.
Arvandus Galliarum Præfectus accuſator de crimine læſæ majeſtatis, 468. II. Ejus miraprocacia, 468. VI. Damnatur criminis majeſtatis, 468. VIII.
Arvernenſis civitas numquam ab hoſtibus capta, 475. XXII.
Arvernenſium Dux Victorius Præfectus, 480. VI. Præclaras res gerunt, 480. VII. Caſtitatis cultores, 480. XIX.
Arvernum inſtauratur, 480. XI.
Aſcenſionis feſtum cur Rogationes præcedant, 475. XVII.
Aſclepiades Notarius in Concilio Conſtantinopolitano, 449. XIV.
Afiæ Epiſcopi reſipiſcunt, 477. XII.
Aſparis filius creatur Cæſar, 469. I. Ad eum Exconſulem Theodoretus pro Eccleſiæ pace, 450. XLIV. De ejus & filiorum nece, 470. II. Cum ſuis ad Eccleſiam confugit, 470. III. A Zenone interficitur, 470. V.
Aſſentatores non reſpiciunt quid liceat, ſed quid placeat, ei cui aſſentantur, 488. I.
Aſterius factus Conſul, & quando, 449. I.
Aſterius Notarius Synodalis, 449. XIV.
Aſterius S. Leonis legatus miſſus Conſtantinopolim, 450. VIII.
Aſtutiores ſunt filiis lucis filii tenebrarum, 484. XXIII.
Aſtutus comprehenditur in aſtutia ſua, 482. XLII.
Athanaſius injuſte ſubrogatus Epiſcopus pro Sabiniano, 449. CIII.
Athanaſius diaconus martyr, 452. XXX.
Atticus hæreticus pœnitentiam ſimulat, 458. XIV.
Attilæ Regis Hunnorum forma & natura, 451. XXXIV. Recedit ab Oriente in Occidentem, 450. L. Illyricum tentat, 451. XXXIII. Ejus exercitus ſeptingentorum millium erat, 451. XXXV. Deſcribitur ejus ſtatus, *ibid.* Qui populi ipſum ſint ſecuti, 451. XXXVI. Dictus Flagellum Dei, 451. XXXVII. Cum eo numquam Valentiniani Duces pacem firmarunt, 451. XXXVIII. Plures invadit urbes, *ibid.* Sub eo Eutropia martyr, 454. XLIV. Veneratur Lupi Epiſcopi Sanctitatem, 454. XLI. Ab eo Aquitania dira paſſa, 451. XLVI. Ejus doloſæ artes, 451. XLVII. Aurelianam civitatem obſidet, 451. XLVIII. Victus ab Aetio, 451. XLI. Ejus hiſtoria cœpta ſcribi a Sidonio, 451. LIII. Ejus fuga, 451. LIV. Aquilejam expugnat, 452. LIII. Etiam Mediolanum, 452. LIV. Pacem S. Leoni Papæ conceſſit, 452. LVI. Eum miraculo S. Leo vicit, 452. LVII. Ejus interitus qualis, 454. XXIII. A muliere cultro percuſſus dicitur, *ibid.*
Avaritia interdum eſt cauſa hæreſum, 451. CXIV. In Principibus quam magnum malum, 491. XIII. Evellenda non ſuccidenda, *ibid.* Perſæpe invenitur in Principibus, *ibid.*
Auctores criminum non facile recipiendi ſunt, 451. XI.
Auctores interdum negligunt proprietatem vocum, 496. XII.
Auctoritas Summi Papæ, 449. LXVII. 484. XXVII.
Auctoritas Papæ ſervata ſub Ariano Rege, 483. XXXIX.
Auctoritas juncta ſit cum modeſtia, 487. VI.
Auctor Mettenſis Epiſcopus ab Hunnis capitur, 451. XLIX.
Auditu carens humano Chriſto credit, 484. XCVI.
Auguſtulus Imperator, 475. I. Ejus numiſma, 475. II.
Aviditas Anaſtaſii Imperatoris qualis, 491. XIII.
Avitiani temeritas punitur, 481. LXIII.
Avitus creatur Magiſter militum, 455. V. Fœdus cum barbaris init, *ibid.* Creatur Imperator, 455. XXIV. Ejus Conſulatus, 456. I. Deponit Imperium, *ibid.* Quod fuerit Conſul clariſſimum eſt, & 456. I.
Avitus alius ab Imperatore, 456. III.
S. Avitus Viennenſis Epiſcopus, Requirebat Fidei confeſſionem manifeſtam, 494. LXVIII. Gandebaldum ab errore liberare non valuit, 494. LXIX. Sigiſmundum ad Catholicam fidem convertit, *ibid.* Ejus plura ſcripta, 494. LXIX.
Aurelianam Civitatem Attila obſidet, 451. XLVIII. Oratione Aniani liberatur, 451. XLIX.
Aurelianus legatus ad Crotildem, 494. XXIX. Quid cum Crotilde egerit, *ibid.* Se mendicum ſimulavit, *ibid.*
Aurelius Adrumetinus Epiſcopus legatus Africanus in Concilio Chalcedonenſi, 451. LXV.
Aurum corrumpit homines, 488. III.
S. Auxentius accerſitur ab Imperatore Marciano, 451. CLIV. Diu reluctatus ipſi Marciano acquieſcit, 451. CLV. Ejus rectæ fidei confeſſio & profeſſio, 451. CLVI. Cum Marciano pertractat de fide, 451. CLVII. Probat fidem Chalcedonenſis Synodi, 451. CLIX. Nonnulla ejus Acta, *ibid.*
Auxianus ſucceſſor S. Abrahæ, 480. XIII.
Auxianus Epiſcopus ſubſcribit in Synodo, 490. XXIV.

Digitized by Google

Auxilium petit Theodoretus a Renato legato Apoſtolico, 449. CXXIII.
Auxilium Sporatii Comitis erga Theodoretum contra Chryſaphium, 449. CXL.
Auxilium præſtitum Orientalibus per legatum Sedis Apoſtolicæ, 450. XXXII.
Auxilium Viennenſibus a S. Severino, 454. XXXIII.
Auxilium Dei erga ſuam Eccleſiam, pag. 635. III.
Auxolaus ſequitur Concilium Chalcedonenſe, 451. CLIII.

B

Badonicus mons obſidetur, 477. XXXII.
Baptiſmus Clodovei Regis Francorum, 499. XX.
Baradatus anachoreta illuſtris, 458. XX. Theodoto Epiſcopo obtemperat, 458. XXI. Ejus pœnitentia, *ibid.* Ad Leonem Auguſtum contra hæreticos ſcribit, 458. XXIV.
Barbata curat tranſlationem S. Severini, 496. L.
Barbari parcunt primariis baſilicis in Urbe, 455. XIII.
Barbari ſervarunt venerabile monaſterium Lerinenſe, 459. XLVI.
Barbaris ſemper Romanorum proditores, & eorum beneficiis ingrati extitere, 487. VII.
Barbari ſe ipſos trucidant, 454. XXXI.
S. Barnabæ corpus repertum & cum eo Evangelium S. Matthæi, 485. IV. Ejus prima apparitio, 485. VIII. Secunda & tertia, 485. IX. Ei Eccleſia cum monaſterio erecta, 585. XIII.
Barſumas Archimandrita vices agit omnium monachorum, 449. XXII. Omnium ſceleſtiſſimus, 449. XXVIII. De eo Theodoſius Imp. ſcribit ad Dioſcorum, 449. XXIX. Cauſa fuit mortis S. Flaviani, 449. CVI.
Barſum Archidiaconus Alexandrinus miſſus a Joanne Corepiſcopo Alexandrino ad Clementem VIII. Romanum Pontificem, pag. 640. XXIX. Profeſſionem fidei facit, & præſtat obedientiam ſommo Pontifici, *ibid.* XXIX.
Baſilica S. Petri humiliter viſitatur a Valentiniano, & a Galla Placidia Auguſtis, 449. CLVI.
Baſilica nova erigitur a S. Mamerco, 475. XVII.
Baſilicæ primariæ in Urbe a Wandalis non expoliantur, 455. XIII.
Baſilicæ duæ deſtinantur Carthagine ad excipiendos captivos, idque pie, 455. XV.
Baſilicæ extructæ a S. Pulcheria, 453. XXII.
Baſilica S. Andreæ in Eſquilino monte, 483. V.
Baſilius Cardinalis S. Leonis a Latere legatus, 450. VIII. Legatus Conſtantinopolim, 451. VIII.
Baſilius presbyter pœnitens Romam venit, 451. XXI.
Baſilius Seleuciæ Epiſcopus indulgentiam conſequitur in Concilio Chalcedonenſi, 451. XCI.
Baſilii Conſulatus præclarus, 463. I. Ad eum epiſtola Sidonii de Gallicano ſtatu, 475. XXXIII.
Baſilius creatur Epiſcopus Antiochenus, 456. XXX.
Baſilius Præfectus Prætorii in ſede vacante Simplicii quid egerit, 483. XI. Ejus edictum de non alienandis bonis Romanæ Eccleſiæ, 483. XIII. Ejus edictum reſpuitur, 483. XV.
Baſiliſcus qui invaſit Imperium, favebat hæreticis, 457. LIII. Ad eum querelæ Eutychianorum, 476. XLIII. Recedit ab Urbe, 476. LII. Dux exercitus Leonis Imp. 468. XIX. Ejus proditio ingens, 468. XXI. Conſpiravit cum Aſpare & Ardaburio, 468. XXIII. A Verina furore liberatur, 468. XXV. Excitatur contra Zenonem, 476. XXIII. Tyrannus hæreticus, 476. XXV. Ejus conſtitutio contra Concilium Chalcedonenſe, 476. XXX. Simulate quærit S. Danielem, 476. LV. Pictè procumbit ad pedes S. Danielis, 476. LX. Ejus edictum pro fide Catholica, 476. LXIII. Imperare deſinit, 477. I. Cum ſuis fame perire cogitur, 477. II.
ad Baſſam Abbatiſſam S. Pulcheria pro fide Catholica, 453. XVII. Redditur Catholica, 455. XXIII.
Behemoth beſtiarum maxima Eutyches, 449. LXXXVIII.
in Bello fugatur Fridericus, 488. X.
Bellum majus nullum eſt quam dimicare beneficiis, 472. XXIV.
Bellum civile ortum Conſtantinopoli, 492. XIV.
Bellum Iſauricum Anaſtaſii Imp. tempore, 492. XLI.
S. Benedictus eremum petiit, 494. LXX. Longe ante S. Gregorium fuit, 494. LXXI. Quo anno tantus vir floruerit, *ibid.* Hujus ſancti viri ætas, 494. LXXII. An puer vel adoleſcens in eremum ſeceſſerit, 494. LXXIII. Quot annos in ſpecu ſteterit, 494. LXXVI. Ejus qui falſo dicti profeſſores, 494. LXXVII. Ejus diſcipulus fuit Valentinianus, 494. LXXI.
Beneficia multa conferuntur Phido a S. Euthymio, 477. XXVI.
Benevolentia ſperanda a Principibus, 494. VI.
Benignitas interdum magis elucet in hoſtibus, quam in magiſtratibus, 468. XIII.
Beſtiæ cornutæ ſunt hæretici, 484. XXXV.
Beſtiæ cruentæ hæretici appellantur, 484. XXXV.
Cum Bigamis nec tempore neceſſitatis diſpenſavit S. Leo, 456. XVII.
Bigami ordinati, & qui antea viduam uxorem acceperant deponuntur, 456. XVI.
Blaſphemi a Deo puniuntur, 494. LXI.
Bona Eccleſiaſtica in quatuor partes dividenda, 494. XXIV.
Bona Eccleſiæ minime alienanda, 483. XIII.
Bona Eccleſiæ auxit Simplicius Papa, 483. XIII.
Bonifacius Cardinalis S. Leonis legatus Conſtantinopolim, 452. VIII.
Bonifacius diaconus martyr, 484. CI.
Boreales denigrantur, dum Aethiopes dealbantur, pag. 636. V.
Brevitas litterarum deſideratur, 492. XXX.
Britanni liberantur ab Ambroſio Aureliano, 477. XXX. Diriſſime afflictati a Scotis, & Pictis, 477. XXXI. Eorum Eccleſiæ varius ſtatus, *ibid.* Victis hoſtibus reſpirant, 494. LXXIX. Peſſumdati ob male cultam religionem, 494. XCI.
Bulgari invadunt Thracias, 499. XII. Superant Anaſtaſium Imp. *ibid.* Eis datur multum auri ab Imperatore, *ibid.*
Burgundiones auxiliati ſunt Italis, 494. XLVIII. Ad eorum Regem legatus Epiphanius, 494. XLVI. Eorum Rex benigne ſuſcipit Epiphanium, 494. L. Eorum Rex dimittit Italos captivos, 494. LII

C

Cæcus illuminatur a Leone ante Imperium, 457. IV.
Cæcus illuminatur a S. Eugenio, & quomodo, 484. XLV.
Cæcus fit, qui erat videns, per Arianum Antiſtitem, 484. LXXIV.
Cæcus illuminatur a S. Vedaſto, 499. XXIV.
Cæcus illuminatur coram Clodoveo, ut ipſe convertatur, *ibid.*

Digitized by Google

Cæcus Cæco ducatum præſtans, ambo cum ruina multorum in foveam cadunt, 483. XXIX.
Cæſarius Epiſcopus Arelatenſis præfuit Concilio Arelatenſi, 453. XLII. Ejus tyrocinium, 453. XLIV. Monachus Lerinenſis, ibid. Quo vixit tempore, ibid. Ejus homiliæ quæ, 453. XLVI. Scriptor nobilis, 490. X.
Calamitas Tuſciæ deſcribitur, 476. V.
Calendion eligitur Epiſcopus Antiochenus, 482. I. Confirmatur a Romano Pontifice, 482. II. Tranſtulit reliquias S. Euſtathii, 482. IV. In Oaſim relegatus, 482. VI.
Calumniæ redarguitur Genadius, 466. XV.
Camelianus Epiſcopus diſcipulus S. Lupi, 479. XVI.
Camelo impoſiti malefici per orbem circumduci ſolebant, 450. XXVII.
Camiſiæ & femoralia ex palliis altaris impie facta, ſed non ſine ultione divina, 456. XVIII.
Candidus Tiburtinæ civitatis Epiſcopus, 484. XXXII.
Canones Eccleſiaſtici Præcedunt Principum leges, 451. XCIX.
Canones ſacri ſervandi omni cura, 452. XI.
Canones adverſus ſimoniacos, 459. IV.
Canones ſerventur a Principibus, 479. VIII.
Canones tredecim ſanciti in Concilio Turonenſi, 481. XLVII.
Canones ſtatuit Quintianus Epiſcopus Aſculanus contra Petrum Cnapheum, 483. LIV.
Canones ſervandi omnino, 495. XXXVII.
Canonice aliquem cribrare, 483. LXV.
Canonibus intemerata reverentia ſervanda eſt, 454. XX.
Canonum ſervator Papa, 479. VIII.
Capſur Dux Maurorum, 454. XI. Ejus juſſu Sancti affliguntur, & aliqui martyrio coronantur, 456. XII.
Captiones hæreticorum denudantur, 457. XLIX.
Captivi redimendi, 494. XLI.
De Captivis redimendis Epiphanii, Oratio, 494. XLVII.
Captivi ſolvuntur, & dimittuntur, 494. LII.
Captivorum dimiſſorum a Burgundionibus numerus, 494. LIII.
Captivi relaxantur a Godiciſclo, 494. LIV.
Captivi redempti a Romana Eccleſia, 494. LVI.
Captivitas S. Fulgentii, 490. V.
in Captivitatem redacti plerique Itali, 494. XLVIII.
Caput S. Juliani inventum, 475. XV.
Carceri traduntur Dei confeſſores, 483. LXXXII.
Carmen Sidonii de rebus S. Abrahæ, 480. XIII.
Carnales privantur dono Dei, 484. XCV.
Caroſus Eutychianus Imperatorem appellat, 451. XCV.
Carthaginenſes iterum Epiſcopum accipiunt, 480. I. Valde lætantur de accepto Epiſcopo, 480. V. Suſpirant doloſam indulgentiam, 480. IV. Eorum Eccleſia ſublevatur opera Zenonis Imperatoris, 480. II.
Caſſiodori locus emaculatus, 468. X.
Caſſiodoro viro illuſtri collata dignitas Patriciatus, 493. 2. Ejus opera Theodoricus maxime utitur, ibid.
Caſtitas admiranda Marciani Imperatoris, 450. XVIII.
Cathechiſmus ſemper neceſſarius ante Babtiſmum, 479. XXII.
pro Catholica fide S. Leo pertractat cum Pulcheria Auguſta, 449. XVI.
Catholica fides ſuſcipitur a Mauritanis, 456. XII.
Catholici quanta mala paſſa ſub Hunerico, 484. LIV.
in Catholicos quæ molitus ſit Petrus Fullo, 485. V.
Cauſa Eutychetis indicitur Synodus Epheſi, 449. XVIII.
Cauſa Silvani Epiſcopi Calaguritani tractatur apud Summum Pontificem, 465. XXIII.
Cauſa Acacii congregatur Concilium Romanum, 485. XVII.
Cauſa Vitalis Epiſcopi tractatur in Concilio Romano, 489. XI & ſeq.
Cauſæ Epiſcoporum referendæ ad Papam, 465. XXIV.
Celebritas natalis Hilarii, 465. XVII.
Ceretius Galliarum Epiſcopus Romanum Pontificem veneratur, 449. XLIII.
Certamen præclarum Saturi, 456. XXVII.
Certamen inſigne pueri ſeptem annorum, 484. CXVII.
Certamen inſigne cujuſdam mulieris, ibid.
Certamen inſigne Liberati & uxoris, ibid.
Certamen ſeptem monachorum, 484. CI.
Cervus in bello, in pace leo, de Juvenale Epiſcopo dictum, 454. XXI.
Chalcedonenſe Concilium ſub Marciano quando, 451. XXII. Qui in eo numerus Patrum, ibid. Ubi Concilium Celebratum, 451. LXIX. Quo tempore cœperat, & quot ejus Seſſiones, ibid.
Seſſio prima, 451. LXX.
Seſſio ſecunda, 451. LXXV.
Seſſio tertia, & ejus acta, ibid.
Seſſio quarta, & ejus acta, 451. XI.
Seſſio quinta, & ejus acta, 451. XCV.
Seſſio ſexta, 451. CIV.
Seſſio ſeptima, & oratio Marciani, 451. CXII.
Seſſio octava, & ejus acta, 451. CXXIV.
Seſſio nona, 451. CXXVIII.
Seſſio decima, 452. CXXXI.
Seſſio undecima, 451. CXXXII.
Seſſio duodecima, 451. CXXXIII.
Seſſio decimatertia, 451. CXXXVII.
Chalcedonenſe Concilium offert Summo Pontifici nomen Oecumenici, 451. CL. A S. Leone probatum, ibid. Ejus memoria conſecrata 451. CLX. In eo Concilio indulgentiam conſequuntur quinque Epiſcopi, 451. XCI. Ejus canon adverſus ſimoniacos, 459. IV. Idem Concilium reiicitur a Baſiliſco tyranno, 476. XXX. Probatur a Metropolitanis, 457. LIV. Ab Anaſtaſio Imperatore minime receptum, 472. XLIII.
Chalcedonenſis civitas fit Metropolis, 451. CXVIII.
Chariſius presbyter nequam, 459. X. In ipſum vindicta divina, ibid.
Charitas magna Marciani in pauperes, 459. XIII.
Charitas Catholicorum magna, 460. XIV.
Charitas Felicis Abbatis valde commendatur, 490. VI.
Charitas Deogratias Epiſcopi Carthaginenſis, 455. XV.
Cherubim incorporeos a Deo mandatum fuit in Arca & Sanctuario effingi, 485. XIX.
Childericus primus Francorum Rex regnat in Gallia, 456. VI. Mirifice colit S. Genovefam, ibid. Moritur, 484. CXXXI.
Chriſmatis ampulla demiſſa e Cælo ad ungendum Clodoveum Regem, 499. XXIX.
In Chriſto naturæ duæ in una perſona, 451. CX.
Chriſtus deſtruit, quod diabolus conatur ædificare, 483. LXXX.
Chriſti perſonæ unitas per multa probatur, 449. LXV.
Chriſti Evangelio quantus honor tributus in Conciliis, 451. LXVIII.
Chriſti membra appellantur reliquiæ Sanctorum, 490. XLVI.
Chriſtum imitari debemus in his quæ pro ipſo fiunt, 476. L.
Chriſtianæ Reipublicæ miſerandus ſtatus, 476. VI.
Chriſtianæ feminæ digna reſponſio de marito ſortiendo, 494. XXX.

Chri.

Digitized by Google

Chriſtianum nomen Antiochiæ primum exortum eſt, 452. XII.
In Chriſtianos quæ molitus ſit Petrus Fullo, 485. VIII.
Chriſtianorum omnium judex eſt Papa, 449. V.
Chriſtiano non licet quærere vindictam in hoc ſæculo, 487. V.
Chryſaphius eunuchus favet Eutycheti, & illinc innumera mala, 449. X. Rogat Dioſcorum ut Eutychetem defendat, 449. II. In eum Theodoſii vindicta, 450. I.
Chryſargyrum ſive Auroargenteum quid eſſet, 491. I.
Chuni iidem ſunt atque Hunni, 451. XXXV.
Cibus abundans etiam Corvis a Deo datur, 449. CXXXI.
Cinis illapſus ſuper Conſtantinopolim, 475. XXVIII.
Cinerum vehementes eructationes, 471. XXXI.
Circulares litteræ miſſæ a Papa Gelaſio, 492. XXIX.
Civile bellum Conſtantinopoli ortum, 451. XIV.
Civiles diſcordiæ opem præſtant hoſtibus, 488. VIII.
Civitates Galliæ ſublevantur a S. Patiente, 475. XXXIII.
de Clade Siciliæ Paſchaſinus ad S. Leonem ſcribit, 454. XXII.
Clades Aemiliæ, 476. V.
Clades Tuſciæ, ibid.
Clades magna civitatis Ticinenſis, 475. V.
Clades Africæ futura oſtenſa Paulo Epiſcopo, 481. III. VI.
Claſſis paratur a Leone Imperatore contra Wandalos, 468. XIX.
Claudianus Fauſtum confutat, 490. XXXVII. Cognomento Mamercus, qualis, 490. XXXVIII. Presbyter, non Epiſcopus, 490. XXXIX. Ejus epitaphium, 490. XL.
Claudius Epiſcopus ſubſcribit in Concilio Lugdunenſi, 490. XXIV.
Claves regni Cæleſtis ſunt apud Papam, 449. CLXIII.
Clauſura monachorum perutilis, 471. IV.
Clementia hæretici deteriores ſiunt, 452. V.
Clemens VIII. Rom. Pont. legationem Alexandrinorum recipit, pag. 635. I. Ad eumdem epiſtola Gabrielis Patriarchæ Alexandrini, pag. 636. VI. Hieronymum Vecchiettum ad Alexandrinos cum litteris miſit pag. 636. VII. Ad eum epiſtola Joannis Corepiſcopi Alexandrini, pag. 638. XVII. Ejus eleemoſina Alexandrinis largita, pag. 639. XXIII.
Clerici ne ſint vagantes, 451. CXVIII. Non poſſunt de loco in locum tranſire ſine ſuorum Epiſcoporum licentia, 453. LIII. Iis neceſſariæ ſunt litteræ commendatitiæ ſuorum Epiſcoporum ibid. In eos leges latæ abrogantur a Marciano Imperatore, 455. XXVI. Eis ſua bona quilibet teſtamento relinquere poteſt, 455. XXVIII. Peccata vitent, 496. XXIX.
Clerici duodecim adhuc pueri martyres, 484. III.
Clerus vendicatur in priſtinam libertatem a Marciano Imperatore, 455. XXV.
Clodoveus Rex Francorum quando regnare cœpit, 484. CXXXIII. Adhuc Ethnicus veneratus S. Genovefam, 484. CXXXII. Veneratus S. Remigium, ibid. Dedit multa bona Eccleſiæ, 484. CXXXII. Quid in militem ſacrilegum, 489. XVIII. In conjugem accipit Crotildem, 494. XXVIII. Legatus pro pace miſit ad Gundebaldum, ibid. Aurelianum legatum dirigit ad Crotildem, 494. CXXIX. Ejus primogenitus baptizatur, & moritur, 494. XXXI. De ejus converſione, 499. XV. Ope Chriſti ſuperat Alamannos, 499. XVI. Interdum appellatus Ludovicus, 499. XVIII. Ad ipſum Theodorici Regis litteræ de victoria contra Alamannos, ibid. Admonetur ut ſciat uti victoria, 499. XIX. Convertitur ad Chriſti fidem, 499. XX. Baptizatur a S. Remigio, 499. XXI. Eum catechizat S. Vedaſtus, 499. XXI. Deſcribitur ejus baptiſmus, ibid. Pervenit ad S. Remigium, 499. XXV. Ei lux affulſit de cælo, 499. XXVIII. Ei ampolla criſmatis cælitus miſſa, 499. XXIX. Quæ Genovefæ dederit, 499. XXX. Quanta Remigio & aliis Eccleſiis largitus ſit, 499. XXXII. & ſeq.
Cohabitatio Clericorum, & mulierum prohibita, & quomodo permiſſa, 453. LIV.
Colonienſis Eccleſia afflictata, 491. XVII.
Columna immobilis miles Chriſti, 456. XXVI.
Commemoratio præteritarum tribulationum renovat dolorem, 489. X.
Commendatio charitatis Felicis, 490. VI.
Commendatitiæ ſuorum Epiſcoporum litteræ neceſſariæ ſunt Clericis, 453. LIII.
Commendatur zelus Sporatii Comitis, 449. CXLII.
Commendatur Alexandrina Eccleſia ab Anaſtaſio Papa Anaſtaſio Imperatori, 497. VIII.
Commonitorium Gelaſii Papæ ad Fauſtum, 493. X.
Communicans cum aliis ſimili ſorti eſt obnoxius, 491. XVII.
non Communicantes Eccleſiæ Catholicæ a Deo repelluntur, 497. XXV.
Communicatio cum Catholicis prohibetur Wandalis, 483. XCVII.
Communicatio cum malis fugienda, 492. XX.
Communio ſacra quam ſæpe ſumenda, 415. LVIII.
de Communione verba Gelaſii Papæ quomodo accipienda, 496. X.
Communio an ſub utraque ſpecie ſit ſumenda, 493. XXIII.
Communionem cum Summo Pontifice qui Epiſcopi ſervaverint, 494. XVIII.
Conatus temerarius & faſtus Acacii, 472. IV.
Conciliabulum Epheſinum, 449. XXIII.
Concilium Alexandrinum quo tempore, 451. XXIX.
Concilium Andegavenſe recenter editum, 453. LI.
in Conciliis antiquæ acclamationes Patrum, 463. XVIII.
Concilium Arelatenſe tertium, 453. XLI.
in Concilio celebrando quæ ſint obſervanda, 456. XLII.
Concilium Chalcedonenſe ſub Marciano quando, 451. XXII. Qui in eo numerus Patrum, 451. LV. In eo indulgentiam conſequuntur quinque Epiſcopi, 451. XCI. Studioſiſſimum S. Leonis, 451. CXLV. Quid ad S. Leonem, 451. CXLVI. In eo patres ſe appellant filios S. Leonis, ibid. Ipſum promulgat in Occidente S. Leo, 452. VIII.
Concilium congregatum Conſtantinopoli in cauſa Eutychetis, 449. XI.
Concilia convocanda & celebranda auctoritate ſummi Pontificis, 450. XXVII.
Concilium Conſtantinopolitanum coram legatis Romani Pontificis, 450. XXVIII.
Concilium Conſtantinopolitanum in cauſa Petri Cnaphei, 483. LIV.
Conciliorum decretis cur ſtandum, 458. XIX.
Concilium Mediolanenſe ſub Leone, 451. XIII.
Concilium Epheſi indicitur in cauſa Eutychetis, 449. XXII.
in Conciliis miracula non quæruntur, 455. CXXII.
Concilium Nicææ a Marciano indicitur, 451. IX.
in Concilio Nicæno interfuerunt, CCCXVIII. Patres, 482. XXVI.
Concilium non neceſſarium, ubi aliquid defini-

Digitized by Google

nitum litteris Summi Pontificis, 449. X.
Concilia Oecumenica qua occaſione, cogenda, 476. XXI.
in Conciliis quantus honor tributus S. Evangelio, 451. LXVIII.
in Concilio quomodo conſideant omnes, 451. LXVI.
in Concilio quo ordine ſubſcribere debeant Epiſcopi, 451. XVII.
Concilium Romanum appellat Eutyches, 449. XV.
Concilium Romæ celebratur a S. Leone contra Acta Epheſinæ Synodi, 449. CXLV.
Concilium Romanum, 465. XVIII.
Concilium Romanum in cauſa Acacii, 483. XVII.
Concilium Romanum in cauſa Petri Cnaphei, 485. LVI. Ejus canones, 483. LVII. & ſeq.
Concilium Romanum in cauſa Miſeni & Vitalis, 484. XI. Ubi agitur cauſa Acacii, 484. XIV.
Concilium Romanum de lapſis reſtituendis, 487. I.
Concilium Romanum LXX. Epiſcoporum ſub Gelaſio, 494. XIX.
Concilium Romanum Gelaſii tempore in abſolutione Miſeni, 495. III.
Concilii Romani Acta, 495. IV.
Concilium Romanum primum ſub Symmacho Papa, 499. I.
Concilia in Secretariis celebrabantur, 451. LXI.
Concilia a Summo Pontifice approbanda, 451. CXLVI.
Concilium Turonenſe quando, 482. XLVII. In eo ſanciti ſeptem canones, ibid.
Concilium Veneticum quando, 453. XLV.
Concio pulcherrima Marciani Imp. ad Synodum habita, 451. CXIII.
Conciones Verbi Dei ad Epiſcopos ſpectant, 451. CLV.
Concionator Orbis Simeon Stylita, 460. XVIII.
Concordantiæ Canonum liber, 483. XIX.
Concordia præſtat, quod fortitudo non valet, 471. XXIII.
Condemnatio Acacii Epiſcopi Conſtantinopolitani, 484. XXVI.
Condeſcenſio quæ mala, 493. XXI.
Conditio varia Theodoſii, 450. XI.
Confeſſio Sacramentalis debet eſſe ſecreta, 459. XX.
Confeſſio ſecreta ex Apoſtolica traditione, ibid.
Confeſſio generoſa pueri Chriſtiani, 484. CV.
Confeſſio plena Lucidi, 490. XXVII.
Confeſſione S. Petri fides ſtabilis, 483. LXX.
Confeſſores Chriſti anguſtiati arcto carcere, 483. LXXXVI. Plures in exilium miſſi, 483. XCIV. & ſeq.
Confeſſores loquuntur linguis exciſis, 484. XCVII. Comprobatur hoc pluribus teſtibus, 484. XCI.
Confirmatio Symboli, Epheſini, Nicæni, & Conſtantinopolitani a Concilio Chalcedonenſi 451. CVII.
Confirmatio Concilii ſpectat ad Summum Pontificem, 451. CXLVI.
Confirmatio Calendionis Epiſcopi Antiocheni a Romano Pontifice, 482. II.
Confirmatio Patriarcharum ad Papam ſpectat, 482. XIV.
Conjugati interdum eligebantur Epiſcopi relicta conjuge, 493. I.
pro Conjuge orare debet uxor, 451. L.
in Conjurationibus promittuntur præmia delatoribus, dum Papa eligendus eſt, 499. IX.
Conjux curat, ut ſepeliatur proprius vir vivus, 495. II.
Conſcii criminum ſuſceptores latrocinantium pari pœna conſtringuntur, 490. XLVI.
Conſiliarii impii Principis animum in præceps agunt, 449. CLXIX.
Conſilio Acacii cuncta egit Zeno Imperator, 485. XXX.
Conſpiratio cum hæreticis maxime reprehendenda, 483. XXV.
Conſtantia neceſſaria in rebus arduis, 449. LXIX.
Conſtantia Renati & collegarum legatorum Apoſtolicæ ſedis, 449. XCIX. Laudatur, 449. CIX.
Conſtantia Summa Saturi, 456. XXVII.
Conſtantia monachorum laudata, 484. VIII.
Conſtantinopolis cives Theodoretum omnino non credebant, 449. CXL. Ejus urbis incendium, 464. I. Ejus cives ad Danielem confugiunt, ibid. Illic frequentia imbrium prodigioſa, 464. XI. Ejus domus in inſulæ formam conſtructæ, 465. IX. In eam cinis e monte Veſuvio, 471. XXIX. In eam injectus ignis graſſatur, 476. LXI. In ea civile bellum ortum 491. XIV. In ea tumultus vulgi, 493. XL. Eo miſſi legati ab Anaſtaſio Papa ad Anaſtaſium Imp. 497. I.
Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ privilegia, 451. CXXXVI. Et an a Papa legatis probentur, 451. CXXXVIII. Eadem Eccleſia num præcedat Alexandriam, 451. CXLIV.
Conſtantinopolitanum Concilium provinciale ſub Gennadio, 459. I.
Conſtantinopolitana Synodus contra Petrum Cnapheum, 483. LIV.
Conſtantinopolitani Epiſcopi unde arrogantia orta, 493. XXII.
Conſtantinus diſcipulus S. Benedicti, 494. XXI.
Conſtantius monachus Eutychetis procurator, 449. XII.
Conſtitutio Marciani Imperatoris contra Idololatras, 451. CLXII.
Conſtitutio Marciani Imp. de abolenda lege Theodoſii contra Flavianum, 454. XLVII.
Conſtitutio Marciani Imp. contra hæreticos, 454. VII.
Conſtitutio Marciani Imp. contra Anatolium, 454. XII.
Conſtitutio Leonis Imp. de feſtis colendis, 469. VII.
Conſtitutio de Eccleſiarum privilegiis, 472. III.
Conſtitutio Baſiliſci contra Concilium Chalcedonenſe, 476. XXX.
Conſtitutiones contra ſimoniacos, 469. VIII. & ſeq.
Conſtitutiones contra ambientes Pontificatum 499. VI.
Conſtitutionibus Apoſtolicis vis non præjudicat, 449. XCVIII.
Conſuetudo Occidentalium Epiſcoporum in Conciliis celebrandis, 451. XX.

CONSULES.

Aſterius & Protogenes, 449. I.
Valentinianus & Avienus, 450. I.
Marcianus & Adelphius, 451. I.
Herculanus atque Sporatius, 452. I.
Opilio & Vincomalus, ibid.
Studius & Aetius, 454. I.
Valentinianus octavus & Anthemius, 455. I.
Joannes & Varanes, ſeu Varares, 456. I.
Conſtantinus & Rufus, 457. I.
Leo & Majorianus, 458. I.
Ricimer atque Patricius, 459. I.
Magnus & Apollonius, 460. I.
Severinus & Dagalaiphus, 461. I.
Leo & Severus, 462. I.
Cæcina Decius Baſilius & Vibianus, 463. I.

Ru-

Ruſticus & Olybrius, 464. I.
Baſiliſcus & Hermineričhus Gothus, 465. I.
Leo Auguſtus, 466. I.
Puſæus atque Joannes ambo Plavii, 467. I.
Anthemius iterum, 468. I.
Zeno & Marcianus, 469. I.
Severus & Jordanes, 470. I.
Leo quartum cum Probiano, 471. I.
Feſtus & Marcianus, 472. I.
Leo quintum abſque Collega, 473. I.
Leo Auguſtus Junior, 474. I.
Zeno Auguſtus tantum Conſul, 475. I.
Baſiliſcus & Armatus, 476. I.
Anno CCCCLXXVII. nullus Conſul fuit, 477. I.
Illus ſine Collega Conſul, 478. I.
Zeno tertium Conſul, 479. I.
Baſilius Junior, 480. I.
Placidius, 481. I.
Severinus, 482. I.
Anicius, 483. I.
Theodoricus Gothorum Rex & Venantius, 484. I.
Symmachus Conſul abſque collega, 485. II.
Longinus & Decius, 486. I.
Boetius abſque Collega, 487. I.
Dinamius atque Siphidius, 488. I.
Probinus & Euſebius 489. I.
Fauſtus Junior & Longinus ſecundum, 490. I.
Olybrius tantum Conſul, 491. I.
Anaſtaſius Auguſtus & Ruffinus, 493. I.
Albinus & Euſebius, 493. I.
Aſterius & Præſidius, 494. I.
Viator & Æmilianus, 495. I.
Paulus ſine collega, 496. I.
Anaſtaſius Auguſtus iterum Conſul, 497. I.
Paulinus & Joannes Scytha, 498. I.
Joannes Gibbus, 499. I.
Contemnunt mundani Sanctos, & cito puniuntur, 473. VI.
Continuata pœna fit intolerabilis, 490. VI.
Controverſiæ de Paſchali Cyclo, 453. XXXV.
Conturbatur Eccleſia Dei a Paſnico, 495. XVII.
Conventicula ne colligantur, ultimi ſupplicii pœna prohibetur, 451. XXVI.
Converſatio cum hæreticis omnino fugienda, 493. XVII.
Converſationes malæ fugiendæ, 402. XII.
Converſio anachoretarum per Euthymium, 452. XXXVI.
Converſio Marci monachi ab hæreſi, ibid.
Converſio Eudociæ Auguſtæ, 455. XXI.
Converſio hæreticorum quærenda, 452. XXXIX.
Converſio interdum blande exquirenda, 453. XII.
Converſio Clodovei Francorum Regis, 499. XX.
Converſio Sigiſmundi Regis, 494. LIX.
Converſio Silvani monachi, 452. XXXVI.
Converſio hæreticorum difficillima, 494. LXVIII.
Converſio Judæi ab igne liberati, 471. XXXIII.
Converſio hæreticorum facta a S. Patiente, 475. XXXII.
ad Converſionem ſæpe invitatus Acacius, 485. II.
Convivii Dionyſii tyranni nobiliſſimus apparatus, 455. X.
Coptorum obedientia Romano Pontifici & profeſſio fidei, pag. 639. XXII.
Corepiſcopus Alexandrinus dicitur Diſcipulus pag. 438. XVII.
Corollarium de legatione Eccleſiæ Alexandrinæ ad Apoſtolicam ſedem, pag. 435. I.
Corpus S. Flaviani transfertur Conſtantinopolim, 450. XXIV. Honorifice ſepelitur, ibid.
Corpus S. Severini transfertur in Italiam, 488. XIV. Integrum diu perduravit in ſepulcro, 488. XII. Ejus fragrantia, ibid. Tranſlatus Neapolim, 496. XLIX.
Corpus totum patitur paſſiones unius membri, 483. XLIX.
Correctio medicina eſt, 490. XI.
Correctio Gelaſii Papæ nihil proficit Euphemio, 492. XXIX.
Correptus ſero plus eſt rebellis, quam arcus manui, bos jugo, equus freno, 484. CXXXVII.
Corrigere alios non valet illi qui gravioribus delictis detinetur, 485. XXX.
Corvis etiam Deus abundanter cibum largitur, 449. CXXXVIII.
Creatio Anaſtaſii Epiſcopi Hieroſolymitani 458. XXXIV.
Creatio Epiſcoporum quomodo facienda, 469. IX.
Creatio S. Remigii Epiſcopi Rhemenſis, 471. XXXIV.
Creatio Olybrii Imperatoris, 470. IX.
Creatio Joannis Melelæ Epiſcopi Alexandrini, 497. XXIX.
Creſconius Epiſcopus Tudertinus legatus Anaſtaſii Papæ, 490. LVIII.
Criminum impunitas hortatur ad crimina, 494. XXXVIII.
Criſpinus Ticinenſis Epiſcopus inter Sanctos relatus, 451. XVI.
Crocus in Gallia Epiſcopus exulat, 471. XXVIII.
Crotildis Regina nupta Clodoveo, 494. XXVIII. Ad eam Aurelianus miſſus a Clodoveo, 494. XXIX. Quid cum Aureliano pertractaverit, ibid. Primitias conjugii obtulit Deo, ibid. Clodoveo prædicabat fidem Chriſti, 499. XVI.
Cruciatio dira S. Fulgentii, 490. VI.
Crux devote adorata ſanitatem confert, 451. XLV.
Crux ſplendida ut ſtella apparuit Joanni Silentiario, 491. XVIII.
Crux refulgens apparet & terret inimicos Chriſti, 466. VI.
Crux velut telum fugat inimicum, 471. I.
Crucem ſuper diadema Chriſtianæ Imperatrices geſtare conſueverunt, 453. XXV.
Crucis Chriſti particula dono data S. Leoni, 454. XVII.
Crudeles barbari etiam in ſe ipſos, 454. XXXI.
Crudelitas Antonii Epiſcopi Ariani, 484. XIV.
Crudelitas Arianorum ipſis Arianis deteſtabilis, 490. VIII.
Culpa de præterito remitti non poteſt, niſi correctione ſubſequente, 493. XIX.
Culpas dimittere Cæleſte, vindicare terrenum, 494. XXXVII.
Cultus Gentilium fuit cauſa ruinæ Imperii Romani, 440. XLV.
Cupiditas terrenarum rerum eſt tollenda, 484. CXXXIII.
Cura primatus abjicitur ab Anatolio, 454. XV.
Cura potiſſimum Papæ eſt circa fidem, 494. II.
Curatio Anachoretarum ab hæreſi, 452. XXXVI. de Cyclo Paſchali controverſia, 453. XXXIV.
Cyclus Theophili probatur, 453. XXXVIII.
Cyprianus Epiſcopus Unizibirenſis, 483. LXXXVIII.
Cyprianus legatus Gelaſii Papæ, 494. XVII.
Cyriachus monachus illuſtris, 457. LVIII.
Cyrillus hiſtoricus veritatis cultor, 475. XLII. Verax & accuratus ſcriptor rerum SS. monachorum, 491. XV.
Cyrola Arianorum Antiſtitum Princeps, 484. XLIX. Chriſtianos perſequitur, 484. LXIX. Strophim ſtruit falſi miraculi, 484. LXXIII. Per eum videns fit cæcus, 484. LXXIV. Quid in nobilem puerum, 484. CXVII.

D

DÆmon incendium immittit Conſtantinopoli, 465. IV.

Dæmoniaci liberantur a S. Daniele, 476. LXXVII.
in Dalmatia iterum pullulaat Pelagiani, 493. XXIII.
Damnatio Flaviani & Euſebii Epiſcoporum per Dioſcorum, 499. XCV.
Damnatio Epiſcoporum ſanctorum in pſeudoſynodo Epheſina, 449. CXIII.
Damnatio Romæ pſeudoſynodi Epheſinæ, 449. CXLVII.
Damnatio Petri Fullonis Romæ facta, 483. LII.
Damnatio Petri Antiocheni per ſenteatiam Felicis Papæ, 483. LXVI.
Damnatio Zenonis Imp. ut hæretici, 491. IV,
Damnatio Acacii cum Eutychete, 492. XVIII.
Damoclis deſcribitur caſus, 455. X.
Daniel Carrhorum Epiſcopus injuſte privatus in Synodo Epheſina, 449. CIII.
Daniel presbyter legatus S. Leonis, 460. XI.
Daniel Stylita columnam aſcendit, 460. XX. Futurum prædicit incendium, 464. II. Ad eum confugiunt Conſtantinopolitani, 465. III. Eum inviſit Leo Imperator, 465. XII. Ad eum Imperator de vitæ propriæ diſcrimine, 465. XIII. Vocatur Conſtantinopolim, 476. XLVIII. Ad cum legatio Epiſcoporum venit, 476. LI. Exemplo Chriſti ſuadetur venire Conſtantinopolim, ibid. Venit Conſtantinopolim, 476. L. Ab eo multa eduntur miracula, 476. LIII. Ejus obitus, 489. IV. Ejus ſepultura, ibid.
Dardaniæ Epiſcopi venerantur Gelaſium Papam 492. XXXI. Conſtantes in communione cum ſummo Pontifice, 494. XVIII. Ad eos Gelaſii epiſtola, 494. XVII. Ad eos Gelaſius Papa de primatu Sedis Apoſtolicæ, 495. II.
Debita ſolvenda ab Epiſcopo, quando debitorem non reſtituunt, 466. IV.
ex Decimarum ſolutione interdum abundantia, 475. XXXV.
Decimas non ſolventes dira fame vexantur, ibidem.
Declaratio dogmatum fidei in epiſtola S. Leonis, 449. XLV.
Decreta de pœnitentibus, 487. V.
Decretis Conciliorum cur ſtandum, 418. XVIII.
Defenſores Acacii tergiverſabantur, 485. III.
Defunctorum memoria ſancte & pie in Eccleſia frequentatur, 451. LXXXI.
Delatores conjurationum, dum eligendus eſt Papa, præmia conſequuntur, 499. VIII.
Delicia ſacerdotum communis eſt turpitudo, 451. LXXXV.
Demerita Ricimeris, 471. XXV.
Deogratias Epiſcopus Carthaginenſis, 451. LXVI. Quantæ charitatis fuerit, 455. XV.
Depoſitio Baſſiani Epiſcopi Epheſini, 451. CXXXI.
Depoſitio Stephani a Seda Epheſina, 451. CXXXI.
Depoſitio Imperii ab Avito facta, 456. I.
Depoſitio Orientalium Epiſcoporum ab Acacio facta injuſte, 484. XXXVII.
Deſiderium regnandi reddit Principes inconſtantes, 476. LXV. 478. VII.
Deſtruit Chriſtus, quod diabolus conatur ædificare, 483. LXXXV.
Detectio latebrarum Fauſti, 490. XXXVI.
Deus abundanter etiam corvis cibum largitur, 449. CXXVIII. Interdum differt vota poſcentium, ut fide creſcente majora conſequantur, 475. VIII. Humilium conſolator, 473. VIII. Stat in caſtris filiorum Iſrael, 481. X. Repreſſit temeritatem Petri Fullonis, 485. XV. Quem adjuvat in re difficili, adjuvabit etiam in re minus laborioſa, 485. XXIV. Dives eſt in omnibus qui invocant illum, 490. XXVIII. Valde punit ambitioſos, 499. XXII. Cogit impios fame perire, 477. II. Blaſphemos punit, 494. LXI. Ejus providentia ſuis ſemper neceſſarium præſtat auxilium, 449. CXLVI. Ejus verbum prædicandum eſt ab Epiſcopis, 451. CLV. Ejus ira avertitur pœnitentia, 454. XXX. Ejus Sanctos venerentur Principes, 475. V. Ejus judicia occulta ſed ordinata, 475. XXIV. Ejus Eccleſia commendatur Zenoni Imp. a Simplicio Papa, 476. IX. Ejus Eccleſia commendatur Acacio a Simplicio Papa, 476. XVIII. Ejus Eccleſia gubernatur ejus providentia, 476. XLVII. Ejus flagella deterrent homines a ſceleribus, 482. LXIII. Ejus dona auferuntur a carnalibus, 484. XCV. Ejus Eccleſia conturbatur a Paſinico 491. XVII. Ejus dona ſunt maxime conſideranda, 494. XXXIV. In ejus Eccleſiam Feſtus mala machinabatur, 497. XXIII. Ejus auxilio liberantur Sancti, 494. XLII. Ejus auxilium erga ſuam Eccleſiam, pag. 635. II. & ſeq. Ejus offerendæ primitiæ, 494. XXXI. Ei qui fidem non ſervat neque hominibus ſervare poteſt, 494. LVIII. Ei gratior eſt virginitas matrimonio, 416. XIX. Ei maxime diſplicet ambitio, 499. XXII. Ei nihil execrabilius quam majorum reſiſtere poteſtati, 492. XXVI. Ab eo puniuntur Principes, ſi arrogant ſibi jus Eccleſiaſticum, 449. XXVII. Ab eo datur poteſtas, ut quis recte miniſtrare valeat, 449. I. Ab eo magis puniuntur peccata fidelium, quam infidelium, 452. XL. Ab eo puniuntur Principes, niſi ſervent jus Eccleſiaſticum, 452. LII. Ab eo præparantur ſepulcra Sanctorum, 416. XXIV. Ab eo impetratur filius oratione, 476. LIX. Ab eo punitur Eutychianus, 494. LXIV. Ab eo puniuntur Ariani, 494. LXVI. A Deo miracula multa Arianorum tempore patrata, 494. LXVI.
Dexteræ & ſiniſtræ ratio quomodo intelligenda, 451. LXVIII.
Dexteritate reprehendendi ſunt Principes, 449. CLIII.
Diabolus caput filiorum ſuperbiæ, 475. IV. Ei hæretici nec ſuperati cedunt, 472. XXXVIII. Eſt conturbator veræ pacis, 492. VII.
Diaconi omni humilitate presbyteris deferre debent, 453. LIII.
in Dialogis ſanctis Gregorii recitatur miraculum de Paſchaſio diacono, 496. L.
Die Paſchatis plures martyres facti, 456. XX.
Dies feſti quo honore colendi, 469. VII.
Difficilis converſio hæreticorum, 494. LXVIII.
Digladiatio inter Euphemium & Petrum, 498. II.
Dignitas Patriciatus, collata Caſſiodoro, 493. VII.
Dignitates non appetendæ, 499. VI.
Diligentia Simplicii Papæ in coercenda elata mente Acacii, 479. XI.
Dii monachi dicti a Dio Archimandrita, 484. XXXIV.
Dionyſia cruciata gravi tormento & opprobrio, 484. LXXXII. Ejus filius cruciatur majori martyrio, ibid.
Dionyſius S. R. E. Notarius S. Leonis nuntius, 449. CXV.
ad Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum Theodoſii epiſtola de ſecunda Synodo Epheſina, 449. XXV. Cum decem metropolitanis convenire jubetur ad Synodum Epheſinam, 449. XXIV. Adfuit & præfuit Synodo Epheſinæ, 449. LXXVII. Non admiſit litteras S. Leonis Papæ, 449. LXXVIII. Vim & metum infert in Synodo, 449. XCI. Eutychetem abſolvit, 449. XCIII. Et Flavianum, & Euſebium damnat, 449. XCV. Ejus pertinacia, 449. XCVI. Ei contradicunt Apoſtolicæ Sedis

le-

Digitized by Google

legati, 449. XCVIII. Excommunicat Sanctum Leonem Papam impiiſſime, 449. CLXVIII. Venit in Concilium Chalcedonenſe, 451. LXV. E conſeſſu Patrum dimotus, 451. LXXI. In eum omnes inſurgunt, 451. LXXIII. In eum plures accuſatores, 451. LXXXI. Ejus facinora & ſcelera in Concilio lecta, 451. LXXXIV. Pro nihilo ducebat Imperatoris edicta, ibid. Ter a Concilio Chalcedonenſi citatur, 451. LXXXV. In eum ſententia legatorum lata, & promulgata, 451. LXXXVI. Dictus alter Pharao, 451. LXXXVIII. Ad eam Patres Concilii Chalcedonenſis, 451. XC. Relegatur, & infeliciſſime moritur, 451. CLX. Pro eo certabant Alexandrini, 451. XX. Homo peſſimus a ſtultiſſimo vulgo Alexandrino ut Sanctus colitur, 481. XXII.

Diſciplina Eccleſiaſtica perſæpe collabitur, 478. XVI.

Diſciplina Eccleſiaſtica revocanda, 494. XXIII.

Diſcipulus dicitur Corepiſcopus Alexandrinus, pag. 638. XVII.

Diſcipuli facilius magiſtrorum virtutes exponunt, 496. LI.

Diſpenſatio S. Leonis cum Anatolio, 451. XIV.

Diſpenſatio in magnis ad Papam ſpectat, ibid.

Diſpenſatio contra canones ad Summum Pontificem pertinet, 465. XXV.

Diſpenſatione cum bigamis neque uſus eſt S. Leo tempore neceſſitatis, ibid.

Diſputatio de fide an omnibus liceat, 451. III.

Diſputatio de fide eſt periculoſa, 451. VII. 458. VIII.

Diſſenſio eſt inter hæreticos, 449. CXLVI.

Diſſenſiones plurimæ ortæ tum in Oriente, tum in Occidente, tum in Libya, 492. XLII.

Diſſipatio Petri Mogi, 478. III.

Divinitus reprimitur temeritas Petri Fullonis 485. XV.

Divina promiſſio firmior cælo & terra, 476. VII.

Divinum judicium timendum, 491. XXV.

Doctis viris ſupponunt ſua ſcripta hæretici, 496. IV.

Doctrina veræ Fidei quæ, 483. XLI.

Doctrina ſolet ſæpe inflare homines, 491. VI.

Doctrina Papæ in his quæ ſunt de Fide non poteſt eſſe falſa, pag. 636. VI. Eſt audienda, ut doctrina Chriſti, pag 639. XXI.

Doctor ac magiſter totius populi Chriſtiani eſt Papa, 449. LX. CXXIII.

Doctores interdum Eccleſiæ ſubveniunt interdum miracula, 476. XLVII.

Doctores carpuntur ab hæreticis in verbis, 496. X.

Dogmata fidei declarantur in epiſtola ſancti Leonis, 449. XLV.

Doli, & mendacia hæreticorum deteguntur, 449. VIII.

Dolus Hunnerici quo tendebat, 483. XCII.

Doli & mendacia Eutychetis deteguntur, 449. IX.

Doli & fraudes Anatolii Epiſcopi, 451. CXLIII.

Dominium Turcarum quam ſit aſperum, pag. 639. XXIV.

Domini promiſſiones factæ Apoſtolicæ Sedi, 476. XIV.

Dominus non ſuſtinet eſſe, qui non ſubſtinuit eſſe ſub dominio, 455. VIII.

Domitianus legatus S. Leonis, 458. XII.

Domnus Epiſcopus Antiochenus adfuit Epheſinæ Synodo, 449. LXXVII. Subſcripſit contra Flavianum & Euſebium, 449. CII. Damnatur tamen in Epheſina Synodo, ibid. Fuit in Concilio Chalcedonenſi, 451. LXV. De eo quid actum in Concilio Chalcedonenſi, 452. CXXIX.

Domus Conſtantinopoli in inſulæ formam conſtruebantur, 465. IX.

Domus empta fuit a Simplicio in Eccleſiæ utilitatem, 483. XIII.

Dona Dei auferuntur a carnalibus, 484. XCV. Dona Dei ſunt maxime conſideranda, 499. XXXVI.

Dorotheus Eutychianus Imperatorem appellat, 451. XCV.

Dorotheus Theodoſium hæreticum expellit, 451. XXXI.

Draco pugnavit cum Leone, 469. VI.

Duces hæreticorum haud facile recipiendi, 451. XI.

Dulcitius Notarius S. Leonis mittitur ad Synodum, 449. LVII.

Duo SS. Martyres inveniuntur a S. Mamerco, 475. XV.

Duo diſtantia ſepulcra miraculoſe conjuncta, 480. XXI.

E

In Eccleſia ſemper fuit unus Hierarcha, 449. CXXII.

Eccleſiæ Orientalis gaudium, 450. XLIX.

Eccleſiæ Orientali ſolitus ſubvenire Papa, 450. IX.

Eccleſia ædificatur a S. Perpetuo in honorem Sancti Martini, 481. XLIX.

Eccleſia Dei conturbatur a Paſinico, 491. XVII.

Eccleſia Carthaginenſis ſublevatur opera Zenonis Imperatoris, 480. II.

Eccleſia Dei commendatur Zenoni Imperatori a Simplicio Papa, 476. VIII.

Eccleſia Dei commendatur Acacio a Simplicio Papa, 476 XVII.

Eccleſia univerſa curatur a Simplicio Papa pervigili diligentia, 478. V.

pro Eccleſiæ Arelatenſis privilegiis legatio ad Leonem Papam, 450. LIII.

de Eccleſiæ Arelatenſis & Vienenſis privilegiis Leonis Papæ ſententia, 450. LVI.

pro Eccleſia Alexandrina ſcribit Simplicius Papa ad Acacium, 478. VIII.

Eccleſiæ bona auxit Simplicius Papa, 483. XV.

Eccleſiarum prærogativa non naſcitur ex ſplendore, ſed ex ſucceſſione Apoſtolorum, 451. CXLI.

de Eccleſiæ immunitate quæ ſervanda, 466. II. IV.

Eccleſiarum Galliæ miſeranda ſolitudo in perſecutione Evarici, 475. XXVII.

Eccleſiæ Dei quantæ tribulationes, 476. VI.

Eccleſia gubernatur providentia Dei, 480. CXXXV.

Eccleſiæ interdum ſubvenitur a doctoribus, interdum miraculis, 476. XLVII.

ad Eccleſiam venientes dira paſſi, 481. IX.

Eccleſia non humanæ innititur potentiæ, 483. VII.

Eccleſia nova excogitavit vocabula propter hæreticos, 496. XVI.

Eccleſia Romana ſemper a Deo cuſtodita, 497. XXVIII.

Eccleſia Orientalis miraculis adjuvatur, deficientibus doctoribus, 476. XLVII.

Eccleſia Romana omnium curam ſuſtinet, 478. X.

Eccleſia Africana exagitatur ab Hunnerico, 483. LXXIII.

Eccleſia univerſa turbatur odio Acacii, 483. XXIII.

Eccleſia Alexandrina defenditur a Felice Papa, 483. XXXII.

Eccleſiæ bona minime alienanda, 483. XIII.

in Eccleſia Dei nihil execrabilius, quam majorum reſiſtere poteſtati, 492. XXVI.

Eccleſia Romana ſemper fulſit, licet ab omnibus

bus Principibus Orbis conculcaretur, 483. VII.
Eccleſia Romana eſt ad inſtar præſentaneum antidotum ægrotantibus, 487. II.
Eccleſia Romana lapſis ſuccurrere conſuevit, *ibid.*
in Eccleſia ſervanda pax, 494. XIX.
de Eccleſiæ Romanæ primato, 494. XX.
Eccleſiis quæ & quanta largitus ſit Clodoveus, 499. XXXII.
Eccleſiæ Alexandrinæ recens legatio ad Apoſtolicam Sedem, pag. 635. I.
Eccleſiæ ſuccurrit Deus, *ibid.* II.
Eccleſia cuſtoditur ſonitu Dei, *ibid.* III.
Eccleſia S. Agathæ Romæ a Cardinali Borromæo reſtaurata, 472. X.
pro Eccleſia Orientali ſcribit Theodoretus ad Anatolium Patricium, 450. XXXVIII.
Eccleſiaſticum forum demptum a Valentiniano reſtituitur, 450. XII.
Eccleſiaſticum jus a Principibus ſervetur, *ibid.*
Eccleſiaſticum forum ſuis gaudeat privilegiis, 453. LIII.
Eccleſiaſtica privilegia ſtent in ſuo robore, 454. XII.
Eccleſiaſtica non judicanda pro ratione dignitatis ſæcularis, 495. III.
Eccleſiaſtica libertas vindicatur a Marciano, 455. XXV.
Eccleſiaſtica bona in quatuor partes dividenda 494. XXIV.
Eccleſiaſtica diſciplina perſæpe collabitur, 475. XXI.
Eccleſiaſtici non judicandi a Principibus, 451. LXXX.
Ecdicius Romanorum dux cum paucis fugat Gothos, 466. XII. Alias res fortiter gerit, *ibid.* Victor invocatione S. Martini, 466. XIII. Ei collata dignitas Patriciatus, 474. XIII. Pauperum nutritor, 475. XXXIV.
Edeſſæ in Syria Neſtoriani publice in ſcholis docebant doctrinam Theodori Mopſueſteni, 485. II.
Edictum Theodoſii pro pſeudo-concilio Epheſino, 449. CXXXI.
Edictum Marciani Imperatoris de Synodi indictione, 451. IX.
Edictum Marciani contra tumultuantes, 451. XXVI.
Edicta Imperatoris pro nihilo ducebantur a Dioſcoro, 451. LXXXIII.
Edictum Baſilii de non alienandis bonis Romanæ Eccleſiæ, 483. XIII. Reſpuitur ab Eulalio Epiſcopo Syracuſano, 483. XV.
Edictum Hunerici contra Chriſtianos, 483. XCI.
Edicta Leonis Imper. contra Paganos, 468. XVIII.
Educatio filiorum fit cum timore, 474. XIV.
in Egenos fuit miſericors Zeno Imperator, 474. X.
Elati Epiſcopi coercentur a Summo Pontifice, 470. XI.
Electi Epiſcopi a Papa confirmantur, 479. IX.
Electio Euphemii Epiſc. Conſtantinopolitani, 477. I.
Electio ſucceſſoris non ſpectat ad Papam, 499. XVIII.
Electio Leonis Tribunitii in Imperatorem, 457. III.
Electio Gennadii Epiſcopi Conſtantinopol. 458. XXXII.
Electio Anthemii Imperatoris, 467. I.
Electio Epiſcoporum quæ omnibus placeat eſt difficillima, 472. XX.
Electio Simplicii Papæ, 467. XI.
Electio Stephani Epiſcopi Antiocheni, 479. IV.
Electio Epiſcoporum prohibita a Wandalis, 455. VIII.
in Electione S. Remigii ad Epiſcopatum apparuit divinum ſignum, 471. XXXVI.
de Electione Papæ, 499. VIII.
Eleemoſyna pauperibus largienda, 499. XXXIII.
Eleemoſynam facienti Deus numquam defuit, 475. XXXI.
Eleemoſynæ magnum miraculum, 459. XIII.
Eleemoſynam Clemens VIII. Alexandrinus largitus, pag. 639. XXIII.
Eleemoſynarum magna vis, 474. X.
Eleemoſyna maxime placet Deo, 475. XXXI. XXXIV.
Eleemoſyna conſulit & danti & accipienti, 490. XXXVIII.
Eleuſius monachus Eutychetis procurator, 449. XII.
Elias creatur Epiſcopus Hieroſolymitanus, 492. XXXVII. Monachos apud ſe congregat, 492. XXXVIII.
Elpidius diſcit fidem Catholicam, 451. XXXV.
ad Elpidium Theodoſius Imp. de Synodo Epheſina, 449. LXXIII.
Emendare non poſſunt omnia vitia Summi Pontifices, 496. XLIV.
Encænia S. Anaſtaſiæ celebrata, 450. XII.
Encyclica epiſtola S. Leonis ad Flavianum, in qua declarantur dogmata Fidei, 449. XLV.
Ennodii ætas, & an conjugatus, 489. XII.
Eonius Epiſcopus Arelatenſis, 453. XLII.
Epheſina Synodus ſecunda indicitur, 449. XXII. Male cœpta, & ita potius Epheſinum Latrocinium, 449. LXXV. Ejuſdem Synodi ſub Dioſcoro peſſimus finis, 449. CXII. Tria ibi conſtituta ſunt mala, 449. CXIII. Eutyches reſtitutus, hæreſis confirmata, & ſancti Epiſcopi damnati, *ibid.* Ejus acta Romæ damnantur, 455. XXI. Ex ea Baſſianus ſede deponitur, 451. CXXXI.
Epiphanius S. R. E. Notarius, nuntius S. Leonis, 449. CLV.
Epiphanii duo illuſtres eodem tempore, *ibid.*
Epiphanius Epiſcopus Ticinenſis, 466. XVI. Legatus ad Anthemium Imperatorem, 471. XVIII. Convenit Anthemium, 471 XXII. Ejus oratio ad Anthemium, 471. XXIII. Legatus ad Regem Gothorum, 474. XVI. Quid cum Evarico Rege, 474. XVII. Ei quid Evaricus reſponderit, 474. XIX. Ejus legatio ad Romanum Pontificem, 475. XXXIX. Laudatur, 489. VI. Ejus digna officia erga ſuos, 489. VIII. Legatus ad Theodoricum 494. XXXIII. Ejus ad Theodoricum oratio, 494. XXXVI. Pro Liguria ſupplicat, 494. XXXVII. Eum commendat Theodoricus, 494. XXXVIII. Cum eo agit Theodoricus de legatione ad Regem Burgundiæ, *ibid.* Ejus legatio ad Regem Burgundionum pro redimendis captivis, 494. XXXIV. Gratias agit Theodorico, 494. XXXII. Theodoricum laudat, 494. XLIII. Statim itineri ſe committit, 494. XLIV. Ejus oratio ad Regem Burgundionum, 494. XLVII. Inſtat pro redemptione captivorum, 494. L. Libenter auditus a Rege Burgundionum, 494. LII. Ejus opera liberantur captivi, *ibid.* Ejus prudens conſilium, 494. LV. Ejus humilitas, *ibid.* Ejus poſterior legatio ad Theodoricum Regem, 496. LVII. Ejus oratio ad eumdem Regem, 496. LVIII. Obtinet quod vult, 496. LIX. Ejus obitus, *ibid.*
Epiphaniorum celebritas, 484. XLIV.
Epiſcopi non præſtant juramentum, 449. XII.
Epiſcopi quo ordine in Concilio ſubſcribere debeant, 451. XVII.
Epiſcopi non judicandi a ſæcularibus, 451. LXXX.
Epiſcopus univerſalis inſcribitur Romanus Pontifex, 451. CL.
Epiſcopi exules revocantur a Marciano Imperatore, 450. XXIV.
Epiſcoporum electio in Africa prohibita a Wandalis

Digitized by Google

dalis, 456. VIII. Eorum ſpolia rapiantur a Fiſco Wandalico, 483. XXX.
Epiſcoporum omnium Primas Papa, 449. CLXIII.
Epiſcopis non licet augere gradum clericis non ſibi ſubditis, 453. LIV.
Epiſcopus in ardenti rogo diſputat pro fide, etiam intactis veſtibus, 471. XXXII.
Ad Epiſcopos ſpectat prædicare verbum Dei, 451. CLV.
Epiſcopi Papam conſulebant antiquo more, 452. LXIII.
Epiſcopi in rebus fidei ſemper conſulendi ſunt, 457. XXXV.
Epiſcopi videant quomodo manus imponant, 461. VI.
Epiſcoporum cauſæ ad Summum Pontificem deferandæ, 465. XXIV.
Epiſcopi tenentur ſolvere debita, quando debitorem non reſtituunt, 466. IV.
Epiſcopi quomodo creandi, 469. IX.
Epiſcopi inviti eligantur, 471. XXXV.
Epiſcopi difficillime eliguntur qui omnibus placeant, 472. XX.
Epiſcopi ſuccurrant populis ſibi ſubjectis, 471. XI.
Epiſcopi Italiæ conveniebant in rebus gravioribus cum Summo Pontifice, 484. XXVII.
Epiſcopi interdum facti monachi, 491. XVI.
Epiſcopi non ſequantur populum, ſed ducant, 492. XXIV.
Epiſcopi aligebantur interdum conjugati, relicta conjuga, 493. I.
Epiſcopi ſuſcipiant peregrinos, & alant pauperes, 494. XXIV.
Epiſcopi Hieroſolymitani humillime veſtiebantur, 458. IX.
Epiſcopi ſimoniace electi pœnæ, 469. IX.
Epiſcopi quomodo ſint eligendi, *ibid.*
Epiſcopi ſeptuagintaſeptem ſubſcripſere ſententiæ in Acacium latæ, 484. XI.
Epiſcopum fieri eum qui non ſit Chriſtianus, monſtrum eſt, 485. XVI.
Epiſcopus dicendus non eſt, ſed potius dæmon, qui nomine tantum Chriſtianus ſit Epiſcopus, 485. VII.
Epiſcopi laborent pro redimendis captivis, 494. XLI.
Epiſcoporum prærogativa non judicanda pro ratione dignitatis ſæcularis, 495. IV.
Epiſcopi & Eccleſiaſticam poteſtatem habent, & politicam, 496. XXIII.
Epiſcoporum occiſores indigni ſunt propriam habere paſtorem, 496. XLVIII.
per Epiſcopos malos ſacramenta miniſtrata tenent, 497. X.
Epiſcopi prudentes ſint, 499. XXXII.
Epiſcopus Alexandrinus ab hæreticis occiditur, 457. XII.
Epiſcopatus non appetendi ſed fugiendi, 499. VI.

EPISTOLÆ.

Epiſtola Acacii ad Simplicium Papam de Eccleſia Alexandrina, 478. II.
Anaſtaſii Papæ ad Anaſtaſium Imperatorem pro fide Catholica, 497. II.
Anatolii ad Leonem Imp. de Alexandrina Eccleſia, 457. XI.
Baradati ad Leonem Auguſtum contra hæreticos, 458. XXIV.
Dardanorum Epiſcoporum ad Gelaſium ei ſe ipſos ſubjicientium, 492. XXXII.
Eugenii ad Carthaginenſes, ut in fide perſtent, 484. LXX.
Epiſcoporum Alexandrinorum ad Leonem Imperatorem pro fide Catholica, 457. XIV.
Euſebii ad S. Leonem ex Mediolanenſi Concilio, 451. XVIII.
Fauſti ad Lucidum de gratia, 490. XVIII.
Felicis Papæ ad Acacium ipſum reprehendendo, 483. XXI.
Ad Zenonem Imp. pro Catholica fide, 485. III.
Ad Epiſcopos de Africana Eccleſia, 487. IV.
Flaviani altera ad Leonem Rom. Pontificem de erroribus Eutychetis, 449. VIII.
Flacciani Epiſ. Rhodopenſis ad Petrum Gnapheum ipſum reprehendendo, 483. LXII.
Gallæ Placidiæ Auguſtæ ad Theodoſium & Pulcheriam pro Fide, & Summo Pontifice, 449. CLIX. & CLXII.
Gelaſii Papæ ad Euphemium ipſum reprehendendo, 492. X.
ad Laurentium & alios Epiſcopos Macedoniæ de Fide Catholica, 491. XXX.
ad Honorium Epiſcopum de Pelagianis inquirendis, 493. XXIV.
ad eumdem de inquirendis hæreticis, 493. XX.
ad Epiſcopos Piceni contra hæreticos, 493. XXX.
ad Anaſtaſium Imperatorem, qua ipſum ad melius cohortatur, 494. II.
ad Epiſcopos Dardaniæ & Illyrici qua eos laudat, 494. XVIII.
ad Cæſarium Epiſcopum Arelatenſem de mutua conſervanda charitate cum Fide Catholica, 494. XXVI.
ad Dardanos de primatu Eccleſiæ, 495. II.
Hæreticorum ad Leonem Auguſtum pro Timotheo pſeudoepiſcopo, 457. XXXI.
Hilarii Cardinalis diaconi ad Pulcheriam Auguſtam contra Epheſinam Synodum, 449. CXLVI.
Ejuſdem jam Papæ ad Leontium Epiſcopum Arelatenſem, 462. III. ad Epiſcopos Galliarum, 463. XVI.
Joannis Corepiſcopi Alexandrini ad Clementem VIII. ei obedientiam præſtando, pag. 639. XVII.
Epiſtola S. Leonis ad Theodoſium Imperatorem de Eutychete, 449. IV.
ad Flavianum, ut res geſtas ſignificet, 449. VI.
ad Pulcheriam Auguſtam, 449. XXXI.
ad Theodoſium ut Synodum congreget, 449. XXXIII.
ad Flavianum Encyclica, 449. XLV.
ad Epiſcopos provinciæ Arelatenſis, 449. LXI.
ad eoſdem, 450. LXVII.
ad Ravennium Epiſc. Arelatenſem, 449. LXII.
ad eumdem, 450. LVII.
ad Concilium pro legatis, 449. LXIII.
ad Pulcheriam Auguſtam pro Catholica Fide, 450. LXIII.
ad Julianum Coenſem Epiſcopum virum diſertiſſimum, 450. LXIV.
ad Fauſtum & Marcianum Archimandritas, *ibid.*
ad Synodum Epheſi cogendam, 450. LXV.
ad Pulcheriam, in qua legatos commendat, 450. LXVIII.
ad Theodoſium de damnatione, Eutychetis, *ibid.*
ad Julianum & ad Pulcheriam de receptione Eutychetis, ſi vere convertatur, *ibid.*
ad Flavianum ut fortiter agat, 450. LXXIX.
ad Leonem Epiſcopum Ravennatem, 450. LXXII.
ad Theodoſium, in qua queritur de Dioſcoro, 450. XCI.
ad eumdem de fuga Hilari Cardinalis, 450. XCVIII.
ad Pulcheriam & Theodoſium quod quæ ſiunt vi, Apoſtolicis conſtitutionibus non prejudicant, *ibid.*
ad Sanctum Flavianum, ut viriliter agat, 450. XLIII.
ad eumdem eum confortando, *ibid.*
Ejuſdem & Synodi Romanæ ad Theodoſium contra Epheſinam Synodum, 450. CXLIX.
ad eumdem pro pace defendenda *ibid.*
ad Pulcheriam Auguſtam) contra Epheſinam
ad Clerum Conſtantinop.) Synodum, & pro
ad Archimandritas) S. Flaviano *ibid.*
ad Pulcheriam & ad Archimandritas pro Catholica fide, 450. III.

ad Theodoſium, quomodo recipiendus Anatolius, 450. VI.
ad Anatolium gratulatoria, 451. I.
ad Marcianum, & Pulcheriam, ipſis gratias agendo, 451. IV.
ad Epiſcopos Galliarum, 449. LXI.
ad Marcianum contra Anatolium, 452. XIV.
ad Pulcheriam irritando aliqua Chalcedone geſta, 452. XVII.
Circularis de Concilii Chalcedonenſis approbatione, 453. II.
ad Marcianum & Pulcheriam pro Aetio Archidiacono, 452. VII.
Ad Julianum, ſuum vicarium ipſum conſtituendo, 452. IX.
ad Eudociam, ut blande eam convertat, 452. XIII.
ad monachos Palæſtinæ pro eorum converſione, 452. XIV.
ad Theodoretum, ut pro fide pugnet, 452. XXXII.
ad Marcianum de cyclo Paſchali, 452. III.
ad Marcianum pro rebus Alexandrinis, 454. IV.
ad Marcianum de Anatolio, 454. XI.
ad Marcianum contra Eutychetem, 454. XV.
ad Juvenalem Epiſcopum ipſum redarguendo, 454. XVIII.
ad Maximum. Irritans quæ Juvenalis uſurparat, 454. XX.
ad Epiſc. Mauritaniæ pro eorum Eccleſia, 456. XV.
ad Leonem Imp. pro Catholica fide, 457. VII.
ad Leonem Imperatorem de Eccleſia Alexandrina, 457. XLI.
ad eumdem Imperatorem de legatione mittenda, 458. VII.
ad eumdem Imperatorem de expellendo Timotheo, 460. V.
ad Timotheum verum & novum Epiſcopum Alexandrinum, 460. X.
ad Ægyptios Epiſcopos de Alexandrina Eccleſia, 460. XII.
ad Clerum Alexandrinum de novo Paſtore, 459. XV.
ad Marcianum Imp. de Synodo cogenda, 451. VI.
ad eumdem de Synodo differenda, 451. VIII.
ad Chalcedonenſe Concilium de legatis, 451. XXII. *& ſeq.*
Leonis Imperatoris ad Anatolium de Eccleſia Alexandrina, 457. XXXIV.
ad Danielem Stylitam de periculo evitato, 465. XIV.
Lucidi ad Synodum Lugdunenſem contra hæreticos, 490. XXVI.
Marciani Imp. ad S. Leonem pro fide Catholica, 450. XXI.
ad S. Leonem de congreganda Synodo, 450. XXIII.
ad Patres Nicææ congregatos, quos Chalcedonem convocat, 451. XXI.
ad monachos hæreticos, ut convertantur, 451. XXXIX.
Paſchaſii ad Eugipium de S. Severino, 497. LI.
Patriarchæ Alexandrini ad Clementem VIII. pag. 656. VI.
Petri Chryſologi ad Eutychetem, qua ipſum reprehendit, 449. LXXI.
S. Pulcheriæ ad S. Leonem pro Eccleſiæ tranquillitate, 450. XXV.
ad Strategium contra tumultuantes, 451. XXVIII.
ad Baſſam pro fide Catholica, 457. XVII.
Sidonii ad Proſperum de S. Aniano. 451. LIII.
ad Sororem de Erdicio, 474. XIII.
ad Felicem de Galliarum ſtatu, 475. VIII.
ad Baſilium de rebus Gallicis, 474. XXII.
de laudibus S. Patientis, 474. XXI.
ad Oreatium, qua ſe excuſat, 484. CXXXVII.
Simeonis Stylitæ ad Baſilium pro fide Catholica, 458. XVIII.
Simplicii Papæ ad Zenonem Imperatorem pro Fide Catholica, 476. IX.
ad Acacium contra Timotheum, 476. XVII.
ad presbyteros & Archimandritas pro Dei Eccleſia, 476. XXII.
ad Zenonem Imp. pro Fide Catholica, 477. VII.
ad Acacium pro Eccleſia Alexandrina, 478. VIII.
ad Zenonem Imperatorem pro Eccleſia Alexandrina, 478. X.
ad eumdem de rebus Antiochenis, 479. V.
ad Acacium de Antiochena Eccleſia, 479. X.
ad eumdem de Calendione Epiſcopo Antiocheno, 482. II.
ad eumdem, qua ipſum reprehendit, 482. XV.
ad eumdem, qua iterum ipſum redarguit, 482. XX.
ad Zenonem Vicarium in tota Hiſpania, 482. XLV.
Symmachi Papæ ad Cæſarium Epiſcopum Arelatenſem, 499. XXXVI.
ad S. Leonem de confirmatione Concilii, 451. CXLVI.
Theodoſii ad Dioſcorum de Synodo Epheſina, 449. XXIII. Altera qua Dioſcorum præficit Synodo Epheſinæ, 449. XXVI.
ad eumdem de Barſuma, 449. XXIX.
ad Barſumam Orientalem monachum, 449. XXX.
ad Synodum Epheſinam de Eutychete, 449. LXXVI.
ad Valentinianum pro defenſione Epheſinæ Synodi, 449. CLXV.
ad S. Leonem pro Anatolio, 450. V.
Theodoreti ad Protogenem Conſulem pro Eccleſiæ pace, 449. II.
ad diverſos, 449. III.
ad Domnum, 449. XXII.
ad Renatum de ejus conſtantia, 449. XCIX.
ad Flavianum ipſum laudando, 449. CX.
ad Ibam conſolatoria, 449. CXI.
ad Uranium Emeſæ Epiſcopum contra hæreticos, 449. CXXXV.
ad eumdem quod ſint ſocii in tribulationibus, 449. CXXXVIII.
ad Alexandram, 449. CXXXIX.
ad Sporatium Comitem de ejus zelo, 449. CXLII.
ad Joannem Epiſcopum de turpi Orientalis Eccleſiæ facie, 449. CLXX.
ad Abundium de auxilio Orientalibus præſtito, 450. XXIII.
ad Vincomalum de injuriis ſibi injuſte illatis, 450. XXXVI.
ad Anatolium Patricium de Eccleſiæ pace, 450 XL.
ad Aſparem Conſulem pro Orientali Eccleſia, 450. XLIV.
ad Joannem Archimandritam pro Fide Catholica, 450. XLVII.
Theodorici ad Clodoveum Franchorum Regem, 499. XVIII.
Valentiniani ad Theodoſium pro fidei & Summi Pontificis defenſione, 449. CLVII.
de Epiſtola S. Leonis ad Flavianum miraculum, 449. XXXIX.
Epiſtolæ S. Leonis a Dioſcoro non admiſſæ, 450. LXXVIII.
Epiſtolam S. Leonis ſubſcribunt Catholici, 450. XXIX. Confirmatur a Concilio Chalcedonenſi, 451. CVIII. Repurgata, & ad purum reſtituta, 497. XVIII.
Epitaphium Claudiani, 490. XL.

Ere-

Digitized by Google

Erectio templi B. Mariæ Virginis, 457. VI.
Erectio novæ baſilicæ a S. Mamerco, 475. XX.
Erectio Monaſterii Studitarum, 459. XVI.
in Eremum ſeceſſit S. Benedictus, 494. LXX.
Errare non poteſt Papa in his quæ docet de Fide, pag. 636. VI.
Error hæreſis ſi cito reſpuatur, ignorantiæ tribuitur, ſi vero pertinaciter defenditur, blaſphemia reputatur, 490. XXV.
Error cui non reſiſtitur, approbatur, 483. XXIV.
Erroris magiſtri efficiuntur, qui veritatis non fuerunt diſcipuli, 449. XLV.
Errores Fauſti quales, 490. XXXII.
Eructationes cinerum Conſtantinopoli, 472. XXXI.
Eſaias Epiſcopus legatus Timothei ad Symplicium Papam, 478. IX.
Ethnicorum mira ingratitudo, 452. LX.
Evangelium in medio ponebatur in Conciliis, 451. LXVIII.
Evangelio Chriſti quantus honor debeatur, ibid.
Evarici Regis Gothorum perſecutio, 484. I. Ejus importabile jugum, 475. XXII. Arianam hæreſim ſeminabat, ibid. Catholicos perſequitur 475. XXV. Sub eo clades Gallicanæ Eccleſiæ, 475. XXIX. Ad eum legatio Epiphanii, 475. XVI. Pacem init cum Nepote Imp. 475. XVIII. Quid ad Epiphanium ſcripſerit, 475. XIX. Ejus obitus, 484. CXXX. Impius, ibid.
Euchariſtia ſæpe ſumenda, 452. LVIII.
de Euchariſtia quomodo Gelaſii Papæ verba ſunt accipienda, 496. X.
Euchariſtia an ſub utraque ſpecie ſit ſumenda, 496. XX.
Eudocia Aug. Objurgatur a Theodoſio, 450. XIII. Fuit decepta ab hæreticis, 452. XXIX. Ad meliorem frugem reducitur, 452. XXXII. Ex afflictione redditur Orthodoxa, 455. XVIII. Mittit legatos ad Simeonem Stylitam, 455. XIX. A S. Euthymio convertitur, 455. XVI. Ejus obitus, 460. XXII. Templum S. Stephani conſtruit, ibid. Ejus mors ab Euthymio prævidetur, ibid. Ejus numiſma, 461. XVI.
Eudocia Junior Hunnerico nupta, 455. XIV. Ejus fuga ex Africa, & ejus obitus, 475. XXVIII. Bona ſua pauperibus donavit, ibid.
Eudoxia vocans in Urbem Wandalos dat pœnas, 455. XI. Conſtantinopolim mittitur, ibid. Ad Danielem proficiſcitur, 461. LI. Ejus numiſma, ibid.
Eudoxiæ Auguſtæ duæ, ibid.
Eugenius creatur Epiſcopus Carthaginenſis, 480. V. Ejus eleemoſynæ & ſanctitas, ibid. Illuminat cæcum, & quomodo illuminavit, 490. XI. Ejus libellus fidei perperam Victori adſcriptus, 484. LII. Ejus libellus ad Hunericum miſſus, 483. XCIV. Eum deridet Hunnericus, 483. XCV. Ducitur intra Carthaginem mittendus in exilium, 484. LXIX. Ejus epiſtola ad Carthaginenſes, ne rebaptizentur, 484. LXX. Et ut ſtent in Fide, 484. LXXI. Relegatus in eremum Tripolitanæ provinciæ, 484. LXXVII. Illuminat cæcum, 484. LXXV. Quæ paſſus in exilio ab Antonio, 484. CXIII. Quanto tempore vixerit, 484. CXIV. Exulat in Gallia, 499. XXV. Ejus obitus, 495. XX.
ad Eugipium Paſchaſii epiſtola de S. Severino, 496. LI.
Eulalius Epiſcopus reſpuit edictum Baſilii, 489. XV.
de Eulogio Epiſcopo defenſore epiſtolæ, S. Leonis, viſio, 449. XL.
Eunomius Nicomedienſis cauſam agit cum Anaſtaſio, 451. CXXXII.
Eunomius Epiſcopus metropolis Ancyræ, 459. VIII.
S. Euphemiæ baſilicæ ſitus & aſpectus, 451. LVI. Ejus baſilicæ ſtructura, 451. LVII. Ex ejuſdem Sanctæ reliquiis miracula coruſcant, 451. LVIII. Ejus ſanguine repletur Orbis, 451. LIX. Odor immenſus ex ejus reliquiis, ibid.
Euphemius Epiſcopus Conſtantinopolitanus eligitur, 480. I. Non admiſſus a Romano Pontifice, ibid. Cum Petro digladiatur, 489. II. Exegit profeſſionem fidei ab Anaſtaſio, 491. VII. Scribit ad Gelaſium Papam de communicatione Eccleſiæ, 492. VII. Ad eum ſcribit Gelaſius Papa ipſum reprehendendo, 492. X. Ei cur neget Gelaſius communionem, ibid. Ejus falſi prætextus, 492. XIV. Nihil proficit ex Gelaſii admonitione, 492. XXVI. Cum eo quare communicaverint Catholici, 492. XLVI. Deterior fit, 493. VIII. Eum Gelaſius reprehendit, 495. XIII. In exilium doctus, 495. XXII. Exilium paſſus propter inobedientiam Papæ, 493. XXIII. Ingloriua deceſſit, ibid.
Euphronius Epiſcopus ſubſcribit in Concilio Lugdunenſi, 490. XXIV.
Euſebius Epiſcopus Dorilæi in Synodum non admittitur, 449. LXXXIX. Injuſte damnatur, 449. XC. In Dioſcorum inſurgit, 451. LXXII.
Euſebius Ancyræ Epiſcopus indulgentiam conſequitur, 455. XCI.
Euſtathius Berythi Epiſcopus indulgentiam conſequitur in Concilio Chalcedonenſi, 451. XCI. Accuſatur, quod alienum jus ſibi vendicarit, 451. XCVIII.
S. Euſtathii reliquiæ Antiochiam tranſlatæ, 482. IV.
Eutyches hæreſiarcha ſtudet videri Catholicus, 449. V. Omnia perturbat, ibid. Ejus doli atque mendacia deteguntur, 449. IX. In eum Concilium ſecundum, 449. XII. Ejus libellus Theodoſio oblatus, 449. XIII. Appellat Concilium Rom. & Alexandrinum, 449. XV. Ejus libellus alter Imperatoribus porrectus, 449. XVII. In ejus cauſa Synodus indicitur Epheſi, 449. XVIII. In eum ſententia præſcripta a Sancto Leone, 449. LXVIII. Ad eum Petrus Chriſologus ſcribit de ejus miſeria, 449. LXXI. Idem ad Synodum admiſſus, 449. LXXXIV. Ejus libellus Synodo oblatus, ibid. Ipſius falſa excuſatio, 449. LXXXV. Illius falſa ac ſimulata ſanctitas, 449. LXXXVIII. Legatos Apoſtolicæ Sedis ſuſpectos allegat, 449. LXXXVII. Abſolutus, 449. XCIII. A Legatis S. Leonis excommunicatur, 450. XXXI. Longius transfertur, 451. X. Et monaſterio privatur, ibid. Longius in exilium pellitur, 454. XVI.
Eutychians hæreſis palam fit, 452. VII.
Eutychianos exagitat Marcianus Imperator, 452. V. In eos ſcriptores plures, 452. VI. Simulant ſe damnare Eutychetem, 454. XLI. In eos pœnæ a Marciano ſancitæ, 454. XLVIII. Et contra eorum ſcripta, 454. LI. XLV. Libellum offerunt Baſiliſco Imp. contra fidem, 476. XLIII. Eorum dolus, 449. XXVIII. Scribunt contra Acacium, 476. XLIV.
Eutychianus a Deo punitur, 494. LXIV. Nullam conſequitur veniam, 494. LXV.
Euthymius profeſſor fidei Chalcedonenſis Concilii, 452. CLIII. Profitetur Catholicam fidem, 452. XXXIV. Curat anachoretas ab hæreſi, 452. XXXVI. Eudociam Auguſtam convertit, 455. XXI. Ejus prædictiones de Epiſcopato Anaſtaſii, 458. XXXV. Ejus obitus, 472. VIII. Liberat Phidum legatum naufragum,

gum, 477. XXV. Maxime laudatur, 477. XXIII.
S. Eutropia ſub Attila martyr, 452. XLIV.
Eutropius Epiſcopus ſubſcribit in Concilio Lugdunenſi, 490. XXVI.
Excellentia Papæ, 494. V.
Exclamatio Theodoreti contra hæreticos, 449. CXXXII.
Exclamatio populi contra Arianos, 470. III.
Excommunicatio impiiſſimi Dioſcori contra S. Leonem Papam, 449. CLXVIII.
Excuſatio S. Leonis, quod proficiſci non poſſet ad Epheſinam Synodum, 449. XXXI.
Excuſatio falſa Eutychetis, 449. LXXXVIII.
Exempla majorum imitanda, 467. XII.
Exercentes injuſtitiam in alios, in ſeipſos e Cælo vindictam educunt, 490. LII.
Exercitus per orationem fugatur, 450. LI.
Exercitus Windemiri venit in Italiam, 473. II.
Exercitus Leonis Imp. ducebatur a Baſiliſco, 468. XVIII.
Expeditio Theodorici adverſus Erulos, 488. VIII.
in Exilium pellitur Eutyches hæreticus, 454. XVI.
in Exilium mittendi hæretici, 451. X.
Exilia Epiſcoporum in Gallia, 475. XXIX.
in Exilium mittitur S. Eugenius, 484. LXXVIII.
Exilium ſecundum S. Eugenii in Gallias, 495. XXV.
Exules Epiſcopi revocantur a Marciano Imperatore, 450. XXIII.

F

Fabella exploditur de S. *Leonis manus* exciſione, 461. VIII.
Facem tulit Anaſtaſius ad inflammandam Eccleſiam, 491. XVI.
Facies Orientalis Eccleſiæ quam turpis, 449. CLXX.
Facies Orientales Eccleſiæ turbata, 485. V.
Facinora & ſcelera Dioſcori lecta in Concilio Chalcedonenſi, 451. LXXXI.
Facinora Acacii in Calendionem, 482. XXI.
Facta egregia Renati, 449. CXXIV.
Falſi prætextus hæreticorum Hæſitantium 492. XLIV.
Fames propulſatur a Sancto Severino, 473. XXXV.
Fame Deus cogit impios perire, 477. II.
Fames Italiam vexavit, 450. LXI.
Fames dira Africam vexavit, 484. CXXIII.
Famuli qui Deo fidem non ſervant, neque hominibus ſervare poſſunt, 494. LVIII.
Faſtus Anatolii repreſſus, 454. II.
Faſtus & temerarius conatus Acacii, 454. II.
Faſciæ Domini ſepulcrales, 453. XXII. Ubi repoſitæ, *ibid.*
Fatalem neceſſitatem inducunt ſuperſtitioſi, 496. XXVII.
in Fauſti eccleſia magnæ viſiones, 481. III.
Fauſtus Epiſcopus Africanus relegatus, 484. LXXVIII.
Fauſti Regienſis Epiſcopatus tempus, 472. XVIII. Ejus ſcripta minime tuta 490. XIII. Ejus libri qui, 490. XV. Ejus epiſtola ad Lucidum de Gratia & libero arbitrio, 490. XVIII. Ejus ſcripta celebrantur, 490. XI. Ejus ſcripta vi abripuit Sidonius, *ibid.* Ejus profeſſio, 452. XLIX. Ejus anathematiſmi, 490. XIX. Ejus epiſtola probatur a Synodo, 490. XX. Æmulus S. Proſperi, & non rectus, 490. XXX. Ejus errores quales, 490. XXXII. Ejus latebræ deteguntur, 490. XXXVI. Eum Claudianus & alii confutant, 499. XXXVII. De eo multi errarunt ipſum appellantes *ſanctum*, 499. XLII. Eumdem continuit inter Sanctos hucuſque Martyrologium Gallicanum, *ibid.*
Fauſtus legatus Theodorici, 493. VI. Ad eum Gelaſii Papæ commonitorium, 493. X.
Fautores hæreticorum inveſtigandi & coercendi, 457. XLIII.
in Fautores Erulorum ulciſcitur Theodoricus, 494. XXXIII.
Federicus Cardinalis Borromæus laudatur, 472. X.
Felix Papa Tertius creatur, 482. XVI. Acacio reſtitit, 472. VIII. Ejus epiſtola ad Acacium, 483. XXI. Redarguit Acacium, de affectato ſilentio, 483. XXII. Ac de tacita conſpiratione cum hæreticis, 483. XXV. Acacium perſtringit, 483. XXVIII. Scribit ad Zenonem Imp. pro fide Catholica, 485. XXI. Ejus libellus ad Acacium Epiſcopum, 483. XLVI. Ejus libellus ad Zenonem Imp. 483. XLVIII. Mittit Vitalem & Miſenum Epiſcopos legatos ad Zenonem, 485. XLIX. LI. Ejus ſententia de damnatione Petri Antiocheni, 483. LXVI. Excitat Zenonem contra Petrum, 485. LXXI. Cogit Romanum Concilium, 484. VII. Excommunicat Acacium, 484. XVI. Alias ſcribit epiſtolas ad Orientales Epiſcopos contra Acacium, 484. XXI. Concilium Congregavit Romæ de lapſis reſtituendis, 487. I. Ejus epiſtola ad omnes Epiſcopos de Africana Eccleſia, 487. IV. Gratulatus Anaſtaſio de ſuſcepto Imperio, 492. VIII. Ejus obitus, 492. XX. Tertius, & non Quartus dicendus, 492. I. Inter Sanctos relatus, *ibid.* E cælo Tarſillam proneptem, vocat, 492. III. Ejus reliquæ res geſtæ, 492. V.
Felix Abbas patitur pro Chriſto, 499. IV. Ejus charitas erga Fulgentium, 490. VI.
Felix Epiſcopus paralyticus mittitur in exilium, 483. VIII.
Feminæ conſulant viros ſuos, 452. III.
Feminarum extranearum familiaritates clericis vitandæ, 453. LIII.
Feminæ Catholicæ inſigne certamen, 484. CXIX.
S. Ferreoli reliquiæ inventæ, 475. XV. Ejus corpus integrum, & veſtimenta illæſa inventa, 475. XXI.
Feſti dies quo honore colendi, 469. VII.
Feſtis diebus prohibenda ſpectacula, 469. VIII.
Feſtus Patricius cum legatis profectus Conſtantinopolim, 497. XII. Cum hæreticis concors, 497. XXIII. Mala machinatus in Eccleſia Dei, *ibid.*
Fictio magna Eutychianorum, 452. XLI.
Fictiones Dei iudicio deteguntur, 488. III.
a Fide lapſis reſipiſcendi aperitur via, 450. VII.
Fideles male habiti & afflicti, 484. XLVIII.
Fideles quanta mala paſſi ſub Hunnerico, 484. LIV. & *ſeq.*
Fidei profeſſio S. Flaviani, 449. XX.
de Fide & ſacerdotibus judicium primo ſpectat ad Papam, 449. CLVII.
in Fide inſtabiles modo hæc modo illa dicunt, 450. XLVIII.
Fides Catholica ubi eſt, ibi plerumque ceſſant, flagella, 456. XLIX.
Fides integra & labores Theodoreti, 449. CXIX.
Fidei profeſſio facta a monachis Ægypti, pag. 460. XXX.
ad Fidem converſi hæretici a S. Patiente, 475. XXXII.
Fidei ardor mortiferum frigus exuperat, 494. XLIV.
Fidem Catholicam profitetur Euthymius, 452. XXXIV.
Fides Catholica diſcitur ab Elpidio, 452. XXXV.

Fi-

Fidei dogmata declarantur in epiſtola S. Leonis, 449. XLIV.
Fidea Catholica ſuſcipitur a Mauritanis, 456. XII.
Fides Anatolii exploratur, 452. XXIV.
Fidei declaratio a S. Leone facta, 449. XLV.
Fides Catholica immaculata ſervetur, 449. CLI.
pro Fide Catholica laborat S. Leo, 449. CXLIII.
Fidem Catholicam defendit Marcianus Imp. 450. XXI.
Fides Catholica Imperii fundamentum, 452. XXXV.
Fides non revocanda in diſputationem, 458. VII.
Fidei definitio in Concilio Chalcedonenſi, 451. CVI.
Fides miraculis confirmatur, 455. CXVIII, 471. XXXII. 488. XCIII.
de Fide diſputatio quando prohibetur, 452. III.
de Fide ſanci a ſemel in diſputationem non revocanda, 458. VIII.
pro Fide pugnant Epiſcopi, 453. XXXII.
Fidea ſerpentes tollit, 476. LVIII.
Fidei vera doctrina, 483. XLI.
Fidei veritas interdum ex miraculis oſtenditur, 484. XLVIII.
Fidea ſincera in eo inveniri non poteſt qui hæretica pravitate eſt imbutus, 487. VII.
Fidea illibate cuſtodienda, 494. X.
Fidei integerrimus cuſtos Summus Pontifex, *ibid.*
Fidem qui Deo non ſervat, neque hominibus ſervare poteſt, 494. LVIII.
Fidei confeſſio debet eſſe manifeſta, 494. LXVIII.
Filiæ educandæ eum timore, 474. XIV.
Filius impetratur a Deo per orationes S. Danielis, 496. LIX.
Filii male morati intereunt, 485. XXVII.
Filios parentes vendunt ob penuriam, 450. LXI.
Fiſcus rapiebat ſpolia Epiſcoporum, 483. LXXXI.
Flacciani epiſtola ad Petrum, ipſum reprehendendo, 483. LXII.
Flaccillæ Auguſtæ numiſma, 462. XVI.
Flagella ceſſant, ubi eſt fides Catholica, 450. L.
Flagella Dei deterrent homines a ſceleribus, 482. LXIII.
Flagella S. Fulgentii, 400. VII.
Flagellum Dei fuit Attila, 451. XXXVII.
Flagellum Dei quando vigeat, 452. LIII.
Flagellum Dei ſuper blaſphema, 404. LXI.
Flaviano Epiſcopo Conſtantinopolitano quæ reſcripſerit S. Leo, 449. XX. Ejus profeſſio Fidei, 449 XXIX. In eum iniqua ſententia, 449. XCV. Quæ in ipſum ſacrilega commiſerint, 449. CIV. Verberibus affectus, 449. CV. Martyrio coronatur, 449. CVI. Inſtante impio Barſuma, *ibid.* Eum quo tempore mors contigerit, non omnes conveniunt, 449. CVII. Ejus laudes, 449. CX. Ad eum epiſtola Theodoreti de ejus laudibus, *ibid.* Ejus corpus honorifice ſepelitur, 450. XXIV. In ejus honorem edictum Marciani Imperatoris, 452. XLVII.
Flavianus junior Epiſcopus Antiochenus, 496. LVI.
Flavitas malis artibus mercatus Epiſcopatum Conſtantinopolitanum, 488. II. Ejus detecta impoſtura, 488. III. Hæreticus vult videri Catholicus, 488. IV. Ejus litteræ ad Felicem Papam, *ibid.* Ejus nomen ſublatum a Diptychis, 489. III.
Flores illuſtrant ſpinas, 490. XIV.
Fons limpidiſſimus Catholicæ doctrinæ Eccleſia Romana, 456. XIII.
Formido ibi nulla eſt, ubi nulla eſt cauſa fugiendi, 483. XXVI.
Fornicarii privantur dono Dei, 484. XCV.
Fori Eccleſiaſtici immunitas ſervanda, 453. LII.
Forum Eccleſiaſticum demptum a Valentiniano, reſtituitur, 452. LII.
Forum Eccleſiaſticum ſuis gaudet privilegiis, 453. LII.
Franchi converſi ad fidem, 449. XX. Eorum regnum in Gallia quando cœperit, 456. VI. Eorum prima ſedes in Gallia eſt Pariſiorum, *ibid.*
Frater fratrem ad martyrium hortatur, 484. LXXXVI.
Fraudes & doli Anatolii Epiſcopi, 451. CXLIII.
Frenum neſciunt inimicitiæ, 494. LI.
Frigus mortiferum exuperatur a fidei ardore, 494. XLIV.
Fridericus reprehenditur a S. Severino, 482. LX. Ejus temeritas erga ſacra, 482. XXXVI. Fugatur in bello, 488. X. Erulos ſuperavit, ſed poſtmodum a Theodorico victus, 488. XI.
Fuga exercitus Hunnorum per orationem, 451. LI.
Fulgori veritatis cedit mendacium, 449. CX.
S. Fulgentii primordia, & ſub Rege quo natus, 490. II. Fugit, *ibid.* Captivus ducitur, 490. V. Dire cruciatur, 490. VI. Iterum Flagellatur, 490. VII.
Fundamenta hæreticorum concidunt, 476. XXXV.
Fundamentum Imperii Fides Catholica, 449. CXLVI.

G

GAbriel Patriarcha Alexandrinus, p. 630. VI. Legationem mittit ad Clementem VIII. Rom. Pont. *ibid.* Ejus epiſtola ad Clementem VIII. Romanum Pontificem *ibid.*
Galatæ aliqui Simoniaci, 459. VI.
Galla Placidia Auguſta ad Theodoſium pro fidei defenſione, & pro S. Leone, 449. CLIX. Ad Pulcheriam Auguſtam pro Catholica Fide, 449. CLXI. Ejus obitus, 449. CLXVII. Ejus numiſma, *ibid.* Ejus memoria in arcu baſilicæ S. Pauli, 449. CLXVIII.
Gallia quæ paſſa a Præfectorus, 468. XII.
Galliarum motus magni, 475. VIII.
de Gallicano ſtatu Sidonii epiſtola ad Baſilium, 475. XXII.
Gallicanæ Eccleſiæ clades ſub Evarico, 475. XXIX.
in Gargano monte apparitio S. Michaelis Archangeli, 493. XLIII.
Gaudentio interdicta ordinatio, 475. XLII.
Gaudium ſit in tribulationibus, 449. III.
Gaudium Eccleſiæ Orientalis, 450. XLIX.
Gelaſius quidam Acta Nicæni Concilii evulgavit, 476. LXVII. Strenuus adverſus Eutychianos pro fide Catholica propugnator, *ibid.*
Gelaſius creator Papa, 492. VI. An Romanus, 492. II. Ad eum Euphemius Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſcripſit fidei profeſſionem, 492. VII. Ad eum legatio Sinclitii diaconi, *ibid.* Ejus Litteræ ad Euphemium ipſum reprehendendo, 492. X. Cur neget Euphemio communionem, 492. XIV. Ejus modeſtia, 492. XIII. In quo condeſcendat, 492. XVI. Ejus juxta excuſatio, 492. XXII. Ejus admonitione nihil profecit Euphemius, 492. XXVII. Quæ egerit initio ſui Pontificatus, *ibid.* Scribit ad Laurentium, & alios Epiſcopos Macedoniæ, 492. XXX. Ejus admonitio, ut Romano Pontifici obediatur, 492. XXXI. Ad eum Dardanorum Epiſcoporum epiſtola ei ſe ſubjicientium, 492. XXXII. Ad Dardanus Urſicinum Epiſcopum mittit, 492. XXXV. Eccleſiæ cauſam Fauſto commen-

mendat, 493. VIII. In eum Anaſtaſii Imp. querelæ, *ibid.* Ejus commonitorium ad Fauſtum, 493. X. Occaſio ejus ſcribendi, 493. VIII. Queritur de inobſervantia canonum, 493. XI. Ejus epiſtola ad Honorium contra Pelagianos, 493. XXIII. Admonet ut Pelagiani inquirantur, 493. XXIV. Ejus epiſtola ad epiſcopos Piceni contra Pelagianos, 493. XXX. Ejus admonitio & commonitio contra Pelagianos, 493. XXXVIII. Ejus epiſtola ad Anaſtaſium Imp. eum hortando ad Catholicam fidem, 494. II. Captat apud Anaſtaſium Imp. benevolentiam, 494. VI. Ejus epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ & Illyrici, 494. XVII. Ejus epiſtola ad Cæſarium Epiſc. Arelatenſem, 494. XXVI. Concilium Romæ congregavit ſeptuaginta Epiſcoporum, 494. XIX. Studet revocare diſciplinam Eccleſiaſticam, 494. XXIII. Conſtituit ut bona Eccleſiaſtica in quatuor partes dividerentur, 494. XXIV. Ejus conſtitutio, ut Epiſcopi peregrinos ſuſcipiant, *ibid.* Ad Dardanos de primatu Sedis Apoſtolicæ, 495. VI. Concilium Romæ in abſolutione Miſeni congregat, 495. V. Cauſam Miſeni optime inquirit, 495. VI. Ejus obitus, 496. I. Ejus ſcripta quæ, *ibid.* Ejus ſcripta contra Eutychetem, & Neſtorium, 496. IV. Ejus nomine ſcripta ſuppoſita, 496. V. Ejus aſſeritur liber, de quo diſputatur, 496. VII. Ex ejus ſcriptis qui confodiantur, & qui invaleſcunt hæretici, 496. VIII. Ejus verba redduntur, & elucidantur, 496. X. Ejus verba de Euchariſtia quomodo accipienda, *ibid.* Ejus decretum de communione ſub utraque ſpecie, 496. XX. Manichæos detegit ac punit, 496. XXII. Ejus verba de poteſtate Eccleſiaſtica, quomodo accipienda, 496. XXIV. Ejus ſententia elucidatur, 496. XXV. Ejus pugnæ adverſus Gentilitios ritus, 496. XXVIII. Ejus apologia adverſus Andromachum Senatorem, *ibid.* In eum quid quidam obmurmurarent, 496. XXX. Quid in eos, qui elericorum tantum peccata ponienda produnt, 496. XXXII. Scite redarguit ſuperſtitioſos, 496. XXXVI. Retorquet in impios argumentum, 496. XXXVIII. Convincit ſuperſtitioſos certis rationibus, 496. XLI. Urget impios ab eventu rerum, 496. XXIV. Abſtulit Epiſcopatum ab his qui occiderunt Epiſcopum, 496. XLVIII. Inventos Manichæos exulare præcipit, 496. XXV.

Gelaſius alter Epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ, 496. III.

Geminianus legatus S. Leonis, 458. XII.

Gennadius eligitur Epiſcopus Conſtantinopolitanus, 458. XXXII. Agit contra Simoniacos, 459. III. Quid contra Chariſium, 459. X. Detegit magnum miraculum, 459. XV. Moritur, & ante mortem miraculum, 471. I. Redarguitur calumniæ, 471. XXXIII. Prævidit diſcordias ſuæ Eccleſiæ, 472. IV.

Gennadius presbyter Maſſilienſis ad Gelaſium ſua dirigit ſcripta, 461. V. Pelagianis favebat, *ibid.* Redditur omnino Catholicus, *ibid.*

S. Genovefa mirifice colitur a Rege Childerico, 456. VI. Ei quæ largitus ſit Clodoveus, 499. XXX.

in Gentili etiam homine bona eſt juſtitia, 489. XVII.

Gentilitii ritus reprehenduntur a Gelaſio, 496. XLV.

Gentilium cultus eſt cauſa, quod collapſum ſit Imperium Romanum, *ibid.*

Genſericus Romam invadit, 455. XI. Multa loca diſſipat, 456. XXIX. Obfuit Italiæ, & aliis regionibus, 465. VI. Ejus obitus, 476. LXIX. Quantum regnaverit, & quam felicitate, *ibid.*

Genuenſis Eccleſia antiquiſſima, & ſanctis Epiſcopis conſpicua, 451. XVII.

Georgia Arvernenſis puella religioſa, 480. XXII.

S. Georgii Eccleſia Alexandriæ, pag. 640. XXV.

Geraſimus anachoreta convertitur, 456. XXXVI.

Geraſimi anachoretæ obitus, 475. XLIII.

Germanus Epiſcopus Capuanus legatus Anaſtaſii Papæ, 497. I.

Germani duo martyres Aquiſgrgienſis civitatis, 484. LXXXVI.

Gerontius invadit Hieroſolymitanam Sedem, 476. XLI.

Gibuldus Rex Alamannorum veneratur S. Severinum, 482. LIV. Etiam Sanctorum cultor, 482. LV.

Giſa Regina Rugorum contemnit S. Severinum, & cito punitur, 475. VI. Ejus filius obſes tenetur a ſervis, 475. VII. Mitior redditur, 475. VIII. Reprehenditur a S. Severino, 485. LVIII.

Glycerius ſubrogatur in Imperatorem, 473. I. Imperio deponitur in Porta Romano, 474. XI.

Godagiſus ab Hunnerico relegatur, 485. XII.

Godeciſclus ſuos captivos relaxat, 494. LIV.

ad Gothos legatio Nepotis, 474. XV.

Gradu & honore privabantur hæretici, 454. VII.

Græce cantatur Triſagion in Paraſceve, & quare, 492. XL.

Gratiæ aguntur Theodorico ab Epiphanio, 494. XLII.

Gratias agit S. Leo Papa Marciano & Pulcheriæ Auguſtis, 451. IV.

per Gratiam ille ſalvus eſſe poteſt, qui periit per culpam, 490. XIX.

ſine Gratia nihil ſumus, 490. XI.

Gratior Deo eſt virginitas matrimonio, 456. IX.

Gratulatoriæ litteræ S. Leonis Papæ ad Leonem Imperatorem, 457. V.

S. Gregorii epiſtola mirum in modum laudat ſanctum Benedictum, 494. LXX.

Gubernatio Eccleſiæ a providentia Dei, 476. XLVI.

Gundabundus Rex Wandalorum, 484. CXXIX.

Gundebaldus Burgundionum Rex hæreticus a S. Avito converti non potuit, 474. LXVI.

H

HAbetdeum Epiſcopum invitum rebaptizat Antonius, 484. CXVI. Hunnericum Regem reprehendit, 484. CXX.

Hæreſes omnes unico remedio expurgarentur, 454. VI.

Hæreſes falſo prætextu a Principibus foventur, 492. XLII.

Hæreſum eſt animos efferare, 484. XL.

Hæreſis abſolutio ſoli Papæ reſervata, 478. XI.

Hæreſes ſemper ſolent ferri hinc inde impulſibus ventorum, 485. XXXVII.

Hæreſes veſpertilionum more latibula quærunt, ac lucem fugiunt, 482. XLIII.

Hæreſibus quantocyus occurrendum, 483. LIV.

Hæreſum toleratio potius ignaviæ quam patientiæ tribuenda eſt, 483. XVII.

Hæreſiarchæ, etiamſi mille offerrent libellos pœnitentiæ, ne reciperentur ad priſtinum ſtatum, legibus Eccleſiaſticis ſancitum, 449. LXVIII.

Hæretici Francorum degenerant a ſua nobilitate, 436. VII. Et ſunt Ethnicis deteriores, *ibid.*

Hæreticarum mulierum ingenium eſt, ut eo pertinacius inhæreſcant errori, quo fuerint inſtantius admonitæ, 453. VIII.

Hæ-

Hæreticorum tolerantia magnum damnum afſert Reipublicæ quod Leo Imp. expertus eſt, 468. XXIV.
Hæretici & religioni & ſtatui politico nocent, 473. XII.
Hæreticis ne ave quidem dici debet, *ibid.*
Hæretici omnino exterminandi, 458. XXIV.
Hæretici non admittunt litteras Summi; Pontificis, 449. LXXVIII.
Hæretici ſanctitatem & pietatem ſimulant, 449. LXXXVIII.
in Hæreticos eſt exclamandum & non ſilendum, 449. CXXXV.
Hæreticorum duces haud facile recipiendi, 451. XI.
Hæretici pœnitentes perſæpe Romam veniebant, 451. XXI.
Hæreticorum perfidia, 451. XCIII.
in Hæreticos impium eſt pium eſſe, 452. V, 455. I.
Hæreticorum ſcelera, 452. XXXII, Sanctos occidunt, 452. XL.
Hæretici omni honore & gradu privabantur, 454. VII.
Hæreticorum legatio ad Leonem Imperatorem, 457. III.
Hæreticorum prætextus ſolitus, 457. XLIII.
Hæreticorum fautores inveſtigandi, & coercendi, 457. XLIII.
Hæretici quando nullo modo audiendi, 457. XLVII.
Hæreticorum captiones denudantur, 457. XLIX.
Hæreticus a S. Leone dicitur Antichriſtus, 457. L.
Hæretici quando in ſua perverſitate relinquendi, 458. IX.
Hæretici qui non admittendi ad diſputationem de Fide, 458. XI.
Hæretici pœnitentes quomodo recipiendi, 458, XIV.
Hæretici procul pellendi, 468. XXIV.
Hæretici ad fidem converſi a S. Patiente, 475. XXXII.
Hæreticorum velamen Fides Catholica, 476, XXXI.
Hæreticorum vana ſpes, 476. XXXV.
Hæreticorum impietas dilemmate perſtringitur, 476, III.
Hæreticorum fundamenta concidunt, 476. XXVI.
Hæretici verſipelles et incoſtantes, 476. LXV.
Hæretici Timotheani qui, 477. XVI.
Hæretici Theopaſchitæ inſtaurati, 482. VII.
Hæreticorum fraudes, 482. XLI.
Hæretici Acephali qui, 482. XLII.
Hæretici ſine charitate, 484. II.
Hæretici nomen Papæ delent, 485. XCVII.
Hæretici retorquent leges latas contra ipſos in Catholicos, 484. LIX.
Hæretici in S. Synodum, & in Summum Pontificem inſultant, 452. XLIII.
in Hæreticos pœnæ, & eorum ſcripta damnantur, 452. XLIX.
Hæretici ſalubri remedio convincuntur, 464. V.
Hæreticorum mos eſt a ſententia a Concilio lata ad Imperatorem appellare, 485. VII.
Hæreticorum mos vetus qualis fuerit, 482. XXXIII.
Hæretici ſolent tradere venena melle delibuta, 482. XLI.
Hæretici ſolent negare factis, quod ore profiteri videntur, 482. XXXVI.
Hæreticus homo videns fit cæcus ab Ariano Epiſcopo, 484. LIV.
Hæreticorum pœnæ in Catholicos ſtatutæ, 484. LVIII.
Hæretici comparantur canis in cœno merſis, 493. XXXIII.
Hæretici Iconoclaſtæ, qui, 483. XVI.
Hæretici ſe jungunt pravis moribus, 485. XXX.

Hæreticorum impoſturæ deteguntur, 488. III.
Hæreticorum pœnitentia ſuſpecta, 488. VI.
Hæreticis communicantes fugiendi, 492. XII.
Hæreticum non eſſe non ſatis eſt, ſi quis cum hæreticis communicat, 492. XX.
Hæretici Hæſitantes qui, 492. XLIV. Eorum falſi prætextus, *ibid.*
Hæretici Prædeſtinati dicti qui, 499. XVIII.
Hæretici ut plurimum inhoneſti, 493. XXXVI.
Hæretici alicui magno viro ſcripta ſupponunt, 496. IV.
Hæretici ſemper inter ſe altercantur, 496. VII. A ſemetipſis diſſentiunt, *ibid.*
Hæretici carpunt doctores in verbis, 496. XI.
Hæreticorum machinæ bellicæ velut tonitrua, ſed ſtatim diſſolvuntur, 496. XVIII.
Hæretici inſtar filiæ Herodiadis ſaltantis, *ibid.*
Hæretici ſub involucro Catholici nominis impietatem abſcondunt, 497. XIII.
Hæretici quærunt ſubripere Apoſtolicam communionem, 497. XXI.
Hæretici primum contra homines pugnant, deinde in cælites prælia convertunt, 497. XXV.
Hæretici Novatores in Summum Pontificem inſurgunt, 497. XXVI.
Hæſitantes hæretici, qui, 492. XLIV. Eorum qui falſi prætextus, 492. XLV.
Helpidiphorus crudelis reprehenditur a Moritta, 484. CIX.
Herodiadis filiam ſaltantem imitantur hæretici, 496. VIII.
Hierarcha unus ſemper in Eccleſia fuit, 449. CXXII.
Hieronymus Vecchiettus ad Alexandrinos miſſus a Clemente VIII. Pont. Maximo, pag. 639. XX.
Hieroſolymorum Epiſcoporum humilis veſtitus, 458. XXXVI.
In Hieroſolymitana Eccleſia unio, 473. XXIX.
Hieroſolymitana ſedes invaditur a Gerontio, 476, XLI.
Hilarus S. R. E. Cardinalis legatus S. Leonis ad Synodum Epheſinam ſecundam, 449. XXXVII. Fuga lapſus ex Synodo, 449. XCVIII. S. Joanni Evangeliſtæ liberatori ædiculam prope Baptiſterium conſtruit, 449. XCIX. Ad Pulcheriam ſcribit contra Epheſinam Synodum, 449. CLVII. Creatur Papa 461, XIII. Confirmat fidei decretum, 462. VI. Ejus epiſtolæ ad Leontium Epiſcopum, 462. V. Epiſtola ad Epiſcopos Galliarum, 462. VI. Cyclum novum curat per Victorinum, 463. I. Ejus natalis celebritas, 465. XVII. Ejus munificentia, 467. IV. & *ſeq.* Reſtitit Anthemio Imperatori, 467. III. Ejus obitus, & quanto tempore ſederit, 467. IV.
Hincmarus Epiſcopus Rhemenſis, 449. XXIX.
Hiſpani Epiſcopi quanti fecerint Summum Pontificem, 465. XXII.
Hiſtoria Joannis Silentiarii, 496. XVI.
Hiſtorica tractatione ſe purgat Theodoretus contra Neſtorium, 449. CXLI.
Hiſtorici optime res conſiderent, 494. XL.
Homn etiam ſpiritu plenus non poteſt omnia agnoſcere, 495. XVI.
in Homines primum prælia hæreticorum, & poſtea in Cælites, 497. XXIII.
in Homine etiam Gentili juſtitia bona, 489. XXIV.
Homines corrumpuntur perſæpe auro, 488. III.
Homines obſtupeſcunt miraculis, 488. XIV.
Homines qui capillos tingunt, naturam virilem transformare in muliebrem ſtudent, 490. LII.
Hnoor qui debeatur feſtis diebus, 469. VII.
Honoratus Epiſcopus Novarienſis laudatur, 489. VIII.
ad Honorium Epiſcopum Gelaſius contra Pelagianos, 495. XXIII.
Honoratus diſcipulus S. Benedicti, 494. LXXI.
S. Honoratus, Epiſcopus Maſſilienſis, 490. XLIII.

Qooo

XLIII. Ejus ſcripta probata, *ibid.* Quæ ſcripſerit, *ibid.*
Honore & gradu privabantur hæretici, 454. VII.
Honoria Valentiniani Auguſti ſoror petita ab Attila, 454. XXIII. Ejuſdem aureum numiſma, 454. XXIV.
Horologia ad aquæ Fluxum attamperata, 494. LVI.
Hoſpites ab Epiſcopis recipiendi, 494. XXIV.
Hoſtes interdum benigniores magiſtratibus, 468. XIII.
Hoſtes profligantur bene culta religione & pietate, 451. XXXIII.
Hoſtem ſuum qui non læſit, quando adjuvat, 494. LI.
Hoſti non indulgendum, quando Deus præcipit, 494. XXXVIII.
Humanitas Marciani Imperatoris contra pravos monachos, 452. XLV.
Humilia veſtitus Hieroſolymorum Epiſcoporum, 455. XXXVI.
Humilitas Theodoreti, 450. XLVII.
Humilitas Alexandrinorum commendanda, pag. 635. I. *& ſeq.*
Hunericus Rex Wandalorum ſucceſſor Genſerici qualis, 476. LXX. Ejus edictum de Eccleſia Carthaginenſi, 480. III. Quid in Catholicos domeſticos, 481. X. Diram tyrannidem in ſuos exercuit, 481. XI. *& ſeqq.* Patris præcepta non ſervat, 482. XIII. Eccleſiam exagitat, 483. LXXIX. Ejus edictum contra Catholicos, 483. XCI. Ejus dolus quo tendebat, 485. XCII. Ad enm S. Eugenii libellus, 483. XCIV. S. Eugenium deridet, 483. XCV. Vetat Wandalos communicare cum Catholicis, 485. XCVII. Ejus edictum contra Catholicos, 484. LIV. Multa mentitur, 484. LV. Quanta mala in Catholicos fecerit, 484. LVIII. In omnes perfidus, 484. LXVI. In Catholicos ſævit, 484. LXXIX. Ejus portentoſus obitus, 484. CXXV.
Hunnorum Rex occiditur, 468. XXVI.

I

JAcobus Niſibenus alter a Jacobo Syro, 458. XXV.
Jacobus Syrus admirabilis ſanctitate, *ibid.*
Jactantia cavenda eſt, 454. XXVI.
Ibas Epiſcopus Edeſſenus condemnatur injuſte in Concilio Epheſino, 449. CII. Subſcribit epiſtolæ S. Leonis, 450. XXXIII. Reſtituitur etiam a Concilio Chalcedonenſi, 451. CXXVI.
Iconoclaſtæ hæretici qui, 483. XVI.
in Idololatras quid Marcianus conſtituerit, 451. CXXVI.
Jejunia & preces indicuntur a S. Mamerco ſuis 475. XXII. *& ſeq.*
Jejunia & vigiliæ præſcribuntur populo a S. Perpetuo, 482. LII.
Jeſu Chriſti invocato nomine, Clodoveus ſuperat Alamannos, 409. XVI.
Igne crematus Plato cubicularius, 476. XXVI.
ab Igne liberatur Judæus, & convertitur, 471. XXXII.
Ignis extinctus vi lacrymarum & oratione, 473. XXIII.
Ignis iteratus contra martyres extinguitur, 484. CVI.
Illuminatio cæci facta a S. Eugenio, 484. LXXV.
Illus Magiſter Officiorum, 482. XXIII.
in Illyrico excitantur tumultus, 451. XXXIII.
ad Illyricos Epiſcopos Gelaſius Papa, 494. XVIII.
Imago Deiparæ Virginis a S. Luca depicta ubi fuerit repoſita, 455. XXXI.
Imago aurea duodecim portis & gemmis ornata ſuper Confeſſionem beati Petri Apoſtoli poſita, 461. IX.
Imagines adhibuit S. Leo ad exornandas eccleſias, *ibid.*
Imagines auferuntur ab hæreticis, 485. IX.
Imagines ab ipſo Chriſti tempore Fideles venerari cœperunt, 485. XVIII.
Imagines ſunt rudium ſcriptura, *ibid.*
Imagines non receperunt Manichæi, 485. XIX.
Imbres frequentes Conſtantinopoli prodigioſi, 465. XI.
Immunitas ſervanda in Eccleſia Dei, 466. I. XV.
Impœnitentes non ſunt recipiendi, 451. III.
Impia ſapere, & ſapientioribus nolle credere, indignum eſt, 449. XLV.
Imperare ignorant, qui neſcierunt inſervire, 455. IX.
Imperator jus ſibi uſurpat, dum deligit Epiſcopum, qui omnibus præſit in Synodo Oecumenica, 449. XXVII.
Imperatores nequaquam Synodos indicere poſſunt, ſed ad Summum Pontificem ſpectat, 449. LXV.
Imperatores filii Summi Pontificis, 497. V.
Imperatores obedire tenentur Summo Pontifici, *ibid.*
Imperii firmitas eſt ex fide & orationibus, 449. LXXVI.
Imperium propter pietatem interdum Deus concedit, 450. XL.
Imperii fundamentum Fides Catholica, 450. IX.
Imperio male conſulitur, dum in Eccleſiarum jura inſurgunt Imperatores, 452. LIII.
Imperium deponit Avitus, 456. I.
Imperium breve & infelix Maximi, qui in minori fortuna felix fuit, 455. VII.
Imperium Romanum collapſum ob retentum Gentilitium cultum, 496. XIV.
Imperium conſequitur Zeno, 474. I.
Imperium recepit Zeno Imperator beneficio Sanctæ Theclæ, 477. IV.
Impietas Evarici Regis, 484. CXXX.
Impietas hæreticorum dilemmate perſtringitur, 476. III.
Impietas vexillum erexit Baſiliſci tempore, 476. LXXVII.
Impii ſemper in deteriora prolabuntur, 449. CLXVI.
Impii ſanctos ficte venerantur, 476. LV.
Impii fame pereunt, 477. II.
Impii a Deo puniuntur, 494. LXI.
Impii ſequentes ritus impiorum redarguendi, 496. XXXV.
Impoſitio manus ab Epiſcopis caute facienda, 461. VI.
Impoſturæ hæreticorum deteguntur, 488. III.
Impoſtura detecta Flavitæ, *ibid.*
Improbitas declaratur in rebus ſecundis, *ibid.*
Impulſibus ventorum hinc inde ferri ſemper ſolent hæretici, 482. III.
Impunitas criminum hortatur ad crimina, 494. XXXVIII.
Incendium futurum prædictum a Daniele, 464. II.
Incendium Regii in Aquitania, 451. XLVI.
Incendium urbis Conſtantinopolitanæ, 465. II.
Incendium a turba excitatum Conſtantinopoli, 491. XIV.
Incenſum offerendum pro anima defuncti, 451. LXXXI.
Inconſtantes Principes propter deſiderium regnandi, 476. LXIII. 478. VII.
Incurſiones Wandalorum, 465. XXXII.
Indicere Synodum ad Papam, non ad Imperatorem ſpectat, 449. LXVII.

In-

Indictio Epheſinæ Synodi, 449. XXII.
Indictio Synodi per edictum Marciani Imperatoris, 451. X.
Indulgentiam conſequuntur plures Epiſcopi in Concilio Chalcedonenſi, 451. XCI.
Indulgentia & pietas conciliat inimicorum animos, 471. XXIII.
Indumentis ſacerdotalibus indigent Alexandrini, pag. 640. XXVII.
Infideles etiam quodammodo credunt ſanctis, 494. XXXIII.
Infideles omnes Principes tempore Symmachi Papæ, 499. XIV.
Infirma liberata ab ægritudine in tranſlatione S. Severini, 496. L.
Ingenia pigreſcunt ob remiſſa ſtudia, 494. CXXXVII.
Ingenuus Epiſcopus Ebredunenſis, 463. XXVIII.
Ingratus eſſe Deo magnum eſt periculum, 451. LXI.
Ingratitudo mira Ethnicorum, 451. LX.
Ingratitudo Deo maxime diſplicet, 451. LXI.
Inimici animum cognoſcere magna cautio eſt, 471. XXV.
Inimicitiæ frenum neſciunt, 494. LI.
Iniqua ſententia in S. Flavianum, 449. XCIII.
Iniquum eſt, impia ſapere & ſapientioribus nolle credere, 449. LXXXV.
Initium civitatis Venetiarum, 451. LXIII.
Initium Regni Franchorum, 455. VI.
Injuſtitiam exercentes in alios, in ſe ipſos vindictam e cælo educunt, 490. LI.
Inſigne certamen pueri ſeptem annorum, 494. CXVII.
Inſperatum videri non poteſt, quod eſt ante præcognitum, 493. X.
Inſtauratio hæreſis Theopaſchitarum, 481. VII.
Inſtitutio Rogationum facta primo à S. Mamerco, 475. XII.
Inſtitutio Sabæ, ut Triſagion caneretur in Eccleſia, 491. XL.
Intellectum dat tribulatio, 455. XVIII.
Interprete utebantur plerumque legati Apoſtolici, 451. LXXVIII.
Inventio duorum Sanctorum martyrum a S. Mamerco, 475. XV.
Inventio capitis S. Juliani, 475. XV. XIX.
Invidia evaneſcit adverſus mortuos, 452. XLVII.
Invidiam paſſus eſt Sidonius, 471. XXII.
Invidia & æmulatio ad maxima movent, 488. VIII.
Inviti Epiſcopi eſſent eligendi, 471. XXXVI.
Invocatio S. Martini reddit Ecdicium victorem, 471. XXXII.
Invocatione Sancti Sergii liberatur Judæus ab igne, 471. XXXIII.
Involuntarium non poteſt vocari in reatum, 482. II.
Jocundus Patriarcha Arianus ab Hunerico incenſus, 481. XII.
S. Joannis Evangeliſtæ ædicula prope Baptiſterium quando conſtructa, 449. XCIX.
Joannes Epiſcopus interfuit Concilio Chalcedonenſi, 449. LXIII.
Joannes Decurio Alexandriam miſſus a Marciano, 452. XXIV.
Joannes Epiſcopus Metropolis Heracleæ, 459. VIII.
Joannes Ravennæ Epiſcopus a Papa Simplicio reprehenditur, 482. XLIV.
Joannes Epiſcopus Alexandrinus appellat Simplicium Papam, 483. I. Creatur Nolanus Epiſcopus, 484. XLII.
Joannes Alexandrinus proficiſcitur legatus Conſtantinopolim, 478. XIX.
Joannes Antiochenus presbyter quæ ſcripſerit, 486. I.
Joannes Grammaticus alter, *ibid.*
Joannes Silentiarius monachus egregius, 457. LVIII. Ejus hiſtoria, 491. XVI. Quare Silentiarius dictus, 491. XV. Ex Epiſcopo monachus, 491. XVI. Ei quod ſignum apparuerit, 491. XVIII. Quo anno innotuit, 498. X. A S. Saba in Spiritu cognitus, *ibid.*
Joannes Apameæ Epiſcopus Tyri injuſte creatur, 484. XV.
Joannes Meſſanenſis Epiſcopus interfuit Concilio Chalcedonenſi, 451. LXV.
Joannes Mela creatur Alexandrinus Epiſcopus, 497. XXIX.
Joannes Baptiſta miſſus a Gregorio XIII. ad Alexandrinos, pag. 636. VIII.
Joannes Comus Corepiſcopus Alexandrinus, pag. 638. XVII. Ejus epiſtola ad Clementem VIII. *ibid.* Ejus humilitas, *ibid.*
Jordanus ſuorum Gothorum ſcripſit hiſtoriam, 493. II.
Joſeph ſacerdos miſſus legatus ad Clementem VIII. A Patriarcha Alexandrino, p. 639. XX.
Ira Dei avertitur pœnitentia, 454. XXX.
Irenæi Tyri Epiſcopus deponitur, 449. CIII. Ejus cauſa ad Papam defertur, 465. XXIV.
Irenæus legatus Theodorici, 493. VI.
Iſauricum bellum Anaſtaſii Imp. tempore, 492. XLI.
Italia ingenti fame vexatur, 450. VI.
in Italiam vocatur Odoacer Rex Erulorum, 475. III.
Italiæ Epiſcopi conveniebant in re gravi cum Summo Pontifice, 484. XXVI.
Italiæ res quomodo ſe haberent ſub duobus barbaris Regibus, 491. XIX.
Italis auxiliati ſunt Burgundiones, 494. XLVIII.
Itali plerique captivi, 494. XLVII.
Itali captivi ſolvuntur & dimittuntur, 494. LII.
Jubilæi annus benignitatis & lætitiæ, 450. I.
Judæus ab igne liberatur & convertitur, 471. XXXIII.
Judex omnium Chriſtianorum eſt Papa, 449. V. VII.
Judices non condemnent reos niſi prius confeſſos aut aperte convictos, 449. CXVIII.
Judices ſæculares ſacrilegi habendi ſunt, ſi præſumant in cauſis Eccleſiaſticis, 451. LXXX.
Judices cognitores in Synodis qui dicti ſint, 451. LXVI.
Judicia Dei occulta ſed ordinata, 475. XXIV.
Judicii divini viſio, 484. CXLII.
Judicii libra penſare quid ſit, 489. VII.
Judicium de fide & ſacerdotibus primo ad Papam ſpectat, 449. CLVII.
Judicium divinum maxime timendum, 497. IV.
Julianus Epiſcopus Puteolanus legatus S. Leonis, 449. XXXVII.
Julianus Coenſis Epiſcopus Conſtantinop. a S. Leone mittitur, 451. VIII. Per interpretem loquebatur in Concilio, 451. LXXVIII. Vicarius Apoſtolicus in Oriente, 453. IX.
S. Juliani caput inventum, 475. XV. XVIII.
Julianus Epiſcopus Carpentoratenſis, 490. XXIV.
Julius Nepos Glycerii fit Imperator, 474. X.
Julon monachus converſus, 451. XXXVI.
Jura Eccleſiæ Aetius obtinet a tyranno, 476. LX.
Juramentum nequaquam præſtetur ab Epiſcopis, 449. XII.
Juramentum non temere faciendum, 484. LXI.
Juramenti conditiones, *ibid.*
Jure damnata nulla ratione ſunt refodienda, 483. XLI.
Jus ſibi mala uſurpat Imperator dum delegit Epiſcopum, qui omnibus præſit in Synodo Oecumenica, 449. XXVII.
Jus Eccleſiaſticum ſervent Principes, alioquin a Deo puniuntur, 452. LII. 453. XXVI.

Jus ſupremum Apoſtolicæ Sedis in omnes Eccleſias, 456. XVII.
Jus gentium violare non licet, 484. I.
Juſtæ leges ab omnibus recipiendæ, 494. IV.
Juſti deridentur a mundanis, 483. XCV.
Juſtinianei Codicis textus reſtituitur, 454. X.
Juſtitis etiam bona in homine Gentili, 489. XVII.
Juſtorum labor ſit pro fide Catholica, 449. CXLIII.
Juſtos Dei providentia non ſinit cum ſceleratos poniri, 451. XLII.
Juſtus mediator non eſt, qui unam partem audit, & alteri nihil ſeſurvat, 449. LXXIII.
Juvenalis Hieroſolymorum Archiepiſcopus, 449. XXVI. Interfuit Epheſinæ Synodo, 449. LXXVII. Et Chalcedonenſi, 451. LXIV. Injuſte ſubſcribit in Concilio Epheſino contra Flavianum & Euſebium, 449. XCVII. Indulgentiam conſequitur, 451. XCI. A S. Leone redarguitur, 454. XVIII. Arrogat privilegia Eccleſiæ Cæſarienſis, 454. XIX. Ejus acta irritantor a S. Leone, *ibid.* Qualis Epiſcopus fuerit, 454. XXI. Ejus obitus, 457. LVII.
Juvenes male morati intereunt, 485. XXVIII.

L

LAbores & integra fides Theodoreti, 449. CXX.
Labores Viucomalí pro Theodoreto, 450. XXXV.
Labores Acacii pro Petro Mogo, 481. XXIV.
Laconius potens apud Regem Burgundionum, 494. LII.
Lacrymæ extinguunt ignem, 475. XIII.
Lacrymæ indices ſunt animorum, 494. LII.
Lætus Epiſcopus ſit martyr, 484. XLVIII.
Laici ne ſe excuſent peccando, quod laici ſint, 496. XXXIV.
Lapſi hæretici reſtituuntur a Papa, 478. XVI.
Lapſi reſtituendi & quomodo, 487. I.
Lapſorum & relapſorum diverſa eſt habenda ratio, 453. XIV.
Lapſis a fide reſipiſcendi aperitur via, 450. VII.
Lapſus anterior reddit hominem cautiorem in reliquum, 494. XXXVII.
Largitas munifica S. Patientis, 475. XXX.
Latebræ Fauſti deteguntur, 490. XXXVI.
Latina Lingua legati Apoſtolicæ Sedis loquebantur ob excellentiam Romanæ Eccleſiæ, 451. LXXVIII.
Laurentius creatus Papa in ſchiſmate 498. III. Deponitur, *ibid.* Creatur Epiſcopus in Nucerina civitate, 498. V.
Laurentius Lignidi Epiſcopus, 492. XXX. Ad eum Gelaſius pro Eccleſia Dei, *ibid.*
Laurentius Epiſcopus Mediolanenſis, 489. X. Quid fecerit, capta ejus urbe, *ibid.* Cum ſuis Mediolanum redit, 489. XI. Baſilicam ſanctis Petro & Paulo dicat, 489. XIV. Legatus ad Theodoricum, 494. XXXIII.
Laudes S. Abrahæ Abbatis, 480. XIII.
Laudes Epiphanii Epiſcopi Ticinenſis, 489. VIII.
Laudes S. Euthymii, 477. XXVII.
Laudes S. Flaviani, 449. CX.
Laudes S. Leonis Papæ, 449. LVIII.
Laudes Marinæ Arcadii filiæ, 449. CLXXIII.
Laudes Marciani Imperatoris, 457. II.
Laudes & præconia Summi Pontificis, 449. CLVIII.
Laudes pacis, 493. IV.
Laudes Renati legati Apoſtolici, 449. XCIX.
Laudes immenſæ S. Remigii Epiſcopi, 471. XXXVII.
Laudes dignæ Theodoreti, 450. XLVI.
Laudes Verinæ Auguſtæ, 474. V.
Laus diſcipuli eſt laus magiſtri, 479. XV.
Lazorum Rex inviſit Danielem, 465. XV.
Legati mittuntur Romam a Mauritanis converſis ad Catholicam fidem, 456. XIV.
Legatos quatuor S. Leo Papa Conſtantinopolim mittit, 450. VIII.
Legati mittuntur, qui colliſpſam Orientalem Eccleſiam erigant, *ibid.*
Legati Apoſtolici ſententiam in Concilio proferunt, 451. LXXXVI.
Legatus Apoſtolicus per interpretem loquitur, 451. LXXVIII.
Legati ob excellentiam Romanæ Eccleſiæ Latine loquuntur, *ibid.*
Legati adverſantur Anatolii præſumptioni, 451. CXIII.
Legati miſſi a Gelaſio Papa ad Epiſcopos Dardaniæ & Illyrici, 494. XVIII.
Legati Theſſalonicenſis Eccleſiæ Romam miſſi, 497. XVII.
Legati mittuntur ab Eudocia Auguſta ad Simeonem Stylitam, 455. XIX.
Legati Apoſtolicæ Sedis male habiti a Zenone, 484. I.
Legatorum prævaricatio, 484. III.
Legatos S. Leo decernit ad Synodum Epheſinam, 499. XXXVII. Eos commendat S. Leo ad Concilium miſſos, 499. LXIII. Suſpecti habiti ab Eutychete, 449. LXXXIX. Reclamant in iis quæ facta ſunt pro Eutychete, 449. XC. Contradicunt Dioſcoro, 449. XCVIII. Eorum conſtantia, 449. XCIX.
Legati Apoſtolici digniorem locum in Concilio obtinent, 452. LXVII.
Legati mittuntur a Theodoreto ad Sedem Apoſtolicam pro ſua reſtitutione, 449. CXIV.
Legatorum Romani Pontificis conſtantia, 449. XXIV.
Legati Anaſtaſii Papæ qui fuerint, *ibid.*
Legati benigne ſuſcepti, ſed ficta ab Anaſtaſio Imperatore, 497. XIII.
Legatis libellus oblatus ab Alexandrina Eccleſia pro pace, 497. XIV.
Legati Alexandria Romam miſſi, 497. XVI.
Legati Anaſtaſii quæ geſſerint, 497. XX.
Legatio Epiſcoporum provinciæ Arelatenſis ad Leonem Papam, 450. LI.
Legatio Epiphanii Epiſcopi ad Regem Evaricum, 474. XVII.
ad Anthemium Imperatorem, 471. IX.
ad Regem Burgundiæ, 494. XLI.
ad Romanum Pontificem, 475. XXXIX.
Legatio Epiſcoporum venit ad Danielem, 476. L.
Legatio Eſaiæ ad Simplicium Papam, 478. IX.
Legatio Martyrii ad Zenonem Imp. 477. XXIII.
Legatio Nepotis Imperatoris ad Gothos, 474. XV.
Legatio Nili presbyteri ad Simplicium Papam, 478. IX.
Legatio Ricimeris ad Anthemium Imp. 468. XII.
Legatio ab Anaſtaſio Papa ad Anaſtaſium Imperatorem, 497. I.
Leges Principum ceſſant, ubi ſunt leges Eccleſiæ, 451. XCIX.
Leges juſtæ ab omnibus recipiendæ, 494. IV.
Leges latæ contra hæreticos abrogantur a Marciano Imperatore, 455. XXVI.
Legiſlator Gothorum fuit Theodoricus, 468. XII.
Lex injuſta juſta lege abrogatur, 450. XLII.
Lex Marciani Imperatoris contra hæreticos, 454. VII.
Lex Marciani Imperatoris contra Anatolium, 454. XIII.
Lex Theodoſii contra Flavianum aboletur a Marciano Imperatore, 452. XLVII.
Leonis Pontificis Romani litteræ ad Theodoſium de Eutychete 449. IV. Flavianum admonet ut res geſtas ſignificet, 449. VI. Quæ reſcripſerit ad Flavianum, 449. X. Ad eum Flavianus de Eutychetis mendaciis, atque do-

Digitized by Google

dolis, 440. IX. Ad Concilium Epheſinum ſide vocatur, 445. XXXI. Ejus litteræ ad Pulcheriam Auguſtam, ibid. Ad Theodoſium itidem, ne congregaretur Epheſi Concilium, 440. XXXV. Legatos decernit ad Synodum Epheſinam, 449. XXXVII. Ad Flavianum encyclicam epiſtolam mittit, 449. XXXVIII. Ex eius epiſtola miraculum ortum, 449. XXXIX. Ejus Epiſtolæ defenſor Eulogius, 449. XL. De ejus epiſtola elogia, 449. XLI. Ejus epiſtolam quanti ſecerint Galli, 449. XLIII. Ejus legati ud Epheſinam Synodum qui, 449. XXXVII. Ejus fidei plena declaratio, 449. XLIV. XLVII. A Gallis laudatur, 449. LX. Ejus epiſtola ud Epiſcopos provinciæ Arelatenſis, 449. LXI. Ad eoſdem, 450. LVII. Ejus epiſtola ud Ravennium Epiſcopum, 449. LXII. Ad eumdem, 450. LIX. Ejus commendatitiæ litteræ pro legatis, 469. LX. Ejus epiſtolu ad Synodum Epheſinam, 449. LXIV. Ejus apiſtolu ad Pulcheriam de commendatione legatorum, 449. LXIII. Ad Julianum Coenſem Epiſcopum diſertiſſimum virum, ibid. Ejus epiſtola ad Fauſtum & Marcianum Archimandritas, ibid. Præſcribit ſententiam de Eutychete, 449. LXVIII. Scribit ad Flavianum, ut fortiter agat, 449. LXIX. Ejus litteræ u Dioſcoro non admiſſæ, 449. LXVIII. Laborat pro Fide Catholica, 440. CXLIII. Celebrat Romæ Concilium, 449. CXLV. Ad Theodoſium, ad Pulcheriam, & ad populum Conſtantinopolitanum ſcribit, 447. CXLVI. It & Synodus ad Theodoſium contra Acta in Epheſina Synodo, 449. X. Theodoſium leni manu reprehendit, 449. XXXVII. Theodoſium admonet de Syoodo habeoda in Italia, 449. CLIII. Ad Theodoſium ſcribit pro Eccleſiæ pace, ibid. Ad Pulcheriam & clerum Conſtantinopolitanum, & ad plures pro Eccleſia Dei, & contra hæreticos ſcribit, 449. CLV. A Dioſcoro ſceleſtiſſimo excommunicatur, 450. XL. Ad Pulcherium ſcribit pro reſtitutione Catholicæ Fidei, 450. III. Ad Archimandritas pro Catholica Fide ſcribit, 449. IV. Ad Theodoſium ſcribit, quomodo recipiendus Anatolius, 449. V. Quatoor legatos Conſtantinopolim mittit, 449. VIII. Ejus Epiſtolæ ſubſcribunt Catholici, 450. XXIX. Ejus ad Anatolium gratulatoriæ litteræ, 451. III. Ad Marcianum & Pulcheriam, ipſis gratias agendo, 451. IV. Ad Marcianum ſcribit de Synodo cogendu, 451. VI. Ad eumdem de Synodu differenda, ibid. De longius transferendo Eutychete, 451. X. Ne hæreticorum duces facile recipiantur, 451. XI. A Chalcedonenſi Concilio ut Legati recipiantur, 451. XXIII. Ejus ſtudioſiſſima fuit ſancta Synodus Chalced. 455. CXLIV. Inſcribitur Epiſcopus univerſalis, 451. CLI. Promulgat in Occidente Synodum Chalcedonenſem, 451. VIII. Redarguit Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, 451. IX. Tenax cuſtos ſacrorum canonum, 451. XI. Cuſtodita volt privilegia Eccleſiarum, 452. XIII. Anatolium admonet, ibidem. Ad Marcianum de Anatolii temeritate ſcribit, 452. XIV. Cum Anatolio diſpenſavit, ibidem. Irritat decretum Chalcedone factum, 452. XVII. Mitem ac pacatum Attilam reddidit, 452. LVI. Miraculo Attilam vicit, 452. LVII. Redarguit, populum, 452. LXI. Ad Synodum Chalcedonenſem de confirmatione fidei, 455. III. Scribit ud Marcianum contra Anatolium faventem adverſariis Flaviani, & pro Aetio Archidiacono, 453. VIII. Julianum Vicarium ſuum conſtituit, 453. IX. Agit cum Eudocia de convertendis hæreticis, 453. XII. Ad monachos Palæſtinæ ut convertantur, 453. XV. Alexandrinam Eccleſiam curat, 453. XXVII. Ad eum Maximi Epiſcopi Antiocheni legatio, 453. XXX. Ad Theodoretum ſcribit ut pugnet contra hæreticos, 453. XXXIII. Dubitat de Cyclo Theophili, ibid. Ad Marcianum Imp. ſcribit de Paſchalis Cycli controverſia, 453. XXXV. Solicitus pro rebus Alexandrinis, 454. IV. Ejus epiſtola ab hæreticis falſata, ibid. Ei obtemperat Anatolius, 454. XIII. Ad Marcianum contra Eutychetum litteras dat, 454. XVI. Ad Epiſcopos Mauritanos pro eorum Eccleſia, 456. XV. Cum bigamis neque diſpenſavit tempore neceſſitatis, 456. XVI. Ad Leonem Imp. gratulatorias litteras dedit, 457. VII. Ad Leonem Imp. de Eccleſia Alexandrina, 457. XL. Ad Leonem Imp. de legatione mittenda, 457. XL. Admonet Leonem Imp. contra hæreticos, 458. XI. Ad Leonem Imperatorem, ut expellatur Timotheos, 460. VI. Ad Timotheum Epiſcopum Alexandrinum, 460. X. Ad Epiſcopos Ægypti de Alexandrina Eccleſia, 460. XII. Ad Clerum Alexandrinum de novo Epiſcopo, 460. XV. Ejus obitus, 461. III. Quanto tempore ſederit, ibid. Ejus epitaphium, 461. XI. Ejus numiſma, 452. XII. Ei quid revelatum ſit de peccatorum remiſſione, 461. VI. De ejus manu exciſione fabella explo ditur, 461. VIII. Ejus ſcripta quæ, 461. IX. Exornat Eccleſias imaginibus, 461. X. Ejus epiſtolu expurgata, 497. XVIII.

Leo Epiſcopus Bituricenſis, 455. LIV.

Leo Tribunitius Thrax eligitur Imperator, 457. III. Ejus erga cæcum officium, 457. IV. Ipſius ante Imperium miraculum, 457. V. Templum Dei Genitrici ædificat, 457. VI. Catholicam fidem tuetor, 457. VII. Ejus ſanctio pro Fide Catholica, 457. IX. Ad eum hæretici Ægyptii pro Timotheo, 457. XXX. Ad Anatolium de rebus Alexandrinis, 457. XXXIV. Ad eum Anatolius de Alexandrina Eccleſia, 457. XXXVI. Petit legatos a Leone Pontifice, 458. VI. Ejus litteræ ad Anachoretas de Alexandrina Eccleſia, 458. XVI. Ad eum Baradatus contra hæreticos, 458. XXIV. Ad plures ſanctos monachos pro fide, 458. XXVI. Expellit Timotheum Alexandrinum, 460. II. Ad eum Leo Papa de Eccleſia Alexandrinu, 460. V. Obtinet filium, 462. XV. Quantum veneratus ſit Danielem, 464. III. Iterum Danielem inviſit, 465. XII. Effugit periculum mortis, ibid. Ejus epiſtola ad Danielem de vitæ propriæ periculo, 465. XIV. Ejus edictum de immunitate Eccleſiæ, 466. IV. Ejus edictum contra Paganos, 466, XVIII. Claſſem parat contra Wandalos, 466. XIX. Quærit extinguere Arianos, 469. II. De eo cum dracone pugnante viſio, 469. VI. Ejus conſtitutio de colendis diebus feſtis, 469. VII. Quomodo creandi Epiſcopi, 469. IX. Sanctis ordinationibus divinam ſibi conciliat clementiam, 469. VII. Ejus conſtitotio de Eccleſiarum privilegiis, 472. III. Ejus obitus quando, 474. I. Ao adnumerandus inter optimos Imperatores, 474. II. Ejus leges multæ valde piæ, 474. III. Quæ templa ab ipſo erecta, ibid.

Leo ex Zenone natus Auguſtus quantum vixerit, 474. I. & ſeq.

Leonis Auguſti numiſma, 474. V.

Leo orator Regis Evarici, 474. XXII. Præſtans poeticis facultatibus, ibid.

Leone uſus eſt aſino Geraſimus, 452. XXXVI.

Leontius Epiſcopus Arelatenſis accipit literas ab Hilaro Pontifice, 462. V.

Leontius monachus quid de Zenone, 490. LII.

Leproſus curatur a S. Daniele, 476. LIII. Oſtentatur curatus, 476. LIV.

Lerinenſe cœnobium eſt venerabile, 453. XLIV. A barbaris omnibus illæſum ſervatum, 453. XLV.

XLV. *& ſeq.* Ejus excidium an verum, 453. XLVII.
Lætitia ſit in tribolationibus, 449. CX.
Leucadius Epiſcopus ſubſcribit io Synodo, 490. XXIV.
Levitas monachorum ſemper rebus novis ſtudet, 482. XL.
Libellos Eutychetis offertur Theodoſio Imper. 449. XIII.
Libellos Eutychetis offertur Synodo, *ibid.*
Libellus Felicis Papæ miſſus ad Zenonem Imperatorem, 483. XLVIII.
Libellus S. Eugenii miſſus ad Hunericum, 483. XCIV.
Libellus ſententiæ quomodo redditus Acacio, 484. XXXIV.
Libellus pacis offertur legatis ab Apocriſariis, 497. XIV.
Liberatio Britannorum per Ambroſiam Aurelianum, 477. XXXI.
Liberatio Maximæ virginis divinitus facta, 456. XI.
Liberatio Judæi ab igne per invocationem S. Sergii, 471. XXXIII.
Liberatus abbas martyr, 484. CI.
Liberati & uxoris inſigne certamen, 484. CXVII.
Libertas Eccleſiaſtica vindicatur a Marciano Imp. 455. XXV.
in libertatem priſtinam vindicatur clerus a Marciano Imperatore, 455. XXV.
Libidinoſi ſunt ſues in cœno obruti, 493. XXXV.
Libido in multa mala homines præcipites agit, 455. II.
Libri canonici qui, pag. 643. XLII.
Libri Fauſti quales, 490. XV.
Librorum delectus ſecernit pretioſum a vili, 494. XIX.
Liciniæ Auguſtæ Numiſma, 461. XVI.
pro Liguria ſupplicat Epiphanius Epiſcopus, 494. XXXVII.
Linguæ ſeu ſermonis potentia, 474. XIX.
Lingua non eſt neceſſaria ad loquendum quando Deo placet, 484. LXXXVII.
Litteras Summi Pontificis amplectitur Veranus Epiſcopus in Gallia, 449. XLI.
Litteras Romani Pontificis amplectitur Salonius Epiſcopus in Gallia, *ibid.*
Litteræ Papæ omni veneratione acceptæ ſunt a Gallia, 449. LX.
Litteræ S. Leonis Papæ non admittuntur a Dioſcoro, 449. LXXVIII.
Litteræ Commendatitiæ clericis neceſſariæ ſunt ad commeandum, 451. LII.
Litterarum brevitas deſideratur, 482. XL.
Litteræ acres Simplicii Papæ ad Acacium, 483. II.
Longinus Zenonis Imp. frater peſſimus, 485. XXVI. Ejus miſerandus exitus, 498. IX.
Longinus Epiſcopus inſignis, 484. VIII.
Lucentius S. Leonis legatus Conſtantinopolim mittitur, 451. VIII. Proteſtatur contra Anatolium, 451. CXLII.
Lucidus presbyter ſubſcribit in Synodo, 490. XXIV. Ejus plena confeſſio, 490. XXVII. Ad eum Fauſti epiſtola de gratia & libero arbitrio, 490. XVIII.
Ludorum expenſæ convertendæ in uſum pauperum, 496. XLVI.
Ludovicus appellatur interdum Clodoveus, 499. XVIII.
Lugdunenſis Synodi Epiſcopi qui, 490. XXV.
Lumen requirere in medio & perſpicuo die, dementia eſt, 452. III.
Lupercalia per Gelaſium Papam Romæ interdicta, 476. IV. Romæ minime retinenda, 496. XXXI. Minime profuerunt, 496. XXXV. In iis quæ agi ſolebant, 496. XXXIX.
Lupus Treceſſis Epiſcopus quæ cum Attila geſſerit, 451. XLI. Attilæ occurrit, 451. XLII. Ejus laudes, 451. XLIV. Ejus ætas in Epiſcopatu, 472. XIV. Quo anno ſit creatus Epiſcopus, 472. XV. Ejus obitus, 479. XIV. Ejus diſcipuli ſanctiſſimi fuerunt, 479. XV. Ejus natale Eccleſia annuatim celebrat, 479. XVI.
Lux e cælo venit S. Remigio, Clodoveo, & Crotildi, 499. XXVII.
Luxus magnus Zenonis Imperatoris, 474. VI.

M

MAcarius legatus Gelaſii Papæ, 494. XVII. S. Macharii monachi Ægyptii faciunt profeſſionem fidei, pag. 641. XXXIII.
Macedonius presbyter eligitur Epiſcopus Conſtantinopolitanus, 491. XXIV. Fuit Orthodoxus, 495. XXIII.
Macula ſemel contracta difficile tollitur, 449. CXL.
Magiſter et doctor totius populi Chriſtiani eſt Papa, 449. LXIII.
Magiſter Eutychetis fuit Maximus hæreticus, 451. XCIV.
Magiſtratus & officia ne vendantur, 481. XXVII.
Magiſtratus interdum ſunt minus benigni quam ſunt hoſtes, 468. XIII.
Magiſtri erroris efficiuntur, qui veritatis non fuerunt diſcipuli, 449. XLV.
Magiſtrorum virtutes a diſcipulis facilius exponuntur, 496. LI.
Majeſtatem Papæ etiam venerati hæretici, 449. CLXIX.
Majorianus creatur Imperator in Occidente, 457. LVI. Ad Senatum de novo Imperio ſcribit, 458. II. Quid de virginibus & viduis conſtituat, 457. IV. Ejus obitus, 460. XXIV.
Majorum bona exempla imitanda, 476. XII.
Mala tria peſſime conſtitute in Synodo Epheſina, 449. CXIII.
Mala moliuntur a Petro Mogo hæretico latente Alexandriæ, 478. XI.
Mala multa orta ſunt ex terræmotu Antiochiæ, 458. XXVII.
Mala curanda ſunt ne innocentes inficiantur, 479. VI.
Mali præſules mala multa egunt, 449. XXVI.
Mali homines a mundi exordio injuria affecerunt, pios & ſanctos, 449. I.
Mali expellendi a Principibus, 494. XI.
Malorum converſatio ſemper fugienda, *ibid.*
Malum inter initia opprimendum, 452. XLIX.
Malefici camelo impoſiti per urbem deduci ſolebant, 452. XXVII.
S. Mamercus Vienneuſis Epiſcopus inſtituit Rogationes, 475. XIII. Suis indicit jejunia & preces, 475. XIV. Invenit duos Sanctos martyres, 475. XV. Erigit novam baſilicam, 475. XX. Frater Claudiani, 490. XXXVII. Ejus obitus, 461. XLI.
Mamertus Epiſcopus Vienneuſis extra Metropolim ſuam Epiſcopum ordinavit, 461. XV. *& ſeq.* Adverſus eundem Hilari Papæ decretum, 464. IV.
Manichæi inventi a Gelaſio expelluntur ab Urbe, 496. LIII.
Manifeſta ſit fidei confeſſio, 494. LXVIII.
Manſuetudo maxime requiritur in Principibus, 489. XVIII.
de Manus exciſione S. Leonis fabella, 461. VIII.
Manus imponantur ab Epiſcopis caute, *ibid.*
Marcianus creatur Imperator, 450. XVII. Ejus primordia, 450. XVIII. In militia ſubrogatur cuidam Auguſto, 450. XIX. Hæreticos

ticos vexavit, 450. XXI. Ad S. Leonem ſcribens ſe commendat ejus orationibus. 450. XX. & ſeq. Ad S. Leonem ſcribit de cogenda Synodo, 450. XXIII. Legatos Leonis grato animo ſuſpicit, *ibid.* Diſſipatam Eccleſiam componit, *ibid.* Anatolii fidem explorat, *ibid.* Exules Epiſcopos revocat, & S. Flaviani corpus Conſtantinopolim transfert, 450. XXIV. Ad eum S. Leo ſcribit ipſum commendando, 451. IV. Agit de Synodo cogenda, *ibid.* Ejus edictum de Synodi indictione, 451. IX. Edictum itidem contra tumultuantes, 451. XXVI. Convocat Nicææ Patres Chalcedonem, 451. XXI. Arbitrio Leonis Papæ vult peragi Concilium, 451. LXX. Concilio ſe ſubmittit omnino, 451. XCVII. Subſcribit etiam contra pragmaticam, 451. CXIII. Ejus Concio ad Synodum pulcherrima, *ibid.* Ei acclamatur Novus Conſtantinus, 451. CXIV. Ejus petitiones in Synodo, 451. CXVI. Auxentium accerſit, & prudenter agit pro Fide Catholica, 451. CLIII. 449. CXX. Quid in idololatras, 451. CLXII. Ejus edictum, ne de fide diſputetur, 452. III. Eutychianos exagitat, 452. V. Ad hæreticos Ægyptios Joannem Decurionem mittit, 452. XXIV. Ejus epiſtola contra monachos hæreticos, 452. XXXIX. Benigne agit cum hæreticis, 452. XLII. Ipſius etiam humanitas erga pravos monachos, 452. XLV. Ejus ſanctio de abolenda lege Theodoſii contra Flavianum, 452. XLVII. Laborat pro reſtitutione Euſebii & Theodoreti, 452. XLVIII. Pœnas conſtituit contra Eutychianos, 452. XLIX. Et adverſus eorum ſcripta, 452. LII. Forum Eccleſiaſticum demptum a Valentiniano reſtituit, *ibid.* Ad eum S. Leo de Paſchali controverſia, 453. XXXV. Ad eum S. Leo de Anatolio ſcribit, 453. V. Ad eum S. Leo pro rebus Alexandrinis, 454. IV. Reſcribit contra hæreticos, 454. V. Ipſius ſanctio contra hæreticos, 454. VII. Ejus ſanctio contra Anatolium, 454. XII. De privilegiis Eccleſiarum, 454. XIII. Ad eum S. Leo ſcribit contra Eutychetem, 454. XVI. Vindicat clerum in priſtinam libertatem, 455. XXV. Abrogat leges latas adverſus clericos, *ibid.* Ejus obitus, 457. I. Ejus dignæ laudes, 457. IV. Ejus numiſma, 457. III. Marciani Oeconomi charitas, 459. XIII. Ejus inſigne miraculum, 459. XV. Incendium ſuperat, 465. VII.

Marciani filii Anthemii rebellio, 482. VIII.

Marcellianus vir admodum probus, 468. XX.

S. Marcellus non vult tradere perfugam, 466. III. Eum comitatur Angelus, 469. IV.

S. Marci Eccleſiæ Alexandriæ, pag. 640. XXV.

Marcus monachus ab hæreſi converſus, 452. XXXVI.

Marc mox reddit corpora Sanctorum, 484. CVII.

Margarita meretrix Pelagia dicta, 452. CXXVII.

Maria Dei parens, 452. CLV.

Mariæ Virgini a Leone Imp. templum erigitur, 457. VI.

Mariæ miraculum de cæco illuminato, *ibid.*

Mariæ veſtis in quo templo ſit collocata, 474. IV.

Marinæ Arcadii filiæ obitus, & ejus laudes, 449. CLXXIII.

pro Maritis debent orare uxores, 455. L.

S. Martini tranſlatio, 482. XLVIII. Ejus baſilica a S. Perpetuo erecta, *ibid.* In ejus baſilica carmen Sidonii, 482. L.

SS. Martyres duo inveniuntur a S. Mamerco, 475. XV.

Martyrius Epiſcopus Antiochenus, 459. XIX. Se abdicat Epiſcopatu Antiocheno, 471. XL.

Martyrius Epiſcopus Hieroſolymitanus, 477. XXI. Ejus legatio ad Zenonem Imperatorem, 477. XXIII. Ejus obitus, 485. XXVIII. Et quantum ſederit, *ibid.* Ab eo dedicata Eccleſia, *ibid.*

Martyrius diaconus legatus Timothei Epiſcopi, 478. X.

Martyrium Severiani Epiſcopi, 452. XXIX.

Martyrium crudele apud Mauros, 456. XIII.

ad Martyrium mater filium confirmat, 484. LXXXII.

ad Martyrium frater fratrem hortatur, *ibid.*

Martyres coronantur juſſu Capſuris Regis Maurorum, 456. XI.

Martyres plures facti in die Paſchatis, 456. XX.

Martyribus interdum non obeſt ignis, 484. CVI.

Matrimonium ratum eſſe non poteſt, nulla admixta copula carnali, 450. XVII. Celebrari poteſt, virginitatem ſervando, 480. XXI.

Matrimonium contractum inter Eudoxiam & Honorichum, 455. XIV.

S. Matthæi Evangelium repertum in pectore S. Barnabæ, 485. XLVI. Tranſlatum in Conſtantinopolim, *ibid.*

Maturum ſit judicium ſacerdotum, 449. VII.

Mauritani ſuſcipiunt Fidem Catholicam, 456. XII. Romam legatos mittunt, *ibid.*

Mauri crudeles in Chriſtianos, 483. LXXXIX.

Maxima virginitatem, & non matrimonium amplectitur, 456. IX. Divinitus liberata, 456. XI.

Maximus Taurinenſis Epiſcopus laudatur, 451. XV. Diu fuit in Epiſcopatu, 465. XXVII. Ejus deſcriptio, 465. XXX.

Maximus hæreticus Eutychetis magiſter, 451. XCIV.

Maximus ſubrogatus Epiſcopus Antiochenus pro Domno, 449. CIII. Ad S. Leonem pro ſua Eccleſia, 453. XXX. Moritur, 456. XXX.

Maximi uxor a Valentiniano violatur, 454. II. Idem quid in Valentinianum molitus, 454. III. Imperium invadit, 455. V. Ejus obitus, 455. VI. Quanto tempore imperaverit, *ibid.* Quando fuerit felix, 455. VIII. Se infelicem novit cum Imperium ſuſcepit, 455. IX.

Maximus monachus martyr, 484. CXI.

Maximi pueri generoſa confeſſio, 484. CV.

Mediator juſtus non eſt, qui unam partem audit, & alteri nihil reſervat, 449. LXXII.

Medicina ſalutaris ut adhibeatur, diſcutienda eſt profeſſio & perſona decepti, 487. IV.

Medicina eſt correctio, 490. XXVII.

Mediolanenſis Synodus provincialis ſub Leone, 452. XIII.

Mediolanum urbs populoſa ab Attila capta, 452. LV.

Mediolanum ab hoſtibus captum, 489. X.

Megetius Epiſcopus ſubſcribit in Concilio Lugdunenſi, 490. XIV.

Membra Chriſti ſunt reliquiæ Sanctorum, 490. XLII.

Mendacia dicuntur in libro de Romanis Pontificibus, 484. XXI.

Mendacium cedit fulgori veritatis, 449. III.

Mendacium quærit, qui poſt veritatem repertam aliquid ulterius diſcutit, 452. III.

Mendacium obtegitur, multis velamentis, 451. CXLIV.

Mendacia & doli hæreticorum deteguntur, 449. VIII.

Mendacia & doli Eutychetis deteguntur, 449. IX.

Mendacia facile convincuntur, 493. VIII.

Mendici eleemoſynis ſunt ſublevandi, 475. XXXIV.

Mens elata Acacii coercetur a Simplicio Papa, 479. X.

Me-

Metenſis civitas comburitur, 451. XXIX.
S. Michaelis Archangeli apparitio in Gargano monte, 493. XLIII. Ejus cultus Romæ, 473. XLIV. Ejus Eccleſia Alexandriæ, p. 640. XXV.
Miles Chriſti columna eſt immobilis, 456. XXVII.
Milites ſacrilegi puniendi, 489. XVIII.
Miracula falſa ſtruuntur ab hæreticis, 484. LXXIII.
Miraculum ortum ex epiſtola S. Leonis, 449. XXXIX.
Miraculo vincitur Attila a S. Leone. 452. LVIII.
Miraculum, antequam eligeratur Leo Imperator, 457. V.
Miraculum inſigne Marciani de eleemoſyna, 495. XV.
Miraculum magnum detegitur a Gennadio, ibid.
Miraculum inſigne S. Servini pro fide, 473. VI.
Miraculum ab Anaſtaſio repræſentatum quadam pictura, 494. LXIII.
Miraculo cereorum Fideles a ſacrilegis diſcernuntur, 473. IX.
Miraculis Fides Catholica non indiget, 451. CXXIII.
Miraculis interdum confirmatur fides, ibid.
Miracula multa editor a Daniele, 476. LIII.
Miraculis obſtupeſcunt homines, 488. XIV.
Miracula ſunt pictura repræſentanda, 494. LXIII.
Miracula coruſcant ex reliquiis S. Euphemiæ, 451. LVIII.
Miracula a Deo multa Arianorum tempore, 494. LXVI.
Miſenus Epiſcopus Legatus Papæ Felicis, 483. XIX. Ejus cauſa tractatur in Concilio Romano, 484. XI. Suſpenditur a ſacerdotali collegio, 484. XXV. In ejus abſolutione Concilium Romanum, 495. V. Ejus cauſa pertractata, 495. XXIV. Abſolutus, 495. XX.
Miſeria magna Alexandrinorum, p. 641. XXXV.
Miſeranda ſolitudo Eccleſiæ, 457. XXVII.
Miſerandus ſtatus Reipublicæ Chriſtianæ, 476. VI.
Miſerantem convenit inclinari ut erigatur jacens 495. XV.
Miſericordia Dei ſuperat culpas delinquentium, 451. XXIII.
Miſericordiæ divinæ remedium nulli denegatur, 495. XVII.
Miſericordia Zenonis in pauperes, 474. IX.
Modeſtia bene conjungitur cum auctoritate, 487. VI.
Modeſtus Epiſcopus Veneticus, 453. LV.
Modus imperandi dicitur a ſervitute, 453. VIII.
Momilius creatur Imperator, 475. I.
ad Monachos quid ſpectet, 451. CXVII.
Monachi vagantes quomodo corrigendi, 453. LIV.
Monachorum eſt doceri, non docere, 451. CLV. 455. XXX.
Monachi Palæſtini, qui Eutychiani, 452. XXVII.
Monachi ne per regiones vagentur, 453. LIV.
Monachorum clauſura perutilis, 471. IV.
Monachorum laudata conſtantia, 484. VIII.
Monachorum ſeptem certamen, 484. CI.
Monachi interdum facti Epiſcopi, 491. XVI.
Monachos miſcebant puellis hæretici, 493. XXXV.
Monachi aliqui apoſtatæ facti ſunt ſceleſtiſſimi hæretici, 452. XXVIII.
Monachorum Ægyptii profeſſio fidei, pag. 641. XXXII.
Monachi Ægypti pauperrimi, pag. 638. XIX.
Monaſterio privatur Eutyches, 451. X.
Monaſteria monachorum de licentia Epiſcoporum conſtruenda, 451. CXVII.
Monaſterium Studitarum erigitur, 459. XVI.
Monaſterium conſtructum in honorem Sancti Severini, 496. L.
Mons Badonicus obſidetur, 477. XXXII.
in Monte Gargano apparitio S. Michaelis Archangeli, 493. XLIII.
Montes intelliguntur Sancti, 453. XLV.
Morbus ſemper medicina reſecandus, 451. XLIX.
Mores pravi ſunt in hæreticis, 485. XXIX.
Mos vetus hæreticorum qualis fuerit, 482. XXXIII.
Mos antiquus Romanorum Pontificum, 492. XXXII.
Motus magni Galliarum, 475. VIII.
Mors Attilæ, & qualis, 454. XXIII.
Mors Aetii & ejus Conſulatus, 454. I.
Mors Anaſtaſii Papæ, 489. 3.
Mors Anatolii Epiſcopi Conſtantinopolitani, 458. XXXI.
Mors Anthemii Imperatoris, 472. IX.
Mors Aſparis & filiorum, 470. II.
Mors Acacii Epiſcopi Conſtantinopolitani, 488. I.
Mors Alboſledis ſororis Clodovei, 499. XXI.
Mors Childerici Regis Francorum, 484. CXXXI.
Mors Dioſcori Epiſcopi, 451. CLX.
Mors Danielis Stylitæ, 489. IV.
Mors S. Euthymii Archimandritæ, 472. VIII.
Mors Eudociæ Auguſtæ, 460. XXII.
Mors Evarici Regis, 484. CXXX.
Mors Eudociæ Junioris, 471. XXXVIII.
Mors Epiphanii Epiſcopi, 496. LIX.
Mors S. Eugenii, 495. XXVI.
Mors Gallæ Placidiæ Auguſtæ, 449. CLXVII.
Mors Genſerici, 476. LXIX.
Mors Geraſimi anachoretæ, 475. XLIII.
Mors Hunerici portentoſa, 484. CXXV.
Mors Hilari Papæ, 467. IV.
Mors Juvenalis Epiſcopi, 457. LVII.
Mors Leonis Imperatoris, 474. I.
Mors Majoriani Imperatoris, 461. I.
Mors Marinæ Arcadii filiæ, 449. CLXXIII.
Mors Mamerci Viennenſis Epiſcopi, 490. XLI.
Mors Marciani Imperatoris, 457. 3.
Mors Odoacris Regis, 493. II.
Mors Regis Hunnorum, 468. XXVI.
Mors Proſperi Epiſcopi Regienſis, 466. XIV.
Mors Petri Fullonis, 486. III.
Mors Petri Mongi, 490. XLVIII.
Mors Pelagii Patricii, 490. XLIX.
Mors S. Patricii, 491. XX.
Mors Zenonis Imperatoris, 491. I.
Mors Zoſimi rhetoris, 490. L.
Mors filii Zenonis Imperatoris, 485. XXVIII.
Mors Principum Apoſtolorum uno eodemque die, 494. XX.
Mors S. Leonis Papæ, 462. III.
Mors Felicis Papæ, 492. I.
Mors Gelaſii Papæ, 496. I.
Mors S. Lupi, 479. XIV.
Mors Maximi Imperatoris, 455. VI.
Mors Maximi Epiſcopi Antiocheni, 456. XXIX.
Mors Martyrii Epiſcopi Hieroſolymitani, 485. XX.
Mors S. Pulcheriæ virginis, 453. XVIII.
Mors Severi Imperatoris, 465. XXXI.
Mors Simplicii Papæ, 483. IV.
Mors S. Severini, 482. LIII.
Mors Simeonis Stylitæ, 460. XVIII.
Mors Theodoſii Imperatoris, 450. XV.
Mors Theodorici Triarii, 480. I.
Mors Theodoreti Epiſcopi, 453. XXXII.
Mors Timothei pſeudoepiſcopi Alexandrini, 477. XVI.
Mortis periculum effugit Leo Imperator, 465. XII.
pro Mortuis eſt orandum, 451. LXXXI.
Mortui an a Papa poſſint abſolvi, 495. XVIII.
Mortuus puer a quodam ſancto ſene ſuſcitatur, 484. XCVIII.
Mortuis veniam præſtare an ſit poſſibile, 493. XVIII.
Mortuus non poteſt impetrare abſolutionem, quam vivens nec quæſivit, nec meruit, 494. XXXI.
Mulier ſi vivente viro alteri nupſerit, peccat, 452. LXIV.

Ma-

Mulier quædam Evæ inſtar viro perſuadere conator ut veram fidem amittat, ſed nihil proficit, 456. XXVII.
Mulier Attilam cultro confodiſſe dicitur, 451. XXIII.
Mulier corat, ut proprius vir vivus ſepeliatur, 491. II.
Mulieris inſigne certamen, 484. CXVIII.
a Mundi exordio mali homines affecerunt injuria pios & ſanctos, 449. CX.
Mondus quibus peccatis abondet, 496. CXXXVII.
Muritta reprehendit Helpidiphorum crudelem, 484. CIX.
Murmuratio fugienda, 496. XXX.
Mutatio Acacii io deterius, 478. V.
Mutua loquitur precibus S. Severini, 488. XIII.
Mutus quidam ſine humano auditu fidem didicit, 484. XCII.

N

NAtivitas S. Fulgentii ſub quo Rege fuerit, 490. II.
Navicula Petri in naufragio multorum Epiſcoporum ſervatur incolumis, 449. XCVIII.
Navicula Petri, & ovile Chriſti numqoam peribit, 476. VI.
Neapolim tranſlatum corpus S. Severini, 496. XLIX.
Neapolis abundat reliquiis Sanctorum, *ibid.*
Neceſſitatis tempore neque diſpenſavit cum bigamis S. Leo Papa, 456. XVI.
Neceſſitas fatalis a ſuperſtitioſis inducta, 496. XL.
Negotium Principis, & Senatoris otium non conveniunt, 455. VIII.
Nephalius laborat pro Eccleſia Alexandrina, 484. XXXIX.
Nepos factus Imperator, 474. XI. Ejus legatio ad Gothos, 474. XV.
Neſtorius Phanagoriæ Epiſcopus Catholicus fuit in Concilio Chalcedonenſi, 451. LXV.
in Neſtorianos ſcripta Gelaſii, 496. X.
Neſtoriana peſtis extincta eſt, 483. XLI.
Neſtoriana hæreſis unde ducta, 486. II.
Nicaſius Rhemenſis Epiſcopus ſub Attila martyr, 451. XLIV.
ex Nicæno Concilio etiam primatum ſemper habuit Papa, 451. CXL.
Nicææ primum convenere Epiſcopi poſtea Chalcedonem profecti, 451. XXXI.
Nicænæ Synodi Acta edita tribus tomis a Gelaſio potius ſunt hiſtoria de rebus geſtis in Synodo, 476. LXVII.
Nicæna Synodus nulli ſecunda, 452. X.
Nilus presbyter legatus Timothei ad Simplicium Papam, 478. IX.
Nobilitas non eſt cum vitiis, 494. LIII.
Nomen Acacii aboleodum, 497. III.
Nomen S. Proterii injuſte abraditur, 457. XXII.
Nomen Felicis Papæ delet Acacius, 484. XXXV.
Nomen Papæ delent hæretici, *ibid.*
Nomen Flavitæ ſublatum e Dyptichis, 489. IV.
Nonnus Epiſcopus Pelagiam meretricem convertit, 451. CXXVII.
in Nonnum Epiſcopum exclamat Dæmon *ibid.* Idem plures Saracenos convertit *ibid.*
Nonnus Notarius in Synodo Conſtantinop. 449. XIV.
Nonnus injuſte ſubrogator Epiſcopus pro Iba, 449. CIII.
Notarii quid conſueverint in Synodis, 449. XIV.
Notariorum Dioſcori inſolens factum, 449. LXXIX.
Novatores carpunt doctores in verbis, 496. X. & *ſeq.*
Novatores quid de Communione ſub utraque ſpecie, 496. XX.

Novatores quid de poteſtate Eccleſiaſtica, & politica, 496. XXI.
Novatores inſurgunt in Summum Pontificem, 497. XXIII.
Novitas ſolet abundare inimicis, 471. XIX.
Novis rebus ſemper ſtudet levitas monachorum, 481. XLI.
Numiſma Gallæ Placidiæ, 449. CLXVII.
Numiſma S. Pulcheriæ, 451. XXV.
Numiſma Marciani Imperatoris, 457. II.
Numiſma S. Leonis, 461. XII.
Numiſma Æliæ Flaccillæ, 461. XVII.
Numiſma Æliæ Eudociæ, *ibid.*
Numiſma Liciniæ Eudoxiæ, *ibid.*
Numiſma Leonis Auguſti, 484. V.
Numiſma Auguſtuli, 471. II.

O

in OAſim relegatus Calendioo Epiſcopus, 482. VI.
Obedientia præſtanda Summo Pontifici, etiam ab Imperatore, 454. XXIX.
Obedientia Alexandrinorum erga Romanum Pontificem magna, pag. 635. & *ſeq.*
Obitus. *Vide* Mors.
Obſeſſi a dæmonibus liberantur oratione S. Severini, 496. LII.
Occidentale Imperium ad barbaros devolutum dicitur, 456. XXIX.
Occidentalis Imperator creatur Majorianus, 457. LVI.
Occidentalium Epiſcoporum in Conciliis quæ conſuetudo, 451. XX.
Occiſores ſæpe occiduntur, 455. III.
Occiſores Epiſcoporum indigni ſunt Epiſcopatu, 496. XLVII.
Occiſio S. Proterii, 457. XX.
Occiſio Severi Imperatoris, 465. XXXI.
Occiſio Olybrii Imperatoris, 473. I.
Occiſio Regis Hunnorum, 468. XXVI.
Occulta Dei judicia, ſed ordinata, 476. XXIV.
Occultæ impoſturæ hæreticorum deteguntur, 488. III.
Occultatum venenum hæreticorum tandem detegitur. 453. IV.
Octavia Tungrorum urbs exciditur, 451. XXXVIII.
Odium Acacii univerſam turbat Eccleſiam, 480. XVII.
Odoacer Rex Erulorum vocator in Italiam, 475. III. Viliſſime indutus Rex futurus a S. Severino prædicitur, *ibid.* Regnat in Italia, *ibid.* Licet Arianus eſſet, nihil tamen contra religionem egit, 476. I. Iterum vincit Rugos, 488. VIII. Victus a Theodorico, 490. LIII. Iterum victus, & obſeſſus a Theodorico, & qua morte interemptus, 493. II.
Odor emanans ex reliquiis S. Euphemiæ, 451. LX.
Officium Leonis Imperatoris erga cæcum, 457. IV.
Officia publica vendebantur tempore Zenonis Imperatoris, 485. XXVII.
Officia & magiſtratus ne vendantur, *ibid.*
Olybrius nobilis, doctus, atque pius, 491. I.
Olybrius creatur Imperator, 472. IX. Occiditur, 473. I.
Olympius monachus invehitur in Baſiliscum Imperatorem, 476. LXI.
Olympius Arianus dat pœnas blaſphemiæ, 474. LXI.
Omnipotentia Dei ſola devias voluntates convertit, 495. XIV.
Oneſiphorus Epiſcopus Iconii pugnavit pro S. Flaviano, 449. XCVI. Socius in paſſione Theodoreti, 449. CXXXVIII.
Onoulus Armatorum Comitem interfecit, 477. III.

Opportunitas temporis eſt expectanda, 489. IX.
Orare debent uxores pro conjugibus, 451. L.
Orationibus S. Leonis ſe commendat Marcianus Imperator, 450. XX.
Orationis vis quanta ſit in ſervis Dei, 451. XLI.
Oratione exercitus fugatur, 451. LI.
ad Orationem confugiendum in periculis, 473. IX. & ſeq.
per Orationes S. Danielis Rais clariſſima fœmina filium obtinuit, 476. LX.
Oratione Aniani liberatur Aureliana civitas ab hoſtibus, 451. XLIX.
Oratio prodeſt mortuis, 451. LXXXI.
Oratione S. Severini loquitur mutus, 488. XIII.
Oratio Sidonii pro Arvernenſibus, 475. XI.
Oratio Epiphanii legati ad Anthemium Imp. 471. XXIII. Ad Theodericum Regem, 496. LVIII. Alia Epiphanii ad eumdem, *ibid.* Ad Regem Burgondiæ de captivis redimendis, 494. XLVII.
Oratorium Sanctæ Crucis ad dexteram Baptiſterii Conſtantini, 449. CIX. Sub Stato Papa ſolo æquatum eſt, *ibid.*
Oratorium S. Stephani ſervatum ab incendio, 451. XXXIX.
Orbis vexatur a penuria, & quando, 454. XXXII.
Orbis concionator Simeon Stylita, 460. XVIII.
Ordinatio Dei judicia, licet occulta, 475. XXIV.
Ordinatio interdicta Gaudentio, *ibid.*
Ordinatio Xenatæ Epiſcopi nondum baptizati a Petro Follone, 481. XVI.
de Ordinatione Papæ, 409. IV.
Ordinationes Simplicii Papæ, 483. VIII.
Ordo ſubſcribendi in Conciliis, 451. XVII.
Ordo eſt in judiciis Dei licet occultus, 475. XXIV.
Ordo monachorum S. Benedicti eſt planta nobilis, 494. LXXVIII.
ad Orientium Sidonii epiſtola, 484. CXXXVII.
Orentius poeta Hiſpanus poſtea Epiſcopus, *ibid.*
Oreſtes ordinatur Magiſter militum, 474. XII.
Orientali Eccleſiæ ſolitus ſubvenire Papa, 450. IX.
Orientalis Eccleſiæ quam turpis eſſet facies, 449. CLXX.
pro Orientali Eccleſia epiſtola Theodoreti ad Aſparem Conſulem, 450. XLIV.
pro Orientali Eccleſia ſcribit Theodoretus ad Anatolium Patricium, 450. XL.
Orientalium Epiſcoporum torpor in ſchiſmate, 449. CXVII.
Orientalis Eccleſiæ turpis facies, *ibid.*
Orientalis Eccleſiæ gaudium, 450. XLIX.
Orientales turbæ undique auctæ, 450. XL.
Orientalis Eccleſiæ turbata facies, 485. V.
Orientalis Eccleſiæ miſerandus ſtatus, 492. XLII.
Orientalium Epiſcoporum falſi prætextus, 494. XII.
ad Orientales multas ſcribit epiſtolas Felix Papa, 484. XXI.
ab Oriente recedit Attila in Occidentem, 450. L.
in Oriente conſtituitur Vicarius Apoſtolicus Julianus, 453. LX.
Oriens ob hæreſim diluvio pæne merſus eſt, 485. XXI.
Origo civitatis Venetiarum, 452. LXIII.
Orthodoxi. *Vide*, Catholici.
Oſſa Sanctorum miracula edunt, 484. LXXXVIII.
Otium Senatoris & negotium Principis non conveniunt, 455. IX.
Oza presbyter tulit litteras Theodoreti ad Ibam, 449. CX.

P

PAgani novis edictis exagitantur a Leone Imperatore, 468. XVIII.
ad Palæſtinæ monachos epiſtola S. Leonis, ut convertantur, 453. XIV.
Palladius Epiſcopus Antiochenus, 486. III.
Pallis altaris in camiſias & femoralia impii convertunt, ſed dignas ſolvunt pœnas, 456. VIII.
Pallium geſtare tempore jejunii non licet Epiſcopis, 451. LXIII.
Panſophius Comes tulit litteras S. Leonis ad Flavianum, 449. VII.
Papæ ſubjecti ſunt omnes Epiſcopi, 449. CLXIV. Eſt judex omnium Chriſtianorum, 449. VI. & ſeq. Ad eum ſpectat præficere Epiſcopum in Synodis, *ibid.* Eum Galli Epiſcopi venerantur, 449. XLIII. Ejus litteras amplexati ſunt Galli, 449. LX. Eſt magiſter ac doctor totius populi Chriſtiani, 449. LXIII. Ejus ſumma auctoritas, 449. LXVII. Ad eum ſpectat Synodus indicere & non ad Imperatorem, 449. LXVII. XLV. Ad eum appellant Epiſcopi pro ipſorum defenſione, 449. CXIV. Ejus præconia & laudes, 449. CXVI. De fide & ſacerdotibus judicat, 449. CLVII. Habet claves regni cæleſtis, 449. CLXIII. Ejus majeſtatem hæretici etiam venerantur, 449. CLXIX. Solitus ſubvenire Orientali Eccleſiæ, 450. IX. Eſt caput omnium Eccleſiarum, 450. LXXI. 456. XIV, 483. XX. Semper habuit primatum ex Nicæno Concilio, 451. CXL. Approbat & firmat Concilia, 451. CXLV. Inſcribitur Epiſcopus univerſalis, 451. CLI. Diſpenſat in magnis, 452. XIV. Eſt vindex canonum, 452. XVI. Eum conſulebant Epiſcopi antiquitus, 452. XLV. Epiſcopos conſulebat, 453. XL. Ad eum mittuntur legati pro miniſtris Eccleſiæ Mauritaniæ, 456. XIII. Ei omnia nuntiabantur ab Epiſcopis, 457. XXIII. Ejus natalis celebratur, 465. XVII. Eum quanti fecerint Epiſcopi Hiſpani 465. XXII. Ad eum referendæ Epiſcoporum cauſæ, 465. XXIV. Ad eum ſpectat diſpenſatio contra canones, 465. XXV. Ad eum confugiunt Archimandritæ, 475. XXXIX. Ad eum ſpectat ſolicitudo omnium Eccleſiarum, 478. I. Ad eum ſpectat hæreticos lapſos reſtituere, 478. XVI. Electos Epiſcopos confirmat, 478. IX. Eſt canonum ſervator, 479. III. IX. Ad eum ſpectat confirmare Patriarchas, 484. XIV. Ejus auctoritas, 484. XXVII. 495. XI. Ad eum conveniebant Epiſcopi Italiæ in re gravi, 484. XXVII. In eum inſurgunt hæretici, & ejus nomen delent, 484. XXXIX. Eſt arbiter ſcriptorum omnium, 490. XLVII. Eum quanti fecerint Dardaniæ Epiſcopi, 492. LIV. De tota Eccleſia judicat, 493. XIV. Etiam Patriarchas damnat, *ibid.* Judicat omnia, 493. XX. A nemine vocandus ad judicium, 493. XVII. Ejus auctoritas integra ſub Ariano Rege, 493. XXXV. Ad eum ſpectat admonere Imp. 494. II. Ejus excellentia, 494. V. Ejus potiſſima cura de fide, 494. VIII. Principem locum obtinet, 494. XXI. Captivos redimit, 494. LVII. Ejus primatus, 495. II. Non indiget Synodo, ut judicet, 495. III. Eſt ſupra omne Concilium, *ibid.* Appellatus eſt Chriſtus a Concilio Romano, 495. XI. Dictus Vicarius Chriſti, & Petrus, *ibid.* Mortuos non abſolvit, 495. XVIII. Ei obedire debent Imperatores, 497. V. De ejus ordinatione, 499. IV. Et idem pœnæ contra Pontificatum ambientes, 499. VI. De ejus electione, 497. VIII.

VIII. Ad eum legatio Eccleſiæ Alexandrinæ, pag. 635. I. Appellatus Apoſtolos, & Evangeliſta, pag. 636. VI. Patriarcharum Princeps, Petri ſucceſſor, *ibid.* VII. Ei quantam obedientiam præſtent Alexandrini, *ibid.* Ejus doctrina doctrina Chriſti eſt, pag. 639. XXI. Quæ docet in iis quæ ſunt de fide, non poteſt errare, & eſt velut Evangeliſta, pag. 636. VI. Tenet principatum in univerſum Orbem, pag. 644. LI.

Papiſtas hæretici vocant veros Catholicos, 436. XXIII.

in Paraſceve cur Græce cantetur Triſagion, 491. XL.

Pariſium eſt prima ſedes Franchorum in Gallia, 436. IV.

de Paſchali Cyclo epiſtola S. Leonis ad Marcianum Imperatorem, 453. XXXV.

Paſchatis die plures martyres facti in Africa, 456. XX.

Paſchaſinus S. Leonis legatus Conſtantinopolim, 451. VIII. Scribit ad S. Leonem de Siciliæ clade, 434. XXII.

Paſchaſius Diaconus ad Eugipium de S. Severino, 496. LI. Eſt idem, cujus S. Gregorius recitat miraculum in dialogis, 496. L. Pœnis Purgatorii mancipatus, 498. VIII. Quomodo veniam obtinuit, *ibid.* Mortuus dæmoniacum liberavit, *ibid.*

Paſinicus Eccleſiam Dei conturbat, 491. XVII.

Paſtorale faſtigium indignis non eſt credendum, 456. XVI.

Pater benignus horreſcit caſtigatione filiorum, 483. XLIII.

Patris monita qui non audit, tyrannum interdum experiri cogitur, 495. XXI.

Pati pro Domino, gratia eſt maxima, 430. XXXVI.

S. Patiens Epiſcopus Lugdunenſis, 475. XXX. Eum reveritus Evaricus Rex, *ibid.* Ejus munifica largitas *ibid.* Hæreticos convertit, 475. XXXII. Civitates ab ipſo ſublevatæ, 473. XXXIII.

Patientia virginum ſacrarum, 483. LXXXII.

Patriarcha Alexandrinus legationem mittit ad Apoſtolicam Sedem, pag. 635. I.

Patriarchæ interdum damnati ab Apoſtolica Sede, 493. XIV.

Patriarchalium ſedium prærogativa, 494. XXI.

S. Patritii obitus, 491. XX.

Paulo Epiſcopo quid oſtenſum de futura clade Africæ, 481. VI.

Paulus Epiſcopus ſubſcribit cum aliis epiſtolæ Fauſti ad Lucidum, 490. XXIV.

in Pauperem charitas magna Marciani Oeconomi, 449. XIII.

Pauperes opprimuntur a potentioribus, 468. XVI. Rediguntur in ſervitutem, *ibid.*

Pauperes ſublevandi expenſis ludorum, 496. XLVI.

Pauperes eleemoſynis ſublevandi, 463. XXXV. 499. XXXII.

Pauperibus bona Eccleſiaſtica diſtribuenda, 494. XXIV.

Pauperum nutritor Ecdicius, 473. XXXIV.

Paupertas eſt præponenda divitiis plenis curarum, 449. CIX.

Paupertas magna Theodoreti, 449. CXXII.

Paupertas magna monachorum Ægypti, pag. 639. XX.

Pax Eccleſiæ maxime deſiderata a Theodoreto, 450. XLIV.

Pax defendenda, 449. CLIV.

Pax Eccleſiæ reconciliata a Pulcheria Auguſta, 450. X.

Pax inter Anthemium & Ricimerem, 471. XXIII.

Pax inita ab Evarico Rege cum Nepote Imperatore, 474. XVII.

Pax vera conſequitur juſtitiam, 492. XLIII.

Pax quærenda a Principibus, 493. IV. Laudatur, *ibid.*

Pax vera ubi inveniatur, 494. IX.

Pax vera non eſt ſine charitate, *ibid.*

Pax in Eccleſia ſervanda, 494. XIX.

Pacem concedit Attila Romanis, 452. LVI.

Peccata Fidelium a Deo magis puniuntur, quam infidelium, 431. XXXIX.

Peccata occulta deteguntur. 453. I.

Peccata a Deo puniuntur, 455. XI.

de Peccatorum ſuorum remiſſione quid revelatum S. Leoni, 461. VI.

Peccata vitanda a clericis, 496. XXXII.

Peccata omnium punienda, 496. XXXIII. *& ſeq.*

Peccata omnia emendare non poſſunt Summi Pontifices, 496. XLIV.

Peccata ſacerdotum tegenda, 496. XXXII.

Peccata unius alteri obeſſe non debent, 496. LI.

Peccator bonis operibus divinam retardat iram, 474. X.

Peccatores humiles ſint, 493. VII.

Pecunia excæcat hominem hæreticum, 484. LXVIII.

Pecuniis, an ferro adverſariorum animos inclinemus quid intereſt, 494. XL.

Pelagia meretrix a Nonno Epiſcopo converſa, 431. CXXVII.

Pelagia dicta, quæ prius Margarita cognominabatur, quaſi pelagus divini judicii, *ibid.*

Pelagiani in Dalmatia pullulant, 493. XXIII. Degentes in Piceni provincia, 493. XXVII. Eorum ſententiæ tres, 493. XXXII.

Pelagius Patricius vir præclarus, 490. L. Occiditur a Zenone, 490. XLIX. Ejus juſtæ ad Deum preces, 490. L.

Penſare libra judicii quid ſit, 489. VII.

Penuria vexat Orbem, 454. XXXIII.

Peregrini ab Epiſcopis ſuſcipiendi, 494. XXV.

Peregrinatio S. Servatii, 451. XXXVIII.

Perfidia Archimandritarum hæreticorum, 451. XCIII.

Perfidia hæreticorum, *ibid.*

Perfidia Zenonis magna, 482. XXXIII.

Perfidia Hunerici in omnes, 484. LXVI.

S. Perpetuus Epiſcopus Turonenſis præfuit Concilio Turonenſi, 481. XLIV. Reliquias S. Martini transfert, 482. XLVIII. S. Martino Eccleſiam fabricavit, *ibid.* Præſcribit populo jejunia & vigilias, 482. LII.

Perſecutio Arianorum contra Thomam, 435. XVII.

Perſecutio Evarici Regis Gothorum, 464. I.

Perſecutio Africanæ Eccleſiæ. 485. LI. LXXIX.

Perſecutio Wandalica recrudeſcit, 490. I.

Perſecutionem præcedunt præſagia, 481. III.

Perſecutiones hilari fronte ſuſcipiendæ, 484. CIV.

Pertinacia Dioſcori Epiſcopi, 449. XCVI.

Peſtilentia ſubſequitur famem, 484. CXXIV.

Peſtis Neſtoriana extincta, 483. XLI.

Peſtis orta Romæ, 467. II.

Petitiones Marciani Imp. in Synodo Chalcedonenſi, 451. CXVI.

S. Petri baſilica a Valentiniano & a Galla Placidia Auguſtis humiliter viſitatur, 449. CLVII. CLIX.

S. Petri Eccleſia & ſepulcrum, 461. V.

S. Petri confeſſione ſtabilis fides, 483. LXXI.

Petri navicula ſalvatur incolumis in naufragio multorum Epiſcoporum, 449. XLVIII.

Petrus Altinæ Epiſcopus, 499. XXXIV.

Petrus Chryſologus ſcribit ad Eutychetem, 449. LXXI. Quo anno ex hac vita migravit, 449. LXXII.

Petrus Fullo ſive Cnapheus tumultus excitavit, 471. V. Quid molitus ſit in epiſcopum Antiochenum, 471. III. Sedem Antiochenam invadit, 471. XII. Fugatur, *ibid.* Sedit iterum Antiochiam, 476. XXVIII. Rurſus Epiſcopus Antiochenus, 482. VI. Romæ damnatur, 483. LII. Damnatur in Concilio Conſtantinopolitano & Romano, 483. LIV. *& ſeq.* Ad eum Flacciani epiſtola, 483. LXII. Detegitur Arianus, 483. LXIV. Damnatur a Felice Papa, 483. LXVI. Ab omnibus damnatus, 483.

485. LXVIII. Adverſus Catholicos quæ molitus ſit, 485. V. Nititur contra Concilium Epheſinum, 485. VI. Conatur ſibi ſubiicere ſedem Cypri. *ibid.* Defert Acacio, 485. VII. Refellitur, 485. XII. Ejus temeritas repreſſa divinitus, 485. XXV. Epiſcopum ordinat Xenajam nondum baptizatum, 485. VI. Ejus obitus, 486. III.
Petrus monachus converſus, 452. XXXV.
Petrus Mogus Epiſcopus Alexandrinus intruſus, 477. XX. Diſſipatur, 478. VI. Latens Alexandriæ multa mala molitur, 478. XI. Publicat Zenonis Imperatoris Enoticon, 482. XXXIV. Promovetur in Sedem Alexandrinam, 485. XXXVI. Ejus epiſtola ad Acacium de ficta ejus religione, 482. XXXVIII. Altercatur cum Euphemio, 489. II. Moritur, 490. XLVIII.
Petrus ex Hiberia Epiſcopus Majumæ, 455. XXVII.
Petrus Epiſcopus Metropolis Nicææ, 450. VIII.
Petrus poeta & magiſter Scrinii, 465. V.
Phidus diaconus alumnus S. Euthymii, 477. XXIII. Ei apparet S Euthymius, 477. XXV. Ei multa confert beneficia S. Euthymius, 477. XXVII.
Philippus presbyter Hieronymi auditor librum edidit in Job, 456. XXXI.
Photinus diaconus Theſſalonicenſis legatus ad Anaſtaſium, 497. XVI.
Photius Tyri Epiſcopus ſubſcribit contra Flavianum in Epheſina Synodo, 240. CIII. Conqueritur de jure ſibi diminuto, 451. XCVI.
Phrenetici ſolent medicos velut hoſtes putare, vel lædere, 404. XIX.
Pia vota numquam deſpiciuntur a Chriſto, 480. XI.
in Piceni provinciæ Pelagiani, 403. XXVIII.
Piceni Epiſcopi a Gelaſio reprehenduntur, 493. XXX.
Pictores in pingendis imaginibus ſacris ſinceati, 465. I.
Pictura ſunt repreſentanda miracula, 404. LXIII.
Pietas ſimulatur ab hæreticis, 249. LXXXVIII.
Pietas inſignis Sporatii Comitis laudatur, 449. CXL.
Pietas magnam vim habet, 474. X.
Pii viri non franguntur adverſitatibus, 480. X.
Planta nobilis eſt ordo monachorum S. Benedicti, 476. LXXVIII.
Plantatio nulla eſt niſi a Deo, 476. XXXVIII.
Plato cubicularius igne crematus, 476. XXVII. Ejus mors laudata, & ei ſtatua erigitur. *ibid.*
Pluviæ defectu mira ſterilitas, 484. CXXIII.
Pœnæ contra Eutychianos, 452. XLIX. Et contra eorum ſcripta, 455. LI.
Pœna contra Zenonem ſinentem ſecum degere hæreticos, 475. XLI.
Pœna ſtatuitur a Baſiliſco in profeſſores Concilii Chalcedonenſis, 476. XXXIV.
Pœna Zenonis Imp. contra ſacrilegos, 479. III.
Pœnæ hæreticorum in Catholicos ſtatutæ, 484. LXVI.
Pœna continuata fit intolerabilis, 490. IV.
Pœna Olympii Ariani, 474. LXI.
Pœna in appetentes Pontificatum, 499. VI.
Pœnis Purgatorii mancipatus Paſchaſius, 498. VI.
Pœnitentia Theodoſii Imperatoris, 450. XII.
Pœnitentiæ locus omnibus patere debet, qui converſi errorem ſuum fatentur, 453. LIV.
Pœnitentia iram Dei avertit, 454. XXXIX.
Pœnitentiam ſimulant hæretici, 458. XIV.
Pœnitentia hæreticorum ſuſpecta, 488. VI.
Pœnitentes hæretici perſæpe Romam veniebant, 451. XXI.
Pœnitentes Romam confugiunt, 487. III.
De Pœnitentibus decreta, 487. V.
Politicam poteſtatem etiam habent Epiſcopi, 496. XXVI.
Polychronius Epiſcopus Virdunenſis ſanctus, 479. XV.
Pomerius rhetor magiſter Cæſarii, 453. XLVII.
Pontifex. *Vide*, Epiſcopus.
Pontifex Summus. *Vide*, Papa.
Pontificum aures falſis ſubinde accuſationibus replentur, 464. VIII.
Pontifices non omnia emendare poſſunt, 496. XLIV.
Pontificatus nequaquam ambiendus, 499. VI.
in Pontificatum ambientes pœna, *ibid.*
Pontificum poteſtas etiam in ſæcularibus rebus, 496. XXVI.
in Ponto ingens terræmotus, 499. XIII.
Populus exclamat in Arianos, 470. III.
Populus ducatur ab Epiſcopis, & non Epiſcopi ſequantur populum, 492. XXIV.
Populi ſtudia & factiones multa poſſunt, 452. XXI.
Populi falſo ſemper ſe excuſant, 494. XIII.
Populi in rebus juſtis ſub ditione tuendi, *ibid.*
Populo præſcribuntur jejunia & vigiliæ a S. perpetuo, 482. LII.
Porcarius Abbas inſignis, 453. XLIII.
Portentoſus obitus Hunerici, 484. CXXV.
Portæ occluſæ ſponte aperiuntur adventu Sanctæ Genovefæ, 456. VI.
Potentiæ humanæ non innititur Eccleſia, 483. VII.
Potentiores opprimunt pauperes, 468. XVII.
Potentior auro eſt prudentia, 489. VI.
Poteſtas politica etiam eſt apud Epiſcopos, 496. XXIII. XXVIII.
de Poteſtate Eccleſiaſtica quomodo accipienda verba Gelaſii Papæ, 496. XIII.
Præconia & laudes Summi Pontificis, 449. CXVI.
Prædeceſſores Pontifices non omnia emendare potuerunt, 490. XVII.
Prædeſtinati hæretici qui, *ibid.*
Prædicatio verbi Dei ad Epiſcopos ſpectat, 451. CLV.
Prædicationis munus cui committi debeat, 453. XXX.
Prædicatores conſiderandi non qui prædicent, ſed quæ prædicent, 497. XX.
Prædictiones Euthymii de Epiſcopatu Anaſtaſii Hieroſolymitani, 458. XXXV.
Præfectura Zenonis quanto tempore, 471. LI.
Prælia hæreticorum primum contra homines, poſtea contra cælites, 497. XXXIII.
Præmia quæ promittuntur delatoribus in conjurationibus dum eligendus eſt Papa, 499. IX.
Prærogativa Eccleſiarum non ex ſplendore, ſed ex Apoſtolorum ſucceſſione, 451. CXLI.
Præſagia ſæpe præcedunt perſecutionem, 481. V.
Præſules ſi fuerint mali omnia mala agunt 449. XXIV.
Prætextus falſi ſchiſmaticorum, 493. XXXIV.
Præſtantia Eucherii, 480. XVII.
Prævaricatio legatorum Sedis Apoſtolicæ, 484. III.
Pragmatius Epiſcopus ſubſcribit in Concilio Lugdunenſi, 490. XXIV.
Pragmatica ubique cedant canonibus, 451. CIII.
Pravi ſemper fugiendi, 494. XI.
Preces juſtæ Pelagii apud Deum, 490. L.
Preces & jejunia indicantur a S. Mamerco, 475. XII.
Presbiteri ſint ſanctitate inſignes, 480. XII.
in Presbyterum perverſum terribilis ultio, 484. CXLII.
Presbyteris deferendum eſt a diaconis omni humilitate, 453. LIII.
Presbyteris obtemperandum etiam diſcolis, 497. X.
Primariis eccleſiis parcunt barbari Romæ, 455. XIV.

Prin-

Primatum ſemper habuit Papa, etiam ex Concilio Nicæno, 452. CXL.
de Primatu Sedis Apoſtolicæ Gelaſius ad Dardanos, 495. IV.
Primatus cura abjicitur ab Anatolio Epiſcopo Conſtantinopolitano, 455. XV.
Primitiæ etiam filiorum Deo offerendæ, 494. XIII.
Primordia Marciani Imp. quæ, 450. XVIII.
Principes ſi in ſacra jus ſibi arrogent, a Deo poniuntur, 449. XXVII.
Principes & animo regio eſſe debent, & ſacerdotali, 449. IV.
ad Principes non ſpectat Synodos indicere 449. LXVI.
Principis gloria in eo maxima eſt, ſi erroris germina nulla exurgant, 440. LXIV.
Principes quid reſpondere debeant hæreticis, cum eorum libellis interpellantur, 451. XCV.
Principis animum, licet pium conſiliarii impii in præceps agant, 450. XXXVII.
Principes interdum leni manu reprehendendi, 449. XXXVI.
Principes non judicent Eccleſiaſticos, 451. XCI. Non ſe intromittant in Eccleſiaſticis, 451. XCV.
Principum leges ceſſant, ubi ſunt canones Eccleſiaſtici, 451. XCIX.
Principes Eccleſiaſticum jus ſervent, alioquin a Deo poniuntur, 452. LII.
Principes fruſtra in Eccleſiam inſurgunt, 452. LIX.
Principes perſæpe infelices, 455. IX. & ſeq.
Principis negotium, & Senatoris otium non conveniunt, 455. IX.
a Principibus quæ ſint prima fundamenta jacienda, 457. X.
Principes nullo modo audiant hæreticos, 457. XLVII.
Principes exterminent hæreticos, 458. XXIV.
Principes pro Eccleſiis agant, cum deſunt Epiſcopi, 457. XLIV.
Principes verbera experiuntur ob violata jura Eccleſiaſtica, 470. IV. Inflicta verbera diſſimulant, & merito gravioribus affliguntur, ibid.
Principes venerentur Dei Sanctos, 473. VI.
Principibus perſæpe obſunt propinqui, 474. II.
Princeps perſolvens debita ſui prædeceſſoris facit ut ſecurius ſibi ab aliis impendatur, 474. XIII.
Princeps divinam obſervantiam ante oculos habere debet, ſine qua nihil boni fit, 476. XIV.
Principe palam malo fit ut alii ſibi ſimiles detegantur, 475. XXXVIII.
Principes aliqui inconſtantes propter deſiderium regnandi, 476. LXV. 478. VIII.
Principes canones Eccleſiaſticos ſervent, 479. VIII.
Principes inconſulte tranſigunt cum hæreticis, 482. XLIII.
Principes interdum maxime mites ſint, 489. XVIII. Puniant ſacrilegos, ibid.
Principes mali quam diu tolerentur, 490. LI.
Principes ſæpe in principio regnandi boni appareant, 491. X.
Princeps caput populi, 469. LXVIII.
Principes perſæpe avari, 491. XIII.
Principum falſi prætextus, 493. XXXVII.
ſub Principibus Orthodoxis interdum ingemiſcit Eccleſia, 495. XXXIX.
Principes admonendi a Summo Pontifice, 494. III. Quærant pacem in Eccleſia, & quomodo, 494. IX. Expellant malos, 494. XI.
Principum captanda benevolentia, 494. VI.
Principum eſt cum virtutibus amare famam, 496. LIX.
Principes venerantur litteris Papam recenter creatum, 483. XXVII. 480. XVII.
Principes Symmachi Papæ tempore omnes infideles, 495. XVI.
Principes ſequuntur populi, 499. XX.
S. Principius Epiſcopus Sueſſionenſis, 463. VII.
Privatio injuſta Domnis Carrhorum Epiſcopi in Synodo Epheſina 449. CIII.
Privatio injuſta Aquilini Epiſcopi in pſeudoconcilio Epheſino facta, ibid.
Privilegium Romanæ Sedis in reſtituendo Epiſcopo in Synodo depoſito, 449. CXXVIII.
Privilegium ille meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, 482. XLIV.
Probus Epiſcopus legatus Simplicii Papæ, 467. XII.
Procacia mira Timothei, 459. XXV. XXIX.
Procacia mira Acvandi, 468. VIII.
Proceſſa Neapolitana ab ægritudine liberata in tranſlatione S. Severini, 496. L.
Procopius Notarius in Concilio Conſtantinopolitano, 449. XIV.
Procula viduus fruges plurimas occultavit, 454. XXXIII. Reprehenſa a S. Severino ſubvenit fame laborantibus, ibid.
Prodigioſus terræmotus Conſtantinopoli, 477. XIV.
Prodigium de ſerpente circa S. Danielem, 476. LVIII.
Proditio ingens Baſiliſci Ducis exercitus, 468. XXI.
Profeſſio Fidei S. Flaviani, 449. XX.
Profeſſio fidei mittitur a Proterio Epiſcopo Alexandrino ad S. Leonem, 453. XXXIX.
Profeſſio fidei Zenonis erat velata, 482. XXIX.
Profeſſio Fauſti, 496. XXI.
Profeſſio fidei legatorum Patriarchæ Alexandrini, pag. 641. XXXII.
in Profeſſores Concilii Chalcedonenſis ſtatuitur pœna a Baſiliſco Imperatore, 476. XXXIV.
Prohibenda ſpectacula diebus feſtis, 469. VIII.
Prohibitio ne clerici vagantes ſint, 451. CXVIII.
Prolixitas in epiſtolis odioſa, 488. V.
Promiſſiones Domini factæ Apoſtolicæ Sedi, 436. XIV.
Propinqui obſunt Principibus, 474. II.
Propria perdit, qui indebita concupiſcit, 451. XV.
Proprietas vocum interdum negligitur ab auctoribus, 494. LXXV.
S. Proſper Epiſcopus Regienſis moritur, 466. XIV.
Proſperitas aliorum gaudium bonis, malis autem invidiam parit. 490. II.
Proterius ordinatur Epiſcopus Alexandrinus, 451. XIX. Militia ſæculari vallatur, 452. XXI.
Profeſſionem fidei mittit ad S. Leonem, 453. XXVIII. Synodum congregat Orthodoxorum, 453. XXIX. Occiditur, 457. XX. Ejus nomen abraditur ab impio Timotheo, 457. XXII.
Protogenes factus Conſul & quando, 449. I.
Providentia Dei ſuis ſemper neceſſarium præſtat auxilium, 449. CXLVIII.
Providentia Dei gubernatur ejus Eccleſia, 476. XLVII. 499. XIV.
Providentia Dei in ſublevanda Eccleſia, 484. CXXXV.
Providentia divina non patitur diu latere ſcelera, 488. III.
Prudentia quam potentior ſit auro, 489. VIII.
Prudentia eſt expectare opportunitatem temporis, 489. VII.
Prudentior ſit Zeno Imperator pro Fide Catholica, 477. XI.
Publicatur Enoticon Zenonis a Petro Moggo, 482. XXXIV.
Puellæ educantur cum timore, 474. XIV.
Pueri generoſa confeſſio, 484. CV.
Pugna leonis cum dracone, 459. VI.
Pugna Theodorici pro Zenone, 482. X.
Pugna Victoriæ Culuſitanæ, 484. LXXXIV.

Ad S. Pulcheriam Auguſtam S. Leo ſcribit quod non poſſit ire ad Epheſinam Synodum, 449. XXXII. Ad eam S. Leo pro Catholica Fide, 449. LXIV. Ei S. Leo legatos commendat, 449. LXVIII. Ad eam S. Leo, quod quæ fiunt vi, Apoſtolicis conſtitutionibus non præjudicant, 449. XCVIII. Ad eam Hilarius S. R. E. Cardinalis ſcribit contra Epheſinam Synodum, 449. CXLV. Ad eam Galla Placidia pro defenſione fidei, & Romani Pontificis. 449. CLIX. Reconciliatrix pacis Eccleſiæ, 450 I. Virginitatem Deo vovit, 450. XVII. Nupta Marciano virginitatem ſervat, *ibid.* Scribit ad S. Leonem pro Eccleſiæ tranquillitate, 450. XXV. Ad Strategium contra tumultuantes. 451. XXVIII. Ad eam S. Leo contra Anatolium, 455. XVIII. Scribit ad Baſſam pro Fide Catholica, 453. XVII. Ejus Fidei Catholicæ aſſertio, 453. XVIII. Ejus obitus in virginitate, 453. X. Quas baſilicas erexerit, 453. XXII. Ejus ſpectata virtus, 453. XXIV. Ejus numiſma, 453. XXV.
Pullulatio Pelagianorum in Dalmatia. 401. XXIII.
Pulvere fruſtra quis dealbatur, 482. LXIII.
Pulveris excuſſio e pedibus facta a Daniele, 476. LIV.
Purgatorii pœnis mancipatur Paſchaſius, 498. VIII.

Q

QUatuor Concilia velut quatuor Evangelia habenda ſunt, 404. XXI.
Quæſtiones impias diabolus excitat, quæ removendæ ſunt ab Eccleſia Dei, 451. VII.
Querela de Timotheo olim monacho, 457. XIV.
Querelæ Anaſtaſii Imperatoris injuſtæ contra Gelaſium Papam, 493. VIII.
Querela de Petro Mogo, 482. XV.
Quintianus Epiſcopus Aſculanus Petrum Cnapheum reprehendit, & canones ſtatuit contra ipſum, 483. LVII.

R

RAdices vitiorum ſuccidendæ, 491. XIII.
Rais clariſſima femina filium obtinet per Danielis orationes, 476. LVI.
Ranis in cœno merſis hæretici comparantur, 493. XXXI.
Ratio reddenda ſacerdotibus pro populo, 492. XXIV.
Rationem unuſquiſque reddere debet de ſeipſo, 496. XLV.
Ravennatis Eccleſiæ privilegia a Summo Pontifice, & non a Valentiniano Imp. 482. LX.
Ravennius Arelatenſis Epiſcopus, 449. LX. A S. Leone Papa laudatur, 450. LIII. Accipit literas ab eodem Pontifice, 449. LXII.
Rebaptizabant omnes Ariani, 484. CXV.
Rebellio Marciani filii Anthemii, 482. VIII.
Reconciliatrix Eccleſiæ fuit Pulcheria Auguſta, 450. X.
Redemptio captivorum quomodo fieri debeat, 494. XLI.
Reges dominantur hominibus, deſideria vero dominandi dominantur Regibus, 455. VII.
Reges obedientes ſervis Dei quæ bona conſequantur, 473. V.
Rex quæ conſiderare debeat, 494. XVIII.
Reginæ digna ſententia de filio mortuo, 494. XXXI.
Regnum Toriſmundi quanto tempore duraverit, 452. LI.
Relaxatio captivorum facta a Godeciſclo, 494. LIV.
Relegatus Godagiſus ab Hunerico, 481. XII.
Religio ficta Petri Mogi, 492. XXXVII.
Religio primo colenda, 494. LXXX.
Reliquiæ S. Euphemiæ ubi repoſitæ, 451. LVIII. Ex ejus reliquiis coruſcant miracula, *ibid.*
Reliquiæ S. Ferreoli inventæ, 475. XXI. Et quomodo corpus integrum, & veſtimenta illæſa, *ibid.*
Reliquiæ Sanctorum venerandæ, 451. LVIII. Inde multa miracula, *ibid.*
de Reliquiis ingens miraculum, 461. IV.
Reliquiæ Sanctorum illæſæ ſervantur in terræmotu, 409. XIII.
Reliquiæ Sanctorum venerandæ ut membra Chriſti, 490. XLVI.
Reliquiæ Sanctorum plurimæ Neapoli, 496. XLIX.
Reliquiæ S. Anaſtaſiæ martyris quando tranſlatæ, 458. XXXVII.
Reliquiæ S. Euſtathii tranſlatæ a Calendione, 482. IV.
Remedium unicum ad expurgandas omnes hæreſes, 454. V.
Remigius creatur Epiſcopus Rhemenſis, 471. XXXIV. Divinum ſignum in ejus electione ad Epiſcopatum, 471. XXXVI. Ejus laudes immenſæ, 471. XXXVII. Suſcepit de ſacro fonte Ludovicum Regem, 484. CXXXIII. Convertit ad fidem Clodoveum Francorum Regem, 499. XX. Clodoveum baptizat, at altee Silveſter, 499. XXI. Erat egregiæ ſcientiæ, *ibid.* Quanta miracula ediderit, 499. XXVII. Francorum Apoſtolus, *ibid.* Eum lux cælitus circumfulſit, 499. XXVIII. Quæ ſibi a Clodoveo donata pauperibus diſtribuerit, 449. XXXIII.
Renatus Cardinalis S. Clementis legatus mittitur ad Epheſinam Synodum, 449. LVII. Ejus & Collegarum legatorum conſtantia, 449. XCIX. Ipſius egregia facta Epheſi, 449. CXXIV.
Reparatus ſubdiaconus ſine lingua loquebatur, 484. LXXXVII.
Reprehenditur Theodoſius Imperator a S. Leone dexteritate, 449. CLIII.
Reprehenditur Anatolius a S. Leone, 452. XIII.
Reprehenditur Acacius a Simplicio Papa, 482. XIII.
Reprehenditur iterum Acacius, 483. II.
Reprehenditur iterum Acacius a Felice Papa, 483. XXII.
Reprehenditur Petrus Cnapheus a Flacciano, 483. LVI.
Reprehenditur Fridericus a S. Severino, 482. LX.
Reprehenditur Hunericus Rex ab Habetdeum Epiſcopo, 484. CXX.
Reprehenditur Joannes Epiſcopus Ravennæ a Simplicio Papa, 482. XLIV.
Reprehenditur Juvenalis a S. Leone, 454. XVIII.
Reprehenditur Rugorum Rex a S. Severino, 473. III.
Repræſentatio miraculorum in pictura laudanda, 494. LXIII.
Reſpublica Chriſtiana in miſerando ſtatu conſtituta, 476. VI.
Reſtitutio Theodoreti in propriam Sedem a Concilio Chalcedonenſi facta, 451. CXXIV.
Reſtitutio textus Juſtinianei Codicis, 454. X.
Reſtitutio fori Eccleſiaſtici dempti a Valentiniano, 452. LII.
Rete hæreticorum oblectationes ſunt, 493. XXXIV.
Revelatio S. Leoni facta de peccatorum remiſſione, 461. VI.
Reverentia Evarici Regis erga S. Patientem, 475. XXX.
Revocanda Eccleſiaſtica diſciplina, 494. XXIII.

Rei

Rei dicuntur non ſolum qui faciunt prava, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, 482. XXII.
Rei non condemnantur a judice, niſi prius fuerint confeſſi aut convicti, 449. CXVIII.
Ricimer quid moliatur in Anthemium, 471. XV. Ab eo dirigitur Legatio ad Anthemium, 471. XVIII. Ejus legatus Epiphanius, 471. XIX. Ejus demerita, 471. XXV. Cum eo & Anthemio firmatur pax, 471. XXVI. Ejus proditione necatur Anthemius, 472. IX. Ejus obitus, *ibid.*
Ritus gentilitii reprehenduntur a Gelaſio, 496. XXVIII.
Rixa inter Zenonem & Marcianum, 482. VIII.
Rogatus monachus martyr, 484. CI.
Rogationes inſtitutæ ſunt a S. Mamerco, 475. XII. Quando ſint inſtitutæ, 475. XIII. Earum uſus ubique diffuſus, *ibid.* Curante Aſcenſionem, 475. XVII.
Romam mittuntur legati a Mauritanis, 456. XII.
Romam ingrediuntur Wandali, 455. XII.
Roma referta omni ſorde hæreticorum ſub barbaris, 483. XV.
Romam confugiunt lapſi, 487. II.
Romæ damnantur Acta pſeudoſynodi Epheſinæ, 449. CXLVII.
Romæ parcunt barbari primariis Eccleſiis, 455. XIII.
Romæ damnatur Petrus Fullo, 483. LII.
Romam venire exoptat Theodoretus, 449. CXXIX.
Romæ peſtis orta, 467. II.
Romam pœnitentiæ cauſa Orientales petunt, 451. XXI.
Romam miſſi legati ab Alexandria, 497. XVI.
Romani dicti Catholici, 456. XXIII. 471. XVIII.
Romanum Concilium ſub Hilaro, 465. XVIII.
Romanum Concilium primum ſub Symmacho Papa, 493. I.
Romana Eccleſia ſemper fulſit, licet ab omnibus Principibus Orbis conculcaretur, 483. VII.
Romana Eccleſia ſemper a Deo cuſtodita, 497. XXVIII.
Romani cur a Gothis victi, 468. XIV.
in Romanos Dei vindicta, & quare, 476. III.
Romana Eccleſia non innititur humanæ potentiæ, 483. VII.
Romanæ Eccleſiæ auctoritas juncta modeſtiæ, 487. VI.
Romana Eccleſia captivos redimit, 494. LVI.
Romani Senatores a Gelaſio reprehenſi, 496. XXIX.
Romanum Imperium collapſum ob gentilitium cultum, 496. XLV.
Romana Eccleſia lapſis ſuccurrere conſuevit, 487. II.
Romanæ Eccleſiæ unio cum Alexandrina, pag. 635. I. *& ſeq.*
in Romano Concilio tractatur cauſa Vitalis Epiſcopi, 484. XI.
Romulus S. Romanæ Eccleſiæ diaconus legatus Papæ Gelaſii, 493. XXIX.
Rugorum Rex quid cum S. Severino, 473. III. Reprehenditur a S. Severino, 482. LVIII.
Rugi vincuntur ab Odoacre, 488. IX. Sunt Gothis truciores, 489. IX.
Ruina præcedentium poſteros docet, 494. XXXVI.
Ruſticius Lugdunenſis Epiſcopus, 494. XLV.
Ruſticus Epiſcopus Narbonenſis, 449. LX.
Ruſticus Epiſcopus in Concilio Chalcedonenſi, 451. LXV.
Ruſticus ſubdiaconus martyr in Africa, 484. CI.

S

SAbas presbyter ordinatur, 485. XXII. Falſo accuſatur, & abſolvitur, 485. XXV. Inſtituit, ut Triſagion Græce caneretur, 491. XL.
Sabinianus Parenſis Epiſcopus injuſte damnatur in Epheſina Synodo, 449. CIII. Reſtitutus in Eccleſiam Parenorum, 451. CXXXII.
Sacerdotum Domini maturum debet eſſe judicium, 449. VII.
Sacerdotum delicta, communis eſt turpitudo, 479. IX.
Sacerdotes pro populo, & non populus pro ſacerdotibus rationem reddet, 492. XXIV.
Sacerdotes ſcire debent quod prædicant, 454. XVIII.
de Sacerdotibus & de fide judicium primo ſpectat ad Papam, 440. CLVII.
per Sacerdotes malos ſacramenta miniſtrata tenent, 497. X.
Sacerdotibus etiam dyſcolis obtemperandum, 497. XIV.
Sacerdotalibus indumentis indigent Alexandrini, pag. 640. XXVII.
Sacra laureata nominari ſolebant Imperatorum imagines, 451. LXXXIII.
Sacra profanis ſemper Deus præſtare voluit, 452. LIX.
Sacramenta adminiſtrata per Acacium tenent, 497. X.
in Sacrariis Synodi celebrabantur, 452. LXI.
Sacrarium, quid ſit, 451. LXII.
Sacrarium, & Sanctuarium idem ſignificant, *ibid.*
Sacrilegi milites puniendi, 489. XVIII.
Sæculares nequaquam judicent Epiſcopos, 451. LXXX.
Sæculares poteſtates conatæ ſunt quibuſdam artibus immiſcere ſe in electione Romani Pontificis, 485. XI.
Sæculares ſunt ſub poteſtate Pontificum, 496. XXVI.
Sæculares ne ſe excuſent peccando, quod laici ſint, 496. XXXIV.
in Sæcularibus rebus Pontifices jura habent, 496. XXVI.
Sæculum noſtrum quibus vitiis abundet, 496. XXXVII.
Salluſtius fit Epiſcopus Hieroſolymitanus, 485. XXXV. Commovetur in Sabæ accuſatores, 485. XXIII. Ejus obitus, 492. XXXVI. Quæ geſſerit ante obitum, *ibid.*
Salonius filius S. Eucherii litteras Romani Pontificis veneratur, 449. XLII.
Sanctio Marciani Imperatoris de abolenda lege Theodoſii contra Flavianum, 450. XLVII.
Sanctio Marciani Imperatoris contra hæreticos 454. VII.
Sanctio Marciani contra Anatolium, 454. XII.
Sanctio Leonis Imperatoris pro Fide Catholica, 457. IX.
Sancti laborant pro Fide Catholica, 449. CXLIII.
Sanctos venerentur etiam impii, 451. XLVI.
Sancti afflicti juſſu Capſuris Regis Maurorum, 456. XI.
Sanctorum beneficio aliqui conſecuti ſunt Imperium, 477. IV.
Sancti deridentur a mundanis, 483. XCII.
Sanctorum veneratio maxime prodeſt, 484. CXXXIII.
Sanctis etiam creditur a Paganis, 494. XXXIII.
Sancti ſint presbyteri, 480. XI.
in Sanctos poſt homines ſunt prælia hæreticorum, 497. XXIII.

Sanctorum reliquiæ in terræmotu ſervantur illæſæ, 499. XIII.
Sanctitas ſimulata Eutychetis hæretici, 449. LXXXVIII.
Sanguis S. Euphemiæ replevit Orbem, 415. LIX.
Sanitas ægrotis reddita virtute crucis, 412. XLV.
Satisfactio quærenda ab hæreticis, antequam recipiantur, 482. XVI.
Saturi præclarum certamen, 456. XXXVII. Ejus ſumma conſtantia, *ibid.*
ob Scandalum evitandum propriam ſedem repetebat Theodoretus, 449. CXXI.
Scelera hæreticorum quæ, 412. XXXII.
Scelera & facinora Dioſcori leguntur in Concilio Chalcedonenſi, 451. LXXXI.
Schiſma inter Orientales & Romanum Pontificem, 491. XXIX.
Schiſma poſt Anaſtaſii Papæ mortem, 497. XXXVIII.
Schiſma partim tollitur per Theodoricum Regem, *ibid.*
Schiſma ambiguitate perplexum, 497. XXXIX.
Schiſmaticorum falſi prætextus, 494. XVI.
Schiſmatici viſitatorem petunt, 490. XXXIV.
Scripta Theodoreti a Theodoſio injuſte damnata, 449. CXXIX.
Scripta Theodoreti igni tradi mandantur, 449. CXXXIV.
Scripta ſuppoſita Gelaſii Papæ nomine, 496. V.
Scripta Gennadii diriguntur ad Gelaſium, 490. XLIV.
Scripta S. Honorati probata, 490. XLIII.
Scripta Fauſti celebrantur, 490. XI. Quæ tamen minime ſunt tuta, 490. XIII.
Scriptores plures contra Eutychianos, 452. VI.
Scriptures omnes ſunt ſub arbitrio Papæ, 490. XLVII.
Scripturæ divinæ non alio modo intelligendæ ſunt, quam docuerunt Apoſtoli & Patres, 415. VII.
Secretarium in baſilica S. Euphemiæ quale fuerit, 451. LXI.
Sedes propria Epiſcopalis repetitur a Theodoreto ob ſcandalum evitandum, 449. CXXI.
Sedes Alexandrina prima poſt Romanam, 494. XX.
Sedes Antiochena ſecunda poſt Romanam, *ibid.*
Sedes Apoſtolica. *Vide*, Papa.
Sedit Job ſuper ſordes extra civitatem, 483. LXIV.
Seditiones urbium earum ſtatum vocant in dubium, 483. XI.
Senator presbyter S. Leonis legatus, 450. VIII.
Senatores Romani a Gelaſio reprehenſi, 496. XXIX.
Seneca hæreticus ſtupidus, 493. XXXI.
Sententia iniqua in Sanctum Flavianum, 449. XCV.
Sententiæ libellus quomodo redditus Acacio, 484. XXXIV.
Septimus monachus martyr, 484. CI.
Septuagintaſeptem Epiſcopi ſubſcripſere ſententiæ in Acacium latæ, 484. XIII.
Sepulcra Sanctorum a Deo præparantur, 456. XXIV.
Sepulcra duo diſtantia miraculoſe conjuncta, 480. XXI.
de Sepulcro & Eccleſia S. Petri, 461. V.
Sepultus eſt vivus Zeno Imperator, 491. I.
Sepultura Danielis Stylitæ, 489. IV.
Sera vindicta magis dira venit, 491. III.
S. Sergii invocatione liberatur ab igne Judæus, 471. XXXIII.
Sermo dulcis & rectus dura corda mollit, 490. IV.
Sermo eſt acutior ferro, 494. LIV.
Seronatus Præfectus ſceleſtiſſimus, 468. XI.
de Serpente circa Danielem prodigium, 476. LVIII.
S. Severini peregrinatio quando, 411. XXXVIII.
Servi Dei ab omnibus laudandi, 449. CX.
Servi evadunt pauperes, 468. XVI.
Servi qui Deo fidem non ſervant, neque hominibus ſervare poſſunt, 494. LVIII.
Servitus docet modum imperandi, 455. VIII.
Servus Suburbitanus dire vexatus, 484. LXXXIII.
Servus Subdiaconus martyr in Africa, 484. CI.
Servus occiditur a Theodorico, quia fidem Deo non ſervavit, 484. LVIII.
Seſſiones Conciliorum aliquando etiam Secretaria dicta, 450. LXI.
Severiani Epiſcopi martyrium, 411. XXX.
S. Severinus maxime humilis, 454. XXVI. Eccleſiæ Noricorum valde proficuus, 454. XXVII. Pœnitentiam prædicat, 454. XXX. Viennenſibus fame laborantibus ſuccurrit, 454. XXXIII. Noricorum Apoſtolus, 473. II. Cum eo quid Rex Rugorum, 473. III. Præmonet Regem de evitandis inſidiis, 473. IV. Contemnitur a Regina, quæ punitur, 472. VI. Eum Regina veneratur, 472. VII. Ejus inſigne miraculum pro fide, 472. IX. Quomodo famem propulſaverit, 475. XXXIV. Prædicit tempus Regis Odoacris, 476. II. Quæ ad Rugorum Regem, & ad Reginam, 482. LVIII. Ante duos annos monſtravit diem quo tranſiturus eſſet e corpore, 482. LVIII. Ejus vaticinatio de futura tranſmigratione, 482. LIX. Quid in fratrem Regis, 482. LX. Ejus obitus, 482. LIII. Ejus corporis tranſlatio, 488. XII. Ejus corporis fragrantia, *ibid.* Ejus precibus mutus loquitur, 488. XIII. Ejus corpus tranſlatum Neapolim, 496. XLIX. Ejus vehiculo liberata femina ab ægritudine, 496. L. Etiam meritis ipſius obſeſſi a dæmonibus curati, *ibid.* Ei ædificatum monaſterium, *ibid.*
Severus Imperator occiditur, 461. XXXI.
de Severi, ſive Severiani Conſulatu, 470. I.
S. Severus Trevirenſis Epiſcopus, 479. XV.
Sicilia a Wandalis deprædatur, 454. XXII.
Sidonius Patricius inſignis epiſtolam ſcribit de ſtatu Maximi Imp. 455. VII. Donatus ſtatua & comnis, 458. I. Creatur Epiſcopus Arvernenſis, 472. XII. Ejus chronologia, 472. XIII. Ejus humilitas, 471. XVIII. Invidiam paſſus, 472. XXII. Ejus epiſtola ad Papianillam, 474. XII. Pro Arvernenſibus orat, 475. VIII. Quid de rogationibus ad S. Mamercum, 478. XII. Ejus epiſtola ad Baſilium de Galliarum ſtatu, 471. XXII. Ejus expoſtulatio adverſus legatos, 478. VII. Ejus juſta reprehenſio de iniqua pacis conditione, 478. IX. Ejus carmen in baſilica S. Martini, 482. L. Ejus epiſtola ad Orentium, in qua ſe excuſat, 484. CXXXVII. Quanto tempore in Epiſcopatu ſederit, *ibid.* Ejus ſcripta, 484. CXXXIX. Quæ paſſus a pravis presbyteris, 484. CXL. Quid diem obiturus, 484. CXCI. Valde celebrat ſcripta Fauſti, 490. XIII. Vi obripuit ſcripta Fauſti, 490. XIV.
Sigiſmundus Rex a S. Avito converſus, 494. LXIX.
Signum divinum apparuit in electione S. Remigii, 471. XXXVI.
Signa tunc potiſſimum fiunt, cum vehementiora inſtant mala, 451. XLV.
Signa actæ victæ in morte piorum cernuntur, 491. III.
Silentium in hæreticos malum eſt, 449. CXXXV.
Silentium affectatum reprehendendum, 483. XXII.
Silvani Epiſcopi cauſa tractatur apud Summum Pontificem, 451. XXXVI.
Silvanus monachus convertitur, 452. XXXVI.
Simeon Stylita contrarius Theodoſio Eutychiano,

no, 451. CLIII. Eudociam Auguſtam convertit, 455. XIX. Ad Baſilium pro fide, 458. XVIII. Ejus obitus, 460. XVII. Ejus Acta, *ibid.* Orbis Concionator, 460. XVIII. Ejus tranſlatio, 465.
Similitudines omnes aliqua in re diſſimiles, 496. XI.
Simoniaca pravitas quæ mala pariat, 496. IX.
in Simoniacos quid ſtatutum ſit, 459. III.
Simplicius Tiburtinus creatur Papa, 467. XI. Reſtitit Leoni Imperatori, 467. XII. Acacio Epiſcopo Conſtantinopolitano reſtitit, 472. VI. Scribit ad Zenonem Imperatorem pro Eccleſia Dei, 476. IX. Scribit ad Acacium pro Eccleſia Dei, 479. XVIII. Ad presbyteros & Archimandritas contra Timotheum, 479. XXII. Ad Zenonem Imperatorem pro vera fide, 477. VI. Ad eum Acacius de Alexandrina Eccleſia, 478. I. Ejus pervigil cura totius Eccleſiæ, 478. V. Ad Acacium pro Eccleſia Alexandrina, 478. VIII. Ad Zenonem Imperatorem pro Alexandrinis, 478. IX. Ad Acacium pro Alexandrina Eccleſia, & contra Petrum Mogum, 478. XIII. Ejus epiſtola ad Zenonem de rebus Antiochenis, 479. V. Ad Acacium de Antiochena Eccleſia, 479. X. Coercere ſtudet elatam mentem Acacii, *ibid.* Ad Acacium de Calendione Epiſcopo Antiocheno, 482. I. Ad Acacium ipſum reprehendendo, 482. XIII. Hortatur Acacium ad meliora, 482. XVII. Arguit Joannem Epiſcopum Ravennatem, 482. XLIV. Eum appellat Joannes Epiſcopus Alexandrinus, 483. I. Redarguit rurſum Acacium, 483. II. Moritur, 483. IV. Quæ fecerit, *ibid.* Eccleſiam S. Andreæ in Eſquilino monte conſecravit, 483. V. Ejus ordinationes, 483. IX. Auxit bona Eccleſiæ, 483. XV.
Simplicius Epiſcopus in Gallia exulat, 475. XXV.
Simplius diſcipulus S. Benedicti, 494. LXXI.
Simulatio magna Eutychianorum, 452. XLI.
Simulatio Zenonis, quod damnaret Eutychianam hæreſim, 482. XXXII.
Sinclitius diaconus legatus ad Gelaſium Papam, 492. VIII.
Societas malorum ſemper fugienda, 494. XI.
Socii perverſitatis perverſi exiſtimandi, 494. IX.
Socordia Acacii ſuſpecta, 476. XXII.
Sol teter apparet, 484. CXXVI.
Solicitudo omnium Eccleſiarum ad Papam pertinet, 478. II.
Solitudo miſeranda aliquarum Eccleſiarum in perſecutionibus, 475. XXVII.
Sorte ſortitur religio inter Epiſcopos, & monachos, 477. XXVIII.
Spectacula vetita diebus feſtis, 469. VIII.
Spes vana hæreticorum, 476. XXXV.
Spes melioris ſtatus eſt ſolamen præſentis miſeriæ, 476. XXIV.
Spes vanæ ac tumor Acacii, 472. V.
Spiritum Sanctum in forma columbæ repræſentari, & minime ipſam columbam eſſe Spiritum Sanctum tenent Chriſtiani, 485. XIX.
in Spiritu cognovit Joannem Silentiarum S. Sabas, 498. X.
Splendor civitatum non dat prærogativam Eccleſiis ſed ſucceſſio Apoſtolorum, 451. CXLI.
Spolia Epiſcoporum rapiebantur a Fiſco Wandalico, 483. LXXX.
Sporatius Comes auxiliatur Theodoreto contra Chryſaphium, 449. CXL. Laudatur ob inſignem pietatem, *ibid.* Ad eum Theodoretus de ejus zelo & animi propenſione, 449. XIV.
Stabilis fit fides confeſſione S. Petri, 483. LXXI.
Statua erigitur Theodorico, 482. X.
de Statu Gallicano epiſtola Sidonii ad Baſilium, 475. XXII.
Status Alexandrinorum miſerrimus, pag. 639. XXXI.

Status miſerandus Reipublicæ Chriſtianæ Arianorum tempore, 476. VI.
S. Stephani oratorium ſervatum in incendio, 451. XXXIX.
Stephanus Epiſcopus Epheſinæ Synodo interfuit, 449. LXXVII. E ſede Epheſina deponitur, 451. XIII.
Stephanus Epiſcopus Antiochenus martyr, 477. II.
Stephanus alter dictus Junior Epiſcopus Antiochenus eligitur, 479. IV. X. Quanto tempore ſederit, 479. XIII.
ad Strategium Pulcheria ſcribit contra tumultuantes, 451. XXVIII.
Studium Simplicii Papæ in coercenda elata mente Acacii, 451. XXVIII.
Studium Eutychetis ut videretur Catholicus, 449. V.
Subrogatio Anatolii in Epiſcopatu Conſtantinopolitano pro Flaviano, 449. CIII.
Subrogatio injuſta Athanaſii Epiſcopi pro Sabiniano, *ibid.*
Subrogatio injuſta Nonni Epiſcopi pro Iba, *ibid.*
Subſcriptio Epiſcoporum in Concilio quo ordine fieri debeat, 452. XVII.
Succeſſio Apoſtolorum dat prærogativam Eccleſiis, & non ſplendor civitatum, 451. CXLI.
Succeſſorem nullus Romanus Pontifex ſibi elegit poſt S. Petrum, 499. IX.
Suevi vincuntur a Theodorico, 456. IV.
Superbia quantum Deo diſpliceat, 497. XI.
Superbiæ reprehenditur Acacius, 483. XXIII.
Superſtitiones gentilitiæ edicto tolluntur, 451. CLX.
Superſtitiones ab Eccleſia tollendæ, 496. XXVIII.
Superſtitioſi a Gelaſio convincuntur, 496. XLI.
Superſtitioſi fatalem neceſſitatem inducunt, 496. XL.
Suſceptio honorifica legatorum Romani Pontificis a Marciano Imperatore, 452. XXIII.
Suſpenditur Vitalis Epiſcopus a Summo Pontifice, 484. XXV.
Syagria ſanctiſſima femina, 494. LIII.
Symbolum novum ſervandum propoſitum Epiſcopis a Zenone Imperatore, 483. XVI.
Symbolum Epheſinum Nicænum, & Conſtantinop. a Chalcedonenſi Concilio confirmatur, 452. CVII.
Symbolum Nicænum quale, 449. LXXXII.
Symmachus creatur Papa, 498. III. In ejus creatione ſchiſma conflatum, *ibid.* Concilium primum Romæ congregat, 499. I. Ejus conſtitutiones contra ambientes Pontificatum, 499. VI. Anaſtaſium Imperatorem admonet, 499. XI. Ejus tempore iterum ſchiſma recrudeſcit, 499. XXXIV.
Synodus Prædatoria, vel Latrocinium Epheſinum, 449. LXXV. ad Synodum Epheſinam quos legatos miſerit S. Leo, 449. XXXVII.

T

TArraconenſes Epiſcopi quid ad Summum Pontificem ſcripſerint, 465. XIX.
Tarſilla Sancta virgo, 492. II. Ad Cælum vocata a S. Felice Papa, 492. III.
Templum Mariæ Virgini erigitur a Leone Imperatore, 457. VI.
in Templo collocatur veſtis B. Mariæ Virginis, 474. IV.
Templum S. Stephani ab Eudocia Auguſta conſtruitur, 460. XXII.
Temerarius conatus & faſtus Acacii, 472. IV.
Temeritas Avitiani ſacrilegi repreſſa divinitus, 482. LXIII.
Temeritas Friderici erga ſacra non remanet impunita, *ibid.*
Temeritas Petri Fullonis divinitus reprimitur, 485. XV.

Tergiverſatio inanis defenſorum Acacii, 485. III.

Terræmotus magnus Antiochiæ, 458. XXVII. Ex quo multa mala, 458. XXIX.

Terræmotus prodigioſus Conſtantinopoli, 477. XIV.

Terræmotus ingens in Ponto, 479. XIII.

in Terræmotu ſervantur reliquiæ Sanctorum, ibid.

Terror S. Eulaliæ cohibuit Theodoricum a deprædatione Emeritenſis urbis, 456. IV.

Theſſalonicenſis Eccleſiæ legati ad Romanum Pont. pro pace, 497. XVII.

Textus Juſtinianei Codicis reſtituitur, 454. X.

Thalaſſius Archiepiſcopus Cæſareæ Cappadociæ vocatus a Theodoſio ad Synodum Epheſinam cum Dioſcoro, 449. XXVI. Interfuit Synodo, 449. LXXVII. Indulgentiam conſequitur in Concilio Chalcedonenſi, 451. XCI.

Thalaſſius Epiſcopus Andegavenſis, 453. LVI.

S. Theclæ beneficio recepit Imperium Zeno Imperator, 477. IV.

Theodoretus Epiſcopus Cyri undique appetitus calumniis, 449. I. Prohibetur ne accedat ad Concilium Epheſinum, 449. XXIV. Ejus litteræ ad Domnum Epiſcopum Antiochenum, 449. XXII. Ad Renatum de ejus conſtantia, 449. XCIX. Ad S. Flavianum ipſum laudando, 449. CX. Ad Ibam ipſum conſolando, 449. CXI. Legatos mittit ad Sedem Apoſtolicam, 449. CXIV. Ipſam appellando pro ſua reſtitutione, 449. CXX. Ejus epiſtola ad S. Leonem, 449. CXV. Ejus præconia de Romana Eccleſia, 449. CXVI. Queritur ſe depoſitum e ſede Epiſcopali, 449. CXVIII. Ejus integra fides & labores, 449. CXIX. Ob ſcandalum ſedem repetit, 449. CXXI. Ejus paupertas, 449. CXXII. Ejus epiſtola ad Renatum, qua ipſum laudat, & ab ipſo auxilium petit, 449. CXXIII. Ad Florentium Epiſcopum ſcribit pro defenſione fidei, ibid. Ad Archidiaconum Romanum pro fidei defenſione & tranquillitate, ibid. Ad Anatolium, ut petat ſibi concedi licentiam Romam veniendi, 449. CXXIX. Ad eumdem, commendando S. Leonis epiſtolam ad Flavianum, 449. CXXX. Ejus ſcripta injuſte a Theodoſio damnata, ibid. Igni tradi mandantur, 449. CXXXIV. Ad Anatolium ſcribit contra hæreticos, 449. CXXXIX. Scribit ad Uranium de reciproco amore in tribulationibus, 449. CXXXVIII. Ad Alexandram ipſi gratias agendo, ibid. Ei Sporatius Comes auxiliatur contra Chryſaphium, 449. CXL. Ei Conſtantinopolitani non omnino credebant, ibid. A ſuſpicione ſe purgat hiſtorica tractatione contra Neſtorium, 449. CXLI. Scribit ad Sporatium Comitem ejus pietatem laudans, 449. CXLII. Ad Joannem Epiſcopum de turpi Orientalis Eccleſiæ facie, 449. CLXX. Ejus epiſtola ad Abundium legatum Sedis Apoſtolicæ 450. XXXI. Ejus fidei confeſſio, 450. XXXIII. Subſcribit epiſtolæ S. Leonis, ibid. Pro eo Vincomalus agit, 450. XXXIII. Ad Vincomalum de injuriis ſibi injuſte illatis, 450. XXXVII. Ad Anatolium Patricium pro fide, & pro Eccleſiæ pace, 450. XL. Ad Aſparem Conſulem pro Orientali Eccleſia, 450. XLIV. Ejus dignæ laudes, 450. XLVI Ejus humilitas, 450. XLVII. Ad Joannem Archimandritam pro Catholica Fide, 450. XLVI. A Synodo Chalcedonenſi admiſſus, 451. LXXI. A Concilio Chalcedonenſi reſtituitur, 451. CXXV. Ad eum S. Leo ſcribit, ut pugnet contra hæreticos, 453. XXXII. Ejus obitus, 458. XXXIII.

Theodoretus alter Junior, 494. LX.

Theodoricus Gothorum Rex vicit Suevos, 456. IV. In Luſitaniam victor ſecedit, ibid. Ab Eulalia martyre territus abſtinet a deprædatione Emeritenſis urbis, ibid. Ejus mores laudati, ibid. Gothorum legiſlator, 468. XII.

Theodoricum perſequitur Hunnericus frater, 481. XI.

Theodoricus Amalus Rex Gothorum a Zenone Imp. vocatur, 483. II. Pugnat pro Zenone, 482. X. Gratus Zenoni, 484. I. Poſtea eidem infeſtus, 487. VII. Quæ tractaverit cum Zenone, 487. VIII. Ejus expeditio adverſus Erulos, 488. VIII. In Italiam venit, 489. VI. Epiphanium Epiſcopum laudat, 489. VIII. Vincit Odoacrem, 493. II. Regnat pro Odoacre, ibid. Odoacrem interimit, ibid. Pacem ab Anaſtaſio Imp. quærit, 493. IV. Pacem ſibi cum omnibus Principibus conciliat, 493. VII. Audeflendam conjugem accipit, ibidem. Rebus politicis moderandis intentus, ibid. Ulciſcitur in Erulorum fautores, 494. LII. Ad eum Laurentii & Epiphanii legatio, 494. XXXIII. Ejus lex adverſus Erulorum fautores, 494. XXXV. Ei dona divinitus præſtita, 494. XXXVI. Veneratur S. Epiphanium, 494. XXXVIII. Agit cum Epiphanio de legatione ad Burgundiæ Regem, 494. XL. Favet Catholicis, 494. LVII. Servum occidit, qui fidem Deo non ſervavit, 494. LVIII. Ad eum poſterior legatio Epiphanii, 496. LVIII. Ad eum Epiphanii oratio, 496. LVIII. Optata concedit Epiphanio, ibid. Schiſma dirimit, 498. V. Eum ſchiſmatici appellant, 499. XXXIV. Romam viſitatorem mittit, 499. XXXV.

Theodulus presbyter, & ſcriptor, 490. IX.

Theodoſio Imp. Eutychetis libellus oblatus, 449. XIII. Ejus epiſtola ad Dioſcorum de Synodo Epheſina, 449. XXII. Dioſcorum in Synodo præficit, ibid. Ei alter libellus ab Eutychete porrectus, 449. XVI. Ad Dioſcorum de Barſuma, 449. XXIX. Ejus epiſtola ad Barſumam, 449. XXX. Sibi jus uſurpat in Synodo, 449. XXVII. Ad eum S. Leo ſcribit ne congreget Concilium Epheſi, 449. XXXIII. Ejus aliæ litteræ, 449. XXXV. Ejus edictum pro pſeudoconcilio Epheſino, 449. CXXXI. Ad eum S. Leo, & Synodus Romana ſcribit contra Epheſinam, 449. CL. A S. Leone reprehenditur magna dexteritate, 449. CLII. Ad eum Valentinianus pro defenſione fidei, & pro Romano Pontifice, 449. CLVII. Ad eum Galla Placidia mater pro Fide Catholica, & S. Leone Summo Pontifice, 449. CLIX. Ejus epiſtola ad Valentinianum, ubi defendit Epheſinam pſeudoſynodum, & contra S. Flavianum, 449. CLXV. Ad S. Leonem pro Anatolio, 450. V. Ejus varia conditio, 450. XI. Ejus pœnitentia, 450. XII. Eudociam conjugem reprehendit, 450. XIII. Moritur, & cauſæ ipſius obitus 450. XV.

Theodoſius Epiſcopus omnium ſceleſtiſſimus, 452. XXVII.

Theodoſius Eutychianus pſeudomonachus, 451. CLIII.

Theopaſchitarum hæreſis inſtauratur, 482. VII.

Thumam perſequuntur Ariani, 455. VI.

Thracias invadunt Bulgari, 499. XII.

Ticinenſis civitatis magna clades, 471. XV.

Ticinenſes quid paſſi a Theodorico, 489. VII. A Rugis victi, 489. IX.

Timotheus Ælurus olim monachus, jam presbyter Alexandrinus quæ tentaverit, 475. XII. De eo querelæ, 457. XIV. Sceleſtus nova tentat, 457. XVI. Intruditur in Sedem Alexandrinam, 457. XVII. Exercet Pontificalia, 457. XXI. Ejus mira protervia, 457. XXV. Indignus judicatur ſacerdotio, 457. XXXVII. Tyrannus Alexandrinæ Eccleſiæ, 457. LII. Expellitur a Leone Imperatore, 460. II. Pœnitentiam ſimulat, 460. III. Ex-

cluditur a ſpe recuperandæ ſedis, 460. VII. Relegatur ab Imperatore, 460. VII. Parricida comparatur Cain, 476. X. Exilio liberatus audacior evadit, 475. XXXVI. Conſtantinopolim venit triumphali pompa, 471. XXXVII. Sceleribus plenus, 476. IX. Proficiſcitur Alexandriam, 476. XLV. Veneno moritur, 477. XVI. Ab eo hæretici Timotheani dicti, 477. XVII. Ejus ſcripta hæretica, 477. XIX.
Timotheus Solofaciolus creatur Epiſcopus Alexandrinus, 460. II. Legatos mittit Romam, 460. IX. Ad eum S. Leo gratulatorias litteras ſcribit, 460. X. Pro eo Simplicius Papa ad Zenonem ſcribit, 478. X. Legatos mittit ad Symplicium Papam, 478. VIII. Legatos ad Zenonem Imperatorem mittit, 478. XVII.
Timotheus diaconus Legatus S. Leonis, 440. XI.
cum Timore educandæ ſunt filiæ, 484. XIV.
Tolerantia hæreſum potius ignaviæ, quam patientiæ tribuenda eſt, 483. XV.
Tonitruo Spiritus Sancti adverſarii concutiuntur, 484. LXXXVIII.
Teriſmundus quanto tempore regnaverit, 411. LI.
Torpor Orientalium Epiſcoporum in ſchiſmate, 449. CLXX.
Tractatione hiſtorica ſe purgat Theodoretus contra Neſtorium, 449. CXLI.
Tranquillitas omni regno eſt deſiderabilis, 493. IV.
Tranſlatio S. Flaviani Epiſcopi & Martyris, 450. XXIV.
Tranſlatio reliquiarum Anaſtaſiæ Martyris, 418. XXXVII.
Tranſlatio S. Simeonis, 465. XXXIV.
Tranſlatio reliquiarum S. Euſtathii, 482. IV.
Tranſlatio S. Martini, 482. XLIX.
Tranſlatio Evangelii S. Matthæi, 458. XIII.
Tranſlatio corporis S. Severini in Italiam, 488. XII.
Tranſlatio corporis S. Severini Neapolim, 496. XLIX. Procuratur a barbara, 496. LVII.
in Tranſlatione Sanctorum perſæpe miracula, 496. L.
Traſamundus regnat in Africa, 491. XXVI.
Tria peſſima mala conſtituta in ſecunda Synodo Epheſina, 449. CXII.
Tribulationes hilari fronte ſuſcipiendæ, 484. CIV.
Tribulatio reddit Eudociam Auguſtam Orthodoxam, 455. XVIII.
in Tribulationibus Eccleſiæ Deus ſuccurrit, pag. 635. II.
Tribulatis Deus præſto eſt, 449. CXXXVIII.
Tribulationibus lætandum, 449. CX.
Tribulatio dat intellectum, 455. VIII.
Tribunal Chriſti expavendum, 492. XXV.
Trina apparitio S. Barnabæ, 485. VIII.
in Trinitatem blaſphemus Olympius Arianus dat pœnas ſui ſceleris, 494. LXI.
Triphon miſſus a Gelaſio ad Epiſcopos Dardaniæ, 492. XXXI.
Triſagion Græce cur cantatur in Paraſceve, 492. XL.
Truculentis hominibus quid accidere ſoleat, 480. XVIII.
Tumor Acacii, & ejus ſpes vana, 472. V.
in Tumultuantes edictum Marciani Imp. 451. XXV.
Tumultuantes ultimo ſupplicio ſubjecti, 451. XXVI.
in Tumultuantes ſcribit Pulcheria Auguſta ad Strategium, 451. XXVIII.
Tumultus excitatur in Illyrico, 455. XXXIII.
Tumultus Alexandrini, 484. XLI.
Tumultus vulgi Conſtantinopolitani, 493. XL.

Turbæ Orientales undique ſuctæ, 484. XL.
Turcarum dominium quam ſit aſperum, pag. 639. XXIV.
Turonenſe Concilium quando, 482. XLII.
in Turonenſi Concilio quot canones, ibid.
Tuſciæ clades, 476. V.
Tyrannus & non Epiſcopus Eccleſiæ Alexandrinæ dictus Timotheus, 457. LII.
Tyrannus concedit jura Eccleſiæ Acacio, 476. LXVII.
Tyriæ diœceſis cauſa tractata in Concilio Chalcedonenſi, 451. XCVI.
ſub Tyriæ civitatis metropoli quæ urbes, ibid.
Tyri Eccleſia in integrum reſtituta, 451. C.

V

VAgatio probibita clericis, 451. CXV.
Valentinianus Auguſtus vim intulit uxori Maximi, 454. III. Ætium occidit, ibid. Occiditur, 455. III.
Valentinianus diſcipulus S. Benedicti, 494. LXXI.
Valerianus Epiſcopus egregius confeſſor, 456. XIX.
Vana ſpes hæreticorum, 474. XXXV.
Vana ſpes ac tumor Acacii, 472. V.
Vaticinatio S. Severini de futura tranſmigratione, 482. LIX.
S. Vedaſtus primus Clodovei catechiſta, 499. XXII. Illuminat cæcum, 499. XXIII.
Veneno moritur Timotheus pſeudoepiſcopus, 477. XVI.
Veneticum Concilium quando, 459. LV.
Venia correctir præſtanda eſt, 454. XIV.
Venia quomodo impetretur a Paſchaſio exiſtente in Purgatorio, 498. VIII.
Venia dari nequit in errore perſiſtenti, 493. XI.
Ventorum impulſibus hinc inde ferri ſolent ſemper hæreſes, 482. XXXVII.
Veranus Epiſcopus Gallus litteras Summi Pontificis amplectitur & veneratur, 449. XLIII.
Verbum Dei prædicandum eſt ab Epiſcopis, 451. CLV.
Verecundia eſt ſervanda, 484. VIII.
Verina Auguſta laudata, 474. V.
Veritas tandem redarguit impoſtorem, 451. XIX.
Veritas ſemper prævalet, 457. XXVIII.
Veritas mendacio validior, 496. XVIII.
Veritas Catholica ſtabilita, 476. XXXVII.
Veritas fidei interdum ex miraculis oſtenditur 484. XLVII.
Veritas quæ non defenditur, opprimitur, 483. XXV.
Veritatis indagatores non metuunt Regum hæreticorum iracundias, 483. LXXII.
Veſtimenta etiam Sanctorum mortuorum inventa ſunt illæſa, 475. XXI.
Veſtis B. Mariæ Virginis in quo templo collocata, 474. IV.
Veſtitus humilis Hieroſolym. Epiſcoporum, 458. XXXVI.
Vetus mos Romanorum Pontificum, 492. XXX.
Vetus mos hæreticorum qualis fuerit, 482. XXXIII.
Vexatur Antiochena Eccleſia ab hæreticis, 479. II.
Vicarius omnium monachorum conſtituitur Barſumas Archimandrita, 449. XXII.
Vicarius S. Leonis in Oriente conſtituitur Julianus, 453. IX.
Victoria obtenta meritis Sancti Severini, 454. XXVII.
Victoria Theodorici de Suevis, 456. IV.
Victoria Ecdicii per invocationem S. Martini, 466. XIII.

Victoria Gothorum contra Romanos, 468. XIV.
Victoria Ætii contra Attilam, 451. LI.
Victoria Theoderici de Odoacre, 490. LIII.
Victoria Clodovei, 499. XVIII.
Victoriæ Culuſitanæ certamen, 484. LXXXIV.
Victor Epiſcopus Mediolanenſis laudatur, 489. XV.
Victor inter ſanctos relatus, 484. CXXVIII.
Victores duo eodem tempore, *ibid.*
Victor Cartennæ Epiſcopus, 456. XVII.
Victor Taurinenſis Epiſcopus, 494. XLIII.
Victor Adrumetinus martyr, 484. LXXXV.
Victorius ſive Victurius Epiſcopus Cenomanenſis, 455. LV.
Victorius Dux Arvernenſis, 480. VI. Cogitur venerari S. Amabilem, 480. XII. Mirifice coluit S. Abraham, 480. XIV. In deterius mutatus, 480. XV.
Vienna Auſtriæ olim dicta Fabiana, 454. XXXIII.
Viennenſibus fame laborantibus ſuccurrit Sanctus Severinus, *ibid.*
Vigiliæ & jejunia præſcribuntur populo a S. Perpetuo, 482. LII.
Vincomalus pro Theodoreto laborat, 450. XXXV. Ad eum Theodoretus ſcribit de injuriis ſibi injuſte illatis, 450. XXXVI.
Vincula martyrum ornamenta ſunt, 484. CVIII.
Vindemialis Epiſcopus inſignis, 484. LXXXII. Fit martyr, 484. LXXXIX.
Vindicta divina in Chariſium presbyterum iniquum, 456. X.
Vindicta Theodoſii Imperatoris contra Chryſaphium, 450. XII.
Vindicta de perverſo presbytero, 484. CXLIV.
Vindicta Theodorici in fautores Erulorum, 494. XXXII.
Virgo Maria. *Vide*, Maria.
Virgines non cogendæ ad ingredienda monaſteria, 458. IV.
Virgines ſacræ, quam dira ſint paſſæ a Wandalis, 483. LXXXII.
Virginitas matrimonio Deo gratior, 456. IX.
Virginitas & non matrimonium a maxima amplectitur, 456. X.
Virginitas ſervari poteſt interdum etiam in matrimonio, 450. XVII. 480. XX.
Vir fortis non dicitur, qui indignatione vincitur, 474. XVIII.
Viri ſæpe tentantur ab uxoribus, 456. XXVIII.
Viros ſuos conſolant feminæ, 452. XXXVIII.
Virtus eximia facit ut de ætate aliquando ratio non habeatur, 472. XXXV.
Virtutes in vitia quomodo vertant mali, 472. XX.
cum Virtutibus diligant famam Principes, 496. LVIII.
Virtus etiam hoſtes ad ſui venerationem compellit, 475. XXX.
Virtutes cum morientibus non pereunt, 452. XLVII.
Vis magna eleemoſynæ, 474. X.
Vis non præjudicat Apoſtolicis conſtitutionibus 449. XCVIII.
Viſio de divino judicio, 484. CXLI.
Viſiones diverſis oſtenſæ ante perſecutionem Africanæ Eccleſiæ, 481. IV.
Viſiones magnæ in Fauſti Eccleſia, 480. III. *& ſeq.*
Vitalis Epiſcopus legatus Papæ Felicis, 485. XIX. Ejus cauſa tractatur in Concilio Romano, 484. X. Suſpenditur a Summo Pontifice, 484. XXV.
Vitia occultata deteguntur, 455. I.
Vitia ille tranſmittit ad poſteros, qui præſentibus culpis indulget, 404. XXXIX.
Vitia hujus ſæculi, 406. XXXVII.
Vitiorum radices ſuccidendæ, 491. XIII.
Ultio Dei maior eſt contra eadem peccata Fidelium, quam infidelium, 452. XL.
Ultio terribilis in perverſum presbyterum, 484. CXLIII.
Unio in Hieroſolymitana Eccleſia, 477. XXIX.
Unitas Chriſti per multa probatur, 449. XLVII.
Unitivum Zenonis Imperatoris, 482. XXV.
Viconius Mauritaniæ Epiſcopus ſcriptor Eccleſiaſticus, 456. XVIII.
Vocum proprietatem negligunt interdum auctores, 496. XII.
Vota pia numquam deſpiciuntur a Chriſto, 489. XI.
Uranius Emeſæ Epiſcopus, 449. CXXXV. Ad eum Theodoretus exclamans contra hæreticos, *ibid.* Ad eum iterum ſcribit Theodoretus, 449. CXXXVI.
Urſicinus Epiſcopus legatus Gelaſii, 492. XXXV.
Wandali Siciliam deprædantur, 414. XXII. Ingrediuntur in Urbem, 455. XI. Pepercere primariis baſilicis Romæ, 455. XIII. Prohibuerunt eligere Epiſcopos, 456. VIII. Eorum incurſio, 465. XXXI. Alexandriam tentant, 463. XXXIII. Ad Eccleſiam confluentes dira paſſi, 481. VII. Prohibentur ne communicent cum Catholicis, 483. XCVII. Eorum Rex Gundabundus, 484. CXXIX. In eo paratur claſſis a Leone Imperatore, 468. XIX.
Wandalicus fiſcus rapit ſpolia Epiſcoporum, 483. LXXX.
Windemirus in Italiam cum exercitu venit, 473. II.
Uxor maximi violatur a Valentiniano, 454. III.
Uxores pro viris ſuis orent, 451. L.

X

XEnajas ordinatur Epiſcopus nondum baptizatus, 485. XVI. Auctor Iconoclaſtarum *ibid.* Imagines Chriſti & Sanctorum deſpexit, 481. XVIII.

Z

ZAcharias hiſtoricus Eutichianus, 476. XLII.
Zenonis præfectura quanto tempore, 461. V. Favet Petro Fulloni, 461. X. Conſeritur eſt Imperium, 474. II. Ejus luxus magnus, 474. VI. Favet hæreticis, *ibid.* Miſericors in pauperes, 474. X. Sinens ſecum degere hæreticos dat pœnas, 475. XIV. Ad eum Imperatorem Simplicius Papa ſcribit pro Eccleſia Dei 476. IX. In eum excitatur Baſiliſcus, 476. XXIII. Ei quid prædictum ſit a Daniele, 476. XXIV. Ad inſtar Nabuchodonoſor engitur exul vivere ex herbis, *ibid.* Armatum Comitem interfici juſſit, 477. III. Recepit Imperium beneficio S. Theclæ, 477. IV. Scribit ad Romanum Pontificem, 477. VI. Ad eum Simplicius Papa pro Fide Catholica, 477. VII. Prudentior agit pro Fide Catholica, 477. XI. Ad eum Martyrii Epiſcopi legatio, 477. XXIII. Ejus impium decretum regnandi cauſa factum, 478. VII. Sacrilegos punit, 470. III. Ad eum Simplicius de Antiochena Eccleſia, 479. V. Ejus opera ſublevatur Eccleſia Carthaginenſis, 480. II. Cum eo Marciani inimicitia, 482. VIII. Pro eo pugnat Theodoricus, 482. X. Rex Gothorum, 482. X. In deterius prolabitur, 482. XI. Ejus epiſtola conciliatrix, 482. XXVI. Ejus fidei velata profeſſio, 482. IX. Explodit Chalcedonenſe Concilium, 481. XXIX. Simulat damnare Eutychianam hæreſim, 481. XXXII. Perfidus ſemper, 482. XXXIII. Ejus Enoticon publicatur, 482. XXXIV. Ad eum Fe-

lix

ſix Papa pro Catholica Fide, 483. XXXI. & ſeq. Ejus prætextus refellitur, 483. XLII. Ab eo quæ præſtanda eſſent, 483. XLIII. Ad eum Felicis Papæ libellus, 483. XLVIII. Ej gratus Theodoricus, 484. I. Ab eo male habiti legati Apoſtolici, 484. II. Male ſe purgat apud Romanum Concilium, 484. VI. Ejus magiſtratus omnes vendebantur, 485. XXVII. Ejus filius male moratus interiit, 485. XXVIII. Cuncta egit Acacii conſilio, 485. XXX. Ei infeſtus Theodoricus, 487. VII. Cum eo & Theodorico quæ finguntur tranſacta, 487. VIII. Ab eo Pelagius Patricius occiditur, 490. XLIX. Ab eo Zoſimus rhetor occiditur, 490. L. De eo quid Leontius, 490. LII. Ejus obitus, 491. I. Vivus ſepultus, *ibid.* Ut hæreticus damnatus, 491. IV.

Zeno Epiſcopus Hiſpalenſis Vicarius Papæ, 482. XLV.

Zenonide Auguſta Baſiliſci uxor, 476. XXIII. Ejus conſuetudo cum Armato Comite, 477. III.

Zona Dei genitricis ubi repoſita, 450. XIV.

Zoſimus rhetor occiditur a Zenone Imperatore, 490. L.

INDEX
CRITICÆ
HISTORICO-CHRONOLOGICÆ
P. ANTONII PAGII
QUÆ HOC TOMO CONTINETUR.

A

Acacius Epiſcopus Conſtantinopolitanus ordinatur, 471. II. Primum locum poſt Romanum Pontificem petit, 472. II. Baſiliſco tyranno reſiſtit, 476. VIII. Improbat Synodum Epheſinam Baſiliſco imperante coactam, *ibid.* XVII. Ab ea Synodo deponitur, *ibid.* XVIII. Conſtantinopoli Synodum contra Petrum Fullonem & alios hæreticos celebrat, 477. XIV. & 478. III. Scribit ad Simplicium Papam ne recipiat dictos hæreticos, 477. XV. Calendionem Epiſcopum Antiochenum Conſtantinopoli ordinat, 482. III. *& ſeqq.* Joannis Talaiæ in Epiſcopum Alexandriæ electionem improbat, *ibidem.* XIX. Petrum Mongum in Sedem Alexandrinam reſtitui curat, *ibidem.* XX. A Felice Papa Romam citatur, 483. IV. Legatos Felicis Papæ in carcerem conjicit, *ibid.* IV. *& ſeqq.* Deponitur a Felice Papa, 484. IV. *& ſeqq.* Cum Petro Fullone palam non communicabat, 485. XXII. Damnatus non eſt tanquam Hæreticus, ſed tanquam Hæreticorum fautor, *ibid.* XXIV. *& ſeq.* Moritur, 488. II.

Acœmeti Monachi unde ſic dicti, & a quo fundati, 459. VI.

ab Adrumetinis Monachis non eſt repetendum initium ſectæ Prædeſtinatianorum, 490. VI.

Ægidius comes Francis regit & moritur, 464. IV. *& ſeq.*

Aetius a Valentiniano Imp. perimitur, 454. II.

in Africa magnus numerus Epiſcoporum tempore perſecutionis Hunerici Regis, 484. XVIII.

Africani quidam Epiſcopi Concilio Chalcedonenſi interſunt, 451. XLIV.

Agrippinus Comes de proditione accuſatur, 464. VII. Ab aliis innocens, ab aliis reus dictus, *ibid.* VIII.

Alanorum regni in Galliis finis, 464. III.

Alaricus Eurici filius patri in regnum Viſigothorum ſuccedit, 484. XXIV.

Alemanni Gallias turbant, 477. XIX. Diverſi a Bajoariis ſeu Boiis, 499. VI.

Alexander Monachus Auctor ſutilis quo tempore vixit, 474. V.

Alexandrina Eccleſia in duas factiones diviſa occaſione Synodi Chalcedonenſis & Henotici Zenonis Imp. 490. XXV.

S. Anaſtaſiæ Eccleſia Conſtantinopoli dedicatur, 419. III. Quo tempore illa dedicatio facta, IV. *& ſeq.* Incendio liberatur, 465. III.

Anaſtaſius II. Papa creatur, 496. VII. Moritur, 498. II. Gratulatur Clodoveo Francorum Regi de baptiſmo ſuſcepto, 499. X.

Anaſtaſius fit Patriarcha Jeroſolymorum, 458. XI. Moritur, 477. XVII.

Anaſtaſius Imperator Zenoni ſuccedit, 492. III. Henoticon Zenonis ſervandum jubet, *ibid.* IV. Miſer ſtatus Eccleſiarum ſub ejus Imperio, *ibid.* V. *& ſeqq.* Chryſargyrum tributum ſuſtulit, *ibid.* XII. Pugnas & venationes cum beſtiis abolet *ibid.* XIII. *& ſeq.* Euphemium Epiſcopum Conſtantinopolitanum in exilium mittit, 495. II. Conſulatum ſecundum ſumit, novumque morem inducit, 497. I. Concilii Chalcedonenſis magnus fuit inimicus, 498. VIII.

Anatolius Conſtantinopolitanus Epiſc. accuſatur quod ſincere ſe non geſſerit in Concilio Epheſino, 451. XXXIII. Defenditur, XXXVIII. XL. XLI. Scribit ad S. Leonem PP. 454. V. Moritur, 458. VIII. In quo ab eo peccatum, IX. Sanam doctrinam profeſſus eſt, X.

Andegavenſe Concilium, 453. XX.

Anglorum adventus in Britanniam epocha, 449. XXI. *& ſeq.*

Anglo-Saxones de Britannia ſibi ſubjicienda conſilium ineunt, 450. XVI. 453. XXI. *& ſeq.* & 454. XIII.

Anthemius fit Imperator Occidentis & illius imagines laureatæ Conſtantinopolim deferuntur, 467. II. Occiditur, 472. IV.

Antiochia ingenti terræmotu concutitur, & quo anno, 458. VI. *& ſeq.*

Apamea Syriæ Metropolis, 477. XI.

Aquarum benedictio in vigilia Epiphaniæ a Petro Fullone inſtituta, 486. III.

Arelatenſe Concilium tertium, 455. XVI.

Arelatenſe Concilium adverſus Prædeſtinatianos, 490. II. *& ſeqq.*

Armorica quo tempore a Britannis occupata, 460. X.

Arvandi Galliarum Præfecti caſus, 468. II.

Arvernum a Viſigothis obſidetur, 466. III. Eis traditur, 474. X. *& ſeq.* & 475. III.

Aſpar cum filiis occiditur, 470. II.

Athanaſius cognomento Celites fit Epiſcopus Alexandrinus, 490. XXIV. Moritur, 497. II. Cum aliis Patriarchis communicavit, *ibid.* III.

Attilæ de bello in Occidente gerendo conſilium, 450. XIII. In Galliam venit, & multi populi pro eo pugnant, 452. XVIII. *& ſeqq.* Certamen init, *ibid.* XXV. Locus certaminis & cæſorum numerus, *ibid.* Victus recedit e Galliis, *ibid.* XXVI. Italiam ingreditur, ſed pacem S. Leoni Papæ concedit, 452. V. Plures urbes devaſtat, *ibid.* VI. Ejus integritas, 454. VIII. Filii ejus interitus, 468. V.

S. Auctoris Epiſcopi Metenſis miraculum, 452. X.

Auguſtalis non fuit Epiſcopus Arelatenſis, 461. II.

Augu-

Auguſtulus ſit Imperator, deponitur, & occiditur, 475. II.

S. Avitus Viennenſis Epiſcopus Gundabodum Burgundionum Regem ad fidem Catholicam perducere tentat, 494. XI.

Avitus ſit Imperator in Galliis, 455. X. Eudoxiæ Auguſtæ libertatem a Geoſerico Vandalorum Rege petit, *ibid.* VI. Non erat Præfectus Prætorio quando dictus eſt Imperator, *ibid.* XI. Agnoſcitur Imperator a Marciano Imp. 456. II. Deponitur, *ibid.* IV. *& ſeq.* Imperii ejus duratio, *ibid.* VI. *& ſeq.*

Aurelius Ambroſius Rex a Britonibus declaratur, 466. VII. Diverſus eſt ab Ambroſio de quo in Vita S. Severini Noricorum Apoſtoli, 477. XVIII. Moritur, 497. V.

S. Auxentius Archimandrita ad Synodum Chalcedonenſem vocatur, 451. LXIV. Ejus Vitæ ſynopſis, *ibid.* LXV.

B

BAjoarii ab Alemannis diverſi, ſed non a Boiis, 490. V. *& ſeq.*

S. Barbaræ Reliquiarum inventio, 485. II.

Baſiliſcus ſit Conſul ſecundum, 476. I. Tyrannidem in Oriente arripit, *ibid.* V. Filium Cæſarem & Auguſtum creat, *ibid.* VI. Timotheum Ælorum & Petrum Fullonem reſtituit, *ibid.* VII. Fugatur a Zenone Imp. 477. IV. Occiditur, *ibid.* V. Imperii ejus duratio, *ibid.* VI.

Baſilius ſuccedit Maximo in Epiſcopatum Antiochenum, 456. XII. Moritur, 458. V.

Baſſianus Epheſiorum Epiſcopus e Sede dejicitur in Concilio Chalcedonenſi, 451. LVI. *& ſeq.* Quo anno dictus fuerit Epiſcopus, & quot annis eam Sedem tenuerit, *ibid.* LVIII. *& ſeq.*

Britanni de imperio Inſulæ cum Saxonibus dimicant, 455. XVIII. Saxones fugant, 456. XIV. Novam Britanniam in Galliis inſtituunt, 460. IX. *& ſeq.* A Saxonibus magis vexantur, 462. XV. In Cambriam ſe recipere coguntur, onde in Saxones irruptiones faciunt, 462. V. *& ſeqq.* Cum Saxonibus pugnant ad Montem Badonicum, 494. XII. *& ſeqq.* Quo anno pugna illa acciderit, *ibid.*

Britannia Minor in Galliis inſtituitur a Britannis, 460. IX. *& ſeq.*

Bulgarorum nomen quo tempore in Oriente primum auditum, 499. IV.

Burgundiæ regnum dilatatur, 456. XIII.

Burgundionum Regum ſucceſſio, 472. VI. Arianam hæreſim ampleſtuntur, *ibid.* VII.

C

CAbades ſit Rex Perſarum, 482. V. Deponitur, 496. V.

Cæſariæ duæ Abbatiſſæ diſtinguendæ, 453. XVIII.

S. Cæſarius Abbas & poſtea Epiſcopus Arelatenſis quo tempore floruerit, 455. XVI. *& ſeq.* Scribit adverſus Fauſtum Regienſem Epiſcopum de gratia & libero arbitrio, 490. II.

Calendio ordinatur Epiſcopus Antiochenus Conſtantinopoli, 482. III. *& ſeq.* X. *& ſeq.* Ab Antiochenis ſuſcipitur, *ibid.* XII. S. Euſtathii Epiſcopi Antiocheni Reliquias transfert, *ibid.* XIII. *& ſeqq.* Ab Epiſcopatu deturbatur, 485. III.

Caſſiodorus a Theodorico Italiæ Rege ad varias dignitates evehitur, 493. III.

Catomus quid ſignificet, 455. VII.

Chalcedonenſe Concilium inchoatur, 451. XXVII. Variæ ejus verſiones, *ibid.* ac XXVIII. *& ſeq.* In Actione V. oritur contentio de fidei formula, 451. XXXII. *& ſeqq.* Actio ſexta quo die habita, *ibid.* XLII. Locus in quo fidei tractatus habitus, *ibid.* XLIII. Actio de Domno Antiocheno Epiſcopo non eſt commentitia, *ibid.* LIV. Finitur Concilium & ab univerſa Eccleſia recipitur, *ibid.* LXIII. Contra illud Monachi in Palæſtina tumultus excitant, 452. III. *& ſeq.*

Childericus filius Merovei patri ſuccedit in regnum Franchorum, 456. VIII. Regnum relinquere cogitur, *ibid.* In illud reſtituitur, 464. VI. Moritur, 484. XXV.

Chlodomerus Clodovei Magni filius naſcitur, 495. IX.

Chriſtianorum perſecutio in Africa continuatur, 456. IX.

Chronicon ſub Lucii Dextri nomine ſuppoſititium, 462. II. Alia quædam Chronica ſuppoſititia, *ibid.*

Chilpericus cum Gundeuco fratre regnat in Burgundia, 456. XIII.

Clerus a Marciano Imp. in priſtinam libertatem reſtituitur, 455. XI.

Clodio filios duos reliquit, 452. XXI.

Clodoveus ſit Rex Franchorum, 484. XXV. Franciæ fines amplificat, 489. IV. Chlotildem uxorem ducit, 494. IX. Cum Alemannis bellum gerit, 490. V. Sed non cum Bajoariis, *ibid.* VI. Is victis baptizatur die Natali Chriſti, *ibid.* IX. Quo anno, *ibid.* X. Clodoveo gratulatur Anaſtaſius Papa de baptiſmo ſuſcepto, *ibid.* Virdunenſibus rebellibus parcit Clodoveus, *ibid.* XIV.

Codex Encyclius continens Epiſtolas ad Leonem Imp. ſcriptas cui anno affigendus, 457. X. *& ſeq.*

Conſtantinopolis incendio iterum conflagrat, 465. II. Terræmotu quaſſatur, 477. IX.

Conſtantinopoli tumultus excitantur, 491. XV.

Conſtantinopolitana Synodus alia contra Eutychen, 449. VI. Tertia contra eumdem, 450. X. *& ſeq.*

Conſtantinopolitana Synodus contra Simoniacos, 459. II.

Conſtantinopolitana Synodus contra Petrum Fullonem & alios hæreticos, 477. XIV. 478. III.

Conſtantinopolitana Synodus altera contra Petrum Fullonem fictitia, 483. VII.

Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ privilegium a Concilio Chalcedonenſi conceſſum, 451. LXII. Improbatur a S. Leone Papa, *ibid.* LXIII.

Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ prava conſuetudo aboletur, 454. VI.

Conſtantinopolitanorum Patriarcharum imagines in Eccleſiis poſitæ, 482. III.

CONSULES.

Fl. Aſturius & Fl. Protogenes,	449.
Valentinianus Aug. VII. & Gennadius Avienus,	450.
Marcianus Aug. & Fl. Adelphius,	451.
Sporatius & Fl. Herculanus,	452.
Vincomalus & Opilio,	453.
Studius & Ætius,	454.
Valentinianus Aug. VIII. & Anthemius,	455.
Varanes & Joannes in Oriente, Avitus Imp. in Occidente,	456.
Conſtantius & Rufus,	457.
Leo Aug. & Julius Majorianus Aug.	458.
Patricius & Fl. Ricimer,	459.
Magnus & Apollonius,	460.
Severinus & Dagalaiphus,	461.
Leo Aug. II. & Vibius Severus Aug.	462.
Fl. Cæcina Baſilius & Vivianus,	463.
Ruſticus & Fl. Anicius Olybrius,	464.
Fl. Baſiliſcus & Hermenericus,	465.

Leo

Leo Aug. III. & Tatianus, 466.
Puſæus & Joannes, 467.
Anthemius Aug. II. ſine Collega, 468.
Zeno & Marcianus, 469.
Severus & Jordanus, 470.
Leo Aug. IV. & Probianus, 471.
Marcianus & Feſtus, 472.
Leo Aug. V. ſine Collega, 473.
Leo Junior Aug. ſine Collega, 474.
Zeno Aug. II. ſine Collega, 475.
Baſiliſcus II. & Armatus, 476.
Anno CCCCLXXVII. nullus Conſul fuit,
Illus ſine Collega, 478.
Zeno Aug. III. ſine Collega, 479.
Baſilius Junior ſine Collega, 480.
Placidus ſine Collega, 481.
Trocondos & Severinus Junior, 482.
Fauſtus abſque Collega, 483.
Theodoricus & Venantius, 484.
Q. Aurelius Memmius Symmachus Junior, 485.
Longinus & Decius, 486.
Boetius abſque Collega, 487.
Dinamius & Fifidias, 488.
Euſebius & Probinus, 489.
Longinus II. Fl. Fauſtus Junior, 490.
Olybrius Junior abſque Collega, 491.
Anaſtaſius Aug. & Ruſus, 492.
Euſebius II. & Albinus Junior, 493.
Turcius Ruſinus Apronianus Aſterius & Præſidius, 494.
Fl. Viator abſque Collega, 495.
Paulus abſque Collega, 496.
Anaſtaſius Aug. II. ſine Collega, 497.
Joannes Scytha & Paulinus Decius, 498.
Joannes Gibbus abſque Collega, 499.
Cyriacus Anachoreta primo ſanctitatis fundamenta jacuit, 465. IV.

D

DAcia a Marciano Imp. Gepidis aſſignatur, 454. IX.
Damaſus Papa non eſt Auctor decreti de libris recipiendis & non recipiendis, 404 V.
Deogratias fit Epiſcopus Carthaginenſis, 452. VIII. Moritur, 455. VII.
Dioſcorus favet Eutycheti, & Synodum in ejus cauſa poſtulat, 449. VII. S. Leonem Papam excommunicat, ibid. XXIII. Depoſitus non eſt in Concilio Chalcedonenſi propter hæreſim, ſed quia in diſciplinam Eccleſiæ peccavit, 451. XXXVIII. & ſeq. Ejus interitus, ibid. LXVI.
Domnus proſcribitur a pſeudo Synodo Epheſina, 449. XI. De Domno in Concilio Chalcedonenſi habita eſt Actio, 451. LIV. Poſt depoſitionem ſeceſſit in eremum, ibid. LV.

E

ECcleſia erga Zenonis Henoticum œconomia uſa eſt, 482. XXIII.
Eccleſiarum Orientis miſer ſtatus ſub Anaſtaſio Imp. 491. V. & ſeqq.
S. Eleutherius Epiſcopus Tornacenſis floret, 497. IV.
Elias fit Epiſcopus Jeroſolymorum, 492. IV. Ejus fides defenditur, 492. VIII. Epiſcopatum ei prædixerat S. Euthymius Abbas, 485. XXVI. Communicat cum Macedonio Conſtantinopolitano Epiſcopo, 495. V.
Elizæi Prophetæ corpus Alexandriam transfertur, 463. V.
Ella primus Rex Auſtralium Saxonum, 491. XX.
Epheſina pſeudo-Synodus convocatur, 449. VIII. Legati Leonis Papæ ibid. IX. & ſeq. Ejus Præſes, ibid. XI. Epiſcopi in ea depoſiti, ibid. & XI. Synodus Romana eam reprobat, ibid. XVI.
Epheſina Synodus in qua Paulus in Epheſi Epiſcopatum reſtitutus a Baſiliſco coacta, & qua de cauſa, 476. XV. & ſeq. Improbatur ab Acacio Conſtantinopolitano, ibid. XVII. Acta in ea, ibid. XVIII. Quo anno celebrata, ibidem. Epheſinæ Eccleſiæ jus Patriarchicum reſtituit, XV. & XVIII.
S. Epiphanius fit Ticinenſis Epiſcopus, 466. VI. Legationem ſuſcipit ad Anthemium Imp. 472. X. A Nepote Imp. in Gallias legatur ad componendam pacem cum Eurico Viſigothorum Rege, 474. VIII. Quo tempore legatio illa obita, ibid. IX. A Theodorico Italiæ Rege ad Burgundiæ Reges legatur, 494. X. Moritur, 496. IX.
Eudocia Jeroſolymam bis profecta eſt, 410. II. & ſeq. Ælia Eudocia dicta, 453. IV. Ad fidem Catholicam redit, 455. IX. Moritur, 460. VII. Scriptis clara fuit, ibid. VIIII.
Eudocia Valentiniani III. filia Honorichum maritum Genſerici Vandalorum Regis filium in Africa relinquit, 471. XI.
Eudoxia Theodoſii Imp. filia in captivitatem cum filiabus a Genſerico Vandalorum in Africa Rege abducitur, 455. V. Ejus & filiarum libertatem Marcianus & Avitus Imperatores petunt, ibid. VI. In libertatem cum Placidia filia aſſeritur, 457. XIV.
S. Eugendus Abbas Jurenſis quo tempore floruerit, 487. IV.
Eugenius fit Epiſcopus Carthaginenſis poſtquam Sedes annos XXIV. Vacaſſet, 480. II. Duo ejus pro fide exilia diſtinguenda, 495. VII. & ſeq. Ejus cultus, ibid. VIII.
Euphemius fit Epiſcopus Conſtantinopolitanus, 488. II. Synodum Chalcedonenſem veneratur, 489. II. In exilium mittitur ab Anaſtaſio Imp. 495. III.
Euricus Arianus occiſo Theodorico fratre fit Rex Viſigothorum, 464. II. Hiſpanias & Gallias aggreditur, 467. V. Pacem cum Romanis facit, 474. VIII. & ſeqq. Catholicos vexat, 475. IV. Provinciam Phocenſem occupat, 477. XX. Fauſtum Regienſem Epiſcopum in exilium mittit, ibid. XXI. & ſeq. Moritur, 484. XXIV.
Euſpicius Abbas Miciacenſis floret, 499. XIV.
S. Euſtathii Epiſcopi Antiocheni Reliquiarum tranſlatio, 482. XIII. & ſeqq.
Euthalius Epiſcopus Sulcenſis floret, 458. XII.
S. Euthymius Abbas moritur, 472. III.
Exocionitæ Ariani erant, 467. IV. Unde ita dicti, ibid.
Expeditio Romanorum in Vandalos Africæ infauſta fuit, 468. III. & ſeqq.

F

FAcundus Hermianenſis Epiſcopus in Zenonis Henoticum & in ipſum Zenonem invehitur, 482. XXIII. & ſeqq.
Fauſtus natus erat in magna Britannia, 477. XXII. Fit Epiſcopus Regienſis, 455. XVII. In exilium mittitur, 477. XXI. Ejus exilii locus, ibid. XXII. Libros duos de gratia & libero arbitrio ſcribit in quibus Auguſtini ſententiam impugnat, 490. III. & ſeq. Doctrina ejus & patria, ibid. XVI. Annus ejus mortis incertus, ibid. XVII. Colitur in Eccleſia Regienſi, ibid.
Felix III. fit Pontifex Romanus, 483. III. Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum Romam citat, ibid. IV. Legatos duos eam in rem Conſtantinopolim mittit qui male habentur, ibid. V. & ſeq. Eos legatos damnat qui Acacio communicaverant, 484. III. Sen-

ten-

tentiam fert in Acacium, *ibid.* IV. *& ſeqq.* Sententiæ datæ tempus, *ibid.* Felicis Papæ Epiſtola ad Archimandritas Cpolis & Bythiniæ quo anno data, *ibid.* XIII. *& ſeqq.* Mittit ſententiam in Acacium, *ibid.* XV. Synodum Romæ celebrat in qua Petrum Fullonem anathematizat, 485. IV. Epiſtolæ tres Græcæ ei adſcriptæ ſunt legitimæ, *ibid.* XXIII. Epiſtola ad Cæſarium Arelatenſem ei falſo adſcripta, 488. IV. Moritur, 492. II.

Felix defenſor Eccleſiæ Romanæ Felicis tertii Papæ de latere Legatus ab Acacio Epiſcopo Conſtantinopolitano in carcerem conjicitur ob denegatam communionem, 484. III.

Fidei prior formula in Concilio Epheſino hæreſim non ſatis jugulabat, 451. XXXIV. *& ſeq.* Hujus formulæ locus reſtituitur, XXXVI.

Flaviſoæ urbis ſitus, 454. XII.

Flavianus alter fit Epiſcopus Antiochenus, 496. VIII.

Flaviani orthodoxia probatur, 491. IX. *& ſeqq.* Scribit ad S. Leonem Papam de Eutyche, 449. IV. Condemnatur in pſeudo Synodo Epheſina, *ibid.* XI. Martyr moritur, *ibid.* XIV.

Flavita fit Epiſcopus Conſtantinopolitanus, & moritur, 488. II.

Frumarius Rex Suevorum moritur, 465. IX.

G

GAlla Placidia Auguſta Valentiniani tertii Imp. mater moritur, 449. XX.

Gallia variis bellis affligitur, 465. X.

Galliarum multæ civitates anno CDLXXX. adhuc a Romanis ſtabant, 480. VI.

Gennadius in Epiſcopatum Conſtantinopolitanum Anatolio ſuccedit, 458. X. Concilium contra Simoniſcos Conſtantinopoli celebrat, 459. I. Moritur, 471. II.

Gennadius ſcribit librum de Scriptoribus Eccleſiaſticis, 490. XX. Scribit librum de Dogmatibus Eccleſiaſticis, *ibid.* XXI. Hic liber interpolatus fuit, *ibid.* XXII. Scribit Appendicem ad Librum S. Auguſtini de Hæreſibus, *ibid.* XXIII. Fuit tantum presbyter Maſſilienſis non Epiſcopus, *ibid.* XXI. XXIII. An fuerit Semipelagianus, *ibid.* XXI.

Gelaſius ordinatur Pontifex Romanus, 492. III. Auctor eſt decreti de libris recipiendis & non recipiendis, 494. II. Id ex Hormiſda Papa probatur, *ibidem* IV. Quo tempore decretum illud edidit, *ibid.* VI. Epiſtula ejus ad Eonium Arelatenſem, non vero ad Cæſarium ſcripta, *ibid.* VIII. Primam Romanam Synodum celebrat in qua Miſenum Eccleſiæ reconciliat, 495. II. Moritur, 496. II. Eſt auctor libri de duabus naturis, *ibid.* III. Sed non breviculi Hiſtoriæ Eutychianiſtarum, *ibid.* IV. Miſſale recognovit, *ibid.* V. S. Severini Noricorum Apoſtoli Reliquias tranſtulit, *ibid.* VI.

S. Genovefa floret, 484. XXVI.

Genſericus Romam obtinet & devaſtat, 455. IV. Orthodoxorum perſecutionem continuat, 456. IX. *& ſeq.* A Romanis victus pacem cum iis facit, 469. III. Moritur, 476. XX.

Gepidæ Ariani erant, 454. IX. Gepidis Dacia aſſignatur, *ibid.*

Gildæ liber de excidio Britanniæ a Beda corruptus, 494. XIII.

Glycerius fit Imperator Occidentis, 473. II. Deponitur, 474. VII. Salonæ Dalmatiæ civitatis Epiſcopus dicitur, *ibid.*

Gothis Pannonia aſſignatur, 454. IX. Ariani erant, *ibid.*

Gothi qui in Thracia confederant legationem ad Zenonem Imp. pro pace mittunt, 480. III. Gothorum hiſtoria elucidatur, 482. III.

Gundabundus ſeu Gundamundus fit Rex Vandalorum in Africa, 484. XIX. & XXIII. Moritur, 495. VI. Catholicis favit, *ibid.*

Gundeucus regnat in Burgundia, 456. XIII. Anno CDLXXII. jam vivere deſierat, 472. VI. Ejus filii, *ibid.* VII.

H

HEngiſtus in regnum Cantii ſublimatur, 456. XIV. Regnum firmat, 457. XVI. Moritur, 489. V.

Henoticum Zenonis ab omnibus piis viris rejicitur, 482. XXI. *& ſeqq.* In illud Facundus Hermianenſis & in ipſum Zenonem invehitur, *ibid.* XXIV. *& ſeq.*

Hibernorum converſio ſoli S. Patricio debetur, 491. XIX.

Hilarus ſuccedit Sancto Leoni Papæ 461. XIV. De ſua creatione monet Epiſcopos, 462. II. Occaſione diei ſuæ natalis Concilium Romæ celebrat, 465. V. *& ſeq.* Moritur, 467. III.

Hiſpalenſis Epiſcopus fit Primas Hiſpaniarum, 482. XXVI.

S. Honoratus Epiſcopus Maſſilienſis floret, 490. XVIII. Auctor eſt Vitæ S. Hilarii Arelatenſis Epiſcopi, *ibid.* XIX.

Hormiſda non eſt Auctor decreti de libris recipiendis & non recipiendis, 494. IV. *& ſeq.*

Hunericus Vandalorum Africæ Rex Genſerico patri ſuccedit, 476. XX. Permittit in Eccleſia Carthaginenſi Epiſcopum ordinari, 480. II. Legationem ad Zenonem Imp. mittit, *ibid.* III. Primum edictum contra Catholicos emittit, 483. VIII. Secundum ejus edictum 484. XVI. Omnes Epiſcopos Carthagine congregatos expellit, *ibid.* XVIII. Moritur, *ibid.* XXIII.

I

IBas Epiſcopus Edeſſenus deponitur in pſeudo-Synodo Epheſina, 449. XI. *& ſeq.*

Idatii Chronicon depravatum, 463. VI. Illud abſolvit, 469. V. *& ſeq.*

Illus Magiſter Officiorum tyrannidem in Oriente arripit, 482. XVIII. Morte afficitur, 488. VI.

Imagines Patriarcharum Cpolitanorum in Eccleſiis poſitæ, 488. III.

S. Joannis Baptiſtæ capitis inventio, 452. X.

Joannes Talaia fit Epiſcopus Alexandrinus, 482. XIX. Quare dictus Tabenniofita, *ibid.* Romam pergit, *ibid.* XX. Romanus Pontifex ejus defenſione ſuſcipit, 483. IV. *& ſeqq.*

Joannes Mela ſeu Hemula fit Epiſcopus Alexandrinus, 497. II. Cum aliis Patriarchis communicavit, *ibid.* III.

Joannes Apamenus ex Antiochena Eccleſia quam invaſerat expellitur, 477. XI. Fit Tyriorum Epiſcopus & quo tempore, 484. XI. *& ſeq.*

Joannes Silentiarius, Colonienſis Exepiſcopus in Armenia floret, 491. XVI.

Joannis Decurionis duæ legationes in Ægyptum diſtinguendæ, 455. XIV.

Iſauricum bellum quo anno ab Anaſtaſio Imperatore profligatum, 498. V. Quanto tempore duravit, *ibid.* VI.

Iſdigerdes II. moritur, 457. XV.

Julianus Antiochenus Epiſcopus ordinatur, 471. III. Moritur, 476. VIII. *& ſeq.* Sedis ejus anni numerantur, *ibid.*

Julianus Pomerius quo tempore floruerit, 453. XIX.

Julius Puteolanus Epiſcopus Legatus S. Leonis Papæ in pſeudo-Synodo Epheſina, 449. IX.
Juvenalis Epiſcopus Jeroſolymorum arcam funebrem & faſcias ſepulcrales B. Virginis Conſtantinopolim mittit, 413. VI. Moritur, 417. XIII.

L

S. LEo Papa ſcribit ad Theodoſium Imp. & ad Flavianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum de Eutyche, 449. III. & IV. Legatos mittit ad pſeudo-Synodum Epheſinam, *ibid.* IX. *& ſeq.* Viennenſem provinciam in duas dividit, 450. XIV. Legatos mittit Conſtantinopolim ad reconciliandos lapſos, 451. II. Alios Legatos mittit pro celebratione Concilii Generalis, *ibid.* III. Non poteſt intereſſe Concilio, *ibid.* IV. Improbat privilegium a Concilio Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ conceſſum, 451. LXII. Attilam mitem reddit, 452. V. Scribit ad Eudociam Theodoſii Imp. viduam pro fide tuenda, 453. III. Orientali Eccleſiæ ſedandæ operam navat, 454. III. Scribit ad Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, *ibid.* V. Epiſtolas tres de Paſchate ſcribit, 455. XIII. Cavet ne hæreſis Conſtantinopoli revaleſcat, *ibid.* XV. Ejus Epiſtola ad Mauros quo tempore data, 456. XI. Interpolata fuit, *ibid.* Quædam ejus Epiſtolæ pro pace Eccleſiarum Alexandrinæ & Antiochenæ, 457. V. *& ſeq.* Tres ſuſpectæ fidei, *ibid.* VII. Hortatur Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum ut novæ Synodi cogendæ ſpem hæreticis adimat, *ibid.* IX. Legatos Conſtantinopolim mittit & Timothei Alexandrini intruſi depoſitionem a Leone Imp. petit, 458. II. *& ſeq.* Dies & menſis ejus obitus, cultus, & Reliquiarum Tranſlationis, 461. III. *& ſeqq.* Ejus opera, *ibid.* XII. Quædam ei falſo attributa, *ibid.* XIII. Non eſt Auctor libri de Vocatione Gentium, *ibid.*
Leo Magnus Imperator Marciano ſuccedit, 457. II. Templum Deiparæ ad Fontes dictum condit, *ibid.* III. Ad Metropolitas & Monachos ſui Imperii literas Encyclias dat, & quo tempore, 458. IV. Conſulatum ſecundum aſſumit ob Quinquennalia, 462. I. Conſul tertium procedit ob Decennalia, 466. I. Decennalium occaſione edictum emittit in favorem Eccleſiarum, *ibid.* II. Arianos exagitat, 467. IV. Lege vetat ne ullum inſtrumentum Muſicum die dominico canat, ſed omnia ceſſent, *ibid.* Ingentem exercitum contra Genſericum Vandalorum Regem in Africam mittit, 468. III. Hujus expeditio infauſta fuit, *ibid.* Ingens pecunia hoc in bello ab eo inſumpta, *ibid.* IV. Genſericum vincit & pacem facit, 469. III. Patricium Aſparis filium Cæſarem creat, IV. Conſul quartum procedit ob Quindecennalia, 471. I. Duas filias habuit, *ibid.* V. Quintum Conſul procedit ob Vicennalia, 473. I. Moritur, 474. II.
Leo Junior, fit Orientis Imperator, 473. III. Moritur annos XVII. natus, 474. II. *& ſeq.*
Leontius tyrannidem Antiochiæ arripit, 482. XVIII. Morte afficitur, 488. VII.
de Libris recipiendis vel non recipiendis decretum a quo editum, 494. II. *& ſeqq.*
Longinus Zenonis Imp. frater e carcere liberatus, 483. XXVIII. Rebellat & Presbyter ordinatur, 498. III.
Longinus Exmagiſter militum bellum in Iſauria movet contra Imperatorem, 492. V. Ejus interitus, 498. III.
Longini tres diſtinguendi, *ibid.* IV.
Lucidus Presbyter traducitur ut Prædeſtinatianus, 490 V. In Conciliis Arelatenſi & Lugdunenſi damnatur, *ibid.* XVI. *& ſeq.*
Lucii Dextri Chronicon ſuppoſititium, 462. II. *& ſeq.*
Lugdunenſe Concilium contra Prædeſtinatianos, 490. IV.

M

MAcedonius ordinatur Epiſcopus Conſtantinopolitanus, 495. III. Zenonis Henotico ſubſcribit, *ibid.* V. Cum Macedonio communicat Elias Epiſcopus Jeroſolymitanus, *ibid.* Chalcedonenſe Concilium recipi curat, 498. VII.
Majorianus fit Imperator Occidentis, 457. XII. Quinquennalia edit, 461. I. Occiditur, *ibid.* II.
Marcianus fit Imperator & Pulcheriæ Aug. nubit, 450. VIII. Cogitat de indictione Synodi generalis, *ibid.* IX. Synodum particularem Conſtantinopoli haberi jubet, *ibid.* X. *& ſeq.* Conſul procedit, 451. I. Non interfuit primæ Actioni Concilii Chalcedonenſis, *ibid.* XXX. Actioni ſextæ adeſt, *ibid.* XLII. Scribit ad Leonem Papam in favorem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, 452. II. Eudoxiæ Auguſtæ ejuſque filiorum libertatem a Genſerico Vandalorum Rege petit, 455. VI. Edictum emittit in favorem Clericorum, *ibid.* XII. Avitum pro Imperatore habet, 456. II. Moritur, 457. II.
Marcianus Anthemii Imp. filius fit Conſul, 469. I. Rebellat cum fratribus contra Zenonem Imp. 482. XVI. Quo anno illa rebellio contigit, *ibid.* XVII.
Marius Aventicenſis Chronicon ſuum ab anno CCCCLV. inchoat, 455. XI.
Marius Mercator quo tempore floruerit, 414. IX.
Martyrius Epiſcopatum Antiochenum abdicat, 471. III.
Martyrius fit Epiſcopus Jeroſolymorum. 477. XVII. Moritur, 485. XXVI. S. Euthymii Lauram dedicavit, *ibid.* XXVII.
Martyres elingues in perſecutione Africana loquuntur, 484. XIX.
Maximinus Abbas Miciacenſis floret, 499. XIV.
Maximus Conſtantinopoli Antiochiæ Epiſcopus ordinatur in locum Domni a pſeudo-Synodo Epheſina depoſiti, ſed ordinatio ejus vitioſa, 449. XIII. Moritur, 456. XII.
Maximus poſt Valentiniani III. cædem tyrannidem arripit & occiditur, 455, III.
Meroveus Francorum Rex a patre ad Valentinianum Imperatorem mittitur ut pax reſtituatur, 451. III. Junior filius Clodionis erat, 451. XXII. Occiditur, 456. VIII.
Metenſis urbs ab Hunnis obſeſſa incendio traditur, 451. VIII. *& ſeqq.*
Metenſium Epiſcoporum catalogus perturbatur, 451. XVI.
Miſenus Cumanus Epiſcopus Conſtantinopolim a Felice Papa III. legatur, 483. V. In carcerem conjicitur, *ibid.* VI. Communicat cum Acacio & Petro Mongo, ideoque cum iis damnatur in Synodo Romana, 484. II. *& ſeq.* Eccleſiæ reconciliatur, 495. II.
Monachi in Palæſtina contra Synodum Chalcedonenſem tumultus excitant, 452. III. *& ſeq.* Ad unitatem Eccleſiæ redeunt, 453. IV.

N

NEpos fit Imperator Occidentis, 474. VII. S. Epiphanium Ticinenſem Epiſcopum de pace legatum in Galliam mittit, *ibid.* VIII. *& ſeq.* Deponitur, 475. II. Occiditur, 480. IV.

S. Ni-

S. Nicaſius Rhemorum Epiſcopus SS. Lupo, Ariano & Servatio coætaneus fuit, 452. XI. Martyrium facit, 451. XVII.
S. Nilus Aſcetea S. Joannis Chryſoſtomi diſcipulus floret, 450. XV.
Nonnus Edeſſenus Epiſcopus floret, 452. LII. Pelagiam meretricem Deo conſecrat, *ibid.* LIII.
Nunciorum Apoſtolicorum origo, 453. II.

O

OBolas fit Rex Perſarum, 481. V. Moritur, *ibid.*
Odoacer fit Rex Italiæ, 476. II. A Zenone Patricius renunciatur, 480. V. Cum Theodorico Amalo bello bellum gerit, 491. XVII. Occiditur, 493. II.
Olybrius fit Imperator Occidentis & moritur, 472. IV.
Orationes diebus natalibus Epiſcoporum haberi ſolitæ, 496. X.
Ordinationum tempus a Simplicio Papa immutatum, 485. II.
Orthodoxi Alexandriæ libellos ad Leonem Imp. mittunt contra Timotheum Aelurum intruſum, 457. VIII.
Oſtrogothi Illyricum devaſtant, 475. VI. In eorum favorem regnum in Illyrico inſtituitur, *ibid.* VII. Quo anno, *ibid.* IX. Oſtrogothorum regni Italici initium, 493. II.

P

PAlladios hæreticus ſucceſſor Petri Fullonis in Epiſcopatu Antiocheno, 486. II. Moritur, 496. VIII.
Pannonia a Mauricio Imp. Gothis aſſignatur, 454. IX.
circa Paſcha diſſidium, 455. XIII.
Paſchale Carmen Sedulii quo anno publicatum, 494. VII.
S. Patricius Hiberniæ Apoſtolus moritur, 492. XVIII. Ei ſoli Hibernorum converſio debetur, *ibid.* XIX.
Patricius Aſparis filius a Leone Imp. Cæſar creatur 469. IV. Occiditur, 470. II. Leontiæ Leonis Imp. filiæ ſponſus fuerat, *ibid.* III.
Paulus ~~Epheſiorum Epiſcopus in Sedem~~ reſtituitur, 476. XV.
Pautalia Provincia in Thracia ſita, 475. VII. Pautalia non Pantalia dici debet, *ibid.* VII. *& ſeq.*
Penſionum Eccleſiaſticarum origo, 450. LXI.
Perozes ſuccedit Iſdigerdi II. in Perſarum Regnum, 457. XV. Moritur, 481. V.
S. Perpetuus Epiſcopus Turonenſis floret, 482. XXVIII.
Perſecutio in Africa continuatur, 456. IX. Finem accipit, 480. II. Novæ perſecutionis in Africa ſigna prævia, 481. IV. Perſecutio recrudeſcit, 483. VIII. *& ſeq.* & 484. XVI. Quanto tempore duravit, *ibid.* XVII.
Petrus Fullo Antiochenum Epiſcopatum invadit, 471. III. A quo tempore Eccleſiam Antiochenam turbare cœperit, *ibid.* III. *& ſeqq.* Deponitur & damnatur in Antiochena ſynodo, *ibid.* VI. *& ſeq.* In ſedem a Baſiliſco tyranno reſtituitur, 476. VII. Deponitur, 477. XI. Damnatur in Synodo Conſtantinopolitana ob Clauſulam Triſagio hymno additam, *ibid.* XIV. & XVI. & 478. III. Synodus Romana quæ Petrum ſub Simplicio, non ſub Felice III. Papa celebrata, 478. IV. *& ſeqq.* Eccleſiam Antiochenam iterum invadit, 485. III. In Synodo Romana anathematizatur, *ibid.* IV. Damnat Synodum Chalcedonenſem & ipſe in Oriente damnatur, *ibid.* XIV. Variæ Epiſtolæ adverſus eum ſcriptæ non ſunt ſuppoſititiæ, *ibid.* XV. *& ſeqq.* Moritur, 486. II. Aquarum benedictionem in vigilia Epiphaniæ & Symbolum in miſſis recitari inſtituit, *ibid.* III. *& ſeq.*

Petrus Mongus Alexandrinum Epiſcopatum invadit, 477. X. Ab eo deturbatur, *ibid.* In illum reſtituitur, 482. XX. Moritur, 490. XXIV.
Prædeſtinatiani in Conciliis Arelatenſi & Lugdunenſi damnati, 490. III. *& ſeq.*
Prædeſtinatianorum initium a Monachis Adrumetinis non repetendum, *ibid.* V. *& ſeq.* Hæc ſecta Proſperi ætate incognita fuit, *ibid.* VII.
Prædeſtinatiani fuere pauci & obſcuri nominis, *ibid.* XI.
Prædeſtinatiana hæreſis imaginaria non fuit, *ibid.* XII.
Prædeſtinati Auctor fuit Pelagianus, *ibid.* XIII.
Proſper ſcribit libros de Vocatione gentium & quo tempore, 461. XIII. Non fuit Epiſcopus, 466. IV. *& ſeqq.* Secta Prædeſtinatiana ejus ætate incognita fuit, 490. VII. Scripſit contra adverſarios S. Auguſtini, *ibid.* VIII. A Semipelagianis de doctrina Prædeſtinatiana accuſatur, *ibid.* IX. *& ſeq.*
Proſperi cujuſdam ex Manichæo converſi profeſſio fidei ad quem annum pertineat, 492. XXI.
S. Proterius in locum Dioſcori factus Epiſcopus Alexandrinus, 451. LXVI. Scribit ad S. Leonem Papam, 454. IV. Ab Eutychianis occiditur, 457. IV.
Provincia a Viſigothis occupatur, 477. XX.
Pulcheria Arcadii Aug. filia quo anno in aulam revocata ſit, 450. IV. Marciano nubit, *ibid.* VIII. In locum Synodi Chalcedonenſis ingreſſa non eſt, 451. XXXI. Moritur, 453. V. Eccleſiam Blachernarum condidit & in eam faſcias ſepulchrales B. Virginis deferri curavit, *ibid.* VI. *& ſeq.*

R

REchiarius, 448. XV. Vincitur a Theodorico Viſigothorum Rege & occiditur, 456. III. *& ſeq.*
S. Remigius fit Epiſcopus Remenſis, 472. XIII. Non eſt Auctor Explanationum in Epiſtolas divi Pauli, *ibid.* XIV.
Remiſmundus ſuccedit Framacio in regnum Suevorum, 465. IX. Hæreſim Arianam amplectitur, 469. VII.
ob Romæ liberationem ſolemnitas inſtituta, 452. VII.
Roma a Genſerico devaſtata, 455. IV. A barbaris occupatur, 476. II. *& ſeq.*
Romana Eccleſia cum Alexandrina in die Paſchatis anni CDLXIII. convenit, 463. II.
Romana Synodus quæ reprobat pſeudo-Synodum Epheſinam, 449. XVI.
Romana Synodus altera, *ibid.* XIX.
Romana Synodus ab Hilaro Papa occaſione diei ſuæ natalis celebrata, 465. V. *& ſeq.*
Romana Synodus ſub Simplicio Papa non ſub Felice III. Petrum Fullonem damnavit, 478. IV. *& ſeqq.*
Romana altera Synodus contra eumdem Petrum Fullonem fictitia, 483. VIII.
Duæ Synodi Romanæ adverſus Acacium Cpolitanum Epiſcopum diſtinguendæ, 484. IV.
Romana Synodus altera in qua Petrus Fullo anathematizatus, 485. IV. Hæc Synodus Baronium latuit, *ibid.* V. Memoratur a Felice Papa, *ibid.* VI. Eam anno ſuo non reddidit, Valeſius, *ibid.* VII.

Romana Synodus ſub Gelaſio Papa in qua Miſenus Eccleſiæ reconciliatur, 491. II.
Romana Synodus prima ſub Symmacho Papa quo anno celebrata, 499. II. Geſta in hac Synodo, ibid. III.
Rugorum regnum in Germania extinguitur, 487. III.

S

SAlvianus Epiſcopus Maſſilienſis non fuit, 490. XXVI.
Salluſtius fit Hieroſolymorum Epiſcopus, 485. XXVII. Moritur, 492. IV.
Saxonum ſeu Anglo Saxonum adventus in Britanniam epocha, 449. XXI. & ſeq.
Saxones de Imperio Inſulæ cum Britonibus dimicant, 455. XVIII. A Britannis fugantur, 456. XIV. Britannos vexant, 461. XV.
Saxonum cum Britannis pugna ad montem Badonicum quo anno acciderit, 494. XII. & ſeq.
Saxonum Auſtralium Regni initium, 491. XX.
Saxones Odovacrio Duce in Gallias veniunt & novum Principatum inſtituunt, 463. X. & ſeq.
Saxones Baiocaſſini a Gregorio Turonenſi dicti, ibid. Galliam turbant. 477. XIX.
Schiſma contra Symmachum Papam, 499. II.
Secundum ſchiſma contra eumdem Pontificem quo anno excitatum. 499. XI.
Sedulius Carmen Paſchale publicat, & quo anno. 494. VII.
Seronati Galliarum Præfecti caſus, 468. II.
S. Servatius II. Tungrenſis Epiſcopus diverſus eſt a Servatio qui Concilio Colonienſi anno CCCXLVI. interfuit, 451. V.
Servatius II. cladem Attilæ ſuis precibus avertere conatur, ibid. IV. Coævus fuit Auctori Epiſcopo Metenſi, ibid. VI. Quo tempore Romam venit, ibid. VII. Nicaſio Remenſi, Lupo Tricaſſino & Aniano Aurelianenſi Epiſcopis etiam coævus, ibid. XI. In martyrologiis memoratur, ibid. XII. Arvatius dictus non eſt, ibid. XIII.
S. Severinus Noricorum Apoſtolus floret, 454. X. Præcipuum ſuum Monaſterium, non Viennæ, ſed in Norico Ripenſi condidit, ibid. XI. & ſeq. Moritur, 482. XXIX. Reliquiarum eius tranſlatio, 488. V.
Severus fit Imperator Occidentis poſt Majorianum, 461. II. Moritur, 465. VII.
Sicilia a Vandalis vaſtatur, 414. VII.
Sidonius Apollinaris fit Epiſcopus Arvernorum, 472. V. Poeſi renunciat, 484. XXVIII. Annus & dies mortis ejus incerti, ibid. XXVIII.
Simplicius fit Pontifex Romanus, 467. III. Epiſtolæ ejus ad Baſiliſcum tyrannum & alios ſcriptæ explicantur, 476. X. & ſeqq.
Simplicius petit ut Petrus Fullo & alii hæretici in Synodo Cpolitana damnentur, 477. XII. & ſeq. Scribit Acacio Epiſcopus Cp. ſe Petrum Fullonem, & alios hæreticos a communione Eccleſiæ præcidiſſe, ibid. XV.
Simplicii Papæ epiſtolæ ad Petrum Fullonem, & alios hæreticos Felici III. male attributæ 478. VI. & ſeqq. Tres Symplicii Epiſtolæ de martyrio S. Stephani Junioris Epiſcopi Antiocheni quo anno datæ, 481. VII. & ſeqq.
Simplicius Papa moritur, 483. I.
Solis altera eclipſis poſt perſecutionem Africanam, 484. XVII.
Stephanus fit Antiochenus Epiſcopus, 477. XI. Martyr non fuit, 479. II. & 482. VI. Quo anno demortuus, 479. III.
Stephanus Junior Antiochenus Epiſcopus Martyr, 482. II. & VI. Succedit Stephano ſeniori, ibid. V. Ab Acacio Cpolitano Epiſcopo ordinatus fuit, ibid. X. & ſeq.
Stephanus Epheſiorum Epiſcopus in Concilio Chalcedonenſi e Sede deiicitur, 451. LVII. Concilio interfuit & ſubſcripſit, ibid. LIX.
Studius pro Monachis Acœmetis monaſterium fundat, 459. VI.
Studitæ ab eo ſic dicti, ibid.
Studius S. Joanni Baptiſtæ Templum ædificat, 462. IV.
Soevi vincuntur a Viſigothis, 456. III.
Symboli in Miſſis recitatio a Petro Fullone inſtituta, 486. IV.
S. Symeon Stylita ad Deum migrat, 460. III. Quot annis in columna manſerit, ibid. IV. & ſeq. Meletius Chorepiſcopus, non Epiſcopus Antiochenus, eum inviſit, ibid. VI.
Symmachus fit Pontifex Romanus, 498. II. Ad Eonium Arelatenſem Epiſcopum Epiſtolæ ſuis anno & ordini reſtituuntur, 499. XII.

T

THalmud Babilonicum quo tempore publicatum, 476. XIX. Variæ ejus editiones, ibid. Theodoricus Amalus poſtea Italiæ Rex Illyricum devaſtat, 475. VI. Zenoni Imperatori contra Baſiliſcum tyrannum auxiliator, 477. VII. Irruit in Imperium Romanum, 479. IV. Pro Romanis militat, 483. X. Inſurgit adverſus Zenonem Imp. 487. II. Italiam ingreditur, 489. II. Cum Odoacre Italiæ Rege bellum gerit, 491. XVII. Fit Rex Italiæ occiſo Odoacro, 493. II. Duæ regni ejus epochæ diſtinguendæ, ibid. Caſſiodorum ad varias dignitates evehit, ibid. III. S Epiphanium Ticinenſem Epiſcopum ad Reges Burgundiæ pro redimendis captivis legat, 494. X. Alemannos a Clodoveo Magno victos recipit, 499. VIII.
Theodoricus Triarii filius cum Romanis pacem facit, & exercitus Dux conſtituitur, 473. IV. Moritur, 481. II.
Theodoricus fit Rex Viſigothorum, 452. XI. Rechiarium Suevorum Regem vincit, 456. III. & ſeq. A fratre interficitur, 464. II.
Theodoreti aliæ Epiſtolæ ſuis annis redditæ, 449. II.
Theodoretus deponitur in pſeudo-Synodo Epheſina, ibid. XI. In Sedem reſtituitur, ibid. XV. & 450. XII. De Neſtorianiſmo in Concilio Chalcedonenſi accuſatur 451. XLV. Concilio Chalcedonenſi adfuit tantum ut accuſator Dioſcori, ibid. XLVI. Labores ejus pro fide amplificanda, XLVIII. & LI. Neſtorianus dici non poteſt, ibid. L. Mortis ejus annus incertus, 453. VIII. Ætas ejus, ibid. IX. & ſeqq.
Theodoſius Junior moritur, 450. VIII. & ſeq.
Thomas de quo Victor Vitenſis non fuit Epiſcopus Carthaginenſis, 455. VII. & ſeq.
Thoriſmundus fit Rex Viſigothorum, 451. XXI. Occiditur, 452. XI.
Timotheus Aelurus S. Proterio adhuc vivente Alexandrinum Epiſcopatum invadit, 457. IV. Ejus intruſionem confirmari a Leone Imp. petunt hæretici Alexandriæ, ibid. VIII. E Sede deiicitur & Cherſonam a Leone Imp. relegatur, 460. II. A Baſiliſco tyranno in Sedem reſtituitur, 476. VII.
Timotheus Baſiliſci juſſu Epheſi Synodum celebrat, ibid. XV. & ſeqq. Moritur, 477. X.
Timotheus Solophaciolus ſuccedit Timotheo in Epiſcopatum Alexandrinum, 460. II. Adveniente Timotheo Aeluro Alexandria fugit & in monaſterium ſecedit, 476. VII. In Sedem reſtituitur, 477. X. Vacillat in perſecutione, 478. II. Moritur, 482. XIX.

Tra-

Traſamundus Vandalorum Africæ Rex ſuccedit Gundabundo, 495. VIII.
Triſagio hymno clauſula a Petro Fullone addita improbatur, 477. XVI.
Tungrenſium Epiſcoporum Hiſtoria labefactata, 451. XIV. & *ſeqq.*
Turonenſe Concilium præſide S. Perpetuo Turonenſi Epiſcopo, 482. XXVII. & *ſeq.*
Tutus Eccleſiæ Romanæ defenſor perlator ſententiæ adverſus Acacium Cp. Epiſcopum a Felice Papa latæ, 484. XV. Circumvenitur ab Acacio & damnatur a Felice Papa, 485. VIII. A qua Synodo miſſus fit Conſtantinopolim, *ibid.* IX. & *ſeqq.*

V

Valentiniani Romam adventus, 449. XVII. & *ſeq.* Septimum Conſulatum ſuſcipit ob quinta Quinquennalia Auguſtei Imperii, 450. I. Aetium Patricium perimit, 454. II. Octavum Conſul procedit ob Auguſtei Imperii Tricennalia, 455. I. Perimitur, *ibid.* II.
Vandali Orthodoxos in Africa perſequuntur, 455. VII. Siciliam vaſtant, 454. VII. & 465. VIII. Italiam etiam incurſant, 465. VIII. Vincuntur a Romanis, 469. III. Cum iis pacem faciunt, *ibid.*
Vaſatenſis urbs obſidetur, 451. XVII.
Veneticum Concilium, 453. XX.
Veſuvii montis eruptio, 471. XII.
Victor Vitenſis non Uticenſis Epiſcopus ſcribit librum de perſecutione Africana, 484. XX. & *ſeq.*
Victurius Aquitanus ſcribit Cyclum ſeu periodum DXXXII. annorum, 463. III. Annos mundi inchoat a die Paſſionis, *ibid.* IV.
Viennenſis provincia in duas a S. Leone Papa diviſa, 450. XIV.
Viſigothi Suevos vincunt, 456. III. Arvernum in Galliis obſident, 466. III. Hiſpanias Galliaſque aggrediuntur, 467. V. Pacem cum Romanis faciunt & Arvernum eis traditur, 474. IX. & *ſeqq.* & 475. III. Provinciam occupant, 477. XX.
Vitalis Troentinus Epiſcopus Conſtantinopolim a Felice Papa legatur, 483. V. In carcerem conjicitur, *ibid.* VI. Communicat cum Acacio & Petro Mongo, ob idque cum iis damnatur in Synodo Romana, 484. II. & *ſeq.*
Utherus Aurelio Ambroſio fratri in regnum Britanniæ ſuccedit, 497. V.

Z

Zamaſphes fit Rex Perſarum, 496. XI.
Zeno gener Leonis Imp. Conſul in Oriente procedit, 469. I. Nubit Ariadnæ Leonis Imp. filiæ, 471. V. Fit Magiſter militum Orientis, *ibid.* VIII. Quo anno, *ibid.* IX. Fit Imperator, 474. II. Voluptati & crudelitati deditus fuit, *ibid.* IV. Petrum Fullonem & Timotheum Aelurum Imperii ſui initio non revocavit ab exilio, 474. V. Zenoni Imperium aufertur, 476. V. Petrum Fullonem & Timotheum Aelurum Conſtantinopolim non evocavit, *ibid.* X. & *ſeq.* Zenonem in fide Orthodoxa perſeveraſſe probatur ex Simplicio Papa, *ibid.* XII. In Imperium reſtituitur, 477. II. & *ſeq.* Neque Timotheo Aeluro neque Petro Fulloni patrocinatus eſt, *ibid.* VIII. Conſulatum tertium ſuſcipit ob Quinquennalia, 479. I. Ab Hunerico Vandalorum Rege obtinet Epiſcopum in Eccleſia Carthaginenſi ordinari, 480. II. Henoticum promulgat, 482. XXI. Illius Henoticum a viris piis rejicitur, *ibid.* XXII. & *ſeqq.* Legatos mittit ad Hunericum Regem in Africa ad ſedandam perſecutionem, 484. XX. Filius ſpurius ejuſdem moritur, 485. XXIX. Moritur, 491. III.

IN-

Digitized by Google

INDEX ANIMADVERSIONUM

In quo Conſules annorum, cætera vero paginarum numero indicantur.

Aſteriſcus ad Conſules indicat novas in Pagium emendationes.

A

ACacio priſcam aliquandiu fuiſſe cum Romano Pontifice communicationem conſtat ex Epiſtola ad Orientales Epiſcopos de illius communione vitanda, pag. 485. Illius cauſam iterum in alia Romana Synodo diſcuſſam falſo putavit Pagius, *ibid.* Semel igitur non bis damnatus fuit, *ibid.* Neque ullam ſententiam ſubiit in Synodo anni 485. *ibid.*

Ariadnæ Auguſtæ hiſtoria tota de conſpiratione in Zenonem valde ſuſpecta probatur tum veterum Scriptorum auctoritate, tum monumentis, 533.

Attila Galliam turbaſſe ante annum 451. longe probabilius, 84.

Auguſtuli ad Imperium aſſumptio quo tempore conſignetur, 330. Quamdiu illud tenuerit, quave de cauſa purpuram abiecerit, *ibid.*

Avitus quo tempore captus depoſituſque fuerit, 187. Quid illius de Imperio Auctor fragmenti Faſtorum Bollandianorum, 180.

* B

BAſilius Conſul anno 480. filius fuit Baſilii conſulis anno 463. pag. 254 Utrumque Cæcinnæ nomen præſetuliſſe Gruteriana docet Inſcriptio, *ibid.*

C

CÆſaria altera Arelatenſis Abbatiſſa neceſſe eſt admittatur ex ipſius ad Batildam Epiſtola, 157. Quando iſta floruerit, *ibid.* Soror minime fuit S. Cæſarii, *ibid.* Non duo igitur ſed tres Cæſariæ admittendæ ſunt, *ibid.*

CONSULES.

Fl. *Aſturius*, ſeu *Aſterius*, & *Aſſyrius*, & Fl. *Protogenes* 449.
* Fl. Placidius *Valentinianus Aug.* VII. & Gennadius *Avienus*. Aliis *Avienus*, *Habienus*, & *Abinius* tantum. 450.
Marcianus Aug. & *Fl. Adelphius*, ſeu *Adelphus*. 451.
. . . *Sporatius*, & Fl. *Herculanus*. 452.
. . . . *Vincomalus*, & . . . . . *Opilio*. 453.
. . . . *Studius*, & . . . . *Aetius*. 454.
Fl. Placidius *Valentinianus* Aug. VIII. & . . . *Anthemius*. 455.
. . . . *Varanes*, & . . . . *Joannes*. Item aliis Fl. Mæcilius *Avitus Aug.* 456.
* Fl. *Conſtantinus*, & Fl. *Rufus*. 457.
Leo Aug. & Julius *Majorianus Aug.* 458.
. . . *Patricius*, & Fl. *Ricimer*. 459.
. . . . *Magnus*, & . . . . *Apollonius*. 460.
* Fl. *Severinus*, & . . . *Dagalaiphus*, ſeu *Gudalaiſus*. 461.
* *Leo Aug.* II. & Libius *Severus Aug.* 462.
Fl. Cæcina *Baſilius*, & . . . . *Vivianus*, ſeu *Bibianus*, & *Vivianus*. 463.
. . . . *Ruſticus*, ſeu *Ruſticius*, & Fl. Anicius *Olybrius*. 464.
Fl. Baſiliſcus, & . . . *Hermenericus*. 465.
Leo Aug. III. & . . . *Tatianus*. 466.
. . . . *Puſæus*, & . . . *Johannes*. 467.
Anthemius Aug. II. 468.
Zeno, & *Marcianus*. 469.
Severus, & *Jordanus*. 470.
Leo Aug. IV. & *Probianus*. 471.
Marcianus & *Feſtus*. 472.
Leo Aug. V. 473.
Leo junior Aug. 474.
Zeno Aug. II. 475.
Fl. *Baſiliſcus* II. & *Armatus*. 476.
. . . . 477.
Illus tantum. 478.
Fl. *Zeno* Aug. III. 479.
Baſilius Junior. 480.
Placidus. 481.
* *Trocundus* & *Severinus*. Aliis *Tricundio* & *Trocundo*. 482.
Fauſtus. 483.
* *Theodoricus* & Venantio. 484.
. . . . *Aurelius Memmius Symmachus Junior*. 485.
. . . . *Longinus* & *Decius*. 486.
Fl. *Boetius*. 487.
* . . . . *Dinamius* & *Fiſidius*: Aliis *Dynamius* & *Sifidius*. 488.
Euſebius & . . . . *Probinus*. 489.
Longinus II. & Fl. *Fauſtus Junior*. 490.
Olybrius Junior. 491.
. . . . *Anaſtaſius* Aug. & *Rufus*. 492.
Euſebius II. & *Albinus*. 493.
Turcius Rufius Apronianus Aſterius & *Praſidius*. 494.
Fl. *Viator*. 495.
Paulus. 496.
Anaſtaſius Aug. II. . . . . . . 497.
Joannes Scytha & . . . *Paulinus Decius*. 498.
Joannes Gibbus . . . . 499.

Hi-

Digitized by Google

H

Hilari Pap. renunciatio ſicet die 12. Novembris conſtituatur, oppoſitum tamen tum ex ipſius ad Leontium Arelatenſem Epiſtola, tum prævalidis argumentis evincitur, 247.

L

S. Lennis Pap. tranſlatio quo anno conſignanda ſit, 244.

S

Servatiorum duorum exploſa ſententia unicum tantum recentiores Eruditi admittunt, 77. Alterum reiiciunt, qui Eccleſiæ Tungrenſi præfuit, *ibid.*
Sidonius quo anno Epiſcopus renunciatus fuerit ex Pagio, 314. Quid in hoc ſentiat Tillemontius, *ibid.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google